UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00097139 0

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Gr.
P 72.9 Cr

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΑΠΑΝΤΑ.

# PLOTINI

## OPERA OMNIA

PORPHYRII LIBER DE VITA PLOTINI

CUM

MARSILII FICINI COMMENTARIIS

ET EJUSDEM INTERPRETATIONE CASTIGATA.

ANNOTATIONEM IN UNUM LIBRUM PLOTINI ET IN PORPHYRIUM

ADDIDIT

DANIEL WYTTENBACH.

APPARATUM CRITICUM DISPOSUIT, INDICES CONCINNAVIT

G. H. MOSER,

PH. DR. GYMNASII ULMENSIS RECTOR.

AD FIDEM CODICUM MSS. ET IN NOVÆ RECENSIONIS MODUM GRÆCA LATINAQUE EMENDAVIT, INDICES EXPLEVIT, PROLEGOMENA, INTRODUCTIONES,

ANNOTATIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS

ITEMQUE

NICEPHORI NATHANAELIS ANTITHETICUM ADVERSUS PLOTINUM

ET DIALOGUM GRÆCI SCRIPTORIS ANONYMI INEDITUM DE ANIMA

ADJECIT

FRIDERICUS CREUZER,

DR. LITERARUM GRÆCARUM ET LATINARUM DOCTRINARUMQUE ANTIQUITATIS IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI PROFESSOR.

VOLUMEN PRIMUM.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
MDCCCXXXV.

B
693
A3L3
1835
V. I

ACADEMIÆ

OXONIENSI

D. D.

FRIDERICUS CREUZER.

# PRÆFATIO EDITORIS.

Si quis alius philosophus, Plotinus temporum varietates fortunæque vicissitudines subiit. Primum discipuli reliquorumque æqualium haud pauci divinis eum viribus præditum arbitrati divinum appellarunt. Deinde, quum Ecclesiæ quidam Patres ejus placita cum sacra Christi Apostolorumque doctrina intime congruere judicarent, nonnulla etiam ex Novi Testamenti libris, epistolis maxime, desunta contenderent, eumque plurimi facerent: acriter, contra impugnarunt multi ethnici, qui Aristoteli patrocinarentur, cujus Categorias aliasque sententias eversum iisset iste homo Lycopolites.

Et quemadmodum hic idem per labentia medii ævi sæcula fautores suos obtrectatoresque nactus est, ita renascentibus literis diversa sentientium studia excitavit. Nam quum Georgius Trapezuntius Stagiritæ partes ita tantum se tueri posse putaret, si Platonem omnemque ejus familiam in summam invidiam adduxisset: Platonicæ rationis strenuus vindex exstitit Bessario; et Mediceæ domus Principes, Cosmus, Laurentius horumque cliens Ficinus Plotinum tanquam alterum Platonem, et qui illius arcana recluderet, certatim coluerunt. Matthias autem ille Corvinus Enneadum libros sumtuose paratos in regia sua bibliotheca reponendos curavit. Neque tamen iidem prius, quam exeunte sæculo insequenti (XVI) Græco sermone descripti sunt typis, idque solius bibliopolæ consilio, et ex quatuor tantummodo codicibus manuscriptis. Quo opere proximo sæculo (XVII) studiose non minus quam ingeniose usus est in Britannia Cudworthus, vir ad juvandam antiquam philosophiam natus, et Platonicæ cum veteris tum recentioris justus æstimator.

In Belgio autem Petrus Baylius, licet totus ille quidem in philosophando suus esset, Plotiniani ingenii altitudinem admiratus est. Octavo vero et decimo sæculo, posteaquam Voltarii ejusque sectatorum auctoritas per universam fere Europam eminuisset, Platonica non minus quam Christiana doctrina magis in dies magisque detrectari cœpta est, ut mirum non sit, a Gibbono, Meinersio, Wielando, aliis Platonicos recentiores etiam despicatui esse ductos. Nostra denique ætas Alexandrinæ familiæ placita nunc ad Regiomontani philosophi rationem exigi, et velut luxuriantis agri exuberantiam ad exilitatem Kantianam castigari vidit, nunc ab aliis philosophis Germaniæ, qui liberius circumspicere altiusque evolare cœpissent, cupidius aliquanto tractari, et ad rerum naturalium principia causasque noscendas adhiberi.

Critici vero, et qui Antiquitatis disciplinis operam navant, posteaquam Laurentius Rhodomannus Plotini scriptorum omnium editionem meditatus erat, Caspar autem Barthius et Hugo Grotius libros aliquot Latine verterant, si superiore nostroque sæculo unum alterumque excipias, has Enneadas ne lectitasse quidem videntur. Cujus rei non hæc una causa est, quam modo attigi: sunt aliæ quoque, quas hoc magis explicare libet, quo conjunctiores eæ sunt cum Plotiniani ingenii indole ejusque ingenii monumentis.

Ac primum Plotinus is est scriptor, qui, dum cogitata sua uno quasi impetu effundat, ab aliarum rerum omnium notitia mentem segregatam cohibeat, qui doctrinæ speciem tantopere aspernetur, ut in summa lectionis ubertate perpauca eum legisse dicas. Unde Bruckerus etiam, vir ceteroqui de philosophiæ historia bene meritus, sed Platoni Plotinoque judicandis parum idoneus, pronuntiare ausus est, hunc ab elegantioribus litteris minus paratum fuisse, cum tamen et Enneades loquantur, et magis etiam illius familiares Longinus Porphyriusque testentur, eum antiquam philosophiam universam complexum, in reliquis etiam disciplinis omnibus eruditum fuisse, neque a poëtarum lectione et musices honesto delinimento alienum. Deinde, ut de altera causa videamus, duplex est scriptorum genus Πλατωνιζόντων: alterum eorum, qui oratoriæ studiosi prioribus post Chr. N. sæculis Sophistarum honesto tunc rursus nomine per orbem Romanum claruere, qui in diversissimo sæpe argumento Attici dialogi formulas et Platonicæ orationis flosculos aucupantur; alteri solis *rebus* intenti et id unum spectantes, quomodo in Platonicæ philosophiæ adyta ingrediantur indeque ea reportent, quæ ad rerum divinarum humanarumque summam pertineant. Horum est Plotinus, impense securus earum rerum, quæ ad ornatum faciant, et lenociniis similiora quam veritati severitatique videantur.

Ac quoniam mentionem feci dialogorum Platonis, mirari subit, qui factum sit, ut, cum Plotinus alumnis suis in ludo interrogandi potestatem fecerit, et in respondendo se nimis etiam facilem præstiterit, non etiam libros suos ad hanc diverbiorum varietatem suavitatemque composuerit.

Ansam scriptionis præbuisse huic magistro alumnorum amicorumque interrogationes problemataque cum res ipsa docet, quam modo attigimus, tum vero illud, quod disputationes suas et incipit ut plurimum et prosequitur interrogando respondendoque. Verum, uti eum facere solitum accepimus, ut inter familiarium sermones et in aliorum quoque hominum frequentia secum meditaretur et scriptitaret, non aliter ac si solitarius esset, sevocata mente ab omnibus, quæ extra mentem et quasi foris essent; ita etiam in his perscriptis scholis se ipse interrogat, sibi ipse respondet Plotinus. Sunt eæ *μονολογίαι*, (liceat hoc vocabulo uti) non *διάλογοι*. In dialogo plus minusve in scenam producitur argumentum, et existit quasi quædam actio, quam formam dramaticam dicas. Contra, sicut lyricorum poetarum princeps secum ipse conversatur, in animum suum inspicit, animum suum nonnunquam alloquitur: ita Alexandrinorum princeps philosophorum lyrice quodammodo meditari meditataque componere reperitur. Quod Alexandrinum dico hominem, hæc ipsa appellatio magnam partem causarum continet, e quibus hæc disputandi scribendique mutatio enata est.

Cogitanda enim terra patria Ægyptus, Ægyptiorum indoles, instituta, mores, Ammonii Saccæ schola, Pythagoreorum exempla, ad quorum modum multis in rebus se adstringere solebant hi Platonici recentiores: hæc singula, inquam, sunt reputanda et in unum colligenda ei, qui hanc novam antiquæ illius prorsus dissimilem docendi rationem nosse et commode explicare velit.

Insunt tamen aliæ causæ in ipso ingenio Plotini. Erat in ipsius animo summa quædam copia rerum, more imaginum in illis Silenis Alcibiadeis apud Platonem. Quæ velut signa quo plura erant et confertim constipata, eo difficilius explicabantur, dispo-

nebanturque, et velut ordine collocabantur ante oculos spectantium. Et insuper persuaserat sibi Plotinus, quæ res summæ sint in philosophia et maxime abditæ, eas angustiores esse et sanctiores, quam quæ multorum verborum ambagibus explicari et possint et debeant. Sicut enim uno quasi contemplationis ictu ferienda sint divina spectacula, ita eadem uno, si fieri possit, vocis sono proferenda esse, et uno quasi typo seu signaculo exprimenda. Quapropter, sicut aliquo Enneadum loco sacerdotalem veterum Ægyptiorum doctrinam scriptionemque dilaudat, ita et sibi ipse placebat in jaciendis ejusmodi dictis, sive apophthegmatis, quæ, in summa verborum paucitate, quam maximam sententiæ ubertatem comprehenderent. Quæ partim a familiaribus perscripta et per manus quasi tradita effatorum instar ferebantur, partim ab ipso in Enneadibus scripto consignata sunt, velut illud (II. 3. 11.): *ἡ πανουργία ἐθέλει νοῦς εἶναι,* itemque illud alterum ibidem: *νοῦ ἀπόῤῥοια εἰργάσατο πανουργίαν,* et similia, quæ in Annotatione attigimus.

Eo accedit, quod, cum Plato aliique philosophi multa eorum, quæ maxime retrusa involutaque essent, paucis admodum a se tradenda reservassent: hæc Alexandrina gens philosophorum; ætatis suæ morem secuta, reseratis cancellis omnes, qui serio philosophari instituissent altiusque spectare viderentur, intro vocabat, neque quenquam eorum ab intimis sapientiæ penetralibus arceri volebat. Unde consequens erat, ut in docendo et in scribendo nihil non admittere cogeretur ex impeditissimis rebus Plotinus, et in extremos etiam Physicæ et Metaphysicæ recessus lectores suos perducere. Multa etiam erudire et consummare annititur hic philosophus, quæ Plato reliquique veteres inchoaverant, multa, quæ illi conjectando tantummodo posuerant, firmamentis suis fulcire, expedire multos nodos, quos Scepticorum subtilitas connexuerat, satisfacere novis quæstionibus, quas intulerat nascens philosophia Christianorum.

Hæc subtilis adstrictaque ratio et oratio non pariter arridere potest elegantioribus hominibus, atque illa antiqua Attica, ornata Venerum quasi Gratiarumque multo splendidoque comitatu. Hæc concisa, virilis adeoque severa disputatio non æque retinere potest Grammaticos Rhetoresque, atque illa Platonis facundia per dialogorum vicissitudines vario periodorum jucundoque meatu explicata. Pone tibi ante oculos Platonem per amœna Academiæ spatia deambulantem inter discipulos, nunc subsistentem sub umbraculo arborum, nunc in exhedra residentem: habes quodammodo dialogorum exordia, moras, deverticula, terminos. Contra pone Plotinum, sicubi meditatur, solitarium, sive versetur in palmetis Ægypti, sive rusticetur Romæ in suburbano, aut in villa Campaniæ, vel inter familiarium circulos sermonesque sæpiuscule in cogitando defixum et protinus agnosces hæc quasi tacita soliloquia Enneadum.

Explicasse mihi videor, quomodo ex ejus philosophiæ natura itemque ex hujus philosophi ingenio enata sit ipsius ratio et oratio, et quomodo utraque horum librorum quodammodo finxerit fortunam. De eorum consilio, argumento, gravitate, nec minus de loco, quem inter veteris philosophiæ principes suo jure teneat Plotinus, satis multa dicta sunt cum in ejus vita, tum ad Vitam, itemque in Prolegomenis, Introductionibus, Commentariis.

De horum librorum compositione, orationis sono et stilo hoc judicium facit severus scriptorum censor Longinus, in epistola ad Porphyrium (De Vita Plotini, XIX. p. 125.

Fabric.) ita scribens: "τὸν δὲ τύπον τῆς γραφῆς καὶ τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς τὴν πυκνότητα καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς τῶν ζητημάτων διαθέσεως ὑπερβαλλόντως ἄγαμαι καὶ φιλῶ." "Sed formam orationis sententiarumque hujus viri densitatem et philosopham in quæstionibus tractandis rationem vehementer admiror et amo."

Restat, ut primum explicem Ficini operam in his Enneadibus collocatam, deinde meum consilium, apparatum, rationem.

Marsilium Ficinum ut Platonis interpretem norunt eruditi omnes. Eundem ut interpretem Plotini ego nunc demum justis laudibus impertire possum, posteaquam hos quinquaginta et quatuor libros pertractavi, et ipsos codices adhibui, quibus Marsilius usus est. *Commentarii* ejus, ut hinc ordiar, instructi sunt illi quidem subtili argumentatione multiplicique doctrina, nec nihil habent, licet Criticus videri Ficinus minime velit, ad lectionem emendandam utile; sed tamen iidem multa etiam alia admista continent, quæ illius ætatis (Sæculi XV.) ingenium adeoque superstitionem redoleant.

Vera virtus viri magni et propria operis præstantia eminet in *translatione Latina*. Nam primum, cum sæpius quam opus est corrigat codices suos manuscriptos, iisdem tamen prudenter et critice ut plurimum usus est. Deinde, si teneas, quæ supra de Plotini compositione orationeque a nobis adumbrata sunt, facile intelligas optime fecisse Marsilium, quod in vertendis Enneadibus aliam rationem inierit, quam in dialogis Platonis. Egregie enim falluntur, qui Plotinum opinantur a Ficino verbotenus, h. e. ut verbum verbo redderet, translatum esse. Est potius periphrasis appellanda hæc Latina oratio, quam Ficinus accommodavit Græce scribenti philosopho Alexandrino. Unde efficitur, raro admodum e Latinis Ficini inferri debere vocabula vel sententias Græcis Plotini; nisi prorsus immutare et amplificare velis breve illud densumque ac pressum, quod proprium est sicut ingenii ita stili Plotiniani. Neque Medicei illi horumque æquales aliud quid a Marsilio fieri voluerant, quam ut intelligentiam sibi aperiret tam difficilium librorum, et Latine explicaret Græcas scholas Plotinianas. Nobis autem hodieque hæc translatio sæpiuscule commentarii perpetui usum præstat. Quapropter religioni habuimus immutare rationem ejus versionis, vel novam condere; satis habuimus emendare, ubi peccatum erat, et ad emendatum a nobis Græcum contextum eam refingere.

Jam ut de hac ipsa editione dicam: me Plato mature adverterat et in sui amorem converterat. Deinde Platonis maxime causa progressus ad Plotinum, quum nonnihil ex his Enneadibus delibassem, et vernaculo sermone emisissem inchoata ista, quibus ipse haud ita multum tribuebam, præter opinionem Wyttenbachius ille mihi animos fecit, et me dubitantem in consilio tractandorum Plotini librorum omnium confirmavit; ac posteaquam libellum de Pulcritudine in publicum prodideram, quæ singularis fuit humanissimi viri in me voluntas, Academiæ Oxoniensis typographeo Præfectis persuasit, ut hanc editionem suis typis describendam reciperent.

Quæ duplex auctoritas quo mihi gravior esse debebat, hoc magis faciundum existimavi, ut equidem nihil prætermitterem, quod ei consilio accommodatum videretur. Itaque quod ante viginti annos amplius institueram, id jam intentiore studio persequi sum annisus. Ac primum in critico genere, quo fundamenta idonea jacerem, nec operæ nec sumtibus peperci, ut ex cultioris Europæ bibliothecis præstantiorum codicum mss.

lectiones colligerem. Quorum librorum et manuscriptorum et impressorum Indicem, interposito de singulis judicio, Prolegomenis adjunximus.

Duplex autem exstitit Plotinianorum operum recensio: altera Eustochii, Porphyrii altera. Nam, etsi antiquitus plura circumferebantur apographa illorum librorum, tertiam recensionem fuisse Amelii si quis forte opinetur, is legat mihi disertum de hoc homine Longini testimonium (apud Porphyrium de Vita Plotini, XIX. p. 125.); et quartam exstitisse, Procli, qui in Plotinum commentatus erat, nihil est, quod credibile faciat. Jam cum hodie Porphyriana recensio regnet per libros mss., quos novi, omnes, supersunt tamen etiam alterius sive Eustochianæ, haud ambigua vestigia; unde conjicere possis, hanc alteram quoque ad medii usque ævi priora sæcula perdurasse. Indidem hoc recte colligere nobis videmur posse: indulsisse sibi nonnihil Porphyrium in Plotinianis libris redigendis, neque tamen tantum, quantum aliquot viri docti nuper suspicati sunt. Neque enim, si vel maxime volebat, quod ipsum non constat, poterat insigniter vel detruncare vel interpolare libros magistri, quando sciebat; quod et ipse memorat, exstare eorundem alia insuper exempla, quæ alii Plotiniani alumni possiderent, cum aliis communicarent et per manus traderent. (Vide quæ hac de re cum in Prolegomenis tum ad Vitam Plotini, tum in Annotatione. p. 85, 140. A. 361. A. 364. D. 423. B. 463. C. posuimus.)

Hactenus de causis universæ Criticæ, quam vulgo altiorem vocant. In singulari Critica factitanda has duas mihi leges scripsi: primam, hortantibus etiam redemtoribus, ut universam Silvam Variæ Lectionis sub contextu ponerem. Quod nemo factum improbabit in eo scriptore, qui primum codicum mss. subsidiis instructus in publicum prodit. Et quo magis alienus sum ab ea arrogantia, ut me usquequaque verum vidisse prædicem, hoc minus Criticis hanc opportunitatem præcisam velim ex his copiis, quæ nunc primum suppeditantur, ubiubi velint aut possint, medelam parandi iis membris, quæ etiamnum luxata sunt aut quoquo modo male affecta.

Alterum mihi imposui illud, ut ne conjecturas meas contextui obtruderem; sed eas judiciis de Varia Lectione interponerem. Abs ea norma paucis admodum locis recessi, h. e. iis, ubi inepte religiosum fuisset frugibus inventis glandes retinere velle; v. c. in loco VI. 7. 24. p. 716. C. tueri ista: τί δὴ ἀποσεμνύνετε τοῖς σώμασιν, aut æque vitiosum e margine adsciscere illud: τοῖς ὄμμασιν, ubi usus loquendi disertaque testimonia scriptorum, Platonicorum etiam, unice flagitabant quod dedimus: τοῖς ὀνόμασιν. Sexcentis autem locis, vel potius singulis fere paginis, misere corrupta, lacunosa vel interpolata scriptoris oratio a nobis in integrum restituta est ope manuscriptorum codicum, vel aliorum scriptorum, qui Plotiniana verba citaverant. Nec minus ex libris mss. et ex Eusebio aliquot capitibus auximus has Enneadas.

Venio ad interpretationem. Cujus muneris partes erant hæ maxime: primum, ut aditum ad singulos libros munirem, hoc est ut Introductionem iis præmitterem, in qua fontes indicarentur ejus doctrinæ, quam eo in libro explicare instituit philosophus et, quoad ejus fieri posset, ejus doctrinæ vicissitudines adumbrarentur, sive, ut uno verbo absolvam, ut exhiberetur *Constitutio loci*, de quo ageretur. Deinde in Annotatione concinnanda illud ante omnia spectandum erat, ut Platonis Aristotelisque et utriusque sectatorum et interpretum veterum loci, quos scriptores ubivis fere respicit Plotinus,

raro diserte laudat, ii igitur omnes ut sigillatim excitati adponerentur componerenturque cum sententiis hujus philosophi. Contra putidum fuisset, si per omnes Enneades, quod in prima institui, singularum fere sententiarum vim ac naturam explicare voluissem, præcipue cum hac in parte Ficiniana Versio, vel potius Periphrasis, egregiam opem præstet. Quod Ficinus vero prætermisit, illud mihi faciendum esse duxi, ut Technologiam quandam inchoarem Alexandrinæ philosophiæ, hoc est, ut voces formulasque horum philosophorum proprias appositis testimoniis explanarem; quo ab hac quoque parte Lexicon Platonicorum præpararem. Quod subinde Novi Testamenti et frequenter Scriptorum ecclesiasticorum locos adhibui, consulto feci, nimirum ut Philosophiæ pariter atque Theologiæ studiosi intelligerent, quantopere mutuo se adjuvent Sacrorum librorum Ecclesiæque Christianæ scriptores et hi recentiores Platonici. Quod sæpius alia etiam deverticula sum sectatus, et in aliorum quoque scriptorum locis immoratus, hoc propterea institui, ut severitatem Plotinianam aliquo modo exhilararem; neque ego hoc nomine tristiorum supercilia judicum extimesco. Condonaret ipse Plotinus, qui in summa morum gravitate facilis fuisse traditur.

Magis mihi succensebunt Plotini admiratores amatoresque, quod in Prolegomenis, Introductionibus et Commentariis non sim verecundatus eorum quoque hominum judicia memorare, qui vel impares censendi sint illi philosopho judicando, vel præjudicata opinione occæcati hanc universam Alexandrinorum philosophiam ejiciant. Contra me excusabunt, qui editoris interpretisque officia æstimare sciant; utpote cui nihil antiquius esse debeat, quam ut ab omni partium studio quam alienissimus reperiatur. Quod liberum fuit, feci, nimirum ut calumniosa aut inepta istiusmodi dicta nonnunquam modeste notarem.

Superest, ut opem officiaque commemorem, quæ mihi in hoc opere instituendo exigendoque præstiterunt viri amici et eruditi. De *Wyttenbachio* supra dixi. *Moseri* nostri quæ partes in hoc negotio fuerint, loquitur titulus. Neque tamen hanc opportunitatem dimittam, quin cum laude prædicem, eum, quod a tali viro exspectari poterat, in digerenda varia lectione eandem sæpius recte judicasse, et Annotationi nonnulla adjecisse, quæ cancellis inclusa sunt, universum denique exemplum mea manu scriptum, quod mihi reservatum volebam, accurato et luculento charactere litterarum descripsisse, quo typothetarum opera expeditior fieret. In copiis comparandis me adjuverunt ii, quorum nomina Index Apparatus critici et Prolegomena habent. *Dissenius* insuper, *Krabingerus* et *Sahunius* Græcorum interpretum vel manuscriptorum, vel impressorum, locos sua opera meum in usum excerptos mihi impertiverunt.

Quod reliquum est, faxit Deus, quo annuente hoc opus perficere mihi contigit, ut id ipsum veræ sapientiæ, quæ divina est, studio promovendo conferat.

Scribebam Heidelbergæ
d. XVIII. mens. Decembr. a. MDCCCXXIX.

# EXHORTATIO

## MARSILII FICINI FLORENTINI

AD

## AUDITORES, ET LEGENTES PLOTINUM.

PRINCIPIO vos omnes admoneo, qui divinum audituri Plotinum huc acceditis, ut Platonem ipsum, sub Plotini persona loquentem, vos audituros existimetis. Sive enim Plato quondam in Plotino revixit (quod facile nobis Pythagorici dabunt) sive Dæmon idem Platonem quidem prius afflavit, deinde vero Plotinum, quod Platonici nulli negabunt: omnino aspirator idem os Platonicum afflat, atque Plotinicum. Sed in Platone quidem afflando spiritum effundit uberiorem: in Plotino autem flatum augustiorem: ac ne augustiorem dixerim, saltem non minus augustum, nonnunquam ferme profundiorem. Idem itaque numen per os utrumque humano generi divina fundit oracula: utrobique sagacissimo quodam interprete digna: quum [Ed. prc. *qui*] ibi quidem in evolvendis figmentorum incumbat involucris: hic vero tum in exprimendis sacratissimis [Ed. prc. *secretissimis*] ubique sensibus, tum in explanandis verbis quam brevissimis diligentius elaboret. Mementote præterea, vos haud quaquam vel sensu comite, vel humana ratione duce, sed mente quadam sublimiore excelsam Plotini mentem penetraturos. Profecto (ut Platonice loquar) cæteros homines rationales animos appellamus: Plotinum vero non animum, sed intellectum. Sic omnes eum philosophi, suo seculo, præsertim Platonici, nominabant. Atque utinam in mysteriis hujus interpretandis, adminiculum Porphyrii, aut Eustochii, aut Proculi, qui Plotini libros disposuerunt, atque exposuerunt, nobis adesset. Spero tamen id, quod admodum felicius est, divinum auxilium in traducendis explicandisque divinis Plotini libris Marsilio Ficino non defuturum. Sed jam cœlestibus hinc auspiciis et nos ad transferendum primum Plotini librum, et argumento breviter exponendum, reliquosque deinceps, feliciter accedamus. Et vos Platonem ipsum exclamare sic erga Plotinum existimetis:

> Οἶος πέπνυται, τοὶδ' ὡς σκιαὶ ἀΐσσουσι·
> Iste sapit solus, volitant reliqui sicut umbræ.

[Ed. prc. hujus versus loco: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi undique placeo: ipsum audite.*]

# MARSILIUS FICINUS

## MAGNANIMO PETRO MEDICI

## S.

Cum Idibus Novembribus in agro Caregio una cum Magno Laurentio Medice deambularem, multaque Platonis mysteria ultro citroque interpretaremur: decidi forte inter loquendum e sapientia in fortunam, cœpique hanc acrius incusare: quod Platoni lucem affectanti, seculis jam multis obstiterit. Tum ille, Noli, inquit, Marsili, Platonem nostrum infortunatum dicere, nisi forsan me fore putes infortunatum. Sermonem quidem tunc nostrum his dictis absolvimus. Sed numquid mortis causa deinde secutæ Laurentium liceat infortunatum existimare? simulque Platonis fortunam funditus corruisse? Absit, ut animum illum minus felicem putem, quem e corporis compedibus evolantem, novo quodam applausu lætus æther exceperit, grandiore stella in Laurentiana tecta cadente, mirisque flammis ex alto per Careginos agros triduo coruscantibus. Sed biduo ante obitum Jupiter rubente Dextera sacras jaculatus arces, Terruit urbem, mox orbam tanto patre futuram: Terruit hostes, grave ne quid forsan adversus invictam domum Mediceam molirentur. Itaque nec Laurentius heros, nec heroicus Petrus Laurentii filius, ob ea, quæ nuper contigerunt, minus posthac felix est judicandus: nec propterea Plato noster infortunatus. Cujus caput hactenus salutari prorsus umbra lauri fovebatur, nunc pedes jam firmissima petra nituntur. Plotinus denique manibus nunc tuis apprehensus, seniorem interea Platonem piis humeris substinebit, teque duce producet in lucem.

Incerti.

Mores, ingenium, Musæ, Sophiæque sepulta est
Laus hic cum magni corpore Marsilii.

Incerti.

En hospes hic est Marsilius sophiæ pater
Platonicum qui dogma, culpa temporum
Situ obrutum, illustrans, et Atticum decus
Servans Latio dedit: fores primus sacras
Divinæ aperiens mentis actus numine.
Vixit beatus ante Cosmi munere
Laurique Medicis, nunc revixit publico.

Politiani.

Mores, ingenium, Musas, sophiamque supremam
Vis uno dicam nomine? Marsilius.

Andreæ Dactii.

Hic situs est magni sacrum qui dogma Platonis
Marsilius patriæ tradidit et Latio.
Exuvias tellus, cœlestes spiritus oras,
Diva sed et terram fama polumque tenet.

# AMPLISSIMIS VIRIS CONSULIBUS ET SENATORIBUS

## ILLUSTRIS. REIP. NORIMBERGENSIS.

S.

PERVULGATUM est Platonis illud, Patres amplissimi, tum demum beatas fore Resp. si vel Philosophi regnent, vel reges philosophentur. Nam cum recta Politiæ administratio a perfecto rationis usu tota pendeat, et juxta Aristotelis sententiam virtute et sapientia excellentissimus tacito totius naturæ consensu imperio universi sit dignissimus: ut soli Deo hominique Christo opt. max. hocce decus per se convenit, ita participatione quadam iis, quos ille suos in terra vicarios esse voluit, eosdemque Deorum nomine cohonestavit. Hos ipsos autem cum peculiari quadam sorte ad recte imperandum excitare, vocare et erudire consueverit, id quod Mosis, Josuei, Gedeonis, Jephthæ, Samsonis, Machabæi, et similium exempla docent: tum vero populari ratione bonus ille bonæ naturæ auctor mentibus omnium hominum recte vivendi inscriptas regulas spiritus sui efficacia in quibusdam ad imperandum natis, et aureas proinde animas ex Platonis opinione habentibus, explicare et illustrare solet: ut quemadmodum essentiæ suæ, ita veritatis quoque et virtutis, quantum ejus fas est, participes faciat. Duæ profecto virtutis atque veritatis sunt normæ, Auctoritas sacra, ratione æterna constans, et ratio profana, auctoritate mortali nitens. Quarum illa Theologiæ non fucato nomine gaudens, solis splendidissimi instar humanæ mentis tenebras omnes vel sola depellere et illustrare potest: sed iis solis conceditur, qui singulari Numinis benignitate divinorum oraculorum revelationem lege Mosaica delineatam primum, lege deinceps Evangelica explicatam obtinuere. Hæc vero, quam a Sapientis Dei imitatione philosophiam dixere, reliquias humani naufragii colligens, naturæ incorruptæ legem indagatur: dumque turpitudinem hominis adventitiam intelligit et deplorat, ad pulcritudinis nativæ ideam, si non agendo, saltem contemplando evadere nititur: sed conatu etiam isto frustrata, dum quid sibi desit agnoscit, causam interim morbi ignorat, neque illius depellendi rationem ullam videt, ad auctorem naturæ bonum, suamque bonitatem nemini invidentem tota convertitur, ut cui ortus sui principia debet, ab eo quoque restitutionis et conservationis suæ adjumenta suppliciter devoteque petat. Hunc philosophiæ suæ finem Socrates, Apollinis oraculo sapientissimus omnium mortalium judicatus, constituit, quando ad summum illud bonum atque pulcrum omnia referre docuit, et philosophiam mortis commentationem esse definivit: sed et philosophiam, inter omnia ea quæ a Diis accepimus, principatum obtinere, asserere non dubitavit: hoc uno deceptus, quod Auctoritatis divinæ ignorantia (etsi hanc ipsam fortassis extra humanorum donorum censum positam esse tacite insinuavit) rationi, quæ tamen in secundis tantum connumerari debet, primas assignavit. Jam vero cum ratio ipsa humana (nam divina, quæ oculos hominum veluti noctuarum splendore suo hebetat penitus, et offuscat) ex singularium historia et observatione universalem theoriam et contemplationem

deducat: observatio rursus nec brevi tempore nec ab uno aliquo fieri queat: ni supellectile profecto rationis, ut ita loquar, comparanda experientiam famulari et obstetricari, adeoque Auctoritatem eorum, qui cum ratione observata invenerunt, inventa constituerunt, constituta docuerunt, maximi faciendam esse, constans naturæ ordo persuadet. Quocirca admirabilis ille naturæ mystes et interpres Aristoteles, qui nihil in intellectu esse asserit, quod non prius in sensu fuerit, τὸν μανθάνοντα πιστεύειν oportere pronunciavit. Etsi enim hominem philosophum rationis et orationis libertas, nulli auctoritati dedita, soli veritati addicta, deceat: eadem tamen ipsa paucos tantum, quos æquus amavit Juppiter, quique auctoritatem omnem divinæ mentis perspicacia superaverint, cadere potest: mediocribus interim, quorum est pars maxima, opinionibus antecessorum suorum servire multo consultius fuerit, quam inconsiderato libertatis studio, repudiata majorum auctoritate, καινοδοξίας tyrannidem invadere. Atque ut Indorum Germanas atque Brachmanas, Ægyptiorum sacerdotes, Chaldæos Babyloniorum, Scytharum Tarabostescos, Germanorum atque Gallorum Druidas omittamus: veterum certe Græciæ philosophorum scholas duas celeberrimas, Ionicam jam inde a Thalete ad Epicurum, Italicam a Pythagora ad Socratem usque deductas, auctoritati plurimum tribuisse, et dum rationis vestigia sectantur, subinde in auctoritatis pomœria deflexisse, vel Pythagoreum illud, αὐτὸς ἔφα, satis superque convincit. Socrates quidem, cum philosophiam mutilatam in integrum restituere, nec naturæ tantum obscuritatem, sed et morum improbitatem indagare, ejusdemque reparandæ modum quærere instituisset, propter philosophandi elegantiam et vitæ sanctimoniam ex se posteriorum philosophorum colonias varias propagavit: dum quæ ab illo virtutis et veritatis naturalia semina hauserant, vel rectius intelligere, vel diligentius excolere, solertes discipuli studuere. Hinc adeo Academicorum philosophorum secta a Platone, Cynicorum ab Antisthene, quæ mox Stoicam quoque ex se produxit, constitutæ fuerunt. Platonis discipulus Aristoteles, Peripateticam coloniam metropoli sua ob ordinis methodique lucem tot jam seculorum perpetua successione neutiquam inferiorem in Lyceum deduxit. Academiæ interim veteris nomen et dignitatem Speusippus cum successoribus conservavit, Arcesilaus mediam, Lacydes novam invexit. Turbata postmodum una cum imperio Atheniensis scholæ constitutione: suis excita natalibus per totam primo Græciam, deinde etiam per Italiam ramos suos Academia præ cæteris sectis spargere cœpit: tanta cœli solique benignitate, ut viviradices istæ in latissimas sylvas excreverint: et posteaquam Græcia capta, ferum victorem cepit, ut ille ait, Platonicæ philosophiæ seges Romæ imprimis fuerit amplissima: non viva tantum traditione, sed et scriptis doctissimorum hominum mirifice contestata et celebrata. Id quod unus Plotinus Lycopolita, quem hic in scenam literariam cultiorem, elegantioremque producimus, Ammonii Alexandrini summi philosophi ab anno ætatis xxix. quo primum ad philosophiam accessit, per annos undecim diligens auditor, Origenis et Erennii condiscipulus, docere potest. Convenerat inter eos jam olim, ne acroamatica præceptoris dogmata ederent, sed ore tantum legitimis auditoribus ea communicando, auctoritatem scholæ tuerentur. At postquam prior Erennius, deinde Origenes fidem fefellit, sed et quia auditores Plotini, quorum per ann. 26. Romæ et multos et eruditos habuit, sine dogmatum anagnosi solam acroasin tumultuariam sequebantur: vix tandem Plotinus quadragenario major ad LXVI. ætatis annum, qui secundus fuit Claudii II. Imp. utrique certe fatalis, ad scri-

bendum animum appulit. Cujus vitam cum Porphyrius diligenter et copiose sit persecutus, non est cur nos actum agamus: sed illud unum animadvertamus, Plotinum in ea tempora incidisse, quibus Philosophia profana Christianæ religionis tunc longe lateque emergentis æmulatione excita, veritate insuper dogmatum coacta, facillime Christi jugum subire potuisset, nisi ambitio et improbitas eorum, qui barba pallioque tenus philosophabantur, sapientiæque opinione turgidi, imperitis et idiotis parere turpissimum esse ducebant, obstitisset. Illi enim cum auctoritatem sapientiæ profanæ, tueri studerent, observarent interim non tam rationum subtilitate, quam morum sanctitate, et miraculorum frequentia pietatem Christianam niti: ipsum Acheronta movere non dubitarunt, hoc est sub prætextu philosophiæ humanæ Magiam in subsidium advocare. Itaque post Apollonium Tyanæum (cujus admirandis præstigiis astutissimus cacodæmon Christi Opt. Max. miraculorum auctoritatem labefactare, eidemque hunc velut antagonistam opponere conatus est) Julianus Chaldæus, Thaumaturgus dictus, Iamblichus Chalcidensis, Maximus Ephesius, Libanius sophista, Amelius et Sopater Apamenses, Ædesius Cappadox, Chrysanthius Lydius, et impius ille Porphyrius e Tyro, cum blasphemo Proclo Lycio, philosophicam larvam impiæ magiæ induxere. Quæ sane res fecit, ut cum D. Paulus ab inani philosophia pios abstinere serio præcipiat, Christianæ religionis sectatores eo seculo non modo philosophos, et merito quidem, sed et philosophiam ipsam licet immerentem, impietatis damnarent: eoque res rediit, ut Magiæ odio Theologia divina Philosophiæ sinceræ famulatu atque ministerio tam honorario quam necessario penitus exueretur. Sed cum quo res quæque præstantior est, eo abusus ejus deterior esse soleat: diligenter hæc a se invicem distinguenda fuerant, ne quod moribus hominum debebatur, ipsi arti imputaretur. Rectius ii, (inter quos Melito Sardensis episcopus, Frontonis philosophi discipulus, Pantænus item Alexandrinus Stoicus, cum Clemente Alexandrino, et Alexandro Hierosolymitanorum episcopo, discipulis, Quadratus pariter, et Aristides Atheniensis, Justinus martyr, Cyprianus Carthaginensis, magus priusquam episcopus, Origenes insuper Ægyptius, cum multis aliis) qui vanitate philosophica rejecta, veritatem philosophicam, revelatæ veritati subancillari coegere, adeoque auri Ægyptii vetitum alioqui usum ad veri Dei cultum traduxere, tanto successu, ut Julianus Apostata hanc unam extirpandi Christianismi rationem esse putarit, si ab ethnicorum literis arcerentur pii, qui hisce instructi, multo probabilius et efficacius veritatem ipsam tuerentur, suismetque armis impios conficerent. Etsi vero absurdum videtur, homines a Deo aversos, veræque pietatis ex professo hostes, ad ullam sinceræ veritatis licet profanæ cognitionem pervenire potuisse: at magna est æterni illius bonorum datoris indulgentia, qui ut sole suo impios æque ac pios illustrat, ita vatibus ethnicorum, admirando consilio, multo clariores de Messia revelationes dedit (sicut ex Sibyllinis constare potest) quam ipsismet Judæorum prophetis. Ergo ut impie de religione nostra revelata Plotinus senserit, fortassis quoque eandem magico conatu oppugnarit (etsi in duce illius eliciendo, non dæmonem, sed Deum Ægyptio sacerdoti apparuisse, Porphyrius nugetur) at in eo philosophiæ genere, quod rationi humanæ consentaneum, et naturæ, hoc est Dei operum, in quovis entium genere cognoscendæ exprimendæque æmulum existit, post Platonem eximius fuit: adeoque si, quod quidam inquit, Platonici paucis immutatis Christiani fieri possunt: Plotinus certe, qui multo accuratius et diligentius dogmata Platonica et scrutatus est, et interpretatus,

primum inter hosce locum meruerit, cum si cum reliquis ejusdem professionis comparetur, non minus *θεῖον* appellatione dignus videatur, quam Plato olim, cum Aristotele *δαιμονίῳ* collatus. Quod si vero vel quia noluit, vel quia numinis benignitate destitutus ad æternæ pietatis cognitionem pervenire non potuit: at nos, quibus liberalior divini spiritus gratia affulsit, philosophiam ejus naturæ rectæ consentaneam, et eatenus a divina Auctoritate non alienam, Theologiæ subancillari cogamus: ipsosque naturæ thesauros in contemplando simul et agendo ex penetralibus hisce erutos, ad Dei unius gloriam, referre, et in luce illius, qui omnem hominem sed dispare modo illuminat, acquiescere discamus. Hoc sane consilio, VV. clarissimi, Plotinum, qui ante aliquot annos ex officina nostra, Marsilio Ficino interpretante prodierat, quatuor Græcorum exemplarium manuscriptorum, trium quidem Italicorum, quarti vero Jo. Sambuci Tirnaviensis, Cæsaris Historici, liberalitate literaria privatis omnibus præferendi, principibus etiam plerisque conferendi, fide ac subsidio, sua nunc lingua loquentem et auctiorem et emendatiorem dare voluimus: ut philosophiæ Platonicæ, h. e. quæ Christianæ religioni maxime affinis est, et cognoscendæ, et judicandæ, et ad usum veræ pietatis traducendæ, utriusque linguæ studiosis potestatem faceremus: cum ea sententiarum ubertate et verborum brevitate scateat, ut interdum ex Græcis rectius quam ex Latinis intelligi queat, nullo quidem interpretis vitio, sed ob rei ipsius obscuritatem, et linguæ proprietatem. Hunc eundem vero auctorem vestræ potissimum Reip. Patres amplissimi, offerre volui, ut quando similitudo parit amicitias, princeps philosophus, idemque veritatis et virtutis in suo genere doctor eximius: sub illius Reipublicæ titulo ac patrocinio prodiret, quæ

Inter Teutoniæ tantum caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi

quæque multorum jam annorum constante successione, et Corinthiam opulentiam, et optimam disciplinam, Spartana multo sanctiorem, in media Germania expressit, diuturnaque benignitate inter tot libertatis insidiatores fortiter conservavit. Sed ut hæc avita sunt civitatis vestræ encomia, ita quod nunc dicendum venit, vobis, bonorum parentum generosæ posteritati, proprium: quod non minus regio, quam philosophico animo, hoc tempore, quo plerosque vel turpi vel inani otio, ne quid gravius dicam, politiis incubare videmus, Academiam Altorfensem institueritis, et doctiss. virorum ampliss. stipendiis evocatorum, eruditione ac virtute ita conservandam curaveritis, ut in posterum inclytam Germaniæ Norimbergam, non modo probatissimarum pretiosissimarumque mercium, sed et optimarum laudatissimarumque artium emporium, Christianus orbis et admiraturus sit, et celebraturus. More veteris militiæ Romanæ boni nominis ominisque miles primus legi, et Castrensi catalogo inseri consueverat. Vos itidem, Viri omnium ordinum clarissimi, Academicorum principem Plotinum, meæ erga Remp. vestram veteris observantiæ, erga Academiam novæ benevolentiæ testem atque vadem, qua soletis, humanitate, excipite, et me Academicorum omnium communem obstetricatorem in vestram deinceps clientelam suscipite. Valete Germaniæ lumina atque columina. Basileæ A.D.VI. KL. Sept. anno Christiano M.DXXC.

V A

Addictissimus

PETRUS PERNA TYPOGRAPHUS BASILIENSIS.

# MARSILII FICINI FLORENTINI IN PLOTINUM

AD

# MAGNANIMUM LAURENTIUM MEDICEM PATRIÆ SERVATOREM

## PROŒMIUM.

MAGNUS COSMUS, Senatusconsulto patriæ pater, quo tempore Concilium inter Græcos atque Latinos sub Eugenio pontifice Florentiæ tractabatur, philosophum Græcum, nomine Gemistum, cognomine Plethonem, quasi Platonem alterum, de mysteriis Platonicis disputantem frequenter audivit. E cujus ore ferventi sic afflatus est protinus, sic animatus, ut inde Academiam quandam alta mente conceperit: hanc opportuno primum tempore pariturus. Deinde dum conceptum tantum magnus ille Medices quodammodo parturiret, me electissimi medici sui Ficini filium, adhuc puerum, tanto operi destinavit, ad hoc ipsum educavit in dies: operam præterea dedit, ut omnes non solum Platonis, sed etiam Plotini libros Græcos haberem. Post hæc autem anno millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, quo ego trigesimum agebam ætatis annum, mihi Mercurium primo Termaximum, mox Platonem mandavit interpretandum. Mercurium paucis mensibus eo vivente peregi: Platonem tunc etiam sum aggressus. Etsi Plotinum quoque desiderabat, nullum tamen de hoc interpretando fecit verbum: ne graviore me pondere semel premere videretur. Tanta erat viri tanti erga suos clementia, in omnes tanta modestia. Itaque nec ego quidem quasi nec vates aggredi Plotinum aliquando cogitavi. Verum interea Cosmus, quod vivens olim in terra reticuit, tandem expressit, vel potius impressit ex alto. Quo enim tempore Platonem Latinis dedi legendum, heroicus ille Cosmi animus heroicam Joannis Pici Mirandulæ mentem nescio quomodo instigavit, ut Florentiam, et ipse quasi nesciens quomodo, perveniret. Hic sane quo anno Platonem aggressus fueram natus, deinde quo die, et ferme qua hora Platonem edidi, Florentiam veniens, me statim post primam salutationem de Platone rogat: huic, Equidem Plato noster, inquam, hodie liminibus nostris est egressus. Tunc ille, et hoc ipso vehementer congratulatus est: et mox nescio quibus verbis, ac ille nescit quibus, ad Plotinum interpretandum me non adduxit quidem, sed potius concitavit. Divinitus profecto videtur effectum, ut, dum Plato quasi renasceretur, natus Picus heros sub Saturno suo Aquarium possidente, sub quo et ego similiter anno prius trigesimo natus fueram: ac perveniens Florentiam, quo die Plato noster est editus, antiquum illud de Plotino herois Cosmi votum mihi prorsus occultum, sed sibi cœlitus inspiratum, idem et mihi mirabiliter inspiraverit. Quoniam vero nunc circa philosophandi officium divinam attigimus providentiam, operæ pretium videtur, ut eam paulo latius prosequamur. Non est profecto putandum, acuta, et quodammodo philosophica hominum ingenia unquam alia quadam esca, præterquam philosophica, ad perfectam religionem allici posse paulatim, atque perduci. Acuta enim ingenia plerumque soli se rationi committunt, cumque a religioso quodam philosopho hanc accipiunt, religionem subito communem libenter admittunt: qua quidem imbuti, ad meliorem religionis speciem sub genere comprehensam facilius traduntur. Itaque non absque divina provi-

dentia, volente videlicet, omnes pro singulorum ingenio ad se mirabiliter revocare, factum est, ut pia quædam philosophia quondam et apud Persas sub Zoroastre, et apud Ægyptios sub Mercurio nasceretur, utrobique sibimet consona: nutriretur deinde apud Thraces sub Orpheo atque Aglaophemo: adolesceret quoque mox sub Pythagora apud Græcos et Italos, tandem vero a divo Platone consummaretur Athenis. Vetus autem Theologorum mos erat, divina mysteria cum mathematicis numeris et figuris, tum poëticis figmentis obtegere: ne temere cuilibet communia forent. Plotinus tandem his Theologiam velaminibus enudavit, primusque et solus, ut Porphyrius Proclusque testantur, arcana veterum divinitus penetravit: sed ob incredibilem cum verborum brevitatem, tum sententiarum copiam, sensusque profunditatem, non translatione tantum linguæ, sed commentariis indiget. Nos ergo in Theologis superioribus apud Platonem atque Plotinum traducendis et explanandis elaboravimus, ut hac Theologia in lucem prodeunte, et poëtæ desinant gesta mysteriaque pietatis impie fabulis suis annumerare et Peripatetici quam plurimi, id est Philosophi pene omnes admoneantur, non esse de religione saltem communi, tanquam de anilibus fabulis sentiendum. Totus enim ferme terrarum orbis a Peripateticis occupatus in duas plurimum sectas divisus est, Alexandrinam et Averroicam. Illi quidem intellectum nostrum esse mortalem existimant, hi vero unicum esse contendunt: utrique religionem omnem funditus æque tollunt, præsertim quia divinam circa homines providentiam negare videntur, et utrobique a suo etiam Aristotele defecisse. Cujus mentem hodie pauci præter sublimem Picum Complatonicum nostrum ea pietate, qua Theophrastus olim et Themistius, Porphyrius, Simplicius, Avicenna, et nuper Plethon interpretantur. Si quis autem putet tam divulgatam impietatem, tamque acribus munitam ingeniis sola quadam simplici prædicatione fidei apud homines posse deleri, is a vero longius aberrare palam re ipsa procul dubio convincetur: majore admodum hic opus est potestate: id autem est vel divinis miraculis ubique patentibus vel saltem philosophica quadam religione philosophis eam libentius audituris, quandoque persuasura. Placet autem divinæ providentiæ his seculis ipsum religionis suæ genus autoritate rationeque philosophica confirmare, quoad statuto quodam tempore verissimam religionis speciem, ut olim quandoque fecit, manifestis per omnes gentes confirmet miraculis. Divina igitur providentia ducti divinum Platonem et magnum Plotinum interpretati sumus. Platonem quidem ipsum misimus ad te jamdiu, ut apud eum aliquando reviversceret, in quo revixit Cosmus, atque renatus adolevit ad votum, et feliciter floret adultus. Plotinum vero nunc et si jure missuri sumus, non tam mittimus quidem, quam spectamus ad tuas ædes ultro et alacriter properantem, tanquam ab ipso Platone, velut ferrum a lapide quodam Herculeo raptum, ut penes te, Magnanime Laurenti, unice literatorum patrone, una cum Platone suo felicissime vivat. Audi ergo feliciter Plotinum de omnibus philosophiæ mysteriis apud te cum Platone loquentem: sed antequam hunc auscultes, Porphyrius pius ejus discipulus tibi auscultandus erit, vitam, mores, gesta magistri, et brevissime simul et verissime narrans. Cujus historiam Angelus Politianus noster alumnus tuus, acerrimo vir judicio, tam oratoriam quam philosophicam esse censet: propterea tibi admodum placituram. Denique non solum audi feliciter, sed etiam felicissime vive. Et quantum nos amas, dilectissime Laurenti, tantum precor nostrum ama Valorem, Philippum, inquam, egregium virum, et Platonicæ sapientiæ studiosum, et te ardenter amantem.

# PROLEGOMENA LITERARIA
## DE PLOTINO.

### Notitia litteraria ex Fabricii Bibliotheca Græca t. V. p. 691—701. ed. Harles. emendata et aucta.

I. *De Plotino.* II. *Ejus obscuritas. Genius.* III. *Num Spinosismo faveat.* IV. *Dogma ejus de divina trinitate.* V. *Julii Firmici et Petri Petiti de Plotino censuræ.* [V. b. *Creuzeri Adumbratio rationis Plotini universæ, sive Sciagraphia Systematis Plotiniani.*] VI. *Scripta ejus ab Eustochio, Porphyrio, Proclo recensita vel illustrata.* VII. *Dexippus contra Plotinum de decem prædicamentis.* VIII. *Indiculus scriptorum a Dexippo citatorum. Anonymus Græcus adversus Plotinum de anima.* IX. *Plotini operum a Porphyrio in Enneades distributorum editiones. Scripta Plotino tributa, quæ in Enneadibus non exstant.* X. *Indiculus scriptorum a Plotino laudatorum.*

I. Constat aliorum etiam testimoniis auctorum, quanta fuerit Plotini inter philosophos auctoritas, quantum etiam post fata nomen, ut velut alterum Platonem reddidisse ætati suæ videretur. Unde *Proclus* in Theologia Platonica libro et capite primo: *Τούτους δὴ*, inquit, *τοὺς τῆς Πλατωνικῆς ἐποπτείας ἐξηγητὰς καὶ τὰς παναγεστάτας ἡμῖν περὶ τῶν θείων ὑφηγήσεις ἀναπλώσαντας καὶ τῷ σφετέρῳ καθηγεμόνι (τῷ Πλάτωνι) παραπλησίαν τὴν φύσιν λαχόντας εἶναι θείην ἂν ἔγωγε ΠΛΩΤΙΝΟΝ τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τοὺς ἀπὸ τούτου παραδεξαμένους τὴν θεωρίαν, ʼΑΜΕΛΙΟΝ τε καὶ ΠΟΡΦΥΡΙΟΝ καὶ τρίτους οἶμαι τοὺς ἀπὸ τούτων ὥσπερ ἀνδρίαντας ἡμῖν ἀποτεχθέντας ʼΙΑΜΒΛΙΧΟΝ τε καὶ ΘΕΟΔΩΡΟΝ*[a], *καὶ εἰ δή τινες ἄλλοι μετὰ τούτους ἑπόμενοι τῷ θείῳ τούτῳ χορῷ περὶ τῶν του Πλάτωνος τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν ἀνεβάκχευσαν.* Eunapius p. 12. sq. [Commelin. p. 6. Boissonad.]. *Πλωτίνου θερμοὶ βωμοὶ νῦν, καὶ τὰ βιβλία οὐ μόνον τοῖς πεπαιδαιμένοις διὰ χειρὸς ὑπὲρ τοὺς Πλατωνικοὺς λόγους, ἀλλὰ καὶ τὸ πολὺ πλῆθος, ἐάν τι παρακούσῃ δογμάτων, εἰς αὐτὰ κάμπτεται* [Adde Suidam in *Πλωτῖνος* Tom. III. p. 133. Kusteri et Eudociam in Violario p. 363. *Cr.*] S. Augustinus IX. 10. de Civitate Dei: *Plotinus certe nostra memoria vicinus temporibus, Platonem ceteris excellentius intellexisse laudatur.* Et VIII. 12. *Ex Platonicis sunt valde nobilitati Græci, Plotinus, Iamblichus, Porphyrius.* Idem III. 18. contra Academicos: *Osque illud Platonis, quod in philosophia purgatissimum est et lucidissimum, dimotis nubibus erroris emicuit maxime in Plotino, qui Platonicus philosophus ita ejus similis judicatus est, ut simul eos vixisse, tantum autem interesse temporis, ut in hoc ille revixisse putandus sit.* [Adde Augustin. de Civ. Dei IX. 10. p. 226. B.C.D.

[a] Theodorum Asinæum puto a Proclo innui quem sæpe laudat commentariis in Timæum. Etiam Sopatrum. Apamensem *προεστῶτα τῆς Πλωτίνου διαδοχῆς* vocat *Sozomenus* lib. I. cap. 5. hist. Iamblichi nempe discipulum a Constantino magno interemtum, teste Eunapio in Ædesii vita Zosimo lib. II. et Suida in *Σώπατρος*.

ed. Paris. Benedict. X. 2. p. 239. D.E.F. et X. 30. p. 266. A. *Cr.*]. Φιλοζητητὴς ὢν ἄγαν, καὶ διὰ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἰσχνομυθίας, ἐλληλακώς, quod *S. Cyrilli* de eo elogium est VIII. contra Julianum p. 273. Inter philosophiæ præceptores cum Platone princeps, judice *Macrobio* lib. I. in somnium Scipionis cap. 8. Laudant Plotinum præterea Eusebius, Julianus imperator, Theodoritus, Æneas Gazæus in Theophrasto, Syrianus, Sidonius III. epist. 6. ad Eutropium, quem Plotini consectaneum vocat et alii infiniti.* E recentioribus unum memorabo Joannem Picum Mirandulanum, cujus Hexameron quum legisset Hermolaus Barbarus ita ad eum scripsit a. 1499. Venetiis pridie Non. Septembr. (inter epistolas Politiani XII. 36.) Omitto quam multa ex Plotino egregia, quam cursim et eleganter attigeris, ut quidquid fere quatuor ejus et quinquaginta volumina in sex Novenarios a Porphyrio digesta continent, non plus legisse quam edididisse [Corrig. *edidicisse*, ut est in Politiani operibus. *Cr.*] videaris. [conf. Pope-Blount Censur. Celebrior. Auctorum. p. 203. seq.] Alia recentiorum de Plotino testimonia quære [in Annott. in Porphyr. de Vit. Plotini et in Enneadas ipsas. *Cr.*]

**II. Obscuritatem in eo præter Longinum ipse notat *Porphyrius* cap. 18. et *Eunapius* Porphyrium Plotino defuncto ait; [p. 17. p. 9. Boisson.] tanto magis Romæ communiter fuisse probatum, quod cuncta aperte et dilucide traderet, quum Plotinus τῷ τε τῆς ψυχῆς οὐρανίῳ καὶ τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος. Causæ obscuritatis, quod *magis, quam quisquam verborum parcus* fuerit, ut de illo est apud Macrobium II. 12. in Somnium Scipionis, cui rei accessit subtilitas abstrusarum profundarumque cogitationum, non habentium semper, ubi consistant, et de rebus a captu non minus hominis, quam sensu, remotis, cum dubitatione quadam audax et præfidens disputatio, et mystico interdum atque allegorico velo obducta. [" *l'inintelligible Plotin.*" Claverius (*Clavier* in *Biographie universelle*, Tome X. p. 458.) *Cr.*] Interim Socratis exemplo genium se habere jactavit, neque aliquod e vulgo dæmonium, sed Deum[b] quempiam majorem dæmonibus, quin imo ad summi Dei[c] coram fruendi contemplationem procul forma et idea quacunque, actu ipso aliquoties admissum se gloriatus est. Itaque et *Ammianus Marcellinus*[d] inter eos, quibuscum familiares genii

* Vide, quæ supra congessi ad Porphyrium de Vita Plotini cap. 1. et passim, et consule Theophylacti Simocattæ ἐπιστόλιον ad ejus Vitæ calcem a me adjectum. *Cr.*

** [Congruentiam philosophiæ Plotinianæ atque orientalis, Indicæ, Persicæ, Chaldaicæ, Cabbalisticæ nuper memorarunt multi. Hinc Malcolm. Britannus in History of Persia II. p. 384. Persicæ theosophiæ originem apud Græcos inveniri opinatur, cui obloquitur quodammodo Fr. A. D. Tholuck in libro, qui inscribitur Ssufismus sive theosophia Persarum Pantheistica. Berol. 1821. p. 32. seq. Neque tamen idem negat, p. 40. sq. Similitudinem inter decreta Plotiniana haud pauca atque Ssufica illa sive Persica reconditiora. Quod nuper admodum C. H. A. Steinhart vir doctus in Quæstt. De Dialectica Plotini Ratione p. 12. not. 23. posuit: " Neque in illa (Plotini doctrina) inveniemus, quæ ex orientali philosophia essent repetenda:" nolim equidem hæc tam præcise pronuntiari, quando et in Asia versatus est Plotinus et sæculo post Ch. N. tertio ut Alexandriæ ita Romæ orientalis philosophia religionesque pervulgatæ erant. *Cr.*]

b *Porphyr.* in Plotini Vita. cap. 10. [ubi annot. *Cr.*]

c Porphyr. in Plotini Vita. cap. 23. [Cf. Ennead. IV. 8. 1. Porphyrium tamen Iamblichumque aliosque posteriores Platonicos recessisse a puriore Plotini ratione magisque superstitioni obnoxios fuisse recte monet *Steinhart* l. l. Hæc eo magis tenenda sunt, quo sæpius a viris etiam doctis nimium universa adeoque injusta judicia fiunt de hac philosophia, quam Neoplatonicam dicunt. Accurate enim distinguenda sunt Plotini decreta vitæque instituta a decretis posteriorum Platonicorum. Quæ si reputasset non tam confuse judicasset vir ceteroqui doctus Ad. Coray in Prolegomm. ad Ἄτακτα Tom. II. p. 25. sq. *Cr.*]

d Lib. XXI. Histor. cap. 14.

versati sunt, refert Plotinum, *ausum quædam super hac re disserere mystica, alteque monstrare*[e], *quibus primordiis hi genii animis connexi mortalium, eas tanquam gremiis suis susceptas tuentur, quoad licitum est, docentque majora, si senserint puras et a colluvione peccandi immaculata corporis societate discretas.* Fabric. G. *Naudé apologie pour tous les grands personnages, qui ont été faussement soupçonnéz de Magie* (Hagæ 1679. 8.) p. 268. [Locum attigi ad Proclum in Alcib. I. cap. 23. p. 73. *Cr.*] a magiæ crimine absolvit Plotinum, arbitrans, illa de dæmone et miraculis Plotini ficta fuisse ab illius sectatoribus, et ad opinionem Christianorum de sua doctrina, miraculis stabilita illudendam atque evertendam. Verum compara *Meiner's* Beytrag etc. p. 20. seq. p. 47. seqq. *Brucker* in Hist. Crit. Philos. Vol. II. p. 228. 30. sq. *Tiedemann* in libro: Geist der speculativen Philosophie Tom. III. p. 281. sqq. 372. sq. *Harl.*

III. ***Petrus Bælius* qui vitæ Plotini a Porphyrio scriptæ compendium amœno stylo Gallico condidit, inseruitque dictionario suo historico, inter alia p. 2455. [p. 758. edit. noviss.] D. notat, Plotini philosophiam non longe distare a Spinosismo: nec diffiteor, quædam ejus dogmata propius ad eam accedere videri; tamen, si attentius consideraveris, plurimum distant. Nam Deum concipit sibi Plotinus primam causam omnium rerum, ut luminis solem[f]: providere omnibus rebus, adeo diversam[g] ab illis omnibus, quarum causam voluntate et ratione[h] illum esse agnoscit, ut quicquid in his vel sensibus, vel intelligendo etiam concipitur, locum tempusque Deo inferius esse putet, adeoque ab illo removeat, at ita removeat, ut tamen habere illum aliquid omni sensu et intelligentia sublimius, pulcrius, perfectiusque et amabilius profiteatur, ad cujus con-

[e] Respicit Ennead. III. libr. 4. *περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαιμονίου* [*δαίμονος*]. Sic heroibus suis assignat Homerus primi plerumque ordinis Deos, *Ulyssi Minervam, Achilli Thetidem, Paridi Venerem, Hectori Apollinem*, et sic de aliis, quæ Henrici Dodwelli observatio est Prælect. 4. Cambdenian. §. 3. ubi de dæmonibus sive geniis non protrita.

** [Plotinum alii Pythagoricis annumerabant. Hinc idem relatus est (in hac Bibliotheca lib. II. cap. 13. Vol. I. p. 864. ed. Harles.) quodammodo in Pythagoricorum Catalogum, (non minus atque Plato ipse) Tu vide Longini locum in Porphyrii Vita Plotini. cap. XV. nec minus numeratur in Platonicis. Vide Catalog. Platonicorum lib. III. cap. IV. Vol. III. hujus bibliothecæ p. 182. Harlesii. An Plotinus in *Platonis* libros *de republica* sit commentatus. de eo vid. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. p. 21. ed. veter. Vol. III. p. 92. ed. Harles. Non commentatum esse, scripto certe, satis arguere videtur disertum Porphyrii silentium. In *Problematum scriptoribus* numeratur Plotinus a Theophylacto Simocatta in extremo *ἀποριῶν φυσικῶν*. Locum exhibet Fabricius in Biblioth. Gr. lib. III. cap. 6. §. 45. Vol. II. p. 146. ed. veter. Vol. III. p. 254. ed. Harles. De nomine hujus familiæ philosophorum Augustinus de Civ. Dei lib. VIII. cap. 11. ita prodit: "Recentiores tamen philosophi nobilissimi, quibus Plato sectandus placuit, noluerunt se dici Peripateticos aut Academicos; sed Platonicos; ex quibus valde sunt nobilitati Græci; *Plotinus*, Iamblichus, Porphyrius. In utraque autem lingua Apuleius Afer exstitit Platonicus nobilis." Quæ paullum immutata descripsit Joannes Sarisberiensis De Nugis Curialium lib. VII. cap. 6. *Cr.*]

[f] Ennead. VI. lib. 9. p. 761. et lib. 7. p. 709.

[g] Ennead. III. lib. 2. p. 263. Ennead. VI. lib. 7. p. 733. etc. Nolo enim plura loca adscribere, quia eam, quam dixi, mentem Plotini esse, evolutio ejus librorum præcipue trium postremorum Enneadis ultimæ, lectorem attentum satis edocebit.

[h] Ennead. VI. lib. 8. p. 753. de Deo inter alia, quod sit causa omnium causarum, *μειζόνως ἄρα οἷον αἰτιώτατον καὶ ἀληθέστερον αἰτία, ὁμοῦ πάσας ἔχον τὰς μελλούσας ἀπ᾽ αὐτοῦ ἔσεσθαι νοερὰς αἰτίας, καὶ γεννητικὸν τοῦ οὐχ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ὡς ἐθέλησεν αὐτός* (adde p. 751.) *ἡ δὲ θέλησις οὐκ ἄλογος, ἣν οὐδὲ τοῦ εἰκῆ, οὐδ᾽ ὡς ἐπῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὡς ἔδει κ. τ. λ.* Neque cum hoc pugnat, quod lib. 7. p. 729. negat Deum *ποιεῖν*, aut ullum ejus esse *ἔργον*, ipsum enim sufficere sibi et rebus omnibus. Nam nec solem dixerit aliquis radios facere, quibus tamen emittendis sufficit. Eo autem Deus caussa præstantior, quod illum voluntate et ratione omnium caussam esse jam fassus est Plotinus.

templationem beatissimam unionemque sensu omni et intelligentia superiorem puritate mentis, hujusque acie in ipsum demersa atque in illo acquiescente accedatur. Quod vero Ennead. VI. 4. sq. disputat, *ens unum idemque existens simul esse ubique totum*, non ad Spinosæ impietatem pertinet, sed ne Deum magnitudine corporea mensuremus, aut loco includamus[i], verum pariter persuasi simus in ipso nos vivere, esse ac moveri, quam ipsum adesse unicuique nostrum, ut adeo in Deo unum simus et iterum diversa ab eo, ut a sole radii. Similiter quod VI. 5. et IV. 9. animam unam ubique et vitam unam unamque rationem per universum sparsam contendit, sic ipse, explicat[k], ut una scientia dici potest pluribus inesse; unde patet, unitatem hanc originis, exempli et speciei eum multitudini et varietati individuorum opponere, vel istam negare certe haud voluisse. Neque huic adversatur, quod moriturus Plotinus ad Eustochium dixit, se in eo esse, ut, quod in se haberet divinum πρὸς τὸ ἐν τῷ παντὶ θεῖον adduceret, quam ejus vocem litteris aureis, vel si quid etiam auro reperitur pretiosius, perscribendam adfirmavit *Cœlius Rhodiginus* XXI. 10. Antiquar. Lectionum. *Fabric.* A Spinozismi crimine liberant quoque Plotinum *Jo. Franc. Buddeus* in Exercit. de Spinozismo ante Spinozam §. 12. sqq. in Analectis Historiæ Philosoph. p. 329. sqq. *Reimmann.* in Historia Atheismi p. 167. sq. et *Villoison* in Anecdotis Græcis, Tom. II. p. 226. Eum tamen et Pantheismi et Spinozismi reum facit *Tiedemann.* l. c. p. 428. sqq. *Harl.* A quo tamen crimine eum liberare studet Villoison in Anecdott. Grr. II. p. 226. sq.—[Tennemann in Geschichte der Philosophie Tom. VI. p. 166. sqq. posteaquam ad Kantianæ rationis, cui se ipse addixerat, modulum Plotini decreta exegisset, hoc tamen iisdem tribuit nimirum ut fateretur, inesse in ejus philosophi scriptis magnarum rerum semina: Pantheismi Spinoziani, Monadologiæ atque Theodicææ Leibnitzianæ et novissimæ philosophiæ, quæ a Germanis maxime tractata de rerum natura exposuit. Plura idem de Plotiniana philosophia disputat ibidem p. 187—202. Etiam nuper exorti sunt per Germaniam maxime, qui Platonicorum recentiorum et ipsius Plotini placita vel universa vel unum alterumque diversis studiis explicarent, judicarent, aut etiam adhiberent. Quorum judiciorum causas cum equidem procul habeam, ut qui sine ira et studio Plotinianos libros emendare, et quoad ejus fieri potest, explicare instituerim, tamen recentissimorum libellorum titulos hic subjiciam: *Jul. F. Winzeri* Adumbratio decretorum Plotini de rebus ad doctrinam morum pertinentibus. Spec. I. Wittenberg. 1809. *G. W. Gerlachi* Disp. de differentia, quæ inter Plotini et Schellingii doctrina de numine summo intercedit. Wittenberg. 1811.

Die Plotinische Physik von *G. A. Heigl.* Landshut. 1815.

Imm. Fichte Disp. De Philosophiæ novæ Platonicæ origine Berolin. 1818. Etiam *Th. A. Rixner* in libro: Handbuch der Geschichte der Philosophie edit. altera Tom. I. Sulzbach. 1829. §. 170—172. p. 380—388. Plotini philosophiam suis locis descriptam adumbrare studuit. *Cr.* Denique Dr. *C. H. A. Steinhart* edere cœpit Questionn. De Dialectica Plotini Ratione Numburgi 1829.

[i] Hinc p. 750. ait Deum esse πανταχοῦ καὶ αὖ οὐδαμοῦ. Confer, quæ Cartesii sectatores disputant de nullibitate (sit verbo venia) spirituum.

[k] P. 480. seqq.

IV.* Alii ab Ammonio præceptore arcana[l] Christianismi edoctum sub silentii fide, et ad sacra dogmata propius accedere Plotinum sibi persuaserunt, nimis et illi in alteram partem faciles, licet *S. Augustinus* Epistola 56 ad Dioscorum[m] aliquos Plotini condiscipulos in Christi militiam transiisse scribat, Origenem fortasse, in animo habens et Adamantium adeo cum Plotini συμφοιτητῇ confundens[n]: et *Theodoritus* lib. IV. Therapeut. p. 96. tradit, ὡς οὐ μόνον τὰ τῶν Ἑβραίων etc. *quod non modo Hebræorum, ut Plato, sed piscatorum quoque* (Petri et aliorum apostolorum) καὶ τὰ τοῦ σκυτοτόμου, *et Pauli, perdoctus dogmata, ab iis didicerit, ex Mente Verboque, quod ex mente gignitur et emanat, omnia constare et digesta congruentemque harmoniam consequuta esse.* Nam Ammonium, Plotini præceptorem a Christiano scriptore hujus nominis distinguendum et cum Plotinum institueret alienissimum jam a Christi sacris fuisse, Porphyrius diserte docet, et infra pluribus argumentis a me confirmabitur. [Nimirum in loco Bibliothecæ Græcæ de *Ammonio Sacca* qui locum de Plotino excipit *Cr.*] Quæ de Trinitate divina a Plotino et aliis Platonicis agnita, jactantur, a sacris litteris et catholicæ ecclesiæ scitis longissime distant. Nam Platonis et Plotini sacra Triga nihil aliud est, quam sub *Deo* summo *mens* sive mundus intelligibilis, et *anima* sive spiritus mundi hujus adspectabilis, unde Plotinum tritheismi arguit *Johannes Henricus Teustkingius* disp. singulari de tribus hypostasibus Plotini edita Witebergæ 1694. et *Albertus Christianus Rothius* in exercitatione de Trinitate Platonica cap. 4. monet, ne quis sive Platonem sive Aristotelem ideo laudandum censeat, quod Trinitatem divinam aut coluerint aut scripserint. Uterque enim veræ opinionis exsors fuit, et nostræ pietatis ignarus. Confer eundem lib. III. cap. 15—19. *Fabric.* Adde Tiedemann l. c. p. 370. sqq. 387. sqq. etc. *Harl.**

* [Cf. de Plotino etiam *G. F. Vossius* de Philosophorum sectis cap. XVI. §. 3. et cap. XXI. §. 7. Idem in continuatione cap. VI. §. 6. hæc de *Simone Mago:* "Præterea cum Paganismo Christianam religionem miscere aggressus est, ut docuit cum aliis H. Grotius ad cap. 24. vers. 11. Evang. Matth. et ut *Plotinus* testatur, Platonis præprimis sententia abusus, et eam cum doctrina Christiana unire voluit. Qua de causa *Plotinus in ejus sequaces commentarium edidit*, ut est apud Baronium ad ann. 120. nr. 36." Significant Baronius et Vossius librum Plotini Adversus Gnosticos. Tu vero confer, quæ ad ejus libri titulum disputavi p. 199. *Cr.*]

[l] Holsten. de Vita Porphyrii cap. 6. *Lubbeus* de S. E. tom. I. p. 58. *Buron.* ad a. Chr. 234. *Fabricius* et *Heineccius* in diss. de Philosophis semichristianis, Halæ Magdeb. 1714. §. 19. p. 26. sqq. *Harl.*

[m] Tom. II. p. 269. *Tunc Plotini schola Romæ floruit, habuitque condiscipulos multos acutissimos et solertissimos viros. Sed aliqui eorum magicarum artium curiositate depravati sunt, aliqui Dominum Jesum Christum ipsius veritatis atque sapientiæ incommutabilis, quam conabantur attingere, cognoscentes gestare personam, in ejus militiam transierunt.*

[n] Vide supra, vol. III. p. 186. *Harl.*

* [Quæstionem, quo animo Plotinus in Christiana sacra decretaque et in eos, qui ea profiterentur, fuerit, cum supra attigi in annott. in Porphyr. de Vita Plotini cap. XII. et cap. XVI. tum ad ipsas Enneadas præsertim ad librum contra Gnosticos p. 199. sqq. Sed tamen, quia hæc causa universa et J. A. Fabricii ætate et postea certatim agitata est, et diverso modo anquisitum, quænam ratio intercesserit inter Christianos et Philosophiæ Platonicæ sectatores in primis Alexandrinos, et quid Christianæ ecclesiæ Patres ex illa philosophia profecerint: laudabo libros aliquot primarios, unde illa causa cognosci et suis momentis ponderari possit:

Le Platonisme devoilé, ou Essai touchant le Verbe Platonicien (par *Souverain*) à Cologne 1700. et Germanice hoc titulo: "Versuch über den Platonismus der Kirchenvater. Oder Untersuchung über den Einfluss der Platonischen Philosophie auf die Dreyeinigkeitslehre in den ersten Jahrhunderten (von J. F. Loeffler. Züllichau) 1782.

*Edw. Gibbon* in the History of the Decline and Fall of the Roman Empire illas quæstiones plus uno loco attigit, et quum universe in judicanda Philosophia Platonica se a sui civis Cudworthi auctoritate segregasset, et contra magis ad Moshemii sententiam se applicuisset, pronuntiat recentiores Platonicos corrupisse Platonis decreta, itemque uti clanculum haud pauca mutuati sint a Christiana doctrina, ita publice et in scriptis suis infestissimos exstitisse in universum

V. Gravis est censura sive criminatio *Petri Petiti*, qui lib. I. de Sibylla cap. 6. p. 23. Plotinum refert inter eos, quos vocat, sapientiæ Antistites, *qui modo aliquid, quod ad propositum alludat, dicant, parum id verum, an falsum sit, curant.* Sane serium veritatis studium, ubique præ se fert Plotinus, sed abstrusissima quæque sectantem se a rerum sublimitate vinci quandoque ipse non obscure passim innuit, et quod verbis æquari magnitudo rerum divinarum non possit, neque cogitatione humana satis attingi disserte præ se fert ac profitetur. Est etiam, ubi Platonicis dogmatis innutritum abripit vel superstructa illis subtilior meditatio, vel imaginationis fœcunditas speciosam phantasmatum nubem obducit veritati.*

Aliud in Plotino reprehendit *Julius Firmicus Maternus* [Laudat hunc locum ita *Vincentius Belloracensis* in speculo Historiali lib. V. cap. 8. *Mercurius Trismegistus in lib. I. de Constellacione*, unde variantem lectionem adponam. Utor autem edit. princip. Argentor. apud Mentelin. 1473. *Cr.*] quod in eo laudandum potius multis videbitur: vitio enim vertit illi, quod astrologorum divinationibus non nimium tribuerit. Neque tamen hoc temere fecit Plotinus; sed quum plurimum studii illi disciplinæ impendisset, et vanitatem ejus agnovisset, ut a Porphyrio observatum in ejus vita cap. 14. Firmici tamen locum integrum adscribam, quia, præter insigne de Plotino testimonium etiam alia de ejus morbo et extrema vitæ parte continet, quibus Porphyrii narratio illustratur. Ita vero ille libro primo sive procemio Matheseos p. VI: *Ad te nunc singularem virum Plotine, veniemus, ut citationes nostras recentium ex-*

nomen Christianum (vid illis Historiæ capp. XIII. XVI. XXI.) Atque, licet Germanicus interpres ejus operis in editione Lips. ad cap. XIII. vol. II. p. 471. sq. hæc nimium cupide et inique pronuntiata esse monstrare studuerit, et *Keilius* etiam Professor Lipsiensis in Disp. De causis alieni Platonicorum recentt. a religione Christiana animi. Lips. 1786. et in Comm. De doctoribus vet. eccles. culpa corruptæ per Plat. sententias Theologiæ liberandis. Lips. 1793. sqq. has quæstiones accuratius exploraverit: tamen plurimi viri eruditi per Europam cultiorem superiore maxime sæculo et hoc ipso etiam plus minusve Gibbonianæ de Alexandrinis philosophis sententiæ suffragati sunt.—Quibus nuper haud pauci oblocuti sunt et philosophi illustres et litteratores doctissimi. Utrorumque judicia passim retuli, cum ad Plotini vitam tum ad Enneades, quo lectoribus earum liberum judicandi arbitrium relinquatur. Hoc loco iisdem commendo Stæudlini Prolus. de Philosophiæ Platonicæ cum doctrina religionis Christianæ cognatione Getting. 1819. Quod vero Fabricius supra de Plotino et Ammonio Sacca Christiana sacra amplexis ex Augustino aliisque refert: refutavit ista Victor *Cousin* in Censura Eunapii edit. Boissonadii (vid. Journal des Savans 1827. ed. pecul. p. 9. seq.) Nec credibile est tam inconstantem fuisse Porphyrium, ut, quod apud Eusebium in H. E. VI. 19. facit, Ammonium laudaret, quod ad ethnicas religiones transierit, Origenemque Adamantium reprehenderet, quod Christiana sacra amplexus sit, rursusque Plotinum in omni vita tantopere coluerit, et in libello denique De hujus Vita eundem tantis laudibus extulerit. Confer etiam Annott. nostr. in Porphyro de Vita Plotini cap III. p. 96. sq. ed. Fabric. et cap. XVI. p. 118. *Cr.*]

* [Miror Harlesium, qui ad vol. V. p. 679. Bibl. Græcæ plura utiliter congessit, h. l. Fabricianis illis non alia quoque eaque universe judicata de Plotino adjecisse. Quapropter ego hactenus faciam, ut brevitatis causa locos tantummodo scriptorum designem. Th. Gatakeri Adversaria Miscellanea lib. II. cap. 1. p. 248. Moshem. ad Cudworthi Sytema intellectuale p. 1081. Guer Histoire Critique de l'ame des bêtes Amstel. 1749. Tom. I. p. 256. et qui post Harlesium scripserunt vir doctus in Millini Magazin Encyclopédique Ann. III. (1797.) Tom. 3.—Daunou in Biographie Universelle. Vol. XXXV. p. 79—84. Bouterweckii Neues Magazin der Philosophie und Litteratur I. 1. p. 83—90. Alia colligas ex L. Wachleri Handbuch der Geschichte der Litteratur Zweite Umarbeitung I. p. 271. sq. et ex Schoellii Histoire de la Littérature Greeque Profane Tom. V. p. 125—127. ed. alter. qui vir doctus, licet meam qualemcunque sententiam (in Epistola ad Wyttenbachium Plotiniano libro de Pulcritudine præmissa p. XL. sq.) non recte perceperit, vere tamen pronuntiat: "Plotin a été rarement jugé avec impartialité." Singularia de Plotini insignioribus decretis judicia, Bruckeri, Cudworthi, Moshemii, Tiedemanni, Tennemanni Wyttenbachii, Tayloris, Matteri aliorum suis quæque locis vel diserte retuli vel breuiter laudavi. *Cr.*]

*emplorum patrociniis muniamus. Quas ille philosophiæ non attigit partes, cum doctrina ejus vitæ, sequeretur insignia, cum id, quod docebat,* [non alieno. *Vinc.*] *sed proprio virtutis ostenderetur exemplo, cujus ex ore, tanquam ex adyto quodam divinæ sententiæ proferebantur. Fuit namque ille vir* [vir ille *Vinc.*] *ad omnia virtutis ornamenta compositus, et omni* [omnique *Vinc.*] *divinarum dispositionum studio firmatus: justus, fortis, providus, temperatus*[o], *et qui se crederet fortunæ impetus providentiæ posse ratione superare.* [et qui prov. rat. sup. se posse cred. fort. imp. *Vinc.*] *Primum itaque locum sibi* [omisso primum et sibi *Vinc.*] *quietæ sedis elegit, ut ab omni humanæ conversationis* [conv. hum. *Vinc.*] *strepitu separatus, fortunæ se liberaret invidia* [se fort. inv. lib. *Vinc.*] *solis divinæ institutionis vacaturus insignibus, ut contra fortunæ omnes* [om. fort. *Vinc.*] *minus integro se et incorrupto præsidio, virtutis amaret. Ista* [Hac *Vinc.*] *confidentia mentis erectus, etiam corporis sui*[p] *curam tuitionemque* [ac tuit. *Vinc.*] *suscepit, ut nihil vacuum ac nudum relinqueret, ubi se posset licentia fortunæ sævientis exercere, in salubri se ac pura regionis parte constituit* ["ubi—constituit" omisit *Vinc.*]. *Nam ad collocandam sedem* [et ad sedem *Vinc.*] *amœnum sibi Campaniæ*[q] *civitatis solum elegisse narratur* [elegit *Vinc.*] *ubi semper aëris quieta moderatio cunctos salubri vegetatione sustentat, ubi nec vis hiemis nec flagrantis solis accessio* [flagrantis solis, omisso accessio. *Vinc.*] *sed composita temperies ex utroque moderatur, ubi ægritudine aliqua laborantibus hominibus* [ubi *etiam* hominibus aliqua ægr. lab. *Vinc.*] *ingentium fontium calore* [cal. font. *Vinc.*] *et fervescentium aquarum salutari fomento conciliata sanitas irrigatur. Illic constitutus, honorum primo contemsit insignia* [*primum* ins. cont. hon. *Vinc.*] *illos veros honores putans, quoscunque illi divinum prudentiæ magisterium contulisset,* [quos illi cont. d. pr. m. *Vinc.*] *Nulla illum divitiarum desideria ceperant* [Nulla quoque divit. illum d. c. *Vinc.*], *sed has putabat esse divitias* [divitias veras esse *Vinc.*], *quibus animus ornatus auctorem posset propriæ originis* [posset auct. prop. or. *Vinc.*] *invenire. Hicce* [Hic. *Vinc.*] *in quadam parte orationis suæ* [or. s. par. *Vinc.*[r]] (*sicut mihi videtur, improvidus et incautus*) [sicut—incaut. om. *Vinc.*] *vim fatalis necessitatis aggreditur, et homines* [aggrediens hom. *Vinc.*] *fortunæ decreta metuentes severa orationis objurgatione castigat* [sev. cast. or. obj. *Vinc.*] *nihil potestati stellarum tribuens, nihil fatorum necessitatibus reservans, sed totum dicens in nostra positum esse potestate* [potestate. Tandem illi se in hac confidentiæ securitate constituto fatorum potestas imposuit—omissis mediis omnibus. *Vinc.*] *Longum est enarrare, quid de rebus singulis senserit, qua se ratione fatali sorti subtraxerit, qua vim istam, id est, stellarum atque fati sententiarum argumentatione turbaverit. Sed hæc adhuc integer incolumisque narrabat. Numquam ille ad Socratis finem, Platonisve exitum contorsit*

[o] Laudat Firmicus Plotinum a quaternio virtutum numero, ut *Ammonianus Marcellinus* XXV. 4. Julianum Imp., M. Antoninum *Aristides* Tom. I. oratione 10. Trajanum *Dio Chrysostomus* diss. 3. de Regno p. 37. seq. Pythagoram *Iamblichus* in ejus vita cap. 29—32. *Marinus* Proclum etc. Deum Amorem Agatho apud *Platonem* in Convivio p. 325. edit. Ficini.

[p] Corporis sui adeo nullam alioqui curam gessit Plotinus, ut illius etiam eum puderet; quam ob rem, ne εἴδωλον εἰδώλου exstaret, nec pingi se nec fingi voluit, ut narrat Porphyrius cap. I. vitæ, cujus exemplo *Æneas* etiam *Gazæus* epist. 12. ἐμοὶ δὲ ἦν δεδογμένον μηκέτι τοῦ εἰδώλου τὸ εἴδωλον ἐγκαταγράφειν.

[q] Confer Porphyrium in Plotini Vita cap. 2. et 7.

[r] Ennead. 2. lib. III. et alibi ut dixi ad Porphyrii cap. 15.

*oculos vel mentem, utique, sicuti suspicari datur, multa illorum mentibus, multa vitiis adscribens. Ecce se illi, in ista confidentiæ animositate securo, tota fatorum potestas imposuit*[s], *et primum* [primumque *Vinc.*] *membra ejus frigido* [frigidæ *Vinc.*] *sanguinis corpore* [leg. vid. *torpore Mr.*] *riguerunt, et oculorum acies splendorem paullatim extenuati luminis perdidit* [spl. lum. p. ext. perd. *Vinc.*] *postea per totam ejus cutem magnis* [" magnis" abest in *Vinc.*] *humoribus nutrita pestis erupit, ut putre corpus deficientibus membris* [memb. def. *Vinc.*] *corrupti sanguinis morte tabesceret* [in hoc verbo desinit *Vinc.*] *per omnes dies ac per omnes horas serpente morbo, minutæ partes viscerum defluebant, et quicquid paullo ante integrum videras, statim confecti corporis exulceratio deformabat: sic corrupta ac dissipata facie, tota ab illo figura corporis recedebat, et in mortuo, ut ita dicam, corpore solus superstes retinebatur animus, ut ista gravis morbi continuatione confectus et tormentis propriis coactus, ac veræ rationis auctoritate convictus vim fati potestatemque sentiret, et ut confecti corporis laceratione quassatus sententiam fortunæ pronunciantis exciperet. Quid nunc de hujus famosa dicemus morte, cur eum non potuere virtutes, id est prudentia, temperantia, fortitudo, justitia ab istis fortunæ animadversionibus liberare? Sensit itaque iste etiam vim fati et excepit finem, quem illi stellarum ignita judicia decreverant: et istius valetudinis acerbitate confectus proprio exemplo, non sermonis licentia, cunctos homines docuit, vim potestatemque fatorum nulla posse ratione contemni.*

[V. b. *Adumbratio rationis Plotini universæ, sive Sciagraphia systematis Plotiniani.*

Etsi parum vel nimium facere videntur, qui alicujus philosophi decreta adumbrare instituunt, neque ullo modo istiusmodi sciagraphiis indolem hujus philosophiæ ejusque proprium ingenium repræsentare possunt; et habet hæc editio cum Ficini commentarios tum nostros in quemlibet Plotini librum: tamen, ne a communi usu recedere velle videar, et in hoc omnium hujus scriptoris librorum corpore minus elaborare, quam in uno libro, in cujus Præparatione ejusmodi adumbrationem exhibui (vid. §. 13. p. XCIII. ante editionem Heidelbergensem Libri Plotiniani de Pulcritudine), faciendum existimavi, ut illam ipsam sciagraphiam indidem huc transferrem, sed auctiorem aliquanto emendatioremque.

Est Plotinus ex eo genere philosophorum, qui tria rerum principia ponunt. Quod ipse disertis verbis profitetur in exordio libri adversus Gnosticos p. 199. A—C. Jam *primum illud* summumque, unde reliqua omnia suspensa dicit, non uno eodemque ubivis nomine appellat ille philosophus, sed multiplici, vario respectu. Nunc enim idem

[s] De ægrotatione Plotini Porphyrius cap. 2. Morbo sacro laborasse scribit, nescio quo auctore, Suidas in Πλωτῖνος. Fugit autem Firmicum ratio, quod fato tribuit et astris, quæ non potest negare ex aliis causis accidere homini posse. Et Ptolemæus ipse, astrologorum princeps, fatetur, genituræ speciali singulorum hominum prævalere mala epidemica, (τὰ διὰ καθωλικοτέρας περιστάσεις τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνοντα κατὰ μεγάλας καὶ δυσφυλάκτυυς τοῦ περιέχοντος τροπὰς ἐκ πυρώσεων ἢ λοιμῶν ἢ κατακλυσμῶν lib. I. Tetrabibl. cap. 3.) quale tunc fuit pestilentiæ, quæ Plotinum corrupit. *Fabric.* [Conf. Annot. in Porphyrii Vitam Plotini p. 93.—Quod Astrologorum divinationibus nihil tribuit Plotinus de eo consule Marsilii Ficini Epistolam ad Angel. Politianum lib. IX. ep. 12. (in Angeli Politiani Epistolis p. 365. et 367. ed. Hanov.) et Annot. meam in Roetheri Præfationem ad Jo. Laurent. Lydum de Mensibus vett. Romm. p. XV. *Cr.*]

ei dicitur τὸ πρῶτον (*Primum*), nunc τὸ ἓν (*Unum*) nunc vero τὸ ἀγαθόν (*Bonum*). In his ipsis appellationibus τοῦ ἑνὸς (Unius) et τοῦ ἀγαθοῦ (Boni) insunt etiam Ethices Plotinianæ principia et quasi semina. Videlicet illud τὸ ἓν (Unum) haud raro accommodatur ad actionem et vitam, apponiturque τῷ πλήθει (multitudini); veluti cum de fugienda multitudine præcipitur e ratione Platonis. Altera appellatio (τὸ ἀγαθὸν, Bonum) licet latissime pateat, tamen et ipsa refertur ad moralem doctrinam, quatenus quicunque sunt fueruntve aut futuri sunt universi summum bonum expetunt hujusque student participes fieri. Fit autem hæc participatio per *Philosophiam*, cujus finis est ἕνωσις (adunatio) animi humani cum ipso Bono sive Uno. Præparatio fit per virtutes; quæ plures sunt: virtutes civiles (ἀρεταὶ πολιτικαὶ) nobiliores, aliæ. Primarium est et unice necessarium κάθαρσις (Purgatio): Consequens ὁμοίωσις πρὸς θεὸν (adsimilatio cum Deo p. 12—14). Instrumentum ejus adsimilationis est λόγος (ratio) et νόησις (intelligentia). Neque tamen intelligendo aut ratiocinando consectari et assequi homo Deum potest*, sed hic ipse illi adest, seque ipsi quasi impertit (siquidem homo purgando se et assimilando hoc naviter egit) παρουσίᾳ (præsentia p. 760. D.E.F. Unde nemo non intelligit, universæ philosophiæ Plotinianæ, quasi radicem ex Ethica enasci, sive moralem doctrinam universæ hujus rationis arcem esse).

Vim appellationis τοῦ ἀγαθοῦ docet Plotinus p. 55. F. et p. 61. sq. Jam longum est referre, quæ plurima idem prædicat de summo principio, *Bono*. Hoc teneamus, in eo inesse causam rerum omnium, neque tamen ipsum proprie dici posse aut *efficere* aut *cogitare*; quid? ne *esse* quidem. (Vid. l. l. et p. 352. B.) Pro effectione enim et creatione Plotinus ponit Boni *exuberantiam* (redundantiam) cujus vi ex illo omnia promanarint; quam idem alio quoque vocabulo περίλαμψιν appellat, sive fulgorem quaqua versus circumfusum, radiationem in omnes undique partes emicantem. (p. 487. C.D.) Negat autem idem Bonum se ipsum cogitare sive intelligere (ἓν γὰρ ὂν συνὸν αὐτῷ οὐ δεῖται νοήσεως ἑαυτοῦ κ. τ. λ. p. 765. A.) ne scilicet ipsius unitatem tollere in eoque *differentiam* ponere cogatur. (p. 764. F.) Et quoniam *essentiæ* quoque notio suis terminis circumscripta Boni infinitati refragatur: idem illud *esse* nonnunquam quoque negare cogitur. Quod postremum ne inepte aut etiam sinistre interpreteris, cautum est locis aliis, velut ubi summum Bonum explicatur, tanquam ipsum sibi sufficiens, nihil prorsus appetens; ex se ipso producens rerum omnium principia reliqua. Inde quidquid est, quatenus in eo est, bonum est; pulcrum est, quia illud (Bonum) est superpulcrum (ὑπέρκαλον) et super optima reliqua (ὑπὲρ τῶν ἀρίστων). Neque in eo quidquam malum est; utpote quod (*Malum* dico) in iis rebus est, *quæ non vere sunt*. Est enim *Malum* hoc ipso malum, quod vera essentia caret. (p. 72. seq.)

*Alterum principium* primique principii simulacrum est ὁ νοῦς (*Mens*), ita ex illo primo existens ac profluens, ut illud hac quasi propagine ne minimum quidem mutetur. Sed mens sive *prima differentia* (ἑτερότης) quomodo ab ipso Bono manarit, et quasi progenita sit, uberius explicatur. (p. 488. et p. 493. sqq.) Nec aliam ob causam νοῦς (mens) et quidquid ad eum pertinet Platonico vocabulo dicitur ἀγαθοειδής, quasi dicas

* Simillima ponit Indorum Philosophus in carmine Bhagavad-gita. Consule Guil. ab Humboldt Interpretat. et Explicat. vernaculam ejus poëmatis p. 36.

boniformis. Mens autem et intellectus est idem atque mundus *intelligibilis.* In eo mundo nihil *fit.* Nam in summa *varietate*, quia ille mundus distinguitur, nihil tamen quidquam *mutationis* eum attigit. In eo insunt omnium rerum, quotquot sunt, *ideæ*, sive omnibus numeris absolutæ perennesque rerum species. Quæ species et ipsæ sunt singulæ intelligentiæ, quarum universitate continetur intelligentia suprema. (p. 36. sq.) Quidquid porro in eo mundo intelligibili habitat, nullius entis est indigens (quandoquidem Bonum ab entis notione sejungendum est). Sed Boni intuitu gaudens sibi ipsum sufficiens manet in se et quiescit tanquam beatissimum. Etenim mens adspicit Bonum, et hoc spectaculo fœcundata corroborataque pereuniter viget, h. e. cogitat, si quidem propria ipsius essentia nihil aliud quam intelligentia est et perennis cogitandi actio. Est igitur ille mundus intelligibilis verus et primus mundus. (p. 255. B—E. p. 485. A—F.) Proinde omnia immortalia, intellectum omnem, deum omnem, omnem animam, eaque omnia perennia, mundus intelligibilis complectitur. (ibid.) Atque idem mundus exemplum est *mundi sensibilis.* Quidquid enim in hoc est stellarum, terrarum, plantarum, animalium, cum terrestrium tum aquatilium, marium, fluminum, illud omne ad intelligibilium rerum exemplum est expressum. Et quemadmodum hic mundus sensibilis est ζῷον (animal, animans) animalia omnia complectens, sic intelligibilis et ipse animans sit, necesse est. (p. 562. A.B. p. 704. infr. et p. 705. supr.) Est autem in omni mundo, quatenus indidem originem cepit, nihil quidquam anima, vita, mente destitutum: sed quidquid est, animans est et vitæque ac rationis particeps. (p. 701. sq.)

Sequitur *tertium principium* ἡ ψυχή (*Anima*). Nam sicuti *mens* generatur a *Bono*, ita *anima* rursus e *mente* nascitur. Anima est mentis ἐνέργεια (actus, actio) est eadem mentis λόγος (ratio). Item, sicut mens imperfectior est ipso Bono, sic anima mente est deterior, tertioque ipsa loco a summo Bono abest; utque hoc nullius entis indiget, eo quod ipso est superius, mens autem indiget Boni, sic anima rursus indiget mentis; estque adeo anima mentis quædam imago obscurior. (p. 484. A—C. 487. F.G.) Est porro vita actusque anima non minus quam intellectus, sed tamen debilior intellectu. Videt quoque anima pariter atque mens, sed lucidius hæc, obscurius illa. Quidquid enim videt, videt in mente, neque vero in se ipsa, cum in se videat singula intellectus. Atque cum omnis effectio ac procreatio sit visio ac contemplatio, vel ex visione contemplationeque existat (p. 343. sqq.): quidquid anima efficit et procreat id non pura intemerataque essentia est, sed mixta et obscurata quodammodo. (p. 488. sq. 494. 536. C. 615. C—D.) Et quo clarius videt mens et intelligit, quam anima, eo etiam efficacius vivit, quandoquidem in majore minoreve visionis (contemplationis) claritate constituti sunt omnis vitæ diversi gradus.

Jam quemadmodum illa prima summaque intelligentia continentur et quasi comprehenduntur reliquæ intelligentiæ omnes, tanquam suo genere formæ singulæ: *ita prima summaque anima continet reliquas animas universas.* Neque vero partitio est facta primæ illius animæ, sed inest ea ipsa in singulis animis tota, in aliis efficacior ac lucidior quasi: imbecillior et obscurior in aliis. Dicitur autem illa prima anima *Mundi anima* (ἡ ψυχὴ τοῦ παντὸς, sive ἡ ψ. τῶν ὅλων). Ab ejus inquam animæ præstantia, licet genere eædem, nihilo tamen secius virtute deficiunt animæ reliquæ omnes. (p. 471. A—C. p. 615. B.C.) Necesse autem erat animam nasci, quo existeret Mundus sensi-

bilis (externus), siquidem in mente solus intelligibilis Mundus (internus m.) continetur (p. 294. 477. sq. 493. sq.) Sunt vero plures animarum, cum universæ tum humanæ animæ, vires. Atque illa prior, cum ad mentem convertitur, repletur ejus ideis sive formis, quas ipsa in mundo exprimit. Contra, ubi ad alium motum progreditur, suum efficit simulacrum, gignitque sensum, sensibilia, *Naturam*. Est autem natura et ipsa quædam anima, tanquam universæ animæ proles ac fœtus, sive summæ illius animæ vis quodammodo deficiens. Quidquid enim est deinceps natum, est evoluta deinceps vita (ἐξελιττομένη ζωὴ p. 29. C.) genitumque per ἐξέλιξιν (evolutionem). Ita, annitente atque usque et usque contendente Natura, et quasi a Mente se emancipare volente, natum est *Tempus* (ὁ χρόνος) quod antea in Uno consopitum quieverat; ex eoque motu factum est, ut mundus sensibilis Tempori serviret (p. 336. A—E.) Item, anima ab Uno desciscente et extrinsecus operante ac se diffundente, nata est *Multitudo*, et ipsa paullatim evoluta; natus est *Locus* (ὁ τόπος) sive *Spatium*; quæ non vere sunt, neque enim insunt in veritatis domicilio, intelligibili mundo, sed obtulerunt se animæ magis magisque delabenti, quasi quædam veri imagines et umbræ. (p. 528. 673.) Tandem ubi ad extremum delapsa Anima prorsus deficit, et sui ipsa dissimilis a generando efficiendoque cessat, igitur ex hac quasi defetiscentia animæ, ultima omnium nascitur *Materia* (ἡ ὕλη). Ei nihil amplius superest, quod ab Uno profectum sit. Est enim materia ipsum indefinitum et informe, nihil habens essentiæ, magnitudinis, qualitatis (ἄποιος ὕλη), vitæ, lucis, nihil denique, boni; estque ipsa adeo *Malum* primigenium atque caligo (p. 77. sq. p. 166. sq. p. 665. sq.) Anima tamen ab intellectu (Mente) formis ornata, convertit se ad materiam informem, eamque erudiens et formis impertiens efficit sibi corpus; quod proinde ambiguam naturam habet, quatenus est ex materia desumtum et a mentis formarumque participi anima informatum.

Inde patefit aditus ad *Ethicen* Plotini, sive ad doctrinam moralem. Necesse est materiam esse. Est enim ea consequens rerum, quæ fiunt; atque adeo omnis nascentiæ, naturæ rerumque naturalium quasi finis ac terminus extra veram essentiam constitutus. Necessarium est proinde hoc malum naturale. Quidquid vero est, bonum est. Quatenus igitur a non ente ad ens, sive ab eo, quod vera essentia caret aversi ad ea, quæ vere sunt, nos convertimus ac contendimus, eatenus rectam rerum sequimur rationem et divinæ legi satisfacimus. Ubi contrarium sectamur, obsurdescimus ad vocem, quæ nos admonet et avocat a sensibus sensibiliumque rerum specie, neque obsequimur desiderio (τῇ ἐφέσει) quod concupiscit nil nisi summum bonum consequi: et ipsi desciscimus, labimur, et nostra culpa mali evadimus.* Neque enim necesse est malum morale existere pariter atque malum naturale, et Deus homini impertitus est potestatem boni eligendi et appetendi. Quo beneficio divino cum utimur, liberi sumus; siquidem in hoc ipso divinitus concessæ potestatis usu libertatis humanæ præstantia continetur (p. 73. 75. 234. D. 263. C.) Jam ut hæc, quæ paullo uberius explicuimus, paucorum

* Putidum fortasse videatur, sed tamen quorundam lectorum intelligentiæ consultum sit, si eos monuero, universam hanc Cosmologiam, Psychologiamque et Ethicam a Plotino sæpiuscule tralato modo explicari per historiam de *Animarum descensu et reditu*. Quas allegorias qui pro veris philosophi decretis habeat, eum legere velimus libros: *Quod ens unum idemque simul totum est, ubique*, quibus Plotinianæ doctrinæ fundamentum aperitur, præcipue VI. 4. 16. p. 658. sqq. ubi diserte docet hæc omnia allegorice tradita esse.

verborum ambitu comprehensa ad doctrinam *Pulcri* convertamus, videamusque, quomodo *Artium* quoque disciplina cum hac universa ratione conjuncta sit: hæc tanquam primaria tradiderat Plotinus:

I. *Unum* esse summumque, unde omnia manarent; quod, licet ipsum proprie non posset *essentiæ entisque* cogitatione nomineque satis apte declarari: omnium tamen essentiarum atque adeo ipsius etiam *esse* fons esset atque origo.

II. Quidquid ibi Unum esset, illud in mente et per mentem jam reddi *duplex*. Etenim *intellectus* ad illud unum conversus idque intuens, differentiam ponit, gignit ideas, et definite cogitandi habet primordia.

III. Ad intellectum porro conversa *anima mundi* eumque intuens, rerum, quotquot in hoc mundo sensibili sunt, diversitatem multitudinemque procreat. Quarum quidem universitas, demtâ mente, nunquam pro unitate haberi possit, sive tanquam unum cogitari; neque mens unum sibi informare possit sine Uno et Bono, id est, sine ipsius mentis rerumque omnium auctore genitore adeoque *summo Deo*.

Atque, sicut ex hujus sensibilis mundi *pulcritudine* colligimus pulcritudinem intellectus: ita per intellectum ascendimus ad Bonum pulcritudinis universæ fontem (p. 352. F. G.) Itemque, ut anima suæ originis oblita ac torpescens circa multitudinem trepidat circaque ea, quæ in corporibus placent: ita anima Dei plena veram et perennem pulcritudinem procreat. Hinc duplex Venus, duplex Amor. Cœlestem Venerem sectatur, cœlesti amore flagrans anima secundum naturam amat; eaque tanquam virgo pulcrum affectans cum Deo se conjungi desiderat (p. 768. A—D.) *Cr.*]

VI. [1]Opera Plotini præter *Porphyrium* ex cujus emendatione et recensione illa ad

[1] Lucas Holstenius ad Peirescium in L. Holstenii Epistolis ad Diversos p. 124. sq. ed. Boissonad.:—"Mihi enim, perillust. Domine, jam inde ab aliquot annis, ubi primum cl. *Heinsium* [Danielem nempe, quem Lugduni Batavorum noverat. Bis enim hanc urbem inviserat. cf. Kollar. Annal. Vindob. p. 1187. et Moller. Cimbr. T. III. p. 321. sq. *Boiss.*] Lugduni Batavorum cognoscere cœpi, mirificum in animum incessit desiderium Platonicæ illius philosophiæ, quam insignis iste vir, neglectam ab aliis, solus ferme hoc sæculo colit, nec destiti argumenta conquirere, quæcunque edita atque inedita requirere licuit, ut ad interiorem aliquam cognitionem penetrarem. Hoc fine Oxonii in Bodleiana bibliotheca sedulo legi Proclum in I. Alcibiadem, Hermiam in Phædrum, et Olympiodorum in Phædonem et I. Alcibiadem; et non pauca inter legendum tunc excerpsi, quæ postmodum mihi usui futura credidi, et adhuc penes me habeo; atque eorundem relegendorum copiam Parisiis mihi fecit cl. Rigaltius, dum apud illustrissimum præsidem Memmium [vulgo *de Mesmes* non *des Mesmes*, ut scripsit Bredowius Epist. Paris. p. 6. viro huic clarissimo et doctissimo a Bibliotheca per aliquod tempus Holstenius fuit. cf. Moll. Cimbr. T. III. p. 322. *Boiss.*] viverem: atque ita privato studio tantum profeci, ut spem aliquam de jucunda ea philosophia animo conceperim. Nam cum viderem illud philosophandi genus vastum et immensum esse, et facile obruere atque absorbere ingenium, quod temere sine necessaria προπαρασκευῇ illi se immergit, tum etiam labyrinthi instar variis ambagibus perplexum esse, atque ita intricatum, ut non sine εἰσαγωγῇ adiri posset, vix tamen quemquam debitam operam, ita ut par erat, impendisse, cœpi cum animo cogitare de tota illa Platonica doctrina ad clariorem et faciliorem modum ordinemque revocanda; quod Fastus Lipsius in Stoicorum philosophia præstare conatus est non sine laude et fructu. Nam ex antiquis, præter levissimam Alcinoi adumbrationem, nihil ferme nobis superest, recentiorum vero plerique sive ut Platonis dignitatem ac majestatem tuerentur, sive quod εὐμεθόδῳ σαφηνείᾳ destituerentur, ipsis antiquis ferme obscuriores ac difficiliores sunt. Itaque eam mihi rationem proposueram, quam Picus Mirandulanus in Italico quodam commentario, et Stephanus Theupolus [cf. Fabr. Bibl. Gr. T. III. p. 152. *B.*] in Contemplationibus Academicis tenuere; ita tamen, ut prolatis ipsius Platonis, *Plotini*, Procli, aliorumque veterum locis singulas θέσαις probarem atque illustrarem. Sed destituit animi propositum, nimis fortassis arduum veterum librorum inopia, quorum lectione animum prius subactum probe tritumque esse oportet, quam tanto operi sese accingat, quibus Plethonem, Bessarionem, Ficinum, Picum, Diacetium [cf. Baylii Lexicon V. *Faccetius B.*], aliosque superioris sæculi clarissimos Platonicos, abundasse constat; cum tamen præter Procli Theologiam Hamburgi editam et Com-

nos pervenerunt, digesserat etiam *Eustochius* Alexandrinus, medicus, Plotini discipulus, Porphyrio in Plotini vita cap. 2. et 7. memoratus ἔκδοσιν aliquanto diversam fuisse a Porphyriana in distinctione librorum, docemur Ennead. IV. lib. IV. p. 423. [Consule Variet. Lect. et Annot. nostram in eum locum *Cr.*] ubi hæc verba adnotata reperies: ἕως τούτου ἐν τοῖς Εὐστοχίου τὸ δεύτερον περὶ ψυχῆς, καὶ ἤρχετο τὸ τρίτον. Ἐν δὲ τοῖς Πορφυρίου συνάπτεται τὰ ἑξῆς τῷ δευτέρῳ. Proclum quoque commentariis illustrasse Plotini Enneades testatur anonymus scholii auctor, quod Iamblichi libro de Mysteriis Ægyptiorum in Codd. Mss. præfixum invenerunt viri docti: Ἰστέον, ὅτι ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ὑπομνηματίζων τὰς τοῦ μεγάλου Πλωτίνου Ἐννεάδας, λέγει, ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τὴν προκειμένην τοῦ Πορφυρίου Ἐπιστολὴν ὁ θεσπέσιός ἐστιν Ἰάμβλιχος. *Horum commentariorum,* inquit præstantissimus Galeus, quæ in Plotinum scripsit Proclus, præter anonymum hunc, qui meminerit, vix reperio. Nisi forte ea intelligat Damascius quodam loco περὶ ἀρχῶν. [2]Nam Ficinus aliique post eum, (ut *Lilius Gyraldus* dialogo 2.

mentarium in Timæum nihil typis editum exstet. Feci tamen, quod potui nec labori aut sumtui peperci, quibus hinc inde subsidia aliqua mihi pararem Itaque hic in urbe Proclum in Alcibiadem I. et Olympiodorum in eundem et Gorgiam describendos mihi curavi, quantum ob morosi custodis (cf. p. 112. *B.*) difficultatem licuit." Non alienum est visum hæc hoc loco apponere, ubi Fabricius et Harlesius de operibus Plotini agere incipiunt, cum quia Holstenii sunt, i. e. viri de Alexandrinis philosophis egregie meriti, leguntur que in epistolis nuper demum publice editis, tum quia præstantissimi ejus viri consilium illustrandæ universæ philosophiæ Platonicæ declarant simulque unice veram ejus rei rite exsequendæ legitimamque rationem; nimirum ut ante omnia fontes recludantur, h. e. ut Platonicorum philosophorum omnium, Alexandrinorum etiam, scripta e tenebris in lucem protrahantur, emendentur et explicentur. *Cr.*]

[2] [Illam observationem Anonymi *de Procli Commentariis in Plotini Enneades* offendit H. Amatius etiam in Cod. Iamblichi de Mysteriis Vaticano nr. 323, et ipse offendi in Cod. Leidensi Vossiano, in Apographo Gronoviano aliisque. Quod Damascium περὶ ἀρχῶν illius Commentarii meminisse dubitanter addit Galeus, ab illo arbitror significari hæc, quæ leguntur in cod. Monacensi fol. 308. vers. meum in usum per Fr. X. Werferum excerpto: τὸ δὲ αὐγοειδὲς ἀθάνατον μὲν, ὅμως δὲ ἀλλοιούμενον ἀμηγέπη καὶ σχήματι καὶ οὐσίας συγκρίσει καὶ διακρίσει τινί. ὡς καὶ αὐτὸς ἠξίωσεν ἐν τοῖς εἰς Πλωτῖνον, siquidem illud αὐτὸς ibidem referendum sit ad Proclum, qui in illo Damascii libro aliquoties laudatur. Ejusdem commentarii mentionem habent etiam codices Parisini et Vaticani Arriani Dissertatt. Epictett. De illis vid. Schweighæuser ad lib. I. 16. p. 21. De his, nimirum nr. 325. et 1374, nuper me docuit H. Amatius, ubi item est: Ἐκ τῶν τοῦ φιλοσόφου Πρόκλου εἰς Πλωτῖνον ὑπομνημάτων· Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ᾽ ἀνάπηρος, καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις. Exstat idem Epigramma in aliquot libris mss. A. Gellii II. 18; apud Macrobium in Saturnn. I. 11. et in Anthol. Græca. IV. p. 238. Jacobs, quem consule in Animadverss. Tom. XII. p. 287.—quodsi quæris, cui loco Plotiniano illa verba apposuerit in suis commentariis Proclus: est is haud dubie in libro primo *De Providentia* III. 2. 5. p. 258. F. G.: πενία δὲ καὶ νόσοι κ. τ. λ. cf. Annot. nostr. in eum locum. Maxime tamen nos advertere debet illud, quod Procli æqualis et fortasse condiscipulus illum commentarium diserte laudat. Locum integrum adscribo, cum quia ineditus est: tum quia Plotini memorabile dictum continet aliunde non cognitum: Etenim *David Armenius philosophus* (de quo proxime dicetur) in Quinque Voces Porphyrii in Cod. ms. Paris. nr. 1939. et in Monac. nr. 99. hæc prodit: Οὕτω γε καὶ τὸ τρίτον, τέταρτον (cod. Mon. τὸ τρίτον δ) ἐπιχείρημα Πρόκλου τοῦ ὑπομνημοτίσαντος Πλωτῖνον. Οὗτος γάρ φησιν ὁ Πρόκλος ὅτι ἡ ἀρετὴ αὐτάρκης (cod. Mon. αὐταρκὶς) ἐστὶ πρὸς εὐδαιμονίαν· ἡ δὲ εὐδαιμονία οὐκ ἀποφεύγει τὰ δεινὰ, ἀλλὰ τούτοις ἐγκαρτερεῖ. Καὶ ἡ φιλοσοφία δὲ χορὸς οὖσα τῶν ἀρετῶν εὐδαιμονίαν ἔχει, δηλονότι ἐγκαρτερεῖ τοῖς δεινοῖς, καὶ αὐτὴ (αὕτη Mon.) τούτων οὐκ ἀποδιδράσκει. Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθὲς, δῆλον. Καὶ γὰρ Πλωτῖνος ὁ φιλόσοφος ἐρωτηθεὶς, εἰ ἄρα εὐδαίμων ἐστὶν ὁ ἀνὴρ ὁ ζῶν ἐναρέτως μὲν, Πριαμικαῖς δὲ τύχαις περιπεσὼν (Plotin. I. 4. 5. p. 32. F.: καὶ πρὸς τὰς πολυθρυλλήτους Πριαμικὰς τύχας, ubi cf. Annot. nostr.) καὶ Ἰλιακῶν (καὶ Ἰλιάδε Mon. voluit: Ἰλιάδα ut bene vidit Krabinger.) περιβεβλημμένος κικῶν, καὶ μετὰ θάνατον ἐρριμμένος ἄταφος ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν ἕτερον ἀπεκρίνατο, εἰ μὴ, ὅτι ἄπαγε τοῖς μικρολόγοις, τουτέστιν, ὅτι ταῦτα πάντα τό τε σῶμα καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα περιττὰ ὄντα (περιτὰ Paris, περὶ τὰ ὄντα Mon. sic) οὐδὲ συμβάλλονται τῇ ἀρετῇ τῆς ψυχῆς. Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ φιλόσοφοι τρία τινὰ (Γ′ τινὰ Mon.) λέγουσι· ἐγὼ, τὸ ἐμὸν, τὰ τοῦ ἐμοῦ· ἐγὼ μὲν τὴν ψυχὴν, ἐμὸν δὲ τὸ σῶμα, τὰ τοῦ ἐμοῦ δὲ, πάντα τὰ ἐκτὸς τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον. Sequitur narratio de Socrate et de Anaxarcho, quam etiam tangit Olympiodor. in Alcib. pr. XI. ubi vid. annot. nostr. p. 105. Cæterum, quoniam *Olympiodori* mentionem feci, laudat hic philosophus, qui scripta sua unice fere ex aliorum scriptis con-

histor. poëtar. *Labbeus* Bibl. nova Mss. pag. 286. et *Bullialdus* ad Theonem p. 224.) *Anonymum sequuntur.* Fallitur tamen Colomesius, qui in notis ad Gyraldum p. 77. pro Plotino Platonem legere jubet; siquidem non Plotinum tantum, sed Plotini etiam Enneades diserte Anonymus memorat. *Utinam vero*, inquit Ficinus, *in mysteriis Plotini interpretandis adminiculum Porphyrii aut Eustochii aut Procli, qui Plotini libros disposuerunt atque exposuerunt, nobis adesset.* Nam Porphyrius quoque non modo digessit libros Plotini in Enneades, et ita, ut hodie exstant, emendavit, Plotino rogante (vide vitam ejus cap. I.) sed etiam ipse cap. ultimo vitæ innuit, se argumenta et capitum consignationes obscurisque locis commentaria illustrandi caussa addidisse in gratiam amicorum. Meminit et cap. 20. Amelium Plotini, præceptoris sui, monumenta ex ejus autographis exscripta habuisse et cum Longino communicasse.

VII. Quum *Plotinus* Ennead. VI. lib. I. doctrinam Aristotelis de prædicamentis examini suo subjecisset, hæc enim est *Simplicio* in Categorr. p. 4. b. memorata Πλωτίνου πρὸς τὰς κατηγορίας ἀντιλογία, dubitationibus ejus et objectionibus occurrit *Dexippus* libris tribus quæstionum in prædicamenta Aristotelis libro maxime secundo et (cujus major pars videtur intercidisse) tertio. Constat ex eodem *Simplicio* p. 1. Dexippum hunc [t]Iamblichi fuisse discipulum, adeoque juniorem Dexippo Herennio Atheniensi [Plura vide supra, in Vol. III. p. 39. sq.]. Neque Francisco Patricio adsentior, qui verba Simplicii ita intellexit, ut Dexippum, philosophum, Iamblichi filium esse putaret, Discuss. Peripatet. p. 140. *Dexippi* libri tres quæstionum in Categorias, dialogi more conscripti sunt, quærente Seleuco discipulo, et Dexippo magistro respondente. [u]Prodierunt Latine tantum hactenus, *Joanne Bernardo Feliciano* interprete, Venet. apud Hieronym. Scotus 1546. 1566. fol. ad calcem Porphyrii in prædicamenta, et separatim Parisiis apud Vascosanum 1549. 8. Græce illos ex Italiæ vel Galliæ, ubi delitescunt, bibliothecis nemo adhuc protulit: [*Iriartum* tamen pauca evulgasse adnotavimus.][3]

texuit, etiam Plotinianas Enneades cum in editis commentariis tum in manuscriptis. In compendium redactæ sunt quodammodo Enneades a *Porphyrio* in scripto Ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά *Sententiæ ad intelligibilia ducentes* (vid. Luc. Holsten. epist. ad Peirescium p. 47. ed. Boissonad.): quem libellum cum idem Εἰσαγωγῆς loco Plotinianis operibus præfigi vellet (Vid. De Vita et scriptis Porphyrii cap. IX. p. 52. ed. Cantabrig.): ego satius habui singulas fere illius scripti Porphyriani sententias suo quamque loco Annotationi meæ in Plotinum interponere. Nec minus hinc inde adhibui aliquot *Excerpta* e Plotini Enneadibus, quæ in codicibus Palatinis nostris, Vaticanis, aliis reperiuntur. *Cr.*]

[t] Verba Simplicii sunt: Καὶ Δέξιππος δὲ ὁ Ἰαμβλίχου, καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον συντόμως ἐξηγήσατο προηγουμένως δὲ τὰς Πλωτίνου ἀπορίας, ὡς ἐν διαλόγῳ προτεινομένας αὐτῷ διαλύειν προτίθεται. Tzetzes Chil. IX. vs. 498. Δέξιππος ὁ φιλόσοφος μύστης ὢν Ἰαμβλίχου.

[u] Codices Matritenses jam supra memoravi in Vol. III. p. 170. et p. 486. Iriarte tamen l. ibi citato p. 274. Græce quædam evulgavit. Utroque autem Fabricii loco agitur de Dexippo. Denique in Aristotelis Categorias quæstion. illarumque solution. lib. est quoque in biblioth. Paris. cod. MM DCCCC XLII tum in Cod. Coislin. CCCXXXII teste *Montfauc.* Catalog. Bibl. Coislin. p. 447. *Bononiæ* in cœnobio Canonic. *Dexippi* in *Platonem* codex exstare dicitur a *Montfauc.* in Diario Italico p. 409. *Florentiæ* in Biblioth. Medic. cod. XXXIII. nr. IV. plut. 71. et cod. XXI. plut. 72. (vid. de utroque cod. *Bandin.* catal. III. col. 21. et 37.) *Harl.*

[3] [De *Dexippis*, i. e. de Dexippo Coo, medico; de D. Herennio, historico, et de hoc philosopho consule Fabricii Biblioth. Gr. Vol. III. p. 40. ed. Harles. itemque p. 170. et p. 486. Rerum scriptor, Dexippus Atheniensis et Scythica composuerat et Chronicorum libros; unde Excerpta nuper edidit cum aliis Dexippi reliquiis Ang. Maius in Scriptorum Vett. Nova Collectione Vaticana Vol. II. p. 319. sqq. ubi consule A. Maii Annot. et ejusdem Præfat. p. XXVIII. Dexippi philosophi Peripatetici, quem alii Platonicum dicunt et qui quarto post Chr. seculo floruit, in Aristotelis Categorias libri dialogici insunt etiam in cod. Paris. Reg. nr. 1992. Ego h. l.

## VIII. Indiculus Scriptorum in Dexippi libris tribus ad Categorias citatorum.

Alexander in Categorias lib. I. cap. 2. peripateticus II. 12.
Andronicus I. 17.
Archytas I. 16. pythagoricus III. 1. [cf. Jos. Navarro in Tentamine de Archyta Hafniæ. 1820. p. 37. *Cr.*]

ex Iriartei Catalogo Codd. Græcc. Bibliothecæ Matritensis eorum capitum indices subjiciam, quæ Plotini mentionem habent, et locum Dexippi addam e cod. mscr. Florent-Laurent. nr. 33: Titulus autem ita habet apud Iriart. cod. XXXIV. p. 134. fol. 54: Δεξίππου φιλοσόφου Πλατωνικοῦ τῶν εἰς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας ἀποριῶν καὶ λύσεων κεφάλαια μ. Ita *primi dialogi* capitum index. Fol. 71. leguntur hæe: Κεφάλαια τοῦ β. λόγου μγ. Sermonis II. (Dexippi) capita XLIII. Postremum caput sic inscribitur: Ἀπορία Πλωτίνου ὅτι αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίς ἐστιν οὐ παρίστησι τὸ λεγόμενον αὐτῆς ἴδιον. Iriarte cod. ms. N^ro. LXXVI. fol. 56: Κεφάλαια αὐτοῦ β΄. λόγου (capita ejusdem secundi libri) α΄. Πότερον διαίρεσίς ἐστιν ἡ καταρίθμησις ἐν ταῖς κατηγορίαις β΄. Πλωτίνου ἀπορία, ὅτι τὸ αὐτὸ οὐ σημαίνει ἡ οὐσία ἐπί τε τῶν πρώτων ὄντων καὶ ὑστέρων, οὐκ ὄντος γένους κοινοῦ ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ ὕστερον.— δ΄. Πλωτίνου ἀπορία, εἰ τὰ αὐτά ἐστι γένη τῶν ὄντων, ἔν τε τοῖς νοητοῖς καὶ τοῖς αἰσθητοῖς. ε΄. Ἀπορία Πλωτίνου πρὸς Ἀριστοτέλην, τί κοινὸν ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους καὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν ἑωρακὼς πάντα οὐσίας λέγει.—ϛ΄. Ἀπορία Πλωτίνου περὶ τῆς οὐσίας τῆς αὐτῆς ἡ πρώτη καὶ ἁπλουστάτη ἔννοια· καὶ πῶς ἔνεστιν αὐτὴν ἐξηγεῖσθαι.— ζ΄. Πλωτίνου ἀπορία, διατί ἡ οὐσία προτέτακται τῶν ἄλλων.—μ΄. Πλωτίνου ἀπορία, ὅτι τὸ εἶναι τῶν ἐναντίων ἀναμέρας δεκτικὸν ὡς συμβεβηκὸς τῇ οὐσίᾳ ὑπάρχει.—μα΄. Πλωτίνου ἀπορία, εἰ κατὰ τὸ σύνθετον τὴν οὐσίαν θεωροῦμεν, εὑρίσκεται ἡ ὕλη μᾶλλον οὐσία.—μγ΄. Ἀπορία Πλωτίνου, ὅτι αὐτὴν οὐσίαν (in altero cod. Matrit. scriptum est αὐτὴν τὴν οὐσίαν rectius. Vid. supra) τίς ἐστιν οὐ παρίστησιν τὸ λεγόμενον αὐτῆς ἴδιον.

Excipiat has notationes capitum Dialogi secundi initium, quod et ipsum Plotini mentionem habet. Pertinet autem ad Ennead. VI. lib. 3. cap. 2. p 617. (ubi vid. Annot. nostr.) et ita scriptum legitur in cod. mscr. Mediceo-Laurent. nr. 33.

Δεξίππου φιλοσόφου πλατωνικοῦ τῶν εἰς τὰς ἀριστοτέλους κατηγορίας ἀποριῶν τε καὶ λύσεων, β.

Μέχρι μὲν τούτων ὦ φιλομαθέστατε σέλευκε, τὰ μέν τινα τοῖς παλαιοῖς ἀνδράσιν ἠπορημένα προβέβληκας. τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐξεύρηκας. τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ἐπ᾽ αὐτὰ μέλλω ἔρχεσθαι τὰ γένη τῶν κατηγοριῶν. πρότερον χωρίσαι βούλει τὰς ἀπορίας τοῦ πλωτίνου καὶ τελευταίας τάξαι, ἢ κατὰ τὴν ἐφεξῆς τῶν ἐδαφίων ἀκολουθίαν κἀκείνας περιτιθέναι. ἀλλ᾽ ἔμοιγε δοκεῖ μηδαμῶς τὴν συνέχειαν διακόπτειν. ἀλλ᾽ ἐφεξῆς ἐξετάζειν τὰ συμπίπτοντα. μέλλων τοιγαροῦν τῆς οὐσίας ἄρχεσθαι, ἀπὸ τῶν κατειλεγμένων τούτων κατηγοριῶν, πρῶτον ἐρωτῶ πότερον ὡς διαιρουμένων αὐτῶν ἢ ὡς ἀριθμουμένων διανοῇ· διῃρῆσθαι μὲν αὐτὰς οὐ νομιστέον. οὐδὲ γάρ ἐστι τομὴ γένους εἰς εἴδη· οὔτε γάρ ἐστι τί κοινὸν γένος τῶν δέκα κατηγοριῶν ὁποῖον εἰσάγουσι τινὲς τὸ ὂν ἢ τὸ τί. οὔτε μὴ ὄντος τοῦ διῃρημένου γένους, εἴη ἂν τὰ διαιροῦντα· εἰ δὲ μήτε κοινὸν γένος ἐπὶ τῶν ἀνωτάτω γενῶν οἷόν τε ἐστι λαβεῖν, μήτε τὰς διαιρετικὰς διαφορὰς, οὐκ ἔστι διαίρεσιν καλεῖν τὴν τοιαύτην ἀπαρίθμησιν. ἆρ᾽ οὖν τοῖς ἐπὶ στρατείας ἔοικεν ἡ διαίρεσις· οἷον τοῖς κατὰ λόχους συντεταγμένοις· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἑκάστου λόχου ἕκαστος λοχαγὸς ἐξηγεῖται· καὶ ἐνταῦθα ἡ μὲν οὐσία τῶν οὐσιῶν· αἱ δ᾽ ἄλλαι κατηγορίαι τῶν ὑφ᾽ ἑαυτὰς τὸ κῦρος τῆς ἡγεμονίας προειλήφασιν. ἀλλ᾽ ἐὰν τοῦτο λέγωμεν διεσπασμένον τὶ πλῆθος ἔσται τὸ τῶν ὄντων καὶ ἐοικὸς τοῖς ἐκδιεστηκότων φυλῶν καὶ φρατριῶν συγκειμένοις (in marg. συναγομένοις) ἐνδήμοις. τοῦτο δὲ τὴν συνέχειαν καὶ ἀλληλουχίαν ἀναιρεῖ τῆς διακοσμήσεως. βέλτιον οὖν ἀφορίζεσθαι μὲν τὰ γένη κατά τινας πρώτας ἰδιότητας τῶν κατηγοριῶν, καὶ περιγράφειν αὐτῶν τῆς ὑποστάσεως ἑκάστης τὸν λόγον κατ᾽ ἑαυτήν. καὶ ταύτῃ διεστάναι αὐτὰς χωρίς· πάλιν γε μὴν καθόσον περὶ τὴν οὐσίαν εἰσὶ τὰ συμβεβηκότα καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ, καὶ συντάττεται πρὸς αὐτὴν ὁμολογουμένως, κατὰ τοιοῦτον ἀφομοιωτέον αὐτὰ τοῖς ἀφ᾽ ἑνὸς καὶ περὶ ἓν συνταττομένοις. τί οὖν μερισμῷ προσέοικεν ὡς ὅλον; οὐδαμῶς· οὐ γὰρ περιγράφει τὸ τοῦ οἱονεὶ συγκρίματος σύστημα, κατά τινα ἴδια μέρη· ἀλλὰ ἀναλύει ἐπὶ τὰ ἁπλούστερα καὶ στοιχειώδη ταῖς διαλήψεσι τῶν ἐπινοιῶν στοιχειωδεστέραις ἀεὶ χρωμένη τάξιν μένται διασώζει τὴν πρὸς ἓν καὶ ἓν καὶ ἀφ᾽ ἑνὸς ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς οὖσιν ἡ οὐσία τὴν πρώτην καὶ κυριωτάτην εἴληφε τάξιν· περὶ δὲ αὐτὴν τὰ συμβεβηκότα ὑφέστηκε. περὶ μὲν δὴ τούτων, οὕτως. ἃ δὴ πρῶτον ἀπορεῖ πλωτῖνος σκεψώμεθα· ἀπορεῖ γὰρ διττῆς οὐσίας ὑπαρχούσης νοητῆς τε καὶ αἰσθητῆς, πῶς γένος δύναιτ᾽ ἂν γενέσθαι τὸ αὐτό. τὶ γὰρ κοινὸν ἐν ἀμφοτέροις τούτοις ἐν τῷ εἶναι ὑπάρχει. εἰ δὲ καί ἐστιν, ἔστι πρότερον τούτων ἄλλο. ὅπερ οὔτε σῶμα ἐστὶν οὔτ᾽ ἀσώματον. ἔσται γὰρ ἢ τὸ ἀσώματον σῶμα, ἢ τὸ σῶμα ἀσώματον. Ἔστι μὲν οὖν πρὸς ταῦτα ῥᾴδιον ἀντειπεῖν. ὅτι παρὰ τὴν πρόθεσιν τὰ ἀπορήματα ταῦτα προσάγεται. οὔτε γὰρ περὶ τῶν ὄντων, οὔτε περὶ τῶν γενῶν τῆς πρώτης οὐσίας νῦν αὐτῷ πρόκειται λέγειν· στοχάζεται τῶν νέων τοῖς ἁπλουστέροις ἐπακολουθεῖν δυναμένων. ὥστ᾽ ἐπεὶ περὶ λέξεων αὐτῶν νῦν ἐστιν ἡ σπουδὴ αἷς τὸ κατ᾽ οὐσιῶν λέγεσθαι ὑπάρχει, μάτην ἐν τῇ περὶ τούτων σκέψει ἐπεισάγει τὰς περὶ τῶν ὄντων ζητήσεις ὁ πλωτῖνος. *Cr.*] Inter eos qui Plotini opera lectitarunt sequitur sæculo p. Chr. quinto *David* philosophus, cujus jam supra aliquoties mentio facta est. De eo primus vera docuit Jacobus Morellius in Epistola ad Wyttenbachium in hujus Philomathiæ Part. III. p. 317—320; unde insigniora subjiciam: "Opus ineditum exstat in "codicibus duobus Bibliothecæ Venetæ Sæc. XV. "numeris 235. et 599. notatis, et in aliis quoque "aliarum Parisiensis nimirum [bibliothecæ Regiæ

Aristoteles, undecimo Metaphys. II. 3. 12.
Boëthus I. 17. peripateticus II. 12.
Hesiodus I. præfat. et III. præfat.
Homerus I. præfat.
Iamblichus in Categorias I. præfat.
Pindarus III. præfat.
Plotinus, platonicus philosophus I. præf. et lib. secundo singulis capitibus, et III. 1. 2. 4. 5. 7. [cf. supra annot. nostr. 3. ad hoc caput XXIX. §. VII. *Cr.*]

" codd. nr. 1900, 1937, 1938, 1939. *Cr.*], Matritensis, Oxoniensis, Augustanæ, Monachiensis [nr. 99. et 399. cf. Ign. Hardtii Catalog. codd. mss. Bibl. Reg. Bavar. Tom. I. p. 521. sq. et Tom. IV. p. 233. *Cr.*], Florentinæ, Laurentianæ, Taurinensis [cf. Pasini Catalog. mss. Grr. Taurinensium p. 214. sq. De codice Leidensi Vossiano nr. 8. vid. Wyttenbach in Philomath. lib. II. p. 274. et lib. III. p. 320. et cf. nostrum Indicem Apparatus critici Plotiniani not. b. *Cr.*], Indicibus impressis, relatum, et Davidi θεοφιλεστάτῳ, corrupta voce *Thessalonicensi* a nonnullis dicto, una cum ejusdem commentario in Isagogen Porphyrii. At vero Armenium fuisse (Davidem) eundemque unum habendum esse ex iis qui medio circiter sæculo quinto Constantinopolin, Alexandriam et Athenas ad litteras addiscendas missi, Biblia Sacra et Scriptorum quorundam Græcorum libros in linguam suam transtulerunt postea cognovi ex allatis a Mose Chorenensi Histor. Armen. lib. III. cap. 60. 61. 64. etc."—"Cæterum *Davides*, philosophus eclecticus, eruditionis copia, Scriptorumque Græcorum lectione se commendat: horum tamen testimonia operum titulis interdum immutatis affert, suppositiis etiam libris narrationibusque incertæ fidei adhibitis." Hæc Morellius. Plura nuper admodum de hoc Davide exposuit *C. F. Neumann* in "Mémoire sur la vie et les ouvrages de *David* philosophe Armenien du V^e^ Siècle de notre ère et principalement sur ses traductions de quelques écrits d'Aristote. Extrait du Nouveau Journal Asiatique Paris 1829. Unde nonnulla huc transferam: P. 19. "David naquit dans un village nommé *Herthen* ou *Herean* ou *Nerken* (le dernier nom est plus commun), situé dans le canton de Hark, qui est une de seize provinces du pays *Dourouperan*. Il était cousin germain et disciple du célèbre historien Moïse de Khorène, comme le patriarche Nersès l'assure, selon les temoignages des anciens. David était aussi du nombre de ces jeunes Atheniens, qui furent envoyés à Alexandrie à Athènes et à Constantinople pour etudier la langue et la littérature de la Grèce; et nous savons par David lui-même, qu'il frequentait à Athènes les leçons du divin Syrianus, maître de Proclus. David florissait, selon le chroniqueur arménien Samuel l'an 490 de J. C. (Samuel à la fin de la Chronique d'Eusebe ed. de Milan 1818. p. 48)." P. 21: "J'ai au contraire des raisons de croire—que David était à Constantinople vers la fin du V^e^ siècle et qu'il est mort en Arménie dans le commencement du VI^e^ siècle."—"En philosophie, il cherchait selon la manière des nouveaux Platoniciens [omniumne? *Cr.*], à concilier Platon avec Aristote." P. 40: "David écrivait parfaitement bien les deux langues en Arménien et en Grec." P. 42: "Les commentaires sur l'ouvrage de Porphyre se trouvent en Armenien et en Grec." Mihi nuper Parisiis agenti sponte obtulit, et postea humanissime transmisit Excerpta e codicibus Parisinis Regiis Davidis una cum accuratissima Notitia eorum *Lud. Mar. Ern. Sahune* vir juvenis eruditissimus; unde ego cum ad Porphyrium de Vita Plotini tum ad ipsas Enneades suis quæque locis ea adhibui, quæ ad Plotinum pertinent, collatis lectionibus codd. mss. Monacensium excerptisque, quæ liberalissime mecum communicaverat vir doctissimus *I. G. Krabinger*. Ex illis libris mss. h. l. titulos subjiciam:

Commentarii in Porphyrii quinque Voces inscriptio hæc est: Δαβὶδ τοῦ φιλοσόφου ἐξήγησις πάνυ ὠφέλιμος. Sequitur in tribus codd. Pariss. 1900. 1937. 1938: ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν προλεγομένων τῶν πέντε φωνῶν ἀπὸ φωνῆς Δαβὶδ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ θεοφρονεστάτου. Denique in cod. Paris. Reg 1939. fol. 38. recto: Ἐξήγησις σὺν θεῷ τῶν δέκα κατηγοριῶν τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ φωνῆς Δαβὶδ τοῦ θεοφιλεστάτου φιλοσόφου. Excerpta aliquot e libris mss. Vaticanis ab *H. Amatio* mihi impertitis item suis locis apposui—Sæculo IV. vel V., *Dionysius* quoque *Areopagita*, qui fertur ex Plotini scriptis multa desumsit. De quo in Annott. sæpe diximus.

Venio ad *Æneam Gazæum*. De eo hæc habet Fabricius in Biblioth. Gr. Vol. I. p. 690. ed. Harles.: "Æneæ hujus [Gazæi Christiani rhetoris, qui seculo quinto exeunte floruit] *Selecta Plotini super dialectica* Academia Veneta edituram se pollicetur ait Alphonsus Ciacconius in bibl. mscr. A. C. 1583." Quæ notitia cum me advertisset, per litteras consului Jacobum Morellium Bibliothecæ Venetæ Præfectum. Qui vir doctissimus, ut antea fecerat, ita nunc quoque officiose rescripsit Venetiis d. 31. Aug. a. 1816. Ex qua epistola quæ huc faciunt hic addenda censui: "Occasionem dedisti—

Pythagorici I. 6. 7. III. 1. (Veteres I. 19. 21. II. 21.)
Sosigenes peripateticus I. 3.
Stoici, I. 19. 21. 24. 35. II. 22.
Scripsit etiam adversus Plotini dogmata de Animæ Προϋπράξει et transmigratione Anonymus quidam Græcus, qui in Cæsarea bibl. superest MS., ut dixi ad Plotini vitam cap. 24. nr. 3. [Est hic liber *Nicephori Chumni, sive Nathanaëlis*, de quo homine plura dicentur ad calcem Plotini operum, ubi eum libellum secundis curis emendatum adjiciam. *Cr.*]

" animadvertendi errorem apud Ciacconium, Fabri- " cium aliosque; cujus originem cognoscere et ex- " plicare neque inutile neque injucundum fortasse " fuerit. Est Academia Veneta appellata *della Fama*, " quæ ab anno 1558 ad 1561 floruit, scriptis multo- " rum jam celebris, ac præsertim J. G. Lunze com- " mentario de ea edito Lipsiæ a. 1801. et Renouardi " Supplemento ad Annales Aldinos a. 1812. vulgato. " Mirifica sunt, quæ de ausibus cœtus illius ad Li- " teras provehendas constant; ac librorum vel jam " exstantium, vel ejus studio faciendorum edendo- " rumque Catalogi duo, typis Academiæ impressi " supersunt; alter Italicus a. 1558. in f°, alter ali- " quanto copiosior Latinus a. 1559. in 4to, neuter " ab erroribus magnis immunis. Inter opera autem " de Logica edenda hoc est: ENNEADE SESTA *di* " *Plotino sopra la Dialettica—Plotini in Dialecticen* " ENNEADOS *sex.* Catalogum utrumque se ad ma- " nus habuisse Ciacconius, cum Bibliothecam a. " 1583 conscripserat, manifeste affirmavit: et in " rem suam male multa transferens, etiam ÆNEÆ " SOPHISTÆ *Selecta Plotini super Dialectica* ab Aca- " demia Veneta edenda commentus est. Ciacconio " est fides adhibita a Fabricio, qui apographo Biblio- " thecæ illius imperfectæ apud J. Chr. Wolfium as- " servato, usus est (Fabric. Bibl. Gr. T. XIII. p. 48.) " eundem errorem exscripsit atque fidem ei adhi- " bere visus est. Facta postmodum editione Biblio- " thecæ Ciaconii a. 1599 mortui, a Dionysio Camu- " sat Parisiis a. 1731, licet nonnisi usque ad vocem " *Epimenides* deducta ea remanserit; textu tum auc- " toris ipsius tum ex scriptorum culpa, erroribus " referto, denuo est opus editum a Jo. Erhardo " Kappio Amstel. et Lipsiæ a. 1744, cum observa- " tionibus ita dictis editoris; vitiis atque alucinatio- " nibus turpissimis non paucis Ciaconii adhuc ex- " stantibus, neque a Camusat emendatis. Vides " itaque Æneæ opus in Plotinum purum putumque " figmentum omnino esse a Ciaconio editum."

" At vero de Plotino locus alius se mihi objicit in " Catalogis allatis librorum quos Academia Veneta " editioni parabat, in classe de Rhetorica: *Le Ora-* " *zioni di Plotino con le principali cose dell' Arte nel* " *margine—Plotini Orationes cum præcipuis in dicendi* " *artem annotationibus in margine appositis.* Quid- " nam operis intelligendum hic sit, nisi error supe- " riori similis quoque insit viderint alii. Fortasse " codex aliquis Plotini opera nonnulla ex iis quæ " prostant, titulo satis communi λόγοι in eo in- " scripto, continens lectores decepit." Hæc Morellius, et verissime. Nam si Plotinus unquam Orationes scripsisset, aut oratoriam attigisset, sanequam Porphyrius, qui de omnibus Plotini scriptis tam diligenter egit, non silentio prætermisisset—Sæculo sexto Plotinum legerunt *Damascius*, alii.—Qui reliqui plurimi deinceps Plotiniana opera tractarunt, eos partim supra, partim in Annott. in Enneades memoravi. Hoc loco nonnulla adjiciam ex ejusmodi notitiis: Arabas etiam legisse Plotini libros inde patet, quod qui falso Aristoteli tribuitur liber: De *secretiore parte divinæ sapientiæ secundum Ægyptios*, is pæne totus quantus e locis Plotini consarcinatus est ab Arabibus. Docet *Thomas Taylor* in Dissert. on the philosophy of Aristotle (in the Classical Journal, Vol. XV. p. 279. sqq.). Neque sequentibus sæculis evanescit Plotini memoria, uti in iisdem Annott. videbimus. Utrum sæculo duodecimo *Joannes Sarisberiensis*, qui Plotinum laudat, aliique Christiani scriptores per occidentis regiones ejus opera ipsa in manibus tractaverint, an ex Latinis scriptoribus ea laudaverint, de eo diximus in Annot. in Enneadd. p. 137. In Oriente Græca lecta esse Plotini opera sæculis XIII. XIV. et XV. arguunt *Nicephori Chumni scripta* aliaque, in his *Gennadii* (sive *Georgii*) *Scholarii* Græce scripta *Conciliatio* (Συμβιβαστικὸν) *Aristotelis et Plotini de humana felicitate.* Quo de scripto diximus ad Plotini librum περὶ εὐδαιμονίας, idque ad initium p. 29. Ei in nonnullis oblocutus est *Georgius Gemistus.* Nam in Bibliothecarum Catalogis (vc. ap. Iriarten in codd. Grr. Matritt. Nr. LXXVI. p. 273.) memoratur: *Georgii Gemisti adversus Georgii Scholarii pro Aristotele defensionem.* Nimirum Georgius Scholarius adversatus erat Gemisti libro: περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται, quo scripto Gemistus (Pletho) probare studuerat Aristotelis doctrinam cum doctrina Platonis conciliari non posse. Vid. Boerneri de doctis hominibus Græcis Literarum Græcarum in Italia instauratoribus liber p. 40. et Schoell. Histoire de la Literature Grecque VII. p. 316. Sed de Gemisto Plethone quædam dicentur in Annot. proxima. *Cr.*]

## IX. Editiones Plotini operum.

Græcolatina unica hactenus prodiit cum versione et argumentis atque analysi *Marsilii Ficini* Basil. 1580 fol. ad Perneam Lecythum, hoc est ex officina Petri Pernæ, qui codicem Græcum utendum accepit a Joh. Sambuco[v]. Is codex hodie exstat in bibl. Cæsarea teste Lambecio VII. p. 21. [p. 43. sqq. edit. Kollarii] ubi memorat, in eodem MS. duas insuper exstare dissertationes extraordinarias Porphyrio non memoratas[w], nec tamen Plotino indignas[x]. [4]Una inscribitur: Πλωτίνου περὶ τοῦ πῶς ὁρᾷ ἡ οὐρανία

[v] Perna tamen in dedicat. ad senatum Norimberg. se non solum Cod. Sambuci sed tribus quoque Italicis usum esse profitetur *Harl.* [Notaverat Villoison in Anecdott. Grr. II. p. 225. sq. *Cr.*]

[w] Etiam quæ ex libro secundo Plotini περὶ ἀθανασίας τῆς ψυχῆς profert, *Eusebius* XV. 10. præparat. in Plotini novenariis editis non exstant, ut jam supra monui [Illa Plotiniana apud Eusebium exstant quoque Vindobonæ in cod. *Cæsareo* XI. nro. 6. p. 73. Kollarii; et cod. XIV. nr. 4. p. 80. 29. In utroque cod. sunt quoque in iisdem excerptis ex Eusebii Pr. Ev. fragmenta Plotini de secundo Principio. *Harl.*]

[x] Sed sunt in editis, vid. *Grimm.* Comment. paullo infra laudatam p. 5. et 6. *Harl.*

[4] [Priusquam de editionibus adjicimus, quæ adjicienda videntur, dicenda sunt nonnulla *de restituta per Italiam philosophia Platonica ejusque restitutionis causis auctoribusque.* Primus omnium illis in terris Platoni Platonicisque operam dedit sæculo XIV. *Franciscus Petrarcha.* Qui quidem vixdum Græcarum elementa literarum hauserat, quum prælegente *Barlaamo* monacho Calabro ad Græcos Platonis codices versandos accessit, ejusque præceptoris mortem et hujus discipuli *Leontii Pilati* absentiam obstitisse sibi conqueritur, ne pleniorem Græcarum literarum cognitionem adsequeretur. (Vid. A. Mar. Bandini Præfat. ed. Joannis Corsii Commentarium de Marsilii Ficini vita in Miscellanei di Varia Litteratura Tom. VIII. Lucæ 1772. p. 247—250. ibique laud. Petrarcha De ignorantia sui p. 14. ed. Venet.) In ejusdem Petrarchæ bibliotheca etiam *Joannes Boccacius* ejus familiaris Platonem Græce scriptum versavit (vid. Bandini l. c. p. 251, ab eoque laudatum J. Boccacii Commentar. in Dantis Infernum cap. IV. p. 231.) Græcis deinde literis augendis et Platonicæ doctrinæ commendandæ maxime profuerunt homines Græci in Italia exulantes; de quibus post Hodium, Boernerum, Bruckerum, Tiraboschium alios nuper egerunt Heerenius et Schoellius. Quibus exulibus cum alii Principes patrocinati sunt, tum maxime fautrix exstitit inclyta gens Mediceorum. Atque *Cosmus ille Mediceus* per eosdem doctos viros Græcos codices describendos curavit, vel Italos literatores in Græciam misit vel a reversis e Græcia suo ære munificentissime Græcos libros coëmit (Fabroni Vita Cosmi p. 143). Itaque *Jo. Aurispa* (ut me in Platonicorum mentionibus contineam) a. 1423 e Græcia redux cum aliis multis libris Platonis *Plotinique* et Procli scripta in Italiam transvexit (Roscoe, Life of Lorenzo de' Medici I. p. 30. cf. Heeren Geschichte des Studiums der classischen Litteratur II. p. 40.) Franciscus autem Philelphus epistola scripta a. 1428 vel 1429 ita prodit: "Alios " (libros) nonnullos per primas ex Byzantio Vene-" torum naves opperior." Hi autem sunt *Plotinus*, Ælianus etc. (Epistolar. Lib. XXII. epist. 32. ed. Laur. Mehus.) Quam vero vim habuerit ad Italorum hominum animos Platonis Platonicorumque amore inflammandos Gemisti Plethonis adventus ad Florentinos ipse Ficinus narrat Laurentio Mediceo patrono suo in Procemio ad Plotini opera. De quo doctore Græco ita Bandinius l. l. cui aliquot notulas interponam addamque, p. 252: "Postero vero tempore *Georgius Gemistus*, qui et *Pletho* dicitur [Γεώργιος Γεμιστὸς ὁ καὶ Πλήθων] quod utrumque plenitudinem et abundantiam denotat [vel quod ad Platonis, quem in oculis ferebat, quam proxime accederet nomen Plethonis. Boerner p. 39]. Vir Græcæ imprimis Platonicæ philosophiæ peritissimis, Alexandrinorum Platonismum in Italia studiosissime propugnavit. Indicto enim concilio, cum aliis Græcis [Joanne Palæologo] Theodoro Gaza et Bessarione[*], cujus ille præceptor fuit, in Italiam venit, et Græcorum partibus favit, qui unionem cum Latinis aversabantur. Postea vero patria extorris ac necessitate coactus quum Latinorum partibus adhæsisset, contra Manuelem Malaxum librum scripsit de Processione Spiritus Sancti. Certissimi ejus divinarum humanarumque rerum cognitionis testes sunt libri ab ipso editi, cum historici tum philosophici, quorum recensum vide apud Fabricium Bibl. Græc. Vol. X. p. 740. sqq. Oudinum de scriptoribus Ecclesiasticis Tom. III. p. 2348. "Adde Hardti Catalogum codd. Grr. Monacc. Tom. I. p. 145. et p. 457. De ejus Eclogis quibus etiam mirificam illam fabulam de Hercule Prodicio ap. Xenophontem insérue-

[*] De Bessarionis cum Georgio Trapezuntio controversia illiusque scripto, quod inscribitur: *Bessarionis Cardinalis Sabini et Patriarchæ Constantinopolitani libri V. adversus Calumniatorem Platonis* (quibus sextus accessit hoc titulo: *Liber de Natura et Arte adversus Georgium Trapezuntium*) consule *Angeli Mariæ Cardinalis Quirini* libr. singularem: De optimorum Scriptorum Editionibus, qui primum Romæ post Typographiæ inventum prodierunt ed. *Jo. Georg. Schelhorn* hujusque notas (Lindaugiæ 1761), p. 227. sq. *Cr.*

διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον. Incipit Ἐπειδὴ πεπίστευται, ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται. Altera: Πλωτίνου περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων, ἤτοι περὶ τοῦ ἑνός. Incipit Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοός etc. Adde p. 36. sq. ubi Lambecius meminit alterius codicis operum Plotinianorum mutili in eadem bibliotheca obvii, quem Perna non vidit [y]. Nonnullis exemplis Basileensis editionis novus titulus præfixus præfert annum 1615 impensis Ludovici Regis.

rat vid. C. A. Boettigeri Epistola ad Ch. Dan. Beck. de Hercule in Bivio p. 11. Advertunt nos ejusdem προσρήσεις et Ὕμνου ἐς Θεούς, Jovem alios in Cod. Monac. CCXXXVII. exstantes (vid. Hardt. III. p. 9. sq.), unde intelligitur, quomodo Platonis amore Platonicorumque exemplo commotus homo Christianus Ethnicorum etiam deos celebraverit, et cur ab adversariis suis in Christiana sacra peccare dictus sit. Ejus orationem funebrem (μονῳδίαν) in Ὑπομονὴν (i. e. in Irenen vel Helenam) Manuelis Palæologi uxorem e codd. Florentinis nuper edidit Mustoxydes. Consilium autem illud anno 1433 primum Ferraræ est habitum. Quo Florentiam translato facta sunt ea, quæ Ficinus Proœmii laudati initio narrat, nimirum ut Plethonem Platonis placita facunde explicantem sæpius audiret Cosmus Mediceus, et ejus philosophiæ admiratione ductus *Platonicæ, Academiæ* Florentiæ instituendæ Consilium caperet. De qua Academia cum permulti exposuerint Fabroni, Tiraboschi, Roscoe, Heeren (in Gesch. der Class. Litt. II. p. 35. sqq. Schoell. Hist. de la Lit. Gr. VII. p. 312. Ginguenet, Sismondi, alii, quibus junge: *De Platonicæ Philosophiæ post renatas literas apud Italos instauratione commentarium,* sive *Marsilii Ficini Vita,* auctore *Joanne Corsio* cum *A. Mar. Bandini* Annotationibus, in Miscellanei di Varia Litteratura Tom. VIII. Lucca 1772. p. 284. sqq.) nemo tamen hac de re eruditius elegantiusque exposuit, quam *Carolus Sieveking* in libello: Die Geschichte der Platonischen Academie zu Florenz. Gotting. 1812. Neque enim hæc societas comparari debet cum aliis, quæ Academiæ appellantur, sed tanquam cœtus virorum eruditorum, qui Ficino potissimum auctore et communi Platonicæ philosophiæ studio ducti, quasi quoddam fœdus inierant in morem Pythagoreorum, Platonicorum libros recitabant, de ejus placitis colloquebantur, maxime in otio ruris et Platonis die natali. Socios ipse Ficinus enumerat Epist. Lib. XI. 30. (cf. Roscoe, Life of Lorenzo, cap. III.) Ea societas Plethonis ex eloquentia enata, Cosmi Laurentiique studio nutrita et aucta Franzisci Bandinii præsidio consilioque directa Ficinum quasi genium habuit. (Cf. Sieveking p. 7. et p. 29.) Bene Mustoxydes in Notis subjectis Orationi Plethonis laudatæ p. 7. ita Plethonis merita persequitur: "ὁ περίφημος *Marsilius Ficinus*, ὁ μεταφραστὴς καὶ ἀπόστολος Πλατωνικῆς φιλοσοφίας τὸν (Plethonem) χρεωστεῖ τὰ διδασκαλεῖα, καθὼς καὶ ὅλη ἡ Εὐρώπη τὸν κλονισμὸν καὶ κρημνισμὸν τῶν σχολαστικῶν. Atque ex Ficini epistolis, ejusdem Præfationibus in Platonem atque in Plotinum, sicut ex Commentario in Platonis Convivium illius Academiæ historia maxime repetenda est. Marsilii autem ipsius vita ex ejus operibus componi debet, uti fecit *J. G. Schelhorn* in Amœnitatibus Literariis Tom. I. sect. II. p. 18—136. Proinde recte pronuntiat Auctor Elogii Ficiniani in Figliucci *Elogi* degli *Uomini illustri Toscani* Tom. II. in Lucca 1772. p. CIII.: "Moltissimi Scrittori hanno parlato di Lui (di Marsilio Ficino) ma nessuno ha stesa una Vita più esatta di *Gio. Georgio Schelhornio* Amœnit. Literar. Tom. I. che l'ha ricavata dalle Opere del medesimo *Ficino*. H. P. Niceron Memoires des Hommes Illustr. Tom. V., e il Brucker Hist. Philosoph. Per. III. P. I. lib. I. cap. 2. non hanno fatto altro che compendiarlo, ed io l'ho seguitato in quest' Elogio." Corsius tamen atque Bondinius in libro laudato plura addidere, et illis excerptis e Ficini scriptis commentarii usum præstant. Quo libro cum nec Heerenius V. C. (Vol. II. p. 269. neque Sieveking.) usi sint, hoc magis illum commendatum volumus iis, qui de Ficini rebus accurate doceri cupiant. Quod autem Florentini illi Platonici Plotini quoque scripta tanto studio exceperunt, eorumque auctorem tantopere dilexerunt, non propterea solum factum, quod ex illis Platonis monumenta lucidius explicari posse credebant, sed quoniam sibi videbantur intelligere magnum consensum, qui inter Evangelii Apostolorumque doctrinam et Plotinianam, maxime in præceptis moralibus intercederet (cf. Sieveking p. 55). Accesserat Joannis Pici Mirandulani auctoritas, ut ad Plotinum vertendum et explicandum se daret Marsilius: ut ipse narrat in Proœmio ad Plotinum. Quod opus auspiciis et sumtibus Laurentii Medicis, cui etiam inscriptum est, excudi cœptum prelo tamen demum exiit, eo jam fatis functo (Vid. Marsilii Allocutionem ad Petrum Laurentii filium ad calcem editionis Latinæ principis cf. Schelhorn §. 24. p. 97. et Corsium atque Bandin. p. 320. sq.). *Cr.*]

[y] Eum Lambeck. collatu dignissimum censet. Est vero cod. XIII. p. 76. *Lambecii* Comment. edit. Kollarii. Eædem duæ dissertt. sunt in Cod. Cæsar. XIV. apud Lambec. VII. p. 80. ut in nota jam memoravimus. Sed in cod. XII. p. 75. continentur *Plotini* diss. philosophicar. Platonicarum Enneades sex; item ejusdem *Plotini* sermo de principio universi sive de uno: nec non ex ejusdem Plotini libro secundo de immortalitate animi fragmentum, (quod etiam apud Eusebium de Præpar. Evang. exstare jam animad-

*Latine* ex versione Ficini, qui post Platonem etiam Plotinum in Cosmi Medicis gratiam transtulit una cum ejus commentariis sine argumentis lucem viderunt Plotini Enneades Florentiæ[z] 1492. fol. et Saligniaci anno 1540. fol. apud Jo. Soterem, et Basil.

vertimus.) In Cod. CXXXVI. nr. 2. est Enneadis primæ liber primus: de eo τί τὸ ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος; teste Kollario in Supplem. ad Lambecii Commentar. p. 767. [cf. Indicem Apparatus critici nostri. Nr. VIII. *Cr.*]

In bibl. elector. *Bavar. Mon.* in cod. CLIV. et cod. CCXLIV. Vita Plotini, autore Porphyrio, et Plotini Enneades. [Vid. Catal. codd. etc. etc. p 60. sq. et 83.] Eadem in codice Biblioth. *Augustanæ Vindel.* [Ex direptione Budensis biblioth.] cum Schegkii glossis msstis, teste *Reisero*, in catalog. p. 73. [Cf. Apparat. crit. nostri Indic. Nro. IV. *Cr.*]

*Venetiis* in biblioth. D. Marci cod. CCIX. *Plotini* de animi immortalitate: quid homo? quid animal? de essentia animi [Catal. codd. Grr. p. 113—Codd. CCXL. et XLI. *Plot.* Enneades sex.—codd. CCXLII. Enneades duæ priores. Enneadis tertii libri VII. posteriores, quarum postremus fine mutilus; quintæ lib. VIII. et IX. sine ulla distinctione; sextæ a libro IV. usque ad IX. inclusive; tunc duæ illæ dissertt. quas Fabricius in eodem Vindeb. exstare e Lambecio jam memoravit et nr. 6. ex Plotino excerpta de principiis rationem habentibus. Duæ illæ diss. sunt quoque in cod. CCXLIV. in quo etiam continentur capp. ex Enneadibus de æternitate ac tempore: de intelligibili pulcritudine, et quod unum idemque simul ubique sit totum: et aliud ejusdem opusculum sine ulla inscriptione, incipit: Νοῦς ὁρᾷ - - -, quod publicavit Villoison in Anecdd. Græcis II. p. 241. sq. [Catal. p. 121. sq.] *Ibid.* in biblioth. monast. S. Michaëlis, *Plot.* Enneades VI. cum Plot. Vita, a Porphyrio enarrata, cod. . gr. sæc. XV. cum notis græcis ac lat. Hermolai Barbari. vid. *Mittarelli* bibl. codd. illius monasterii, p. 911. [cf. Index Apparat. Crit. Nro. VII. *Cr.*] *Florentiæ* in bibl. medic. cod. XV. pl . . 85. Plotini vita a Porphyrio expositæ et Plotini Enneades sex. (*Bandin.* l.c. col 383.) [cf. Index Appar Crit. Nro. IX. *Cr.*] Eadem in bibl. *Taurinensi* cod. CCXXXII. (teste Catalog. p. 316.)

*Romæ* in Barberin. bibl. sæc. XV. in bibl. Chiggian. sæc. XIV. teste *Montfaucon* in Diario Ital. p. 238. [cf. Index Apparatus Critici Nro. VI. ubi etiam de cod. Vatico eoque præstantissimo. *Cr.*]

In *Hispanis* in bibl. *Escorialensi* 1. Enneas I. et II. 2, Enneades mutilatæ, cum ejusdem vita per Porphyrium; 3. Enneades VI. teste *Peuëro* in Itinerar. per Hispan. p. 187.

In bibl. *Leidensi* inter codd. Vossiann. Vita et Enneades (sec. catal. bibl. Leidensis p. 391. Nro. 8. catal. codd. Angliæ et Hibern. Tom. II. p. 58. nr. 2116.) [cf. Index Apparatus critici Nro. II. *Cr.*]

In biblioth. *Paris.* Vita et Enneades in Codd. MDCCCXVI. (cum notis latinis exegeticis) MDCCCCLXVIII. MDCCCCLXIX. MDCCCCLXX. MDCCCCLXXVI. MMLXXXII. Plotini fragmentum de virtutibus, de dialectica et beatitate, in Cod. MDCXLIV. [cf. Index Apparatus critici Nro. V. *Cr.*]

*Oxoniæ* in bibl. Collegii Corporis Christi, cod. MDLXXXV. Plotini Vita et Enneades.

In bibl. *Barocciana* in cod. CXLV. ampliora fragmenta, (vid. Catalog. p. 19.) *Cantabrigiæ* cod. CCCXVIII. bibl. collegii S. Trinitatis opp. Plotini, gr. In bibl. *Georgii Wheleri,* Canonici quondam Dunelmensis, Plot. Enneades. Gr. (Catal. cit. p. 357. nr. 9090.) *Harl.* [De codicibus Britannicis hæc me docuit *Thomas Gaisford* V.C.: "Quod ad codd. mss. Britannicos spectat, vereor ut tibi usui vel levissimo esse possint. Binos Oxonii habemus, quorum unus Enneadas cum Vita Porphyrii complectitur; alter aliquot tantum Enneadum Capitula. Uterque recentissimus est, utpote qui sit seculo XVI. ineunte vel maxime sub finem extremum sec. XV. idque, uti licet conjicere, in Italia exaratus, et ex iisdem fortasse exemplaribus, quæ tui gratia excusserunt Morellius aliique." *Cr.*]

[z] Sumtu Laurentii Medicis impressit ex archetypo Antonius Miscominus. MCCCCLXXXXII. (1492.) nonis Maji. vid. *Braun.* in notitia de libris sæculi XV. in bibl. monast. ad 55. Udalr. et Afram. Augustæ Vindel. Tom. II. p. 234. el. *Morell.* ad Pinelli catalog. I. nr. 1331. p. 251. sq. *Audiffr.* specim. editt. Italic. Sæc. XV. p. 329. qui editionem Florent. a. 1482, ex catalogo quodam a Maittario A. T. IV. p. 437. citatam, cum hoc ipso jure censet spuriam. [De hac editione principe, qua in hac nostra editione adornanda usi sumus, hæc tenenda sunt: Titulum excipit *Prohemium* (sic) ad Laurentium Medicem. Proœmium sequitur Porphyrii Vita Plotini. Hanc: Exhortatio Marsilii Florentini ad Auditores. Subjicitur Argumentum M. Ficini in primum librum Plotini Platonici. Hoc excipit Plotini Enneadis primæ Liber primus et sic porro reliqui libri reliquarum Enneadum cum suis commentariis. Ad calcem, post vocem *Finis,* legitur Epilogus M. Ficini ad Petrum Medicem, qui ita inscribitur: "Marsilius Ficinus Magnanimo Petro Medici S." Epilogo subjiciuntur: *Magnifico Sumtu Laurentii Medicis Patriæ Servatoris Impressit ex Archetypo Antonius Miscominus. Florentiæ Anno. MCCCCLXXXXII. Nonis Maji.* Infra legitur Registrum quod brevem enumerationem foliorum habet. Ei subjectum est emblema typographi *AM. Emendatio in Plotinum* tres paginas sequentes implet, et absolvitur iterum voce *Finis.* "Vere splendida," ait Schelhorn. §. 24. p. 97. "est hæc editio, nitidis- "sima charta et perquam elegantibus typis lectoris "oculos jucunde adficiens, magnificentiæ Mediceæ

apud Petrum Pernam, 1559. fol. Argumenta sive commentarii Ficini exstant etiam in tomo secundo operum Marsilii, plus simplici vice excusorum [conf. quæ notavi in Introductione in histor. L. Gr. II. part. I. p. 274. et de Editt. opp. Marsilii Ficini *Clement. bibl. curieuse* etc. tom. VIII. p. 313. sqq.] cel. *Villoison* in duobus codd. Venetiis se reperisse ratus duas Plotini dissertatt. (quæ etiam sunt in cod. Vindob.) adhuc nondum editas; eas in Anecdd. Grr. tom. II. p. 227. sqq. primus, ut sibi videbatur, Græce evulgavit cum paucis notis criticis. Sed postea suum ipse agnovit errorem [vid. Villoison de triplici Theologia ad calc. libri: Saint-Croix Mémoires de la Religion secrète des anciens peuples p. 329. sq. not. *Cr.*] et *Frid. Christ. Grimmius* in comment., *qua Plotini de rerum principio Ennead. III.* lib. VIII. cap. 8—10. (quæ est particula prima posterioris dissertationis a Villoisonio, tanquam ineditæ, in lucem prolatæ) *animadversionibus illustravit,* Lipsiæ 1788. 8. ostendit, priorem illarum ex Ennead. IV.

" monumentum, quibusvis imaginibus, statuis, mar-" moribus illustrius etc." Idem tamen graviter reprehendit p. 80. quæ hæc princeps editio in Exhortatione ad Auditores habet: " Et Vos Platonem ip-" sum exclamare sic erga Plotinum existimetis: " *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi undique* " *placeo: ipsum audite*" quodque pro his verbis in editione Basileensi positum est: Οἶος πέπνυται κ. τ. λ., subjecta versiculi versione Latina, hoc impietatis vitandæ causa factum arbitratur Bruckerus Hist. Crit. Philosoph. vol. IV. p. 53. De codice manuscripto editionis Latinæ principis hæc prodit A. M. Bandini ad Corsii Commentar. de Vita Ficini p. 321. " Exstat hoc magnificum opus, manu exaratum, in " pergamena, duobus voluminibus in fol. in Lau-" rent. Biblioth. Peut. LXXXII. nr. X. XI. Cujus " duæ primæ paginæ aureis ac diversicoloribus pic-" turis, cum Marsilii effigie miro prorsus artificio " exornantur. In calce secundi voluminis legitur: " *Ego Lucas Geminianensis, Ficini amanuensis ex-* " *scripsi hoc opus et finem imposui in agro Caregio* " *die XII. Novembris* 1490. *Habemus etiam* sub " Nro. XII. XIII. supra memoratam ejusdem operis " editionem in pergamena impressam Florentiæ a " MCCCCXCII. fol. cum elegantissimis item pictu-" ris, alteram chartaceam sub n. XIV." Unum itemque alterum exemplum in pergamena impressum reperitur in aliis quoque bibliothecis, v. c. in Regia Parisina. Vid. Brunet Manuel du Libraire ed. tert. Tom. III. p. 105. et Ebert in Allgem. Bibliographisch. Lexicon p. 468. *Indice* tamen (Latino) *rerum et verborum,* quem editio Basileensis habet, caret editio Florentina princeps. Restat, ut de editione *Græco-Latina* unica ante hanc nostram, dicamus. Ea ita inscribitur: *Plotini Platonicorum facile Coryphæi operum philosophiarum omnium Libri LIV. in sex Enneades distributi. Ex antiquiss. codicum fide nunc primum Græce editi, cum Latina Marsilii Ficini interpretatione et commentatione. Basileæ ad Perneam Lecythum* MDXXC. Alia exempla titulum aliquanto diversum habent et in ima ora: *Basileæ Impensis Ludovici Regis.* fol. Quod solum titulum immutatum opinatur Fabricius, in eo fallitur. Discrepat hæc repetitio illius Basileensis editionis et initio et in fine; cujus extremum folium minutiores characteres litterarum habet, quam illa altera anni 1580, et omnino quinque aut sex folia in hac anni 1615 recusa sunt. Neque tamen pro nova editione haberi debet. Videtur bibliopola munificentia Galliæ Regis Ludovici XIII. adjutus in ejus regis honorem hæc immutasse. Debetur autem hæc Græco-Latina editio ex quatuor codicibus descripta magis bibliopolæ utili consilio quam docti alicujus hominis criticæ diligentiæ. Fuit enim tunc quidem summum Græci Plotini desiderium. Quod et alia arguunt et vero hi versiculi, quos *Laurentius Rhodomannus* codici Reinesii nunc Cizensi adscripsit:

" Quid de Plotino dicam? non exiit usquam
" Græcus, et hic numquam sic mihi visus adest."

Unde intelligitur Rhodomannum, qui hos versus anno 1593 fecisset, tum quidem editionem Basileensem anni 1580 nondum vidisse. Volebat autem Plotinum studio suo emendatum in usum juventutis edere (vid. Chr. Godofr. Muelleri τοῦ μακαρίτου Prolusionem: *De codice mscr. Plotini Cizensi* Lips. 1798. p. 6. sq.) Et ut illuc revertar, quis nescit negligentissime excusam esse editionem Basileensem, atque, si vel maxime a critica diligentia discedatur, inquinatissimam eandem esse fœdissimis mendis, cum potissimum in oratione Græca tum in Latina versione, librorum, capitumque et paginarum inscriptionibus. quid quæris? Nulla pagina est, quin uno minimum insigni aliquo operarum sit vitio deformis, ut leviora prætermittam, quæ plurima nos taciti abstersimus. De versionibus Enneadis primæ itemque ex reliquis Enneadibus librorum selectorum, quas nuper in Germania I. G. V. *Engelhardtus* in Britannia *Thomas Taylor* ediderunt, ad illos libros sigillatim a me dictum est.—Nec minus ad Ennead. VI. librr. 4. et 5. hunc virum humanissimum mecum communicasse manuscriptam suam translationem eorum librorum, notulis aliquot additis, Anglicam. *Cr.*]

lib. IV. cap. 30. sqq. posteriorem vero e pluribus particulis jam vulgatis fuisse cognitam [coactam s. congestam?] Plura scripsi in Introduct. l. c. p. 275. *Harl.* [Sed laudari tamen a scriptoribus Græcis nonnulla et passim etiam in codd. manuscriptis reperiri, quæ in Enneadibus frustra quæras, hinc inde in annott. in Plotini libros demonstravimus. *Cr.*]

## X. Indiculus scriptorum et virorum illustrium a Plotino memoratorum concinnatus a me.

*Ad paginas editionis Græco-Latinæ.*

Ægyptiorum sapientes et Hieroglyphica p. 547.

Anaxagoras 162. 450.

Aristoteles 97. 174. 490. entelechia 361. (et apud Euseb, XV. 10. præparat.) doctrina de decem prædicamentis 566. sq.

(*Διονύσου κάτοπτρον* 381.)

Empedocles 162. 468. 459. 473. 490.

Epicurus 213. perstringitur et suppresso nomine 230. 457. sq.

Fabula Ulyssis 57. de Helena, Paride et Idomeneo 274. Thersite 257. *Πριαμικαὶ Τύχαι* 32. de Prometheo et Epimetheo 383. de Penia et Poro (ex Platonis Convivio p. 328.) 317. 290. sq. de Hercule, apud inferos reminiscente 392. 396. de Saturno ligato 554. de *ἀναβάσεσι* animarum ex spelæo 203. *τὰ μυστήρια καὶ οἱ μῦθοι περὶ θεῶν αἰνίττονται* 489.

*ὁ Γεωμέτρης·* (Euclides) 481.

Heraclitus 97. 468. 473. 490.

Hippocrates 738.

Homerus (*ὁ ποιητής*) 7. 527.

Lex, *σώζεσθαι ἐκ πολέμων φησὶ δεῖν ὁ νόμος ἀνδριζομένους, ἀλλ' οὐκ εὐχομένους* 261.

(Lynceus 545.)

Magi *δυνάμεις Μάγων* 382. 479. et *γοήτειαι* 434. sq. *ἡ θεωρία ἀγοήτευτος* 438.

Minos *ὀαριστὴς Διὸς* 763. sq.

Mysteria, *οἱ πάλαι σοφοί ἐν τελεταῖς* 321. 380. 547.

Oraculum *Θεοῦ παρακέλευσμα. αὑτοὺς γινώσκειν* 371. 733. *ἀναπόδραστος ὁ θεῖος νόμος* 389. *Θεῖα φήμη Ἀδράστεια* 262.

Parmenides 489. sq. nomine dissimulato 648.

(Phalaridis taurus 37.)

Pherecydes 491.

(Phidiæ Jupiter 542.)

*Τινὲς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων φιλοσόφων* 325.

Plato 6. 21. 38. 97. 99. 100. 101. 109. 145. 164. 203. 204. 215. 292. 296. 313. 329. 338. 357. 364. 372. 404. 473. 489. 491. 546. 594. 595. 614. 616. 674. 698. 717. 729. 753. et omisso nomine 7. 8. 74. 75. 76. 77. 144. 259. 283. 284. 285. 287. 315. 337. 347. 356. 385. 417. 470. 615. 688. 690. 708. 721. 727. 732. 739. *ὁ θεῖος Πλάτων πολλὰ πολλαχῇ περὶ ἔρωτος γράψας* 291. *πολλά τε καὶ καλὰ περὶ ψυχῆς εἶπε* 469.

οἱ πάλαι περὶ ψυχῆς ἄριστα φιλοσοφήσαντες 658. Μῦθος Platonicus de Penia et Poro 295. 19. 317. Plato ἐν Θεαιτήτῳ 491. Ἐν Φαίδρῳ 298. Φαίδωνι 491. Φιλήβῳ 298. 376. 717. Συμποσίῳ 293. 295. Τιμαίῳ 142. 203. 285. 376. 469. Respicitur et Timæus Platonis 77. 285. 286. 326. 330. 337. 356. 361. 376. 491. 562.

Poëta verba 7. 438. 483. 527.

Τοῖς σοφοῖς τῶν προφητῶν αἰνίττεται 770. ὑπὸ Θεοῦ κατασχεσθεὶς, φοιβόληπτος ἢ ὑπό τινος Μούσης 552. θείᾳ φήμῃ καὶ φύσει ἀπομαντευόμενοι 419.

Pythagoras 468. 491.

Pythagorici 491. 528. 674. Ex aureis carminibus locus 465.

Contra Stoicos τὶ genus entis ponentes, et sub eo quatuor classes rerum statuentes 588. 19.

Theologi 292. 298.

Timæus 100.

# INDEX APPARATUS CRITICI,

## QUO IN ADORNANDA EDITIONE PLOTINI USI SUMUS.

I. *Cod. Cizensis.* Integer, cum Vita Plotini a Porphyrio conscripta. Collatus a J. Chr. *Mullero*, Gymnasii Cizensis quondam Rectore. Ex hujus viri Programmate de Codice Plotiniano a. 1798. conscripto, in annotatione accuratiorem ejus Codicis notitiam exhibemus[a].

II. *Cod. Leidensis.* Præcedit Plotini Vita: desinit liber p. 184. Ed. Bas. nimirum Ennead. II. Lib. VII. initio. Est Codicum Isaaci Vossii N.V. Contulit eum G. H. *Moserus*, Leidæ[b].

III. *Cod. Darmstadinus.* Integer, cum Vita Plotini. Fuit olim Coloniensis[c]. Collatus est hic Codex a J. L. *Rennero*, nunc Gymnasii Ulmensis Præceptore et F. X. *Werfero*, *τῷ μακαρίτῃ*, olim Seminarii Philologici Heidelbergensis Sodalibus. Codex est Chartaceus, formæ maximæ, seculi decimi sexti[d].

IV. *Codd. Monacenses.* Horum notitiam exhibemus accuratam ex Schedis F. J. *Goelleri*, qui ipse singulos inspexit.

1. "*Primus*, Mon. A. qui Enneadas exhibet, est Hardtio LXXXVI. chartaceus, " charactere minusculo et elegante, sæc. XVI. optime conservatus et inscriptus, " quemadmodum reliqui. Is ab Hardtio paullo, quam solet, solertius diligentius- " que descriptus est."

2. "*Alter* Codex, Mon. B. numero CCXV. notatus, chartaceus; mutilus."

3. "*Tertius* denique, Mon. C. est CCCCXLIX. chartaceus, in assere, corio fusco " tectus, ut Hardtii verbis utar, literis minutissimis et nitidissimis, sine verborum " compendiis, cum notis marginalibus *Schegkii*, medici Budissensis, cujus in folio " assuto ad *Hæschelium* dedicatio exstat. Ad calcem cap. XXX. Enneadis quartæ

[a] Inscribitur Programma: De Codice Plotini Cizensi. Lipsiæ. MDCCXCVIII. Est Codex bibliothecæ Episcopalis nr. LXIII. olim Reinesii, chartaceus, forma maxima (i. e. in folio) paginis 744. Est apographum, e codicibus fortasse Venetis descriptus sæcul. XVI. sed accurate satis et belle, ut eorum codicum usum videatur præstare posse.

[b] "Est Chartaceus, formæ maximæ; literarum figura, qualis fere est editionum Aldinarum, cum quibusdam compendiis scripturæ, sed munde eleganterque scriptus. Habet hic Codex I. Porphyrii vitam Plotini; II. Plotinum ab initio usque ad Ennead. II. lib. VII. *περὶ τῆς δι' ὅλων κράσεως* p. 184. C. *παρέχῃ* (sic cod.) *ἢ θάτερον καὶ τοσοῦτον*, in quibus verbis desinit et pagina et Plotinus. III. Proximæ paginæ initium est subitum—*βεστον συμβεβηκὸς*, commentarii cujusdam, ut videtur, in Aristotelem *περὶ ἑρμηνείας*: folia sunt tria: ultima verba, ut finis disputationis: *δίφρου μὲν τὸ καθίσαι, ναὸς δὲ τὸ πλεῖν καὶ τῶν ἄλλων ἀναλόγων*. IV. Commentarius in Categorias Aristotelis, cujus principium exhibuimus Philomathiæ libri II. in fine. Sunt sexaginta folia nec tamen integer liber, sed exitu subito et abrupto. V. *Αὐτολύκου περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεως πρῶτον*, quatuordecim folia cum figuris mathematicis; in fine scriptum †*ὑψικλέους ἀναφορικός*. Sic desinit Codex totus eadem manuscriptus." Hæc Wyttenbachius. [Cf. Jac. Morellius in Wyttenbachii Philomath. libr. III. p. 317—320. et Additam. nostr. ad locum de Plotino in Fabric. B. G. vol. V. §. VII. p. 697. in his ipsis Prolegomm. *Cr.*]

[c] In bibliotheca L. Bar. a Huebsch, ubi inspexi: postea *Schleiermacheri*, Viri humanissimi, liberalitate ex bibliotheca Magni Ducis Hassiæ mihi commissum ipse tractavi. *Cr.*

[d] Est apographum distincte scriptum multisque nominibus commendabile. *Cr.*

" hæc subscriptio reperitur: Ἡ *βίβλος ἥδε ἐγράφη διὰ τῆς ἐμῆς χειρὸς, Δημητρίου* " *Τριβόλου Πελοποννησίου ἐκ Σπάρτης, διατρίβοντος ἐν πόλει Κρήτης Γορτύνῃ, μετὰ τὴν* " *τῆς ἐμῆς πατρίδος ἅλωσιν ἐν ἔτει ζϡογ*.[e]"

" Addam Codices, qui Plotini Vitam et librum *de anima immortali* exhibent:

1. " Cod. CCCCXC. chartaceus, in assere, ut ait Hardtius, corio fusco tectus, " chartis quaternis, literis minutis nitidisque, optime conservatus et inscriptus. " Continet, præter alia philosophica, Plotini Librum de anima immortali."

2. " Cod. CIV. chartaceus, scriptura minuta et elegante, manu diversa, exaratus " Venetiis a *Francisco Cludio, Cretensi*, sæc. XVI. Inest item Plotini liber de " anima immortali."

" Ex illis, quos supra indicavi, Codd. CCCCXLIX. LXXXVI. et CCXV. Plo- " tini vitam continent. Addatur

" Cod. CCXXXIV. chartaceus, charta solida, scriptura minuta, chartis quater- " nis, ex libris P. *Victorii*, quibus hæc bibliotheca illustratur, sæcul. XVI., probe " conservatus et inscriptus. Continet, præter alia: Selecta ex iis, quæ a Porphyrio " tradita sunt in Vita Plotini, ab ipso Victorio scripta."

His a Goellero dictis hæc addenda sunt.

Codicem CCXV. insignivimus *Mon. A.* Incipit collatio a prima Enneade et pergit usque ad p. 300. ed. Bas.; deinde exhibetur collatio libri VII. Enn. IV. p. 456—467. quæ omnia collata sunt a L. *Doederleinio*, nunc Rectore et Professore Erlangensi; accedit Enn. V. lib. VIII. a F. J. *Goellero* collatus.

Codicem LXXXVI. insignivimus *Mon. B.* Contulit *Goellerus* Enn. I. lib. III. et VI., *Doederleinius* Enn. V. lib. VIII.

Codicem denique CCCCXLIX. notavimus *Mon. C.* Est hic horum trium vetustissimus. Fuit olim Augustanus; vid. Reiseri Catal. Biblioth. Augustan. p. 73. Venerat hic liber ex direpta bibliotheca Budensi in manus J. Schegkii, qui in margine aliquot annotationes adscripsit; unde dono nepotis Schegkii in Bibliothecam Augustanam publicam transiit. Optimis hic Codex libris annumerandus est, ceterisque Monacensibus præstantior. Præcedit Plotini Vita. Pergit collatio usque ad p. 46. (Enn. I. lib. V. extr.) manu *Werferi* facta. Enn. I. lib. VI. collatus est a *Doederleinio*. Inde a p. 61. (Enn. I. lib. VII.) pergit *Werferi* collatio, usque ad p. 143. (Enn. II. lib. II. med.); a quo loco alia manus collationem continuavit usque ad p. 256. (Enn. III. lib. II. med.) Tum Enn. III. lib. VII. collatus est a *Koppio*. Enn. III. lib. VIII. a *Creuzero*. Enn. V. et VI. contulit *L. Spiro*, tunc temporis literarum Studiosus Monacensis.

V. *Codd. Parisini.* 1. Cod. *Par. A.* Bibliothecæ Regiæ n. 1976. Incipit a Plotini vita; pergit usque ad p. 359. fin. Ennead. tertiæ. Sequitur Enn. IV. lib. VII. et Enn. V. lib. VIII.

2. Cod. *Par. B.* Bibl. Regiæ n. 1816. Habet Enn. I. lib. VI. et Enn. V. lib. 8. Hic idem est, quem *Sanctocrucius*, ut futuro Plotini editori perutilem, vehementer commendavit. (Vid. *de Saintecroix* in Magasin Encyclopédique par *Millin.*

[e] In hoc Codice fere nusquam reperitur Iota subscriptum.

Troisième année. Tom. III. 1797. p. 339.) Neque tamen exspectationi ei usquequaque respondit. Quod cum *Boissonadius* V.C. monuisset per literas, postea ipse inspectis lectionibus expertus sum[f]. Utriusque Codicis Parisini collationem, procurante Boissonadio, nostra caussa instituit *Gregorius Georgiades*, natione Græcus, vir nostri temporis doctrina non mediocriter imbutus, quem cum honore nominant *Fussius*, Lydi interpres, *Hasius* in Parisiensibus *Bredowii* Epistolis, *Capellius* in præfatione ad Aristotelis Mechanica.

VI. *Cod. Vaticanus.* Est nr. 239. bibliothecæ Vaticanæ veteris, chartaceus, foliorum 408. "In margine sunt emendationes ab alterius vetustioris codicis comparatione profectæ, ita *ut hic codex plurium instar sit*, et simul veteres corruptelas ac Grammaticorum, criticorum ipsorumque notariorum lectiones qualescunque fidelissime repræsentet. Non est antiquissimus; sed certe a pluribus antiquissimis provenit. Deficit aliquantulum in Enneade tertia." Hæc *Hieronymus Amatius*, Literarum Græcarum in Romanorum Collegio Professor, vir singularis experientiæ doctrinæque, cui et hujus Codicis variantem lectionem et aliorum refero acceptam. Commendavit autem ille Codex se mihi multiplici excerptorum usu; illiusque hoc memorabile est, quod quæ lectiones in margine editionis Basileensis adscriptæ sunt, eas ipse plurimas in textu exhibet, et vicissim in margine eas, quas in continua oratione præstat Basileensis. Unde fortasse conjicias, eum esse unum ex tribus Italicis Codicibus, quos Perna Basileensi editioni adhibuit: (vid. ejus Præfat.) Hoc comperi, plurimi faciendum esse librum Vaticanum. [g]In nullo librorum nostrorum tam largam optimarum lectionum segetem reperi: quæ vero ei insunt haud paucæ lectiones pravæ, earum fere omnium causa est pronunciatio linguæ neohellenica, quam Reuchlinianam etiam vocitant.

VII. *Codd. Marciani*, Veneti. Sunt codices *quinque* Bibliothecæ S. Marci, Sæculi XV. excepto quarto, qui est sæculi circiter XII.

1. *Marc.* A. num. CCXL. chartaceus, ut reliqui.
2. *Marc.* B. num. CCXLI.
3. *Marc.* C. num. CCXLII.

[f] Meditabatur *Sanctocrucius* Plotini aliorumque ejus familiæ philosophorum editionem integram. Vid. ejus epistolam, quæ sic inscribitur: Lettre à Mr. *du Theil*, l'un des conservateurs de la bibliothèque nationale, sur une nouvelle édition de tous les ouvrages des philosophes eclectiques par *Sainte-Croix*. Paris. 1797. 8. Quod consilium prævertit mors viri optimi et sanequam docti.

[g] Codex est integer, sed absque Plotini Vita. Fol. 65. a. collationis adscriptum est manu *Amatii* fragmentum quoddam, quod reperit ille vir in Cod. Vat. 2141. p. 295. manu *Christophori Contoleontis** scripti, seculo, ut videtur *Amatio*, XVI. Pertinet illud, quod ad argumentum et ad inscriptionem, ad Enn. VI. init. Post hæc *Amatius* adscripsit ex Cod. Vat. 1374. initium libri: *τοῦ σοφωτ. καρικλείου* (sic) *ἀντιθετικὸς πρὸς Πλωτῖνον* p. 65. b. Sequuntur p. 71. b. 72. a. excerpta quædam ex Cod. Vat. 1902. animadversiones viri docti in Plotinum, Græce, sæc. XV. vel init. XVI. scriptæ in librum de intelligibili pulcritudine Enn. V. lib. VIII. et alios quosdam. In fine collationis Cod. Vat. specimen addidit Amatius aliquot lectionum Codicis Plotiniani ex bibliotheca *Barberina* N. 409. chartac. sæc. XV. vel XVI. form. max. in quo etiam continetur Vita Plotini. Vaticanum iste Codex non æquat.

* Ejusdem Christ. Contoleontis, cujus in nota g mentio facta est, schedæ anecdotæ sunt in cod. Vatic. 2141, in his p. 749. Eclogæ breves ex Plotini Enneadibus, inscriptæ Ἐκ *τῶν Πλωτίνου*, quibus Excerptis mecum ab H. Amatio communicatis hinc inde in Annotatione usus sum.

4. Marc. D. num. CCIX.[h]

5. Marc. E. num. CCXLIV. Duo postremi non sunt integri. Tres priores erant olim in libris Bessarionis Cardinalis, ut me docuit *Jacobus Morellius*, ejus bibliothecæ præfectus. Misit hic vir reverendissimus mihique amicissimus ab ipso excerptas codicum trium lectiones e libro περὶ ἀθανασίας ψυχῆς: eodem vero procurante integros contulit hos Codices omnes summa cum cura diligentiaque *Guil. Rinckius*, olim Seminarii Philologici Heidelbergensis sodalis, postea per aliquot annos verbi divini Venetiis apud Lutheranorum cœtui adscriptos minister[i].

VIII. *Codices Vindobonenses* quatuor: quorum primi collationem habeo integram, reliquorum nonnisi libri sexti Enneadis primæ. Est autem

1. *Vind. A.* bibliothecæ Cæsareæ nr. 13. Vid. Lambecii Commentarios bibl. Vindob. p. 76. ed. Kollar. Eo libro cum Ed. Basil. conferendo eruditam suam operam nobis probavit *B. Kopitar*, bibliothecæ Cæs. scriptor, cujus mihi notitiam conciliavit *Hartmanus*, vir eruditissimus, qui, Vindobonæ constitutus, intercedente Lib. Barone *a Pilat*, viro illustri, annuentibusque bibliothecæ Cæsareæ Præfectis, illud conferendi negotium procuravit. Est autem Codex initio et fine mutilus. Incipit p. 19. Ed. Basil. Enn. I. lib. III. quem librum p. 22. absolvit. Sequitur collatio Enn. I. lib. VI. Tum p. 72. Ed. Bas. (Enn. I. lib. VIII.), quo absoluto pergit p. 96. Ed. Bas. Enn. II. lib. I. Post hunc librum exhibetur p. 137. Ed. Bas. Enn. II. lib. III. usque ad p. 169. Enn. II. lib. IV. extr. Denuo incipit p. 228. (Enn. III. lib. I.) et deducitur usque ad p. 277. (Enn. III. lib. III. extr.) Sequitur inde a p. 291. (Enn. III. lib. V.) usque ad p. 306. (Enn. III. lib. VI. med.) Tum a p. 374. (Enn. IV. lib. III. med.) usque ad Enn. V. lib. I. extr. p. 492. quo in loco desinit Codex.

2. *Vind. B.* insignitus est Nr. 175.

3. *Vind. C.* Nr. XII.

4. Vind. D. Nr. XI. Sunt omnes Lambeciani.

IX. *Codices Medicei*; integri sunt cum Vita Plotini. Confecta est collatio procurante et opus regente *Francisco de Furia* V. C. bibliothecæ Laurentianæ Florentinæ

---

[h] Hujus Codicis habemus nonnisi primi primæ Enneadis libri collationem.

[i] Ex epistolis Jacobi Morellii, historiæ bibliographicæ principis, ad me datis hæc excerpere visum est: "De annotationibus Hermolai Barbari in Plo-" tinum indicium factum est a Joanne Benedicto " Miltarellio, Monacho Camaldulensi, in indice Co-" dicum MSS. Bibliothecæ Monasterii S. Michaëlis " Muriani prope Venetias ann. 1779. typis edito, " p. 911. his verbis: 'Plotini Enneades sex, quin-" quaginta quatuor libris comprehensæ. Codex " Græcus chartaceus in fol. sæc. XV. *Hunc emi* " *ego Hermolaus Barbarus, eques, anno* 1489. *Mi-* " *chael Apostolius Byzantinus post patriæ suæ expug-* " *nationem in paupertate vivens mercede et hunc ex-* " *scripsit librum* .... Totus liber respersus est notis " Græcis atque Latinis ipsius Hermolai manu ap-" positis.' Codicem illum ego vidi nunquam, nec, " ubi videre possim, scio, cum in tanta bibliotheca-" rum eversione, quo is devenerit, me lateat."— " Ἀντιθετικὸν Nicephoro Chumno adscriptum exstare " quoque sine auctoris nomine in Codicibus duobus " Laurentianis ex Indice Bandini constat (T. I. " p. 444. T. II. p. 535). At Justus Rycquius Epistt. " Selectt. centuria altera, Lovanii 1615. 8. p. 102. " scribit ex Roma ad Marcum Velserum an. 1610. " se Veronæ in Bibliotheca Saregi Cod. MS. vidisse, " in quo erat Caniclei (sic) *Liber contra Plotinum:* " *ejus fortasse, cujus scriptum de immortalitate animæ* " *ἀνέκδοτον Cardanus lib. de Varietate laudat.* (Opp. " T. III. p. 334. ed. Lugd. 1663.) In Codice quo-" que Veneto DXC. ex parte tantum quarta ad ini-" tium, cum lectione Vaticana sine auctore esse " deprehendi." *Cr.*

Præfecti, per *Th. Gellium* et *V. Masinium*, internuntiis *Harlesio* ejusque discipulo J. P. *Schulthesio*, qui prius etiam præceptore suo decessit Florentiæ verbi divini ministri munere fungens. Est autem

1. Cod. *Med. A.* in pluteo bibliothecæ 87. Nr. III. membranaceus, quaternis foliis scriptus sæculo XIII. pretiosissimus, quo ipse usus est Marsilius Ficinus, ex Holstenii sententia, qui sua manu primæ paginæ hæc verba adscripsit: *Hoc exemplari usus* est Marsilius Ficinus, ut ex ejus correctionibus notisque marginalibus apparet.

2. Cod. *Med. B.* in pluteo 85. Nr. 15. est chartaceus form. max. sæculi XIV. Eum dono dedit Bibliothecæ Laurentianæ vir clarissimus Ludovicus Beccatelli, Bononiensis, qui fuit Archiepiscopus Ragusinus anno MDLXIX.

His nos adjumentis usi Plotinum in editione Græco-Latina pessime habitum innumeris locis sibi ipsi reddidimus. Sunt tamen ulcera quædam ita inveterata, ut nullus plane ex libris nostris medicinam iis afferre potuerit. Cave vero credas, omnes hosce libros, utpote recentiore plerosque tempore scriptos, ex uno eodemque fonte manasse. Est enim eorum, quamquam in multis locis melius, quam in Editione factum est, exhibendis plane consentiunt, satis magna inter se differentia, ita ut tres quasi classes vel familias nobis reperisse videamur, quarum singuli, quamvis in permultis conveniant, tamen non ita similes sunt et congruunt, ut unum alterius quasi apographum dicere possis.

Est autem *prima* familia quatuordecim librorum MSS., quorum agmen ducit præstantissimus ille *Vaticanus* A. cum quo sæpissime facit *Cizensis;* his vero plus minusve, sed ut fraternam similitudinem agnoscas, se applicant *Vindobon. A. Marc. A. Med. B. Par. B.* Accedunt *Marc. C. D. E. Vind. C. D. Mon. A. B. C.* Ex his *Marciani* multo sæpius, quam reliqui et quam Ed., apostrophum habent.

*Altera* duos tantum libros habet, qui in rebus vel lectionibus gravioribus sæpe ita inter se consentiunt, ut a reliquis omnibus plane discedant.

Idem, et magis etiam, dicendum de *tertia* familia, cujus item sunt Codices duo. *Leidensis* et *Vindobonensis B.* Nam, quem recte secundæ classi adscripsi, *Marc. B.*, in haud paucis tamen ad *Marc. A. C.* se applicat. Possis etiam *quartam* quandam familiam constituere, cui item duo libri essent adscribendi, *Darmstadinus* et *Parisiensis A.:* sed quamquam sat multis locis soli conspirant, ad primæ tamen familiæ libros in rebus gravioribus ita accedunt, ut similitudinem majorem esse dicas, quam discrepantiam.

# CONSPECTUS CHRONOLOGICUS VITÆ PLOTINI.

| A. C. | Imperatoris. | | Vitæ Plotini. | |
|---|---|---|---|---|
| 205 | Severi ...... | 13 | 1 | Natus Plotinus. Porphyr. cap. 2. Lycopoli in Ægypto. Eunap. et Suid. in Πλωτῖνος. |
| 6 | | 14 | 2 | |
| 7 | | 15 | 3 | |
| 8 | | 16 | 4 | |
| 9 | | 17 | 5 | |
| 210 | | 18 | 6 | |
| 1 | | 19 | 7 | |
| 2 | | 20 | 8 | *Γραμματοδιδάσκαλον* Alexandri frequentat, annum ætatis VIII. agens, adhuc tamen avidus lactis nutricis. Porphyr. cap. 3. [Plotinum hoc fecisse ex voluptate, (unde cognoscatur ejus adfectus primarius,) quoniam in mammis nutricis post octo annos non amplius sit succus lacteus, animadvertit Heumannus in nota msta.] |
| 3 | Caracallæ ... | 1 | 9 | |
| 4 | | 2 | 10 | |
| 5 | | 3 | 11 | |
| 6 | | 4 | 12 | |
| 7 | Macrini ...... | 1 | 13 | |
| 8 | Helogabali... | 1 | 14 | |
| 9 | | 2 | 15 | |
| 220 | | 3 | 16 | |
| 1 | | 4 | 17 | |
| 2 | Alex. Severi | 1 | 18 | |
| 3 | | 2 | 19 | |
| 4 | | 3 | 20 | |
| 5 | | 4 | 21 | |
| 6 | | 5 | 22 | |
| 7 | | 6 | 23 | |
| 8 | | 7 | 24 | |
| 9 | | 8 | 25 | |
| 230 | | 9 | 26 | |
| 1 | | 10 | 27 | |
| 2 | | 11 | 28 | Ammonium Saccam, philosophum, audire cœpit Plotinus Alexandriæ, cap. 3. |
| 3 | | 12 | 29 | Natus Porphyrius. |
| 4 | | 13 | 30 | |
| 5 | Maximini ... | 1 | 31 | |
| 6 | | 2 | 32 | |
| 7 | | 3 | 33 | |
| 8 | Gordiani ..... | 1 | 34 | |
| 9 | | 2 | 35 | |
| 240 | | 3 | 36 | |

| A. C. | Imperatoris. | | Vitæ Plotini. | |
|---|---|---|---|---|
| 241 | Gordiani ... | 4 | 37 | |
| 2 | | 5 | 38 | Ammonii schola relicta cum imp. Gordiano proficiscitur in Persiam, cap. 3. |
| 3 | | 6 | 39 | |
| 4 | Philippi ...... | 1 | 40 | Gordiano circa Mesopotamiam interemto, Antiochiam evadit atque inde venit Romam, et docere, cap. 3. in ædibus Geminæ cujusdam commoratus, cap. 9. |
| 5 | | 2 | 41 | |
| 6 | | 3 | 42 | Amelius Plotinum frequentare incipit, quum Lysimachum hactenus auscultasset et Numenii dogmata imbibisset, cap. 3. |
| 7 | | 4 | 43 | |
| 8 | | 5 | 44 | |
| 9 | Decii ......... | 1 | 45 | |
| 250 | | 2 | 46 | |
| 1 | | 3 | 47 | |
| 2 | Galli ......... | 1 | 48 | Ad scribendum se confert Plotinus, cap. 4. |
| 3 | | 2 | 49 | Porphyrius viginti natus annos prima vice Romæ fuit, cap. 5. |
| 4 | Valeriani et Gallieni | 1 | 50 | |
| 5 | | 2 | 51 | Origenes, Plotini condiscipulus, scripsit librum, ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεὺς, cap. 3. [vide annot. in eum locum.] |
| 6 | | 3 | 52 | |
| 7 | Gallieni ...... | 1 | 53 | |
| 8 | | 2 | 54 | |
| 9 | | 3 | 55 | |
| 260 | | 4 | 56 | |
| 1 | | 5 | 57 | |
| 2 | | 6 | 58 | Gravis pestilentia Romæ, qua Plotinus laboravit, cap. 2. |
| 3 | | 7 | 59 | Porphyrius, triginta annos natus, cum Antonio Rhodio e Græcia venit Romam atque inde Plotino per sexennium adhæret. Tunc jam libros XXI. Plotinus scripserat, cap. 4. sq. Gallienum rogat Plotinum incassum, ut Platonopolin condat, cap. 20. |
| 4 | | 8 | 60 | |
| 5 | | 9 | 61 | Longinus librum περὶ τέλους scribit contra Plotinum et Amelium, cap. 20. |
| 6 | | 10 | 62 | |
| 7 | | 11 | 63 | |
| 8 | | 12 | 64 | In Siciliam se contulit Porphyrius, postquam per sex annos fuerat moratus cum Plotino, quibus libros XXIV. Plotinus composuit, cap. 5. 6. et 11. |
| 9 | Claudii ...... | 1 | 65 | Amelius Plotinum frequentare desiit, cap. 3. et Apameam Syriæ se contulit, cap. 2. Libros quinque a se scriptos Plotinus misit ad Porphyrium in Siciliam, cap. 6. Plotinus in Campaniam se contulit, cap. 2. cum ad XXVI annos Romæ versatus fuisset, cap. 9. |
| 270 | | 2 | 66 | Plotinus obiit in Campania, præsente Eustochio, cap. 2. et 7. cum libros alios quatuor ad Porphyrium in Siciliam misisset, cap. 6. et discipuli ejus Paulinus et Zoticus jam obiissent, cap. 7. |

# PLOTINI VITA,

### EJUSQUE

## LIBRORUM SERIES, PORPHYRIO AUTHORE,

### MARSILIO VERO FICINO FLORENTINO INTERPRETE.

Fabric. p. 91.

[a]ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΒΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΑΥΤΟΥ.

1 [b]ΠΛΩΤΙΝΟΣ, [c]ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος, ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ, ὅτι ἐν σώ-
92 ματι εἴη. ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης διαθέσεως, οὔτε περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ διηγεῖσθαι ἠνεί-
χετο, οὔτε περὶ τῶν γονέων, [d]οὔτε περὶ τῆς πατρίδος. [e]ζωγράφου δὲ ἀνασχέσθαι ἢ
πλάστου τοσοῦτον ἀπηξίου, ὥστε καὶ λέγειν πρὸς Ἀμέλιον δεόμενον εἰκόνα αὐτοῦ γενέ-
σθαι ἐπιτρέψαι· οὐ γὰρ ἀρκεῖ φέρειν, ὃ ἡ φύσις εἴδωλον ἡμῖν περιτέθεικεν, ἀλλὰ καὶ
εἰδώλου εἴδωλον συγχωρεῖν αὐτὸν ἀξιοῦν πολυχρονιώτερον καταλιπεῖν, ὡς δή τι τῶν
ἀξιοθεάτων ἔργων; Ὅθεν ἀπαγορεύοντος, [f]καὶ καθεδεῖσθαι ἕνεκα τούτου ἀρνουμένου,
93 ἔχων φίλον ὁ Ἀμέλιος Καρτέριον, τὸν ἄριστον τῶν τότε γεγονότων ζωγράφων, εἰσιέναι
καὶ ἀπαντᾶν εἰς τὰς συνουσίας [g]ποιήσας; (ἐξῆν γὰρ τῷ βουλομένῳ φοιτᾷν εἰς τὰς
συνουσίας) τὰς ἐκ τοῦ ὁρᾷν φαντασίας πληκτικωτέρας λαμβάνειν, διὰ τῆς ἐπὶ πλέον
προσοχῆς συνείθισεν. ἔπειτα γράφοντος ἐκ τοῦ τῇ μνήμῃ ἐναποκειμένου ἰνδάλματος τὸ
εἴκασμα, καὶ συνδιορθοῦντος εἰς ὁμοιότητα τὸ ἴχνος τοῦ Ἀμελίου, [h]εἰκόνα αὐτοῦ γενέσθαι
ἡ εὐφυΐα τοῦ Καρτερίου παρέσχεν, (ἀγνοοῦντος τοῦ Πλωτίνου) ὁμοιοτάτην.

5. ΠΕΡΙ] Codd. Marc. A.B. Mon. A.B. περὶ τοῦ. Cod. Ciz. Πορφυρίου εἰς τὸν βίον τοῦ Πλ. καὶ εἰς τὴν τάξιν τ. β. α.

7. ΠΛΩΤΙΝΟΣ] Cod. Marc. B. Πλωτίνος.—τῆς τοιαύτης] Abest τῆς a Codd. Leid. Marc. A. et B.—ἠνείχετο] Ita correxi pro ἐνείχετο ex Codd. Marc. A.B. Mon. A.B. et Paris. A.

11. περιτέθεικεν] Cod. Darmst. περιτέθηκεν. Sed Cod. Palat. Nr. 129. etiam περιτέθεικεν.

12. καταλιπεῖν] Cod. Ciz. αὐτὸν καταλιπεῖν.

13. καὶ καθεδεῖσθαι] Codd. Ciz. Leid. κἂν. Mon. A.C. κἂν.

14. τῶν τότε] Abest a Cod. Mon. A.

ib. φίλον] Cod. Mon. B. φίλων.

15. ἐξῆν] Absunt parentheseos signa a Cod. Darmst.

16. ἐκ τοῦ ὁρᾷν] Cod. Ciz. αὐτοῦ ὁρᾷν, et πλεκτικωτέρας.

ib. ἐπὶ πλέον] Codd. Ciz. Darmst. Marc. A.B. ἐπιπλέον. Mox Cod. Paris. nr. 2290. συνήθισεν.

17. γράφοντος] Alia manus in Cod. Med. A. syllabæ -τος superscripsit—τα.

18. συνδιορθοῦντος] Cod. Mon. A. συνορθοῦντος.

19. ἀγνοοῦντος] Absunt parenth. signa a Cod. Darmst.

I. *Plotinus delicias et inanem gloriam vitamque contemnebat: obiit angina, apparuit draco.*

PLOTINUS, Philosophus nostro seculo singularis, pudore quodam affici videbatur, quod anima ejus in corpore esset. Quum igitur sic esset affectus, nimirum neque unde genus duceret, neque quibus esset ortus parentibus, neque etiam, qua patria oriundus, æquo animo narrabat. Idem tantopere indignabatur effigiem corporis tradere pictoribus et plastis exprimendam, ut cum Amelius obsecraret, ut imaginem suam permitteret effingi, Quasi vero, inquit, non satis hanc imaginem ferre sit, quam natura nobis ab initio circumdedit: etiam censes imaginis hujus imaginem diuturniorem insuper posteris, ut (scilicet) opus spectaculo dignum, relinquendum? Cum igitur id sedulo denegaret, renueretque sedendo pictoris operam expectare, Amelius amicum nomine Carterium, pictorem suis temporibus optimum, Plotini scholas ingredi jussit. Licebat enim cuilibet cœtibus ibi disputantium interesse. Pictorem igitur assuefecit Amelius longa quadam attentione concitatiores ex intuitu imagines mente concipere. Deinde cum et Carterius ex imagine memoriæ commendata similitudinem rite referret, et Amelius simul lineamenta ad consequendam similitudinem emendaret, pictoris hujus ingenio simulachrum reddidit Plotino nesciente

2 [i]Κοιλιακῇ δὲ νόσῳ πολλάκις καταπονούμενος, οὔτε κλυστῆρος ἠνέσχετο, οὐκ εἶναι πρὸς
τοῦ πρεσβύτου λέγων ὑπομένειν τὰς τοιαύτας θεραπείας· οὔτε τὰς θηριακὰς ἀντιδότους
λαβεῖν ὑπέμεινε· μηδὲ τῶν ἡμέρων ζώων τὰς ἐκ τοῦ σώματος τροφὰς προσίεσθαι λέγων.
Λουτροῦ δὲ ἀπεχόμενος, καὶ τρίψεσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἐπ-
ειδὴ [k]τοῦ λοιμοῦ ἐπιβρίσαντος συνέβη τοὺς τρίβοντας αὐτὸν ἀποθανεῖν, ἀμελήσας τῆς
94 τοιαύτης θεραπείας, κατ' ὀλίγον [l]τὴν τοῦ κυνάγχου ἀγριότητα κατασκευαζομένην ἔσχε.
Κἀμοῦ μὲν παρόντος οὐδέν πω τοιοῦτον ὑπεφαίνετο· ἀποπλεύσαντος δὲ, εἰς τοσοῦτον
ἠγριώθη τὸ πάθος, ὡς ἔλεγεν ἐπανελθόντι Εὐστόχιος ὁ ἑταῖρος, ὁ καὶ παραμείνας αὐτῷ
ἄχρι θανάτου, ὡς καὶ τῆς φωνῆς περιαιρεθῆναι τὸ τορὸν καὶ εὔηχον, βραγχῶντος αὐτοῦ,
καὶ τὴν ὄψιν συγχυθῆναι, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἑλκωθῆναι. ὅθεν ἐκτρεπομένων
αὐτοῦ τὰς συναντήσεις τῶν φίλων, διὰ τὸ ἀπὸ στόματος πάντας προσαγορεύειν ἔθος
ἔχειν, [a]τῆς μὲν πόλεως ἀπαλλάττεται. εἰς δὲ τὴν Καμπανίαν ἐλθὼν, εἰς [b]Ζήθου χωρίον,
ἑταίρου παλαιοῦ αὐτῷ γεγονότος καὶ τεθνηκότος, κατάγεται. τὰ δ' ἀναγκαῖα αὐτῷ ἔκ τε
τῶν τοῦ Ζήθου ἐτελεῖτο, καὶ ἐκ [c]Μιντούρνων ἐκομίζετο, ἐκ τῶν Καστρικίου· (ἐν Μιν-
τούρναις γὰρ [d]ὁ Καστρίκιος τὰς κτήσεις εἶχε). μέλλων δὲ τελευτᾶν, ὡς ὁ Εὐστόχιος
ἡμῖν διηγεῖτο, ἐπειδὴ [e]ἐν Ποτιόλοις κατοικῶν ὁ Εὐστόχιος, βραδέως πρὸς αὐτὸν ἀφίκετο,
εἰπὼν ὅτι σὲ ἔτι περιμένω, καὶ φήσας πειρᾶσθαι [f]τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον ἀνάγειν πρὸς τὸ ἐν
95 τῷ παντὶ θεῖον, [g]δράκοντος ὑπὸ τὴν κλίνην διελθόντος, ἐν ᾗ κατέκειτο, καὶ εἰς ὀπὴν ἐν τῷ
τοίχῳ ὑπάρχουσαν ὑποδεδυκότος, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, ἔτη γεγονὼς ὡς ὁ Εὐστόχιος ἔλεγεν,

1. Κοιλιακῇ] Codd. Ciz. et Leid. Mon. A.C. κολικῇ, Cod. Par. A. κοιλικῇ, sed in marg. habet κοιλιακῇ, Cod. Marc. A. κολι-κῇ, Marc. B. in marg. γράφεται κολυκῇ, Cod. Med. B. in marg. κολικῇ. Codd. Darm. et Med. A. in marg. κωλικῇ.

ib. ἠνέσχετο] Ita correxi pro ἐνέσχετο ex Codd. Ciz. Marc. A.B. Mon. A.B. Par. A.

2. πρεσβύτου] Ita Codd. Leid. Marc. A.B. Mon. A.B. Med. A.B. Par. A. πρεσβύτου, quod recepimus. Edit. πρεσβυ-τέρου cum aliis libris.

4. Λουτροῦ] De accentuatione hujus vocis, et quid differant λοῦτρον et λουτρόν vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 953.

5. ἐπιβρίσαντος] Reinesius in marg. Cod. Ciz. vertit: *impressionem faciente peste.*

6. ἔσχε] Codd. Leid. Marc. A. ἔσχεν.

7. ἀποπλεύσαντος] Sic recte omnes libri nostri pro vitioso ἀποπλείσαντος. Hic adscripsit Reines. in marg. Cod. Ciz. Morbum exitumque Plotini graphice describit Jul. Firmic. l. 1. Mathes. p. 3.

8. παραμείνας αὐτῷ] Cod. Mon. A. αὐτόν.

10. ἐκτρεπομένων] Ita ex Codd. Darmst. Marc. A.B. Mon. C. Par. A. scripsimus pro ἐκτρεπωμένων.

11. συναντήσεις] Cod. Ciz. συνουσίας, quod est Glossatoris.

ib. πάντας προσαγορεύειν] Cod. Leid. προσαγορεύειν πάντας. Vocem πάντας omittit Cod. Med. B.

12. Καμπανίαν] Codd. Marc. A. Mon. A. καπανίαν.

13. παλαιοῦ αὐτῷ] Cod. Ciz. αὐτῷ παλαιοῦ.

ib. ἔκ τε τῶν τοῦ Ζήθου] τῶν abest a Codd. Leid. Par. A. idem vocabulum Cod. Med. A. ab alia manu additum habet. Vocula τοῦ abest a Med. B.

14. Μιντούρνων] Ita Ed. Sed recte Cod. Darmst. Μιντούρνων, idem habet Cod. Med. A. ex corr. et sic etiam paulo inferius. Mox parentheseos signa omittuntur in Cod Darmst.

15. ὡς] Abest ὡς a Cod. Ciz.

17. ὅτι σὲ ἔτι] Cod. Leid. ὅτι ἔτι σε.

ib. τὸν ἐν ὑμῖν θεὸν] Ita Ed. Sed ἡμῖν scripsi pro ὑμῖν ex Cod. Ciz. et ita jam legebat Fic. In Codd. Ciz. Darm. Marc. A. (Marc. B. in marg.) Mon. C. Med. A. Med. B. Par. A. est τὸ—θεῖον, in Cod. Mon. A. τον—θεῖον, Codd. Marc. A. Med. A. τὸν θεὸν habent in marg. Ego cum marg. Ed. et Codd. plurimis scripsi τὸ—θεῖον.

ib. πρὸς τὸ] Vocem τὸ omittit Cod. Ciz.

19. ὁ Εὐστόχιος] Articulus abest a Codd. Darm. et Marc. B.

simillimum. Proinde cum sæpe cœliaco vexaretur morbo, semper clysteres renuit, negans decere senem curationes ejusmodi. Neque theriaca antidota unquam accepit, cum nec ex animalium quoque mansuetorum corporibus capere escam se diceret. Abstinebat et balneis: frictionibus autem domi quotidie utebatur. Cum vero ingravescente supra modum pestilentia, qui perfricabant eum, e vita jam decessissent, ipse autem curationes id genus omnino neglexisset, paulatim in anginam incidit. Quod sane malum olim me præsente nullum sui unquam dedit indicium. Quum vero discessissem, usque adeo morbi hujus pestis invaluit (quemadmodum postea redeunti mihi amicus Eustochius retulit, qui Plotinum usque ad obitum non deseruit) ut raucedine nimia clarus atque canorus ille vocis rotundæ vigor omnis abiret: caligaret et visus, manusque et pedes ulcerarentur. Quam ob rem cum amici eum non amplius salutarent, propterea quod ipse omnes ore proprio appellare consueverat, ex urbe discessit: profectusque in Campaniam, deductus est in agrum Zethi veteris amici sui vita jam functi. Necessaria vero illi ex rebus hæredibusque Zethi suppeditabantur, atque etiam ex Minturnis a Castricii agris afferebantur. Castricius enim prædia Minturnis habebat. Quum vero morti Plotinus appropinquaret, quemadmodum nobis Eustochius retulit, qui Puteolis habitabat, ac ferme tardius ad eum accesserat, Adhuc te, inquit, expecto, atque equidem jam annitor, quod in nobis divinum est, ad divinum ipsum, quod

ἕξ τε καὶ ἑξήκοντα, [h]τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς Κλαυδίου βασιλείας πληρουμένου. [i]Τελευτῶντι δὲ αὐτῷ ἐγὼ μὲν ὁ Πορφύριος ἐτύγχανον [k]ἐν Λιλυβαίῳ διατρίβων, Ἀμέλιος δὲ ἐν Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας. Καστρίκιος δὲ, ἐν τῇ Ῥώμῃ· μόνος δὲ παρῆν ὁ Εὐστόχιος Ἀναψηφίζουσι δὲ ἡμῖν ἀπὸ τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς Κλαυδίου βασιλείας εἰς τοὐπίσω ἔτη ἕξ τε καὶ ἑξήκοντα, ὁ χρόνος αὐτῷ τῆς γενέσεως εἰς τὸ τρισκαιδέκατον ἔτος τῆς Σευήρου βασιλείας πίπτει. Οὔτε δὲ τὸν μῆνα δεδήλωκέ τινι, καθ' ὃν γεγέννηται, οὔτε τὴν γενέθλιον ἡμέραν· ἐπεὶ οὐδὲ θύειν ἢ ἑστιᾶν τινα [l]τοῖς αὐτοῦ γενεθλίοις ἠξίου· καί περ [m]ἐν τοῖς Πλάτωνος καὶ Σωκράτους παραδεδομένοις γενεθλίοις θύων τὲ καὶ ἑστιῶν τοὺς ἑταίρους, ὅ τε καὶ λόγον ἔδει τῶν ἑταίρων τοὺς δυνατοὺς ἐπὶ τῶν συνελθόντων ἀναγνῶναι. Ἃ μέντοι ἡμῖν αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ἐν ταῖς ὁμιλίαις πολλάκις διηγεῖτο ἦν τοιαῦτα.

3 [n]Προσφοιτᾶν μὲν γὰρ τῇ τροφῷ, καίπερ εἰς γραμματοδιδασκάλου ἀπιόντα, ἄχρις ὀγ-
96 δόου ἔτους ἀπὸ γενέσεως ὄντα, καὶ τοὺς μαστοὺς γυμνοῦντα θηλάζειν προθυμεῖσθαι· ἀκούσαντα δέ ποτε, ὅτι ἀτηρόν ἐστι παιδίον, ἀποσχέσθαι αἰδεσθέντα. Εἰκοστὸν δὲ καὶ ὄγδοον ἔτος αὐτὸν ἄγοντα ὁρμῆσαι ἐπὶ φιλοσοφίαν. καὶ τοῖς τότε κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν [o]εὐδοκιμοῦσι συσταθέντα κατιέναι ἐκ τῆς ἀκροάσεως αὐτῶν κατηφῆ καὶ λύπης πλήρη, ὡς καί τινι τῶν φίλων διηγεῖσθαι ἃ πάσχει. τὸν δὲ, συνέντα αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὸ βούλημα, [p]ἀπενέγκαι πρὸς Ἀμμώνιον, οὗ μηδέπω πεπείρατο. τὸν δὲ εἰσελθόντα καὶ ἀκούσαντα φάναι πρὸς τὸν ἑταῖρον, τοῦτον ἐζήτουν. καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας συνεχῶς τῷ Ἀμμωνίῳ παραμένοντα τοσαύτην ἕξιν ἐν φιλοσοφίᾳ κτήσασθαι, ὡς καὶ τῆς παρὰ τοῖς Πέρσαις ἐπιτηδευομένης πεῖραν λαβεῖν σπεῦσαι, καὶ τῆς παρ' Ἰνδοῖς κατορθουμένης.

5. Σευήρου] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Med. B. Σιβήρου.
6. γεγέννηται] Codd. Ciz. et Par. A. γεγένηται. In Cod. Med. B. scriptum est δεδηλωκέναι, καθ' ὅν.
7. τοῖς αὐτοῦ] Cod. Leid. τοῖς αὑτοῦ.
8. ἑταίρους] Cod. Ciz. ἑτέρους.
9. λόγον] In Codd. Ciz. et Marc. A. est λόγων, quod correctoris est non ultra vocem ἔδει prospicientis.
12. μασθούς] Ita Ed. Sed Codd. Darmst. Med. A. B. μαζούς, Marc. A. Mon. C. μαστούς. Quos sequimur.
13. ἀτηρὸν] Reinesius in marg. Cod. Ciz. "ὀκταέτηρον, potius αὔστηρον." Sed cur non feramus ἀτηρὸν i. e. βλαβερὸν vel μοχθηρόν?
15. αὐτῶν κατηφῆ καὶ] Cod. Darm. habet distinctionem minorem post αὐτῶν.
16. πλήρη] In Cod. Ciz. deest a prima manu, ab altera in marg. additum.
ib. ἃ πάσχει] Codd. Ciz. Leid. Mon. C. Med. B. πάσχοι.
ib. συνέντα] Cod. Leid. συνιέντα. Codd. Marc. A. et Mon. C. συνἱέντα, eodem plane modo.
17. ἀπενέγκαι] Cod. Ciz. ἀπονέγκαι.
20. σπεῦσαι] Ed. σπεῖσαι, sed recte Codd. Marc. A. B. Mon. C. Par. A. σπεῦσαι.

viget in universo, redigere: spiritumque his verbis emisit. Interea draco sub lecto, in quo jacebat ille, pererrans mox in parietis foramen se prorsus occuluit. Agebat vero tunc Plotinus annos (ut retulit Eustochius) sex atque sexaginta, secundo Claudii imperatoris anno jam peracto. Quo vero tempore Plotinus ex hac vita migravit, ego quidem Porphyrius in Lilybæo versabar: Amelius autem in Apamea Syriæ: sed Castricius erat Romæ: solus denique Eustochius aderat. Jam vero si computemus a secundo Claudii imperatoris anno exactos jam annos sex atque sexaginta, nativitatis illius tempus cum tertiodecimo Severi imperatoris anno concurrit. Ipse vero neque quo mense, neque quo die natus esset cuique declaravit: quippe quum nequaquam decere putaret, natalem ejus sacrificiis conviviisque celebrari. Quamvis ipse in Platonis, Socratisque quæ traduntur natalibus et sacris operaretur, et convivio amicos exciperet: ubi sane oportebat amicos omnes, quicunque possent, orationem quandam rite conscriptam in cœtu omnium, qui concurrerant, recitare. Quæ vero de vita sua ipsemet in confabulationibus nostris sæpe narravit, talia sunt.

III. *De educatione Plotini, et disciplina sub Ammonio. et condiscipulis ejus: et quo tempore.*

Referebat igitur, se, cum octavum ageret ætatis annum, ac jam ad literarum accederet præceptorem, adhuc tamen solitum ad nutricem divertere, sugendique lactis aviditate nutricis nudare papillas. Cum vero quandoque sibi objiceretur, quod puer esset molestus, pudore cohibitum destitisse. Post hæc, cum octavum atque vigesimum ætatis annum jam impleret, se philosophiæ amore vehementer accensum, commendatum fuisse iis, qui tunc Alexandriæ excellentiores habebantur: sed tandem ex eorum scholis tristem admodum mœstumque discessisse, et amico cuidam mœroris sui causam declarasse, qui suæ mentis affectum plane cognoscens, ad Ammonium, cujus nullum adhuc periculum fecisset, adduxerit: deinde cum Ammonii scholas ingres-

Γορδιανοῦ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τοὺς Πέρσας παριέναι μέλλοντος, δοὺς ἑαυτὸν ¶τῷ στρα-
97 τοπέδῳ, συνεισῄει, ἔτος ἤδη τριακοστὸν ἄγων καὶ ἔννατον. ἕνδεκα γὰρ ὅλων ἐτῶν παρα-
μένων τῷ Ἀμμωνίῳ συνεσχόλασε. Τοῦ δὲ Γορδιανοῦ περὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἀναιρε-
θέντος, μόλις φεύγων εἰς τὴν Ἀντιόχειαν διεσώθη. Καὶ Φιλίππου τὴν βασιλείαν κρατή-
σαντος, τεσσαράκοντα γεγονὼς ἔτη, εἰς τὴν Ῥώμην ἄνεισιν. Ἐρεννίῳ δὲ καὶ Ὠριγένει
καὶ Πλωτίνῳ συνθηκῶν γεγονυιῶν, μηδὲν ἐκκαλύπτειν τῶν Ἀμμωνίου δογμάτων, ἃ δὴ ἐν
ταῖς ἀκροάσεσιν αὐτοῖς ἀνεκεκάθαρτο, [a]ἔμενε καὶ ὁ Πλωτῖνος, συνὼν μέν τισι τῶν
προσιόντων, τηρῶν δὲ ἀνέκπυστα τὰ παρὰ τοῦ Ἀμμωνίου δόγματα. [b]Ἐρεννίου δὲ
πρώτου τὰς συνθήκας παραβάντος, Ὠριγένης μὲν ἠκολούθει τῷ φθάσαντι Ἐρεννίῳ.
Ἔγραψε δὲ οὐδὲν, πλὴν τὸ περὶ τῶν δαιμόνων σύγγραμμα· [c]καὶ ἐπὶ Γαλιήνου, ὅτι
98 μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς. Πλωτῖνος δὲ, ἄχρι μὲν πολλοῦ, γράφων οὐδὲν διετέλεσεν,
[d]ἐκ δὲ τῆς Ἀμμωνίου συνουσίας ποιούμενος τὰς διατριβάς· καὶ οὕτως ὅλων ἐτῶν δέκα
διετέλεσε, συνὼν μέν τισι, γράφων δὲ οὐδέν. Ἦν δὲ ἡ διατριβὴ, ὡς ἂν αὐτοῦ ζητεῖν
προτρεπομένου τοὺς συνόντας, ἀταξίας πλήρης καὶ πολλῆς φλυαρίας, ὡς Ἀμέλιος ἡμῖν
διηγεῖτο. Προσῆλθε δὲ αὐτῷ ὁ Ἀμέλιος τρίτον ἔτος ἄγοντι ἐν Ῥώμῃ, κατὰ τὸ τρίτον
τῆς Φιλίππου βασιλείας ἔτος, καὶ ἄχρι τοῦ πρώτου ἔτους τῆς Κλαυδίου βασιλείας παρα-
μείνας, ἔτη ὅλα συγγέγονεν εἴκοσι καὶ τέσσαρα, ἕξιν μὲν ἔχων, ὅτε προσῆλθεν, ἀπὸ τῆς
[e]Λυσιμάχου συνουσίας, φιλοπονίᾳ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῶν καθ᾽ αὐτὸν πάντων, διὰ τὸ

1. παριέναι] Cod. Ciz. περιέναι, quod nihili est, neque etiam probari posset si voluisset περιϊέναι vel περιιέναι. Mox συνεισῄει Cod. Paris. 2290.

2. ἔννατον] ἔνατον est in Codd. Darm. et Marc. B.

ib. ἕνδεκα γὰρ] ἕνδεκα δὲ, errore ex scribendi compendio orto, scribitur in Cod. Mon. A.

ib. παραμένων τῷ Ἀμμωνίῳ] Codd. Marc. A B. τῷ Ἀμμωνίῳ παραμένων.

3. Τοῦ δὲ Γορδιανοῦ] Reinesius ad marg. Cod. Ciz.: Junior enim s. filius Gordiani l. senioris in Africa a Capeliano victus et occisus est. Capitolin. [cap. XV. p 42. Bip.]

ib. Μεσοποταμίαν] Cod. Leid. Μεσσοποταμίαν.

5. εἰς τὴν Ῥώμην] Abest τὴν in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A C. Variare in his videntur ipsi scriptores. Vid. Irmisch. ad Herodian. vol. V. p. 1303.

ib. Ἐρεννίῳ] Codd. Ciz. Marc. A.B. Ἐρεννίῳ, et Ciz. quidem constanter. Cod. Med. B. Ὠριγένη.

7. ἀνεκεκάθαρτο] Cod. Leid. ἀνακεκάθαρτο.

10. οὐδὲν] Cod. Ciz. ab al. manu μηδὲν, a prima οὐδέν.

ib. Γαλιήνου] Cod. Par. A. Γαλλιήνου (sic). Cod. Paris. B. Γαληνοῦ et sic alibi.

12. οὕτως ὅλων ἐτῶν δέκα διετέλεσε] Cod. Ciz. οὕτως ἐτῶν ὅλων, idem cum Cod. Leid. διετέλεσεν.

14. συνόντας] Ita pro corrupto συνιέντας scripsi ex Codd. Marc. A. Mon. C. Med. A.B. Par. A.

15. Προσῆλθε δὲ] Deest δὲ in Cod. Med. B.

ib. ἐν Ῥώμῃ] Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. Par. A. ἐν τῇ Ῥώμῃ.

ib. κατὰ τὸ τρίτον—ἔτος] Vox ἔτος statim excipit vocem τρίτον in Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B. Mon. C. Med. B.

17. ἔτη ὅλα] Abest ὅλα a Cod. Leid.

ib. συγγέγονεν] Cod. Ciz. γέγονεν.

ib. τέσσαρα] Codd. Darm. et Marc. B. τέτταρα. Mox Codd. Leid. et Marc. A. ὅτι pro ὅτε; male. Mox Cod. Ciz. αὐτὸν pro αὑτὸν, ibid. omittitur sequens καί.

sus audivisset illum, amico dixisse: Hunc ipsum, o amice, quærebam. Ex eo igitur die annos undecim sedulus audivit Ammonium, tantumque in ea philosophia profecit, ut philosophiæ insuper, in qua Persæ se exercebant, facere periculum affectaverit, atque etiam sapientiam præcipue apud Indos probatam prosequi constituerit. Igitur cum Gordianus imperator profecturus esset in Persidem, bellum populis illaturus, Plotinus exercitui se adjunxit, annum jam ætatis agens nonum atque tricesimum: sed postquam Gordianus circa Mesopotamiam interemptus esset, Plotinus vix aufugiens in Antiochiam sospes evasit: deinde imperante Philippo, Romam venit quadragesimum jam natus ætatis annum. Cum vero Erennius et Origenes et Plotinus olim inter se constituissent, ne Ammonii dogmata ederent, quo audita ab eo tanquam in primis purgata præcipue comprobaverant: Plotinus quidem stetit promissis, familiariter quidem nonnullos excipiens salutantes, instituta vero Ammonii secreta integraque conservans. Erennius autem primus pacta dissolvit, et Origenes anticipantem Erennium est deinde sequutus. Scripsit vero nihil præter quendam de Dæmonibus librum: atque sub Galieno librum, in quo Regem solum effectorem esse probabat. Plotinus autem a scribendi studio diutius se continuit: solum vero, quod ex Ammonii consuetudine olim acceperat, suis colloquiis inserebat. atque ita integros annos decem perseveravit: colloquio quidem nonnullos admittens, scribens vero nihil. Sed quoniam permiserat vel invitaverat familiares suos pro arbitrio eum interrogare, idcirco Amelius ait, ludum illum confusionis cujusdam fuisse plenum atque nugarum. Hic sane Amelius accessit ad eum, Romæ triennium jam agentem, anno Philippi imperatoris tertio: perseveravitque apud illum usque ad primum Claudii imperatoris annum: atque ita integros cum eo vixit annos quatuor atque viginti. Hic cum primum se contulit ad Plotinum, eo duntaxat habitu præditus erat,

*καὶ σχεδὸν πάντα τὰ Νουμηνίου καὶ γράψαι καὶ συναγαγεῖν, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα ἐκμαθεῖν· σχόλια δὲ ἐκ τῶν συνουσιῶν ποιούμενος ἑκατόν που βιβλία συνέταξε τῶν σχολίων, ἃ [f]Οὐστιλλιανῷ, Ἡσυχίῳ τῷ Ἀπαμεῖ, ὃν υἱὸν ἔθετο, κεχάρισται.*

4 *Τῷ δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἐγὼ Πορφύριος, ἐκ τῆς Ἑλλάδος [g]μετὰ*
99 *Ἀντωνίου τοῦ Ῥοδίου γεγονὼς, καταλαμβάνω μὲν τὸν Ἀμέλιον, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχοντα, τῆς πρὸς Πλωτῖνον συνουσίας, μηδὲν δέ πω γράφειν τολμήσαντα, πλὴν τῶν σχολίων, ἃ οὐδέπω εἰς ἑκατὸν τὸ πλῆθος αὐτῷ συνῆκτο. Ἦν δὲ ὁ Πλωτῖνος τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς Γαλιήνου βασιλείας ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη καὶ ἐννέα. [h]Ἐγὼ δὲ Πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα, αὐτὸς ὢν τότε ἐτῶν τριάκοντα. Ἀπὸ μέντοι τοῦ πρώτου ἔτους τῆς Γαλιήνου ἀρχῆς προτραπεὶς ὁ Πλωτῖνος γράφειν τὰς ἐμπιπτούσας ὑποθέσεις, τὸ δέκατον ἔτος τῆς Γαλιήνου ἀρχῆς, ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ ἐγὼ ὁ Πορφύριος ἐγνωρίσθην, γράψας εὑρίσκεται εἴκοσι καὶ ἓν βιβλίον· ἃ καὶ κατείληφα ἐκδεδομένα ὀλίγοις. [i]οὐδὲ γὰρ ἦν πω ῥᾳδία ἡ ἔκδοσις, οὐδὲ εὐσυνειδήτως ἐγίγνετο, οὐδ' ἁπλῶς κἀκ τοῦ ῥᾴστου, ἀλλὰ μετὰ πάσης κρίσεως τῶν λαμβανόντων. Ἦν δὲ καὶ τὰ γεγραμμένα ταῦτα, ἃ, διὰ τὸ μὴ αὐτὸν ἐπιγράφειν, ἄλλος ἄλλο ἑκάστῳ τοὐπίγραμμα ἐτίθει. αἱ δ' οὖν κρατήσασαι [k]ἐπιγραφαὶ εἰσὶν αἵδε.*

1. *τοῦ Νουμηνίου καὶ γράψαι καὶ συναγαγεῖν καὶ σχεδὸν*] Hæc omnia desunt in Codd. Darm. et Par. A.; in illo vero a manu rec. in marg. sunt adpicta. In Codd. Marc. A.B. Mon. C. Med. A B. est *πάντα τὰ Νουμ.* quod placet: quare recepi.

3. *Ἰουστίνῳ*] Ita Ed. Sed Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A. Mon. C. Med. A.B. Par. A. *Οὐστιλλιανῷ*, quod recepi: sed in Codd. Darm. Med. A.B. *Ἰουστίνῳ* in marg. a manu rec. adscriptum est. Reinesius ad marg. Cod. Ciz. adscripsit. *Hostilianus, Hesychius.* In Ed. prc. vers. Lat. Florent. 1492. Ficinus scripsit: *Justiliano.*

6. *μηδὲν δέ πω*] Verba *δέ πω* absunt a Cod. Med. B.

7. *συνῆκτο*] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. *συνέβη.*

8. *ἀμφὶ τὰ*] Abest *τὰ* a Codd. Ciz. Leid. Mon. C.

10. *προτραπεὶς*] Cod. Leid. *προστραπείς.*

ib. *τὰς ἐμπιπτούσας*] *τὰς* pro *τε* rescripsimus ex Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Par. A.; in Codd. Marc. A. et Mon. C. male est *ἐκπίπτουσας.* Paris. nr. 2290: *πρώτου ἔτους τῆς Γαληΐνου ἀρχῆς ὅτε τὸ πρῶτον*, mediis omissis.

11. *ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ*] Cod. Med. B. *ὅτε πρῶτον.* Cod. Marc. A. non habet *αὐτῷ* et articulum ante *Πορφύριος.*

12. *ὀλίγοις*] Cod. Leid. *ἀλλήλοις.*

13. *κἀκ τοῦ ῥᾴστου*] Ita rescripsi ex Codd. omnibus pro vitioso *καὶ τοῦ ῥάστου.* Pro seq. *Ἦν δὲ* Cod. Ciz. habet *νῦν δέ.*

15. *ἄλλος ἄλλο*] Codd. Marc. A.B. Mon. C. Med. B. Par. A. *ἄλλω*, sine *ι* subscr.; in Cod. Med. A. est *ἄλλῶ* (sic).

ib. *ἐπιγραφαί εἰσιν αἵδε*] Sequitur in plurimis nostris Codd. *Θήσω* (*Προσθήσω* Leid.) *δὲ καὶ τὰς ἀρχὰς* (Med. A. a pr. manu *καὶ καταρχὰς*) *τῶν βιβλίων, εἰς εὐεπίγνωστον* (Med. A. a pr. m. *ἐπίγνωστον*) *εἶναι ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἕκαστον τῶν δηλουμένων βιβλίων.* Sequuntur librorum indices additis eorum initiis, quæ cum editis conveniunt, exceptis quæ sequuntur. In Cod. Ciz. post *περὶ τοῦ καλοῦ* additur: *οὗ ἡ ἀρχὴ, τὸ καλόν ἐστιν ἐν ὄψει πλεῖστον*: post *ἀθαν.* additur: *οὗ ἡ ἀρχὴ, πάντα τὰ γιγνόμενα.* Abest (ut in Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Med A.B. Par. A.) inscriptio libri *περὶ εἱμαρμένης*: sequitur *περὶ οὐσίας ψυχῆς· οὗ ἡ ἀ. τὴν τῆς τῆς* (sic) *ψυχῆς οὐσίαν*: tum *περὶ νοῦ—ὄντος, οὗ ἡ ἀ. πάντες ἄνθρωποι ἐξ ἀρχῆς γενόμενοι*: sequitur: *περὶ—ψυχῆς· οὗ ἡ ἀ. πολλάκις γενόμενος*: deinde: *πῶς—ἑνός· οὗ ἡ ἀ. ἆρα ὥσπερ ψυχαι*: tum abest *εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία*: denique scribitur *περὶ—ἑνός· οὗ ἡ ἀ. ἅπαντα τὰ ὄντα.* In Cod. Darm. initium Enn. I. lib. IX. scribitur *οὐκ ἐξάξεις.* In Cod. Darm. unicuique libro additur numerus Græcus; initium libri I. est *τὸ καλόν ἐστι μὲν κ. τ. λ.* Deinde liber *περὶ εἱμαρμ.* incipere dicitur *πάντα τὰ γινόμενα* (ita etiam Cod. Marc. B. sed in catalogo subsequenti est *ἅπαντα*): liber *περὶ ψυχῆς ἀθανασίας* incipere dicitur: *εἰ δέ ἐστιν ἀθάνατος ἕκαστος*: liber *πῶς—ἑνός· εἴ τι ἐστὶ μετὰ τὸ πρῶτον*, sequens vero *εἰ μία· ἆρα ὥσπερ ψυχαί.* Codd. Marc. A.B. in his variant: *ἀ.*^ον *περὶ τ. κ. οὗ ἡ ἀ.*

quem ex Lysimachi familiaritate conceperat. Tolerantia vero laboris omnes condiscipulos superabat, propterea quod omnia ferme Numenii dogmata scripserat et attulerat, plurimaque memoriæ commendaverat: qui ex ipso audiendi studio commentariola quædam scholastica congerens, centum ferme ex his libros composuit, quo Hostiliano cuidam Hesychio Apamensi, adoptivo filio, dono dedit. Decimo autem Galieni imperatoris anno ego Porphyrius e Græcia una cum Antonio Rhodio Romam veniens Amelium reperi, octo et decem jam annos Plotino familiariter usum, nihil tamen adhuc ausum scribere, præter quædam ut dixi commentariola, quæ nondum in numerum creverant centenarium. Proinde Plotinus decimo Galieni imperatoris anno, ferme jam novem et quinquaginta annos agebat: ego vero Porphyrius cum primum huic adhæsi, triginta tunc annos impleveram. Plotinus quidem primo Galieni imperatoris anno se ad scribendas convertit qualescunque inciderent quæstiones: ac decimo ejusdem anno, quando ego Porphyrius Plotino sum cognitus, scripserat jam unum vigintique libros: quos quidem traditos paucis deprehendi. nondum enim facilis erat editio, neque quivis ejus conscius erat: neque enim facile, neque temere aliquid edebatur: sed illi duntaxat accipiebant, qui essent maturo quodam judicio comprobati. Scripta vero hæc jam erant, quæ dicam. Quæ cum ipse nequaquam certis titulis inscripsisset, alius aliter libros inscripserat. Inscriptiones igitur quam magis obtinuerunt, ejusmodi sunt.

1. περὶ τοῦ καλοῦ.
2. περὶ ψυχῆς ἀθανασίας.
3. περὶ εἱμαρμένης.
4. περὶ οὐσίας τῆς ψυχῆς.
5. περὶ νοῦ, καὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ τοῦ ὄντος.
6. περὶ τῆς εἰς τὰ σώματα καθόδου τῆς ψυχῆς.
7. πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ μετὰ τὸ πρῶτον καὶ περὶ τοῦ ἑνός.
8. εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία.
9. περὶ τἀγαθοῦ, ἢ τοῦ ἑνός.
10. περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων.
11. περὶ γενέσεως καὶ τάξεως τῶν μετὰ τὸ πρῶτον.
12. περὶ τῶν δύο ὑλῶν.
13. ἐπισκέψεις διάφοροι.
14. περὶ τῆς κυκλοφορίας.
15. περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος.
16. περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς.
17. περὶ ποιότητος.
18. εἰ καὶ τῶν καθέκαστά εἰσιν ἰδέαι.
19. περὶ ἀρετῶν.
20. περὶ διαλεκτικῆς.
21. πῶς ἡ ψυχὴ τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας μέση εἶναι λέγεται.

Ταῦτα μὲν οὖν εἴκοσι καὶ ἓν ὄντα, ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ προσῆλθον ἐγὼ ὁ Πορφύριος, εὕρηται γεγραμμένα· πεντηκοστὸν δὲ καὶ ἔννατον ἔτος ἦγε τότε ὁ Πλωτῖνος.

τὸ καλόν ἐστι μὲν ἐν ὄψει. β.ον π. ψ. ἀθ. οὗ ἡ ἀ. εἰ δέ ἐστιν ἀθάνατος ἕκαστος, sed in Catal. subsequenti ἕκαστος abest: ς. περὶ—οὗ ἡ ἀ. πολλάκις ἐγειρόμενος (sic etiam Darmst.) Inscriptio libri εἰ πᾶσαι κ. τ. λ. est: εἰ αἱ πᾶσαι αἱ ψυχαί μία. Ejus initium in catalogo subsequenti hoc esse dicitur: ἆρα ὥσπερ τὴν ψυχὴν ἑκάστου φαμέν. Denique pro τὰ μετὰ τὸ πρῶτον scripsimus ex omnibus libris nostris, excepto Parisino nr. 2290. qui: τὰ μετὰ πρῶτον male: τὸ μετὰ τὸ πρῶτον.

10. περὶ τῶν τριῶν κ. τ. λ.] Additur his in Cod. Ciz.: οὗ ἡ ἀ. τί ποτε ἄρα ἐστι τὸ πεποιηκὸς τὰς ψυχάς.—οὗ ἡ ἀ. τὸ ἓν πάντα.—οὗ ἡ ἀ. τὴν λεγομένην ὕλην.—οὗ ἡ ἀ. νοῦς φησὶν ὁρᾷ ἐνούσας ἰδέας.—οὗ ἡ ἀ. διὰ τί κύκλῳ κινεῖται.—οὗ ἡ ἀ. οὐκ ἐξάξεις ἵνα μὲν ἐξίῃ. Liber περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς non indicatur.—οὗ ἡ ἀ. ἆρα τὸ ὂν καὶ ἡ οὐσία ἕτερον.—οὗ ἡ ἀ. εἰ καὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον.—οὗ ἡ ἀ. ἐπειδὴ τὰ κακὰ ἐνταῦθα.—οὗ ἡ ἀρχή· τίς τέχνη ἢ μέθοδος.—οὗ ἡ ἀ. ἐν τῷ κόσμῳ τῷ νοητῷ.—

12. περὶ τῶν δύο ὑλῶν] Cod. Marc. A. περὶ ὕλης. Tum scripsi ex Codd. Paris. B. Marc. B. et Mon. C. κυκλοφορίας pro vitioso κυκλωφορίας; pro eodem titulo in Cod. Marc. A. est περὶ κινήσεως οὐρανοῦ.

16. εὐλόγου] Omittitur in Cod. Marc. A. Hic liber incipere dicitur in Cod. Darm. οὐκ ἐξάξεις ἵνα μη ἐξίῃ.

17. περὶ ποιότητος] Cod. Marc. A. περὶ οὐσίας, ἢ περὶ ποιότητος. Tum εἰ και τοῦ καθέκαστα et in Catal. subsequente εἰ καὶ τοῦ καθέκαστον in Cod. Marc. B. In eodem additur τίς ἡ τέχνη. Illud ἡ erat etiam in catalogo priore, sed rasura deletum est. In Cod. Marc. A. post λέγεται additur: ὅπερ ἐπιγράφεται περὶ οὐσιας ψυχῆς δεύτερον.

22. ὅτε τὸ πρῶτον αὐτῷ] Codd. Darm. Mon. C. Med. A.B. ὅτε αὐτῷ τὸ πρῶτον. Vocem ἐγὼ non agnoscunt Codd. nostri, excepto Paris. B. neque tamen non est necessaria.

23. ἔννατον] Cod. Marc. B. ἔνατον.

*Quæ Plotinus scripserit quo ordine, quo tempore.*

De pulcro.
De animi immortalitate.
De fato.
De essentia animæ.
De intellectu et ideis et ente.
De animæ descensu in corpora.
Quomodo a primo fit, quod est post primum, atque de uno.
Utrum omnes animæ una sint.
De ipso bono vel uno.
De tribus principalibus substantiis.
De generatione et ordine eorum, quæ sunt post primum.
De duabus materiis.
Considerationes variæ.
De circulari motu cæli.
De suo cujusque nostrum Dæmone.
De rationali exitu.
De qualitate.
Utrum singularium etiam sint ideæ.
De virtutibus.
De Dialectica.
Quomodo anima inter essentiam individuam, et dividuam media esse dicatur.

Hi ergo libri unus atque viginti, quando eum primo conveni, scripti jam erant, quando et Plotinus nonum et quinquagesimum annum ætatis agebat. Ego autem et hunc ipsum annum, et insuper quinque deinceps cum Plotino versatus

5 Συγγεγονὼς δὲ αὐτῷ τοῦτο τε τὸ ἔτος, καὶ ἐφεξῆς ἄλλα ἔτη πέντε. [a]ὀλίγον γὰρ ἔτι
101 πρότερον τῆς δεκαετίας ἐγεγόνειν ὁ Πορφύριος ἐν τῇ Ῥώμῃ, τοῦ Πλωτίνου τὰς θερινὰς μὲν ἄγοντος ἀργοῦ, συνόντος δὲ ἄλλως ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Ἐν δὲ τοῖς ἓξ ἔτεσι τούτοις, πολλῶν ἐξετάσεων ἐν ταῖς συνουσίαις γιγνομένων, καὶ γράφειν αὐτὸν ἀξιούντων Ἀμελίου
22. 23. τέ καὶ ἐμοῦ, γράφει μὲν περὶ τοῦ, τὸ ὂν πανταχοῦ ὅλον εἶναι ἓν καὶ ταυτὸ, βιβλία δύο.
24. γράφει δὲ ἐφεξῆς ἄλλα δύο, [b]ὧν τὸ μὲν, περὶ τοῦ, τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν· καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως. γράφει δὲ καὶ τὸ βιβλίον·

25. τὸ δὲ περὶ τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ.
26. περὶ τῆς τῶν ἀσωμάτων ἀπαθείας.
27. περὶ ψυχῆς πρῶτον.
28. περὶ ψυχῆς δεύτερον.
29. περὶ ψυχῆς τρίτον, ἢ περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν.
30. περὶ θεωρίας.
31. περὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους.
102 32. ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά. καὶ περὶ νοῦ καὶ τἀγαθοῦ.
33. πρὸς τοὺς γνωστικούς.
34. περὶ ἀριθμῶν.
35. πῶς τὰ πόῤῥω ὁρώμενα μικρὰ φαίνεται.

2. ἐγεγόνειν] Codd. nostri omnes, excepto Leid., ἐγεγόνει.
3. ἀργοὺς] Ita Ed. Sed Codd. Leid. Marc. A. ἀργοῦ, ut legit Fic. Et ita legendum: quare correximus.
ib. Ἐν δὲ τοῖς] Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. ἐν δὴ τοῖς. Verba ἐν ταῖς ὁμιλίαις—πολλῶν ἐξετάσεων desunt in Cod. Ciz.
4. γιγνομένων] Cod. Mon. C. γινομένων.
5. περὶ τοῦ τὸ ὂν] Quod in Ed. additur τὶ post τοῦ omisimus auctoritate Cod. Leid. Voces τὶ τὸ absunt a Codd. Ciz. Marc. A. Vid. infr. cap. XXVI. p. 146. l. 9.
ib. ἓν καὶ ταυτὸ] Codd. Leid. Darm. Marc. A.B. ταυτὸν, de qua forma vid. Maittaire de Dialect. p. 37. A. p. 49. Sturz.
ib. βιβλία δύο] Post δύο addit Cod. Ciz. τούτων δὲ τὸ πρῶτον ἀρχὴν ἔχει· ἆρα γε ἡ ψυχὴ πανταχοῦ, τοῦ δὲ δευτέρου ἡ ἀρχή· ἓν καὶ ταυτὸν ἀριθμῷ—et ita Codd. Darm. Marc. A. (seqq. in hoc scribuntur: γράφει δὲ καὶ ἐφεξῆς) Cod. Marc. B. (in Catal. subsequenti ἆρα γε ἡ ψυχὴ πανταχοῦ τῷ παντὶ πάρεστι. posterioris libri: τὸ ἓν καὶ ταυτὸν ἀριθμῷ πανταχοῦ ἅμα ὅλον εἶναι.) Mon. C. Med. A.B. Par. A.
6. ὧν τὸ μὲν] Cod. Ciz. ὧν τὸ μὲν πρῶτον. Vocem τὸ ante ἐπέκεινα omittunt Codd. Marc. A. Mon. C.
7. καὶ τί τὸ δευτέρως] Cod. Ciz. καὶ δευτέρως, οὗ ἡ ἀρχή· τὸ μέν ἐστι νοεῖν ἄλλο, ἄλλο, τὸ δὲ αὐτὸ, αὐτό. Cod. Marc. A. καὶ τὸ δευτέρως.
ib. γράφει δὲ καὶ τὸ βιβλίον] Desunt hæc verba in Codd. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Post τὸ βιβλίον additur in Cod. Ciz. τὸ δεύτερον δέ. Paulo post pro ἀπὸ ἀσωμάτων ἀμαθείας ex omnibus Codd. nostris restituimus τῶν ἀσωμάτων ἀπαθείας, ut legit etiam Fic.
8. τὸ δὲ περὶ τοῦ κ. τ. λ.] Sequuntur hoc quoque loco initia librorum in Codd. plurr. nostris, et quidem hæc: 1. λέγεται τὸ μὲν δυνάμει. 2. τὰς αἰσθήσεις οὐ πάθη λέγοντες. 3. περὶ ψυχῆς ὅσα ἀπορήσαντες δεῖ. 4. τί οὖν ἐρεῖ. 5. (in Cod. Ciz. a sec. manu) ἐπειδήπερ ὑπερεθέμεθα (in Cod. Marc. A. inscribitur: περὶ ψυχῆς τρίτον ἢ περὶ ὄψεως). 6. παίζοντες τὴν πρώτην (Cod. Marc. B. παίζοντες δὴ τ. πρ.) 7. ἐπειδή φαμεν. 8. in Codd. Ciz. Darm. Marc. A. Mon. C. Med. B. legitur: περὶ νοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ, καὶ περὶ τἀγαθοῦ· οὗ ἡ ἀ. τὸν νοῦν, τὸν ἀληθεῖ (sic) νοῦν. Cod. Leid. ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ νοήματα· καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ. 9. inscribitur in Codd. Leid. et Marc. A. πρὸς τοὺς γνωστούς. Initium: ἐπειδὴ τοίνυν ἐφάνη ἡμῖν. 10. Ciz. Darm. Marc. B. Med. B. ἆρα ἐστὶ τὸ πλῆθος. Marc. A. ἆρ' ἐστὶ πλῆθος. Mon. C. ἆρα ἐστὶ πλῆθος. Par. A. ἆρ' ἐστὶ πλᾶθος. Inscriptiones 10. et 11. absunt a Cod. Med. A. 11. ἆρα γε τὰ πόῤῥω ὁρώμενα. Cod. Marc. B. in Catal. subsequenti: ἆρα τὰ πόῤῥω ἐλάττω φέρεται. 12. τὸ εὐδαιμονεῖν. Marc. B. in Cat. subseq. εἰ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν. 13. περὶ τῆς δι' ὅλων λεγομένης. 14. εἰς γένεσιν πέμπων ὁ θεός. 14. ἆρ' ἐστὶν περὶ θεῶν (Cod. Mon. C. ἐστὶ). Cod. Leid. pergit: θελήματος, Cod. Marc. A. θελήματος τοῦ ἑνός. Marc. B. in Catal. subseq ἆρα ἐστὶν ἐπὶ θεῶν εἴ τι ἐστιν ἐπ' αὐτοῖς ζητεῖν. 15. τὸν κόσμον ἀεὶ λέγοντες. 16. τὰς αἰσθήσεις οὐ τυπώσεις. 17. περὶ τῶν ὄντων πόσα καὶ τίνα. 18. ἐπειδὴ περὶ τῶν λεγομένων. 19. περὶ μὲν τῆς οὐσίας ὅπη δοκεῖ. 20. τὸν αἰῶνα καὶ τὸν χρόνον.

sum. Quinetiam alias paulo supra decennium Romam veneram, quo tempore Plotinus ociosus ducebat æstates: quamvis confabulantium consuetudinem minime devitaret. In his autem sex, quos modo dicebam, annis, quæstiones multæ in disputando discussæ sunt diligenter. Ideoque Amelio meque simul hortantibus scripsit libros de eadem quæstione duos, probans ens unum et idem ubique totum simul adesse. Scripsit deinceps duos insuper alios: de eo quod est superius ente non intelligere: et quid primo intelligat, quidve secundo. Scripsit etiam librum:

De eo quod est in potentia, quodve existit in actu.
Item, quomodo incorporea minime patiantur.
Primum de anima.
Rursus de anima secundum.
Denique de anima tertium, vel quomodo videamus.
De contemplatione.
De intelligibili pulcritudine.
Quod intelligibilia non sint extra intellectum, et de intellectu atque bono.
Contra Gnosticos.
De numeris.
Cur quæ procul videntur, exigua videantur.

36. εἰ ἐν παρατάσει χρόνου τὸ εὐδαιμονεῖν.
37. περὶ τῆς δι' ὅλων κράσεως.
38. πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη. καὶ περὶ τἀγαθοῦ.
39. περὶ τοῦ ἑκουσίου.
40. περὶ τοῦ κόσμου.
41. περὶ αἰσθήσεως καὶ μνήμης.
42. περὶ τῶν τοῦ ὄντος γενῶν, πρῶτον.
43. περὶ τῶν τοῦ ὄντος γενῶν, δεύτερον.
44. περὶ τῶν τοῦ ὄντος γενῶν, τρίτον.
45. περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου.

Ταῦτα τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα ὄντα, ὅσα ἐν τῷ ἑξαέτει χρόνῳ τῆς παρουσίας ἐμοῦ Πορφυρίου ἔγραψεν, ᶜἐκ προσκαίρων προβλημάτων τὰς ὑποθέσεις λαβόντα, ὡς ἐκ τῶν κεφαλαίων ἑκάστου τῶν βιβλίων ἐδηλώσαμεν· μετὰ τῶν πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἡμῶν εἴκοσι καὶ ἑνὸς, τὰ πάντα γίνεται τεσσαράκοντα πέντε.

6 Ἐν δὲ τῇ Σικελίᾳ διατρίβοντός μου, (ἐκεῖ γὰρ ἀνεχώρησα περὶ τὸ πεντεκαιδέκατον
103 ἔτος τῆς βασιλείας Γαλιήνου) ὁ Πλωτῖνος γράψας πέντε βιβλία, ἀπέστειλέ μοι ταῦτα.

46. περὶ εὐδαιμονίας.
47. περὶ προνοίας πρῶτον.
48. περὶ προνοίας δεύτερον.
49. περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων, καὶ τοῦ ἐπέκεινα.
50. περὶ ἔρωτος.

Ταῦτα μὲν οὖν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς Κλαυδίου πέμπει βασιλείας· ἀρχομένου δὲ τοῦ δευτέρου, ὅ τε καὶ μετ' ὀλίγον θνήσκει, πέμπει ταῦτα·

51. τίνα τὰ κακά.

11. Ταῦτα τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα] Vocula τὰ abest a Cod. Marc. A., in Cod. Marc. B. scripta quidem fuit, sed deleta est. In Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. est τέσσαρα.

13. κεφαλαίων] Cod. Marc. A. ἐπιγραφῶν, quod est glossatoris.

14. γίνεται τεσσαράκοντα πέντε] Codd. Ciz. et Mon. C. γίνονται με̄. Cod. Leid. πέντε πρὸς τεσσαράκοντα.

15. πεντεκαιδέκατον ἔτος] Cod. Ciz. ιε̄ ἔτος. Vocem ἔτος omittit Cod. Leid.

16. ἀπέστειλε] Codd. Ciz. Leid. Mon. C. Med. B. ἀποστέλλει. Cod. Med. A. ἀπέστειλε (with ο and λ written above). Codd. Marc. A.B. πέμπει.

17. περὶ εὐδαιμονίας] Horum librorum initia addunt libri nostri, excepto Leid., ita: 1. τὸ εὖ ζῆν καὶ εὐδαιμονεῖν. 2. τὸ μὲν αὐτομάτῳ. 3. τί τοίνυν δοκεῖ περὶ τούτων. 4. In inscriptione omnes nostri καὶ τοῦ ἐπέκεινα in ed. Basil. π. τῶν ἐπεκ. Addunt initium: ἆρα τὸ νοοῦν (Cod. Darmst. in marg. τὸν νοῦν) ἑαυτῷ ποικίλον δεῖ εἶναι. 5. περὶ ἔρωτος πότερον (Darm. in marg. πότερα) θεός.

23. πέμπει] Abest πέμπει a Cod. Leid.

24. τίνα τὰ κακὰ] Codd. Leid. Marc. A. περὶ τοῦ τίνα καὶ πόθεν τὰ κακά. Adduntur vero his quoque inscriptionibus librorum initia in Codd. nostris, videlicet: 1. οἱ ζητοῦντες πόθεν τα κακά. 2. ἡ τῶν ἄστρων φορά. 3. In Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Mon. C. abest τι ὁ ἄνθρωπος. Initium est ἡδοναὶ καὶ λῦπαι. In Cod. Marc. A. scribitur: τι τό ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος. 4. In

Utrum in longitudine temporis felicitas consistat.
De mixtione per omnia.
Quomodo idearum extitit multitudo, atque de bono.
De voluntario.
De mundo.
De sensu atque memoria.
De generibus entis primum.
De generibus entis secundum.
De generibus entis tertium.
De æternitate et tempore.

Hi ergo libri quatuor et viginti quos in sex illis annis, quos cum eo vixi, conscripsit, assumens videlicet ex occurrentibus quæstionibus occasionem, opportunitatemque scribendi, quemadmodum ex capitibus uniuscujusque libri significavimus. Hi inquam libri una cum viginti et uno, quos antequam accederem, composuerat: summatim quinque super quadraginta conficiunt. Quo vero tempore in Sicilia vitam agebam, quo perveneram circa quintumdecimumque Galieni imperatoris annum, Plotinus libros quinque composuit, et ad me in Siciliam misit.

De beatitudine.
De providentia primum.
De providentia secundum.
De substantiis cognoscentibus, atque illis superiore.
De amore.

Hos itaque libros misit ad me primo Claudii imperatoris anno. Inter initia vero anni secundi: quando et paulo post ex hac vita migravit, hos præterea misit:

Quæ sint mala.

52. Εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα.
53. τί ὁ ἄνθρωπος· τί τὸ ζῷον.
54. περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, ἢ περὶ εὐδαιμονίας.

Ταῦτα μετὰ τῶν τετταράκοντα πέντε τῶν πρώτων καὶ δευτέρων γραφέντων, γίνεται τέτταρα καὶ πεντήκοντα. Ὥσπερ δὲ ἐγράφη, τὰ μὲν κατὰ πρώτην ἡλικίαν, τὰ δὲ ἀκμάζοντος, [a]τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ σώματος καταπονουμένου, οὕτω καὶ τῆς δυνάμεως ἔχει τὰ βιβλία. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα εἴκοσι καὶ ἕν, ἐλαφροτέρας ἐστὶ δυνάμεως, καὶ οὐδέπω πρὸς εὐτονίαν ἀρκοῦν μέγεθος ἐχούσης· τὰ δὲ τῆς μέσης ἐκδόσεως τυχόντα, τὸ ἀκμαῖον τῆς δυνάμεως
ib. θαλίαις] Codd. Marc. A. Mon. C. θαλείαις.

7. ἑταίροις] Abest a Codd. Darm. Med. A. (in hoc add. in marg.) Par. A.

10. φέρων] Ita Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B. Mon. C. Par. A.; reliqui male cum Ed. φέρον.

ib. πραγματείας] Ita Fabric. et Codd. omnes, excepto Leid., qui ut Ed. habet πραγματείαν.

11. εἰς ταὐτὸν] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. εἰς ταὐτό. Cod. Ciz. εἰς τοῦτο.

ib. οὕτω δὴ] Codd. Marc. A. Mon. C. οὕτω δέ.

15. τάδε] In Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. B. Mon. C. Par. A. iterum, ut supra, cuique libro additur οὗ ἡ ἀρχή, cum verbis libri primis, iisdem fere, quibus supra. Nos ea tantum notabimus, quæ variant.

20. παρατάσει] Cod. Ciz. παραστάσει. In initio libri Cod. Darm. ἐπίδοσιν, Ed. male ἐπίδωσιν.

suave desiderium, lætitiaque, et amor Deo conjunctus. Præterea constitutos esse judices animorum Minoem, Rhadamanthum, Æacum, dei filios: ad quos ire Plotinum, non quidem ut judicaretur, sed ut conversaretur. quibus cum alii quoque dii optimi conversantur: ubi etiam Plato et Pythagoras cæterique vitam agunt, quicunque firmiter immortalis amoris chorum constituerunt: ibidem Dæmones felicissimos suam habere progeniem: item vitam illic agere festiva viriditate gaudioque plenissimam, talemque perseverare factum divina largitate beatum.

XXIV. *Dispositio librorum Plotini per materias digestas ordine.*

Hactenus historico more de vita Plotini sit dictum. Quoniam vero Plotinus nobis commisit, ut ordinem emendationemque librorum suorum curaremus, ego autem et illi viventi promisi, et cæteris pollicitus sum efficere: in primis quidem operæ pretium fore censui, ne libros permitterem ita jacere permistim, sicut deinceps sunt temporis successione compositi: sed quemadmodum Apollodorus Atheniensis Epicharmi comœdias in volumina decem collegit, et Andronicus Peripateticus Aristotelis et Theophrasti libros distribuit in tractatus, suppositiones in unum proprias colligens: sic et ego quinquaginta quatuor Plotini libros in sex Enneadas sum partitus, occasione perfecti numeri, senarii scilicet et novenarii, gaudens. Unicuique vero Enneadi, id est, novenario propria tribuens, ita simul cognata congessi, priora semper in ordine numeri, proposita quæ sunt leviora constituens.

Prima igitur Enneas materias præcipue morales continet.

I. Quid animal: quid homo.
II. De virtutibus.
III. De dialectica.
IV. De beatitudine.
V. Utrum beatitudo in temporis productione consistat.
VI. De pulchro.

54. [i]περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.
51. [k]πόθεν τὰ κακά.
16. [l]περὶ τῆς ἐκ τοῦ βίου εὐλόγου ἐξαγωγῆς.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη ἐννεὰς τάδε περιέχει, ἠθικωτέρας ὑποθέσεις περιλαβοῦσα. Ἡ δὲ δευτέρα, τῶν φυσικῶν συναγωγὴν ἔχουσα, τὰ περὶ κόσμου καὶ τὰ τῷ κόσμῳ ἀνήκοντα περιέχει. ἔστι δὲ ταῦτα.

40. [m]περὶ τοῦ κόσμου.
2. [n]περὶ τῆς κυκλοφορίας.
52. [o]εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα.
12. [p]περὶ τῶν δύο ὑλῶν.
142 25. [q]περὶ τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ.
17. [r]περὶ ποιότητος καὶ εἴδους.
37. περὶ τῆς δι᾽ ὅλων κράσεως.
35. [s]πῶς τὰ πόῤῥω ὁρώμενα μικρὰ φαίνεται.
33. [t]πρὸς τοὺς κακὸν τὸν δημιουργὸν τοῦ κόσμου, καὶ τὸν κόσμον κακὸν εἶναι λέγοντας.

Ἡ δὲ τρίτη ἐννεὰς, ἔτι τὰ περὶ κόσμου ἔχουσα, περιείληφε τὰ περὶ τῶν κατὰ κόσμον θεωρουμένων ταῦτα.

3. [a]περὶ εἱμαρμένης.
47. περὶ προνοίας πρῶτον.
48. περὶ προνοίας δεύτερον.
143 15. [b]περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος.
50. περὶ ἔρωτος.
26. [c]περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων.
45. περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου.
30. [d]περὶ φύσεως καὶ θεωρίας καὶ τοῦ ἑνός.
13. ἐπισκέψεις διάφοροι.

2. πόθεν τὰ κακὰ] Cod. Marc. A. περὶ τοῦ πόθεν τὰ κακά. In Ed. in initio libri ἐξάγει. Cod. Darm. ἐξάξεις.
3. περὶ τῆς ἐκ κ. τ. λ.] Cod. Marc. A. nonnisi περὶ ἐξαγωγῆς.
6. ἔστι δὲ ταῦτα] Cod. Marc. A. ἔστι δὲ τάδε.
14. μικρὰ φαίνεται] Cod. Darm. in init. libri ἐλάττω φαίνεται, in Ed. φαίνεται ἐλάττω.
15. πρὸς τοὺς κακὸν κ. τ. λ.] Codd. Leid. Marc. A. πρὸς τοὺς γνωστούς.
17. κατὰ κόσμον] Codd. Marc. A.B. Par. A. κατὰ τὸν κόσμον.
19. περὶ εἱμαρμένης] Initium libri in Cod. Darm. γιγνόμενα, in Ed. γινόμενα.
24. ἀσωμάτων] Sic recte Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. Mon. C. Par. A. Reliqui cum Ed. σωμάτων. Initium libri in Cod. Darm. λέγοντες πάθη, in Ed. πάθη λέγοντες.

VII. De primo bono, cæterisque bonis.
VIII. Unde mala.
IX. De rationali exitu ex hac vita.

Prima igitur, ut dixi, Enneas hæc continet, morales positiones potius comprehendens. Secunda vero naturalia colligit, quæ mundi sunt, quæve ad mundum attinent in se complectens: hæc vero sunt:

I. De mundo.
II. De circulari motu.
III. Utrum stellæ aliquid agant.
IV. De duabus materiis.
V. De eo quod in potentia est, et quod in actu.
VI. De qualitate et specie.
VII. De mixtione per omnia.
VIII. Cur quæ videntur procul, exigua videantur.
IX. Contra putantes mundi opificem esse malum, mundumque malum.

Tertia quoque Enneas, quæ mundi sunt continens, comprehendit ea, quæ circa mundum considerantur.

I. De fato.
II. De providentia primum.
III. De providentia secundum.
IV. De eo, qui nos sortitus est, dæmone.
V. De amore.
VI. Quod incorporea minime patiantur.
VII. De æternitate ac tempore.
VIII. De natura contemplationeque et uno.
IX. De diversis considerationibus.

25 Ταύτας τὰς τρεῖς ἐννεάδας, ἡμεῖς ἐν ἑνὶ σωματίῳ τάξαντες, κατεσκευάσαμεν. Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ ἐννεάδι ἐτάξαμεν καὶ τὸ περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος, ὅτι καθόλου θεωρεῖται τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἔστι τὸ πρόβλημα καὶ παρ᾽ αὐτοῖς, τὰ κατὰ τὰς γενέσεις τῶν ἀνθρώπων σκεπτομένοις. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ περὶ ἔρωτος τόπος. Τὸ δὲ περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου διὰ τὰ περὶ τοῦ χρόνου ἐνταῦθα ἐτάξαμεν. Τὸ δὲ περὶ φύσεως καὶ θεωρίας καὶ τοῦ ἑνὸς διὰ τὸ περὶ φύσεως κεφάλαιον ἐνταῦθα τέτακται.

Ἡ δὲ τετάρτη ἐννεὰς, μετὰ τὰ περὶ κόσμου, τὰ περὶ ψυχῆς εἴληχε συγγράμματα· ἔχει δὲ τάδε·

4. περὶ οὐσίας ψυχῆς, πρῶτον.
21. [e]περὶ οὐσίας ψυχῆς, δεύτερον.
144 27. [f]περὶ ψυχῆς ἀποριῶν, πρῶτον.
28. περὶ ψυχῆς ἀποριῶν, δεύτερον.
29. περὶ ψυχῆς ἀποριῶν, τρίτον. ἢ περὶ ὄψεως.
41. περὶ αἰσθήσεως, καὶ μνήμης.
2. [g]περὶ ἀθανασίας ψυχῆς.
6. περὶ τῆς εἰς τὰ σώματα καθόδου τῆς ψυχῆς.
8. εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία.

Ἡ μὲν οὖν τετάρτη ἐννεὰς, τὰς περὶ ψυχῆς αὐτῆς ὑποθέσεις ἔσχε πάσας. Ἡ δὲ πέμπτη ἔχει μὲν τὰς περὶ νοῦ· περιέχει δὲ ἕκαστον τῶν βιβλίων ἔν τισι καὶ περὶ τοῦ ἐπέκεινα καὶ περὶ τοῦ ἐν ψυχῇ νοῦ, καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν. Ἔστι δὲ τάδε.

10. [h]περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων.
145 11. περὶ γενέσεως καὶ τάξεως τῶν μετὰ τὸ πρῶτον.
49. περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων καὶ τοῦ ἐπέκεινα.
7. [i]πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου τὸ μετὰ τὸ πρῶτον, καὶ περὶ τοῦ ἑνός.

1. Ἐν δὲ τῇ] Cod. Ciz. ἐν τῇ δέ.
13. περὶ ψυχῆς—ὄψεως] Deest hæc inscriptio in Cod. Ciz.; in eodem mox περὶ τῆς—ψυχῆς. In Cod. Marc. A. scribitur περὶ ὄψεως τρίτον.
17. εἰ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ μία] Deest hæc inscriptio in Codd. Marc. A. Mon. C. In Codd. Marc. B. Med. A. est εἰ αἱ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, in Codd. Med. B. Par. A. εἰ αἱ πᾶσαι ψυχαί.
18. Ἡ μὲν οὖν] Abest οὖν a Cod. Marc. A.; ab eodem mox ψυχῆς.
19. τὰς περὶ νοῦ] Cod. Marc. A. τὰ περὶ νοῦ.
20. ἐν ψυχῇ] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. ἐν τῇ ψυχῇ.
21. περὶ τῶν τριῶν] Initium libri in Cod. Darm. ἔστιν ἄρα, in Ed. ἄρα ἐστί.
24. το μετὰ τό] Cod. Ciz. non habet prius τό.

Has utique tres Enneadas in uno corpore nobis placuit collocare. Jam vero in tertia Enneade connumeravimus materiam de dæmone nos sortito, quoniam de eo communiter pertractatur. Atque est ejusmodi propositio, sive quæstio illi considerationi conveniens, quæ hominum genituras inquirit. Similiter et de amore locus hic quoque patet. Tractatum vero de æternitate ac tempore propter illa, quæ de tempore disputantur, hic rite posuimus. Præterea disputationem de natura et contemplatione et uno, propter ipsam de natura inscriptionem hic placuit numerare.

Quarta post hæc Enneas post libros de mundo, libros de anima comprehendit. Hi vero sunt:

I. De essentia animæ, primus.
II. De animæ essentia, secundus.
III. De dubiis animæ, primus.
IV. De dubiis animæ, secundus.
V. De dubiis animæ tertius, vel de visu.
VI. De sensu atque memoria.
VII. De immortalitate animæ.
VIII. De animæ descensu in corpora.
IX. Utrum omnes animæ una sint.

Quarta igitur Enneas omnes de anima suas materias habuit. Quinta vero habet quidem de intellectu. Habet etiam unusquisque liber nonnihil de eo, quod est intellectu superius. ac etiam de intellectu, qui animæ inest, atque de ideis. Hæc igitur habet:

I. De tribus substantiis principalibus, sive principii rationem habentibus.
II. De generatione et ordine eorum, quæ sunt post primum.
III. De substantiis cognoscentibus atque superiore.
IV. Quomodo a primo fiat, quod est post primum, atque de uno.

32. [k]ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ, καὶ περὶ τ' ἀγαθοῦ.
24. περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος μὴ νοεῖν· καὶ τί τὸ πρώτως νοοῦν, καὶ τί τὸ δευτέρως.
18. [l]περὶ τοῦ, εἰ καὶ τῶν καθ' ἕκαστα ἔστιν εἴδη.
31. περὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους.
5. [m]περὶ νοῦ καὶ τῶν ἰδεῶν καὶ τοῦ ὄντος.

26 Καὶ τὴν τετάρτην οὖν καὶ τὴν πέμπτην ἐννεάδα εἰς ἓν σωμάτιον κατετάξαμεν. Λοιπὴν δὲ τὴν ἕκτην ἐννεάδα, εἰς ἓν ἄλλο σωμάτιον, ὡς διὰ τριῶν σωματίων, γεγράφθαι τὰ Πλωτίνου πάντα. Ὧν τὸ μὲν πρῶτον σωμάτιον ἔχει τρεῖς ἐννεάδας, τὸ δὲ δεύτερον δύο, τὸ δὲ
146 τρίτον μίαν. ἔστι δὲ τὰ τοῦ τρίτου σωματίου, ἐννεάδος δὲ ἕκτης, ταῦτα.

42. περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, πρῶτον.
43. περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, δεύτερον.
44. περὶ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, τρίτον.
22. περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα, πανταχοῦ εἶναι ὅλον, πρῶτον.
23. περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταὐτὸ ὂν ἅμα, πανταχοῦ εἶναι ὅλον, δεύτερον.
34. [a]περὶ ἀριθμῶν.
38. πῶς τὸ πλῆθος τῶν ἰδεῶν ὑπέστη· καὶ περὶ τἀγαθοῦ.
39. [b]περὶ τοῦ ἑκουσίου, καὶ θελήματος τοῦ ἑνός.
9. περὶ τἀγαθοῦ, ἢ τοῦ ἑνός.

Τὰ μὲν οὖν βιβλία εἰς ἓξ ἐννεάδας τοῦτον τὸν τρόπον κατετάξαμεν, τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ὄντα· καταβεβλήμεθα δὲ καὶ εἴς τινα αὐτῶν [c]ὑπομνήματα ἀτάκτως, διὰ τοὺς ἐπείξαντας ἡμᾶς ἑταίρους γράφειν, εἰς ἅπερ αὐτοὶ τὴν σαφήνειαν αὐτοῖς γενέσθαι ἠξίουν.
147 Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ κεφάλαια τῶν πάντων, [d]πλὴν τοῦ περὶ τοῦ καλοῦ, διὰ τὸ λεῖψαι

1. ὅτι οὐκ ἔξω] Cod. Marc. A. περὶ τοῦ ὅτι οὐκ ἔξω.
ib. τὰ νοητὰ] Cod. Leid. τὰ νοήματα.
2. περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα] Abest τὸ a Cod. Marc. A.
ib. πρώτως νοοῦν] Cod. Leid. πρώτως νοεῖν.
4. ἔστιν εἴδη] Cod. Marc. A. εἰσὶν ἰδέαι. Est etiam εἰσιν in Cod. Ciz.
7. τὴν πέμπτην] Abest τὴν a Codd. Marc. A.B. Mon. C. Par. A.
ib. εἰς ἓν—ἐννεάδα] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C.
8. εἰς ἓν ἄλλο] Codd. Ciz. Mon. C. εἰς ἄλλο ἕν.
10. ταῦτα] Cod. Marc. A. τάδε.
11. περὶ τῶν γενῶν] Abest τῶν a Cod. Ciz. Initium secundi libri in Cod. Darm. esse dicitur ἐπειδὴ, in Ed. est ἐπεὶ δέ.
14. περὶ τοῦ τὸ ὂν—πρῶτον] In libri hujus initio scribitur in Cod. Darm. πανταχοῦ τῷ παντὶ πάρεστι. In Ed. verba τῷ παντὶ non leguntur. Secundi libri inscriptio est in Cod. Marc. A. περὶ τοῦ αὐτοῦ δεύτερον.
17. τἀγαθοῦ] Codd. Ciz. Marc. A. τοῦ ἀγαθοῦ.
18. καὶ θελήματος] Cod. Marc. A. καὶ τοῦ θελήματος.
22. ἑταίρους] Cod. Marc. A. ἑτέρους.
ib. αὐτοὶ] Cod. Ciz. αὐτούς.
ib. αὐτοῖς] Ita Codd. Leid. Marc. A. Med. A. (superscripto ῶν) B. Par. A. (ex corr.); reliqui ut Ed. αὐτῶν. Correxi αὐτοῖς.
23. Ἀλλὰ μὴν καὶ] Abest καὶ a Codd. Marc. A. Mon. C.
ib. τῶν πάντων] Ita Codd. omnes, exceptis Ciz. et Par. A. in quibus est, ut in Ed., αὐτῶν πάντων.

V. Quod intelligibilia non sint extra intellectum: atque de bono.
VI. Quomodo, quod est superius ente, non intelligat: quidve primo sit intelligens, quidve secundo.
VII. Utrum singularium etiam sint ideæ.
VIII. De intelligibili pulchritudine.
IX. De intellectu ideisque et ente.

Quartam igitur Enneadem atque quintam in corpus unum redegimus. Sextam vero Enneadem in unum aliud corpus cogere placuit, ut scripta Plotini omnia in tria corpora redigantur: quorum primum quidem tres continet Enneadas: secundum vero duas: tertium denique unam. Libri vero tertii corporis, sed Enneados sextæ, ita sequuntur.

I. De generibus entis, primus.
II. De generibus entis, secundus.
III. De generibus entis, tertius.
IV. Quod unum idemque simul ubique sit totum, primus.
V. Quod unum idemque simul ubique sit totum, secundus.
VI. De numeris.
VII. Quomodo idearum extiterit multitudo, atque de bono.
VIII. De libertate voluntateque unius.
IX. De bono, vel uno.

Libros igitur quatuor et quinquaginta in sex novenarios ita disposuimus: inseruimus autem in libros quosdam absque certo ordine commentaria: quoniam amici, qui nos urgebant ad com-

ἡμῖν, πεποιήμεθα κατὰ τὴν χρονικὴν ἔκδοσιν τῶν βιβλίων· ἀλλ' ἐν τούτῳ οὐ τὰ κεφάλαια μόνον καθ' ἕκαστον ἔκκειται τῶν βιβλίων. ἀλλὰ καὶ ἐπιχειρήματα, ἃ ὡς κεφάλαια συναριθμεῖται. Νυνί δὲ πειρασόμεθα, ἕκαστον τῶν βιβλίων διερχόμενοι [e]τάς τε στιγμὰς αὐτῶν προσθεῖναι· καὶ εἴ τι ἡμαρτημένον εἴη κατὰ λέξιν, διορθοῦν· καὶ ὅτι ἂν ἡμᾶς ἄλλο κινήσῃ, αὐτὸ σημαίνει τὸ ἔργον.

1. *βιβλίων*] Post hoc vocabulum omnes nostri Codd. hæc addunt, quæ legit etiam Ficinus, quæque, cum deessent in Ed. duximus addenda: ἀλλ' ἐν τούτῳ οὐ τὰ κεφάλαια μόνον καθ' ἕκαστον ἔκκειται τῶν βιβλίων. Aberravit videlicet vel scribæ vel typothetæ oculus a primo ad alterum βιβλίων.

3. *συναριθμεῖται*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. συναριθμοῦνται.

4. *προσθεῖναι· καὶ εἴ τι*] Ita Codd. Darm. Mon. C., Ed. προστεθεῖναι καὶ ἔτι. Cod. Ciz. προσθῆναι καὶ εἴ τι, Cod. Marc. A. προσθεῖναι καὶ ἔτι, Cod. Marc. B. ut Ed. sed ab alt. m. ἐπιτιθέναι ut Cod. Med. B. In Cod. Med. A. idem voci προσθεῖναι superscriptum est, in Cod. Par. A. προσθεῖναι εἴ τι, omisso καί.

5. *σημαίνει τὸ ἔργον*] Hinc sequitur Indiculus, qui exhibet argumenta omnium librorum, in Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B.C. In Codd. Ciz. Leid. et Par. A. post ἔργον sequuntur hæc: Πλωτίνου φιλοσόφου ἐννεάδων τε καὶ τῶν κατὰ τὰς ἐννεάδας ἐπιγραφῶν τῶν βιβλίων προέκθεσις. In Codd. Darm. et Marc. B. Πορφυρίου περὶ Πλωτίνου βίου καὶ τῆς τάξεως τῶν βιβλίων αὐτοῦ τέλος. In Cod. Mon. C. τέλος τοῦ Πλωτίνου βίου· τοῦ παρὰ τοῦ Πορφυρίου πεποιημένου. Cod. Marc. A. τέλος τὰ εἰς τὸν βίον τοῦ Πλωτίνου, τὰ ἀπὸ τοῦ Πορφυρίου συγγραφέντα. Tum Codd. Marc. A.B.C. denuo recensent libros Plotini, et in Codd. A.C. additur etiam initium uniuscujusque libri. In Cod. A. sequitur: Ἀρχὴ σὺν θεῷ τοῦ πίνακος Πλωτίνου τοῦ φιλοσόφου ἐννεάδων τε καὶ τῶν κατὰ τὰς ἐννεάδας ἐπιγραφῶν τῶν βιβλίων, καὶ προέκθεσις. ἀγαθῇ τύχῃ· ἐννεὰς πρώτη. Cod. B. Τάδε ἔνεστι Πλωτίνου φιλοσόφου ἐννεάδες: ἐννεάδος πρώτης. Cod. C. Πίναξ σὺν θεῷ τοῦ παρόντος βιβλίου. Πλωτίνου φιλοσόφου ἐννεάδος πρώτης λόγοι οὗτοι. Jam sequuntur tituli, ut diximus, librorum et initia, quæ omnia, quatenus differunt ab Ed. hic adscripsimus ex Codd. Marc. A. Marc. B. Marc. C.

α. Περὶ τοῦ τί τὸ ... A.B.C. λόγος πρῶτος C. οὗ ἡ ἀρχή: ἡδοναὶ καὶ λῦπαι φόβοι τὲ C. καὶ θάῤῥη A.

β. περὶ ἀρετῆς A. λόγος δεύτερος C. οὗ ἡ ἀρχή: Ἐπειδὴ τὰ κακὰ ἐνταῦθα A.C.

γ. περὶ δ. λόγος τρίτος C. οὗ ἡ ἀρχή: τίς ἡ τέχνη ἢ μέθοδος C. τίς τέχνη ἢ μέθοδος, ἢ ἐπιτήδευσις A.

δ. περὶ εὐδ. λόγος τέταρτος C. οὗ ἡ ἀ. τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν A.C.

ε. περὶ τοῦ εἰ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν λαμβάνει A. item B.C. addita post ἐπίδ. voce χρόνῳ. λόγος πέμπτος C. οὗ ἡ ἀ. Εἰ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν τῷ C. χρόνῳ A.

ϛ. περὶ τοῦ κ. λόγος ἕκτος C. οὗ ἡ ἀ. τὸ καλὸν μὲν ἐν ὄψει A. τὸ καλὸν ἔστι μὲν ὄψει πλεῖστον C.

ζ. περὶ τοῦ...λόγος ἕβδομος C. οὗ ἡ ἀ. Ἆρ' ἄν τις εἴποι ἀγαθὸν ἑκάστῳ A. Ἆρ' ἄν τις ἕτερον εἴποι ἀγαθὸν C.

η. περὶ τοῦ τίνα καὶ πόθεν τὰ κακὰ A.B.C. λόγος ὄγδοος C. οὗ ἡ ἀ. Οἱ ζητοῦντες πόθεν τὰ κακὰ A.C.

θ. περὶ ἐξαγωγῆς (sic A.B.C.) λόγος ἔνατος C. οὗ ἡ ἀ. οὐκ ἐξάξεις, ἵνα μὴ ἐξίῃ A. item C. sed ἐξάξει scribit.

Ἐννεὰς δευτέρα A.
Ἐννεάδος δευτέρας B.
τοῦ αὐτοῦ ἐννεάδος δευτέρας λόγοι οὗτοι C.

ι. περὶ οὐρανοῦ A.B.C. λόγος πρῶτος C. οὗ ἡ ἀ. τὸν κόσμον ἀεὶ λέγοντες καὶ C. πρόσθεν A.

ια. περὶ κινήσεως οὐρανοῦ A.B.C. λόγος δεύτερος C. οὗ ἡ ἀ. Διατί (Διὰ τί A.) κύκλῳ κινεῖται, ὅτι νοῦν A.C.

ιβ. περὶ τοῦ εἰ ποιεῖ τ. ἀ. A.B.C. λόγος τρίτος C. οὗ ἡ ἀ. Ὅτι ἡ τῶν ἀρίστων φορὰ σημαίνει A.C.

ιγ. περὶ ὕλης A.B.C. λόγος τέταρτος C. οὗ ἡ ἀ. τὴν λεγομένην ὕλην καὶ A. Cod. C. habet post ὕλην vocem ὑποκείμενον.

ιδ. περὶ τοῦ δυν. - - λόγος πέμπτος C. οὗ ἡ ἀ. Λέγεται τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ C. ἐνεργείᾳ A.

ιε. περὶ οὐσίας ἢ περὶ ποιότητος A.B.C. λόγος ἕκτος C. οὗ ἡ ἀ. Ἆρα τὸ ὂν καὶ ἡ οὐσία ἕτερον A.C.

ιϛ. περὶ τῆς...λόγος ἕβδομος C. οὗ ἡ ἀ. περὶ τῆς δι' ὅλων λεγομένης A.C.

ιζ. περὶ ὁράσεως, ἢ πῶς τὰ πόῤῥω μικρὰ φαίνεται A.B.C. λόγος ὄγδοος C. οὗ ἡ ἀ. Ἆρα τὰ πόῤῥω ἐλάττω φαίνεται A. item C. sed hic habet φαίνεται ἐλάττω.

ιη. πρὸς τοὺς γνωστοὺς A. περὶ τοὺς γνωστικοὺς B. πρὸς τοὺς γνωστικους C. λόγος ἔνατος C. οὗ ἡ ἀ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ A. Ἐπειδὴ ἐφάνη τοίνυν ἡμῖν C.

Ἐννεὰς τρίτη A.
Ἐννεάδος τρίτης B.
τοῦ αὐτοῦ ἐννεάδος τρίτης λόγοι οὗτοι C.

ιθ. περὶ εἱμ. A.C. περὶ εἱμαρμένης B. λόγος πρῶτος C. οὗ ἡ ἀ. Ἅπαντα τὰ γινόμενα A. καὶ τὰ ὄντα C.

κ. περὶ πρ. πρῶτος C. λόγος δεύτερος C. οὗ ἡ ἀ. τὸ μὲν τῷ αὐτομάτῳ καὶ τῇ τύχῃ A. τὸ μὲν τῶν αὐτομάτων καὶ τύχῃ C.

κα. περὶ π. δεύτερος C. λόγος τρίτος C. οὗ ἡ ἀ. Τί τοίνυν δοκεῖ περὶ τούτων A.C.

κβ. περὶ τοῦ...λόγος τέταρτος C. οὗ ἡ ἀ. Τῶν μὲν αἱ ὑποστάσεις A. γίγνονται C.

κγ. περὶ ἔ. λόγος πέμπτος C. οὗ ἡ ἀ. Περὶ ἔρωτος πότερα (πότερον C.) θεός τις C. ἢ A.

κδ. περὶ ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων A.B.C. λόγος ἕκτος C. οὗ ἡ ἀ. Τὰς αἰσθήσεις οὐ πάθη λέγοντες C. et A. sed hic πάθη omittit.

κε. περὶ αἰ. λόγος ἕβδομος C. οὗ ἡ ἀ. Τὸν αἰῶνα καὶ τὸν χρόνον A. ἕτερον C.

κϛ. περὶ φύσεως καὶ θεωρίας τοῦ ἑνὸς A. a Cod. C. absunt inde a κϛ' usque ad μδ', et hoc numero κϛ' significatum Cod. A. subjicit: οὗ ἡ ἀ. Παίζοντες δὲ τὴν πρώτην.

κζ. Ἐπισκ. δ. οὗ ἡ ἀ. Νοῦς φησιν ὁρᾷ ἐνούσας A.

Ἐννεὰς τετάρτη A.
ἐννεάδος τετάρτης B.

κη. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν τίς ποτε A.

κθ. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Ἐν τῷ κόσμῳ τῷ νοητῷ, ἡ ἀλη. A.

λ. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Περὶ ψυχῆς ὅσα ἀπορήσαντες A.

λα. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Τί οὖν ἐρεῖ. καὶ τίνων τὴν μνήμην A.

λβ. περὶ ψυχῆς ἀποριῶν ἢ περὶ ὄψεως τρίτον A.B. οὗ ἡ ἀ. Ἐπειδὴ ὑπερεθέμεθα σκέψασθαι A.

λγ. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Τὰς αἰσθήσεις οὐ τυπώσεις A.

λδ. περὶ ἀθανασίας ψυχῆς καὶ ὅτι οὐ δύναται εἶναι σωματικὴ A. οὗ ἡ ἀ. Εἰ δὲ ἔστιν ἀθάνατος, ἕκαστος A.

λε. περὶ τῆς...οὗ ἡ ἀ. Πολλάκις ἐγειρόμενος εἰς ἐμαυτὸν A.

λϛ. περὶ τοῦ εἰ πᾶσαι....A.B. οὗ ἡ ἀ. Ἆρ' ὥσπερ ψυχὴν ἑκάστου A.

Ἐννεὰς πέμπτη A.
Ἐννεάδος πέμπτης B.

λζ. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Τί ποτέ ἐστιν ἄρα τὸ πεποιηκὸς A.

λη. περὶ ... οὗ ἡ ἀ. Τὸ ἓν πάντα καὶ οὐδὲ ἓν A.

λθ. περὶ ... οὗ ἡ ἀ. ἆρα τὸν νοῦν ἑαυτὸ ποικίλον A.

μ. περὶ τοῦ πῶς ἀπὸ τοῦ πρώτου A.B. καὶ μετὰ τὸ πρ. B. οὗ ἡ ἀ. εἴ τι ἔστι μετὰ τὸ πρῶτον ἀνάγκη A.

μα. περὶ τοῦ ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοήματα ... A.B. οὗ ἡ ἀ. τὸν νοῦν τὸν ἀληθῆ νοῦν καὶ ὄντως A.

mentandum, ea potissimum exigebant a nobis exponi, quæ maxime declaratione apud illos egebant: quin etiam capitula omnium secundum editionis librorum tempora fecimus, præterquam de Pulchro. Nam deerat hic nobis notitia temporis. Verum in hoc non capitula solum secundum uniuscujusque libri modum exposita sunt, verum etiam argumenta, quæ sunt capitulorum more connumerata. Nunc vero libros singulos percurrentes puncta etiam signaque adhibere conabimur, et si quid usquam in dictionibus erratum fuerit, emendare, ac si quid aliud nos moveat, opus ipsum significare potest.

μβ. περὶ τοῦ ἐπέκεινα τοῦ A., in Cod. B. τὸ suprascriptum. In Cod. A. abest καὶ τί τὸ δευτέρως. οὗ ἡ ἀ. Τὸ μέν ἐστι νοεῖν, ἄλλο τὸ δὲ αὐτὸ A.

μγ. περὶ τοῦ εἰ καὶ τῶν καθ' ἕκα (sic) εἰσὶν ἰδέαι A. Cod. B. καθέκαστά εἰσιν ἰδέαι. οὗ ἡ ἀ. εἰ καὶ τοῦ καθ' ἕκαστόν ἐστιν ἡ ἰδέα A.

μδ. περὶ...οὗ ἡ ἀρχή. Ἐπειδὴ φαμὲν τὸν ἐν θέα τοῦ νοητοῦ A. Cod. C. τοῦ αὐτοῦ ἐννεάδος πέμπτης: περὶ τοῦ νοητοῦ κ. οὗ ἡ ἀ. κϛ' Ἐπειδὴ φαμὲν τὸν ἐνθέα τοῦ.

με. περὶ τοῦ νοῦ καὶ A.B. in Cod. B. καὶ ante τοῦ ὄντος abest. οὗ ἡ ἀ. Πάντες ἄνθρωποι ἐξ ἀρχῆς γενόμενοι A.

Ἐννεὰς ἕκτη A.
ἐννεάδος ἕκτης B.

μϛ. περὶ...οὗ ἡ ἀ. περὶ τῶν ὄντος (sic) πόσα καὶ τίνα A.

μζ. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Ἐπειδὴ περὶ τῶν λεγομένων δέκα A.

μη. περὶ...οὗ ἡ ἀ. Περὶ μὲν τῆς οὐσίας ὅπη δοκεῖ A., Cod. C. τοῦ αὐτοῦ ἐννεάδος ἕκτης λόγοι οὗτοι: περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταυτὸν ὂν ἅμα π. εἶ. ὅλον: λόγος πέμπτος (sic).

μθ. περὶ τοῦ ὂν ἓν...B. οὗ ἡ ἀ. (κζ' C.) ἆρα γε ἡ ψυχὴ πανταχοῦ πάρεστι C. et A., sed hic pro πάρεστι habet παντί.

ν. περὶ τοῦ ὂν ἓν B., abest in Cod. C. οὗ ἡ ἀ. Τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν ἀριθμῷ πανταχοῦ A.

να. περὶ ἀρ. λόγος ἕκτος C. οὗ ἡ ἀ. (κη' C.) ἆρα ἐστὶ (Ἆρ' ἔστι C.) τὸ πλῆθος ἀπόστασις A.C.

νβ. περὶ τοῦ πῶς τὸ A.B.C. τἀγαθοῦ A.B.C. λόγος ἕβδομος C. οὗ ἡ ἀ. Εἰς γένεσιν πέμπων (πέμπτων C.) ὁ θεὸς A.C.

νγ. περὶ τοῦ ἑκουσίου θελήματος καὶ τοῦ ἑνὸς A. περὶ ἑκουσίου καὶ θελήματος τοῦ ἑνὸς C. λόγος ὄγδοος C. οὗ ἡ ἀ. ἆρα ἐστὶν ἐπὶ θεῶν εἴ τι ἐστὶν A. λ' ἆρ' ἔστι καὶ ἐπὶ θεῶν. εἴ τι ἐστὶ C.

νδ. περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τοῦ ἑνὸς A.C. λόγος ἔνατος C. οὗ ἡ ἀ. (λα' C.) πάντα τὰ ὄντα, τῷ ἑνὶ ἐστὶν C. ὄντα A.

Cod. C. subjicit hæc:
τοῦ αὐτοῦ:
περὶ τοῦ πῶς δρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον:
οὗ ἡ ἀρχὴ:
λβ' Ἐπειδὴ πεπίστευται ὡς διὰ—
τοῦ αὐτοῦ:
περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων. ἤτοι περὶ τοῦ ἑνός:
οὗ ἡ ἀρχὴ:
λγ' Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα.

Cod. A. Τέλος τοῦ πίνακος.

Cod. B. denno recenset libros Ennead. primæ Τάδε ἔνεστιν ἐννεάδος πρώτης Πλωτίνου φιλοσόφου. Iisdem usus variantibus quas paullo prius hic Cod. exhibuit; sed in recensendo quinto libro λαμβάνει χρόνῳ scribit, quum prius χρόνῳ λαμβάνει scripserit.

## PORPHYRII DE VITA PLOTINI FINIS.

# ANNOTATIONES

## IN

# PLOTINI VITAM AUCTORE PORPHYRIO.

P. xlix. [a]. ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΠΛΩΤΙΝΟΥ A
ΒΙΟΥ] "Liber Scriptus a Porphyrio circa annum ætatis LXX, ut e capite 32. colligas. Eunapio memoratus et Theodulo sive Thomæ Magistro in Epistola ad Joannem philosophum apud Cangium adpendice ad Glossar. Græc. p. 5. in Ἀγγελικὸς βίος. Plotini Enneadibus præmittitur in Latinis et Græcolatinis editionibus. B
MSta exstat in Biblioth. August. Vindel. Nam in Antonii Reiseri Catalogo librorum illius bibliothecæ p. 73, ubi memoratur Porphyrii *Oratio de Vita Platonis* et dispositione librorum ejus, legendum λόγος, sive *liber* de vita *Plotini*." *Fabric.* in Bibl. Græc. Vol. V. p. 730. ed. Harles.
"Codd. Mssti præter Augustanum hi fere sunt: C
in biblioth. publ. *Parisina* ut plurimum cum Plotino codd. 1816. 1968. 1969. 1970. 1976. 2082. 2090.—In Biblioth. Coislin. cum Plotino cod. 169, teste Montfaucon in Biblioth. Coislin. p. 225.—Ex Porphyrii scriptis sunt excerpta sive eclogæ in Cod. Coislin. 294. auctore Montfaucon l. c. p. 412.—*Florentiæ* in Biblioth. Me- D
dic. Cod. XV. plut. 85. Cod. III. plut. 87. (Bandin. Catal. codd. Grr. III. Col. 274. et 383.) *Venetiis* in monast. S. Michaëlis cum Plotino, ut alibi (vid. Mittarelli biblioth. codd. msstor. col. 957.)—*Vindobonæ* in Cod. 175. n. 2. (Lambecii comment. VII. col. 405.)—*Monaci* in biblioth. elector. (reg.) Bavar. cod. 244. (Cata- E
log. p. 83.)—In biblioth. *Escorial.* teste quidem Ant. Augustino in catalog. Tarracone 1597. 4. Codd. Grr. nr. 199, sed a Plüero et Clarkio in indice Codd. Grr. omittitur, nisi in Plüerii indice: De vita *Platonis* et de ordine librorum ejusdem, vitiose pro *Plotino* exaratum fuerit Platonis nomen. [Haud dubie. Vid. supra Fabric. F
*Cr.*]—*Oxonii* in biblioth. collegii corporis Christi cod. 1584. (Catalog. Codd. Angliæ et Hibern. Tom. I. part. II. 51.)" *Harles.*—De plerisque horum Codd. msstorum dictum est a nobis in *Indice Apparatus Critici*, quo in hac editione adornanda usi sumus.—De inscriptione περὶ βίου non est quod moneam post Wyttenbachii disputationem ad Plutarch. De educat. puerorr. p. 113. Quod Porphyrius cap. XX. p. 127. ed. Fabric. in hoc libro *Marcellum* alloquitur, cui hunc librum inscripsisse videtur, haud improbabile est hunc eundem esse, qui inter Plotini discipulos Marcellus Orontius appellatur hoc eodem libro cap. VII. p. 106. Jam cum Cyrillus contra Julianum VI. p. 209. B. Marcellam Porphyrio connubio junctam prodat, Toupius ad Longini Fragg. V. 1. p. 520. Weisk. eam hujus Marcelli filiam esse suspicatur, Angelus Maius in not. in Porphyrii Epistolam ad Marcellam, nuper ab ipso repertam et editam p. 2. ed. princ. Mediol. (p. 609. in Opuscull. Græcorr. sententiosis T. I. ed. Jo. Conr. Orellii) consanguineam, Wyttenbachius ad Eunapium p. 43. ed. Boissonad. cautius: aut viduam, aut sororem, aut filiam, aut cognatam. Hujus libelli mentionem faciunt Eunapius in Plotino p. 6. Boisson. suam brevitatem Porphyriana ubertate excusans, et Eudocia in Violeto p. 363. quæ indidem haud pauca excerpsit. Lucas Holstenius, qui Porphyrii vitam et scripta egregio commentario illustravit, ex hac Plotini vita, cujus notitiam exhibet cap. VII. p. 43. sq. ed. Cantabrig. haud mediocriter profecit. Baylius autem in Dictionario indidem Plotini res Gallice exhibuit. Attigerunt eandem Porphyrii scriptionem multi alii, v. c. Lud. Vives et Coqueus ad Augustinum De Civitate Dei IX. 10. T. I. p. 840. Brucker. in Histor. Crit. Philosoph. II. p. 217. sqq. Heumann. in Actis Phil. T. I. p. 138. Moshem. in Institutt. Histor. Christ. Antiq. p. 2. Schoell. in Histoire de la Litterature Grecque profane Vol. V. p. 130. et p. 132. Gallice hanc Vitam vertit et Porphyrio De Abstinentia adjecit Jean Levesque de Burigny. Paris. 1747. Germanice Engelhardt. in libello: Die Enneaden des Plotin, cujus nihil nisi particula prima lucem vidit: Erlangæ 1820.

Insigniora ex eadem Vita Anglice exhibuit Thomas Taylor in Select Works of Plotinus. Londin. 1817. Ipse excerpta Germanica indidem posui in Studiorum Vol. I. Heidelbergæ 1805. Harlesius denique, qui in nova Bibliothecæ Græcæ editione nonnisi ea Porphyriani scripti capita exhibuit, quæ librorum Plotini notitiam habent, ceterorum summam tantummodo suis verbis complexus est. Ibidem laudavit eos, qui modo pressius modo laxius de Plotino egerunt: Eunapium, Suidam, Eudociam, Baylium, Bruckerum, Cudworthium, Moshemium, Heumannum, Meinersium, Hambergerum, Saxium, Eberhardum, Tiedemannum. Quibus adde Ruhnkenium, Wyttenbachium, Tennemannum, Matterum reliquosque, quorum locos cum in annotationibus in hanc Vitam, tum ad ipsas Enneadas adhibuimus; vel ad Fabricii locum de Plotino ex Bibliotheca Græca infra a nobis exhibendum adposuimus. *Cr.*

p. xlix. [b]. Πλωτῖνος] In edit. Græcolatina Basileensi sexcenties perperam scriptum *Πλοτίνον*, nec minus in aliis libris, v. c. in Stobæi Eclogg. I. 52. p. 888. Heeren. *Πλωτίνου* pro *Πλωτίου* vitiose scriptum in Plutarchi Crasso p. 543. B. videtur Wyttenbachio in Animadvv. in Moralia Vol. I. p. 626. ed. Oxon. formæ octon. Quæ vero lectio e Cod. Marc. B. consignata est in Varr. lectt. ad nostrum locum *Πλωτίνος*, ea adversatur Grammaticorum præceptis. Auctor Regull. de Prosod. ad calc. Hermanni De Emendand. Rat. Gram. Gr. p. 424. 11: *τὰ διὰ τοῦ ινος ἅπαντα περισπῶνται·* Κωνσταντῖνος, ***αντῖνος* (exple ex Etymol. Gud. p. 300. *Ταραντῖνος*) Πλω-*τῖνος*. Arguit autem nomen Romanam originem, utpote ductum a Plautus, Plotus (de quibus vid. Jul. Pontederæ Epist. I. de Veteri scribendi rat. in Scriptorr. Rei Rust. Vol. I. p. 332. Schneider.) Non est quod Plotinam Trajani uxorem memoremus, aut alias Plotinas e marmoribus eruamus: illud nos advertere debet in ara marmorea Romæ ap. Gruterum p. DCCCCXLI. nr. 4. memorari L. *Plotinum Phœbum.* Obvii sunt plures Phœbi tanquam servi et liberti Cæsarum cum in scriptoribus, ut apud Tacitum Annall. XVI. 5. tum in inscriptionibus. Jam quod in Taciti Historr. I. 11. memorari videmus Ægyptium hominem duplici nomine et Latino et Græco Tiberium Alexandrum: inde non conjecerim Plotini A majores ad hos Phœbos pertinuisse. Sed illud historiæ fide constat ex Augusti institutis, Præfecto juri dicundo (*τῷ δικαιοδότῃ*) tanquam administratores coactoresque (*οἰκονόμους*) additos esse per Ægyptum libertos Cæsaris (Strabo XVII. 12. p. 518. Tzsch. Muret. ad Tacit. Tom. IV. p. 90. ed. Ruhnken. Lipsius ad Tacit. Historr. B l. l. Letronne Recherches sur l'Hist. de l'Egypte p. 263. sqq. et p. 422.) Hinc intelligimus, quomodo philosophus noster homo Ægyptius, et qui Græco sermone uteretur, Latino nomine Plotini appellari potuerit; et fortasse haud absurdum sit suspicari eundem ortum esse e gente, quæ vel a Plotina Trajani vel ab aliis nobilibus Romanis C libertate donata horum nomen adepta sit, et fortasse ex ipsa familia aliqua illorum *ἀπελευθέρων καὶ οἰκονόμων Καίσαρος* vel *Σεβαστῆς* (Plotinæ), quos Strabo l. l. commemorat. Neque enim vereor, ne Plotini manes mihi succenseant, quandoquidem hic philosophus ad laudum præstantiam haudquaquam indiget nobilium majorum D imaginibus. Potuit tamen etiam ex ingenua gente ortus esse Plotinus, siquidem multos Romanorum in Ægypto rerum suarum domicilium collocasse probabile est (conf. Taciti Annall. II. 59): neque ex eo, quod uno tantum nomine Plotini appellatur, libertinam originem collegerim, siquidem Longinus etiam, qui Dionysius Cassius Longinus E dicitur, hoc solo nomine plerumque laudatur, ut docet Ruhnkenius in Dissertatione De Vita et Scriptis Longini §. I. p. LXX. sq. Weiskii. *Cr.*

p. xlix. [c]. *ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος—ὅτι ἐν σώματι εἴη*] "Scholæ Platonicæ philosophi *διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι*, ut Socratis verbis ex Phædone utar. Ex eadem fuit, qui F sub Mercurii Trismegisti nomine scripsit: *ἐὰν μὴ πρῶτον τὸ σῶμά σου μισήσῃς, ὦ τέκνον, σεαυτὸν φιλῆσαι οὐ δύνασαι.* De Porphyrio Eunapius: *τό, τε σῶμα καὶ ἄνθρωπος εἶναι ἐμίσησε.* Idem in Maximo: *κἂν τύχῃς τῶν μυστηρίων, αἰσχυνθήσῃ πάντως, ὅτι ἐκλήθης ἄνθρωπος.*" *Fabric.* David Philosophus in Prolegg. in Porphyrii Isagog. G fol. 7. Cod. Monac. n. 99: *περὶ δὲ τούτου λέγει ὁ Πορφύριος, ὅτι* Πλωτῖνος *ὁ* Ἕλλην (Ἕλλην non est in Cod. Mon. 399. A.) *ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ ὅτι περ ἐν σώματι ἦν.* Idem David in Cod. Parisino reg. nr. 1939:—*ὅτι* Πλωτῖνος *ὁ καθ' ἡμᾶς φιλόσοφος ἔοικεν ὥσπερ αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι ἦν.* Theophylactus Simocatta Epist. 25. p. 86.

ed. Commelin.: ἐπεὶ καὶ Πλωτῖνος ἐδόκει (leg. ex A Porphyrio: ἐῴκει) αἰσχυνομένῳ, ὅτι ἐν σώματι εἴη. οὕτως ἐλύπει τὸν φιλόσοφον τὸ θνητὸν τοῦτο περισκήνιον. Similia idem Epistola prima p. 72. e nostro Philosopho. Hunc locum cum ejusdem Porphyrii loco in Epistola ad Marcellum comparat Ang. Maius p. 26. ed. Mediol. p. 616. (in Opuscc. Græcorr. sententt. T. I.) ed. Orellii.— B Hinc Plotinus cum iis componitur, qui monasticam vitam sectarentur, quam vel ἀγγελικὸν βίον vocabant, vel τῶν ἀσωμάτων βίον ἐν σώματι (Sozomen. III. 14), vel aliis nominibus prædicabant. De hujus vitæ sectatoribus ita pronuntiat Theodulus in Epist. mscr. ad Joannem Philosophum in Appendice ad Cangii Glossarium Gr. p. 5: C Ἄνδρες ἐν γῇ μὲν ὄντες, ἐν οὐρανοῖς δὲ τὸ πολίτευμα κεκτημένοι, καὶ κατὰ τὸν ἐξ Αἰγύπτου Πλωτῖνον ὅ, τι σωμάτων σφισὶ προσῆκεν αἰσχυνόμενοι. Ad verba confer Theodoret. Therapeut. lib. VI. p. 868. Schulz.; καὶ Πλωτῖνος δὲ περιφανὴς καὶ οὗτος ἐν φιλοσόφοις συγγράμμασι. Eusebius Hist. Eccles. VI. 19. p. 293. ed. Taurin.: ὁ καθ' ἡμᾶς D ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος. *Cr.*

p. xlix. [d]. οὔτε περὶ τῆς πατρίδος.] "Patriam Plotini commemoravit Suidas, *Lycopolin* Ægypti. Habuit Suidas ab Eunapio, cui illa Λυκὼ dicitur, eadem forma ut Κυνὼ, Ἀντινὼ, Λεοντὼ, Ἡρὼ, Ἀνδρὼ et similia. Vide, si placet, Holstenium ad Ortelii Thesaurum, Africam Cla- E riss. Cellarii et Salmasium p. 55. ad Solin. Suidæ etiam Παῦλος Αἰγύπτιος ἐκ τῆς Λυκώ. Ita enim legendum Duæ autem fuere Lycopoles in Ægypto, una in Thebaide, cujus præter Macrobium lib. I. Saturnal. c. 17. meminit Agatharchides apud Photium p. 726. Et primus Thebaidis νόμος Λυκοπολίτης fuit, teste Ptolemæo. F Mentio illius νόμου etiam apud Porphyrium IV. de abstinentia ab animatis p. 373. Altera Lycopolis Stephano Byz. teste fuit in νόμῳ Sebennytico. Sed priorem illam Plotini patriam fuisse libenter mihi persuadeo." *Fabric.* Cum Fabricio facit Rhoerius ad Porphyr. de Abstinent. IV. 9. p. 324. Recte. Conficit enim rem Eudocia G in Violario p. 363: Πλωτῖνος ὁ ἐπιφανέστατος φιλόσοφος, ἀκουστὴς Ἀμμωνίου του φιλοσόφου, ἄπατρις μὲν φαίνεται. τινὲς δὲ Λυκοπολίτην φασὶν, ἀπὸ Λύκονος τοῦ ἐν τῷ Λυκοπολίτῃ νόμῳ τῆς Αἰγύπτου. οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοῦ γένους διηγήσασθαί ποτε ἠθέλησε τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς, οὔτε περὶ τῆς πατρίδος, ὡς δῆθεν οἰόμενος πρὸς τὰ ἄνω αὐτὴν εἶναι. De Lycopolitana præfectura consule Steph. Byz. ibiq. Berkel. p. 521. et Wesseling. ad Diodor. Sicul. I. 88. p. 99. De duabus urbibus nomine Lycopolis, altera in Ægypto inferiore, in superiore altera: Strabo XVII. p. 540. Tzschuck. p. 584. et 586. Græcis nunc dicitur Λύκου πόλις et Λύκων πόλις, etiam Λυκὼ, (de qua forma vid. Boissonadium ad Eunap. p. 149. sq.) Champollion in libro: l'Egypte sous les Pharaons I. p. 276. sq. appellatam dicit eam urbem a bestia Ægyptiis sacra, quæ ipsorum sermone vocaretur Pioûônsch; esse autem Chacalum qui hodie dicitur. Pro eo deinde lupum posuisse veteres, indeque *Lycopolin* dictam eam urbem, Ægyptiis appellatam *Sioouth*, Arabibus hodieque *Asiouth* vel *Osiouth*. Ejus urbis antiquitates descripserunt nuper MM. Tollois et Devilliers in magno opere: Déscription de l'Egypte. Paris. 1818. (Antiquité. Livrais. III. chap. XIII.) Hinc facile corrigi possunt aliquot errores. Primum quod scriptor in Matthæi Notitia Codd. Moscovv. Nr. VI. 4. Plotinum oriundum facit ἐκ Λυκίας. Hoc non magis verum, quam quod Græcus (Ἕλλην) dicitur philosophus Lycopolites loco supra laudato. Voluit fortasse: ἐκ Λύκου πόλεως. Idem David philosoph. in Porphyr. Isagog. in Cod. Paris. Reg. nr. 1939. ita prodit:—Πλωτίνου τοῦ Λυκοπολίτου. Λύκος (scrib. Λυκὼ) δέ ἐστι πόλις ἐν Αἰγύπτῳ. Idem in Cod. Monac. nr. 99:—Πλωτίνου τοῦ Λυκοπολίτου· ἡ δὲ Λυκόπολις ἐν Αἰγύπτῳ πόλις (omittit alter Codex Mon. nr. 399. A. πόλις, quod placet: itemque Cod. apud Neumannum in Mémoire sur la vie et les ouvrages de David, philosophe Armenien) ἐστί. Ex eodem Davide lucramur etiam Proverbium sive dictum, Plotino perquam honorificum:—εἰς ὃν καὶ ἐλέχθη (Πλωτῖνον), οὐ πολλοὺς Αἴγυπτος (Monac. 199. addit τίκτει, sed alter Monac. 399. elegantius omittit cum Cod. Paris.), ἐπὰν δὲ τέκῃ (Cod. Paris. 1900. ἐπὶ i. e. ἐπεὶ δὲ τέκει. Neumann. in libello laud. ἐπὴν, et ita Cod. Paris. 1939), μέγα τίκτει: *Non multos Ægyptus: sicubi autem pepererit, magnum parit.* (Cod. Paris. 1900. in ora additum habet: τοῦτο δὲ ἐξάκουστον περὶ Πλωτίνου εἴρηται.) Mirari autem subit, Tiedemannum in libro, qui inscribitur: Geist der speculativen Philosophie III. p. 266. scribere potuisse: *ignotam patrium Plotini urbem esse. Cr.*

p. xlix. [e]. ζωγράφου δὲ ἀνασχέσθαι ἢ πλάστου A τοσοῦτον ἀπηξίου κ. τ. λ.] "Idem de Agesilao narrant Cicero V. 11. Epist. Plutarchus p. 596. et Suidas in μήτε πλαστάν. Similiter neque fingi neque pingi se voluit Accius Poëta et recenti ætate Augerius Busbequius, Gabriel Palæotus, Marcus Velserus, Jo. Vincentius Pinellus, Jacobus Gretserus, Thomas Gatakerus, Anto- B nius Varillasius, Valerius Herbergerus, Caspar Scioppius, Vincentius Placcius noster et vir summus Jo. Mabillonius." *Fabric.* Ad locum Plutarchi a Fabricio laudatum adde p. 191. d. et adhibe Wyttenbachii Animadvv. p. 1107. sq. Conf. etiam Coray ad Plutarch. Agesil. p. 342. Recentioribus, a Fabricio memoratis, post Ma- C billonium adjunge L. C. Valckenaerium illum. Rem narrat Wyttenbachius in Vita Ruhnkenii p. 140. De constructione verbi ἀνέχεσθαι non est quod dicamus post Fischerum in Indic. in Æschin. Socrat. sub voc. ἀνέχεσθαι (ubi Phavorini regula laudata fluxit ex Eustathii Commentariis in Odyss. XIX. 27. p. 680. 12. Basil.) D Ast. ad Platon. Rempubl. p. 592. et p. 625. et Matth. Gr. gr. §. 359. p. 673. conf. p. 1315. ed. alter. Ad locutiones adhibe Juliani Imperator. Epist. ad Alexandrin. LVIII. p. 110. ed. Heyler.: ἀνδρὸς οὗ φατε ποθεῖν εἰκόνα καὶ μορφήν. Idem ad pictorem LXV. p. 134: Σύ μοι ἀλλότριον σχῆμα πῶς ἐδίδους, ἑταῖρε; Οἷόν με εἶδες, E τοιοῦτον καὶ γράψον. Hæc ipsa Porphyriana plus minusve immutata referunt posteriores. Anonymus in Cod. nostro Palatino Heidelbergensi nr. 129. fol. rect. 41: ὅτι· ὁ Πλωτῖνος εἰκόνα καταλιπεῖν αὐτοῦ τινὸς ζητοῦντος οὐκ ἤθελεν· ἀρκεῖ γὰρ ἔλεγεν, ὃ ἡ φύσις εἴδωλον ἡμῖν περιτέθεικεν, καὶ μὴ εἴδωλον εἰδώλου χρῆναι δημιουργοῦν- F τας καταλείπειν. David in Cod. Paris. l. l.: περὶ οὗ καὶ λέγουσιν ὅτι θελησάντων τινῶν εἰκόνα αὐτοῦ στῆσαι οὐκ ἠνέσχετο, λέγων ὅτι ἀρκεῖ μοι τὸ ἐκ τῆς φύσεως εἴδωλον ἔχειν, οὐ θέλω καὶ εἰδώλου εἴδωλον ἕξω. Idem in Cod. Paris. 1937. et in Monac. n. 399: βουλομένων δέ τινων ἀναθέσθαι αὐτῷ εἰκόνα, ἔφη ὅτι ἀρκεῖ μοι τὸ ἐκ τῆς φύσεως εἴδωλον, G τουτέστι τὸ σῶμα, καὶ μὴ εἰδώλου εἴδωλον ἔχειν. Sahunius, cui hæc Parisina debeo, conjicit: καὶ μὴ ἐθέλειν εἰδώλου εἴδωλον ἔχειν, vel: καὶ οὐ θέλω εἰδώλου. Cod. Monac. addit: εἰδώλου δὲ εἴδωλον τὴν εἰκόνα ἔφη. τοῦ γὰρ σώματός ἐστιν ἐκτυπώμενα (scrib. ex altero Cod. Mon. ἐκτύπωμα). Similem locum Æneæ Gazæi in Epist. XII. exhibet Fabric. in Bibl. Gr. in loco de Plotino Vol. V. p. 695. ed. Harles. Hæc autem recusatio Plotini, quo minus se pingi vellet, conjuncta est cum ejus decreto de homine quadrifariam cogitando; ita ut homo in corpore habitans pænultimo sit gradu constitutus, pictus homo, deterior etiam, ultimo. Vid. Plotin. et Ficin. III. 3. 15. p. 629. infr. et p. 630. E. Cf. etiam p. 697. extr. Quod verba: ὃ ἡ φύσις εἴδωλον ἡμῖν περιτέθεικεν attinet, similia habet Olympiodorus in Platonis Alcib. pr. Cap. V. p. 51: καὶ τοῖς ἀσωμάτοις σχήματα καὶ μεγέθη καὶ σώματα περιτιθεῖσα (ἡ φαντασία) καὶ τόπῳ περιορίζουσα τὸν θεόν. Mox: ὡς δή τι τῶν ἀξιοθ. ἔργων: Adjeci *scilicet* versioni Ficinianæ, quo vis ironiæ sentiretur, quæ in ὡς δὴ inest, de qua vid. Ast. ad Platon. Phædr. p. 272. ad Remp. I. 11. p. 355. et de harum vocularum constructione Osann. ad Philemon. Gramm. p. 261. sq. et Jacobs ad Philostrat. Imagg. p. 422. *Cr.*

p. xlix. [f]. καὶ καθεδεῖσθαι ἕνεκα τούτου ἀρνουμένου] De hac forma Futuri non est quod exponam post Pierson. ad Mœrin. p. 212. Lobeck. ad Phrynich. p. 269. Buttmann. in Gram. ampl. §. 94. not. 19. et §. 114. Illud attentione dignum, quod *sedendi* verbum plane hic usurpatur, ut nos usurpamus: *einem Maler sitzen.* Alterum addo, quod etiam *pingens* sedere dicitur. Philostratus Vit. Apollon. II. 22. p. 74: Ζωγράφος οὖν ὁ θεὸς—καταλιπὼν τὸ πτηνὸν ἅρμα, ἐφ' οὗ πορεύεται διακοσμῶν τὰ θεῖά τε καὶ τὰ ἀνθρώπεια (Imitatur Platonem in Phædro p. 246. e. quod miror non vidisse Clearium) κάθηται τότε ἀθύρων (Cod. Schellersh. κάθηται πότε ὡς ὁ ἀθύρων. Jacobs. ad Imagg. p. 195. B. τότε ὡσεὶ ἀθύρων. bene) τε καὶ γράφων ταῦτα, ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν τῷ ψάμμῳ; Tertio loco in pingendis personis artificium spectatur umbræ lucisque, ubi *sedentes* exhibentur. Philostr. Imagg. II. 32. in Palæstra: Καθῆσθαι δὲ τὴν κόρην, πάνσοφόν τι τοῦ ζωγράφου. πλεῖστα γὰρ τοῖς καθημένοις αἱ σκιαί. καὶ τὸ καθῆσθαι αὐτῆς εὔσχημον. ubi vid. Jacobs. p. 564. Adde Junium de Pictura Veterum hunc locum tractantem p. 171. *Cr.*

p. xlix. [g]. ποιήσας—τὰς ἐκ τοῦ ὁρᾶν φαντασίας πληκτικωτέρας λαμβάνειν κ. τ. λ.] Ad universum hunc locum facit Plato Republ. VI. p. 484. p. 275. Bekk. καὶ μηδὲν ἐναργὲς ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες παρά-

δειγμα—ὥσπερ γραφῆς, itemque Philo Jud. Quod A Deus sit incorrupt. p. 278. sq. Mang: φαντασία δ' ἐστὶ τύπωσις ἐν ψυχῇ. ἃ γὰρ εἰσήγαγεν ἑκάστη τῶν αἰσθήσεων, ὥσπερ δακτύλιός τις ἢ σφραγὶς, ἐναπομάξατο τὸν οἰκεῖον χαρακτῆρα. Κηρῷ δὲ ἐοικὼς ὁ νοῦς τὸ ἐκμαγεῖον δεξάμενος ἄκρως παρ' ἑαυτοῦ φυλάττει, μέχρις ἂν τὸν τύπον λεάνασα λήθη ἢ ἀντίπαλος μνήμης ἢ ἀμυδρὸν ἐργάσεται (ἐργάσηται B libri mss. et editi ap. Pfeiff. II. p. 406.) ἢ παντελῶς ἀφανίσῃ. (E Stoicis hausit hæc, ut multa alia, Philo. Cf. Baguet. in Chrysippo p. 61. et p. 182.) Plutarch. Symposiacc. VIII. p. 736. B. p. 1035. Wytt.: οὐδὲν οὖν τρανὸν, οὐδὲν ἔναρθρον οὐδὲ εὔσημον ἐν ταῖς φαντασίαις ἀποδίδωσι. (De τρανὸν dixi ad Plotin. p. 487. A:) Huc pertinent C φαντασίαι μορφωτικαὶ Procli in Alcib. pr. p. 245. ed. nostr. et Olympiodori hæc in Alcib. pr. p. 51: ἡ φαντασία τύπους ἀναπλάττουσα πάρεστι τῇ ψυχῇ. Rursum Philo De Mundo Vol. II. p. 602. Mang.: καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκεν ἢ τρανοτέρας λαβεῖν φαντασίας. Quid sit φαντασίαν λαβεῖν docet Dorvill. ad Chariton. III. 9. p. 408. Lips. Scholiastes D Platonis ad Gorg. p. 120. Ruhnk.: ὡς σαφέστερόν τε καὶ πληκτικώτερον. Cf. Wyttenb. ad Plut. Præcept. Sanit. p. 847. et Barker. ad Etymol. M. p. 886. Add. Procl. in Alcib. pr. p. 289. ed. nostr.: τοὺς πληκτικωτέρους τῶν ἐλέγχων cui respondet τὰ πικρότερα τῶν ῥημάτων. Quæ vero Græcis φαντασίαι, ea Latinis *visa*, seu species E rerum in animo informatæ (Ernesti Cl. Cic. in φαντασία): unde Ficinianæ versioni commode substituas: *ut visa evidentiora* (et efficaciora) *in animo* conciperet. Mox de ἰνδάλματος vid. Ruhnk. ad Tim. Lex. Plat. p. 150. Plotin. IV. 6. 1. ἰνδάλματα ὁραμάτων. VI. 8. 18. ἰνδάλματος ἀρχέτυπον et sæpe alibi. Mox τὸ εἴκασμα. De F pictore Plato usurpat εἰκάζειν. Republ. II. 377. p. 95. Bekk. cf. ad eum locum Ast. p. 428. Mox καὶ συνδιορθοῦντος εἰς ὁμοιότητα τὸ ἴχνος Ἀμελίου i. e. *visorum vestigia*. Verbum rarius συνδιορθοῦν. Hippocrat. de Fractis VI. p. 753. de membris ligatura componendis et reformandis usurpat. Vid. Foes. l. l. Iamblichus de Vita Py- G thag. XIX. 92. p. 202. Kiessling. ἐκέλευσέν τε μένειν αὐτοῦ (Ἀβάριδα) καὶ συνδιορθοῦν τοὺς ἐν τυγχάνοντας, ubi aliter atque nostro loco verbum decurtarunt librarii: nam Cod. Paris. et Lederlin. exhibent διορθοῦν: integrum servarunt Ciz. Monacc. A. B. et Vindob. Admonent hæc Platonis in Cratylo p. 424. D. p. 88: ὥσπερ οἱ ζωγράφοι βουλόμενοι ἀφομοιοῦν κ. τ. λ. cui loco adhibendus Schneider. ad Theophrast. de Lapidd. p. 579. *Cr.*

p. xlix. h. εἰκόνα αὐτοῦ γενέσθαι ἡ εὐφυΐα τοῦ Καρτερίου παρέσχεν—ὁμοιοτάτην] Contrarium dicitur Joanni Philopono in Aristotel. De Generat. IV.: οἱ ζωγράφοι ἀποτυγχάνουσι περὶ τῆς τῶν μιμουμένων ὑπ' αὐτῶν ἐμφερείας. De εὐφυΐᾳ, ingenii dexteritate et de voce εὐφυὴς de poëtis (Plutarchi Morr. I. p. 54. p. 207. Wytt.) aliisque artificibus usurpari solita, non est, quod dicamus post Holsten. ad Porphyr. de Vit. Pythag. I. p. 3. sq. Kuster. Heynium ad Epictet. Enchir. 41. p. 161. Irmisch. ad Herodian. IV. 7. 2. Unum locum attingam: Iamblich. Protrept. XII. p. 68. p. 162. Kiessl.: καὶ μόλις αἰσθάνοιτο (Cod. Memm. αἰσθάνοιντο. recte) διὰ τὴν εὐφυΐαν καὶ τὴν παρὰ φύσιν ζωήν. Kiessling. vult legi δυσφυΐαν. Lenius foret ἀφυΐαν: sed omnes libri mei in vulgata perseverant, et J. A. Fabricius, cujus annotationes in eum librum mecum communicavit Jac. Geelius V. Cl., intentatam reliquit. Contrarium in pictoribus est ἡ ἀσθένεια. Plutarch. de Discern. adul. ab amico p. 53. D. p. 203. Wytt.: ὥσπερ οἱ φαῦλοι ζωγράφοι τῶν καλῶν ἐφικνεῖσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν, ἐν ῥυτίσι καὶ φακοῖς καὶ οὐλαῖς τὰς ὁμοιότητας ἀναφέρουσιν. Istiusmodi pictoribus non aggregandus Carterius, neque vero illis, qui βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς fingebant homines, quales pictores Platoni obversabantur, cum scriberet, quæ leguntur Reipubl. libr. V. p. 472. p. 259. Bekk., sed illis qui ὁμοίους εἴκαζον, ut Dionysius ille ἀνθρωπογράφος, ut est apud Aristotelem Poët. II. 2. 3. Sed si memoriter pingendi difficultatem cogitamus et simul seculum post Christum n. tertium, quo jam evanescere cœperat sculptura nedum ars pictoria (Vid. Frid. Thiersch. Epochen der bildenden Kunst unter den Griechen p. 271. sqq. et p. 392. ed. alter.): mirari subit Junium in Catalogo Artifice. p. 47. nil nisi exilem notitiam ejus rei ex hoc ipso loco depromsisse, Silligium autem in suo Catalogo Artificum Carterium plane omisisse. Cæterum hæc narratio exemplum etiam exhibet nobis familiaritatis, quæ artifices inter atque philosophos Græcorum sæpius coierat, et admonet nos colloquii Socratem inter atque Parrhasium pictorem habiti apud Xenoph. Memorr. III. 10. *Cr.*

p. l. [i]. κοιλιακῇ δὲ νόσῳ πολλάκις καταπονούμενος] A Aliud egit Heumannus, cum in Actis Phil. T. I. p. 140. Fabricium diceret non correxisse Ficinianum *colico*. Vero correxerat. De confusione κοιλιακὸς, κωλικὸς, etiamque κολικὸς jam dixit Henr. Stephanus in Dictionar. Medic. p. 385. sqq. Pseudo-Crates epist. III. in Notices et extr. ed. Boisson. Tom. XI. 2. p. 18: οἱ μὲν B ἰατροὶ μίαν ἔγραψαν κοιλιακὴν διάθεσιν, ἣν ἔλεγον ποιεῖν ἀπεψίαν, ubi est: *affection de l'estomac*, et διάθεσις *indisposition*, docente viro docto, quem modo laudavi. Eo habitu chronico laborasse Plotinum arguunt verba Porphyrii, ut adeo in eum cadat descriptio Celsi de Medicin. IV. 12. p. 220. Almeloveen.: "In ipsius vero ventriculi C porta consistit is (morbus), *qui et longus esse consuevit*, et κοιλιακὸς a Græcis nominatur:" ubi consule Medicorum veterum locos ab Almeloveenio congestos. Adde Aëlii sermon. IX. περὶ τῶν κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας παθημάτων κ. τ. λ. Venet. Mustoxid. et Schinæ p. 1. sqq. ubi p. 4. vocabula κοιλιακοὶ et δυσεντερικοὶ junguntur.— D Mox θηριακὰς ἀντιδότους cur commendaverint medici in promtu est, si cogitas hæc medicamenta e lacrymis papaveris, myrrha aliisque simplicibus composita esse, quæ ad alvum sistendam valerent. Quod vero hæc aspernatur philosophus causatus, se nec mansuetorum animalium carnibus vesci, hoc ita demum expeditur, si teneas, E non solum castoreum nonnunquam additum esse illis simplicibus, teste Celso V. 23. p. 275. sq.; sed etiam, et potissimum a Neronis inde ætate, inventore Andromacho, ejusmodi theriaca invaluisse, quibus *viperarum carnes* adderentur, ut hodieque fit per Italiam, ac quando vipera Græcis θηρίον dicta est κατ' ἐξοχὴν, hinc id genus F medicamenti similiaque appellata: θηριακαὶ ἀντίδοτοι sive θηριακαὶ simpliciter. Vid. Trall. V. p. 77. Salmasii Exercitatt. Plinn. p. 265. sqq. et p. 743. et Jo. Gorræi Parisini Definitionum Medicarr. librr. p. 180. ed. Francof. Habet igitur Plotini excusatio hanc vim, ut eum dicentem cogites: Quid ego, qui nec mansuetis carni- G bus vescor, viperarum carnes devorare sustineam; et fortasse, uti erat facete dicax homo, in Platonica sententia ludens nonnunquam reposuit medicis: Nolite θηριακὰς mihi ingerere, ἔστι γὰρ θηρία ἐν ἡμῖν. Mox λουτροῦ δὲ ἀπεχόμενος καὶ τρίψεσι χρώμενος. Iamblich. de Vit. Pythag. c. XXI. p. 212. Kiessl.: μετὰ δὲ τὸν περίπατον λουτρῷ χρῆσθαι. Publicis tamen balneis abstinebant Pythagorei (Perizon. ad Ælian. IV. 17.) Ex nostro tamen loco non collegerim, quod collegit J. Conr. Orellius in Additt. ad Notas in Symboll. Pythagg. p. 667. nimirum recentiores Pythagoreos omnino balneis, cum publicis tum privatis abstinuisse: imo contrarium. Nam etsi Platonici quidam recentiores Pythagoricum vivendi genus vel maxime sectati sint, hoc tamen ipsum de Plotino tanquam singulare quid commemorat h. l. Porphyrius. Ἀνατρίψεων (ita enim veteres appellabant frictiones: τρίψεις recentiores) post Hippocratem aliosque præcipuus laudator fuit Asclepiades. De Hippocrateis Asclepiadeisque frictionum decretis vid. Foësii Œconom. Hippocrat. in voc. ἀνάτριψις et Almeloveen. ad Celsum II. 14. p. 87. sqq. *Cr.*

p. l. [k]. τοῦ λοιμοῦ ἐπιβρίσαντος] "Gravis illa pestilentia intelligitur, quæ Gallieno imperante grassata est Romæ teste Victore, tamque vehementer, quemadmodum scribit Trebellius Pollio, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent. Accidit hoc anno Christi 262. Gallieni 9. 10. nec diu post Porphyrius ad Plotinum se contulit." *Fabric.* Ἱερᾷ νόσῳ laborasse Plotinum prodit Suidas in Πλωτῖνος III. p. 134. Kust. Quod parum credibile est in hoc silentio Porphyrii. Locum Firmici integrum exhibet Fabric. Bibl. Gr. Vol. V. p. 695. Harlesii, cui variam lectionem adjecimus. Quod ibidem pestilentia corrupisse Plotinum dicitur, non de morte accipiendum est. *Cr.*

p. l. [l]. τὴν τοῦ κυνάγχου ἀγριότητα] Ita libri nostri omnes. Nemo vero propterea κύναγχον (τὸ) cogitaverit, quod est genus herbæ canibus aliisque quadrupedibus noxium (Dioscorides IV. 81). Usitatius vero erat ἡ κυνάγχη. Hippocrates tamen De locis in Homine Sect. IV. cap. 13. p. 419. Foës.: κύναγχος ἀπὸ αἵματος γίνεται, ὅταν τὸ αἷμα πάγῃ τὸ ἐν τῇσι φλεψὶ κ. τ. λ. Igitur Ionica forma usus est Porphyrius, de qua nuper diximus ad Herodot. I. 9. p. 28. sq. ed. Bæhr. et nostr. De hoc morbo vid. Galeni Comm. in Aphorismm. Hippocrat. IV. Sect. 34. et cf. H. Steph. Dict. Med. p. 382—384. Foësii Œcon. Hippocrat. p. 221. et Gorræi Definitt. Medicc. p. 253. sq. Dicitur hic morbus etiam συνάγχη. Vid. l. l. quod nomen obvium in Luciani Pseudo-

logist. §. 27. p. 183. T. III. ed. Wetsten. etiam A in Plutarchi Vita Demosthen. c. 25. p. 222. Coraii sine ulla varietate librorum et citante etiam Wyttenbachio ad Plutarchi Morall. p. 405, ut mirer Ruhnkenium in Hist. Critica Oratorr. Græcorr. idque in omnibus editt. v. c. in novissima Bergmanni V. Cl. Vol. I. p. 350, lectore non monito, ita laudare Plutarchea: οὐχ ὑπὸ B κυνάγχης, ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης εἰλῆφθαι—τὸν δημαγωγόν. Mox ad τῆς φωνῆς—τὸ τορὸν καὶ εὔηχον consule Geoponica VI. 3. 2. ἦχόν τινα ὀξὺν καὶ τορόν. Bergler. ad Alciphron. III. 48. p. 154. cum Wagnero et Wyttenbach. ad Eunap. p. 162. sq. De aliis significationibus vocum τορὸς et τορῶς vid. Lexic. Xenophont. IV. p. 319. et C Heindorf. ad Platon. Theætet. §. 84. p. 400.— Mox βραγχῶντος αὐτοῦ. Hippocrat. Epidemior. VII. p. 1211: καὶ ἡ φωνὴ βραγχώδης. Idem ibidem extrem. et sq. ὁμοίως κυναγχικῷ βραγχώδει πνιγμὸς καταπίνοντι. Cf. Foësii Œconom. Hippocr. p. 79. et Gorræi Definn. Medd. in βράγχος p. 79. *Cr.* D

p. l. [a]. τῆς πόλεως ἀπαλλάττεται, εἰς—Καμπανίαν.] Steph. Byz. p. 442. Strabo V. 3. p. 185. Tzsch. ubi de nomine et situ reliquisque. Attigit hanc profectionem Plotini J. Lipsius in Epistt. Cent. IV. Miscell. epist. 39. p. 189. sq. addens: "Vides hominem humana ubique pati: locum non excipere sed animum vincere." *Cr.* E

p. l. [b]. Ζήθου] "Infra cap. VII." *Fabric.* ubi nonnihil apponam. *Cr.*

p. l. [c]. Μιντούρνων—Μιντούρναις] Ita scripsi auctoritate librr. MSS. pro Μητούρν. Similiter peccatum erat in Appiani Civill. I. 61. ubi Μιτούρνας, scriptum fuerat. Vid. Schweighæuseri Annott. p. 710. In Plutarchi Mario c. XXXVII. F init. sine varietate legimus Μιντούρνης et cap. XXXVIII. pr. Μιντούρνας. De hoc oppido Ausonum ad Lirim sito plura Cluver. Ital. Antiqq. III. 10. et Cellarius Geogr. Ant. II. 9. p. 826. sq. Add. Pauli Merulæ Cosmogr. II. 4. p. 1054. ed. Plantin.

p. l. [d]. ὁ Καστρίκιος] "Hic est Firmus Castri- G cius, cui Porphyrius libros suos περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων inscripsit." *Fabric.* Ad eum vid. Rhoer. p. 2. Scripserat Firmus Castricius commentarium in Platonis Parmenidem Vid. Fabric. Bibl. Gr. Vol. III. p. 79, ed. Harles. De aliis Castriciis vid. Gell. N. A. I. 6. ibiq. Gronov. Castricii etiam nescio cujus in Synesii Epist. 36. Cæterum ex hoc fortasse loco anonymus Britannus in Vita Platonis colligere sibi posse visus est, pauperrimum fuisse Plotinum, cui obloquitur ejus interpres Car. Morgenstern. V. Cl. p. 119. not. 6. *Cr.*

p. l. [e]. ἐν Ποτιόλοις] Puteoli antiquitus Δικαιάρχεια. Strabo V. 7. p. 196. sqq. Tzsch. Steph. Byz. in Δικαιάρχεια. In Strabone est Δικαιαρχίαν. Sed Polybius III. 91. 4: Δικαιάρχεια (cf. Schweigh. Indic. Geogr. in Puteoli) Plura Cellar. Geogr. Antiq. II. 9. p. 839. sqq. Philostratus de Apollonio Tyanensi VII. 10. p. 286: ἀφίκετο ἐς (εἰς Cod. Schellersh.) Δικαιάρχειαν πεμπταῖος. Similiter Lucas Actorr. XXVIII. 13: δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους, ubi consule Wetsten. T. II. p. 654. Erat autem hæc urbs Municipium, vel, ut accuratius dicam, Præfectura. Cic. pro M. Cœlio II. 5. Festus in *Præfectura* p. 364. Dac.: Ev. Otto de Ædilib. Colonn. et Municipp. p. 301. sqq. De *Savigny* in *Geschichte des Roem. Rechts in Mittelalter* I. p. 39. sq. *Cr.*

p. l. [f]. τὸν ἐν ὑμῖν θεὸν] "Al. τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον." *Fabric.* Atque ita scripsi auctoritate plurium librr. nostrr. et marg. Ed. Basil. quæ in ordine habet: τὸν ἐν ὑμῖν θεόν. De vi sententiæ dixi cum ad Procli Institt. Theol. c. 185. p. 276. tum ad Plotinum p. 62. E. et p. 660. A. ubi etiam ἡμῖν reperitur. *Cr.*

p. l. [g]. δράκοντος—εἰς ὀπὴν—ὑπάρχουσαν ὑποδεδυκότος] Eudocia de Plotino p. 363: τελευτῶντος δὲ τοῦ Πλωτίνου ἐν Καμπανίᾳ δράκων τις ὑπὸ τὴν κλίνην διῆλθεν, ἐν ᾗ κατέκειτο, καὶ εἰς ὀπὴν ἐν τῷ τοίχῳ τυγχάνουσαν ὑπέδυ. De voce ὀπὴ vid. Eustath. in Odyss. α'. vs. 320. Pierson ad Mœr. p. 289. Valckenaer. Scholl. in N. T. II. p. 587. Similes fabulas alii quoque scriptores de aliis memorant. Plin. H. N. XV. 44. 85: "Subest specus, in quo Manes ejus (Scipionis Africani majoris) custodire draco dicitur." Cf. Origen. c. Celsum IV. p. 203. Cogitandi sunt autem in his dracones, qui ἀγαθοδαίμονες dicti, Veteribus et bonorum geniorum loco habiti. Cf. Salmasii Exercitt. Plinn. p. 275. a. B. *Cr.*

p. li. [h]. τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς Κλαυδίου βασιλείας πληρουμένου] "Natus igitur Plotinus A. C. 205. mortuus A. 270. anni 66. non exacti." *Fabric.* Syncellus in Chronograph. p. 361. Paris. ad ann.

Mundi 5728. p. Chr. n. 228: Πλωτῖνος φιλόσοφος, ὁ τὰς ἐννεάδας γράψας, ἤκμαζεν, et ad ann. A Mundi 5737. p. Chr. n. 237: Πλωτῖνος φιλόσοφος τῆς Πλατωνικῆς διατριβῆς καθηγούμενος. De ætatibus Ammonii Saccæ, Plotinique ac Porphyrii classicus est locus Theodoreti Therapeut. VI. p. 868. Schulz. Hæc de anno mortis Porphyrii verbis refert etiam Eudocia p. 363. *Cr.* B

p. li. [i]. Τελευτῶντι δὲ ἐγὼ ἐτύγχανον—διατρίβων] Hic usus Dativi pro Genitivis absolutis nec Platoni aliisque probatis scriptoribus ignotus, vid. Matth. Gr. gr. §. 389. sq. ibiq. laudd. *Cr.*

p. li. [k]. ἐν Λιλυβαίῳ] "In Lilybæo Siciliæ promontorio versatum Porphyrius etiam se scribit C infra c. II. et ex eo Eunapius." *Fabric.* Mox retinui Σευήρου cum bonis libris et licet scriptores ut plurimum Σεβῆρος usurpent, in nummis tamen utraque scriptura obvia est. Vid. Raschii Lex. R. Numar. IV. 2. p. 335. et Zoëga in Nummis Ægypt. Imperatorr. p. 270. sq. in his etiam Σευήρου. Intellige autem nostro loco L. Septi- D mium Severum. *Cr.*

p. li. [l]. τοῖς αὐτοῦ γενεθλίοις—ἐν τοῖς Πλάτωνος καὶ Σωκράτους—γενεθλίοις] In vulgus hodie nota sunt, quæ Grammatici de vocibus γενέθλια et γενέσια præcipiunt. Schol. Platon. in Alcib. pr. p. 77. Ruhnk. Lobeck. ad Phrynich. p. 103. Συναγωγ. λεξ. in Bachmann. Anecdott. Grr. I. E p. 184. Olympiodor. in Alc. pr. l. l. p. 161: ἤτοι ἀπὸ γένους, ἀπὸ γενέσεως, ἃ γενέθλια ἐκάλει (Σωκράτης). Fronto Epistoll. Græc. ed. princ. Mediol. p. 412: ἐχρῆν δὲ ἄρα πάσας τὰς πανταχόδεν (corrige πανταχόθεν) γυναῖκας ἐπὶ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀθροίζεσθαι καὶ ἑορτάζειν τὰ σὰ γενέθλια. Nostro autem loco tenenda est duplex construc- F tio: Plato Symposio p. 203. p. 429. Bekk.: ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλίοις. Dio Cass. LXXVIII. p. 1325. Reimar. p. 495. Sturz. τὴν δὲ ἱπποδρομίαν τὴν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ τελουμένην, ubi nihil variant libri, et noster locus utramvis rationem confirmat. *Cr.*

p. li. [m]. ἐν τοῖς Πλάτωνος—παραδεδομένοις γενε- G θλίοις] "Notum est Philosophorum insignium natales a discipulis post illorum fata feriatos habitos solennibus conviviis. Sic de Platonis natalitiis apud Plutarchum VIII. 1. Sympos. De Epicuro vide, si juvat, quæ viri docti ad Laërtii X. 28. Etiam Πλωτίνεια Athenis celebrata, e Longino testis Porphyrius apud Euseb. X. 3. præparat. nisi Πλατώνεια ibi legendum, ut infra c. 15." *Fabric.* Ruhnken. Diss. de Longin. VIII. p. 506. Bergm.: "Denique Πλατωνείων celebratio, quæ ipsi (Longino) tribuitur, non Grammaticis aut Rhetoribus, sed philosophis usitata reperitur. Porphyrius ap. Euseb. P. E. X. 3. p. 464: τὰ Πλατώνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι—ubi deteriorum librorum scriptura Πλωτίνεια inducti Holstenius in Vita Porphyrii p. 11. et Langbænius in Vita Longini, Plotini natalem a Longino celebratum putarunt. Verum nec Plotino magistro usus erat Longinus, neque tantum sibi auctoritatis Plotinus constituerat, ut Longinus talem ei honorem, præterito Ammonio et Origene, sub quibus profecerat, haberet." Boissonadius tamen, non laudato Ruhnkenio, ad Marini Vit. Procli p. 114. vulgatam τὰ Πλωτίνεια adversus Jonsium et Fabricium tueri instituit, addens: "Nam ex superius allato Porphyrii loco videmus, ipso Plotino vivo, ejus natalitia celebrari." Est autem hic ipse noster locus, unde hæc neutiquam collegisset, imo contraria, vir doctissimus, si præcedentia legisset. Nec equidem video, qui Plotini natalem diem celebrare potuerit quisquam, utpote quem diem omnes celaverat. Similiter in Stobæi Eclogis I. 52. p. 904. scriptum legebatur αἵρεσις τῶν Πλωτινικῶν ante Heerenium, qui ex Codd. emendavit τῶν Πλατωνικῶν. Conf. infra c. XV. init. p. 117. de Πλατωνείοις. *Cr.*

p. li. [n]. προσφοιτᾷν—τῇ τροφῷ] Plato Republ. II. p. 373. C. p. 87. Bekk.: παιδαγωγῶν, τιτθῶν, τροφῶν. cf. Ruhnken. ad Tim. p. 256. et Ast. ad Remp. I. 6. p. 367. ubi etiam de dissidiis Grammaticorum in his vocibus distinguendis. Mox dedi μαστοὺς ex probatis libris. Distinctiones Grammaticorum non moramur. (Thom. Mag. p. 598—600. cum interprr. Lex. Xenophont. III. p. 84. 85.) De animalibus, non excepto homine, universe μαζοὺς scripsit ipse Plotinus p. 405. C. de virginibus μαστοὺς Lucian. Amor. c. 53. de iisdem vel etiam de feminis Philostratus Imagg. II. 32. p. 102. ed. Jacobs. et Welck. de bestia Ælianus V. H. XIII. 1. post init. in Atalanta: ἄρκτος ἧκε, σφριγώντων αὐτῇ τῶν μαζῶν καὶ βαρυνομένων ὑπὸ τοῦ γάλακτος· εἶτα κατά τινα θείαν πομπὴν ἠσθεῖσα τῷ βρέφει ἐθήλασεν αὐτό. De θηλάζειν, *lactare*, et θηλάζεσθαι, *lactere*,

consule Valckenaer. Scholl. in N. T. I. p. 197— A 200. et Lobeck. ad Phrynichi vel potius ad Herodiani Eclogg. p. 468. infr. Mox *ὅτι ἀτηρόν ἐστι παιδίον.* Hesych. I. p. 60. *ἀτηρόν: βλαβερόν.* Ab *ἄτη* Etymol. Gud. p. 38. in *ἁλμυρός.* coll. p. 88. 52. sq. cf. et Tittmann. ad Zonar. Lex. p. 336. Plato Cratylo p. 395. c. p. 28. Bekker. in Etymologia nominis *Ἀτρεύς· καὶ γὰρ κατὰ* B *τὸ ἀτειρὲς* (Cod. Darmst. *ἀτερές.* male. vid. Heindf. p. 42.) *καὶ κατὰ τὸ ἄτρεστον καὶ κατὰ τὸ ἀτηρὸν πανταχῇ ὀρθῶς αὐτῷ τὸ ὄνομα κεῖται.* Theodotus poëta apud Heringam in Observv. XXXII. p. 293. *μάλ' ἀτήρεε φῶτε·* viri violenti. Vehementer autem miror, qui Matter., vir ceteroqui eruditus et prudens, hanc narrationem allegorice explicare C potuerit, nimirum ita, ut tralato modo significetur, Plotinum fuisse præcoci ingenio, et puerulum jam interfuisse lectionibus Doctorum in Museo Alexandrino. Vid. Essai historique sur l'école d'Alexandrie I. p. 317. Ab istiusmodi explicatione eum primum avertere debebat (ut alia omittam), quod Porphyrius refert h. l. tan- D tummodo quæ ipse Plotinus narraverat, deinde quod *γραμματοδιδάσκαλος* s. *γραμματιστὴς* est reapse nil aliud nisi " un maître de grammaire élémentaire" neque vero eorum aliquis, qui " donnent de *doctes leçons* au *Musée.*" Cr.

p. li. °. *τοῖς εὐδοκιμοῦσι συσταθέντα*] Commendatum. Vid. Lex. Xenoph. IV. 188. et E Schleusneri Lex. N. T. in *συνίστημι.* De transitivo usu perfecti *συνεστακέναι* Schæfer. ad Dionys. de Compos. p. 330. (ubi Cod. Palat. Heidelb. *διέστηκε* habet) sq. et Kiessling. ad Iamblich. de Vit. Pythag. XXXV. p. 513. et de usu Medii in sodalitiis, factionibus, conspirationibusque declarandis Wyttenb. ad Eunap. p. 223. F Mox *κατηφῆ καὶ λύπης πλήρη.* Facit huc definitio ap. Plutarch. de Vitioso Pudore p. 528. E. p. 132. Wytt.: *ὡς γὰρ τὴν κατήφειαν ὁρίζονται λύπην κάτω βλέπειν ποιοῦσαν,* quæ plus minusve immutata repetunt Grammatici (Apollonii Lex. Homer. p. 387. Toll.). *Ἀθυμίαν* et *κατήφειαν* jungit Plutarch. in Agesil. XXX. p. 404. De cane *κατηφὴς* G est in Arriani librr. de Venat. VII. 2. Philostrati Jun. Imagg. IV. p. 869. p. 117. Jacobs.: *κατηφῆ δὲ ἐπὶ τῇ παιδὶ Δηϊανείρᾳ,* quem locum tentavit Jacobs. V. Cl. p. 605. Singularis est locus Philostrati Vit. Sophistarr. de Herode Attico p. 556: *ὁ δὲ καὶ σχῆμα τῆς οἰκίας ἐπ' αὐτῇ* (ob Regillam uxorem. *ἐπ' αὐτῆς* Cod. Palat. Heidelb. nr. 132.) *ὑπήλλαξε, μελαίνων τὰ τῶν οἴκων ἄνθη παραπετάσμασι καὶ χρώμασι καὶ λίθῳ Λεσβίῳ. κατηφὴς δὲ ὁ λίθος καὶ μέλας.* Basilius Magn. Homil. XXX. de Paradiso p. 626: *ἀνθηρὸν τὸ ῥόδον, ἀλλ' ἐμοὶ κατήφειαν ἐμποιεῖ.* Eandem locutionem alibi quoque usurpat idem, v. c. p. 110. C. et p. 354. D. Pro eo Dio Cassius XXXIX. 28. p. 204: *εἰς κατήφειαν καθιστάναι.* De verbo *κατηφιᾶν* et *κατηφεῖν,* Atticis minus frequentato, vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 83. et Jacobs. l. l. *Cr.*

p. li. P. *ἀπενέγκαι πρὸς Ἀμμώνιον*] " Ammonium intellige Saccam, de quo ad calcem hujus vitæ a me dictum [nimirum in Bibliotheca Græca p. 159. sq. sive vol. V. p. 701. sqq. ed. Harles.]" *Fabric.* Anonymus in Cod. MS. Palat. Heidelb. nr. 129. fol. 66. rect.: *Κόμοδος ὁ βασιλεύς. ἐπὶ τούτου Ἀμμώνιος ἐπίκλην Σακκᾶς τὸν φιλόσοφον ἠσπάσατο βίον. τούτῳ φοιτῆσαί φασιν Ὠριγένην τὸν ἡμέτερον· τῷ δὲ Πλωτῖνον· τῆς δὲ Πλωτίνου διδασκαλίας τετύχηκεν ὁ Πορφύριος.* Amplexus esse potest philosophiam Ammonius imperante Commodo, sed inclaruit demum imperantibus Macrino, Diadumeno, Elagabalo et Alexandro Severo. Quod vero homo Christianus Plotinum discipulum facit Origenis Adamantii, in eo fallitur. Condiscipulus, Ammonio magistro, fuit Plotinus et illius Origenis Adamantii Christiani et alterius Origenis a sacris Christianis alieni.— Nemesius de Natura Hom. p. 69. sq. ed. Matth. *Ἀμμωνίου τοῦ διδασκάλου Πλωτίνου.* cf. p. 129. Zonaras in Lex. p. 146. *Ἀμμώνιος φιλόσοφος Ἀλεξανδρεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Σάκκας* (leg. *Σακκᾶς* e Suida, qui eadem habet in Ammonios.) *οὗτος ἀπὸ Χριστιανῶν γέγονεν Ἕλλην, ὡς φησὶ Πορφύριος.* Vid. Porphyrium ap. Euseb. H. E. VI. 19. et ad eum Henr. Vales. Cf. eundem ad Ammian. Marcellin. XXII. 16. 16. p. 516. ed. Wagner. Adde Casp. Barth. ad Zachar. Mytil. p. 256. et Ruhnken. De vita et scriptis Longini §. V. Peccavit autem Anonymus Codicis nostri culpa mali exempli in quod inciderat. Quid quæris? Excerpsit Theodoretum qui in Therapeut. VI. p. 869. Schulz. ita prodit: *καὶ Κόμμοδος. ἐπὶ τούτου δὲ Ἀμμώνιος ὁ ἐπίκλην Σακκᾶς τοὺς σάκκους καταλιπὼν οἷς μετέφερε τοὺς πυροὺς, τὸν φιλόσοφον ἠσπάσατο βίον. τούτῳ φοιτῆσαί φασι καὶ Ὠριγένην τὸν ἡμέτερον καὶ Πλωτῖνον τουτονί.* (ubi libri aliquot habent *τῷ δέ.* perperam.) In

scriptura Κόμοδος et Κόμμοδος variatur. Vid. A Irmisch. ad Herodian. p. 35. *Cr.*

p. lii. q. τῷ στρατοπέδῳ συνεισήει] "Anno Christi 241. et Gordiani Imp. quinto." *Fabric.* Potius anno 242. p. Chr. n. U. C. 995. Vid. Tillemont Histoire des Empereurs III. p. 253. sq. ed. Venet. et Eckhel. Doctr. Numm. Vett. Tom. VII. p. 311. sqq. et de universa hac expe- B ditione Persica Gordiani tertii Gibbon. Hist. inclin. et laps. Imper. Rom. I. c. 7. p. 485. vers. German. Wenck. et Malcolm the History of Persia chap. VI. p. 97. *Cr.*

p. lii. a. ἔμενε καὶ ὁ Πλωτῖνος] Fortasse scripsit Porphyrius ἐνέμενε sc. ταῖς συνθήκαις, quæ antea memoratæ sunt. Nam illud verbum C compositum jungitur cum πίστις, συνθῆκαι similibusque, vel addita vel omissa præpositione. Vid. Schweigh. Lex. Polyb. p. 206. Mox ex h. l. ἀνέκπυστα addendum unico exemplo, quod ex Joseph. Antiqq. XVII. 11. 2. (p. 861. Haverc.) consignatum in Lexicis est. De simili interdicto in scholis Pythagoreorum Neanthes ap. D Diog. L. VIII. 55. et ap. Eudociam p. 169: ἐπεὶ δὲ αὐτὸς (Ἐμπεδοκλῆς) διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίευσεν αὐτὰ (Pythagoræ decreta) νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἐποποιῷ. Attigit hæc instituta *Tiedemann.* in *Geist der Speculat. Philosophie* III. 268—272. iniquius de Ammonii Plotinique consiliis judicans. Quod vero *Lucas Holstenius* E ex nostro loco arripiens prodit De Vita et Scriptis Porphyrii cap. VI: "Certum est Ammonium *religionis nostræ* arcana discipulis sub silentii religione communicavisse" recte hoc reprehendit *Victor Cousin* V. Cl. in Relatione de Eunapii edit. Boissonadii in *Journal des Savans* 1827. p. 10. De hac re iterum dicemus ad Fabricii F Bibl. Gr. in Plotino vol. V. p. 694. Ceterum quod hanc Porphyrii narrationem suspectam reddere studet V. Cl. *Matter* in *Histoire du Gnosticisme* II. p. 416. in eo me assentientem non habet. *Cr.*

p. lii. b. Ἐρεννίῳ] "Herennius iste junior et diversus ab Herennio Philone, de quo præclarus G Vossius in Hist. Græcis, et ab Herennio Severo, de quo meminit Suidas in ἕρμιππος Βηρύττιος." *Fabric.* Vidit hoc jam *Lucas Holstenius.* Vid. ejus Epistoll. ad Diversos XXXVIII. p. 228. sq. ed. Boissonad. Nec cum hoc Ammonii discipulo confundi vult eum Herennium, qui ex Damascii aliisque maxime Platonicorum libris suos in Aristotelem Commentarios compilavit, Koppius ad Damascium περὶ ἀρχῶν p. 13. sq. qui ibidem et p. 397. sqq. excerpta ex illis Commentariis exhibuit. De hoc Origene Proclus in Platon. Theolog. II. 4. p. 90: Ὠριγένην τὸν τῷ Πλωτίνῳ τῆς αὐτῆς μετασχόντα παιδείας. Scripsit præter eos libros, quos h. l. Porphyrius memorat, Commentarium in Timæi Platonici prooemium. Vid. Ruhnken. De Longino §. V. p. 496. sq. ed. Bergman. Gallienus Imperator in numis Græcis, quos multos habemus, ubivis fere ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ, raro ΓΑΛΛΙΑΝΟΣ. (Beger. Thesaur. Brandenburg. III. p. 158. sq. Mionnet. Descript. d. Medailles VI. p. 448. 450. sqq.) et Γαλλιανὸς etiam Nicephorus p. 401. bis, et *Galianus* Latini nonnunquam. Vid. Euseb. Chron. ed. A. Mai. et Zohrab. p. 392. Sed in Dionis Cassii Excerptis in Nova Collect. Vaticana II. p. 236. semper Γαλιηνὸς et Γαλιηνοῦ. *Cr.*

p. lii. c. Καὶ ἐπὶ Γαλιήνου ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεὺς] "Ex hoc solo patere facile puto, alium esse omnino hunc Origenem ab Adamantio. Cæterum scriptum illius Origenis de Dæmonibus memoratur etiam infra cap. 20. Alterius libri titulum non satis intelligere me fateor. Nescio quippe an lectori se probatura sit Viri docti H. Valesii expositio, qui in notis ad Eusebium p. 121. putat, eum conscriptum in laudem Gallieni Imperatoris, ut poëticam ejus facultatem prædicaret. Quanquam enim Poëticæ deditus fuerit Gallienus, et versus ejus aliquot Latini nuptiales exstant inter fragmenta Petronii Arbitri, tamen non credibile mihi videtur, Philosophum eumque Græcum ideo librum editurum fuisse hoc titulo, quo solus Imperator Poëtæ nonne dignus jactaretur. Sed non minus vel frigidus vel obscurus sensus est, quem in Ficini versione vides. Igitur judicent sagaciores." *Fabric.* "Cujus (Valesii) opinionem merito repudiat Fabricius. Nam neque Origenem, primum Græcum, deinde philosophum, decebat, sibi de versibus Latinis judicium arrogare, neque tam fœda ignavissimi Imperatoris [De hoc videbimus infra ad cap. XII. p. 113. *Cr.*] adulatio in gravem philosophum cadebat. Melius igitur alii sensum philosophicum in hoc indice quæsiverunt, ut Bruckerus Hist. Phil. T. II. p. 216, quamvis, qualis fuerit, nemo expediverit. Nobis in

mentem venit legere: ὅτι νοῦς ποιητὴς καὶ βασιλεύς, id est, *mentem hoc universum condidisse et conditum regere.* Ita liber scriptus est ad refellendos ejus ætatis Philosophos, qui tria rerum principia statuerent, de quibus vide Th. Galeum ad Iamblich. de Myster. p. 297. et R. Cudworth. System. Intell. T. I. p. 884. et ad confirmandam sententiam Platonis Phileb. p. 79. [p. 28.] D. B πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ σοφοί, ἑαυτοὺς οὕτω [ὄντως] σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ [τε] καὶ γῆς. ubi Olympiodorus in Commentario laudat simile Orphicum: νοῦς δέ οἱ ἀψευδὴς βασιλήϊος." *Ruhnken.* Dissert. de Longino §. V. p. 496. Bergm. Cf. Stallbaum. ad Philebi l. c. p. 76. Adde Plotin. p. 72. E. Idem C IV. 9: βασιλικὸς νοῦς. et V. 3. 3. fin.: βασιλεὺς δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖνος (ὁ νοῦς) et ibi Annot. nostr. Porphyrius ap. Euseb. P. E. III. 9: βασιλεὺς γὰρ τοῦ κόσμου ὁ δημιουργὸς νοῦς. Hinc νοεραὶ βασίλειαι passim Platonicis, ut Proclo in Alcib. pr. p. 249. ed. nostr. et videntur voces νοῦς et μόνος sæpius confundi in veterum libris. Quo- D circa hanc conjecturam Wyttenbachio probasse videtur Ruhnkenius et aliis quoque viris doctis, non item Victori *Cousin*, qui in *Journal des Savans* l. l. de hoc Origenis libro ita: "*sous le titre assez obscur:* ὅτι μόνος ποιητὴς καὶ βασιλεύς." *Schoellius* V. Cl. ne novit quidem eam emendationem in Hist. de la Lit. Grecq. V. E p. 171. et in hoc titulo explicando Eusebio attribuit, quæ Valesii sunt. *Engelhardtus* autem V. Cl. vertit: "*Dass der Koenig der einzige Gesetzgeber* (?) *sey.*" Me, ut dicam quod sentio, suspensum tenet non tam librorum lectio, qui ad unum omnes in vulgata persistunt (scio enim in Plotini Porphyriique scriptis latere inveterata F ulcera haud pauca) quam illud primum, quod illi titulo soli verba præmittuntur ἐπὶ Γαλιήνου, deinde, quod parum credibile est, Origenem, Ammonii discipulum, condiscipulum Plotini, et quem hic in omni vita tantopere colebat adeoque venerabatur, eum igitur in primario decreto et a magistro et a commilitone suo dissensisse, ut duo G tantum rerum principia statueret. Quæ cum ita sint, acquiescendum puto in Bruckeri sententia, qui βασιλεὺς refert ad deum, tanquam conditorem et regem universi. Et possit Origenes eo in libro Gnosticos quosdam impugnasse, qui plures δημιουργοὺς hujus mundi fingerent, de quibus videbimus ad librum Plotini adversus Gnosticos. Et poterat Origenes Numenium refutasse hoc libro, qui teste Proclo in Platonis Tim. p. 93. duos δημιουργοὺς finxerat. Intactum autem reliqui Ficini *effectorem:* maluerim tamen *opificem,* ut ipse ποιητὴν vertit in Platonis Timæo p. 28. p. 23. Bekkeri et alibi. *Cr.*

p. lii. [d]. ἐκ δὲ τῆς Ἀμμωνίου συνουσίας ποιούμενος τὰς διατριβάς] "Sed de Ammonio tanto minus hic dicere necesse est, quod tota philosophandi ratio, quam secutus est, e Plotino ejus discipulo, qui illam literis prodidit, intelligitur. (Hierocles ap. Photium Bibl. Cod. CCXIV. p. 550.)" *Ruhnken.* de Longino V. p. 494. sq. Bergm. Equidem in Plotini vita plures ætates distingui velim. Est enim probabile, et ita hodieque fieri vidimus, ab initio Plotinum nihil fere aliud tradidisse, quam quod ab Ammonio acceperat; postea vero suum evasisse et sua quoque cum Ammonianis docuisse. Nam si totus pependisset ab Ammonio, qui tandem fieri potuerit, ut ei tantum tribuerent æquales, et, qui deinceps secuti sunt, eam rationem *Plotini philosophiam* dicerent, Plotinumque Alexandrinæ illius disciplinæ auctorem proderent? Proclus in Theol. Platon. I. 1. idem I. 10. p. 21: ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοὶ καὶ τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας μετασχόντες. Vid. et Augustin. contra Academicos III. 18. [p. 266. ed. J. Casp. Orellii ad calc. ed. pecul. librorum Ciceron. Acadd. et de Finn.] item de Civit. Dei IX. 10. et cf. Tiedemanni Geist der specul. Philos. III. p. 265. *Cr.*

p. lii. [e]. Λυσιμάχου] Infra cap. XX. p. 129. 6. Fabric. a Longino Stoicis adjungitur hic Lysimachus indeque in horum catalogum relatus est a Fabricio Bibl. Gr. III. p. 565. ed. Harles. Mox: φιλοπονίᾳ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῶν καθ' αὐτὸν πάντων "Lege πάντας" *Dan. Wyttenbach.* Polybius VII. 1. 1. p. 583. Schwgh. ὑπερβαλλομένους τὴν περὶ Κρότωνα καὶ Σύβαριν παραδεδομένην φήμην. Sed sine libris mutare nolui.— Mox e bonis libris dedi πάντα τὰ Νουμηνίου pro vulg. π. τοῦ Ν. *Numenius* infra a Longino censetur cap. XX. 8. p. 130. et hinc in Fragmentis Longini V. 6. p. 181. Weisk. Fuit Apamensis Syrus. Suidas II. 634. Kust. Eudocia p. 308. Plura de eo Th. Reinesius et Christ. Godofr. Mueller. in Obss. in Suidam p. 179. Henr. Valesius ad Euseb. H. E. VI. 19. p. 244. sq. ed.

Taurin. et Fabric. in Bibl. Gr. III. p. 179. sq. A Harles. Accensetur autem non minus Pythagoreis, quam Platonicis. J. Chr. Lindberg. De Inscriptione Melitensi Phœnicio-Græca. Havniæ 1828. p. 71: " *Benchodesch*, Citiensis, *Numenius*." De *Amelio* Gentiliano Tusco item judicium legitur Longini l. l. et sæpius memoratur Porphyrio in hac Vita. De eo vid. Suid. in B Ἀμέλιος et in Πλωτῖνος, qui cum tamen falso Porphyrii magistrum prodit, hoc nomine notatus ab Holstenio de Vita et Scriptis Porphyrii Cap. VI. adde Reines. et Muelleri Obss. in Suidam p. 15. et Fabric. B. Gr. III. p. 160. sq. Harles. Nec minus Suidas in eo erravit, quod eum Apamensem Syrum fecit, gravius etiam Cyrillus con- C tra Julian. p. 283. Spanh. quod Amelium et Gentilianum diversos posuit, notatus propterea Toupio ad Longin. Fragmm. V. 2. p. 521. Weisk. Hic sibi persuaserat λόγου appellationem e philosophia Platonica in Joannis Evangelium translatam, et cum hujus exordium vehementer admiratus esset, in loco I. 34. aliam dis- D tinctionem instituerat. Vid. præter Cyril. l. l. Euseb. P. E. XI. 19. p. 540. Theodoret. Therapeut. IV. p. 751. Schulz. Tillemont. Hist. des Empereurs III. p. 411. sq. ed. Venet. Hugo Grot. de Verit. Relig. Christ. p. 44. sq. ed. Koecher. Cudworth. Syst. Intell. p. 661. Mosh. Gibbon. Hist. of the Decline of the Rom. Emp. E Vol. V. p. 63. vers. Germ. Illius distinctionis vestigia hodieque multa exstant in loco Joannis. Vid. var. Lect. in Ed. Griesbachii p. 425. sq. et consule de hoc loco clarissimi J. van Voorst Annotat. in loca N. T. selecta specim. III. p. 102. Amelii autem fragmenta permulta colligi possunt cum ex Ecclesiæ scriptoribus tum e F Proclo in Timæum aliosque Platonis dialogos (cf. ad Alcib. pr. p. 70. ed. nostr.) Stobæo aliisque (vid .v. c. Olympiodor. in Phileb. p. 265. Stallb. et Damasc. de Principiis 61. p. 173. Kopp.). *Cr.*

p. liii. [f]. *Οὐστιλλιανῷ* Ἡσυχίῳ] Sic scripsi jussu librorum plurimorum, et ita quoque placuisse video Reinesio, pro *Ἰουστίνῳ*, qui Hostiliano G vertit. Nec obstat, quod Dionysio Hal. III. 1. Tullus ille Rex dicitur Ὁστίλλιος. Nemo enim nescit veteres pro *o* scripsisse sæpius *οὐ* etiam de litera. Vid. Buttmann. ad Platon. Cratyl. p. 110. §. 70. ed. Heindorf. et Dawesii Miscellann. Critt. p. 129. sqq. et p. 221. sqq. ed. Kidd. Ceterum ex hoc loco hic Hesychius a Fabricio cum in Hesychiorum tum in Platonicorum catalogum relatus est. *Cr.*

p. liii. [g]. *μετὰ Ἀντωνίου τοῦ* Ῥοδίου] Hinc relatus in Catalogum Platonicorum a Fabricio B. Gr. Vol. III. p. 162. Harlesii, ubi Heumannus hunc Antonium pro eodem habet, de quo Proclus in Tim. III. p. 187. ubi Antonii fide Persica doctrina de individua et dividua substantia (Plato Timæo p. 35. p. 32. Bekk.) refertur: *οὕτω γὰρ ὁ Ἀθηναῖος* (leg. *Ἀσιναῖος*) *λέγει Θεόδωρος, εὑρὼν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ τὴν δόξαν, ὡς ἐκ Περσίδος ἤκουσαν. ταῦτα γοῦν Ἀντωνῖνον ἱστορῆσαι τὸν Ἀμμωνίου μαθητήν.* Ubi quod nec Rhodius dicitur et Ammonii discipulus dicitur, ampliandum existimo. *Cr.*

p. liii. [h]. Ἐγὼ δὲ *Πορφύριος τὸ πρῶτον αὐτῷ συγγέγονα.*] Bis Romam venit Porphyrius. Vid. infr. c. V. p. 101. init. conf. Boissonad. V. Cl. ad Eunap. p. 157. et de itineribus ejus Philosophi Ang. Maium ad Porphyrii Epist. ad Marcell. c. IV. p. 611. ed. Orellii. *Cr.*

p. liii. [i]. *οὐδὲ εὐσυνειδήτως ἐγίγνετο*] Suidas I. p. 911. Kust.: *εὐσυνείδητος· καλῷ ζῶν συνειδότι.* Et ita est etiam in Antonini Commentar. VI. 30. fin. p. 192. Similiter usurpat Adverbium Isidorus apud Clement. Alex. Stromm. III. p. 510. init. Potter. at ipse Clemens Stromm. VII. p. 860: *ὧδε γὰρ καὶ τῷ γνωστικῷ ἀνεπιλήπτως καὶ εὐσυνειδότως τὰ παρ' ἑαυτὸν* (*παρ' ἑαυτοῦ* alii probante Sylburg.) *πάντα ἐκπεπληρωκότι.* Cf. etiam locos ap. Suicer. Thes. Eccles. I. 1267. ubi semper est *cum bona conscientia*. Hanc vim si nostro loco tribuas, ita fuerit accipiendus: si quando quis has Plotini disputationes, inscio magistro, cum alio communicabat, hoc non facere ita poterat, ut recte fecisse se sibi conscius esset. Sed præstat tamen Ficini interpretatio, nec Wyttenbachius eam reprehendit in notis ad hanc vitam mss. *Cr.*

p. liii. [k]. *ἐπιγραφαί εἰσιν αἵδε*] Quæ in plurimis Codd. nostris sequuntur: *Θήσω δὲ καὶ τὰς ἀρχὰς κ. τ. λ.* ea nec Ficinus in Latinis exhibuit, nec Boissonadius e Cod. Paris. nr. 2290. enotavit, nec Wyttenbachius de iis in ordinem inferendis monuit, nec ipsius Porphyrii videntur esse, sed alicujus accurati librarii. De inscriptionibus autem a me ad singulorum Plotini librorum initium est dictum. *Cr.*

p. lv. a. ὀλίγον γὰρ ἔτι πρότερον τῆς δεκαετίας] "Lege ἑξαετίας. Vid. p. 102. et mox ἐν δὲ τοῖς ἓξ ἔτεσι τούτοις." *D. Wyttenbach.* Sine libris mutare non sum ausus. Quapropter Ficini etiam versionem h. l. intactam reliqui. Mox idem Wyttenb.: ἄλλως ἐν ταῖς ὁμιλίαις: "i. e. *obiter, non ut scholarum modo dissereret.* Exposui ad Plutarchi Morall. p. 54. E." (Animadvv. Vol. VI. part. 1. p. 452.) Cf. annot. nostr. in Plotin. p. 373. E. Mox τὰς θερινὰς—ἄγοντος ἀργοῦ dedimus ex aliquot libris. Nam licet non simus nescii ἀργὸς etiam passive accipi posse, probabilius tamen videtur e sequenti verbo συνόντος illud σ perperam duplicatum esse. *Cr.*

p. lv. b. ὧν τὸ μὲν περὶ τοῦ τὸ ἐπέκεινα—καὶ τί τὸ δευτέρως.] "Male hoc loco Ficinus ex titulo unius libri duos facit, uti patet ex inscriptione Ennead. V. libri 6. [et infra e capite XXV. p. 145. hujus Vitæ] et ex numero librorum Plotini, qui ita essent 55. Cæterum ut hoc loco Porphyrius Plotini scripta recenset eo ordine, quo ab auctore compositæ sunt, ita in Enneades digesta, qualia hodie exstant, argumenti affinis habita uteunque ratione, recensentur cap. XXIV. sq. Numeros vero libro cuique adscripsi, ut facilius evolvi possint." *Fabric.* Nos Ficini versionem correximus et numeros Fabricianos apposuimus. *Cr.*

p. lv. c. ἐκ προσκαίρων προβλημάτων τὰς ὑποθέσεις λαβόντα] Qui libri argumenta sua acceperant prouti (pro re nata) quæstiones incidissent. Ficinus expressit λαβὼν, ut referas ad ἔγραψεν, sc. Πλωτῖνος, sed libri nostri nihil variant a vulgata et commoda est. De πρόσκαιρος, quod sæpe alibi est *temporarius, ad tempus durans,* adeoque momentaneus. Vid. Wetsten. ad N. T. I. p. 402. et Irmisch. ad Herodian. I. 1. 6. p. 25. *Cr.*

p. lvii. a. τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ σώματος καταπονουμένου] Quod a prima manu scriptum est in Cod. Ciz. κατατρυομένου, advertere nos debet et recipiendum fortasse erat, si aliam quam poëtæ auctoritatem haberet. Nicander Alexipharm. v. 592. (606.) κατατρύσαιο δὲ γυῖα, ubi Scholiastes p. 72. Schneideri explicat: κατίσχνωσον αὐτοῦ τὰ μέλη: "Attenua ipsius artus, ut macriores fiant." (Cf. Steph. Thes. p. 9169. b. ed. Londin.) Nunc manum abstinuimus. Mox καὶ οὐδέπω πρὸς εὐτονίαν. Hesych. I. p. 1534. Albert.: εὐτονία· ἀν-

A ἐξικακία, καρτερία, ὑπομονή. Cf. Ez. Spanh. ad Joseph. de Bell. Jud. IV. 8. p. 295. Haverc. et et Bielii Thesaur. V. T. I. p. 673. sq. et cf. annot. ad εὐτόνως in Plotin. p. 691. Vult etiam Porphyrius: iique libri necdum ea vi sunt præditi, quæ ad vigorem satis magna sit. Ceterum uti totam hanc vitam, ita hunc quoque locum
B excerpsit P. *Baylius* in Dict. s. v. *Plotin,* addens p. 758. not. E.: "*Tant il est vrai généralement parlant, que l'esprit passe par les mêmes vicissitudes que le corps. On connoit l'âge d'un auteur aux traits de sa plume presque aussi facilement qu'aux traits du visage. M. Baillet au I. Tome des Jugemens des Savans* p. 381. sq.
C *raporte beaucoup de choses curieuses sur ceci.*" Quod vero Heumannum turpiter lapsum et infeliciter festivum in h. l. Bruckerus et Harlesius (in Fabric. B. Gr. Vol. V. p. 685.) reprehenderunt, nolo in eadem re otium perdere. Πρώτη autem ἡλικία h. l. non ad infantiam naturalem referendum, sed ad tempus, quo recens adhuc
D erat in libris de philosophia scribendis Plotinus. *Cr.*

p. lvii. b. Ἔσχε δὲ ἀκροατὰς μὲν πλείους] Ex hoc loco profecit Luc. Holstenius de Vita et Scriptis Porphyrii VI. p. 22—31. Cantabrig. itemque Brucker. in Hist. Crit. Philos. II. p. 426. addens: "A Plotino totam philosophorum (Alex-
E andrinorum) successionem derivatam fuisse veterum testimoniis constat." Tum laudat hunc locum et Socratem in Hist. Eccles. VII. 15. et Sozomen. I. 5. *Cr.*

p. lvii. c. Ἀμέλιον—οὗ τὸ ὄνομα ἦν Γεντιλιανὸς τὸ κύριον] Ita nomen hominis proprium scriptum est etiam infra c. XX. p. 126. extr. Unde ne-
F scio cur Reinesius in Suidam p. 15. ed. Mülleri ex hoc posteriore loco laudet Γεντιανόν. In marmoribus quidem Gentiani nomen satis frequens: Gentiliani minime, et fortasse inauditum. Sed tamen a Codd. MSS. auctoritate h. l. lectio suspensa est, neque *Quintilianus* admittendus sine libris, qui eidem Reinesio in mentem venerat.
G Mox ἀπὸ τῆς ἀμερείας pro ἀμερίας unus liber habet, et ita etiam in Procli Inst. Theol. p. 130. et 262. ed. nostr. et ita etiam alibi. *Cr.*

—αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ ρ̄ Ἀμέριον αὐτὸν καλεῖν ἠξίου—πρέπειν αὐτῷ. Ita scripsi cum Ficino et ex parte cum L. Holstenio l. l. p. 30. sq. qui ibidem ita: "—non minus errasse Suidam, dum Amelium

Syrum Apamensem nobis facit ex Italo *Hetrusco*, A Amerino: nam et hoc clare a Porphyrio in Plotini Vita perscriptum: *αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ ρ̄ ’Αμέριον αὐτὸν καλεῖν ἠξίου, ἀπὸ τῆς ’Αμερίας ἢ* (puto rectius *οὐ*) *τῆς ἀμελείας πρέπειν αὐτῷ καλεῖσθαι λέγων*:—at ipse Amerius per literam *r* nominari volebat, quod sibi nomen ab *Ameria* potius, *quam ab amelia sive negligentia inditum esse* B *diceret*." Sed *Ameria* non Etruriæ sed Umbriæ oppidum fuit. Festus p. 25. Dac.: "Ameria urbs in Umbria ab Amiro sic appellata." Unde ex Amiro et ipse *Amerium* (urbis conditorem) fecit Berkelius, notatus hoc nomine ab Oudino in Observatt. Miscellann. Novis XII. p. 466. sq. quem de vero hujus urbis etymo consule. De- C inde conjecturæ *οὐ* pro *ἢ* suffragatur nullus Codex, nec necesse sic legi, modo cogites *μᾶλλον* sæpiuscule omissum in similibus (Lamb. Bos. Ellipss. p. 771. Schæf.) Amerium autem hunc Gentilianum diserte appellat Eunapius in Porphyrio p. 10. ed. Boisson. hunc Porphyrii locum respiciens: *Συμφοιτηταὶ μὲν οὖν, ὡς αὐτὸς ἀναγρά-* D *φει, κράτιστοί τινες ὑπῆρχον, ’Ωριγένης τε καὶ ’Αμέριος καὶ ’Ακυλῖνος*, ad quem locum nostri loci non immemores fuerunt Boissonadius p. 167. et Wyttenbachius p. 40. Plotini item discipulus dicitur Longino infra c. 36. p. 128. indeque in Longini fragg. V. ad quod adhibe Toupium p. 520. sq. ed. Weisk. Casp. Barth. ad Æneæ E Gazæi Theophrast. p. 98. ad verba: *Πλωτῖνος γοῦν καὶ ‘Αρποκρατίων ἀμέλει καὶ Βοηθὸς*—emendari jubet *’Αμέλιος καί*. Quem locum cum exhibuerit ad Platonis Phædon. Wyttenbachius illius conjecturæ mentionem omisit. Restat ut videamus, cum Holsteniana ratio rejicienda sit, quænam Amelii sententia fuerit, cum Amerium se F dici mallet. Fabricius in notis ad nostrum locum ita: "Amelius refugit nomen *ἀπὸ τῆς ἀμελείας* sive negligentia ductum, et *ἀπὸ τῆς ἀμερίας* atque integritate appellari maluit." Bene, siquidem Platonicam vim *τῆς ἀμερίας* cogitavit vir doctissimus. Nimirum ex loco Platonis in Timæo p. 35. a. p. 32. Bekk. de *ἀμερίστῳ* et *μεριστῇ οὐ-* G *σίᾳ* Platonici philosophi copiosam disputandi materiam duxerunt. Vid. Plotin. p. 364. D. 385. sq. et passim, et cf. Proclum in Tim. p. 187. cujus summam his paucis verbis Procli Inst. Theol. p. 130. exhibebo: "Nam partitio (*ὁ μερισμὸς*) dissipat et dissolvit cujusque vim. Partitionis vero expers ratio (*ἡ ἀμερία*) constringens et colligans eam nunquam deficientem et non imminutam in se continet." Amelius igitur hoc significatum volebat, se impatibili naturæ unitatique addictum et a divisionis multitudinisque varietate inconstantiaque liberum esse velle. Ceterum *’Αμερίας* in eruditorum nominibus sæpius occurrit v. c. ap. Athenæum XV. p. 681. F. p. 485. Schweigh. itemque in Scholiis Theocriti. Vid. Warton. in Notitia in Poëtt. Grr. minorr. Vol. IV. p. 3. ed. Gaisford. *Cr.*

p. lvii. [d]. *Σκυθοπολίτην, Παυλῖνον*] Scythopolis Palæstinæ, antea dicta Bethsana (*Βήθσανα*). Vid. Salmasii Exercitt. Plinn. p. 618. Berkel. ad Steph. Byz. p. 675. et interprr. ad Sozomeni Hist. Eccles. p. 317. p. 372. ed. Taurin. Mox *ὃν ὁ ’Αμέλιος Μίκκαλον προσηγόρευσε*. Ita scripsi cum Cod. Paris. n. 2290. secutus Boissonadium ad Philostrati Heroica p. 530. sq. de frequenti permutatione horum temporum agentem. Cf. etiam infra c. XVII. p. 119. ubi idem Amelius Malchi sive Porphyrii nomen mutasse memoratur. "*Μίκκαλος* musici nomen apud Aristotelem Analytic. [cap. 33. p. 139. Sylburgii] ab exilitate ductum videri potest, perinde ut Paulinus, veluti qui solas minutias consectetur. *Παρακούσματα* Gellius scite dixit V. 21. nudas inchoatasque et non probas inauditiunculas." *Fabric.* Hinc Paulinus in Platonicorum catalogum relatus est ab Heumanno. *Μίκκος* sophista in Platonis Lyside p. 204. p. 110. Bekk. *Μίκκα* Elea Philodemi filia ap. Plutarch. de Virtutt. mulierr. p. 251. p. 31. Wytt. *Μίκκαλος* ipse quidem Olympii frater in Libanii Epistoll. 96. (ubi vid. I. Chr. Wolf. p. 51.) p. 78. sq. et sæpius. Nimirum a *μικρὸς, μικκὸς* fluxerunt variæ formæ nominum: *Μίκκα, Μικίνη, Μικίων, Μικιάδης, Μικκύλος, Μίκυλλος, Μίκυθος, Μίκινος, Μίκκαλος* et *Μικκαλίων*. Vid. Valckenaer. ad Theocrit. Adoniaz. v. 42. p. 348. sqq. Jacobs. ad Antholog. Gr. I. 2. p. 79. sq. et Gregor. Corinth. p. 281. ed. Schæfer. cum interprr. et de nominibus in *ῑλος* et *ῡλος* Passow. ad Parthen. p. 51. ed. Lips. *παρακουσμάτων πλήρη γεγονότα*. Refinxi ad Gellii modulum versionem Ficini, qui dederat: "*disciplinarum et, ut ita dicam, auditionum plenum*." Sumsit autem formulam Porphyrius, unde et Plutarchus sumserat in Dione p. 965. C. ex epistola VII. quæ Platoni tribuuntur p. 340. B.

p. 458. Bekk. ubi de Dionysio Tyranno con- A querens scriptor et alia posuit et hæc: ἄλλως τε καὶ τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς. Paullo aliter Eunapius p. 6. Boiss.: τὸ πολὺ πλῆθος, ἐάν τι παρακούσῃ δογμάτων· *si aliquantum etiam obiter philosophiæ placita attingit.* Vid. Wyttenb. ad eum locum p. 25. et ipsum Boissonadium p. 168. cf. etiam Bielii Thes. V. T. III. 28. et Schleus- B neri Lex. N. T. in παρακούειν, ubi et de hoc usu et de usu sacrorum scriptorum exponit. Wyttenbachius ad nostrum locum hanc notulam posuit MScr.: "*multa negligenter et minus accurate audivit.*" Mox non dubitavimus recipere ἄχρι τέλους. Nam τοῦ θανάτου interpretamentum esse et ipsa vox arguit et vero quod aliquot libri C eam inter περὶ et τὰ τελευταῖα positam exhibent. Solent autem spuria incertis sedibus vagari.

p. lvii. [e]. Ζωτικὸς] Hinc relatus in Catalogum Platonicorum ap. Fabric. B. Gr. III. 193. Harles. ὃς καὶ τὰ Ἀντιμάχου διορθωτικὰ πεποίηται. Non effugit hic locus diligentiam Schellenbergii, qui in Antimachi reliqq. p. 50: "Tum enim D Zoticum Plotini familiarem legimus novam recensionem Antimachi instituisse aliove modo ei emendando criticam operam navasse." Scripserat etiam Longinus λέξεις Ἀντιμάχου. Suid. in Λογγῖνος. cf. Ruhnken. de Longino §. XIV. p. 524. Bergm. Obiter addo Suidæ lectionem etiam confirmari ab Eudocia p. 283. Quæ studia Pla- E tonicorum recentiorum in Colophonium poëtam haud dubie incensa erant ipsius Platonis exemplo, qui quantum Antimacho tribuerit, loquuntur ea quæ leguntur in Ciceronis Bruto cap. LI. 191. et dissertius etiam quæ Heraclide Pontico auctore refert Proclus in Platonis Timæum I. p. 28. Mox: τὸν Ἀτλαντικόν· "De insula At- F lantide, de qua Plato in Critia." *Fabric.* Imo haud dubie hanc ipsam in eo Dialogo (Platonis Opp. p. 108. sqq. Steph. Part. II. Vol. III. p. 149. sqq. Bekk.) exhibitam narrationem versibus incluserat Zoticus. *Cr.*

p. lviii. [f]. Ζῆθον] Hinc in Platonicos relatus ap. Fabric. l. l. et Reinesio quoque memoratus in G Observv. in Suidam p. 101. qui alium Zethum musicum ap. Athen. VIII. 351. distinguit. Lectionem Ἀράβιον confirmat etiam Stephanus Byz. in Ἀραβία ejusque interpres Berkelius p. 151.— "Alius Zetus, de quo Alanus lib. 2. Anti Claudiani p. 49. secutus Sidonium IV. 3. Epist.: *Temporis excursus ut Cæsar cogit, ut Atlas Sidera perquirit, ut Zetus pondera librat.* Sic Zoticus etiam alius de quo Lamprid. in Heliogabalo c. 10." *Fabric.* Mox καὶ ῥοπὰς ἔχοντα πολιτικάς. Polybius XII. 15. 8: πολλὰς ἔσχηκε ῥοπὰς πρὸς τὸν πραγματικὸν τρόπον "Multis fuit præsidiis ad res gerendas instructus." Cf. Schweigh. Lex. Polyb. p. 550. sq. cf. etiam Suiceri Thes. Eccles. III. p. 910. adde Hasium V. Cl. ad Leon. Diacon. p. 233. Adhibe denique ipsum Plotinum II. 31. et III. 3. 4. ad quem locum alia apposui p. 274. Atque cum ῥοπὴ sæpe sit *impetus, contentio, studium,* fortasse hic locus commodius ita vertatur: Cum vero rei publicæ tractandæ idoneus esset et attingendæ rei publicæ impetus cepisset, Plotinus eos reprimere studuit. Nam fallor, aut quæ infra leguntur: τὸν πολιτικὸν ἠρημένος βίον, non obstant.— *Theodosius* hinc etiam in Platonicorum catalogum Fabricianum relatus est. Alius Theodosii philosophi et mathematici mentionem faciunt Strabo XII. 566. Suidas et Eudocia. De eo vid. Reinesii Obss. in Suid. p. 124. *Cr.*

p. lviii. [g]. Καστρίκιος] "De Castricio cf. supra c. 2." *Fabric.* ibiq. annott. Mox φιλοκαλώτατος accipi quoque possit *honestatis studiosissimus,* uti est apud Aristotelem Ethic. Nicom. I. 8. 11. p. 56. Zellii, ap. Philonem de Vita Mos. 1. et ap. Plutarch. adv. Colot. p. 1107. E. p. 526. Wytt. *Cr.*

p. lviii. [a]. ἠκροῶντο δὲ αὐτοῦ] Verbum ἀκροᾶσθαι et cognata ἀκούειν, διακούειν simpliciter usurpari de discipulis, qui magistris præsertim in philosophia operam dant, non est, quod exponamus post Wyttenbachii disputationem ad Plutarchum de recta audiendi ratione, Vol. VI. part. I. p. 303. sq. *Cr.*

p. lviii. [b]. Μάρκελλος Ὀρρόντιος] "Hic est Marcellus, cui Longinus librum περὶ τέλους inscripsit, infra c. 20." *Fabric.* Ejus mentionem fecerunt Toupius ad l. l. Porphyrii vel potius Longini fragmm. V. 1. p. 520. Weisk. et Boissonad. ad Eunap. p. 170. sq. ubi de Porphyrii uxore Marcella, itemque Wyttenbach. p. 43. Σαβινῖλλος. Cassiodorius in Chronn. ad annum U.C. 1018. p. Ch. n. 266. *Gallienus VII. et Sabinillus Coss.* Chron. Alexandr. Γαλλιήνου το ζ′ καὶ Σαβιανοῦ. Fast. Florent. min. Γαλληῖνος τὸ ζ′ καὶ Σαβινός. Fasti Flor. maj. Γαλλιηνοῦ τὸ ζ′ καὶ Σαβινέλλος.

In Græcis fastis nunquam Σαβινῖλλος scribitur. A Qui cum Sabianum scribunt voluisse videntur Sabinianum. At hic consul fuit anno U.C. 907. p. Chr. n. 155. Vid. Petri Relandi Fasti Consulares p. 24. et præsertim p. 233. et Almeloveeni Fastorr. Consularr. libri duo p. 152. Ἦν δὲ καὶ Ῥογατιανὸς "Rogatiani hujus meminit Porphyrius I. de Abstinentia ab esu animantium p. 106. B [ed. Fogeroll.]" *Fabric.* Lib. I. 53. p. 90. ed. Rhœr. Prædicans ibi philosophus tranquillæ animi constitutionis et contemplationis vim ad corpus pertinentem pergit: *ὡς πείρᾳ διέδειξαν ἡμῶν ἑταῖροι. καὶ ἀρθρῖτιν νόσον περί τε πόδας καὶ χεῖρας τοσαύτην οὖσαν, ὡς ὅλων ὀκτὼ ἐτῶν φέρεσθαι βασταζομένους, ἀποκροῦσαι ἅμα τῇ ἐκστάσει τῶν* C *χρημάτων, καὶ πρὸς τὸ θεῶν ἀποβλέψει. συναπέθεντο γοῦν ἅμα τοῖς χρήμασι καὶ ταῖς φροντίσι καὶ τὴν νόσον τοῦ σώματος.* ubi Rhœr. et nostri loci et aliorum admonuit. Cæterum hi omnes ab Heumanno in Platonicorum censum relati sunt in Fabr. B. Gr. *Cr.*

p. lviii.[c]. *ὃς εἰς τοσοῦτον—προκεχωρήκει*] Licet duo D libri *προυκεχωρήκει* offerant, intactam tamen reliqui vulgatam admonitus exemplorum copia, quæ Boissonadius ad Eunap. p. 304. ad verb. *ἀπολέλυντο*, loci nostri non immemor, congessit. Etiam Jacobsius in Achille Tatio V. 3. e bonis libris pluribus dedit *μεμηνύκει* pro *μεμήνυκε*. Vid. ejus Animadverss. p. 760. In Philostrati V. Apol- E lonii I. 13. p. 14. Codex tamen Schellersh. offert vulgatam *ἐγεγόνει*, ubi alius liber omisso Plusquamperfecti augmento exhibet *γεγόνει*. *Cr.*

p. lviii.[d]. *πραίτωρ*] Trium Codd. librarii pro eo posuerunt vulgare nomen, quo Græci Prætorem Romanum designant, qui iis nunc *στρατηγὸς* dicitur, nunc *ἑξαπέλεκυς ἡγεμὼν*, nunc nude *ἑξαπέ-* F *λεκυς*. Schweigh. Lex. Polyb. p. 224. cf. Jo. Laur. Lyd. de Magistratt. Romm. I. 30. 31. et 45. Mox Cod. Paris. 2290. *συνηθῶν* contra regulam Thomæ Magistri p. 860. Similiter peccatum in Dionys. Halicarn. Art. Rhetor. IX. 1. ubi nunc etiam, licet Hudson. vel Reisk. admonuissent, in edit. H. A. Schotti p. 196. legitur: G *καὶ δὴ ἀπὸ τῶν συντρόφων καὶ συνηθῶν ἀρχώμεθα.* *Cr.*

p. lviii.[e]. *σιτεῖσθαι δὲ παρὰ μίαν*] "Hoc est altero quolibet die. Vid. Palladii Lausiac. p. 149. S. Nili narrationes III. p. 34." *Fabric.* Ficinus vertit: "*cibumque in dies unicum assumebat.*" Vid. Pollux I. 65. et Lamb. Bosii Ellipss. Grr. p. 174. Schæf., ubi Schoettgen. p. 178. hanc Fabricii notam adhibuit. Cf. tamen etiam Matth. Gr. gr. §. 588. c. p. 1173. ed. alt. et ab eo laudd. *Cr.*

p. lix.[f]. *εὐμαρῶς*] i.e. facile, expedite. Herodian. Hist. III. 3. 13. adjungit *ἀκωλύτως*. Idem sæpius usurpat. Vid. Irmisch. in Ind. nec minus Lucianus, v. c. in Prometh. cap. 6. I. p. 35. Wetst. Hermotim. §. 47. I. p. 789. et alibi. Paullo supra in *ἀφροντιστίας* germanam formam retinuerunt libri nostri omnes, de qua vid. Stœber. ad Thom. Magistr. in *ἀλογία* p. 38. ubi antea scriptum fuerat *ἀφροντισία*. Hesych. I. p. 651. Albert. *ἀφροντιστίας· ἀμελείας*, et consule præsertim Lobeck. ad Phrynich. Eclogg. p. 509. sq. *Cr.*

p. lix.[g]. Σεραπίων Ἀλεξανδρεύς, ῥητορικὸς] "Alius et antiquior fuit Serapion Rhetor Alexandrinus Hadriano imperante clarus, de quo Suidas in *Σαραπίων*." *Fabric.* Idem Suidas ibidem (III. p. 284.) alium Serapionem philosophum memorat Isidori amicum et pecuniæ lucrique contemtorem. Illum ex hoc loco in Platonicorum numerum recepit Fabricius B. Gr. IV. p. 186. Harles. ubi tamen non laudandus erat Suidas, utpote qui de hoc Serapione nihil prodit. Mox: *λόγοις* De *λόγος*, *doctrina philosophiæ*, vid. Wytt. ad Plutarch. p. 552. sq. *Cr.*

p. lix.[h]. *Ἔσχε δὲ καὶ ἐμὲ Πορφύριον, Τύριον ὄντα—ἑταῖρον*] Eunapius in Porphyrio p. 7. ed. Boisson.: *Πορφυρίῳ Τύρος μὲν ἦν πατρὶς ἡ πρώτη —τῶν ἀρχαίων Φοινίκων* [*ἡ*] *πόλις*. Eadem fere Eudocia p. 364. et Suidas in *Πορφύριος*. Etiam Theodoro Metochitæ est Phœnix et Tyrius p. 128. ed. Müll. et Kiessl. Contra *Syrum* dicit Porphyrium Abulpharagius in Histor. Dynast. p. 84, quod vix commodius cum superioribus conciliari possit, quam ope Strabonis, qui XVI. 2. p. 300. Tzsch. prodit: nonnullos Syriam distribuisse in Phœniciam et Cœlesyriam. Et (ut Baronium omittam, qui Judæum facit Porphyrium, de quo vid. Luc. Holsten. Epistt. p. 463. ed. Boissonad.) Jonsius, Brucker. et Fabricius Bibl. Gr. Vol. V. p. 725. sq. ed. Harles. Porphyrio Bataneam trans Jordanem assignant patriam, maluisse eum tamen Tyrium ab urbe nobiliore, ubi fortasse educatus sit, appellari. Sed hoc illi sine veterum testimoniis statuere, quo reliqua concilient cum locis Hieronymi Præfat. in Epist.

ad Galatas et Jo. Chrysostomi Homil. VI. in 1. A Epist. ad Corinth. p. 58. ubi *Batancotes*, Βατανειώτης, appellatur. Quo de nomine qui nosse cupiat quæ plurima viri docti conjecerunt, is adeat Fabric. et Harles. l. l. Quorum cum plerique in eo consentiant, hoc nomen Porphyrio a Christianis inditum esse, tanquam Christiani nominis hosti, utpote qui libros illos λόγους κατὰ B Χριστιανοὺς conscripserit; miror equidem nemini in mentem venisse, istud nomen attributum esse ab Hieronymo Latino scriptore, et ei philosopho, qui se Πορφύριον, quasi Purpureonem, dicat: unde certe proclive erat eundem *Rubeum* dicere. Græcis autem rubus est βάτος. Jam cum βαθύνους honorificum esset et profundæ mentis homi- C nem declararet, βάτος vero s. rubus adjunctam haberet significationem sterilitatis, vilitatis et contumaciæ (Suicer. Thesaur. Eccl. p. 671. sq.) et apud Græcos proverbium invaluisset: ἀγναμπτότατος βάτος αὖος, de quo apud Zenob. I. 16. ita exponitur: ἐπὶ τοῦ σκληροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον· "Rubus siccus rigidissimus. In duros D contumaces et moribus præfractos." (Cf. etiam Adagg. p. 738.); facile fieri poterat, ut Christiani, qui Porphyrium ἀνόητον, *insipientem*, judicarent, quo dementiam et præfractum ingenium Porphyrii uno nomine declararent, eum composito vocabulo Βατανόητον, i. e. Rubeum pervicacem et insipientem appellarent. Liceat enim E mihi quoque hariolari in obscuro nomine Βατανεώτης. Mox: καὶ διορθοῦν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα. Vid. infra capp. XXIV—XXVI. et Eunapium atque Eudociam l. l. *Cr.*

p. lix. [l]. δὶς τὸ γραφὲν μεταβαλεῖν οὐδέποτ' ἂν ἠνέσχετο] Supra p. 104. extr. de eo, qui pedestrem orationem in poëticam *convertit:* καὶ τὸν F Ἀτλαντικὸν εἰς ποίησιν μετέβαλε. Mox in hoc ipso capite ὡς ἀπὸ βιβλίου δοκεῖν μεταβάλλειν· *transscribere*. Euripid. Iphigen. Aulid. 352. (Matthiæ. aliis 363.)—μεταβαλὼν ἄλλας γραφὰς, alias literas proferre, epistolas immutare, quem locum Jacobs. adhibuit ad Anthol. Palat. p. 256. ubi breviloquentium illustrat in verbis permu- G tandi usitatam. Cf. Eundem virum doctum ad Philostrati Imagines (p. 101. 29.) p. 560. ubi glossator verbo μετέμαθεν adscripserat: μετεβάλλετο τὴν διάλεκτον. Plato de Legg. IV. 711. b. p. 345. Bekk.: οὐδὲν δεῖ πόνων οὐδέ τινος παμπόλλου χρόνου τῷ τυράννῳ μεταβαλεῖν βουληθέντι πόλεως ἤθη—δεῖ (δὲ) αὐτὸν πρῶτον πάντα ὑπογράφοντα τῷ πράττειν (προτρέπεσθαι τοὺς πολίτας.) Qui locus conferri debet cum Philostrati loco in Imagg. II. 31. init. p. 100: (Θεμιστοκλῆς) μεταποιῶν αὐτοὺς (τοὺς βαρβάρους) καὶ μεθιστὰς τοῦ θρύπτεσθαι, quod etiam dicitur μεταῤῥυθμίζειν τὸν βίον, docente Jacobsio p. 757. Illud ὑπογράφειν proprie dicitur de ὑπογράφοις sive ταχυγράφοις et ὀξυγράφοις, qui μεταλαμβάνουσι i. e. *excipiunt*, quæ libri auctor iis ὑπαγορεύει i. e. *dictat*. De scribentibus pro μεταβάλλειν dicitur etiam μεταγράφειν. Dio Cass. XXVI. 23. p. 100: πολλάκις αὐτὰ (τὰ γραφέντα) μετέγραφον. Vid. Bekkerum nostrum et me in Specim. Philostrat. (de Vit. Apollonii ad I. 3.) p. 16. Etiam de mutandis inscriptionibus statuarum (quod artificium inprimis Rhodii usurpabant) dicitur μεταγράφειν. Vid. Pausan. I. 18. 3. et μεταῤῥυθμίζειν, si statua etiam in aliam formam mutabatur. Explicat Casaubon. ad Sueton. Tiber. c. 58. cf. Lips. ad Taciti Annall. I. 74. Etiam μεταλαμβάνειν hanc *immutandi* vim habet. Ut plurimum tamen est *reddere verbum alio verbo, verbum vertere*. Vid. Wyttenb. ad Plutarch. de Isid. et Osir. p. 247. sq. Olympiodor. in Plat. Alcib. pr. XIII. p. 120: μεταβάλλει τὸν λόγον ἐπὶ τὴν μαιείαν. *Cr.*

p. lix. [k]. Ἔγραφε δὲ οὔτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος κ.τ.λ.] Adhibuit hæc verba Is. Casaubonus ad Sueton. in Augusto c. 88. hæc: "Orthographiam non adeo custodiit." Explicat eadem Villoison. in Anecdd. Grr. II. 146. not. 1: "i. e. scribebat vero neque eleganter literas depingens, *neque clare syllabas distinguens*, neque ullam orthographiæ rationem habens, sed soli sensui consulens." Extrema hæc his verbis concepit Casaubonus: "ad solam denique mentem animum attendens." Addit Villoiso: "Plotinum, qui anno Christi 270. obiit, in scribendis suis operibus ταχυγράφον fuisse, ac perinde literis cursivis inter se implicitis et connexis usum docet Porphyrius." Fabric. ad nostrum locum: "De Plotini negligentia in hujusmodi minutiis vide et infra c. 13." De negotio, quod Græci dicebant διαστίζειν, Latini *distinguere* exemplaria, vide Interprr. ad Aristotel. Rhetor. III. 5. Sueton. de Grammaticis c. 20. et Dionys. Thrac. in Fabric. B. Gr. V. 7. p. 27. *Cr.*

p. lix. [l]. καὶ συνείρων τὰς ὁμιλίας] "ὁμιλίαι sunt sermones et disputationes a Plotino cum

familiaribus et auditoribus suis institutæ, inter A quas non desiisse defixum interea ad meditationes suas animum habere scribit h. l. Porphyrius." *Fabric.* Πρὸς τῷ σκέμματι ἦν. Plato Phædon. p. 84. p. 59. Bekk.: *καὶ αὐτός τε πρὸς τῷ εἰρημένῳ λόγῳ ἦν*, ubi Wyttenbach. alia hujus formulæ exempla congessit p. 223. cf. eundem ad Plutarch. de S.N.V. p. 21. et de recta audiendi ra- B tione T. I. p. 330. Adde Heindorf. ad Platon. Phædr. p. 260. §. 62. et Ast. ad de Legg. p. 355. sq. *Cr.*

p. lix. [m]. *ἀδιάκοπον τηρεῖν τὴν διάνοιαν·*] Hesych. p. 93: *ἀδιάκοπος· ἀδιαχώριστος*, ubi tamen Albertus mavult *ἀδιάκριτος*. Quam conjecturam et literarum ordo confirmat et vero Photii atque C Zonaræ auctoritas in *ἀδιάκριτος*. Sed explicatio tamen etiam voci *ἀδιάκοπος* adhiberi potest. Eustath. in Iliad. Præfat. p. 2. extrem. ed. Lips.: *οὐδὲ ἐκτέταται τὸ προκείμενον ἔργον* (Commentariorum in Homerum) *εἰς ἓν ὕφος καὶ σῶμα κατὰ συνέχειαν ἀδιάστατον, ἵνα τῷ ἀδιακόπῳ ἀποκναίῃ τὸν ἐντυγχάνοντα—ἀλλ' ἕκαστον τῶν χρησίμων* D *καθ' αὑτὸ ἰδίᾳ κεῖται.* Theodorus Metochita de Platone dialogicam docendi rationem continuæ ac perpetuæ orationi rhetorum opponente XXIV. p. 167. Mulleri et Kiessling.: *κατὰ τὸ τῶν ῥητόρων ἔθος ἀποτάδην οἴκοθεν συνεχῆ καὶ ἀδιάκοπον τὸν δρόμον ποιούμενος.* Philo Jud. Legis Allegorr. II. p. 82. p. 226. Pfeiff. jungit *στερεὸς*, E *εὔτονος* et *ἀδιάκοπος*. *Cr.*

p. lix. [n]. *ὡς μηδένα διαστήσας χρόνον μεταξὺ*] Vid. Viger. de Idiotismm. VII. 9. 1. p. 418. et Ast. ad Plat. Remp. I. 10. p. 349. Mox: *συνῆν —ἑαυτῷ ἅμα καὶ τοῖς ἄλλοις.* Similes formulas apud Platonem Sophoclemque illustrarunt Heindorf. ad Charmid. §. 7. p. 62. Idem ad Phædr. F §. 63. p. 261. et Dœderlein. ad Œdip. Colon. v. 656. quocum facit Hermann. ad eandem fabulam v. 666. Alia posui ad Plotini p. 468. A. hæc: *καὶ γινόμενος τῶν μὲν ἄλλων ἔξω, ἐμαυτοῦ δὲ εἴσω.* Mox: *οὐκ ἂν ἐχάλασεν.* Cum antea legeretur *ἐσχόλασεν*, Wyttenbach. adscripsit: "Lege *ἐχάλασεν*. cf. p. 109." ubi idem vitium G librorum ope correximus. Similem maculam eluimus ex Procli Commentar. in Alcib. pr. XIII. p. 41. ubi erat *χολάσαντες* pro *χαλάσασαν*, ubi vid. annot. p. 42. adde Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 69. In Plotino IV. 3. 6. verbum legitur et IV. 4. 45. substantivum *χάλασις*. Denique ad verba *οὐκ ἄν ποτε ἐχάλασεν ὃν ἂν ἀπέκρουεν—ἂν ἥψατο* et supra *ἂν ἐπισυνήψατο* tenenda est frequentia Particulæ *ἂν* cum significatu consuetudinis, idque cum imperfecto et cum Aoristis, de quo exposuit Matthiæ Gr. Gr. §. 599. a. p. 1197. sq. ed. alt. *Cr.*

p. lx. [a]. *Ἔσχε δὲ καὶ—προσκειμένας*] Habebat etiam feminas admodum sibi addictas (s. sui studiosas.) Nam quod h. l. unus liber addit *φιλοσοφίᾳ*, et quod Ficinus expressit, id e sequentibus huc repetitum arbitror a librario, qui Dativum desideraret ad *προσκειμένας*, neque reputaret ejus vim inesse in *Ἔσχε.—Γεμίναν.* Hujus feminæ et reliquarum nomen hinc in Platonicarum indiculum relatum est a Fabricio B. Gr. V. p. 194. Harl. *Cr.*

p. lx. [b]. *Ἀμφίκλειαν—γυναῖκα*] "Hæc ita reddi debent: *Amphiclea quoque Aristonis, qui Iamblichi filius erat, uxor.* Iamblichum hunc antiquiorem ac diversum intellige a celebri philosopho, Porphyrii discipulo, de quo infra a me dicetur." *Fabric.* Nimirum in Bibl. Gr. Vol. V. p. 758. sqq. et 773. Harl. ubi tamen hujus patris Aristonis mentio omissa est. Fabricii annotationem adhibuit ejus discipulus Jo. Christ. *Wolfius* in Mulier. Græcarr. quæ oratione prosa usæ sunt, Fragmentis et Elogiis p. 257. notans simul Menagium, qui in Historia mulierum philosophorum §. 48. idem vitium admiserat et *Amphichiam* dixerat illam feminam, itemque Ebertum, qui in Museo Gynæcei Docti p. 13. non minus vitiose eandem appellaverat *Amphilochiam.* Ceterum hoc loco addam, quæ Davides in Quinque Voces Porphyrii in Cod. Reg. Paris. nr. 1939. habet: *Πορφυρίου δὲ τοῦ Φοίνικος καὶ τοῦ στωϊκοῦ τοῦ μαθητοῦ τοῦ Πλωτίνου.* Ubi singulare est Porphyrium Stoicum appellari. Ibidem in sqq.: *τούτου* (*τοῦ Πλωτίνου*) *μαθητὴς γεγονὼς ὁ Πορφύριος ἔσχε μαθητὴν Ἰάμβλιχον τὸν Χαλκιδέα. Χαλκὶς δὲ πόλις ἐστὶ Συρίας, περὶ οὗ καὶ λέλεκται· ἔνθους ὁ Σύρος, πολυμαθὴς ὁ Φοῖνιξ, ἐπειδὴ Ἰάμβλιχος μὲν ἐθεολόγησεν ἀρίστως ἐνθουσιασθεὶς, οὗτος δὲ ὁ Πορφύριος πολυμαθέστατος γέγονεν.* Vides quomodo Phœnix Porphyrius a Syro Iamblicho distinguatur. Quod haudquaquam favet eorum sententiæ, qui Syrum facere volunt Porphyrium. Qua de re supra dictum est. *Cr.*

p. lx. [c]. *τέκνα—παρεδίδοσαν μετὰ τῆς ἄλλης οὐσίας*] H. l. *ἄλλης* redundat Attice. Qua de re

post Heindorfium ad Platon. Gorg. §. 64. p. 91. et Erfurdt. ad Sophocl. Œdip. Reg. v. 7. et alii monuerunt et ipse monui in Meletemm. nostris I. p. 87. ad hæc Philostrati de Vit. Apollon. IV. 34. p. 174: κοινὸν δὲ ἐκάλει τούς τε ἑταίρους καὶ τοὺς τῶν ἑταίρων ἄλλους δούλους, ubi ἄλλους perperam delevit Olearius. Cum in cœlibatu tum in orphanorum viduarumque cura imitatus est Plotinum Proclus, de quo Marinus p. 39. sq. p. 14. Boiss.: οὕτως ἐκήδετο τῶν ἑταίρων καὶ φίλων ἁπάντων καὶ τῶν τούτοις προσηκόντων παίδων τε καὶ γυναικῶν, ὡς κοινός τις πατὴρ καὶ αἴτιος αὐτοῖς τοῦ εἶναι γενόμενος. παντοδαπῶς γὰρ τοῦ βίου ἑκάστων ἐπεμελεῖτο. Mox: διὸ καὶ ἐπεπλήρωτο ἡ οἰκία παίδων καὶ παρθένων. Eudocia, quæ hæc Porphyrii ad verbum transcripsit, nisi quod supra habet: τέκνα ἄῤῥενα τε καὶ θήλεα p. 363. ita pergit: φύλακι, καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν ἔχοντι, παρθενῶνα καὶ σεμνεῖον τὴν οἰκίαν ἐκείνου ἡγούμενοι. Flosculum fortasse sublegit elegantissimo sophistæ Æliano, qui V. H. XIII. 1. de Atalanta p. 203: ἦν οὖν χωρίον χαρίτων ἀνάμεστον, καὶ σεμνότατόν τε ἅμα καὶ σώφρονα παρθενῶνα ἐδείκνυεν, ubi libri MSS. παρθενεῶνα (de qua varietate egit Lobeck. ad Phrynich. p. 166. sq. ubi παρθενεῶνες e loco Æliani scribendum) παρθενῶν habet etiam Himerius Eclogg. XXX. 8. p. 294. Wernsd. *Cr.*

p. lx. [d]. Ἐν τούτοις δὲ ἦν καὶ Ποτάμων] "Non confundendus cum aliis duobus Potamonibus, Mytilenæo Rhetore et Alexandrino Philosophiæ Eclecticæ auctore præcipuo, de quibus Suidas et ad Laërtium viri docti." *Fabric.* πολλάκις ἐν καὶ μεταποιοῦντος ἠκροάσατο: "Auscultavit illum unam eandemque rem exercendi ingenii causa disserentem." *Idem.* De Potamonibus quæstio probe exercuit viros doctos, Reinesium Observv. in Suid. p. 209. Mülleri, alios. Cujus disputationis rationem ita concludere instituit Harles. in Fabric. Bibl. Gr. III. p. 185: "Quare si tres illi Potamones, de quibus Diogenes, Porphyrius et Suidas disserunt, probabiliter fuerunt diversi et diversis temporibus vixerunt, Diogenis Laërtii narrationem de Potamone, eclecticam philosophandi rationem coram discipulis intra sæculum medium II. et medium sæculum tertium profitente, esse intelligendum, fit credibile: id quod etiam M. H. G. *Gloeckner* in disputatione docta De Potamonis Alexandrini philosophia eclectica,

A recentiorum Platonicorum disciplinæ admodum dissimili. Lipsiæ 1745. vidit et uberius exposuit etc." Attigit eandem rem breviter *Schoell. in Histoire de la Littérature Grecque* V. p. 119. Nostro in loco hæsit etiam nuper V. Cl. *Daunou* in Biographie Universelle T. XXXV. p. 503: "On lit dans Porphyre, que les pères en mourant B recommandaient leurs enfants à Plotin, et que de ce nombre, ἐν τούτοις, étoit *Potamon.* Si Potamon est du nombre des pères, on le peut croire un peu plus agé que Plotin; s'il est du nombre des fils, il aura été son disciple. Cette seconde interprétation est la moins probable; car Porphyre continue, en disant que Plotin se plaisait C à entendre Potamon *disserter sur une philosophie nouvelle, dont il jetait les fondements.*" Sed, liceat enim mihi obloqui Viro Venerabili, sequentia: οὗ τῆς παιδεύσεως φροντίζων, cogunt nos, ut hunc Potamonem Plotini alumnum cogitemus. Jam lege mihi hæc c. XI. p. 112. extr. et p. 113. supra: πρόειπε δὲ ἂν καὶ τῶν συνόντων D παίδων περὶ ἑκάστου οἷος ἀποβήσεται, ὡς καὶ περὶ Πολέμωνος οἷος ἔσται, ὅτι ἐρωτικὸς ἔσται καὶ ὀλιγοχρόνιος, ὅπερ καὶ ἀπέβη, et reputa illud ἐν et Fabricio et Daunoio aliisque fraudem fecisse, quo minus hunc locum perciperent—et ambabus manibus accipies opem *Wyttenbachii*, qui in notulis mscr. mecum communicatis hæc posuit: "Ποτάμων. E Lege Πολέμων. cf. p. 113. ἐν καὶ μετὰ ποιοῦντος. Cod. Vossianus (Leidensis) dat ἄν: bene. Cætera sic corrigo: καὶ μέτρα ποιοῦντος, i. e. *versus* facientem audivit. ἂν exposui in Bibl. Crit. XII. p. 33." Ita ille. De hoc ἄν, ubi solere significat, proxime dixi ad cap. VIII. extr. idque recepi ex libris nostris pluribus, ac vixdum F me continui, quin μέτρα quoque in ordinem reciperem. Sunt enim in hoc libello, ut in libris ipsius Plotini haud pauca vitia inveterata, Quid quæris? Hac lectione admissa omnia apte coëunt. Erat in pupillis Polemo, faciebat versiculos, quos cum recitantem audire solebat Plotinus, qui cum poësin eum attingere vidisset, et ingenium G ejus perspexisset, metuebat ne in amorem propensior evaderet, et ut vitalis esset puer; quod augurium, utpote ex ipsa hominis indole captum, eventus comprobavit. Igitur hæc si admiserimus, duo nobis restant Potamones, et retractanda sunt, quæ de tribus commenti sunt viri docti. De Polemonibus vid. Suid. Eudociam et in illum

Reinesium p. 203. sq. et Fabric. B. Gr. III. p. A
183. sq. Harles. *Cr.*

p. lx. [e]. *τῶν ἐκείνοις παραμενόντων*] i. e. eorum rationes audiebat Plotinus, qui, licet ipse eos orphanos domi suæ haberet et educaret, ipsis adessent tutores. *Παραμένειν τινὶ*, assistere alicui. Plutarch. Lycurg. c. 11. cf. Steph. Thes. p. 6076. ed. Londin. Mox *λέγων, ἕως ἂν μὴ φιλοσοφή-* B
*σωσιν, ἔχειν αὐτοὺς δεῖν τὰς κτήσεις—ἀνεπάφους* secutus sententiam Cratetis Cynici, de quo Suidas II. p. 370. Kust.: *ὃς (Κράτης) ἐξαργυρίσας τὴν οὐσίαν δέδωκε τὰ ἀργύρια τραπεζίτῃ, εἰπών, εἰ οἱ παῖδες αὐτῷ φιλοσοφήσουσι, τῷ δήμῳ δοῦναι, εἰ δὲ μὴ, τοῖς παισὶν αὐτοῦ. Cr.*

p. lx. [f]. *ἐγρηγορότος ἐσχόλασεν*] "Voss. recte C
*ἐγρηγορότως ἐχάλασεν*. cf. p. 108." *Wyttenb.*—Utrumque ex pluribus libris MSS. recepimus. Mox *ἐκκείμενος τοῖς—ἐσχηκόσι*. Vid. Viger. IX. 3. 5. ibiq. not. p. 602. b. cf. Boisson. ad Philostr. Her. p. 469. et quæ posui ad Procli Inst. Theol. c. LXXX. p. 124. Philostratus Vit. Sophist. II. 17. p. 597: *ἐκκειμένως γὰρ τοῦ ἤθους καὶ ἀπα-* D
*νούργως ἔχων. Cr.*

p. lx. [g]. *εἴκοσι καὶ ἓξ ἐτῶν ὅλων*] "Ab anno C. 244. ad A. 269." *Fabric.* Mox: *καὶ διαιτήσας τὰς—ἀμφισβητήσεις*. Pollux VIII. 64. p. 893: *διαιτᾶν, διαιτᾶσθαι, διῄτησεν, δεδιῃτημένον* proprie de arbitris, qui antequam ad judices itur, causam dirimunt. Cf. Demosth. in Midiana §. 24. p. 52. E
et §. 25. p. 57. ed. Buttmann. Valckenaer. ad Ammon. I. 15. p. 63. et de *διαιτηταῖς* universe doctam M. H. Hudtwalkeri dissertationem: Ueber die oeffentlichen und Privat-Schiedsrichter-Diæteten-in Athen. Jena. 1822. Mox: *τῶν πολιτικῶν*· "*πολιτικοὶ* non sunt cives, sed viri, qui Rempublicam gerunt, Magistratus et Senatores. F
Eodem sensu supra c. 7. *τὸν πολιτικὸν ᾑρημένος βίον*." *Fabric.* De aliis significationibus vid. Ernesti Lex. Technolog. Græcorr. Rhetor. p. 278—281. Adde Proclum in Alcib. pr. p. 203. 213. et Olympiodor. in eundem p. 4. 129. 135. *Cr.*

p. lxi. [h]. *Ὀλύμπιος*] "Ex ejus forte posteris G
Olympius *ἐν φιλοσόφου σχήματι*, de quo Sozomenus VII. 15." *Fabric.* Olympum hunc hominem appellat ad Plotinum III. 2. p. 126. Ficinus, et hoc nomine relatus etiam est in Catalogum Peripateticorum a Fabric. B. Gr. III. p. 501. Harl. Hinc Hasius V. Cl. ad Jo. Laurent. Lydum de Ostentis esse eundem existimat, cujus elegans fragmentum e Cod. Italico ibidem in medium profert vir doctissimus. Sed tamen libri nostri omnes in *Ὀλύμπιος* conspirant. Attigit hanc narrationem Tiedemann. in Disputat. de Artibus Magicis c. XI. p. 80. Mox: *φιλοπρωτίαν* mutare noluimus, utpote aliunde quoque excitatum in Steph. Thes. p. 7983. B. Londin. Mox: *ἀστροβολῆσαι αὐτὸν μαγεύσας*. Non solum vites, arbores *ἀστροβολεῖσθαι* dicuntur verum etiam bestiæ ac homines. Vid. Niclas. ad Geopon. V. 36. p. 396. sq. ibiq. laudd. Ad rem nolo recolere, quæ congessere Grotius ad Evang. Matth. IV. 24. Wetsten. in N. T. I. p. 279. Mayer. in Hist. Diaboli p. 210. sqq. et quæ ipse attigi in Commentatt. Herodott. p. 241. sqq. Ceterum si Grammaticorum lex vera esset, Porphyrius scribere debebat *γοητεύσας* pro *μαγεύσας*. Vid. Lex. Coislin. p. 236. ap. Montfauc. et cf. Valckenaer. ad Ammon. III. 16. p. 222. sq. Sed hæc differentia nequaquam constans est. Cf. et annot. nostr. in Plotin. I. 4. 9. p. 35. D. *Cr.*

p. lxi. [i]. *τὰς—ἐπιφορὰς*] Proprie *hostiles impetus*. Vid. Schweigh. Lex. Polyb. p. 272. *Cr.*

p. lxi. [k]. *ἀντελαμβάνετο*] *Animadvertit* Ficin. cf. annot. nostr. in Plotin. p. 30. B. Sed si præcedentia reputas, possit etiam h. l. esse *cohibuit, retinuit*. Vide modo Lex. Xenoph. I. p. 262. sq. Mox: *ὡς τὰ σύσπαστα βαλάντια* ex Platonis Convivio p. 190. extr. p. 404. Bekk.: *καὶ συνέλκων πανταχόθεν τὸ δέρμα ἐπὶ τὴν γαστέρα νῦν καλουμένην, ὥσπερ τὰ σύσπαστα βαλάντια*. Deinde: *τῶν μελῶν—συνθλιβομένων*. Plotinus IV. 4. 34. p. 428. extr.: *οἷον χειρὸς τὰ συνθλιβόμενα καὶ νεῦρα καὶ φλέβες συμπαθοῦντα*. Denique: *αὐτός τι παθεῖν ἢ δρᾶσαι τὸν Πλωτῖνον*. Hac antithesi delectatur præcipue Herodianus Hist. ut I. 17. 16: *φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν*. Cf. III. 11. 1. III. 2. 10. IV. 4. 5. Ceterum de genio fortiore et imbecilliore similia legimus ap. Plutarch. De Fortuna Romann. VII. p. 320. A. p. 311. Wyttenb. ubi amici Marco Antonio Triumviro ita profitentur: *Ἀλλ' ὁ σὸς δαίμων* (Antonii) *τὸν τούτου φοβεῖται* (Octaviani). Cum his conjuncta sunt, quæ continuo de Plotino addit Porphyrius, quo sequentem narrationem connectat: *ἦν γὰρ κατὰ γένεσιν* (natura *Fic.* genitura *Fabric.*) *πλέον τι ἔχων παρὰ τοὺς ἄλλους*. Consimilia de Apollonio Tyaneo prodit Eunapius p. 3. Boiss.: 'A-

πολλώνιός τε ὁ ἐκ Τυάνων, οὐκέτι φιλόσοφος· ἀλλ' A ἦν τι θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων μέσον, ad quem locum vid. Boissonadium p. 137. et lege, quæ idem postea addidit in Notices et Extraits d. inscrr. d. l. bibl. du Roi Vol. XI. 2. p. 22. Quo magis autem discipulorum pietas et veneratio talia de magistris suis tradere et augere gestiit: hoc magis tenenda sunt, quæ de communi fama homi- B num eorum seculorum legimus: *philosophos* (sic enim illi sibi persuaserant) *magorum artibus obnoxios non esse*, sive ἀγοητεύτους εἶναι. Celsus ex Dionysio ap. Origenem VI. 41. p. 302. p. 662. Ruæi: Διονύσιόν τινα, μουσικὸν Αἰγύπτιον συγγενόμενον αὐτῷ, εἰρηκέναι περὶ τῶν κατὰ τὴν μαγείαν, ὅτι πρὸς ἀπαιδεύτους μὲν αὐτὴ δύναται, καὶ C πρὸς διαφθαρέντας τὰ ἤθη· πρὸς δὲ τοὺς φιλοσοφήσαντας οὐδὲν οἷά τέ ἐστιν ἐνεργεῖν, ἅτε τῆς ὑγιεινῆς διαίτης προνοησαμένους. Quod refellere studet Origenes. Cf. etiam Neandri Hist. Eccles. Christ. I. p. 256. *Cr.*

p. lxi. [1]. Αἰγύπτιος γάρ τις ἱερεύς] "Forsan Anebo ille, ad quem Porphyrii Epistola." *Fabric.* D In Eusebii Præp. Ev. L. V. p. 199. et ante Iamblich. de Mysteriis Ægyptt., ad quem Galeus p. 182: "Πρὸς τὸν—Ἀνεβώ. Porphyrius in Vita Plotini, idem in II. libro de Abstin. docet, se cum Ægyptio quodam sacerdote familiaritatem coluisse. Eundem laudat quoque Proclus, Commentariis in Platonis Alcib. priorem: credi potest E fuisse idem, ad quem nunc scribit Porphyrius." Hæc Galeus. Procli locus ita habet XXIII. 198. ed. Cousin. p. 73. ed. nostr.: Διὸ δὴ καὶ ὁ Αἰγύπτιος τὸν Πλωτῖνον ἐθαύμασεν ὡς θεῖον ἔχοντα τὸν δαίμονα. Ita libri nostri. Sed Cousin. suis e libris rectius exhibuit, et ita in hoc loco Porphyrii libri etiam nostri omnes. Habet hanc nar- F rationem inde ab Αἰγύπτιος usque ad τὸν συνόντα Codex noster Palatinus Nr. 129. fol. 41. recto. *Cr.*

p. lxi. [a]. γίνεται μὲν ἐν τῷ Ἰσείῳ ἡ κλῆσις] Plurimi nostri libri Ἰσίῳ. Sed cum in his rebus Itacismus plurimum sibi indulserit, malui legem servare. Lobeck. ad Phrynich. p. 372: "Ste- G phanus Byz. p. 335. [p. 424.] Ἰστεῖον [Ἰσεῖον] προπερισπᾶται καὶ Νεμεσεῖον, καὶ τῶν ὅσα μὴ τὸ δ' ἐφύλαξαν τεμενικῶν: quo refellitur Corayi emendatio in Heliod. VII. 8. p. 268: pro Ἴσειον (Cod. Ἴσιον) Ἰσιδεῖον [Ἰσίδειον. Nam ita scribi jusserat Coray. V. Cl.] reponentis. Σεραπεῖον Dio Cassius LXVI. 24. p. 1396. [1069.]" Hæc Lobeckius. In eodem Dionis Cassii loco, nullo libro variante legitur Ἰσεῖον. Et ex illa lege corrigi etiam debet Plutarch. de Iside p. 352. A. p. 444. Wytt. ubi Ἴσειον scriptum legitur, quod etiam in Animadvv. p. 167. sine nota repetit vir doctissimus. Nolo repetere, quæ alii de his τεμενικοῖς disputarunt et quæ ipse delibavi in Meletemm. I. p. 66. (cf. etiam Steph. Thes. L. Gr. p. 199. not. 2. ed. rec. Londin.) Fuerunt autem plura Isidis templa Romæ (Brouckhus. ad Tibull. p. 62. Reimar. ad Dion. Cass. l. l.), primarium in campo Martio (Schol. Juvenal. VI. 530. p. 252. ed. Cramer.: "in Martio campo templum Isidis vetustum." cf. Wyttenb. ad Plutarch. l. l.) Alterum in Aventino (vid. Boettiger. V. Cl. in Sabina I. p. 233. ed. alt.) Jam si quæras, in quo hæc acta sint, quæ Porphyrius h. l. narrat: equidem crediderim Ægyptium illum sacerdotem religionum antiquitate commotum *Isidis Campensis* fanum pro puro habuisse. *Cr.*

p. lxi. [b]. καθαρόν φησιν εὑρεῖν] Istud φῆσαι ex unico loco Demosthenis I. 98. Reisk. comprobare poterat Fischer. ad Weller. II. p. 495. Dedimus plurimorum librorum lectionem. Turbatum esse in h. l. arguit lectio Cod. Paris. Explicari tamen ita possit, ut statuas illud φησὶν vel referendum esse ad Plotinum vel per redundantiam esse additum, et cogitandum esse e sequentibus ὁ Αἰγύπτιος, vel delendum εὑρεῖν cum Paris. et legendum φάναι. Mox: μακάριος εἶ. De his formulis nuper dixi ad Herodot. I. 32. p. 79. ed. Bæhrii et meæ. Adde Suicer. Thes. Eccles. II. p. 290. et Wetsten. N. T. II. p. 319. De θεὸν ἔχων τὸν δαίμονα supra vidimus. H. l. admonere juvat Anonymi Panegyr. in Constantin. VIII. 2. 5. "Habes profecto aliquod cum illa *divina mente secretum*, quæ, *delegata nostris diis minoribus cura, uni se tibi dignatur ostendere*." Cæterum etiam Ammianus Marcellinus XXI. 14. Plotinum inter eos refert, qui potiore quodam genio sint usi. Ad argumentum de geniis vel diis tutelaribus adhibendi sunt hi loci Plotiniani III. 5. 6. p. 296. B.C. et VI. 4. 14. p. 687. C. Mox retinui τὰς ὄρνεις, ut in ipso Plotino p. 231. B. ubi solus Cod. Vat. dat ὄρνις (de qua varietate vid. Buttmanni Gr. Græc. ampl. §. 58. p. 236.) Noster de Abstin. IV. 16: ὀρνίθων ἐνοικιδίων, ubi vid. Rhoer. p. 353. *Cr.*

p. lxi. c. τὰς ὄρνεις] "Obscurum. Fortasse aves magico opificio destinatas." *Wytt.* Hoc ego crediderim. Et notum est illud Theocriteum Idyll. II. 16: Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα, ubi vid. Scholl. et interprr. itemque ad Virg. Eclog. VIII. 168. Erant vero etiam Ides sacræ in Iseis vel per Italiam. Vid. Pitture d'Ercolano T. II. T. 59. et cf. Boettigeri Sabina II. p. 250. ed. alt. De avibus auguralibus agit Plotinus II. 3. 3. fin. p. 139. A. ubi vid. annot. Mox τὸ θεῖον ὄμμα. Vid. Plato Rep. VII. p. 533. p. 36. Bekk. et Ast. ad eum locum p. 573. et Plotin. de Pulcrit. cum annot. p. 361. ed. Heidelb. itemque Proclum in Alcib. pr. p. 194. ed. nostr. *Cr.*

p. lxii. d. βιβλίον—περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος] "Est Enneadis tertiæ liber quartus." *Fabric.* Vid. quæ ad inscriptionem illius libri disputavimus p. 183. *Cr.* Mox: "αἰτίας φέρειν. F. φωνεῖν vel εὑρεῖν." *Wyttenb.* Possis etiam suspicari ἐκφέρειν, sed omnes Codd. in vulgata lectione conspirant. *Cr.*

p. lxii. e. φιλοθύτου—γεγονότος τοῦ Ἀμελίου] Plutarchus jungit εὐσεβὴς καὶ φιλοθύτης Symposiacc. II. p. 631. A. p. 556. Wytt. Hoc sacrificandi studio postea eminuit Julianus (Ammian. Marcellin. XXII. 12. 6. Zonaras in Juliano p. 22.) ut victimarium etiam salse dicerent hunc Imperatorem. Καὶ τὰ ἱερὰ κατὰ νουμηνίαν ἐκπεριϊόντος: "i. e. *obeuntis.* Interpres: *diligenter,* quasi scriptum esset ἐκ τοῦ περιόντος." *Wyttenb.* Aberrarant viri carissimi jam tum caligantes oculi. Illud enim *diligenter* Ficini ad præcedentia pertinet: sed inest in vulgata etiam lectione diligentiæ vis. Vide modo Lex. Xenophont. II. p. 109. ubi ter usurpatur, qui vestigia sedulo percurrit. "Neomenias non tantum Judæis sed et Græcis sacras fuisse docuit Jo. Meursius in Græcia Feriata. Etiam de Proclo Marinus in ejus vita c. 19. [p. 45.] inter alia refert, quod τὰς νουμηνίας λαμπρῶς ἐπετέλει καὶ ἱεροπρεπῶς." *Fabric.* Ad quem locum Clariss. Boissonadius et hanc notam Fabricii apposuit et alia utiliter contulit. Quod vero νεομηνία rejiciunt Atticistæ et in vulgari Græcitate perrarum esse docet Lobeck. ad Phrynich. Eclogg. p. 148. sq. hoc uno loco bis usurpat Eustathius in Odyss. *υ.* p. 1887. 22. p. 231. ed. Lips. Locum adscribam argumenti causa. Ita enim ille, postquam νουμηνία dixerat

A in præcedentibus ad explicanda verba poëtæ *υ* vs. 156. ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἑορτὴ pergit: νεομηνία γὰρ ἡ ἡμέρα, ὡς ἐῤῥήθη, Ἀπόλλωνος ἱερὰ τουτέστιν ἡλίου, ὃς αἴτιος νεομηνίας συνοδεύων τηνικαῦτα τῇ σελήνῃ. Cf. Schleusneri Lex. N. T. in Νουμηνία. Adde Jo. Laur. Lydum de Mensib. III. 7. p. 34. p. 94. Roetheri: Πρώτη τοίνυν τοῦ μηνὸς ἑορτή
B ἐστιν ἡ λεγομένη παρὰ μὲν Ῥωμαίοις Καλένδαι, παρὰ δὲ Ἕλλησι Νουμηνία, ubi cf. Roether. ab eoque laudatt. De confusione autem festorum dierum, feriarum et universe religionum, cujus superior narratio Porphyrii manifesta documenta dedit apud ejus ætatis *Romæ* incolas, vid. Bynkershoek. Opuscc. I. p. 341. et Walch. in Novv.
C Soc. Reg. Gotting. Commentt. T. III. p. 8. sq. quos Boettigerus in Sabina I. p. 246. commode adhibuit. Denique: ἐκείνους δεῖ πρὸς ἐμὲ ἔρχεσθαι κ. τ. λ. De hoc dicto Plotini facete pronuntiat P. Baylius in Dictionario s. v. Plotin. p. 759. not. G. *Cr.*

p. lxii. f. περιουσία ἠθῶν καταναοήσεως] Euna-
D pius de Libanio p. 48. Boiss.: Ἀλλὰ τό,τε ἦθος εὐθὺς οἷός τις ἦν ἐγνωστο: quibus verbis Boissonadius p. 401. hæc Porphyrii verba sine suspicione usque ad προὔλεγεν adhibuit. Nos reliqua uncinis inclusimus. Vide Moseri et meam annot. in varr. Lectt. Neque Wyttenbachius quidquam ad h. l. adscripsit. Mox ex tribus libris MSS.
E correximus περιδεραίου, non solum ex Grammaticorum legibus (Pollucis V. 56. p. 506. cum interprr. cf. Hesych. II. p. 922. ibiq. Alb. Pierson. ad Mœr. p. 326. Zonar. p. 1536. περιδέραια τὰ περιτραχήλια. δέρη γὰρ ὁ τράχηλος. Photius ed. Herm. p. 305. περιδέῤῥαια, sed idem in ed. Porson. et Dobrei p. 359. Lips.: περιδέραια· πε-
F ριτραχήλια κόσμια. Et ita fere ubivis variatur in veterum scriptorum codicibus: v. c. in Plutarchi Præceptt. Conjugall. XLVIII. p. 571. ed. Wytt. est ἵππων περιδεῤῥαίοις. Simplex δέραια habet Alciphron. III. 63. 5. p. 193. ed. Wagner. Compositi exempla offerunt et judicant partim Dorvill. ad Chariton. p. 286. Lips. Locella et
G Peerlkamp. ad Xenoph. Ephes. p. 279. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 519. et Boissonad. ad Aristænet. p. 223.) Cæterum de ratione et pretio monilium, quibus Romanorum matronæ Cæsarum ætate certabant, vid. Casaub. et Salmas. ad Hist. Aug. Scriptt. T. II. p. 163. et Boettiger. in Sabina II. p. 151. sq. Deinde Ficinus conjunxit

binas lectiones οἰκετῶν et οἰκείων. Nos hoc in A Latinis uncinis inclusimus. De hac frequenti confusione vid. Sturz. in Lex. Xenoph. III. p. 250. Porro ἐμβλέψας ἅπασιν. Nonnunquam ἐμβλέπειν serio et penitus inspicere, Plutarch. de Carn. Esu I. 7. p. 64. Wytt.: ἀλλὰ τοῖς πάθεσιν ἐμβλέψαντες τοῖς ἑαυτῶν, ubi contrarium est σοφιστικῶς et τεχνικῶς σκέπτεσθαι. Alias mirantis B est, Xenoph. Cyrop. I. 3. 2: ἐμβλέπων αὐτῷ ἔλεγεν. Similiter Polybius XV. 28. p. 549. Schweigh.: ἔστησαν ἀχανεῖς πάντες ἐμβλέποντες ἀλλήλοις. Est etiam sæpiuscule torve intueri. Plene Plutarch. Pyrrho p. 481. p. 800. Reisk.: ἐνέβλεψε δεινόν. Sæpius sine δεινὸν cujus usus exempla habes collecta ab Jacobs. ad Achill. Tat. C p. 485. ubi etiam de Constructione idem ad Philostr. Imagg. 374. Nostro loco affinem habet vim, quam in priore loco Plutarchi inesse vidimus. Est enim graviter et scrutantis modo intueri. *Cr.*

p. lxii. [g]. οἷος ἀποβήσεται — ὅπερ καὶ ἀπέβη] Conf. Lex. Xenoph. I. p. 322. Lucian. Dialogg. D Deorr. XXII. 2. p. 270: ὅμοιος ἀπέβης τῷ τράγῳ, etiam de consiliis actionibusque. Plato Conviv. p. 181. a. p. 385. sq. Bekk.: οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν — οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη. Cui deinde respondet γίγνεται. Cf. etiam Jacobsii Animadvv. in Stob. et Euripid. p. 220. E Reliqua hujus loci supra attigimus. *Cr.*

p. lxii. [h]. Καί ποτε ἐμοῦ Πορφυρίου ᾔσθετο ἐξάγειν ἐμαυτὸν διανοουμένου τοῦ βίου] "Idem narrat [sed aliter. vid. Boissonad. ad Eunap. p. 160.] Eunapius in Porphyrii Vita [p. 8. sq. Boisson.] additque Plotinum ea, quæ cum Porphyrio fuerat locutus, libro complexum fuisse: καὶ ὁ μὲν F (Πορφύριος) ἔμπνους τε ἦν καὶ διανίστατο, ὁ δὲ τοὺς ῥηθέντας λόγους εἰς βιβλίον καθέτετο τῶν γεγραμμένων. Is, ni fallor, fuit de Providentia, quem ad Porphyrium in Siciliam misit (Enn. III. 2.) in quo disputat animis licere in hoc quoque mundo esse felicibus, et calamitatibus non esse succumbendum, sed decertandum adversus eas G strenue, ut præmia virtuti proposita assequaris. Discessit Porphyrius Roma in Siciliam anno Gallieni decimo quinto, ut dictum supra c. 6. triennio circiter ante Plotini obitum. Liber περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς diu ante a Plotino scriptus fuerat." *Fabric.* "Atqui illis sermonibus convenientius etiam videtur argumentum libri περὶ εὐδαιμονίας I. 4. item ad Porphyrium in Siciliam missi, ut constat ex Vita Plotini VI. p. 103. Quid enim impedit, quo minus istos sermones contulerit in librum περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς jam scriptum; quo valere videtur: βιβλίον τῶν γεγραμμένων postea cum ceteris Plotini libris a Porphyrio correctum et expolitum: de quo suo officio ipse testis est ibidem XXIV. p. 139—147. *Wyttenb.* ad Eunap. p. 33. sq. Neutrum placet. Quid ipse hac de quæstione statuendum judicem, exposui in Annot. in titulum libri περὶ ἐξαγωγῆς ad Plotin. p. 85. Cæterum hanc Porphyrii narrationem attigit etiam Luc. Holstenius de vita et scriptis Porphyrii c. VI. itemque in Epistolis CI. p. 463. ed. Boisson. Plena locutio ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ βίου est etiam in Zenone Stoico ap. Laërt. VII. 130. plura de his formulis collegi ad Plotin. I. 9. p. 85. De hac sententia, quam Stoici plures tuebantur, vid. Platon. Phædon. p. 62. p. 12. sq. Bekk. et ad eum locum Heindf. §. 16. p. 26. et Wyttenb. p. 130. et p. 139. sq. et interpretes ad Cic. de Rep. (Somn. Scip.) VI. 15. p. 482. sq. ed. Moser. Plura et ipse disputavi ad librum Plotini laudatum p. 85. sqq. De hoc Probo autem, quem h. l. insignem virum dicit Porphyrius, nihil, quod sciam, præterea constat. *Cr.*

p. lxiii. [a]. Γαλιῆνός τε ὁ αὐτοκράτωρ] Caius Publius Licinius Gallienus in numis et marmoribus alibique. Vid. Eckhel. D. N. V. VII. p. 389. sqq. Ejus Imperatoris cum laude meminerunt Zosimus, Zonaras, Dionysius Alexandrinus, Eusebius. Mediis eum principibus accenset Eutropius, mitius etiam de eo judicat Ammianus Marcellinus. Contra notat eundem Julianus in Cæsaribus, et magnam infamiam eidem adspergunt Trebellius Pollio et Aurelius Victor. E recentioribus pauci in mediis eum consistere passi sunt, ut Brequigny, Tillemont, Tristan, Christ. Gottl. Schwarz.: Plurimi gravissimis notis inusserunt. Tillemont Hist. des Empereurs T. III. p. 318. ed. Venet.: "Il excelloit, dit on, dans l'éloquence, dans la poësie, et dans tous les arts liberaux, et fit voir par son exemple, qu'on peut être bon orateur et bon poëte, et *très méchant Empereur.*" Ruhnkenius in Diss. de Longino §. V. p. 496. eum *ignavissimum Imperatorem* dicit. Gibbon in The History of the Decline and Fall of the Roman Empire Vol. I. Chap. X. p. 364. ed. Ba-

sil.: "When the great emergencies of the state A
required his presence and attention, he was engaged in conversation with the Philosopher Plotinus," &c. Quin etiam Eckhelius, ut etiam ex Germanis aliquem excitem, qui nuper admodum de hoc Imperatore judicarunt, Eckhelius igitur, vir ceteroqui moderatus et justus, in D.N.V. VII. p. 395. *monstri* vocabulo Gallienum de- B
signat, et *hominem ineptum* dicit. [Add. H. Cannegieter De mutata Romanorum nominum sub Principibus ratione &c. p. 134.] His judiciis oblocutus est obiter, ut in alio argumento elaborans, A. G. *van Capelle*, vir juvenis doctus, in Disputatione inaug. De Zenobia Palmyrenorum Augusta. Traj. ad Rhen. 1817. cum in libello C
ipso Trebellii et Victoris fidem elevans p. 11. sqq. tum in Thesi ad calcem adjecta ita pronuntians: "Gallienus minime tam malus fuit princeps, ac Trebellius Pollio et Victor eum videri voluerunt." At gravis vindex eidem Imperatori eodem tempore exstitit Vir Clarissimus David Jacobus *a Lennep* in *Disputatione pro Imperatore Gallieno*, D
inserta in Commentatt. Latinn. Tertiæ Classis Instituti Belgici Amstel. 1818. Vol. I. Qui vir doctissimus primum in causas obtrectationum in Gallienum inquirit p. 98. unde hæc sententia enascitur (p. 120.): "Populum Romanum Gallieni administrationem nisi optimam, certe tolerabilem existimasse, ac proinde iis, quæ de illo E
Victor et Trebellius retulerint, fundum subesse haud veritatem, sed probrosam horum scriptorum erga Claudii posteros [nimirum Constantinum Chlorum hujusque posteros. cf. C. D. Beckii *Anleitung Z. Kenntniss der Allgem. Weltund Voelkergeschichte* II. p. 456.] adulationem."— Idemque Criticus, posteaquam sigillatim Gallieni F
res omnes ex fontibus haustas examinavit et explicuit p. 117. hoc modo rationem concludit: "Quod interfecto Gallieno militum de eo judicium fuit, illum Imperatorem fuisse utilem, necessarium, fortem, efficacem, illud nescio an optime firmaverit ipsa hæc, quam dedimus, rerum ab eo gestarum expositio: ex qua tantum abest, G
ut videatur Gallienus eam, quam ipsi inustum ivit Pollio, notam ignaviæ socordiæque commeritus, ut potius dignus appareat omni laude industriæ, vigilantiæ, fortitudinis." Hæc ille. Ac quando Eckhelius l. l. VII. p. 414. illam adulationis erga Constantini domum suspicionem diluere studuit, quamvis frustra, me judice, illud addere liceat: bina offecisse videri famæ Gallieni apud profanæ fidei historiæque scriptores, primum quod hic ipse mitissimus exstitit erga Christianos (Euseb. VIII. 13. cf. van Lennep. p. 108.) unde etiam salsa illa irrisio ejus Juliani in Cæsaribus, alterum, quod necessitatibus rei publicæ commotus Marcomannorum regis filiam Pipam s. Piparam in concubinatum assumsit, ejusque patri Pannoniæ partem tamquam suam sibi habere permisit. Sed eundem maritali tamen honore solam dignam habuisse Saloninam, justo conjugio sibi junctam, arguunt numi, marmora, scriptores. Hæc de scriptorum in Christianos odio jam suspicatus est Schwarzius p. 17. Commentationis mox laudandæ. Atque Lennepii vindiciæ nuper admodum haud levia firmamenta sunt nacta e membranis Vaticanis. Etenim in illis *Post Dionem Excerptis* (Vol. II. Scriptorr. Vett. Nova Collectio Vaticana ed. Ang. Maii p. 236—238.) haud pauca insunt, quæ nobis alium plane Gallienum exhibent, atque eum exhibuit vel commentus est Pollio. Legito ibi, quam clementem ibi se præstet Gallienus erga eos, qui cum Memore in se conspiraverant; quam iratus sit iis, qui nimia atrocia Ingenui sectatores et conscios ulcisci instituerant, quo denique animo cum Postumo pacisci studeat, quem adeo belli civilis avertendi causa, ad singulare certamen provocarat. Hæccine sunt ignavissimi aut ignobilis et abjecti animi indicia? Atque eadem in Collectione Vaticana Vol. III. p. 7. ab Ephræmio in Chronico Cæsarum iambico idem Γαλληῖνος (ita enim scribitur) prædicatur: δέξιος ἀνὴρ φιλότιμος, χαρίεις, πολλοὺς ἀνατλὰς κινδύνους ἐν ταῖς μάχαις. Videamus de uxore Gallieni:

καὶ ἡ τούτου γυνὴ Σαλωνίνα] i. e. Publia Licinia Julia Cornelia Salonina (Vid. *Brequigny Recherches sur la famille de Gallien* in *Mémoires de l'Academie des Inscriptt.* T. XXXII. p. 262. sqq. p. 277. Eckhel. D.N.V. VII. p. 418. sqq. *Zoëga* Numi Ægyptt. Imperatt. p. 309. *Mionnet de la rareté des Médailles* p. 286. sqq. et Raschei Lex. Univers. rei numar. IV. 1. p. 1578, qui tamen in hujus origine et rebus narrandis aliquoties graviter lapsus est, quod verbo significasse sufficiat.) Mirari autem subit neminem eorum qui multi res Gallieni explicare instituerunt, legisse *Christ. Gottl. Schwarzii* Diatribam

A De *Monumento quodam Corneliæ Saloninæ Augustæ quondam dedicato*, in ejus Miscellaneis politioris Humanitatis. Norimb. 1721. p. 1—27. Duxit autem eam uxorem, contra atque Pollio refert, multis annis antequam Imperator crearetur Gallienus, et cum semper amanter concorditerque viverent, ex ea quatuor liberos suscepit (Victor. Epitom. c. 33. Zonaras XII. 25. Brequigny B p. 277. van Lennep. p. 119.) De vita ejus moribusque pronuntiare non ausus C. G. Schwarzius hæc scripsit §. VI. p. 13: "Ceterum de vita et moribus Saloninæ Augustæ parum nobis constat, nisi quod veteres scriptores haud obscure significant non exiguam ei in maritum potestatem fuisse. Alioquin in numis et inscrip- C tionibus vetustis eidem splendida *sanctitatis*, *pietatis*, *pudicitiæ* aliarumque virtutum tribuuntur elogia; ipsique crebro honores publice decreti videntur; incertum vero an ex sola adulatione." Experiar an Saloninæ etiam vindex possim existere: At ejus fidem in maritum arguit, quod maritum in castra sequi solita vitæ quoque peri- D culum adierit (Zonaras p. 237. Tillemont p. 357.) Quod ejusdem in maritum potestatem attinet, fuerunt qui inde imbecillitatis maculam Gallieno adspergere conati sint recentiores scriptores; quod falsum esse evincunt Excerpta post Dionem (in Collect. Vatic.) T. II. n. 120. p. 236: *ὅτι ἡ τοῦ Γαλλιηνοῦ γαμετὴ τοῦ βασιλέως ἀπηρέσθη τῷ προσ-* E *ώπῳ Ἰνγενούου, καὶ μεταπεμψαμένη Βαλεντῖνον εἶπεν αὐτῷ, ὅτι ἐγὼ τὴν σὴν προαίρεσιν οἶδα· τὸν δὲ βασιλέα ἐπὶ μὲν τῇ σῇ ἐπιλογῇ ἐπαινῶ, ἐπὶ δὲ τῇ Ἰνγενούου, οὐκ ἐπαινῶ· ἐν πολλῇ γάρ μοι ὑπονοίᾳ ἐστίν. ἀλλ᾽ ἀντιπρᾶξαι τῷ βασιλεῖ οὐ δύναμαι. ἀλλὰ σὺ ἐπιτήρει τὸν ἄνδρα· ἀποκρίνεται Βαλεντῖνος, ὅτι γένοιτο μὲν καὶ Ἰνγένουον γνήσιον περὶ τὴν δου-* F *λείαν ὑμῶν ὀφθῆναι· ἐπεὶ τὸ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἂν παραλείψω τι τῶν εἰς εὔνοιαν ὁρώντων τοῦ ὑμετέρου οἴκου.* Ubi *προαίρεσις* non verti debebat *judicium*, sed *voluntas*, vel accuratius: *consilium*, *propositum* (Vid. Aristotel. Ethicc. Nicomm. III. 2. p. 88. ed. Zell. ibiq. interprr. Add. Spanhem. *Remarques sur les Césars de Julien* p. 95. Plotin. G p. 382. B. Alia dedi ad Plotin. III. 4. 5. p. 285. D.) Et idem iste Ingenuus, e cujus vultu infausta augurabatur Salonina, quo tempore nimiam ei fidem habebat Gallienus, igitur idem postea civilia arma contra Imperatorem tulit, et in illis Tyrannis exstitit. Quis vero, qui hæc legerit, non simul admiretur prudentiam matronæ ejus modestiamque, ut quæ suum judicium mariti arbitrio submitteret, et amoris maritalis plenam sollicitudinem? Eandem concordiam conjugum elucere videmus in communi studio in Plotinum. Ac quod quatuor liberorum felix mater erat Salonina, hoc dubitare nos non sinit, eundem philosophum ab ea etiam consultum esse de educandis instituendisque filiis ipsius. Nec absurdum est conjicere Augustam etiam prospexisse necessitatibus orphanorum, qui quidem opibus destituti essent. Brequigny p. 264. not. s.: "Il faut remarquer, que les médailles de Salonine, où l'on voit trois ou quatre enfans, n'ont pas pour legende *fœcunditas*, mais *pietas Aug.*, *ce qui peut marquer quelque établissement fait par l'Imperatrice en faveur des enfans.* Mais puisque nous trouvons en effet quatre enfans de cette Imperatrice, rien n'empêche, que l'on n'interprète cette legende de son amour pour ses enfans." Sed in alio numo Saloninæ maximo legitur *Abundantia temporum*, conspiciturque "femme assise tenant une corne d'abondance, qu'elle verse à *cinq* enfans debout devant elle; de chaque coté, une femme debout." (Mionnet de la rareté des Médailles Romaines p. 287. sq.) Ac si reputamus, quæ supra legimus c. IX. plenam fuisse domum Plotini puerorum virginumque, haud abs re erit suspicari, in iis etiam eos fuisse, qui cum pauperes essent, beneficiis Saloninæ, quæ Plotino favebat, sustentatos esse. Utut est: hoc certum, Plotinum gratia valuisse Augustorum eorum, qui in Christianos leniora consilia inierant, indeque, reliquam si indolem hujus philosophi spectes, probabile fieri, eum et ipsum mitius statuisse de Christianæ religioni addictis, quam discipulum ipsius hunc ipsum Porphyrium. Atque hæc veniam mihi conciliabunt Lectorum, quod in hac annotatione justo prolixior fui. *Cr.*

p. lxiii. [b]. *τῇ φιλίᾳ — καταχρώμενος*] Ex usu Atticorum inprimisque Platonis. Vid. Sympos. p. 188. p. 398. et p. 205. p. 433. Bekk. cf. Heindf. ad Phædon. p. 231. Stallbaum. ad Phileb. p. 160. J. Chr. Wolf. ad Libanii Epist. p. 87. Similiter Latini *abuti* nonnunquam usurpant. Vid. ad Cic. de N. D. II. 60. p. 464. ed. Moser. et meæ. Adde Jo. Cannegieter. Disquis. de Notis p. 346. Mox e duobus libris dedi *κατηριπωμένην*. Poteram etiam *κατηρειπωμένην*, quod

retinuit in Heliodoro IX. 5. fin. Corayus, qui de hujus verbi vi activa et neutrali et de forma agit p. 286. cui junge Bastium in Epist. Crit. p. 38. et Hasium ad Leon. Diacon. lib. III. p. 209. qui etiam tertiam formam ἐρειπιόω et quartam ἐρειπόω e scriptoribus ecclesiasticis eruit. Perfectum Pass. est in Plutarchi Vitis Decem Oratorr. p. 837. p. 360. Wytt.: τὸ μνῆμα—τὰ νῦν κατερηρειμένον. Ad argumentum hæc addit *Fabric.*: Antonius Pagi, vir doctiss., in Critica Baroniana T. I. p. 278. non absurde suspicatur hoc ab Gallieno petiisse Plotinum in Imperatoris illius Decennalibus A.C. 263." U.C. 1016. Nimirum hoc anno Gallienum Romam reversum vota decennalia solvisse, vicennalia suscepisse testantur numi, de quibus Eckhel. D.N.V. VII. p. 393. Cæterum de hoc consilio certatim pronuntiarunt, qui supra nobis commemorati sunt, Tillemont, Gibbon, etiam Baylius in Dict. p. 759. Credibilene est Plotinum fugisse quod ex communi hominum judicio eloquitur Cicero de Rep. II. 11: "Nam princeps ille, quo nemo in scribendo præstantior fuit, aream sibi sumsit, in qua civitatem exstrueret arbitratu suo: præclaram illam quidem fortasse, sed a vita hominum abhorrentem et moribus." (ubi vid. Ang. Maii annot.): Mihi quidem non credibile. Putaverim igitur Plotinum, qui, ut plures Platonici recentiores, Pythagoricam vitam sectaretur, et locorum etiam vicinitate Pythagoreæ rei publicæ admoneretur, hoc consilii cepisse, quo segregatus a reliquorum hominum multitudine et turba cum suis Pythagorice et Platonice viveret. Et Ægyptio homini, qui Essæorum et Christianorum instituta similia nosset, vel maxime placere poterat hoc solitarium contubernium, quod non impediebat, quo minus, quod adhuc fecerat, et discipulis prodesset, et viduarum orphanorumque commodis prospiceret. *Cr.*

p. lxiii. [c]. Γέγονε δὲ—φράσαι μὲν ἱκανὸς—δυνατώτατος] Hinc sumsit Eudocia p. 363. unde fortasse recipiendum ἱκανώτατος. Libri tamen nostri vulgatam tuentur. De constructione vid. Gottleber. ad hæc Thucydidis I. 9: εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. Cf. Matth. Gr. gr. §. 535. b. p. 1049. sq. ed. alter. *Cr.*

p. lxiii. [d]. ἐν δέ τισι λέξεσιν ἁμαρτάνων] "Confer de hac negligentia Plotini supra c. 8." *Fabric.* Mox καὶ ἄλλα τινὰ παράσημα ὀνόματα. Proinde
A hoc loco λέξεις et ὀνόματα idem sunt: *vocabula, verba.* Alibi λέξις est elocutio, *ratio dicendi.* Vid. Ernesti Lex. Technol. Gr. Rhet. p. 196.—Dionys. Halic. Art. Rhetor. X. 7. p. 300. ed. Schott.: οἱ δὲ τὸ παράσημον τῆς λέξεως ἀναγκάζονται, εἴ πού τι ἀνακεχωρηκὸς ὄνομα ἢ ῥῆμα εἴρηται κ. τ. λ. ubi vid. Schott. Vox παράσημον proprie
B de numismate usurpatur nota falsitatis insignito. Vid. Photii Lex. Porson. et Dobr. p. 336. Lips. Lexx. Rhetorr. in Bekkeri Anecdd. Grr. I. p. 192. et p. 292. in παράσημος ῥήτωρ, quæ comparanda sunt cum Harpocrat. in eadem formula p. 280. cujus locum emendavit Coraës in annott. in Plutarchi Brut. c. 2. hæc: Ἑλληνιστὶ δὲ τὴν ἀπο-
C φθεγματικὴν καὶ Λακωνικὴν ἐπιτηδεύων βραχυλογίαν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐνιαχοῦ παράσημός ἐστιν, ubi ad hominem transfertur. Vid. Coraii annot. p. 411. Morali sententia item de hominibus usurpat auctor in Plutarcheis de puerorr. educat. p. 4. c. p. 13. Wytt.: (πατέρες) ἀνθρώποις ἀδοκίμοις καὶ παρασήμοις ἐγχειρίζουσι τοὺς παῖδας. ubi
D cons. Wyttenb. Animadvv. p. 91. sq. *Cr.*

p. lxiii. [a]. τοῦ νοῦ—τὸ φῶς ἐπιλάμποντος] Active hoc verbum haud infrequens Platonicis scriptoribus, Proclus in Alcib. pr. §. 97. p. 318. ed. nostr.: οἱ θεοὶ—πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐπιλάμπουσι τὸ ἀγαθόν. cf. p. 52. p. 30. et passim. Mox ἱδρὼς ἐπέθει—Frequentat hoc verbum Plotinus, ut p.
E 714. A: τοῦ φωτὸς τοῦ ἐπιθέοντος ἐπ' αὐτοῖς. p. 715. A: χάρις ἐπιθέουσα τῷ κάλλει. Plura dedi ad p. 54. A. ejusdem, præsertim in Ed. Heidelb. de Pulcrit. *Cr.*

p. lxiv. [b]. πῶς ἡ ψυχὴ σύνεστι τῷ σώματι] "De hoc argumento Plotinus Enn. IV. lib. 2. &c." *Fabric.* Mox παρέτεινεν ἀποδεικνύς. Vid. Ruhn-
F ken. ad Tim. v. παρατενεῖς p. 206. sq. Deinde: Θαυμασίου τινὸς τοὔνομα. Extremo vocabulo addendo Porphyrius consuluit, ut Nomen proprium cogitemus: pœnultimo, ne hominem clarum et magnæ auctoritatis; nec novimus aliunde quidquam de eo. Porro: τοὺς καθόλου λόγους πράττοντος, καὶ—ἀκοῦσαι αὐτοῦ—θέλειν. Non sanum
G esse locum arguunt variæ lectiones. Ego tentaveram: εἰσπράττοντος εἰς βιβλία, καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ (vel αὐτούς): Cum Thaumasius universales disputationes *sibi aliisque exigeret in scripta transferendas* et se eum (eos) audire velle. Illud εἰς ab extrema syllaba præcedentis λόγους opprimi poterat, et πράττειν cum εἰσπράττειν, et

vice versa, confunditur (Schweigh. Lex. Polyb. A p. 185.) Sed *Wyttenbachius* in notis mscrr. hæc posuit: "Lego: *τοὺς καθόλου λόγους τάττειν εἰς* "*βιβλία καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ λέγοντος θέλειν*: *qui* "*argumenta universalia disputationum scripto* "*consignare, et se eum audire velle diceret; sed* "*hoc non sustinere facere, si Porphyrius et re-* "*spondeat et interroget. Tum Plotinus: atqui* B "*nisi Porphyrio interrogante solverimus dubi-* "*tationes, nil omnino quidquam in libro ponere* "*poterimus.*" Hæc *Wyttenbachius*. Baylius autem in Dict. p. 758. not. C. hanc Plotini rationem suo judicio comprobavit. Ita enim ille: "Il est presque impossible de vuider aucune question par des simples conferences, ou par des disputes C de vive voix. On donne et l'on prend aisément le change, et l'on oublie le commencement avant d'être à la fin. Je ne m'étonne donc pas que Porphyre reduisit son maitre à la nécessité de s'expliquer par écrit. Plotin demeura d'accord, que c'étoit le vrai moyen d'instruire à fond un disciple; mais il trouvoit aussi fort nécessaire, D qu'avant qu'il mit la main à la plume, il entendit les objections, et bâtit le fer dans des conferences. C'est ce qu'il repondit à un homme, qui se plaignoit des frequentes interrogations et repliques de Porphyre." Sequitur noster locus. *Cr.*

p. lxiv. [c]. Ἐν δὲ τῷ γράφειν σύντονος γέγονε] E Hæc vel sine libris corrigenda erant, ut tautologiæ culpa liberaretur accuratus scriptor, qui addit: *βραχύς τε*: nunc ope Eudociæ et bonorum librorum correximus. Nihil igitur vidit Harles, qui ad Fabric. B. Gr. V. p. 680. *σύντομος* retinens verbi jubet: "In scribendo erat *concisus et sensibus dives.*" Similem maculam eluendam F censuimus ex Proclo in Alc. pr. §. 79. p. 239. quod postea confirmavit unus ex Codd. Ambrosianis, unde recte recepit Cousin. T. III. p. 95. et facilis erat conjectura cum ibidem sequatur, paucis interjectis, vox *συντονία*. Similia de Phocionis, oratione prodit Plutarchus in ejus Vita cap. V. p. 180:—*οὕτως ὁ Φωκίωνος λόγος πλεῖστον* G *ἐν ἐλαχίστῃ λέξει νοῦν εἶχε*. *Cr.* Mox: "*καὶ τὸ συμπαθείας—καίτοι*—Cod. Voss. [Leid.] Lego: *καὶ μετὰ* i. e. *magis communiter patiendo, quam docendo.*" *Wyttenb.*

p. lxiv. [d]. *καταπεπύκνωται δὲ καὶ ἡ—πραγματεία*] Lucianus Encom. Demosth. 14. p. 501: *Δημοσθένης—ταῖς μὲν ἐννοίαις καὶ τοῖς ὀνόμασι καταπυκνῶν τὸν λόγον*, quo ejus ubertas et copia designatur. Passive de Homeri Iliade Longinus *περὶ Ὕψ.* IX. 13. p. 36. Weisk.: *καὶ ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις καταπεπυκνωμένον*. Passive usurpatur etiam M. Antonino V. 9. sed alia sententia. Conf. infr. c. 23. fin. p. 139. Fabric. et adhibe illis Porphyrii Bergleri annot. ad Alciphron. Epist. III. 55. p. 170. ed. Wagn. *Cr.*

p. lxiv. [e]. Σεβήρου] "De Platonicis hisce philosophis plerisque est dictum a me supra lib. III. c. 4. uti de Peripateticis c. 8." *Fabric.* Nimirum in Bibl. Gr. Vol. III. p. 164. sqq. ed. Harles. et eodem Volum. p. 458. sqq. De Numenio supra dictum est ad cap. III. Quibus hoc addam h. l.: In Arnobio II. 11. pro: "Vos *Platoni*, Vos Cronio, Vos Numenio." Gelenius, quem plerique sequuntur, legi jubet: "Vos *Plotino* &c." Vid. Jo. Conr. Orellii Annot. p. 16. sq. Cronius laudatur cum Plotino, Amelio, Numenio, Porphyrio, Gaio sive Caio aliisque forte Platonicis in Procli Comm. MS. in decimum librum Reipublicæ Platonis. Vid. Nova Collectio Scriptorr. Vatican. T. III. 3. p. 216. Ejus liber *περὶ παλιγγενεσίας* citatur Nemesio de Natura Hom. p. 117. ed. Matth. Cronius laudatur denique Porphyrio De Antro Nymph. I. p. 2. ad quem locum cf. Goensius p. 85. De Attico, Herodis patre, ita Philostratus Vit. Sophistarr. II. 2. p. 547: Ἀττικὸν δὲ, τοῦ (τὸν Cod. Palat. Heidelb. nr. 132. recte:) *παῖδα, Ἡρώδου δὲ πατέρα οὐ περιεῖδεν ἡ τύχη κ. τ. λ.* ubi Olearius: "Philosophum Platonicum intelligit Jonsius Plutarchi filium cujus *Plotinus* meminit *Ennead.* I. l. 1. p. 9." Debebat scribere: Porphyrius de Vita Plotini p. 9. ed. Basil. At hic Atticus Herodis pater non Plutarchi sed Hipparchi filius fuit nec videtur philosophus fuisse, sed hic Atticus, de quo Porphyrius, sub M. Aurelio inclaruerat inter philosophos (Syncellus p. 353. Brucker. Hist. Crit. Philos. II. p. 175. sq. cf. et Fabric. B. Gr. III. p. 164. Harles.) Nostro Attico tribuendum censet Fabricius fragmentum in Cod. Bavarico-Monac.: *Adversus Aristotelem a Moyse et Platone dissentientem*. Tu vide nunc Ign. Hardtii Catalog. Codd. MSS. Bibliothecæ Regiæ Bavaricæ Cod. XXIX. Vol. I. p. 162. sqq. Ibidem Cod. C. p. 596. ita inscribitur: *Πατερίου τοῦ Ἀττικοῦ ἐξήγησις περὶ τοῦ λόγου ἀπὸ*

τῶν ἐναντίων, et incipit: τὸν ἀπὸ τῶν ἐναντίων τοῦ A Πλάτωνος λόγον. Ad quæ Hardtius hæc addidit: "Suspicor esse hunc Atticum Platonicum cujus hypomnematon in Platonem Porphyrius meminit in Vita Plotini." At in Platonem commentarios diserte non dicit h. l. Porphyrius. Cæterum si hæc opinio confirmetur, noster ille philosophus Paterius Atticus dicendus sit. Mox de B Caio adscribam locum Anonymi in Bibl. Coisliniana p. 598: ἐν δὲ τῇ φιλοσοφίᾳ ἔπρεψαν Πλάτων, Ἀριστοτέλης, ὁ τούτου μαθητὴς, ὧν τὸν μὲν Πλάτωνα ὑπομνηματίζουσι πλεῖστοι· χρησιμώτεροι δὲ Γάϊος, Ἀλβῖνος κ. τ. λ. Unde discimus Caium in Commentatoribus Platonicorum librorum esse numerandum. Ejus discipulos audivit Galenus C (Vid. Galen. de dignoscc. affectt. c. 8.) *Cr.*

p. lxiv. [f]. ἐλέγετο δὲ ἐκ τούτων οὐδὲν καθάπαξ] Ficinus verterat: "Sed nihil ex his tractu continuo dicebatur." Quem fideliter secutus est Engelhardt. Sed nolo omnes errores viri cæteroqui docti eruere. *Cr.* "ἐλέγετο i. e. *Sibi eligebat, sequebatur, ut sibi probatum.*" *Wyttenb.* D Mox: Ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ τε περὶ ἀρχῶν Λογγίνου καὶ τοῦ Φιλαρχαίου: "Philarchæus non est nomen proprium viri, sed Longinus dicitur a Porphyrio φιλαρχαῖος, hoc est antiquarum literarum et priscæ sapientiæ studiosus. Quod vero Plotinus de eo judicavit, Philologi laudem ei relinquens, Philosophi eripiens, probatur etiam E Proclo lib. I. in Timæum Platonis p. 27." *Fabric.*—"Porphyrii verba corrupta sunt, quibus facile sic medeare: ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ περὶ ἀρχῶν Λογγίνου, τοῦ φιλαρχαίου, id est: *cum ei lectus esset liber Longini, priscæ sapientiæ studiosi, de Principiis.* Quam Porphyrii mentem vidit etiam Fabricius." *Ruhnken.* Disput. F de Longino §. VI. p. 498. ed. Bergm. cf. hujus notam p. 526. "φιλαρχαῖος. Meminit Porphyrius in Plotino cap. XIV. Ad quem locum "nugantur viri eruditi. Sed recte vidit doctissimus Valesius de Critica I. 17. φιλαρχαῖος nihil aliud esse quam libri titulum. Subintelligitur scilicet λόγος. Sic φιλαλήθης λόγος Euseb. G contra Hierocl. p. 513. Sic Ἡρωδιανοῦ φιλέταιρος. Ζηνοδότου φιλέταιρος, de quibus cl. Piersonus in Præf. ad Moerin. Quæ quidem ejusdem farinæ sunt." *Toup.* ad Longini Fragg. VIII. 14. p. 403. Oxon. p. 546. Weisk. "φιλαρχαίου. f. liber Longini sic inscriptus." *Wyttenb.* not. mscr. Unde intelligitur Wyttenbachium hæsitantem illum quidem, sed tamen magis propensum fuisse in Toupianam rationem, quam in Ruhnkenianam. Nec ullus librorum nostrorum confirmat hanc: omnes agnoscunt et τε et καί. Et vero si duo libri lecti erant, quorum altero de Principiis rerum egerat Longinus; altero de antiquarum literarum studio, expedita erat comparatio, in utro valeret scriptor et provocatum judicium Plotini, qui eum in Philosophia certe Platonica nihil posse pronuntiat, in literarum disciplina plurimum. *Cr.*

p. lxiv. [g]. φιλολόγος μὲν, ἔφη, ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς.] Accentum posui ex plurr. libris nostris pro φιλόλογος ed. Basil. et Fabric. licet in posterioribus Græcis scriptoribus accentus variet. Vid. Phrynichi Epitom. p. 392. sq. ibiq. Lobeck. qui etiam de hujus vocabuli usu cum Adjectivi tum Substantivi consulendus. Sueton. de illustr. Gramm. c. X.: "Philologi appellationem assumpsisse videtur (Atteius) quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur." Non est, quod de hujus vocabuli late patente usu dicamus post Valesium de Arte Critica I. 20. p. 120. Burm. et ad Calcem Hephæst. de Metris p. 374. Gaisford. J. C. Wolf. ad Liban. Epist. DCX. not. 3. et Epist. X. not. 11. Wyttenbach. ad Plutarch. de Audiend. poëtt. p 226. sq. et in Philomath. I. p. 77. sqq. denique F. A. Wolf. in Museo Antiquitatis Studd. I. 1. p. 11.—Ruhnkenium quidem hoc dictum Plotini vehementer pupugit. Ita enim ille in Disput. de Longino §. VI. p. 502. Bergm.: "Quam vocem, velut oraculo missam, repetit Proclus, eruditior ille quidem Plotino, sed eodem morbo laborans, in Platonis Tim. p. 27. Sed hujus judicii iniquitas unde profecta sit, non est difficile intelligere. Urebat haud dubie hominem, suam de Ideis sententiam, quam discipuli, ut fit, laudibus in cœlum ferrent, idoneis rationibus a Longino oppugnari." Hæc ille, qui recentioribus Platonicis, excepto Longino ut Literatori, infensior erat. Neque enim quidquam, quod contra Plotinum dictum sit, in meis in ejus scripta annotationibus opprimere volui. Est enim hoc interpretis, qui liberales artes profiteatur, primarium munus, ut diversas sententias exponat, et suum cuique judicium liberum relinquat. Cæterum

Procli reprehensionem interpretationis Longini- A anæ, quæ in Platone secretiorem profundioremque sensum negligebat, defendit Henr. Valesius de Critica I. 20. Quod φιλοσόφου nomen h. l. attinet: Wyttenbachius, collatis multis Plotini locis (p. 2, D. E. 6, G. 19, A. B. 20, C. F. 21, E. 203, F. 204, E. 212, F. 213, D. 291, A. 293, A. 325, C. 330, A. 423, D. 469, A. B 556, A. 659, E. 760, B.) probatum iit, Plotinum φιλοσόφους non fere appellare nisi *Platonicos*, aut si quis alterius sectæ socius cum *Platonicis* consentiat. (Vid. Mahnii Epistoll. Sodalium Socratt. Philomathiæ p. 172. sq.) Ne ipse ab hac cœna prorsus ἀσύμβολος discedam, apponam aliquot locos veterum. Ac Theodoretus Dialogo C primo de Trinitate p. 947. Schulz.: τὰ δὲ ἑπόμενα οἶδας, εἰ φιλόλογος εἶ, ubi est qui in V. et N. T. librorum lectione probe versatus est, ut insigniora certe memoriter teneat. Myrtilus apud Athenæum XIII. p. 610. d. p. 211. Schwgh.: Εἶτ' οὐκ ἐγὼ δικαίως πάντας ὑμᾶς τοὺς φιλοσόφους μισῶ μισοφιλολόγους ὄντας. Suidas in Συριανὸς D III. p. 410: Ἰσίδωρος ὁ φιλόσοφος, ὥς φησι Δαμάσκιος, πάντα τὰ τῶν παλαιῶν ἐξετάζων οὐκ ἀνίει πρὸς τὸ ἀκριβέστατον. Contra idem Damascius in eadem Vita Apollodotum dicit πρὸς φιλολογίαν ἐῤῥωμενέστερον ἢ πρὸς θεολογίαν. Suidas de eodem Isidoro II. p. 150: ἐμοί τε δοκεῖν τὴν ζωὴν μὲν ἦν φιλόσοφος, τὰ δὲ πρὸς ἐπιστήμην οὐ διεξητασμένος· ἀγύμναστος ὢν μᾶλλον ἢ ἀφυὴς τὰ διαλεκτικά. E Hæc de Plotino nemo dixerit, qui Enneades legerit, et ea reputaverit, quæ in hoc ipso capite de ejus πολυμαθείᾳ narravit Porphyrius, nec μισοφιλόλογον eum quisquam censuerit, qui sciat, quantum tribuerit literatori Porphyrio, ut alios taceam. Ceterum ex hoc Plotini dicto Lon- F ginum professione philosophum, non philologum fuisse colligunt Valesius ad Euseb. H. E. VI. 19. et Ruhnken. de Longino §. 8. p. 506. *Cr.*

p. lxiv. [h]. Ὠριγένους δὲ ἀπαντήσαντος κ. τ. λ.] "Origenes non Adamantius sed eo paullo junior, Plotini condiscipulus, de quo supra c. 3." *Fabric.* Plotini Origenisque tanquam Ammonii discipu- G lorum mentionem facit Hierocles apud Photium Cod. 214. p. 173. a. infr. Bekkeri, rursusque idem Cod. 251. p. 460. b. posteaquam Ammonium prædicavit, ita pergit: μάλιστα δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν αὐτῷ συγγεγονότων Πλωτίνῳ καὶ Ὠριγένει καὶ τοῖς ἑξῆς ἀπ' αὐτῶν. Attigit autem hunc locum nostrum de verecundia Plotini erga Origenem hunc Needhamus corrigens errorem Pearsoni, qui, ut alii viri docti, hunc alterum Origenem Plotini condiscipulum et profanis sacris, non Christianis addictum ignoraverat. Vid. The Classical Journal, Vol. IX. p. 273. sq. not. 1. et 2. Mox ἀνίλλεσθαι τὰς προθυμίας. Debebat Ficinus: *constringi* s. *cohiberi* s. *reprimi* studia. Ruhnken. ad Tim. p. 35: "Ex Atticistarum præcepto Porphyrius de Vita Plotini c. XIV." sequuntur ipsa verba. De hoc Verbo ipse monui ad Olympiodor. in Platon. Alc. pr. §. 5. p. 48. et ad Plotin. I. 62. p. 51. F. *Cr.*

p. lxv. [i]. Ἐμοῦ δὲ ἐν Πλατωνείοις ποίημα ἀναγνόντος] Hæc Platonea Longinus etiam celebrabat nimirum Athenis. Porphyr. ap. Euseb. P. E. X. 3. Locum supra adscripsimus ad cap. II. p. 95. ed. Fabric. Cf. etiam Henr. Vales. ad Euseb. H. E. VI. 19. p. 245. ed. Taurin. Hunc morem celebrandorum Platoneorum attigit etiam Elmenhorst. ad Appuleium De Philosophia Platonis lib. I. post init. Taylor ad Lysiam, ubi de Προμηθείοις (Oratorr. Grr. VI. p. 929. Reisk.) hæc Πλατώνεια laudat "ex *Proclo* de Vita *Porphyrii*." Voluit vir doctissimus: ex Porphyrio de Vita Plotini. Libenter laudant Platonici diem mensis septimum, utpote Platoni natalem. Docet Valckenaer., ubi de ἑβδομὰς et ἑβδόμη agit, in Diatribe de Aristobulo Judæo §. XXXIX. p. 124. Postea renatis literis quum Laurentio Mediceo auctore Platonea hæc Florentiæ instaurarentur, diem septimum mensis Novembris Platonis natalem habuerunt. Vid. Marsilii Ficini Commentar. in Platon. Conviv. p. 373. et cf. Will. Roscoe Life of Lorenzo de' Medici c. III. ibiq. laud. Spec. liter. Flor. Vol. II. p. 60. Quid? Sæculo etiam XVIII. Castilioneus Comes (Castiglione) Platonea restituit Florentiæ. Vid. Sieveking. Geschichte der Platon. Academie p. 59. Mox τὸν ἱερὸν γάμον secundum antiquam reconditioremque Theologiam accipiendum esse docent apposita. Proclus in Tim. V. p. 293. (adhibitus etiam Gesnero ad Orphica Fragg. XXXVI. p. 493. Herm.): τὴν ἕνωσιν καὶ συμπλοκὴν τῶν δυνάμεων ἀδιαίρετον—εἰώθασι γάμον οἱ θεολόγοι προσαγορεύειν—καθ' ἃ φησιν ὁ θεολόγος (Ὀρφεύς). Πρώτην γὰρ νύμφην ἀποκαλεῖ τὴν γῆν, καὶ πρώτιστον γάμον τὴν ἕνωσιν αὐτῆς πρὸς τὸν οὐρανόν. κ. τ. λ. Similiter Pherecydes Syrius, de

quo Clemens Alex. Stromm. VI. p. 642: *ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν*, operis sui initium ab *ἱερῷ γάμῳ*, cosmogonico videlicet, duxerat (Diogen. Laërt. I. 119. cf. Sturz. in Prolegg. ad Pherecydis Fragg. p. 40. sqq. ed. alt.) Senarium numerum *γάμον* dixerant Pythagorei. Vid. Jo. Laur. Lydum de Mensib. II. 10. p. 68. et in eum annotata in ed. Roetheri nostri. Jam cum Platonici recentiores his in placitis se ad priscorum philosophorum, Pythagoreorum inprimis, rationem applicarent, facile est intellectu, quale argumentum fuerit hujus carminis Porphyriani. Mox *εἰπόντος, μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον*. Cf. Ælian. V. H. II. 44. III. 9. III. 52. Cæterum hunc Porphyrii locum commode adhibuerunt interpretes N. T. ad explicandum Festi illud ad Paulum Actorr. XXVI. 24: *μαίνῃ, Παῦλε*. Cf. etiam Valckenaer. ad Actorr. II. 7. in Scholis p. 346. Deinde: *εἰς ἐπήκοον—πάντων*. Philostrati Heroic. p. 719. p. 160. Boisson.: *Ἀκόλαστον δὲ οὐδὲν ἐφθέγξατο ἂν οὐδεὶς ἐν ἐπηκόῳ τοῦ Αἴαντος*. ubi Schol. p. 563. *ἤγουν παρόντος ἐκείνου ὥστε ἀκοῦσαι*. Denique *ἱεροφάντην*. Adhibuit hæc A. Maius ad hæc Porphyrii Epist. ad Marcellam XVI. p. 32. ed. Mediolan.: *μόνος γὰρ ἱερεὺς ὁ σοφὸς*, quæ aliena esse recte notavit J. Conr. Orellius in Opuscull. Græcorr. Sententiosis I. p. 618. Potius cogitandum h. l. de partibus, quas Hierophantes in Eleusiniis initiis gerebat (Vid. Symbol. nostr. IV. p. 482. sq.) Nam cum in Eleusiniis *ἱερὸς* etiam *γάμος* repræsentaretur per formulas, tesseras cet. (Vid. locum Procli supra laudatum in sequentibus.) Plotinus hoc nomine significatum volebat, Porphyrium suo illo carmine de sacris nuptiis eam reconditiorum sacrorum et theologiæ scientiam sibi comprobasse, quæ in Eleusiniorum antistite inesse debebat. *Cr.*

p. lxv. [k]. *ὁ ῥήτωρ Διοφάνης*] Aliunde non cognitus. Antiquiorem Diophanem rhetorem Cicero memorat in Bruto c. 27. *ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Πλάτωνος* p. 217. sq. p. 456. sqq. Bekkeri. Mox *τῷ καθηγεμόνι*. Honorifice pro *τῷ διδασκάλῳ*. Vid. Wyttenb. ad Plutarch. De discern. amico ab adulatore p. 528. *Cr.*

p. lxv. [a]. *βαλλ' οὕτως—γένηαι*.] "Ex Iliad. *θ*. 282." *Fabric.* Ubi vid. Scholl. et Heynii Observv. V. p. 465. Habet autem vim proverbii usurpaturque in acclamationibus, ubi aliquem in recte factis confirmamus. Usurpat Lucianus in Nigrino §. 37. p. 80. ed. Amst. Wetst. itemque Libanius Epist. XII. ad Bassianum p. 271. (in Wolf. Anecdd.) ad Heraclianum p. 1128. et ad Anatolium p. 925. ed. J. Chr. Wolfii. Nec minus Gallus in Epistoll. Juliani, in quibus locis etiam fere *ἄνδρεσσι* usurpatur pro *Δαναοῖσι*. Cf. Jo. Pæan. ad Julian. Epistoll. p. 548. ed. H. Heyleri. *Cr.*

p. lxv. [b]. *Εὐβούλου—τοῦ Πλατωνικοῦ διαδόχου*] "*Διάδοχος* scholæ Platonicæ publicus Doctor Athenis, atque adeo Platonis cathedram ut ita dicam *διαδεξάμενος*. Infra c. 20." *Fabric.* Ficinus vertit *sectator*. Ego correxi. De voce *διάδοχος* cum de imperii successionibus tum de philosophorum scholis usurpari solita, dixi in Procemio ad Procli Comm. in Alcib. pr. §. 3. p. XVI. not. 1. De Eubulo addam aliquid infra ad cap. 20. p. 128. *Cr.*

p. lxv. [c]. *οὐ πάνυ τι*] Intactum reliqui cum Fabricio et Wyttenbachio. Similis varietas obvia in Platonis Lyside p. 204. p. 111. Bekk., ubi, quod Schæfer. ad Gregor. suaserat, p. 938., hic e Codd. restituit: *πάνυ τι*. Cf. Platon. Phæd. p. 57. a. Est autem *minime gentium*. De hoc Attico usu vid. Fischer. ad Well. II. p. 133. et Weisk. Pleonasmm. Græcc. p. 165. Nec magis tentavi illud *ἀποτελεστικοῖς*. Nam licet hac in re *ἀποτελεσματικοῖς* usitatius sit, usurpantur hæ voces tamen promiscue. Vid. Steph. Thesaur. p. 9242. ed. Londin. et cf. Jo. Laur. Lyd. de Menss. II. 8. p. 64. Roetheri. Addo distinctionem in Etymologico Gudiano consignatam p. 37. init.: *Ἀστρονόμος μέν ἐστιν ἡ κατάλυσις τῶν ἀστέρων· ἀστρολόγος δέ, ἡ τὰ ἐκ τῶν κινήσεων ἀποτελέσματα δηλοῦσα ἐπιστήμη*. Mox: *ἐλέγχειν πολλαχοῦ καὶ τῶν ἐν τοῖς συγγράμμασιν*: "*καὶ* abest a Cod. Voss. Delendum etiam *τῶν*." *Wyttenb.* Non necessarium videatur, si *συγγράμμασιν* intelligas de Astrologorum scriptis, et cum aliquot Codd. legas: *πολλὰ τῶν*. Ad orationem et sententiam hujus loci pertinet Artemidorus Oneirocrit. II. 69. p. 250. Reiff.: *ὑπολείπεται δὲ μόνα ἀληθῆ εἶναι τὰ ὑπὸ θύτων λεγόμενα, καὶ οἰωνιστῶν, καὶ ἀστροσκόπων, καὶ ὀνειροκριτῶν καὶ ἠπατοσκόπων. Περὶ δὲ μαθηματικῶν τῶν γενεσιολόγων ἐπισκεψώμεθα*. Hos *fatorum per genituras interpretes* dicit Ammianus Marcellin. XXIX. p. 384. cf. Reiff. p. 405. Basilius Magn. in Hexaëm.

Homil. VI. p. 74. loco de hac re classico: ἀλλ' A οἱ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες ἐπὶ τὴν συνηγορίαν τῆς γενεθλιαλογίας τὸν λόγον ἕλκουσι καὶ λέγουσι προσηρτῆσθαι τὴν ἡμετέραν ζωὴν τῇ κινήσει τῶν οὐρανίων. et p. 75. extr.: καταγέλαστοι καὶ οἱ περὶ τὴν ἀνύπαρκτον ταύτην τέχνην ἐσχολακότες, καὶ οἱ πρὸς αὐτοὺς κεχηνότες, ὡς δυναμένους εἰδέναι τὰ κατ' αὐτούς· οἷα δὲ (f. δὴ) καὶ τὰ ἀποτελεσματικά. B Sed tota disputatio legenda est et cum Plotiniano libro mox citando conferenda. Ad argumentum: "Astrologorum divinationes, præcipue quibus animos subjiciunt, passim impugnat Plotinus Enneadis II. libro III. et Ennead. III. lib. I. c. 5. et lib. II. ac III. Vid. p. 211. sq. 232. 245. 263. 275. etc." *Fabric.* Hoc nomine re- C prehenditur Plotinus a Julio Firmico in Prooem. Math. p. VI. *Matter.* in *Essai historique sur l'école d'Alexandrie* II. p. 271. nostrum locum attingens, et in Enneadibus astrologica haud pauca inesse opinatus, hæc ipsa non Plotino sed Porphyrio tribuenda censet, utpote qui ista præceptoris disputationibus interposuerit. Quam D conjecturam nolim sibi excidisse passum esse virum eruditum. Plura in hanc rem dixi ad Plotini librum: Εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα; p. 137. sqq. *Cr.*

p. lxvi. [d]. τῶν Χριστιανῶν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, αἱρετικοὶ δέ.] *Matter: Histoire du Gnosticisme* I. p. 55. not. 1. "Plotin, qui est plein d'idées analogues à celles des Gnostiques, et qui les ré- E fute cependant dans un traité particulier, parce qu'il est l'ennemi de tout ce qui tient au Christianisme." Ego neutrum dixerim. Eadem fusius repetit idem vir doctus ibid. T. II. p. 460. sqq., ubi quem Plotiniani libri titulum posuit (p. 462.), cum nec editio Græca agnoscit, nec ullus Codicum nostrorum: κατὰ τῶν γνωστικῶν. F Porphyrium nemo nescit inimicissimum fuisse Christianorum sacris, et hoc nomine etiam ab Ecclesiæ patribus certatim notatum. Vide quæ supra dicta sunt ad cap. VII. fin. et quæ disputavimus ad illum librum Plotini p. 199. A. quibus h. l. e recens editis nonnihil addam quod conjecturæ ibidem propositæ haud scio an favere G videatur. Auctor Catenæ in Danielem in Nova Collectione Vaticana I. part. 2. p. 27. extr. ed. A. Maii: Πορφυρίου τοῦ ματαιόφρονος. Cf. etiam Eusebii Prooem. ad Canon. Chronic. T. II. p. 222. ed. Mediol. A. Mai. et Zohrab. Basilius Cæsar. junior in Scholiis in Gregorii Nazianz. Steliteut. (in Notices et Extraits XI. 2. ed. Boissonad. p. 126.): οὗτος ὁ Πορφύριος κατὰ τῆς πίστεως ἡμῶν ἔγραφε, καὶ—συνέταξε λήρους καὶ φάσματα—καταφρυαξάμενος, ubi lectio Cod. Coisl. καταθρασυνόμενος haud dubie interpretamentum est. Mox: ἐκ τῆς παλαιᾶς φιλοσοφίας ἀνηγμένοι. *Matter.* libr. laudato II. p. 460. not. 2.: "Ce sont les doctrines de l'Orient qu'entend Porphyre, et cela caractérise parfaitement les Gnostiques." Cf. p. 474. sq. *Cr.*

p. lxvi. [e]. οἱ περὶ 'Αδέλφιον, καὶ 'Ακυλῖνον,] "Rectius, ni fallor, οἱ περὶ τὸν [delevi τὸν auctoritate plurr. et bonorr. librorr. *Cr.*] 'Αδέλφιον καὶ 'Ακυλῖνον Latine dicentur *Adelphius et Aquilinus.* Atque Aquilini etiam inter Porphyrii συμφοιτητὰς Amerium et Origenem apud Eunapium [p. 10. ed. Boissonad.] mentio. Sed nisi Eunapium fefellit memoria, omnino Paulinus ibi pro Aquilino legendum, ut magnus Pearsonius [in Prolegg. ad Hieroclem De Providentia] probe observavit." *Fabric.* Huic conjecturæ suffragantur ad Eunapium Boissonadius p. 168. et Wyttenbach. p. 40. E. A. *Lewald.* in Commentat. de Doctrina Gnostica p. 124: "Nomina Adelphii et Acylini [Aquilini]. quos sectæ principes vocat Porphyrius, præterea incognita." Et fortasse unum alterumve horum nominum corruptum, neque tamen propterea consultum fuerit multis conjecturis indulgere, nec operæ fortasse pretium. Sequenti sæculo alius Adelphius Mesalianis sive Euchitis Adelphianorum etiam nomen impertivit, de quibus actum in synodo Sidensi anno 383. p. Ch. N. (Phot. Bibl. Cod. LII. p. 12. sq. Bekk.)—'Αλεξάνδρου τοῦ Λίβυος. Moshemius eum Alexandrum, de quo Paulus Apostolus conqueritur 1 Tim. I. 20. 2 Tim. IV. 14., pro Gnostico habuerat, refutatus a Tittmanno de vestigiis Gnosticorum in N. T. p. 148. Conjiciat fortasse quispiam hunc Alexandrum Libycum Valentini illius hæretici discipulum esse, qui Hieronymo teste in Epist. ad Galatas commentatus erat et cujus placita Tertullianus in libro adversus Valentinianos p. 250. Rigaltii alibique refellit. Cf. p. 666. ed. Rigalt. De Valentinianis vide etiam Jacob. Godofredum in Cod. Theodos. XVI. 5. Tom. VI. p. 117. ed. Ritteri. Hoc veri est simillimum, a Plotino in libro adversus Gnosticos etiam Valentinianos impugnatos esse. Vid. disputationem nostram ad ejus libri initium

p. 199. Pro Δημοστράτου Λυδοῦ, quod conjecit A
Reinesius, malim τοῦ Λυδοῦ. Utravis ratione
gentile nomen exit pro proprio. Mox ἀποκαλύ-
ψεις—Ζωροάστρου "Zoroastris apocrypha volu-
mina a Prodicianis jactata memorat Clemens
Alex. I. Strom. p. 304." *Fabric.* [p. 357. Pot-
teri]: Ζωροάστρην δὲ τὸν Μάγον τὸν Πέρσην ὁ
Πυθαγόραν ἐδήλωσεν· [Lege cum Sylburg. et B
Coteler. ad Recognitt. Clementinn. IV. 27. ἐζή-
λωσεν] βίβλους ἀποκρύφους τἀνδρὸς τοῦδε οἱ τὴν
Προδίκου μετιόντος αἵρεσιν αὐχοῦσι κεκτῆσθαι. Quæ
verba Cotelerius cum Porphyrianis comparanda
esse recte monuit. Sequitur ex alio scriptore
mentio Zaratæ, uti Huetius Demonstr. Evang.
proposit. 4. recte legi jussit. Nostrum locum C
attigit etiam Brucker. Hist. Philos. VI. p. 70.
et Goensius ad Porphyr. de Antro Nymphar.
accurate disputans contra Martini *Religion des
Gaulois* p. 92. Sicut autem apud Clem. Alex.
l. l., ita prorsus in bilingui inscriptione nu-
per eruta, quæ Gnosticorum, Carpocratis cet.
placita eloquitur, junguntur Ζαράδας τε καὶ Πυ- D
θαγόρας. Vid. Gesenii Dissert. de Inscriptione
Phœnicio-Græca in Cyrenaica nuper reperta.
Halæ 1824. Hamakeri Lettre à Mr. Raoul-
Rochette. Leyde 1825. et cf. Matter. Hist. du
Gnosticisme II. p. 292. sqq. Καὶ Ζωστριανοῦ
Arnobius adv. Gentes I. 52. p. 35. Orell.: "Age
nunc veniat—Zoroastres, Hermippo ut assentia- E
mur authori. Bactrianus et ille conveniat, cujus
Ctesias res gestas historiarum exponit in primo
Armenius *Hosthanis* nepos." (Vid. Ctesiæ fragmm.
ed. Bæhr. p. 405.) ubi pro Hosthanis ed. pr.
Rom. et Cod. ms. *Zostriani.* (Vid. Varr. Lectt.
T. II. p. 482. et Lewald V. Cl. l. l.) Cui lec-
tioni ex nostro loco auctoritas parata videri pos- F
sit, nisi Hosthanis mentio frequentata sit apud
veteres. (V. Fabric. B. Gr. I. p. 106. sqq. ed.
Harles.) Qui conjecturarum illecebris se irretiri
velit, possit ex N. T. hæreticorum nomina ex-
piscari et pro φιλοκώμῳ ponere ex 2 Tim. II. 17.
φιλητὸν, et pro Νικοθέῳ infamem istum Νικόλαον
Nicolaitarum auctorem (Apocalyps. II. 6. 15.) G
sed malo profiteri me hos homines non magis
nosse, quam Allogenem et Mesum vel Messum,
(cui Moysem Ebræorum legislatorem substituere
voluerunt, scribendo Μωῦσου. Cf. Neander in
Gesch. der Christl. Kirche I. p. 718. et p. 776.)
qui hoc agmen claudunt. Nam quod Tenne-
mannus in *Gesch. d. Philos.* VI. p. 200. in Ἀλ-
λογενοῦς (vel ut Fabric. nescio unde habet Ἀλλο-
γένους) hæsitat, poterat pariter in aliis his nomi-
nibus hæsitare. *Cr.*

p. lxvi. [f]. βιβλίον—πρὸς τοὺς Γνωστικοὺς] "Est
Enneadis secundæ liber nonus, licet in toto illo
ne semel quidem vel Gnosticorum nomen vel
cujusquam ex his Porphyrio nominatis mentio
occurrat." *Fabric.* Reapse tamen Gnosticos eo
libro refutare studuisse Plotinum ad ipsum plu-
ribus locis nobis videmur docuisse. *Cr.*

p. lxvi. [g]. Τρύφωνος τοῦ στωϊκοῦ τε καὶ Πλατω-
νικοῦ,] Hinc relati in Platonicorum itemque Stoi-
corum catalogum ap. Fabric. B. Gr. Vol. III.
p. 191. et p. 578. ed. Harl. ab Heumanno.—
Proxime Lucas Holstenius de Vita et scriptis
Porphyrii cap. II. p. 8. ed. Cantabrig. legi ju-
bet: ὃ ἐπέγραψε μέν. Quod recepissem, si vel
unus liber addixisset. Nunc Porphyrius putan-
dus est Amelii libro titulum præscripsisse, quod
ipsum non absurdum est. Illam criminationem
attingunt etiam Tiedemann. in *Geist. d. speculat.
Philos.* III. p. 276. et Tennemann. in Gesch. d.
Philos. VI. p. 51., qui tamen Plotini locum citat
V. 1. 8. (p. 489. B.) plane ab hac re alienum.
Debebat hunc Porphyrii locum laudare. *Cr.*

p. lxvi. [h]. βασιλεὺς δὲ τοὔνομα τῷ Πορφυρίῳ
προσῆν—Μάλχῳ κεκλημένῳ] "Eunapius [p. 7.
Boiss.]: Μάλχος δὲ (מלך) κατὰ τὴν Σύρων πόλιν
ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα (τοῦτο δὲ δύναται
βασιλέα λέγειν) Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογ-
γῖνος, ἐς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν
προσηγορίαν ἐπιτρέψας." *Fabric.* leg. ἀποτρέψας,
et vid. Wyttenb. et Boisson. ad loc. l. p. 29. et
p. 156. Eudocia p. 364. hujus mutati nominis
aliam rationem priori addit: ἢ ἀπὸ τοῦ πορφυρίαν
ὀνομάζεσθαι τὴν Τύρον τέχνην. Olympiodor. in
Alc. pr. p. 168: εἴ γε καὶ παρ' ἡμῖν ἡ Τῦρος πορ-
φυρία λέγεται ἀφ' ἧς ἡ πορφύρα, διὰ τὸ αὐτὴν μό-
νην ἀφωρίσθαι πρὸς τὴν ἁλουργίδα τοῦ βασιλέως
(Περσῶν). ubi vid. Annot. Ruhnken. in Disput.
de Longino §. VIII. p. 504. ed. Bergm.: "qua
in re Eunapii diligentiam requirit Valesius de
Crit. I. 18. Neque enim Longinus, sed Ame-
lius nominis Tyrii in Græcum Βασιλεὺς mutandi
auctor fuit, ipso Porphyrio teste de Vita Plotini
Βασιλεὺς etiam, non Πορφύριος, vocatur a Lon-
gino in Præfatione libri περὶ τέλους p. 131. Quæ
facile conciliantur, si dicamus, Malchum quidem

primum ab Amelio Βασιλέα, mox a Longino A
ejusdem fere potestatis sed gratioris soni nomine, Πορφύριον appellatum esse." Vid. etiam Lindenbrog. ad Amian. Marcellin. XXIV. 2. 7. (Vol. II. p. 63. ed. Wagner.) de nomine *Naarmalcha*, et cf. *Quatremère* in Bastii *Lettre Critique* p. 14. not. Jo. Laur. Lydus de Menss. p. 128. p. 276. Roetheri de nece Juliani Imperatoris: εἷς δὲ ἐκ B
τῆς Περσικῆς φάλαγγος τῶν λεγομένων Σαρακηνῶν, ἐκ τῆς ἁλουργίδος βασιλέα ὑπολαβὼν, ἀνέκραγε πατρίως, Μαλχὰν, οἱονεὶ βασιλεύς. Adde *Letronne* in *Analyse Critique du Recueil d'Inscriptions Grecques et Latines de Mr. le Comte de Vidua.* Paris. 1828. p. 18. ubi in inscriptione Græca prope Palmyram reperta mentio fit et C
Μαλιχόμου cujusdam et Μαλίχου. De quibus nominibus vir doctissimus J. Saint-Martin ibid. p. 19.: "*Malichus*, ait, et *Malochinus* rappellent directement, ou par dérivation, la dignité royale, comme *Basile* chez les Grecs." Denique J. Chr. Lindberg., V. D. in Diss. de Inscriptione Melitensi Phœnicio-Græca. Havniæ 1828. p. 71. D
hunc Porphyrii locum adhibuit in exemplis nominum e Phœnicio sermone in Græcum translatorum.

p. lxvi. [i]. ὅπερ μοι καὶ ὁ πατὴρ κέκλητο] Vid. Var. Lect. Augmentum vero Plusquamperfecto adjicere de conjectura nolui. Similiter Eunapius p. 35. τετέλεστο. Vid. Boisson. ad eum p. 304. E
quem jam supra laudavimus ad προκεχωρήκει c. VII. p. 106. Mox τὰ περὶ ὁρμῆς potius vertendum erat: *de naturali impetu* sive *instinctu*, uti fecit Ruhnkenius Disput. de Longino §. XIV. p. 526. Bergm. Cleodamus hic quis fuerit, non constat. Conf. tamen, quæ de hoc Longini libro et de Cleodamo dixit Jo. Toupius ad Longini F
Fragmm. VIII. 4. p. 545. sq. ed. Weisk. *Cr.*

p. lxvii. [k]. Μάξιμον—Μεγάλον] In nomine proprio videtur Numenius consulto rariorem formam amplexus esse, de qua Fischer. ad Weller. II. p. 67. In loco Alciphronis Epist. II. 3. p. 300. ed. Wagner. codex noster Palatinus Heidelb. nr. 132: οὐ μέγα δὲ καὶ τὸν Εὐφράτην ἰδεῖν; οὐ μέγα G
δὲ καὶ τὸν Ἴστρον οὕτω μεγάλον (cum reliquis) καὶ ὁ Θερμώδων, ὁ Τίγρης, ὁ Ἅλυς, ὁ Ῥῆνος; ubi tamen de Dorvillii conjectura ex ejusque codice nunc editum est: οὐ τῶν μεγάλων καὶ ὁ Θερμ. In Animadvv. Jacobsii in Anthol. Gr. T. VI. p. 383. οὐ μεγάλον operarum vitio videtur scriptum esse in loco Stobæi Floril. XCV. p. 524. Nam in Edit. Turicensi et in Gaisfordiana Vol. III. p. 274. legitur οὐ μέγα. In Athenæo XV. p. 691. f. p. 522. Schweigh. in hominis Siculi nomine Epitome habet Μεγάλου: reliqui libri Μεγάλλου et Μέγαλλον, accentu quoque diverso. *Cr.*

p. lxvii. [l]. οὖς διατεθρυλληκέναι ἐς ἑαυτὸν φῇς] "Lege σεαυτὸν, i. e. *te obtudisse crepando.*" *Wyttenb.* Sine libris recipere non ausus sum. Cæterum conf. Heindf. ad Platon. Lysid. §. 4. p. 9. Mox οὐκ ἂν προηκάμην. Ita libri nostri omnes et Paris. n. 1353. Fabricius edidit: προῆκα μήν: non sane emisissem. Non male. Vide modo Xenoph. de Venat. VI. 13. *Cr.*

p. lxvii. [m]. εὐστομίας τε καὶ εὐγλωττίας.] E suavi eloquentia facundiaque. Varios adjectivi εὔστομος significatus attigit Wyttenb. ad Plutarch. p. 327. et p. 864. εὐστομία in Platonis Cratylo p. 404. d. p. 47. Bekk. est soni suavitas in pronuntiando vocabulo. De utraque voce bene egit Ernesti in Lex. Technol. Gr. Rhet. p. 138. et p. 145. Himerius Orat. XXII. 6. p. 758. sq. ἀηδόνες δὲ σοφιστῶν (f. σοφισταῖς Wernsdorf.) τῆς εὐστομίας ἀφίστανται. Philostrat. Vit. Sophist. I. 8. p. 489: Φαβωρῖνον τὸν φιλόσοφον ἡ εὐγλωττία ἐν σοφισταῖς ἐκήρυττεν. Eunap. in Maximo p. 50. ed. Boisson.: ἐνταῦθα ὁ Εὐσέβιος τὴν ἑαυτοῦ πετάσας εὐγλωττίαν, καὶ τὸ εὔστομον ἐπὶ τὸ φράζειν ἀκώλυτον ἀφεὶς φέρεσθαι. *Cr.*

p. lxvii. [b]. τῷ διασιλλαίνειν αὐτὸν] Pollux VIII. 148. novit etiam alteram formam verbi διασιλλοῦν, ubi vid. Hemsterh. p. 1132. cujus judicium confirmat Phrynichus in Bekkeri Anecdott. p. 36. 19. 20. Eunapius in Proæresio p. 88. sq. Boiss.: περὶ δὲ τῆς διαφωνίας αὐτῶν τῆς κατὰ τὴν στάσιν διασιλλαίνων ἅπαντας, ad quem locum plura dedit Wyttenb. p. 318. sq. addo Iamblich. in Protrept. ad Pythag. Symb. XXXI. p. 368. Kiessl.: αἰνίττεται οὖν ὡς οὐ δεῖ καλῶς βεβουλευμένα πράγματα καὶ δόγματα διασιλλαίνειν μηδὲ διαδακνεῖν, ubi edit. Arcerii pariter atque h. l. duo Codd. nostri, vitiose habet διασιλαίνειν. *Cr.*

p. lxvii. [a]. τοῦ ὑπὸ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμολογίαν ὑπαγομένου πρός τινων,] Qui sub ipsum consensum nobiscum intercedentem a nonnullis reus agitur, nisi forte legendum ὑπὸ τῆς—ὁμολογίας: propter consensum. Ὑπάγειν, et plenius εἰς δίκην ὑπάγειν, est accusare. Vid. Timæi Lex. Pla-

ton. et ibi Ruhnken. p. 263. Valcken. ad Herodot. IX. 93. p. 734. et Sturz. Lex. Xenophont. IV. p. 358. Differentiam ab ἐπάγειν explicat Dounæus ad Demosth. de Pace p. 97. sqq. citatus Voemelio nostro ad eundem locum p. 301. not. crit. *Cr.* A

p. lxvii. [b]. εἴτι τῶν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἑστίας παραχαράττοιτο,] Si quid eorum placitorum, quæ ad intimam et quasi domesticam (Plotini) doctrinam pertinent, adulteratum fuerit. Addidit autem τῆς οἰκείας, cum ut sententiam intenderet, tum ne quis forte alteram formam ἀφ' ἑστίας, (de qua vid. ad Procl. in Alc. pr. p. 2.) quamquam significatu cognatam, cum illa confunderet. Videamus de Verbo. Plutarch. de Alexandri fortuna p. 332. C. p. 360. Wytt. ubi Diogenes: δεῖ κἀμὲ νόμισμα παρακόψαι καὶ παραχαράξαι τὸ βαρβαρικῇ θέσει κατεσκευασμένον. Cf. Wyttenb. Animadvv. p. 119. Synesius de Regno p. 15. A: τοὺς μικροκεφάλους τε καὶ ὀλιγογνώμονας, οὓς ἡ φύσις ἁμαρτάνουσα παραχαράττει, ad quem locum plura dedit doctissimus Krabinger. p. 231. Ego alia nonnulla adjiciam. Atque hic Synesii locus primum admonet Basilii Magn. Homilia in Hexaëm. IX. p. 117. B: τί εἴποι ἄνθρωπος (f. addendum ἂν) καὶ τῆς ἐντολῆς παρακούων καὶ τὴν φύσιν παραχαράσσων; Theodoretus in Hærett. Compend. II. 5. p. 331. Schulz.: τοῦτον (τὸν Θεόδοτον) Βίκτωρ—ἀπεκήρυξεν, ὡς παραχαράξαι πειραθέντα τῆς ἐκκλησίας τὰ δόγματα. Idem eodem Volum. p. 1162. παραχαράττειν διδασκαλίαν. Idem Dialog. III. de S. Trinit. p. 1027. ὑμεῖς γάρ ἐστε, οἱ καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους τοῦ ἁγίου Παύλου παραγραφόμενοι καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους παραχαράττοντες.—ἰδοὺ δὴ καὶ τὸν προφήτην ἐπιχειρεῖς παραχαράττειν. ubi παραγράφεσθαι est verbum forense: *excipere, exceptione removere* (Demosth. Mid. 616. E. cf. Dorvill. ad Charit. V. 7. p. 485. ad verba παραγράψασθαι τὴν δίκην et Buttmann. ad Orat. Laudat. ubi etiam de alio significatu p. 181. sq.) Igitur: epistolam ad Hebræos exceptione rejiciunt: ad Romanos corrumpunt, adulterant. Sicut autem περιγράφειν et παραγράφειν sexcenties confunduntur in veterum libris, ita etiam factum in περι—et παραχαράττειν. Theophilus in Inst. lib. I. tit. 6. 105. de Lege Ælia Sentia, qua cautum fuerat, ne quis inops plus uno servo manumitteret, qui solus et necessarius dicebatur. Quod postquam explicavit Theophilus addit: μέχρι γὰρ ἑνὸς (Ἄελιος Σέντιος) τὴν οἰκείαν παραχαράττει νομοθεσίαν, ubi G. O. Reiz. p. 65. in versione Latina expressit conjecturam περιχαράττει, vertens: *terminat* (malim *circumscribit*), in ordine reliquit παραχαράττει. Hinc παραχάραγμα Clemens Alex. Stromm. VI. p. 780. Pott.: καὶ πῶς ἔτι τραπεζίτης οὗτος δοκιμάσαι μὴ δυνάμενος καὶ διακρῖναι τὸ ἀκίβδηλον νόμισμα τοῦ παραχαράγματος. Cæterum cf. quæ supra diximus ad verba παράσημα ὀνόματα XIII. p. 114. *Cr.*

B C D E F G

p. lxvii. [c]. ὥς που φησὶν ἡ τραγῳδία, ὢν φιλοπράγμων,] Illud φασὶν et ὥσπερ, quod in varietate lectionis comparet, argumento esse possit turbatum esse in hoc loco, quem cum Fabricio et Wyttenbachio silentio prætermittere malo, quam conjecturis tentare. Mox duobus cum libris dedi ἐξ ἅπαντος pro ἐξάπαντος conjunctim, licet hoc etiamnum servatum sit in Pausania III. 8. fin. p. 40. Siebelisii. De hac locutione vid. Lamb. Bosii Ellipss. Grr. p. 497. ibiq. Schæfer. *Cr.*

p. lxviii. [d]. πάσης σοφιστικῆς σκηνῆς καὶ τύφου] Σκηνὴ de externo habitu, apparatu adeoque de fastu usurpatur. Philostrat. Vit. Apollonii II. 37. p. 90. ἡ δὲ ἀκριβὴς καὶ ὑπερεπιτείνουσα (φιλοσοφία) φορτική τε, ὦ βασιλεῦ, καὶ ταπεινοτέρα τῆς ὑμετέρας σκηνῆς φαίνεται, καὶ τύφου δὲ αὐτό τι ἂν ἡγοῦνται βάσκανοι, ubi Olearius comparat Suetonii verba in Caligul. c. 15. "*Nec minore scena*—mausoleo intulit." Similiter Synesius de Regno c. XV. p. 14. C. Imperatorum Romanorum apparatum et cultum cum adoratione conjunctum vocat: τὴν περὶ τὸ βασιλικὸν σῶμα σκηνὴν καὶ θεραπείαν, ubi affinem habet vim, quam vox σκευὴ (quacum sæpius etiam confunditur. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 159). De re vid. Krabinger. ad l. l. p. 227. sq. Lucianus Nigrino §. 12. p. 50. Wetsten.: οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος; Hinc præsertim Oratoribus et Sophistis tribuitur σκηνή. Philostratus de Vit. Sophist. I. 25. in Polemone p. 537. τὴν δὲ σκηνὴν τοῦ ἀνδρὸς, ᾗ εἰς τὰς μελέτας ἐχρήσατο, ἔστι μὲν καὶ Ἡρώδου μαθεῖν. Sophisticas munitiones novit Basilius M. Comm. in Jesai. XV. p. 1106. τουτέστι τὰ σοφιστικὰ ὀχυρώματα οἷς ὑποκαθήμενοι ἐδόκουν ἱκανὴν τὴν ἀπ' αὐτῶν (f. ἐπ' αὐτῶν) ἀσφάλειαν προβεβλῆσθαι. Idem in Hexaëm. Homil. V. p. 57. a. de inconstantia rerum humanarum: μία νὺξ ἢ πυρετὸς εἷς,

ἡ πλευρῖτις, ἡ περιπνευμονία ἀνάρπαστον ἐξ ἀνθρώ- A πων ἀπάγουσα τὸν ἄνθρωπον οἴχεται, πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν σκηνὴν ἐξαπίνης ἀπογυμνώσασα καὶ ἡ δόξα ἐκείνη ὥσπερ ἐνύπνιον ἀπηλέγχθη. Quem locum comparare debebam cum simillimo Plotini III. 2. 15. p. 266. C. *Cr.*

p. lxviii. [e]. τὰς συλλογιστικὰς ἀνάγκας—τὰς ἐν τῷ λόγῳ λαμβανομένας.] "Nobilissimus vir Die- B tericus Doblerus, Hamburgensis, cum Interprete [Ficino, qui *latentes* vertit] legebat λανθανομένας." *Fabric.* "λαμβανομένας sanum. λανθανομένας ap. Fabric. in nota non Græcum." *Wytt.* Plato Rep. V. p. 458. p. 233. Bekk.: οὐ γεωμετρικαῖς, ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις. Olympiodor. in Alc. pr. p. 102. γραμματικαῖς ἀνάγκαις. Cf. ibid. C p. 112. cum annot. et cf. Plotin. II. 2. 2. ubi est φυσικαὶ ἀνάγκαι, itemque III. 2. 11. *Cr.*

p. lxviii. [f]. Διὸ καὶ ἀντιγράψας προσήγαγον,] "Fort. ἀντιγραφάς." *Wytt.* Quam lectionem in ordinem recepissem, si vel unus liber eam exhibuisset. Si Darmstadini Cod. lectionem sequaris, tueri possis vulgatam ita ut accipias: contra D Plotinum scripsi et progressus sum, nimirum si προάγειν neutraliter sumas, h. e. consilium cepi contra scribendo rem ad exitum perducendi. *Cr.* Mox ὅτι ἔξω—τὸ νόημα. "Contra Plotini Enn. V. 5. cujus titulus ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά. At enim Porphyrii illa et Amelii adversus Porphyrium scripta et Porphyrii retractatio jam diu est E quod interciderunt." *Fabric.* Ego ex hoc titulo item e libris quatuor et ex Timæi Lex. Platon. p. 201. cum Ficino hunc locum emendavi τὰ νοητὰ pro τὸ νόημα. *Cr.*

p. lxviii. [g]. καὶ πάλιν] Quod aliquot libri offerunt καὶ αὖ πάλιν, fortasse verum. Certe Porphyrius alibi πάλιν αὖ usurpat. Vid. de Absti- F nent. III. 22. p. 268. et II. 40. p. 179. ibiq. Rhoer. In Plotino haud cunctanter fecissem. Nam hic ubivis fere pleniore hac formula utitur. Mox ad ἐκ τρίτων cf. Platon. Sympos. p. 213. b. et Heindf. ad Gorg. §. 109. p. 181. sq. *Cr.*

p. lxviii. [h]. μετεθέμην, καὶ παλινῳδίαν γράψας] Μετατίθεσθαι Platonicum. Vid. Heindf. ad Gorg. G §. 105. p. 160. sq. et de similibus verbis Stallbaum. ad Euthyphron. §. 9. p. 60. sq. cf. etiam Plotin. III. 2. 13. IV. 4. 45. *Cr.* Timæus in Lex. Platon. p. 201. ed. Ruhnken. alt.: οὐχ ἥκιστα· πάνυ. ὡς Πορφύριος ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ νοῦ χωρίζοντας τὸ νοητόν· διενεχθέντας δὲ πρὸς ἀλλήλους τὸ παρηγμένον αὐτῶν τῆς δόξης οὐχ ἥκιστα. Ruhnkenius postquam nostri loci argumentum proposuit (in quo miror virum summum e Timæi loco medicinam parare Porphyrio neglexisse, sed τὸ νόημα retinuisse pro τὸ νοητὸν vel potius τὰ νοητὰ) ita pergit: "Illa Palinodia hic laudari videtur. Neque quicquam causæ est, quare hæc scripta cum *Luc. Holstenio* de Vita Porphyrii c. X. p. 269. vel suppressa ab ipso auctore, vel una cum eo periisse putemus. *Porphyrii* verba, et mutila et corrupta, sic integranda videntur: διενεχθέντες δὲ πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ παρηλλαγμένον αὐτῶν τῆς δόξης οὐχ ἥκιστα. Cæterum in præf. demonstravimus, hunc *Porphyrii* locum non a Timæo esse allatum, sed a studioso quodam lectore primum margini adscriptum, mox, ut fieri solet, in textum irrepsisse."

p. lxviii. [i]. τά τε βιβλία—ἐπιστεύθην] "Idem loquendi genus Rom. III. 2: ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. Erotianus sive Herodianus præf. Lexici Hippocratici: αἱ πεπιστευμέναι τὴν ἑρμηνείαν λέξεις. Porphyr. de Abstin. ab esu animant. IV. p. 359: οἱ τὴν εὐσέβειαν (πόλεων) τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς πεπιστευμένοι." *Fabric.* Cf. Rhoer. ad Porphyrii l. l. p. 308. et ab eo laudatum Wesseling. ad Diodor. XIX. 58. sq. adde eundem ad VII. p. 457. Valckenaerii Scholl. in N. T. ad 1 Cor. IX. 17. II. p. 244. et Borger. ad Galat. II. 7. p. 129. In plerisque his locis de iis dicitur, quorum fidei aliquid concreditur. Ad proxima cf. annot. nostr. in Plotin. p. 410. A. *Cr.*

p. lxviii. [k]. τοῦ διαρθροῦν καὶ διὰ πλειόνων γράφειν τὰ δοκοῦντα.] De Apolline Plato in Symposio p. 191. a. p. 404. Bekk.: τὰ στήθη διήρθρου. et proprie dicitur apud medicos de articulatione corporis humani. Vid. Kuster. ad Suid. in διηρθρωμένον ad verba Eunapii (cf. hujus fragg. p. 512. Boiss.) Plato Phædr. p. 253. d: τὸ δὲ εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος, cujus contrarium est in sequentibus: εἰκῇ συμπεφορημένος. (cf. Heindf. p. 273.) Porphyr. in Epist. ad Marcellam X. 22. συνάγοις δ' ἂν καὶ ἐνίζοις τὰς ἐμφύτους ἐννοίας, καὶ διαρθροῦν συγκεχυμένας, καὶ εἰς φῶς ἕλκειν ἐσκοτισμένας πειρωμένη, uti pro δι' ἀρθροῦν legi jussit Jacobs. ad Philostrati Imagg. p. 581. et typis describendum curavit Orellius (Opusce. Græcorr. sententt. I.) p. 292. Plutarch. Symposiacc. II.

p. 636. B. p. 579. Wytt.: *αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα πλάττουσιν, εἶτα ὕστερον ἕκαστα τοῖς εἴδεσι διαρθροῦσιν.* Iamblichus Vit. Pythag. p. 148. Kiessl. loquitur de divino oculo *τονωθέντι καὶ διαρθρωθέντι*, ubi tamen extremam vocem non agnoscit Cod. Memmianus in schedis meis. Idem p. 222: *εἴ τις διαρθρώσειε σαφῶς τὰς τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων ἐμφάσεις καὶ ἀποῤῥήτους ἐννοίας.* Stobæus Eclogg. Ethicc. II. 7. p. 64. Heeren.: *Σωκράτης καὶ Πλάτων ταὐτὰ τῷ Πυθαγόρα τέλος ὁμοίωσιν θεοῦ. Σαφέστερον δ' αὐτὸ διήρθρωσε Πλάτων.* Clemens Alex. Strom. VI. p. 780. post med. ed. Potter.: *εἴ τις ὁμολογεῖ καρδίαν μὴ ἔχειν διηρθρωμένην*, i. e. animum compositum et recte formatum. Atque ex his locis intelligetur, quomodo hujus verbi usus a corporis forma ad artes naturæ artificis imitatrices itemque ad cogitationem et orationem, postremo ad virtutis moralis studium traductum sit. Hinc Longinus in Præfatione infra c. XX. p. 130. Fabric.: *εἰς τὴν τοῦ λόγου διάρθρωσιν.* Cf. etiam Plotin. IV. 6. 2. p. 453. B. *Cr.*

p. lxviii. [1]. *πρόθυμον ἐποίησα.*] Quod conjecerat Doblerus ap. Fabric., hoc ab altera quidem manu in duobus codicibus scriptum exstat; et quoniam altera lectio, *ἐποίησεν*, e sequenti *ἦν* nata videtur, et prima persona universe hoc loco congruentior est, et Porphyrii jactantiæ accommodatior, non dubitavi correctionem textui inferre. *Cr.*

p. lxviii. [a]. *δηλώσει μέρος ἐπιστολῆς*] "Scriptæ, ut videtur, post Plotini mortem." *Fabric.* Mox: *ἐπέχον τοῦτον τὸν τρόπον·* "Fort. *ἔχον*." *Wytt.* Miror Longini Editores hic non offendisse. Sed tamen Codd. quoque cum vulgata consentiunt. *Cr.*

p. lxviii. [b]. *φησί·*] "Hoc fragmentum paullo elegantiore veste Latina induit Jacobus Tollius V.Cl. in præclara sua Longini editione p. 251. sq. Cæterum nolui versionem Ficini mutilare aut interpolare." *Fabric.* Receptum item inter Fragmm. Longini in Editionibus Hudsoni et Pearcii, Morique, Toupii, Weiskii. Vict. Cousin in relatione de Eunapii editione Boissonadii in Journal des Savans m. Jan. et Febr. 1827. (Extrait p. 8. sq.): "On voit encore dans les deux ouvrages, que Porphyre étudia sous Longin; mais ni dans l'un ni dans l'autre il est dit dans quelle ville. Ce fût probablement à Athènes, où Longin s'illustra comme Professeur. Cependant il ne seroit pas
A impossible, que ce fût à Tyr, ou qu'au moins Tyr ait été leur patrie commune. [cf. supra ad fin. cap. VII.] car Porphyre nous a conservé une Lettre de Longin, où celuici l'invite à passer de Sicile à Phenicie, et à lui apporter des manuscrits exacts de Plotin. Il falloit donc que Longin y fût, et même qu'il y eût vécu long-tems avec
B Porphyre, puisque pour le déterminer à préférer ce voyage à un autre, il lui rappelle leurs anciennes habitudes en ce pays et la douceur de l'air, qui convenoit si fort à sa santé délabrée, ce qui sembleroit faire croire contre Jonsius et Ruhnken [qui Athenas Longino patriam tribuunt. vid. Ruhnken. de Longino §. III. p. 491. ed. Bergm.]
C que Longin étoit Syrien; car il est impossible de ne pas voir dans toute la lettre de Longin à Porphyre le ton d'un compatriote." In Cod. Vat. nr. 1353. manu Const. Lascaris scripto hoc epistolæ fragmentum inscribitur *Λογγῖνος πρὸς Πορφύριον. μέρος ἐστὶν ἐπιστολῆς.* Vid. Bastii Addenda ad Longinum Weiskii p. 650. *Cr.*

D p. lxix. [c]. *Καὶ σὺ—πέμπειν—κομίζειν*] "Scil. *ἀξιῶ*." *Fabric.* Non est quod quidquam intelligas, et poterat Longinus, Platonis usu versatus, hoc promtius antiqua formula uti. Antiquitatem arguunt Homeri et Hecatæi Milesii Fragmentum apud ipsum Longinum *π. ὕψ.* XXVII. 2. p 96. Weiskii. Cf. etiam Heindf. ad Platonis Cratyl.
E p. 141. et ad Sophist. p. 277. et Matth. Gr. gr. §. 546. p. 1072. Mox: *τί γὰρ ἂν—προσδοκῶν ἀφίκοιο.* "Scribendum *προσδοκῶν*. *Quid enim sapientiæ a nobis exspectes adventu tuo?* Themist. Orat. XXIV. p. 301." *Toup.* Nimirum in Ed. Fabricii, [quæ multis mendis fœdata est, quas singulas notare tædet] scriptum est *προσ-*
F *δοκᾶν*. Sed Basil. et libri omnes nostri Participium habent. *Cr.*

p. lxix. [d]. *εἰ μηδὲν δι' ἄλλο—τήν γε παλαιὰν συνήθειαν*] Ed. Basil. et Fabric. *τήν τε.* Toupius corrigit *τήν γε π. σ.* laudans similes locos Aristotel. Rhet. II. p. 345. Xenoph. Hellen. IV. Porphyr. de Abstin. II. 31. Plutarch. Quæstt.
G Romm. p. 263. (quem ad hanc normam item corrigit) eumque secutus est et Weiskius et Wyttenbach. At libri nostri nil variant, præter unum, qui *τε* omittit: tamen iis obtemperandum non duxi. *Cr.*

p. lxix. [e]. *τοῦ σώματος ἀσθένειαν.*] "Ob quam ipsam Plotinus Romam ut relinqueret et Siciliam

adiret Porphyrio suaserat supra c. XI." *Fabric.* A
Weiskio contra sentiente h. l.: Vere imbecillum aut ægrum corpore fuisse Porphyrium subnegat Longinus h. l. et, laudato Tollio, idem putat de atra bile cogitandum esse. Quasi hic non morbus esset, et μελαγχολικήν τινα νόσον non ipse memoraret l. l. Porphyrius. *Cr.*

p. lxix. [f]. Κἂν ἄλλο τι τύχης οἰηθεὶς, παρ' ἐμοῦ B
δὲ μηδὲν προσδοκῶν καινότερον] "Minus hæc adsequuti sunt interpretes. Verte: *Quod si quid aliud cogites.* Confer nos supra ad sect. 10." *Toup.* "προσδοκᾷν [sic ed. Basil. et Fabric. et libri aliquot mscrr.] Fortasse hic quoque προσδοκῶν, nam similis est superiori syntaxis." *Morus.* "Similitudinem syntaxeos ego non video: nul- C
lum enim verbum finitum hic reperitur, ut supra ἀφίκοιο. Toupius tamen tacite προσδοκῶν Longino dedit. Sed nihil est cur vulgatum mutemus. Infinitivus pro Imperativo positus est, ut ab initio πέμπειν et κομίζειν, et Π. Ύ. 27. 2." *Weiske.* Idem multa contra Toupium reliquosque interpretes disputat. Quæ me, posteaquam Toupii D
lectionem tribus libris mss. confirmatam videram, movere nec potuere nec debuere: Et Verbum finitum, quod Weiskius desiderat est illud ipsum ἀφίκοιο, quod nimirum cogitando hic repetendum est; hac sententia: *Ac quicquid aliud putaveris (de me scilicet): non ita tamen adveneris, ut qui novi aliquid a me exspectet.* Germanice: Und E
was du auch für eine Meinung (von mir) haben magst, so würdest du doch nicht mit der Erwartung eines Solchen kommen, der sich etwas Neues von mir verspræche. *Cr.*

p. lxix. [g]. μηδ' οὖν τῶν παλαιῶν, ὅσα φῂς ἀπολωλεκέναι] "De scriptis ipsius Longini hoc accipit Tollius, quod potius de aliorum philoso- F
phorum monumentis videtur esse intelligendum." *Fabric.* Weiskius tamen in vers. ita: "neque quidquam veterum *meorum* scriptorum, quæ tibi periisse dicis." Contra in ed. Toupii Oxoniensi ita scriptum est, nihil monente editore: "imo nec veterum quidem quidquam *scriptorum*, quæ periisse dicis." et hoc consultius videtur esse. G
*Cr.*

p. lxix. [h]. μόλις αὐτῶν ἐπεκράτησα, τὸν ὑπογραφέα τῶν μὲν εἰωθότων ἀπάγων ἔργων] Posui comma post ἐπεκράτησα, et sustuli post ὑπογραφέα cum Moro et Weiskio, qui ita: "Ut per totum hoc tempus vix, ita me dii ament, Plotini quæ deerant, parare mihi potuerim: quam ob rem notarium a consueto abductum opere huic uni curæ intentum esse jussi." "Recte Tollius e Suida observat ὑπογραφέα esse librarium, qui libros describit." *Fabric.* Cf. quæ supra diximus ad Cap. VIII. p. 127. Adde Jacobi not. in Lucian. Alexandr. p. 49. Mox pro καὶ κέκτημαι Weiskius volebat καίτοι κέκτ. cujus necessitatem non video, nec ullus liber suffragatur, et καίτοι paullo post sequitur, ubi accommodatum est. *Cr.*

p. lxix. [i]. ἀναλήψεσθαι τὰ τῶν ὑπογραφέων πταίσματα.] "Scriptor nescio quis ap. Suidam in Ἀναλήψεσθαι ὁ δὲ ἔλεγεν ἀναλήψεσθαι τὸ παρὸν πταῖσμα ταῖς εἰς τὸ μέλλον ἀρεταῖς. Deinde τοῦ παραναγνῶναι μόνον, quomodo recte legitur in Ed. Basil. παραναγνῶναι est *legere et conferre cum altero exemplari.* Epist. Socrat. p. 66. ed. Allat. Synesii Epist. 67." *Toup.* Sed etiam ed. Fabricii habet παραναγνῶναι. Istud vitiosum παραγνῶναι duos tantum Codd. occupat. De hac confusione vid. Bast. ad Longin. p. 650. ed. Weisk. Ad verba τά τε περὶ ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος Fabricius hæc annotavit: "De anima libri Plotini exstant Enneade quarta, *de Ente* Enneade sexta." Quod idem infra ad cap. XXV. fin. p. 145. hoc caput XIX laudat, significare videtur etiam Enneadis quintæ librum nonum: περὶ νοῦ καὶ τῶν ἰδεῶν καὶ τοῦ ὄντος Longinum sibi expetiisse. *Cr.*

p. lxix. [k]. Ἃ μὲν γὰρ ἤγαγεν, ἅπαντα διὰ σπουδῆς ἐκτησάμην.] "Nam cuncta, quæ ille attulit, diligenter asservo." Ita vertendus iste locus. *Toup.* "*Nam cuncta—studiose mihi comparavi s. studiose curavi ut mihi describerentur.*" Weisk.

p. lxix. [l]. ὅτι τῶν μὲν ὑποθέσεων οὐ πάνυ—με—προσίεσθαι συμβέβηκε·] Ficini versio, qui *capere* dedit, in errorem induxit P. Baylium in Diction. s. v. *Plotin.* p. 759. not. I. qui vir acutissimus multo tamen æquius de philosophia Plotini judicat, quam Ruhnkenius in Disp. de Longino §. VI. ubi hunc Longini locum attigit p. 497. sq. ed. Bergm. *Cr.*

p. lxx. [m]. τὸν δὲ τύπον τῆς γραφῆς—δεῖν τοὺς ζητητικούς.] "Scribendi vero formam et sententiarum hujus viri densitatem ac philosophicam quæstionum tractationem immane quantum admirari et amare; quin et ab iis, qui in rerum veritatem inquirunt, libros illius inter præstantissi-

mos dico referri oportere." "Nec facile adducor, A ut credam, hujus libri (περὶ Ὕψους) auctorem probasse et adamasse Plotini a Platonis elegantia et gravitate mirum quantum discrepantem τύπον τῆς γραφῆς καὶ τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς τὴν πυκνότητα." *Weisk.* ad Longin. de Subl. p. 217. Videlicet Weiskius: "Longini nomini nuntium remisit, et anonymo cuipiam potius, quam hujus librum B περὶ ὕψους adjudicandum censet." Idem p. 216. Non est hujus loci dirimere sententias, quis libri De Sublimitate auctor sit; quam quæstionem paucis ante obitum annis attigit F. A. Wolfius in Analectis Literarr. Vol. II. p. 625. sqq.: illud teneri volo, quantopere de oratione Plotini conveniat Longinum inter atque Porphyrium; qui C quidem supra c. XIV. init. ita scribit: ἐν δὲ τῷ γράφειν σύντονος γέγονε καὶ πολύνους, βραχύς τε καὶ νοήμασι πλεονάζων ἢ λέξεσι. Ac quod nonnulli viri eruditi eo dubitationis usque progressi sunt, ut hæsitarent, utrum omnino Plotini verba in Enneadibus hodie legamus, an Porphyrii potius; illud hoc uno expediri potest, quod Plotini D in Enneadibus oratio est densa, concisa, obscura et sæpiuscule aspera: Porphyrii plana, lucida, suavis et ad communem ut plurimum intelligentiam exposita: Eunapius in Porphyrio p. 9. Boiss.: ὁ μὲν γὰρ Πλωτῖνος τῷ τε τῆς ψυχῆς οὐρανίῳ καὶ τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος· ὁ δὲ Πορφύριος, ὥσπερ Ἑρμαϊκή τις E σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπινεύουσα, διὰ ποικίλης παιδείας πάντα εἰς τὸ εὔγνωστον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν. Cf. etiam L. Holsten. de Vita et scriptis Porphyrii VI. p. 28. Quam orationis diversitatem universe ex diversa patria atque disciplina explicare studet Theodorus Metochita in disputatione: *Quod omnes, qui in Ægypto instituti* F *fuerunt, asperiore orationis genere uti soleant.* p. 124. Miscellann. ed. Mueller. et Kiessling. et in Scriptorr. Vett. Nova Collect. Vatic. T. II. p. 686. sqq. ed. A. Maii, unde hæc pauca excerpere juvat: ὃ δ' οὖν ἐβουλόμην διὰ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν, οἳ (ita corrigendum et in Vatic. qui οἱ habet) πάντες ἐπ' Ἀλεξανδρείας κατ' Αἴγυπτον G τὰ τῆς σοφίας ἐσπούδασαν ὅπερ (Vat. ὅπως) ἐν ἀρχῇ προυθέμην, ὅτι δὴ παραπλησίως πάντες ἐνταῦθα τὴν φωνὴν ἤσκησαν, ἀηθέστερον ἐκτραχυνόμενοι τοῖς ὀνόμασιν. Ὧν δὴ τοὐναντίον ἅπαν συνορᾶν ἐστι καὶ συλλογίζεσθαι περὶ τῶν ἐν Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ παιδευθέντων, λειότατα κομιδῇ χρωμένων τῷ λέγειν, καὶ οὐδ' ὁπηοῦν (ὁποιοῦν Vatic.) ἀνόδευτα καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς, καὶ πᾶσα ῥᾳστώνη πᾶσιν ὦσιν ἐντεῦθεν, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἀφιλάνθρωπον ἐμπίπτει πλῆττον τραχύτητι. Tum in exemplis Philosophorum hujus characteris *Porphyrium* et Maximum ponit, addens Φοίνικες δὲ οὗτοι καὶ Τύριοι, in Rhetoribus Lucianum et Libanium. Quapropter ii, qui in Enneadibus, ingenio scriptoris alto et ubere rerumque adeo copia, verborum parsimonia ut plurimum subobscuris, Porphyrium se legere opinantur, non oculatiores acutioresque videntur esse, quam fuit Joannes Sarisberiensis, cum scriberet in Policratico libr. VII. c. 12. fin.: "Sane *Porphyriolum* ineptum credo si ita scripsit, ut sensus intelligi nequeat, nisi Aristotele, Platone et *Plotino* perlectis." At ille vir meritissimus gravissimusque, quæ tunc erat literarum conditio, vixdum Græce legere poterat Plotinum et Porphyrium, et adversus hunc, utpote Christiani nominis hostem, sacro studio occæcatus erat. At quid dicamus de illis, quibus Græca cum Græcis comparandi copia facta est? Ipse significavi in Annott. in Enneades, uno alteroque loco indulsisse sibi videri Porphyrium nonnihil in Plotini scriptis redigendis, hactenus potissimum, ut breviaret quæ sibi minus necessaria viderentur v. c. in disputatione super Entelechia Aristotelis. At quis sibi persuaderi patiatur, Porphyrium Plotini sententias et placita suis verbis, sua oratione obduxisse et vestiisse? Istiusmodi mangonium, noli dubitare, acerrime vindicassent Ecclesiæ Christianæ scriptores. Nec profanos effugere poterat iste personatus Plotinus, sed a quovis facile confutari, nimirum compositus gravi cum indice et multis testibus innixo, cum Plotino Eustochiano. Nam posteriore adhuc ætate Eustochianam editionem Plotini scriptorum exstitisse arguunt codices, qui hodieque supersunt, haud pauci. Quod supra ad cap. XIV. init. similis loci Plutarchei de Phocionis breviloquentia admonui in quo viri docti hæsitarunt, liceat mihi h. l. meam conjecturam subjicere: Narrat Plutarchus in Phocionis Vita de eo cap. V. init.:—διὸ καὶ Χάρητι ποτὲ πρὸς τὰς ὀφρῦς αὐτοῦ λέγοντι, τῶν Ἀθηναίων ἐπιγελώντων. Οὐδὲν εἶπεν, αὕτη ὑμᾶς ἐλύπησε ἡ ὀφρύς· ὁ δὲ τούτων γέλως πολλὰ κλαῦσαι τὴν πόλιν πεποίηκεν. ὁμοίως δέ πως τοῦ Φωκίωνος καὶ ὁ λόγος ἦν ἐπὶ χρηστοῖς εὐτυχήμασι καὶ διανοήμασι σωτήριος, προσ-

*τακτικήν τινα καὶ αὐστηρὰν καὶ ἀνήδυστον ἔχων* A *βραχυλογίαν.* Lego *εὐστοχήμασι.* Dionys. Hal. Censur. VI. p. 434. Reisk.: Ὁ δὲ Ὑπερίδης *εὔστοχος μὲν, σπάνιον δ' αὐξητικός.* Diog. Laërt. VI. 74. de Diogene Cynico: *εὐστοχώτατός τε ἐγένετο ἐν ταῖς ἀπαντήσεσι τῶν λόγων.* Atqui ejusmodi *ἀπαντήσει* (replique) subjicit Plutarchus illud judicium de ratione et oratione Phocionis. B Diog. Laërt. V. 34. de Aristotele: *εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται—καὶ ἀποφθέγματα ἀγράφου φωνῆς εὐστοχήματα.* Neque me ab illa conjectura avocant, sed potius in ea confirmant, quæ Aristoxenus apud Stob. Eclogg. I. 7. 18. p. 208. Heer. ex Pythagoreorum sententia de fortuna refert: *Εἶναι δ' ἕτερον τύχης εἶδος, καθ' ὃ οἱ μὲν εὐφυεῖς καὶ* C *εὔστοχοι, οἱ δὲ ἀφυεῖς τε καὶ ἐναντίαν ἔχοντες φύσιν βλάπτοιεν* (*βλάστοιεν* Wyttenbach. in Aristox. Mahnii p. 111.), *ὧν οἱ μὲν εὐθύβουλοι* (*εὐθυβόλοι* Wytt.) *εἶεν, ἐφ' ὅ,τι ἂν ἐπιβάλλωνται, οἱ δὲ ἀποπίπτοιεν τοῦ σκοποῦ, μηδέποτε τῆς διανοίας αὐτῶν εὐστόχως φερομένης.* Ac similiter in Poëtæ incerti epigrammate nro. DLX. Cod. Palatinus D exhibet *εὐτυχίην* pro *εὐστοχίην* improbantibus Dorvillio ad Charit. p. 343. Amst. p. 408. Lips. et Jacobsio ad Antholog. Gr. Tom. XII. p. 178. *Cr.*

p. lxx. [n]. *τοῦ καθ' ἡμᾶς κριτικωτάτου γενομένου*] "Confer Eunapium in Vita Porphyrii [p. 7. sq. ed. Boissonadii] et quæ viri docti ad librum Lon- E gini de Sublimitate dictionis, e quo velut ex ungue leonem agnoscere licet criticum acutissimum, licet scripta ejus alia longe plurima abolevit tempus." *Fabric.* Vid. Boissonad. ad Eunap. l. l. p. 157. ab eoque laudatum Burmann. ad Vales. de Critica p. 150. Et Longinus *τῶν γραμματικῶν φιλοσοφώτατος*, Porphyrius *τῶν φιλοσόφων γραμ-* F *ματικώτατος* ferebatur. Cf. Wyttenb. ad eundem Eunapii locum p. 30. Cf. etiam Ruhnken. de Longino §. X. p. 509. sq. ed. Bergm. *Cr.*

p. lxx. [o]. *τοῦ ἀνδρὸς τὴν συνήθη ἑρμηνείαν.*] "De hac [Plotini] negligentia dictum c. 8. et 13." *Fabric.* Mox auctoritate librorum fere omnium nostrorum delevi articulum inter *ἐν* et G *συγγράμματι.* Mox *ἐλλογιμωτάτου* possit verti: *doctrinæ laude celebratissimi.*" *Cr.*

p. lxx. [a]. *περὶ τέλους.*] "Hoc est *de finibus bonorum et malorum*, quo titulo exstant præclari Ciceronis libri. Scripsit autem volumen Longinus Plotino adhuc superstite, cum Porphyrius nuper demum illi adhærere cœpisset, ut diserte traditur infra cap. XXI. Insigne istud Longini, quod Porphyrius hoc loco nobis servavit prooemium, e quo plurima ad historiam literariam illius ætatis discas licet, vertit itidem laudatus jam nobis doctissimus vir, Jacobus Tollius, in Longino suo p. 245. Sed Ficini versionem interpolare mihi religio fuit, monituro interim ubi a sensu scriptoris interpretatio ejus recesserit. Sectionum etiam minorum numeros, quibus Tollius prooemium istud distinxit, in paginæ ora adscripsi." *Fabric.* Adjecerunt hoc prooemium suis Longini editionibus etiam Hudsonus, Pearcius, Toupius, Morus, Weiskius. *Eximium* autem *fragmentum* hoc prooemium dicit Toup. ad Longin. Fragm. V. 1. p. 520. Weisk., *egregiam libri præfationem* Ruhnkenius de Longino §. XIV. p. 526. Bergm. In Cod. Vaticano nr. 1353. manu Const. Lascaris scripto hic titulus præponitur, teste Bastio ad Longin. p. 650. Weisk.: *Λογγίνου προοίμιον πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον.* *Cr.*

p. lxx. [b]. *ὦ Μάρκελλε*] "Marcellum Orontium Senatorem, Plotini discipulum alloquitur. Ejus mentio supra c. 7." *Fabric.* Vid. illic annot. nostr. p. 105. extr. p. 106. init. et confer insuper quæ ad Inscriptionem hujus Vitæ adposuimus. *Cr.*

p. lxx. [c]. *παρὰ τοὺς—χρόνους*] "Rectius Tollius hæc ita cum prioribus jungit: *Quum permulti memoria nostra exstiterint, Marcelle, philosophi, præsertim autem primis pueritiæ nostræ temporibus, — — tum vero non pauci ex his quum jam adolescentuli essemus.*" *Fabric.* "Parenthesin Pearcius notavit ab *ὁ μὲν γ. ν. κ.* usque ad *ἔσχηκε τοῦ πράγματος.* Sed recte Tollius eam verbis *συχνοῖς—ἐπιμίξαντες* terminaverat, quem et secutus est Morus. Sed Toupius, incertus fortasse, utram partem sequi commodum esset, plane sustulit signa parentheseos." *Weisk.* Nos Tollianam rationem secuti sumus. Mox verba *συγγενέσθαι—ἐπιμίξαντας* in ed. Weisk. rectius ita versa leguntur: "*Quorum etiam qui tum superstites erant consuetudine mihi juncti fuerunt, multas gentes et civitates obeunti*; et deinde: *οἱ δ' ἀποχρῆναι—κατάληψιν*: *alii vero sufficere existimarunt, si sectatores suos ad illorum cognitionem perducerent.*" Cr.

p. lxxi. [d]. *Εὐκλείδης*] Hinc cum reliquis relatus

in Catalogum Platonicorum Vol. III. p. 172. cf. A 170. sqq. edit. Harles. Bibliothecæ Gr. a Fabricio conditæ. Ruhnkenius de Longino §. IV. p. 492. sq. ed. Bergm.: "Quorum omnium, ait, si Ammonium Saccam, Origenem, Plotinum et Amelium excipias, vix tenuis notitia ad nos pervenit, propterea quod alii nihil literis prodiderunt, aliorum libros vetustas intercepit." Tum de Demo- B crito ita pergit: Democritus scripsit Commentarium in Platonis Alcibiadem, quem laudat Olympiodorus Commentario MS. in eundem dialogum p. 29. B: τὸ εὖ λέγεις ὁ μὲν Δημόκριτος ἐπίκλην χνα, διότι μετρούμενον τὸ ὄνομα αὐτοῦ χνα (i.e. 651.) ποιεῖ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους ἐκδέχεται. ὁ δὲ Δαμάσκιος ὡς ἀπὸ Ἀλκιβιάδου. καὶ ἄμεινον τὸ δεύτερον. item C Commentarium in Phædonem, qui ab eodem Olympiodoro in eundem dialogum commemoratur. Ejusdem Democriti mentionem facit Syrianus Commentario mscr. in Aristotelis Metaphysica: μηδὲ Πλούταρχον καὶ Ἀττικὸν καὶ Δημόκριτον τοὺς Πλατωνικοὺς κατ' αὐτὸ τοῦτο ζηλοῦμεν." Hinc augendus est numerus interpretum veterum Phæ- D donis, quos Wyttenbachius in Annot. in eum Dialogum p. 110. enumerat. Democriti locus in Alcibiadem priorem nunc legitur in Olympiodoro Cap. XI. p. 105. ubi vid. annot. nostr. 40. *Cr.*

p. lxxi. [e]. οἵ τε—ἐν τῇ Ῥώμῃ δημοσιεύοντες] "Perperam interpretes: *qui nunc Romæ degunt.* Vertendum potius: *qui nunc Romæ in negotiis* E *publicis versantur*, sive *q. n. R. rempublicam administrant.* Vid. Valesii in Annott. in Hist. Eccles. Euseb. VI. 41. Ita δημοσιεύοντες ἰατροὶ, de quibus dixi ad Xen. Mem. IV. 2. 5." *Weisk.* Cf. Heindf. ad Platon. Gorg. §. 23. p. 30. et §. 149. p. 234. Antiatticista in Bekkeri Anecdd. Grr. I. p. 90: δημοσιεύειν pro δημεύειν ex Pla- F tone et Thucydide laudat. Cf. etiam annot. nostr. in Olympiod. in Alcib. pr. p. 141. Sed quæritur, quæ verbi significatio nostro loco conveniat. Minime certe ea, quam Weisk. in eo hic inesse vult. Himerius Orat. IV. 3. p. 458. sq.: ὅδε φανεὶς κελεύει μὲν [ἡμᾶς τὴν πρόσθεν σιγὴν ἀτιμάσαντας] καὶ τὰς ἐν σκότῳ λόγων καθείρξεις, G δημοσιεύειν τε αὐτοὺς καὶ παράγειν εἰς μέσον Ἕλλησι. Idem §. 7. p. 466: ἦλθε μὲν ἐς πάντας τὸ ἔπος Ἕλληνας, ἐνεθάρσησέ τε ὁ Σωκράτης, καὶ δημοσιεύειν τοὺς λόγους ἤρχετο. Theodoretus in Psalm. LXXII. p. 1114. Schulz.: οὕτως ἐκείνους ἐπαινέσας τῶν οἰκείων λογισμῶν δημοσιεύει τὴν ζάλην. Atque idem sæpius hoc sensu usurpat, ut Vol. II. 143. IV. 355. Nec aliter hoc loco accipiendum. Est enim *divulgare*, sive *publice tradere.* Neque enim rem publicam tractabant Romæ Plotinus et Amelius, sed publice docebant. *Cr.* Mox ὁ τούτου γνώριμος: "Reddunt, *Plotinus hujusque familiaris Gentilianus Amelius.* Imo *hujus discipulus.* Hesych.: γνώριμοι· μαθηταί. Suidas in Ἀμέλιος. Sed in his sæpius peccatur. Dicitur autem ὁ τούτου γνώριμος et ὁ τούτῳ γνώριμος. Dionys. Hal. de Struct. Orat. c. 19. Arrian. Epictet. I. p. 163. ed. Upton." *Toup.* Laudat insuper Weiskius Diog. Laërt. p. 48. F. ed. Londin. 1664. p. 51. A. 122. C. 131. B. et Xen. Mem. I. 2. 3. De Gentiliano Amelio supra diximus ad c. VII. *Cr.*

p. lxxi. [f]. Στωϊκῶν δὲ Θεμιστοκλῆς κ. τ. λ.] Hinc relati in Stoicorum Catalogum in Fabric. B. Gr. III. p. 536. sqq. ed. Harles. Hujus junioris Themistoclis Stoici mentionem attigit Wyttenbach. in Annot. in Eunapii Julianum p. 259. Boisson. ubi antiquioris philosophi Themistoclis res examinat. Mox οὔτε μέχρι πρώην "*Nuper admodum*" *Tollius.* Mox: Ἡλιόδωρος. Hinc receptus in Catalogum Peripateticorum in Fabric. B. Gr. Vol. III. p. 494. ed. Harles. *Cr.*

p. lxxi. [g]. Πλατωνικοὶ μὲν Ἀμμώνιος] "Plotini præceptor, a Peripatetico Ammonio (de quo mox et de quo apud Philostratum in Sophistarum vitis) diversus." *Fabric.* De eo monitum est supra ad cap. III. p. 96. sq. Mox Θεόδοτος καὶ Εὔβουλος. In priore nomine variant libri nostri. De utroque philosopho paucissima habes in Fabricii B. Gr. III. p. 172. et 190. Harlesii. Mox Ὠριγένει τὸ περὶ δαιμόνων. Explicui hanc doctrinam, hoc etiam libro laudato, in Symbolica et Mythol. III. p. 72. sqq. ed. alter. etiam supra annott. ad cap. III. p. 97. sq. *Cr.*

p. lxxi. [h]. Εὐβούλῳ δὲ, τὸ περὶ τοῦ Φιλήβου καὶ τοῦ Γοργίου] Hunc Eubulum eundem cum eo putat Tollius, cujus Historia Mithræ multis voluminibus composita citatur Porphyrio de Antro Nymph. VI. p. 7. cujus ætatem nescimus (vid. Goens ad eum locum p. 91.) itemque de Abstin. IV. p. 349. ubi Rhoerius veterum recentiorumque scriptorum auctoritate pro Σύμβουλος restitui vult Εὔβουλος. *Cr.* Mox καὶ τῶν Ἀριστοτέλει—ἀντειρημένων. "Verte: *atque de iis, quæ Aristoteles Politiæ Platonis objecit.*" *Toup.* Nuper

admodum A. Maius in calce pervetusti Codicis mscr., qui Procli in decimum Reip. Platonis librum commentarios ineditos continet, reperit fragmentum, quod ita inscribitur: Ἐπίσκεψις τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐν δευτέρῳ τῶν Πολιτικῶν πρὸς τὴν Πλάτωνος Πολιτείαν ἀντειρημένων, commotusque similitudine tituli cum eo, qui nostro in loco legitur, eo propensus est, ut pro Eubuli fragmento habeat. Latine vertit idem V. Cl. et typis describi curavit in Scriptorum Vett. Nova Collect. Vaticana Vol. II. p. 672—675. Ego ejus anecdoti aliquot locos attigi in Annott. in Plotinum. *Cr.*

p. lxxi. [i]. οὐκ ἐχέγγυα—ὁρμὴν λαβόντων·] “Tollius rectius: *Non illa tanti sunt, ut ea propter inter illos referri mereantur, qui dedita opera literis philosophiæ dogmata explicuerunt, quum hæc ipsis opuscula velut parerga seu fortuita fuerint*, &c. Legit porro: οὐχὶ ἐχέγγυα πρὸς τὸ μετὰ κ. τ. λ. deinde putat χρησαμένων αὐτῶν vel χρησαμένους et postea λαβόντας esse legendum. Ὁ λόγος, eodem notante, hoc loco sermo est dogmata philosophica exponens, ut paullo post est: εἰς τὴν τοῦ λόγου διάρθρωσιν. De Platonicis, Peripateticis et Stoicis, qui a Longino laudantur, alibi a me dictum.” *Fabric.* Scilicet Vol. III. B. Gr. ed. Harles. Primum οὐκ, quod in Cod. Oxon. reperit Hudson., restituerunt postea Longini editores, et ita nostri quoque libri omnes. De voce λόγος, *disputatio de philosophia*, Toupius laudat Maxim. Tyr. Diss. XXIII. c. 2. et Davisii annot. in eam. Deinde Toupio probatur altera conjectura Tollii: χρησαμένους et λαβόντας, quia Genitivi ambiguam faciant sententiam ob antecedentem Genitivum ἐξειργασμένων, et quia in terminationibus sæpissime peccent librarii. Ego manum abstinui, cum codd. nostri omnes in vulgata persistant. Locum sanum non existimo. *Cr.*

p. lxxi. [l]. τῶν δὲ Στωϊκῶν Ἑρμῖνος καὶ Λυσίμαχος] De Hermino dixit et Fabr. et Harles. in Catalogo Peripateticorum (B. Gr. III. p. 495.), ubi de eo laudant Luciani Demonact. I. p. 870. Simplic. in II. Aristot. de Cœlo 23. Patricii Discuss. Peripatet. p. 137. et Buhlium in Opp. Aristot. I. p. 302. De *Lysimacho* supra c. III. p. 98. Athenæum hunc esse eundem atque Dipnosophistarum auctorem ex pluribus hujus libri colligere posse sibi videtur Heumann. ad A Fabric. B. Gr. III. p. 542. ed. Harl. Ætas certe non refragatur. Vid. Schweigh. Præfat. ad Athen p. VI. sqq. *Musonium* hunc Stoicum a Musonio illo Rufo celeberrimo Stoico ut juniorem distingui volunt eruditi in Fabric. B. Gr. p. 566. sq. Consulendi omnino de Musoniis pluribus Wernsdorf. ad Himer. p. 473. et p. 802. B Boissonad. ad Eunap. p. 139. 497. et 560. itemque Nova Collect. Scriptt. Vatic. ed. A. Mai. II. p. 270. sq. *Cr.*

p. lxxi. [m]. καὶ Περιπατητικῶν Ἀμμώνιος καὶ Πτολεμαῖος] Ruhnken. in Disp. de Longino §. IV. p. 493. Bergm.: Ammonio Peripatetico hanc insignem variæ copiosæque eruditionis laudem tri- C buit Longinus (sequuntur verba huc pertinentia e nostro loco) a cujus judicio non discrepat Philostratus Vit. Sophist. II. 27. p. 618: Ἱπποδρόμος πλεῖστα ἀνέγνω μετά γε Ἀμμώνιον τὸν ἀπὸ τοῦ περιπάτου. ἐκείνου γὰρ πολυγραμματέστερον ἄνδρα οὔπω ἔγνων. ubi Peripateticum Ammonium cum Platonico a Gothofredo Oleario confundi nemo D miretur, cum hic etiam erravit Jonsius, tanto doctior et sollertior, de Scriptorr. Hist. Philos. III. 13. p. 282. Vid. Fabricium B. Gr. T. IV. p. 172.” Idem ibidem: “*Ptolemæum* Peripateticum Fabric. B. Gr. T. II. p. 310. laudari putat a Sexto Empirico adv. Gramm. I. 3. p. 229. In quo virum egregium ratio fallit. Nam pri- E mum Ptolemæus, quem Longinus vidit, per temporis rationes vix potuit a Sexto Empirico commemorari. Deinde Longinus diserte testatur, eum nihil præter carmina et declamationes, scriptum reliquisse.” Mox ad τεχνικὸν Fabricius: “Nullum de arte vel disciplina quadam scriptum.” Deinde pro δόξασθαι ex Ed. Plotin. Ba- F sil. Longini editores receperunt δέξασθαι (ut codd. nostri omnes), quam lectionem exemplis confirmat Toupius, laudans Platonis Alcib. pr. [p. 115. e. d. cf. Prisciani Gramm. L. XVIII. p. 1157. Putsch. p. 162. Krehl. et Matth. Gr. Gr. §. 585. p. 1165. ed. alt.] Quod mox Weiskius scribi vult τοῖς ὕστερον recepissem, si vel G unus codex addixisset. Nunc omnes articulum omittunt. *Cr.*

p. lxxii. [n]. τὴν ἑαυτῶν ἀποθησαυρίζειν διάνοιαν.] “*Ingenii sui fictum literis dignioribus conservare insuper habentes.* Ita locutus est Damascius ap. Suidam in Λήθη.” *Toup.* qui ibidem laudat suas Emendatt. in Suid. II. p. 130. et

affert locum Themistii p. 294. ed. Hard. Longini A autem hæc elegantissima dicit. Tu cf. Commentt. Herodott. nostras I. p. 65. sq. ubi vim propriam tralatamque verborum θησαυρίζειν et ἀποθησαυρίζειν illustrare exemplis apponendis studui, in his Theophrasti ap. Athen. Epit. II. 28. p. 272. Schweigh. de caulibus cacti: καὶ ἀποθησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ, quæ verba quoniam in latina B versione exciderunt, latina addam: et in futurum usum eos reponunt in muria. Plura dabit Lennep. ad Phalar. Epist. XXII. p. 110: quem miror non adhibitum esse a diligentissimo ceteroqui Jacobo ad Luciani Alexandr. c. XXIII. p. 49. et Wetsten. in N. T. ad 1 Tim. VI. 19. Addo Iambl. in Protrept. XX. p. 300: τάτε C χρήματα δι' ἀπιστίαν καὶ ἀμιξίαν ἀποθησαυρίζουσι, ἀλλ' οὐ κοινοῦνται. Ita Cod. Memm. in Excerptis nostris, uti correxit Kiessling. κινοῦνται ed. Arc. et οἰκοῦνται Cod. Ciz. Idem philosophus de Vit. Pythag. XXIX. p. 137. Kust.: Πυθαγόρας τὰ τῆς ἀληθείας ἐνέκρυπτε ζώπυρα (cf. Porphyr. Vit. Pyth. §. 57. et Wyttenb. ad Plut. p. 1214.) τοῖς D δυναμένοις ἐναύσασθαι (ita omnes codd. nostri. Ciz. ἀναύσασθαι) βραχυλογίᾳ (quatuor mei et Ciz. βραχυολογίᾳ) τινὶ ἀποθησαυρίζων (ita etiam Arcer., sed Paris. ἐναποθησαυρίζων. Memm. ἐν ἀποθησαυρίζειν. Vindob. et Monacc. A. B: ἐν ἀποθησαυρίζων. Parisinam lectionem recte secutus est Kiessling. p. 342.) ἀπερίβλεπτον (ita omnes E mei: nullus ἀπερίληπτον) καὶ παμπληθῆ θεωρίας ἔκτασιν. Weiskius, posteaquam Tollii, Pearcii Morique hujus loci versiones reprehendit, ita pergit: "Ad verbum igitur illa sic reddenda sunt: *cum non curarent in scriptis majoris momenti suam condere et reponere doctrinam.* *Cr.*

p. lxxii. [a]. καὶ μεταγραφὴν—ἐποιήσατο] "Est F μεταγράφειν *rem ex alterius libro in suum transferre*, non semper quidem verbum de verbo, sed habitu et modo tractandi mutato. Aristeas p. 233. ed. Dalecamp. De Platone Diog. Laërtius T. I. p. 291. ed. Longol.: πολλὰ γὰρ Ἐπιχάρμου προσωφέληται, τὰ πλεῖστα μεταγράψας. Nempe Platonem vult res ex Epicharmi disciplina in G suos libros ita derivasse, ut, habitu et oratione mutata, eas sibi proprias faceret. Atque sic Longini locus intelligendus est." *Morus.* Cf. quæ supra de hoc verbo similibusque diximus ad Cap. VIII. p. 107. ed. Fabr. *Cr.*

p. lxxii. [b]. ἀπὸ τῆς ἐν τῇ λέξει κατασκευῆς] "*Elocutionis elegantia*, ut recte Tollius." *Fabric.* Tu cf. I. C. T. Ernesti Lexicon Technol. Græcc. Rhet. p. 174. Mox: ἢ τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως "alii συντάξεως" *Fabric.* "Hunc locum perperam sollicitarunt viri doctissimi. Ita locutus est Erotian. in procem. ad Lex. Hippocrat. Ἐξαπλωθεῖσαι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τηλαυγέστερον ἀχθεῖσαι πολὺ παρέξονται φῶς πρὸς τὸ εὐχατάληπτον τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως. Quæ verba sedulo notanda." *Toup.* Pearcius voluerat: τῆς ἐν τῇ λέξει συνθέσεως et τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ κατασκευῆς. Neque tamen Tollii conjecturam esse συντάξεως, ut Weiskius suspicatur, arguunt codd. nostri, qui sex numero eandem lectionem offerunt. Mutare tamen noluimus. *Cr.*

p. lxxii. [c]. εἰς τὴν τοῦ λόγου διάρθρωσιν] "Rectius Tollius: *ad distinctam philosophiæ dogmatum explicationem.*" *Fabric.* "Hæc est, quam auctor §. seq. σαφεστέραν ἐξήγησιν appellat." *Morus.* Cf. Jacobs. ad Philostr. Imagg. p. 581. et supra a me dicta ad vocem διαρθροῦν c. XVIII. fin. p. 123. Mox: οἱ δὲ—ἀποδειξάμενοι (Fic. expressit ἀποδεξάμενοι, vertens *elegerunt.* cf. Var. Lect.)—χρησάμενοι: "Qui vero rerum, quas tractarunt, multitudine studium scribendi ostenderunt, et propria ipsis usi sunt ratione." *Weisk.* Mox: ὁ μὲν τὰς Πυθαγορείους (cf. Var. Lect.) ἀρχὰς καὶ Πλατωνικὰς—καταστησάμενος: "Quorum ille principia Pythagorica et Platonica dilucidius, quam priores visus est explanasse." *Weisk.* Hinc Plotinum in Pythagoricorum catalogum relatum videmus in Fabr. B. Gr. Vol. I. p. 864. ed. Harl. ubi hic ipse locus ita laudatur: "De Plotino *Porphyrius* inter alia" scribere debebat: *Longinus* apud Porphyrium. Alia quædam apponam ad Fabr. B. Gr. Vol. V. in capite de Plotino. *Cr.*

p. lxxii. [d]. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ἐγγύς τι] Ed. Basil.: οὐδὲ γὰρ ἐγγύς τι. Fabric. ita, ut nos dedimus et ita libri mscrr. (vid. Var. Lect.) Tollius, Toupius et Wyttenbach. scribi volunt: οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγγύς τι, et istud οὐδὲν e similitudine soni in sequenti ἐγγὺς natum videtur. Weiskius tamen Fabricii Lectionem reduxit, addens: "Sed rectius haberet: οὐδὲ γὰρ οὐδέν τι ἐγγὺς, quod tamen in ipsis Longini verbis ponere non sum ausus. Nec multo deterius est, quod editi libri habent: οὐδὲ γὰρ ἐγγύς τι: *non enim proxime accedunt*, quod ex Attica ratione est: *longissime absunt.* Sed nequaquam probo Tollii et Toupii commen-

tum οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγγύς. Nam οὐδὲ talibus in A libris statim repeti vix potest sola particula γὰρ interjecta, nisi aliud etiam οὐδὲ deinceps positum refertur, ut fiat *neque—neque.*" Toupius formulam ἐγγύς τι illustrat binis exemplis ex Aristotelis Rhet. II. 11. et e Suida in Ὀδαίναθος repetitis.—τὰ Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, καὶ Μοδεράτου, καὶ Θρασύλλου. Porphyrius ap. Euseb. Hist. B Eccles. VI. 19. p. 244. sq. ed. Taurin. de Origene Adamantio: Συνῆν τε γὰρ ἀεὶ τῷ Πλάτωνι, τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου, Ἀπολλοφάνους τε καὶ Λογγίνου, καὶ Μοδεράτου Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὡμίλει συγγράμμασιν. Sed illic pro Λογγίνου legendum esse Ἀλβίνου contendit Ruhnken. de Longino §. VII. C p. 503. Bergm. qui de toto hoc Eusebii loco conferendus est. De Numenio et Cronio supra vidimus ad cap. XIV. p. 116. Videamus nunc de duobus reliquis. Porphyrius de Vita Pythag. §. 48. p. 46. ed. Kuster.: ἡ δὲ περὶ τῶν ἀριθμῶν πραγματεία, ὡς ἄλλοι τε φασὶ, καὶ Μοδέρατος ὁ ἐκ Γαδείρων πάνυ συνετῶς ἐν ἕνδεκα (Cod. Monac. A. D nr. 91: ἐν δέκα. sic.) βίβλοις συναγαγὼν τὸ ἀρέσκον τοῖς ἀνδράσι, διὰ τοῦτο ἐσπουδάσθη. Floruit Moderatus Neronis ætate. Ejus discipulum Lucium memorat Plutarchus Symposiacc. VIII. 7. p. 727. B. p. 999. Wytt. Scripsit Πυθαγορικῶν σχολῶν libros undecim teste Porphyrio l. l. *decem* siquidem librarius Codicis Monac. voluit: E ἐν δέκα, *quinque* teste Steph. Byz. p. 255. Berkelii. Ejus fragmentum de natura numeri (ἀριθμοῦ) servavit Stobæus Eclogg. Physs. I. 2. 8. p. 18. Heeren. Plura de eo H. Valesius ad Euseb. l. l. Fabricius et Heumannus in Bibl. Gr. III. 853. ubi tamen falso citatur Suidas in Γάδειρα. Wyttenbachius in Biblioth. Crit. II. 8. F p. 122. qui etiam in hujus philosophi mentione insignem Meinersii negligentiam notavit, et Heeren. de Fontibus Eclogarr. Stobæi II. 2. p. 303. sq. De *Thrasyllo* Scholiastes Juvenal. ad Satir. VI. 576. p. 258. ed. Crameri: "Thrasillus (leg. Thrasyllus) multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicæ sectæ, ac deinde G mathesi: qua præcipue viguit apud Tiberium cum quo sub honore ejusdem artis familiariter vixit: quem postea Tiberius in insula Rhodo præcipitare voluit in pelagum, quasi conscium præmissæ (Pithoeus mavult: *promissæ*, et ita Casaub.) dominationis. Quem dolum cum præsensisset, fugit." Vid. Sueton. in Tiber. c. XIV. et ad eum Is. Casaub. Tacit. Annall. VI. 20. sq. Fabricius et Heumann. in Bibl. Gr. Vol. III. p. 190. Harl. et interprr. ad Dion. Cass. LV. p. 783. Reimar. et LVII. p. 861. *Cr.*

p. lxxii. [e]. Ὁ δὲ Ἀμέλιος, κατ' ἴχνη μὲν τούτου βαδίζειν προαιρούμενος] Retinui μὲν, licet altero membro repetatur, et omittant aliquot libri. Nec hæserunt in eo Longini interpretes. Cf. etiam Matth. Gr. Gr. §. 622. 5. p. 1263. ed. sec. Admonent autem hæc Homericorum locorum Odyss. β'. 406. γ'. 30. ε'. 139. et η'. 38: μετ' ἴχνια βαῖνε θεοῖο. (unde colorem duxit Plato in Phædro p. 266. B. annotante Heindf. ad eum locum p. 313.) et Pindarici Pyth. X. (11.) 19. sq. —: τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρὸς (ἴχνος τοῦ συγγενοῦς dixit Plotinus p. 51. G.) Sed alibi etiam eum verbis motum significantibus hoc substantivum jungit Plato, ut Politico p. 290. D: οἷόν γέ τινος ἴχνους ἐφ' ὃ πορευόμεθα, quo de loco præclare egit Clariss. Heusdius meus in Specim. Crit. in Platon. p. 137. Alia harum formularum exempla ad hæc 2 Petri II. 21: ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ congessit Wetstenius in N. T. *Cr.* Mox: τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος: "Minus recte acceperunt viri doctissimi. Est *plerumque.* Quare locus ita vertendus est: *Et plerumque eadem amplexus dogmata in eorum tractatione multo prolixior et operosior est.*" *Toup.* "Omiserunt nempe humano errore in versione *fere* aut *plerumque* (τὰ πολλὰ), cetera tamen non deterius interpretati." *Weisk.* Et vero cum sectari se Plotinum videri vellet Amelius, Plotinianis tamen prorsus contraria placita aliquot in suis scriptis consignavit. Cujus rei insigne exemplum prodit Proclus in Platonis Timæum p. 93. infr. Qua de re diximus ad Plotinum, v. c. ad finem Enneadis II. lib. 3. p. 148. *Cr.*

p. lxxii. [f]. καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ] Perperam hæc acceperat Morus de *ornatu elocutionis qui adsumitur, quo res velut induitur.* Recte contra Weiskius: "Longinus universe laudat ejus (Plotini) τύπον τῆς γραφῆς, et, quod huc maxime pertinet, τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς τὴν πυκνότητα (Fragm. VI. E.) Cum igitur Amelius h. l. dicatur τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ in contrariæ rationis studium abductus esse, non *ornatus* quidem hic potest intelligi, qui nec τύπῳ τῆς γραφῆς

Plotini defuit, sed *justo latior de rebus disputatio et fusa per particulas explicatio.* Hæc enim contraria est τῇ πυκνότητι τῶν ἐννοιῶν Plotini." Tum laudat quæ supra legimus in hac Vita XIV. p. 115: ἐν δὲ τῷ γράφειν κ. τ. λ. De ambagibus disputantium Plato in Phædro p. 272. usurpat: μακρὰν περιβαλλομένους, ubi vid. Ast. p. 380. *Cr.* A B

p. lxxii. [g]. τί τις ἂν κινεῖν οἴοιτο δεῖν] "Excutere, sollicitare, impugnare." *Fabric.* "*Quid enim putet aliquis ceteros refutandos, sententia movendos?* Sic paulo post κινεῖν δόξας, *labefacere.*" *Morus.* De verbo κινεῖν, adjuncta vi *commovendi, sollicitandi, labefactandi, immutandi,* egerunt Heindf. ad Platon. Theæt. §. 35. C p. 331. Wesseling. ad Diod. Sic. I. 95. p. 107. Coray ad Isocrat. Busir. II. p. 173. Valcken. ad Xenoph. Memorabb. IV. 2. 2. Wyttenb. ad Plutarch. de S.N.V. p. 11. p. 315. ed. Oxon. Cf. etiam Sturz. Lex. Xen. II. p. 745. *Cr.*

p. lxxiii. [h]. ταῦτα λαβόντες] "Lego: τὰ αὐτῶν λαβόντες." *Weisk.* Libri non suffragantur; ne- D que opus est mutatione. *Cr.* Mox: οὐχ ὅτι τῶν κεφ.—ἐπιχειρημάτων "Genitivi τῶν κεφαλαίων et ἐπιχειρημάτων pendent ab antecedente οὐδέν: sed postremi, συναγωγῆς et κρίσεως ab ἐπιμεληθέντες." *Weisk.* Extrema hæc reddit Fabricius: "Ne colligere quidem, nedum seligere meliora." Weiskius hæc et proxime antecedentia ita Latine ex- E hibet: "Præsertim cum nihil a se excogitatum addiderint, non dicam rerum et capitum, sed ne argumentorum quidem, neque curarint illa e pluribus congerere aut excerpere meliora." *Cr.*

p. lxxiii. [i]. Βασιλέα τὸν Τύριον] i. e. hunc ipsum *Porphyrium.* Cf. supra c. XVII. p. 119. cum annott. et animadverte etiam a Longino Ty- F rium vocari (nam *Syrium* h. l. Latina Fabricii mendose.) Cf. supra cap. VII. fin. p. 117. ibiq. annott. *Cr.* Mox: τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς "Longini quoque auditor fuit Porphyrius, Suida teste et Eunapio. De libro autem, quem adversus Plotinum scripsit ejusque retractatione, quam h. l. Longinus improbat, vid. supra c. XVIII." G *Fabric.* P. 123. ed. Fabr., quem locum ad hæc Longini verba illustranda excerpsit Tollius. De Porphyrio Longini discipulo vid. Eunap. p. 7. Boiss. et hujus Wyttenbachiique annott. p. 156. et p. 30. et cf. Ruhnkenii Disp. de Longino §. VIII. p. 505. Bergm. *Cr.*

p. lxxiii. [l]. μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν] "Leg. μετρίῳ ἀντιγραφῇ vel certe μετρίως τῇ ἀντιγραφῇ." *Tollius.* Μετρίως διελέγξαι est *satis confutasse.* Æschines contra Timarchum p. 12: καὶ περὶ μὲν τούτων μετρίως ἐλπίζω μοι προειρῆσθαι. *Ac de his satis me præfatum arbitror.*" *Toup.* "Hoc ipsum Toupius supra ad περὶ ὕψους XXVIII. 2. [p. 100. ed. Weisk.] monere debebat." *Weiskius;* qui Tollii conjecturas comprobat. Libri tamen non suffragantur. Nec necesse est quidquam mutari. *Cr.*

p. lxxiii. [m]. Ἡμεῖς δὲ αὐτὸ μόνον προσηρκήσθημεν, τῇ κοινῇ—ἐπιγραφῇ] "Sic recte legitur. Hujus Græcismi elegantiam minus perspectam habuerunt nostri Interpretes." *Toupius;* qui hanc formulam et similes multis exemplis illustravit, quæ nunc non est quod repetamus, cum hæc res hodie pervulgata sit. Weiskius laudat Longinum Π. Ὕ. XXXV. 4. "Cod. Vat. recte αὐτὸ μόνον, non αὐτῷ, ut legi jubet Morus. Vid. præter Toup. meam *Lettre critique* p. 97." *Bast.* Vid. Bastii Epist. Crit. ed. Latin. p. 135. not. 56. Etiam nostri libri omnes αὐτὸ μόνον. Paullo prius: περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας ἔγραψεν: "Lege ἐπέγραψεν." *Wyttenbach.* in notis mscrr. Idem conjecit Weiskius. Libri vero omnes vulgatam servant. *Cr.*

p. lxxiii. [n]. πρὸς τὴν Ἀμελίου ἐπιστολὴν] Fabricius et Longini Edd.: πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολὴν, et Fabricius in not.: "Alii πρὸς τὴν Ἀμελίου ἐπιστολὴν, minus bene, ut ex præcedentibus patet." Ego tamen libris nostris obtemperandum duxi, qui ad unum omnes cum Ed. Basil. conspirant." *Cr.*

p. lxxiii. διενεγκεῖν Πλωτῖνόν τε καὶ Ἀμέλιον] "Longinus supra c. XX. sect. 9." *Fabric.* [§. 6. p. 180. ed. Weiskii.]

p. lxxiii. [a]. τὰ Νουμηνίου δὲ οὐχ ὅτι ὑποβάλλεσθαι—δόγματα,] "Longinus supra c. XX. sect. 10. (p. 130. sub fin.). Porro Tollius hæc verba ita legenda esse putabat: χρήσασθαι. Τὰ Νουμηνίου δὲ Πλωτῖνον οὐχ ὑποβάλλεσθαι καὶ τὰ ἐκείνων πρεσβεύειν δόγματα. [conf. supra c. XVII. init. p. 19. med.] ἀλλὰ τῶν Πυθαγορείων αὐτοῦ τε Πλάτωνος μετιέναι δόγματα." *Fabric.* "ἐχομένου: Cod. Voss. [Leid.] ἑλομένων, quod propius ad Tollii Πλάτωνος accedit." *Wyttenb.* Vides hunc favere Tollianæ conjecturæ, et quis non ei faveat, qui codicum nostrorum vestigia persequatur, unde

corruptelæ manifestus fit hic locus, et qui reputet A Porphyrium hic propemodum ad verbum repetere ea, quæ Longinus superiore capite de Plotino Amelioque pronuntiarat? Quid autem ille ibi de Plotino? Videlicet ὁ μὲν τὰς Πυθαγορείους ἀρχὰς καὶ Πλατωνικὰς ὡς ἐδόκει, πρὸς σαφεστέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ καταστησάμενος ἐξήγησιν. Quocirca equidem verum vidisse Tollium existimem: B in textu tamen constituendo librorum auctoritatem secutus sum; unde recepi τἀκείνου et ἑλομένου. Mox καὶ οὐδὲ ἐγγὺς εἶναι τὰ Νουμηνίου—τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν. Quod h. l. plurimi libri offerunt συγγραμμάτων recipere noluimus, quia, ubi unus librarius præcedentis vocabuli terminatione deceptus erraverat, reliqui C se ei eo promtius aggregabant, quo usitatiorem vocis ἐγγὺς similiumque constructionem cum Genitivo noverant. In loco enim gemino supra cap. XX. p. 130. sub fin. ad unum omnes Dativum agnoscunt, et vid. Matth. Gr. gr. §. 386. 6. p. 708. *Cr.*

p. lxxiv. [b]. ὅτι τῆς τ' Ἀμελίου (ita scripsi cum D bono libro pro Ἀμελίου)—τὸ ἀφιλόσοφον—ἐφυλαξάμην, καὶ πρὸς ζῆλον τὸν Πλωτίνου γράφων ἑώρων.] Extrema ita sunt reddenda: *et me ad Plotini imitationem* (docendique genus) *in scribendo spectasse*. Videamus de singulis. Longinus c. XX. scripserat, quod Porphyrius h. l. repetit: Βασιλεὺς (i. e. Πορφύριος) οὐκ ὀλίγα κατὰ E τὴν Πλωτίνου μίμησιν συνέθηκεν. Jam ζῆλος est μίμησις. Vid. Ammon. p. 64. Valcken. ζῆλος δὲ μίμησις καλοῦ. Moeris p. 168. ibiq. Pierson. Thomas Mag. p. 406: Inde altera nascitur vocis significatio, ut dicendi genus designet. Strabo XIV. 41. p. 572. Tzsch.: Ἡγησίας δὲ ὁ ῥήτωρ ὃς ἦρξε μάλιστα τοῦ Ἀσιανοῦ λεγομένου ζήλου, ubi F male Xylander adversantibus libris omnibus: στύλον. Plutarch. Anton. c. II. p. 54. Coraii: ἐχρῆτο δὲ τῷ καλουμένῳ Ἀσιανῷ ζήλῳ τῶν λόγων. Nam quod plures sectantur et imitantur, id existit deinceps dicendi scribendique genus. Nec proinde male Ficinus Plotini *formam* reddidit. Quod deinde plures Codd. nostri habent ἀφεώρων G non displicet, et ejusmodi est, ut non a librario videatur profectum. Nam etsi simplex ὁρᾶν πρός τι idem est, videlicet *ad aliquid spectare se accingere, aliquid sectari*, compositi tamen verbi hæc vis paulo rarior videtur. De verbi compositi vario usu et constructione hi loci consignandi sunt in Lexicis: Lycurgus adv. Leocrat. VI. p. 5. sq. ed. Coraii. Dicæarchus ap. Athen. XIII. p. 594. f. p. 151. Schwgh. cum Var. Lect. et Animadvv. Himerii Orat. VIII. 4. p. 548. Wernsdf. et ipse noster Porphyrius de Antro Nymph. III. p. 4. ὡς ἂν σχεδὸν πάντων τῶν ἱερῶν—τὰς εἰσόδους ἐχόντων πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένας· τῶν δὲ εἰσιόντων πρὸς δύσιν ἀφορώντων. ubi ex appositis vis vocis intelligitur. Cf. tamen Goensii Animadvv. p. 87. *Cr.*

p. lxxiv. [c]. ὡς, εἰ καὶ—συνέβη δυνηθῆναι συμμίξαι αὐτῷ,] "Interpres rectius legit: ὃς εἰ." *Fabric.* "ὡς, εἰ καὶ—Lege ὃς ut Interpr." *Wytt.* De Ficino certe non spoponderim. Nec ullus liber MS. suffragatur. Crediderim etiam Porphyrium tunc scripsisse: περὶ Πλωτίνου γράφων, ne ὃς ad Plotinum referretur. Quocirca ὡς retinui, et, quo intelligentiæ consulerem, virgulam adjeci. Ad Constructionem adhibe Matth. Gr. gr. §. 519. p. 997. Mox vero Fic. expressit δυνηθῆναι, quod ex plurr. Codd. recepimus. *Cr.*

p. lxxiv. [d]. Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα κ. τ. λ.] Distinguenda hæc esse a locis Homericis cum hoc loco male confusis docet Heynius Obss. in Iliad. χ. 126. sq.: "Alio modo proverbialis locutio accipienda est apud Hesiodum Theog. 35. proprius forte ad fabulam de ortu hominum, seu de habitatione in cavis arborum et rupium." *Cr.*

p. lxxiv. [e]. οἶδα δ' ἐγὼ ψαμμοῦ τ' ἀριθμὸν—καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω.] Non neglexit nostrum locum diligentissimus Wesselingius ad Herodot. I. 47. qui contra atque Valckenarius ad Eran. Philon. p. 170. istud οὐ λαλέοντος e Grammaticorum interpretamento natum recte judicat. Et φωνεῦντος agnoscit inscriptio, quam nuper denuo exhibuerunt viri docti Rose in Inscriptt. Grr. p. 416. et Boeckh. in Corpore Inscriptt. I. p. 416. cum Oracula Sibyllina VIII. p. 749. sq. Gal. et et Angel. Mai. p. 53. v. 125. 135. cum vulgata conspirent, quæ in Porphyrio haudquaquam sollicitanda et haud dubie satis antiqua est. Plura dedimus ad Herodot. l. l. ed. Bæhr. et nostr. *Cr.*

p. lxxiv. [f]. καὶ οἷα περὶ Πλωτίνου ἐθέσπισεν.] "Hoc oraculum Joannes Opsopœus suæ collectioni Oraculorum [Oracula Metrica Apollinis—alior. Paris. 1607. p. XXII.] præfixit, in cujus editione errores quidam typorum, qui in Ficiniana irrepserant, sublati. Alios et ipse sustuli."

*Fabric.* Adjecit etiam Testimoniis de Oraculis A Gallæus in ed. Sibyllin. Oracull. T. I. ad calcem p. 8. sq. indeque nuper V. Cl. *Frid. Muenter.* in *Antiquarische Abhandlungen.* Kopenhagen. 1816. p. 274. sqq. cum emendationibus Clarissimi Thorlacii et cum versione Germanica. Mentionem hujus Oraculi fecit etiam B. Bendtsen. in prolusione, quæ inscribitur Marmora Mystica. B Havniæ. 1819. p. 4. sq. Cæterum hunc locum Porphyrii de Oraculo confudisse videtur cum ejusdem opere de Oraculis Eunapius in Porphyrio p. 9. Boissonad. judice Wyttenbachio in Annot. p. 39. Qui quidem: "Ergo, ait, solitam sibi negligentiam secutus fuerit Eunapius, qui locum ex Vita Plotini cum singulari Porphyrii C opere de Oraculis confuderit, quod certe opus significare videtur his verbis: *καὶ μετὰ ταῦτα ἄλλα πραγματεύεται ὅπως χρὴ τοιούτων ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν.* ubi nostra opinione requiratur *πεπραγμάτευται, scripsit, libros composuit.*" *Cr.*

p. lxxiv. [g]. *Ἄμβροτα φορμίζων ἀναβάλλομαι κ.τ.λ.*] Tib. Hemsterh. ad Apollon. Rhod. v. D 307. in Hemsterhusii Anecdd. T. I. p. 304. ed. clar. Geel. agens de duplici forma quorundam Adjectivorum in ōs et ῆς ita: "*Ἄμβροτα ὕμνον* perlicenter Apollo videtur posuisse pro *ἄμβροτον* ap. Porphyr. de Vita Plotini v. 1; aliter tamen v. 25." [Quid, si legendum sit *φορμίζων* et jungendum *ἄμβροτα φορμίζων*? *Mr.*] De v. *ἀναβάλ-* E *λομαι* cf. Schol. Aphthon. in Matthæi Lectt. Mosqq. II. p. 81. et Schol. Philostrati ad Vit. Apollonii in Georg. Jos. Bekkeri Specim. in Philostrat. p. 121. In Platonis Theæteto. p. 175. e. Heindf., Casauboni eruditione usus verba *ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως* de amictu dextre componendo (*δεξιῶς*) inter- F pretatur p. 400. Quam explicationem adhibuerunt Themistio p. 263. T. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 65. et Jacobs. ad calcem Dionys. de Composit. ed. Goeller. p. 288. Alii aliis scriptoribus Sallierius tamen Athenæo ejusque magno interpreti obloquens explicat *préluder.* (Vid. Schweighæuser. ad Athenæum (Animadvv. I. G pag. 169.) Atque huic adstipulatur nuper editus Scholiastes Bodleianus p. 77. ed. Gaisford. Qui posteaquam hanc ipsam interpretationem prodidit, aliorum rationem adjicit comprobatque, qui pro *προοιμιάζεσθαι* s. *ἄρχεσθαι καθαρίζειν* acceperant. Quæ ratio si valeat (nihil enim decerno), comparandus fuerit Platonis locus in Sympos. p. 177. p. 379. Bekk.: *Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἄνθρωπον—ἀξίως ὑμνῆσαι.—δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ἐπὶ δεξιὰ ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον,* et adhibenda esse verba Ciceronis Tuscull. I. 3: "Themistocles cum in epulis recusaret lyram, est habitus indoctior."—*ὑφαίνων.* Pindar. Nem. IV. 71. sqq. (44.) *Ἐξύφαινε—φόρμιγξ—μέλος.* Similiter *ὕμνον ὑφαίνειν* dixit Theod. I. 4. *Cr.* Add. Pindari Fragmm. 170. p. 647. Boeckhii. *Mr.*

p. lxxiv. [h]. *κλήζω*] Æschyleum dicit Thorlacius. Vid. Choëphor. 315. ibiq. Blomfield. Euripid. Iphigen. Aulid. 1522. Aristoph. Aves 951. cf. v. 6. Mox Gallæus in Oracull. l. l. *γερύσασθαι.* vitiose. Antiqua Scholia in Hesiod. Theog. v. 28. exhibent *γηρύσασθαι* pro *μυθήσασθαι,* quæ lectio quum placuisset Grævio, non tamen probata est F. A. Wolfio et Th. Gaisford. in poëtis Grr. minorr. I. p. 71. Quod Ilgenius ad Hom. Hymn. in Mercur. v. 425. *γαρύειν* de humana voce usurpari dicit, verum quidem: sed tamen etiam de animalibus usurpari docet Philetæ illud ap. Athen. II. 71. p. 273. Schwgh. et in Anthol. Gr. I. p. 122. Jacobs.: *Γηρύσαιτο δὲ νεβρός.* Cf. ad eum locum Car. Phil. Kayseri *τοῦ μακαρίτου* annott. in Philetæ Coi Fragg. N. XIV. p. 55. sqq.—v. 5. *ἐρωαῖς* inde ab Homero frequentatum poëtis. Cf. Heynii Obss. in Iliad. λ. 357. et in φ. 251. Deteriore tamen etiam sensu usurpat Proclus Hymn. in Musas, vs. 10. ad quem vid. Jacobs. in Antholog. Gr. II. 3. p. 285. Quos hymnos omnino cum hoc oraculo comparare et Jacobsianas annotationes adhibere conducat. *Cr.*

p. lxxv. [i]. vs. 6. *ἐκλήϊχθεν.*] Ita etiam Ficinus legisse videtur. Pindar. Nem. II. 34. (22.) *ἔμιχθεν.* Similiter *ἐλέλιχθεν.* De quibus formis Eustath. in Iliad. p. 85. p. 72. ed. Lips. noviss. et alibi disputat.—*ἀπύσωμεν.* Cf. Orph. Argon. 6. Heyn. ad Iliad σ. 502. Musgrav. ad Eurip. Orest. 1253.—vs. 9. *ἐπιπνείοντες.* Vid. Mitscherlich. ad Homer. h. in Cer. v. 283. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 563. Phalarid. Epist. XIII. p. 66. *ἅ σοι ἐπιπνέουσιν αἱ θεαί* "quæ tibi (Stesichoro) adflant deæ." Cf. XIX. p. 98. ubi item de poëta divinitus adflato.—Vs. 10. Hymn. Orph. LVI. (55.) vs. 7. *βαθυχαῖτα* de Adonide. Sæpius autem ex Orphicis profecit hic vates. *Cr.*

p. lxxv. k. vs. 11. Δαῖμον, ἄνερ τὸ πάροιθεν, A ἀτὰρ νῦν δαίμονος αἴσῃ θειοτέρῃ πελάων,] Nunc demum orditur hymnus in Plotinum. Empedocles in Catharmis v. 367. (p. 530. Sturz. cf. Antholog. Palat. IX. nr. 569. Jacobs.): ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός. Speusippus in Anthol. Palat. in *Platonem* IV. 31. (p. 634. Jacobs.): Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα B Πλάτωνος· Ψυχὴ δ' ἰσοθέων (vel ἰσόθεον) τάξιν ἔχει μακάρων. Quod Epigramma imitatus est Anonymus ibid. VII. 61. cf. etiam VII. 62. et Jacobs. Tom. III. p. 231. infr. Atque has Empedocles Platonisque laudes ante oculos h. l. videtur habere quisquis est hujus Oraculi Vates. Similia leguntur passim in titulis sepulcralibus, C ut ap. Gruter. p. DCCLXIX. nr. 4. Πρόσθεν μὲν θνητὴν (θνητὴ Murator.) νῦν δὲ θεῶν μέτοχος. Inscript. Peiresciana (ap. Chardon de la Rochette Mélanges de Critique I. p. 124. et ap. Münter. l. l. itemque in Append. ad Anthol. Palat. nr. 219.) vs. 2. κοῦρος ἐγὼ καλέω σε, Θεῷ φίλος οὐκέτι θνητός; et in Latina ap. Gruter. p. MCXXIII. D nr. 7. "Ablatum quæris? *Desine flere deum.*" Cf. Plotin. VI. 9. 11. p. 770. et vid. Bendtsenii Marmora Mystica p. 10. sq. plus minusque diversæ reperiuntur formulæ in titulis, velut in illa inscriptione Atheniensi, nuper reperta, in eos, qui apud Potidæam pro patria occubuerant (in Thierschii Actt. Philoll. Monacc. II. p. 393. E sqq.): Αἰθὴρ μὲν ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθών. Cujusmodi formulas plurimas collegerunt et explicarunt Jacobs. ad Antholog. Palat. Vol. III. p. 972. Morgenstern. V. Cl. ad Inscriptionem Cypriam in Sarcophago in Richteri Itinerario p. 661. sqq. et Welcker. in Sylloge Epigrammatum Græcorr. XXIII. sq. p. 27—30. F Similia etiam leguntur in *Oraculo* ap. Stobæum Eclogg. Physs. I. 52. p. 998—1000. Heeren. *Cr.*

p. lxxv. vs. 12. ὅτ' ἐλύσαο δεσμὸν ἀνάγκης] Infr. vs. 33. νῦν δ' ὅτε δὴ σκῆνος μὲν ἐλύσαο. Sententia explicanda est ex doctrina Platonicorum. Iamblichus de Myster. X. 5. p. 176. Gal.: λέγω τοίνυν ὡς ὁ θεωτὸς νοούμενος ἄνθρωπος ἡνώμενος τὸ G πρόσθεν τῇ θέᾳ (θείᾳ aliquot libri MSS. in schedis nostris. male:) τῶν θεῶν, ἐπεισῆλθεν ἑτέρᾳ ψυχῇ τῇ περὶ τὸ ἀνθρώπινον μορφῆς εἶδος συνηρμοσμένῃ καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ τῆς ἀνάγκης καὶ εἱμαρμένης ἐγένετο δεσμῷ. Quod ipsum ἀναγκαίης λῖνον αἴσης appellat Proclus hymn. in Solem in Anthol. Gr. (II. 441.) III. p. 148. vs. 16. Nimirum anima a deorum conspectu remota et corporis vinculis impedita, fatoque et necessitati obnoxia, nunc demum, ubi hanc terrestrem sedem reliquit, libera evadit. Cf. Jacobs. ad Procli l. l. (T. X.) p. 277. Mox vs. 13. ῥεθέων δὲ πολυφλοίσβοιο κυδοιμοῦ. Pro corpore (σώματι) passim ῥέθεα, δέμας, ὀστέα, ἔλυτρον, σκῆνος et similia usurpantur, etiam in ἐπιτυμβίοις. Addo σὰρξ, de quo vid. Gataker. de Stylo Nov. Instrum. X. p. 66. sq. *Münter.* in *Antiquarr. Abhandll.* p. 225. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 832. Jacobs. ad Anthol. Gr. X. p. 198. et ipse Plotinus p. 530. B. ὃ τῇ σαρκὶ μόνον ἴδοιεν, quæ simillima sunt N. T. quibusdam locutionibus. Pluralem σάρκες habet Inscript. Peiresc. ap. Chardon. Rochett. I. p. 125; unde adscribo, quæ ad nostri loci sententiam faciunt: πέπαυμαι νούσων καὶ καμάτοιο καὶ ἄχθεος ἠδὲ πόνου. ταῦτα γὰρ ἐν ζώοισιν ἀμείλιχα σάρκες ἔχουσιν. *Cr.*

p. lxxv. vs. 14. 15. In Ed. Basil. est τροπίδεσιν, vitiose. Correxerunt Fabric. et Thorlacius. Ille tamen vs. sq. ἐς ἤιον ἀνηχύτου ἀκτῆς. Werferus ὁ μακαρίτης legi volebat: ῥωσάμενος. πραπίδεσσιν ἐς ἠϊόνα νηχύτου, deleto vocabulo ἀκτῆς. et in seq. vers. Νῆχε' ἐπειγόμενος. Hoc posterius dedit etiam Gallæus et Thorlacius, hic pro Imperativo accipiens: quod miramur. Obstat enim continuatio sententiarum; et manifesto oraculi auctor imitatus est poetam Odyss. ε'. 399: νῆχε δ' ἐπειγόμενος ποσὶν ἤπειρον ἐπιβῆναι. Quod Ficinus vertit "ad exsors alluvionis littus" recte fecisse videtur. Nam licet alibi νήχυτος est πολύχυτος, *late fusus, multum fusus*, adeoque *diffusis aquis mersus* (explicante Schol. ad Apollon. Argonaut. III. 530.) hic tamen poëta sibi hoc indulsisse videtur, ut στερητικῶς usurparet eam vocem. Et quid quæris? Comparatur his versibus philosophus Plotinus cum Ulixe, quem et ipsum τὸν φιλόσοφον dicebant recentiores Platonici (Eustath. ad Odyss. X. 236. p. 394. Basil.); ac sicut Ithacensis heros in Odysseæ quinto carmine Leucotheæ atque Minervæ patrocinio adjutus ex procelloso mari in Phæacum insulam enatasse dicitur: ita Plotinus ex hujus vitæ fluctibus fingitur enatasse in insulas beatorum; non aliter atque in Peiresciana Inscriptione ille nauta juvenis se Dioscurorum ope ex undis vitæque miseriis emersum procul a vulgo cum cœles-

tibus choreas agere dicit; addens vs. 12. ἧς στρα- A τιῆς εἷς εἰμί. Eadem sententia subjicit vates noster: δῆμον ἀπὸ νοσφὶν ἀλιτρῶν, i. e. ἁμαρτωλῶν. (Iliad. VIII. 361. cf. Heynii Observv. V. p. 477.) Hujus δῆμον (populi) contrarius introducitur χορὸς infra v. 43. Huc facit Olympiod. in Alcib. pr. III. p. 25. ed. nostr. ὁ δὲ χορὸς εὐτακτότερος τοῦ δήμου, εἴ γε πολλὴν ἕνωσιν (f. πολλὴν B τὴν ἕνωσιν) ἔχει, καὶ πρὸς ἕνα μόνον ὁρᾷ τὸν χοροδιδάσκαλον. Etiam sequentia vs. 16. εὐκαμπέα οἴμην, ut bene vidit Munterus l. l. p. 254. ad mysteriorum formulas composita sunt; nec minus ἀλιτροσύνης (v. 18.) i. e. ἁμαρτίας. Vid. Hesych. I. p. 236. Orph. Argon. 1229. (1237. Hermanni.) *Cr.* C

p. lxxv. vs. 19—22. Quod in σκαίροντι etiam mysticam orationem agnoscit Munter. l. l. nil equidem pronuntiaverim. Hoc tenendum, Porphyrio ipso docente ad Iliad. V. 443. in Scholl. Venett. p. 321. Villois., κίνησιν ἔμμουσον hoc Verbo declarari. Proxima πικρὸν κῦμ' comparanda cum ipsis Plotini verbis p. 147. G. καὶ ἐξ D ὕλης χείρονος οἷον ὑποστάθμης πικρᾶς καὶ πικρὰ ποιούσης· "E materia deteriore, tanquam e sentina amara et amara reddente:" ubi exemplis appositis docui, Platonicos philosophos, ubi materiæ s. terrestris naturæ vitia describere velint, metaphoras usurpare solere a maris natura repetitas. Vs. 20. αἱμοβότου βιότοιο. Ita omnes libri nostri. E Hinc addendum Lexicis, licet in Stephani Thesaur. ed. Londin. p. 1506. sit, qui h. l. legere malit: αἱμοβόρου.—καὶ ἀσηρῶν εἰλίγγων. Gallæus: ἀσερῶν ἰλιγγ. Thorlacius: ἀνιερῶν, profanarum. Quod allegoriam evertit. Persequitur enim vates molestias navigantium in salo; in quibus est ἄση, *nausea*, unde ἄσηρος, *nauseabilis* F (Hippocrat. p. 766. 774. 802. cf. Weigel. in Supplem. Lex. Schneider.). Proinde εἴλιγγοι ἄσηροι sunt vertigines nauseatorum; et ipse Ulixes, unde desumpta est universa hæc descriptio, nauseator erat diciturque Senecæ Epist. LIII. Vs. 21. Κλύδωνος. Plotinus V. 1. 2. p. 483. ἥσυχον δὲ αὐτῇ (τῇ ψυχῇ) ἔστω μὴ μόνον τὸ περικεί- G μενον σῶμα, καὶ ὁ τοῦ σώματος κλύδων, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ περιέχον. ἥσυχος μὲν γῆ, ἥσυχος δὲ θάλασσα κ.τ.λ. De voce ἀνωΐστου, *inopini*, vid. Valcken. et Wessel. ad Herodot. I. 157. et VI. 66. et Heyn. ad Iliad. φ. 39.—Vs. 22. σκοπὸς Munter. accepit pro speculatore (*Spæher*); nec obstat ratio, si navigantem cogites, quem speculator ex alto conspiciat. Aliter tamen interpretatur Porphyrius c. XXIII. proximo, ἐφάνη γοῦν τῷ Πλωτίνῳ σκοπὸς ἐγγύθι ναίων. τέλος γὰρ αὐτῷ καὶ σκοπὸς ἦν τὸ ἑνωθῆναι καὶ πελάσαι τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ. Quæ haud dubie moverunt Ficinum, ut *signum* verteret; nec hæc sententia ab imagine navigantis sive natantis abhorret, qui, cum maxime pharum sive speculam conspicit, tantum non in salvo est. Similitudinem σκοπιᾶς ipse usurpat Plotinus. Vid. IV. 4. 5. ibiq. Annot. p. 400. *Cr.*

p. lxxv. vs. 23—27. Πολλάκι σεῖο νόοιο. Ita libri nostri itemque Fabric. et Gall.; σοῖο Thorlac. cf. Odyss. ο'. 511. σοῖο δόμοιο. Quare correximus. Porphyrius hæc explicat c. XXIII. καὶ ὅτι λοξῶς φερόμενον πολλάκις οἱ θεοὶ κατηύθυναν κ.τ.λ. De ἐρωῇσιν dictum est supra ad v. 5. Vs. 25. 'Ορθοπόρου ex hoc loco addidit Schneideri Lex. in Supplem. Struvius, vertens: "*in den kreis der rechten Bahn*," unde relatum est in Stephani Thes. Londin. p. 6916. Munterus l. l. mysticis formulis hanc accenset. Plato de Rep. X. p. 619. e. p. 512. sq. Bekk.: ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνθένδε ἐκεῖσε καὶ δεῦρο πάλιν πορείαν οὐκ ἂν χθονίαν καὶ τραχεῖαν πορεύεσθαι, ἀλλὰ λείαν τε καὶ οὐρανίαν κ. τ. λ. quæ respicit Plotinus p. 377. D. Admonet hic Oraculi locus etiam locorum Script. Sacr. ut Proverbb. IV. 11. ubi LXX. ὁδοὺς γὰρ σοφίας διδάσκω σε, et Actor. XVIII. 25. τὴν ὁδὸν κυρίου. et 26. τὴν τοῦ θεοῦ ὁδόν. Propius ad loci nostri similitudinem accedit versiculus alius oraculi nuper in Lycia reperti in marmore apud Welcker. in Syllog. Inscriptt. p. 234. vs. 8. θεοὺς ἀρωγοὺς τῆς ὁδοῦ ταύτης ἔχεις.—Vs. 26. φαέων ἀκτῖνα rursus mysticis locutionibus adscribit Munterus. *Cr.*

p. lxxv. vs. 28. παμπήδην. Sophocl. Ajac. 916. (898. sq.): ἀλλά νιν περιπτυχεῖ φάρει καλύψω τῷδε παμπήδην. Schol. παντελῶς—ὅλον τὸ σῶμα. ubi vid. Lobeck. Schol. Venet. ad Iliad. γ. 213. repetit a πάμπαν. Cf. tamen Blomfield. ad Æschyli Sept. c. Theb. 818. p. 176. (p. 155. Lips.) Porphyrius c. XXIII. explicat: ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν.—νήδυμος ὕπνος est potius *dulcis somnus*, quod putidum esset monere, nisi Ficinus aliter reddidisset.

p. lxxvi. vs. 29. κηλῖδα] Sic cum Fic. Gall. Fabric. et Thorlacio correximus. In Ed. Basil. erat κλῆιδα (sic).—ἀπὸ βλεφάρων πετάσας i. e.

postquam *abstersisti, dissipasti*. De hac vi verbi A disputat Schleusner in Lex. V. T. I. p. 385. Locis ibi laudatis addendus hic noster eo magis est, quod libri MSS. omnes in hac lectione consentiunt.—Vs. 30. ἐν δίνῃσι φορεύμενος. Struvius in Supplem. Lex. Schneid. in εὐδίνης vs. 49. hujus oraculi laudans hoc etiam loco legi velit: εὐδίνεσσι. In quo eum ratio fefellit. Nam ut B libros taceam qui omnes ἐν tuentur, illud φορεύμενος, in quo temerarii et conturbati motus significatio inest, non potest conjungi cum eo vocabulo, quod concinni motus significationem habet. Vid. vs. 49. et cf. supra vs. 24. ubi similiter est φορέεσθαι. Adde Inscript. Peiresciau. vs. 10. τῶν ἑτέρη μὲν ἐπιχθονίῃ πεφόρηται, et versatur C poëta oraculi nostri adhuc in describendis iis, quæ Plotinus hoc corpore circumdatus fecerat tuleratque. Vid. Porphyr. c. XXIII. hac ipsa pag. extr. Δίνη vel δινῇ (nam de hoc ambigunt interpretes) est etiam in monumento sepulcrali Cyprio. Vid. Morgenstern. et Francke ad Richteri Itiner. p. 645. 647—652. sq. Subest autem D nostro in oraculo huic voci vis *materiæ* et *rerum fluxarum*, sive vates simpliciter δίνας respexit, quæ fluminibus attribuuntur (Anthol. Palat. Append. n. 283. et n. 386.) sive Parmenidis Democritique placitum cogitavit, quo δίνη (vertigo) αἰτία τῆς γενέσεως πάντων dicitur, ut est apud Diog. Laërt. IX. 45. Cf. Sext. Empir. IX. E 113. ibiq. Fabric. p. 577. et Stob. Eclogg. I. p. 159. Heeren. In qua doctrina ludit Comicus in Nubibus 379. ubi Scholiasta Anaxagoream dicit hanc sententiam. Cf. etiam ad vs. 1462. (1472.)—Vs. 32. σοφίης μαιήτορες. Hinc receptum vocabulum in Thes. Steph. Londin. p. 5983. ubi tamen est, qui μαιεύτορες malle videatur, quod F idem Muntero in mentem venerat. libri tamen omnes cum vulgata faciunt. Atque hic de Socratica μαιείᾳ hoc loco cogitat. Vid. Theæt. Platon. p. 150. B. *Cr.*

p. lxxvi. vs. 33—35. σκῆνος—σῆμα] "Platonicis σῶμα erat σῆμα hoc est loculus animi in quo veluti sepultum illum jacere sibi persuadebant. G Σκῆνος dictus etiam S. Apostolo 2 Corinth. V. 1. 4." *Fabric.* Σκᾶνος *corpus* Timæus de Anima Mundi p. 560. Etiam in libro Sapient. IX. 15. τὸ γεῶδες σκῆνος idem est atque quod ibidem legitur φθαρτὸν σῶμα. Vid. Valckenaer. Scholl. in N. T. II. p. 540. sqq. Hippolytus apud Theodoret. Dialog. Immutab. I. p. 55. ed. Schulz.: τὸ καθαρώτατον σκῆνος de utero Mariæ. Passim etiam poetæ hanc vim adsignant huic vocabulo. Cf. Jacobs. ad Antholog. XII. p. 30. In ara sepulcrali ap. Welcker. in Syllog. Inscriptt. 67. p. 98. σκῆνος λιπόσαρκον. Cf. et Osanni Syllog. Inscrr. VIII. p. 396. sq. De lusu in σῶμα et σῆμα vid. Platon. Cratyl. p. 400. b. Gorg. p. 493. a. et cf. Lambin. ad Lucret. III. 556. et Wyttenb. ad Plutarch. Fragm. p. 135. David Philosophus Prolegg. MSS. ad Commentarr. in Quinque Voces Porphyrii: παρὰ τοῦτο γὰρ καὶ δέμας τὸ σῶμα παρὰ τοῖς ποιηταῖς, ὡς δεσμὸς ὢν τῆς ψυχῆς καὶ πάλιν σῶμα ὡς σῆμα καὶ τάφος ὑπάρχον τῆς ψυχῆς.—vs. 34. sq. μεθ' ὁμήγυριν—δαιμονίην. Similia leguntur in Peiresciana Inscriptione ap. Chardon. Roch. p. 125. vs. 9—12. Mox: ἐρατοῖσιν ἀναπνείουσαν ἀήταις. Color ductus ex Odyss. δ'. 567. loco multorum mentionibus imitationibusque frequentato. Vid. modo Platon. Cratyl. p. 410. et Callimach. H. in Del. 318. *Cr.*

p. lxxvi. vs. 36—39. ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης] Imitationem Homeri in Iliad. ξ. 216. sqq. demonstrat Moserus. Mox: ἵμερος ἁβρὸς Plato Sympos. p. 197. p. 418. Bekk.: ἁβρότητος, χλιδῆς, χαρίτων, ἱμέρου, πόθου πατήρ. Alibi Amor ἁβρὸς dicitur. Anacreon. Od. LVIII. 1. Valcken. Diatr. Eurip. I. p. 7. Ceterum hæc et sequentia comparanda sunt cum iis quæ apud Veteres leguntur de sedibus, insulis, arvis beatorum s. piorum, ap. Pind. Olymp. II. 127. sqq. (72. sqq.) Æschin. Axioch. §. 20. p. 163. Fischer. Ovid. Metamorph. XI. 62. cf. Gataker. ad Antonin. X. 8. p. 295. Heynii Opuscull. I. p. 395. et Boissonad. Maximi Planud. Vers. Græcam. Ovidii Metamm. p. 469.—Vs. 38. ἀμβροσίων ὀχετῶν. Æschines Axiocho §. 20. p. 164. πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι. ubi vid. Fischer.—Vs. 38. sq. ὅθεν ἐστιν ἐρώτων πείσματα. Præclare de voce πεῖσμα, cujus vis media est inter retinaculi et persuasionis significatum, disputavit Corayus ad Heliodor. p. 249. sq. etiam difficilem locum Pauli Galat. V. 7. sq. explicans. Cf. et Wyttenb. ad Plutarch. p. 721. Huc tamen maxime faciunt hæc Achillis Tatii p. 9. τῷ τοῦ κάλλους ἑλκόμενοι πείσματι, quibus elegantissime Jacobsius hæc ipsa oraculi nostri verba adhibuit in Animadvv. p. 420. *Cr.*

p. lxxvi. vs. 39. *καὶ νήνεμος αἰθήρ.*] Plene distinxi post *αἰθήρ*, quamvis absit distinctio ab Ed. Bas. et Fabr. reliquisque: indeque correxi etiam versionem Latinam. Sententia perspicua hæc est (deleta nimirum virgula post Διὸς versu seq.): *ᾗ νέμονται (ἄνδρες) γενεῆς χρυσείης (οἱ τοῦ) Διὸς μεγάλου (υἱοὶ), Μίνως καὶ Ῥαδάμανθυς κ. τ. λ.* *Mr.*

p. lxxvi. vs. 40. *ἧχι νέμονται Μίνως*] Vid. Platon. Apolog. Socr. p. 41. p. 138. Bekk. ubi his judicibus Triptolemus additur. Gorg. 523. e. 524. a. (p. 165. Bekk.) et Æschin. Axioch. §. 19. 20. cum Annot. Fischer. p. 163. Monet autem sequenti capite Porphyrius, Plotinum illis heroïbus hic non ut judicibus apparere, sed tanquam sodalibus.—Vs. 42. *ἧχι Πλάτων, ἱερὴ ἲς, ἧχί τε καλὸς Πυθαγόρης*, Odyss. *β*. 409: *ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο.* cf. *π*. 476. Anonymi Epigramma sepulcrale in Anthol. Gr. VII. 363. (T. I. 410. Jacobs.): *ψυχὴ δὲ κατ' οὐρανὸν, ἧχί περ Ὀρφεὺς, ἧχι Πλάτων ἱερὸν θεοδέγμονα θῶκον ἐφεῦρεν.* Æschines Axiocho in beatorum vita describenda memorat etiam *διατριβὰς φιλοσόφων.* Proxime in mixta lectione Mosero *δῖος* placuit, tanquam convenientius Pythagoræ epitheton. Recte tamen idem vulgatam intactam reliquit. Et quando Protesilaus, heros et tantum non post fata quidem Deus, Philostrato in Heroicis p. 8. Boisson. dici potuit *καλὸς*, ubi *bonus* redditur, et omnino hæc appellatio cum cultu sanctiore Manium conjuncta sit, ut ex tot vasorum pictorum inscriptionibus discimus, non video, cur non etiam Pythagoras, in poëmate præsertim *πλατωνίζοντι* et Plotini quasi apotheosin celebrante hoc epitheto impertiri possit. Plura de hac appellatione collegi in præparat. in Plotin. de Pulcrit. p. XV. sq. Hdlbg. quæ nunc repetere supersedeo. Hoc unum indidem decerpo, ipsum Plotinum *τὸν καλὸν* dici a Nathanaële in Antithetico p. 412. ed. Heidelb. *Cr.*

p. lxxvi. vs. 43. *χορὸν*] Cf. Olympiodorum laudatum supra ad v. 8. Inscriptio ap. Spon. in Miscell. erud. antiq. p. 99:

"Ibis in optatas sedes, nam Jupiter æthram
"Pandit, Feste, tibi, candidus ut venias.
"Jamque venis: tendit dextras chorus inde deorum
"Et toto tibi jam plauditur, ecce, polo."

Adhibuerunt Peirescianæ Inscriptioni Munter. p. 240; Cypriæ Morgenstern. l. l. p. 677.—vs. 45. *ἐν θαλίῃσιν.* Cf. Hesiodi *ἔργ.* 115: Inscriptio ap. Gruter. p. DCCIII. nr. 3. *καὶ ναίεις μακάρων νήσους θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ.* *Cr.*

A

p. lxxvi. vs. 46. *ὦ μάκαρ, ὅσσους—*] Videtur in Cod. Leid. scriptum *ὦ μάκαρ*, quamquam inde Wyttenbachius enotavit *ἆ*, quod, cum alii quoque bonæ notæ libri exhiberent, recepimus. Et alibi quoque fluctuant libri inter *ὦ* et *ἆ* (vid. B modo Heynii Obss. in Iliad. *λ*. 441. p. 198. Schol. in Odyss. *ξ*. 361. p. 447. Buttm.). Est vero secundum Grammaticos *ἆ* universe *θαυμαστικὸν*, ponituque sæpe pro *ὦ* (cf. Schol. in Platon. p. 134. sq. Ruhnk. Apion. Gloss. Homerr. p. 601. ad calc. Etymol. Gud.); quare illud quidem in ordinem recipere non dubitavi. Vulgata C certe (v. Var. Lect.) nihili est. *Mr.*

p. lxxvi. vs. 47. *ὀτλήσας*] Suidas T. II. p. 725. *ὀτλήσοντες· ὑπομενοῦντες, κακοπαθήσοντες.* Cf. Musgrav. ad Eurip. Ion. 1108. (1127.) Jacobs. ad Agath. LXXXIII. (Anthol. III. 1. p. 111.) et ad Paull. Silent. XXXVII. (ibid. p. 151.) Ad sententiam facit illud oraculum Lycium ap. D Welcker. Syllog. Inscrr. p. 235. vs. 10. 11. 15. 16. *Cr.*

p. lxxvi. vs. 49. *χοροῦ τ' εὐδίνεα κύκλον.*] Suidas I. p. 885. Zonar. p. 915. Etymol. Gud. p. 217. supr. *εὐδίνης* i. q. *εὐδίνητος* i. e. *εὔστροφος, εὐκίνητος.* Schol. ad Odyss. *δ*. 19. *ἐδίνευον. κυκλόσε ἐστρέφοντο, ὠρχοῦντο.* Apollon. Rhod. I. E 215. de Orithyia—*χορῷ ἔνι δινεύουσαν.* Cf. Valcken. ad Adoniaz. v. 82. Heyn. ad Iliad. *σ*. 494. cf. et annot. supra ad v. 30. *Cr.*

p. lxxvi. vs. 51. *εὐαίωνι.*] Vocabulum Tragicis familiare. Sophocl. Philoct. 818. (829.) cum not. Hermanni. Trachin. 81. Æschyl. Pers. 717. ibiq. Blomfield. Cf. Elmsley ad Eurip. Med. F 1096. Sed tamen aliis quoque poëtis cognitum. Callimach. in Del. 292. ubi est *beata:* item Lavacr. Pallad. 117. Eratosth. ap. Eutoc. in Archim. p. 22. (cf. Valcken. Diatr. Eurip. p. 285.) *Εὐαίων Πτολεμαῖε.* De quo loco consule Jacobs. ad Anthol. T. VII. p. 319. et ad Anthol. Palat. VII. 178. p. 255. et Bernhardy Eratosthenica G p. 183. *Cr.*

p. lxxvii. [a]. *ἀεὶ σπεύδων πρὸς τὸ θεῖον,*] Porphyrius Epist. ad Marcellam XVI. *ψυχὴ δὲ σοφοῦ ἁρμόζεται πρὸς θεὸν, ἀεὶ θεὸν ὁρᾷ, σύνεστιν ἀεὶ θεῷ.* Quæ verba cum loco nostro comparat Ang. Mai. in notis p. 31. ed. Mediol. p. 616. ed. Orell. Mox inter *ἀπαλλαγῆναι* et *πικρὸν* comma posui-

mus cum Fabric. Respicit autem Porphyr. vs. A 19. Oraculi. *Cr.*

p. lxxvii. [b]. οὕτω δὲ μάλιστα τούτῳ τῷ δαιμονίῳ φωτὶ—ἐφάνη ἐκεῖνος ὁ θεὸς] Ficinus: "Hac igitur ratione, *hoc beato lumine.* Contra Engelhardt: *dem goettlichen Manne* (*divino huic viro*). Quod fortasse verum est. Nam in versibus oraculi, quos hic respicit Porphyrius 19—22, φάνθη B refertur ad σκαίροντι adeoque ad Plotinum. Et poterat Porphyrius in explicando poëmate poëticum colorem inducere suæ orationi, et memoriter exprimere ejusmodi locos, ut Odyss. α΄. 324. ἰσόθεος φώς, aut Pindari Nem. IV. 136. sq. (84. sq.) ἰσοδαίμονα φῶτα. Pro ἐνάγοντι Fic. legisse videtur ἀνάγοντι, et hoc est verbum proprium in hac C re. Libri tamen mss. cum vulgata faciunt, nec ipsa rejicienda est. Mox κατὰ τὰς ἐν τῷ Συμποσίῳ—ὁδούς. "Pag. 331. edit. Ficin." *Fabric.* P. 210. Steph. p. 442. sqq. Bekk. Eandem Diotimæ Platonicæ disciplinam sæpius laudat Plotinus. Ceterum qui de hac visione Dei diversa sentientium judicia cognoscere velit, is consulat D Baylii Diction. in Plotin. p. 760. not. k. Cudworth. Syst. Intellect. p. 637. ed. Moshem. et Tholuck. in Ssufismo p. 79. Attigi hæc etiam ad Plotin. V. 5. 3. p. 522. A. *Cr.*

p. lxxvii. [c]. ἐγὼ ὁ Πορφύριος ἔτος ἄγων ἑξηκοστὸν καὶ ὄγδοον.] "Hinc constat vitam hanc a Porphyrio scriptam cum circiter septuagesimum E annum ageret ætatis." *Fabric.* Quantum senectus Porphyrii ad ætatem Constantini Imperatoris pertinere potuerit, inquirit Luc. Holsten. de Vit. Porphyrii IV. p. 224. cui junge Wyttenb. ad Eunap. p. 46—48. cui octogenarius obiisse videtur. In mortis genere Porphyrium cum Empedocle confudit Massoudius in Excerptis F Sylvestri Sacyi in Notices et Extraits T. VIII. p. 153. Vid. Boissonad. Addenda ad Eunap. p. 547. Vitam hanc Plotini a Porphyrio sene conscriptam esse et post conjugium cum Marcella junctum memorat etiam Ang. Maius ad Epistol. Porphyrii scriptam ad uxorem p. 2. ed. Mediol. p. 609. Orellii. Mox: καὶ πελάσαι τῷ G ἐπὶ πᾶσι θεῷ "Conf. Enn. VI. 1. ult." *Fabric.* "θαμινὴν—πορόντες. vs. 27." *Idem.*

p. lxxvii. [d]. Ἐκ δὲ τῆς ἀγρύπνου ἔπιθέν τε καὶ ἔξωθεν θέας] "ἔσωθέν τε alii." *Fabric.* Hoc recepimus. *Cr.* "ἔπιθεν—ἔσωθεν. Talis versus excidit in oraculo." *Wyttenb.* Conjicit igitur vir summus ex his Porphyrii verbis excidisse in oraculo versum, qui interioris exteriorisque intuitus mentionem haberet. Equidem supra ad vs. 28. οὐδὲ σὲ παμπήδην βλεφάρων ἔχε νήδυμος ὕπνος sum suspicatus hunc tangi hoc loco a Porphyrio. Viderint oculatiores. Ceterum de hoc duplici intuitu multos locos congessit, nec nostri immemor, Casp. Barth. Averss. XLVIII. 5. p. 2253. Alia ipse posui ad verba Plotini I. 6. 9. p. 57. B. ἢ ἔνδον βλέπει. *Cr.* "πολλά τε—χαρίεντα. vs. 31." *Fabric.*

p. lxxvii. [e]. ἡ γὰρ δὴ τῶν ἀνθρώπων θεωρία—πρὸς τὴν θείαν γνῶσιν, κ. τ. λ.] Colorem duxit Porphyrius ex Platonis Republ. VII. p. 517. fin. p. 332. Bekk.: τί δε; τόδε οἴει τι θαυμαστὸν, εἰ ἀπὸ θείων, ἦν δ' ἐγὼ, θεωριῶν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπειά τις ἐλθὼν κακὰ ἀσχημονεῖ κ. τ. λ. quem locum tangit etiam Themistius Orat. de Præfectura c. XXX. p. 72. ed. princ. Mediol. A. Maii. Verba posui ad Plotinum III. 8. 1. in disputatione de vario usu vocis θεωρία. p. 343. A. *Cr.*

p. lxxviii. [a]. συνεσόμενον δὲ τούτοις, οἷς καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ ἄριστοι. Σύνεισι δὲ οὗτοι, Πλάτων, κ. τ. λ.] Constructio non obstat lectioni συνεπόμενον. Vid. Plotin. p. 698. sq. Sed verum esse συνεσόμενον et optimorum librorum consensus evincit et illud σύνεισι in sequenti membro. Illa lectio profecta ab iis videtur, qui h. l. cogitarent de nobilissimo loco Platonis in Phædro p. 246. e. τῷ δὴ (Διῒ) ἕπεται στρατιὰ θεῶν. et p. 248. c. ἥτις ἂν ψυχὴ θεῷ συνοπαδὸς γενομένη κ. τ. λ., quos locos sæpissime laudant Platonici ipseque Plotinus. Ceterum in Ed. Fabric. hic in Latinis verba: *quibus conversantur* exciderunt. Proxima autem ita vertenda sunt: *conversantur autem hi: Plato* &c. Eudocia in Plotino p. 363. ὥστε καὶ τὸν Πύθιον περὶ αὐτοῦ πολλά τινα ἀνελεῖν. ἐν οἷς καὶ εἰς τὸν τοῦ Μίνωος καὶ Ῥαδαμάνθυος χῶρον παραπέμπει, καὶ μετὰ Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος συνδιαιτᾶσθαί φησι. ubi fortasse scribendum χορὸν, nisi Eudocia cogitavit πεδίον ἀληθείας, quod in aliquot libris Æschinis Axioch. 19. χωρίον dicitur. (Vid. Fischer. p. 163.) Mox: χορὸν ἀθανάτου "vers. 34." *Fabric.* Ad καταπεπυκνωμένον consule, quæ supra laudavimus ad cap. XIV. post init. *Cr.*

p. lxxviii. [b]. τὴν διάταξιν καὶ τὴν διόρθωσιν τῶν βιβλίων—ἡμῖν ἐπέτρεψεν,] "Supra cap. VII." *Fabric.* Nimirum extremo p. 107. ed. Fabric.

Hanc operam a Porphyrio in Plotini scriptis collocatam inique interpretatur *Matter.* in *Essay Historique sur l'école d'Alexandrie* I. p. 319. et in Histoire critique du Gnosticisme II. p. 467. Tu vide quæ supra monuimus ad Longini epistolam c. XIX. fin. p. 125. sq. ed. Fabric. *Cr.* A

p. lxxviii. c. *τὰς οἰκείας ὑποθέσεις εἰς ταὐτὸν συναγαγών*] "Scripta affinis argumenti in unum conjungens. Cæterum de Apollodoro vide, si placet, quæ dixi lib. III. c. 27. [Bibl. Gr. Vol. IV. p. 297. Harles. cf. Apollodori Fragg. VII. p. 440. Heynii ed. alt.] et de Andronico Rhodio lib. III. c. 11. [potius c. 8. i. e. Bibl. Gr. Vol. IV. in Catalogo Peripateticorum p. 1464. sq. ed. Harl.] Similiter Democriti ac Platonis scripta in tetralogias digessit Thrasyllus." *Fabric.* De Thrasylli hoc instituto vid. Diogen. Laërt. IX. 45. coll. III. 56. et cf. Ign. Rossi Commentatt. Laërtt. p. 203. et Fabric. B. Gr. Vol. III. p. 70. sqq. et p. 190. Harles. In trilogias Platonis scripta distribuerat Aristophanes Grammaticus Diog. III. 56. ibiq. Casaub. et Menag. cf. etiam Schleiermacheri Introd. in vernacul. vers. Platonis operum p. 23. Cæterum in communi forma *κωμῳδιογράφον* pro ea quam Atticam dicit Moeris *κωμῳδογράφον* nostri libri pariter consentiunt atque alii in Diodoro Sic. XII. 14. p. 487. Wessel. et in Scholiis ad Aristoph. Nubb. 296. De quibus formis nuper dixerunt Wyttenb. ad Plutarch. p. 434. Ast. ad Platon. Remp. X. 7. p. 620. sq. et Engelhardt. ad Apologiam p. 150. B C D E

p. lxxviii. d. *διεῖλον μὲν εἰς ἓξ ἐννεάδας,*] Eudocia in Plotino p. 363: *Μετὰ ταῦτα δὲ πρὸς τὸ γράφειν τραπεὶς τὰ βιβλία ἐξέδωκεν (Πλωτῖνος) ἅτινα εἰς ἓξ ἐννεάδας ὁ Πορφύριος ταχθεὶς ὑπ' ἐκείνου μετὰ τὴν ἀποβίωσιν διεῖλεν.* Contra David. Thessalon. mscr. in Porphyr. Isagog. in Categg. in Cod. Paris.: *οὗτος δὲ ὁ Πλωτῖνος ἔγραψε τὰς ἑπτὰ ἐννεάδας.* Quod errori in numerorum notis frequenti tribuere malim, quam suspicari Eustochianam recensionem *septem* Enneadibus descriptam hic respici. *Cr.* F

p. lxxviii. e. *τῇ τελειότητι τοῦ ἓξ ἀριθμοῦ, καὶ ταῖς ἐννεάσιν ἀσμένως ἐπιτυχών*] De senario numero Jo. Laur. Lydus de Mensib. Romm. II. 10. p. 68. sqq. ed. Roether. et alia collegit et hæc: *τῶν γὰρ ἀπὸ μονάδος μόνος τέλειός ἐστι τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι κ. τ. λ.* De novenario idem, Porphyrium ipsum laudans, ibid. IV. 78. p. 280: G *Θεῖος ὁ τῆς ἐννεάδος ἀριθμὸς ἐκ τριῶν τριάδων πληρούμενος καὶ τὰς ἀκρότητας τῆς θεολογίας κατὰ τὴν χαλδαϊκὴν φιλοσοφίαν, ὥς φησιν ὁ Πορφύριος, ἀποσῴζων.* ubi vid. annott. Alia posui ad Plotini librum de numeris Enn. VI. lib. 6. *Cr.*

p. lxxviii. f. *τί τὸ ζῷον,*] "Numeri minores sive cifræ singulorum librorum titulis a me præfixæ designant locum quem iidem libri occupant inter Plotini scripta ordine chronologico supra c. 4. sq. a Porphyrio recensita. Ibi liber primus Enneadis primæ inscribitur *τί ὁ ἄνθρωπος, τί τὸ ζῷον*, recte, nam ita et apud Macrobium II. 12. in Somn. Scip. *quid animal, quid homo?* Ab eodem Macrobio lib. I. c. 2. affertur locus ex Plotini de Virtutibus libro, cui adde, si placet, quæ de gradibus virtutum scripsi in Prolegomenis ad vitam Procli compositam a Marino." *Fabric.* De titulis, argumentis fontibusque librorum Plotini diximus ad cujuslibet initium. *Cr.*

p. lxxviii. g. *περὶ διαλεκτικῆς.*] "Per dialecticam Plotinus perinde ut Plato Metaphysicam intelligit, itaque p. 21. illam definit: *ἐπιστήμην περὶ πάντων, οὐ δόξαν, παύσασαν δὲ τῆς περὶ τὸ αἰσθητὸν πλάνης ἐνιδρύουσαν τῷ νοητῷ καὶ ἐκεῖ τὴν πραγματείαν ἔχουσαν.*" *Fabric.*

p. lxxviii. h. *εἰ ἐν παρατάσει χρόνου*] "Titulus, qui libro ipsi inter Plotini opera præfigitur, ita se habet: *εἰ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν* (al. *ἐπίτασιν*) *χρόνου λαμβάνει;* Novam hujus libri versionem Latinam exhibet Barthius lib. 50. c. 8. Adversar., quam ait duodecenni sibi puero excidisse." *Fabric.*

p. lxxix. i. *περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν.*] "Supra c. 6. *περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ, ἢ περὶ εὐδαιμονίας.*" *Fabric.*

p. lxxix. k. *πόθεν τὰ κακά;*] "In Plotino ipso titulus est *περὶ τοῦ, τίνα καὶ πόθεν τὰ κακά.*" *Fabric.*

p. lxxix. l. *περὶ—ἐξαγωγῆς.*] "Supra c. 4. *περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς.* In hoc libro disputat non temere sibi necem quenquam debere consciscere. Prius autem hunc librum composuit Plotinus, quam ad eum Porphyrius accederet, itaque de alio ejus scripto intelligenda sunt, quæ supra c. II. leguntur." *Fabric.*

p. lxxix. m. *περὶ τοῦ κόσμου.*] "Allegat Philoponus XIII. 15. contra Proclum de Mundi æternitate." *Fabric.*

p. lxxix. n. *περὶ τῆς κυκλοφορίας.*] "In Plotino

ipso hic liber inscribitur περὶ κινήσεως οὐρανοῦ." A *Fabric.*

p. lxxix. [o]. εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα.] "Confer supra c. 15. et Firmicum lib. I. Mathes. ubi Plotinum notat quod vim stellarum agnoscere noluerit incolumis, quam sentire coactus fuerit ægrotus. Meminit hujus libri Plotini *si faciunt astra* etiam Macrobius lib. I. c. 19. in Somn. Scip." B *Fabric.*

p. lxxix. [p]. περὶ—ὑλῶν.] "In Plotini Enneadibus titulus hujus libri est περὶ ὕλης. Contendit vero rerum incorporearum quoque esse ὕλην quandam. Confer Alcinoum c. 8. et Petavium lib. I. de Angelis c. 4. Hunc Plotini librum pluribus illustraverat Porphyrius libris sex περὶ C ὕλης Suidæ memoratis. τὸ Πλωτίνου διανοίγων βιβλίον, inquit Æneas Gazæus in Theophrasto p. 56." *Fabric.*

p. lxxix. [q]. περὶ τοῦ δυνάμει] "In Plotino ipso: περὶ τοῦ ὁ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ." *Fabric.*

p. lxxix. [r]. περὶ—εἴδους.] "Supra c. 4. tantum περὶ ποιότητος, et in Plotino: περὶ οὐσίας καὶ ποι- D ότητος." *Fabric.*

p. lxxix. [s]. πῶς τὰ—φαίνεται.] "In Plotino: περὶ ὁράσεως, ἢ πῶς τὰ πόρρω μικρὰ φαίνεται." *Fabric.*

p. lxxix. [t]. πρὸς τοὺς—λέγοντας.] "Hunc librum Porphyrius ipse supra c. 16. testatur se inscripsisse πρὸς τοὺς Γνωστικοὺς, atque ita etiam E legitur titulus hic c. 5. et in ipso Plotino. Gnosticorum in Græcis Plotini nulla mentio, sed in Ficini versione p. 213. ubi magiam et ἐπαοιδὰς eorum Philosophus explodit." *Fabric.*

p. lxxix. [a]. περὶ εἱμαρμένης.] "Fatum in hoc libro impugnavit Plotinus, quemadmodum in duobus, qui sequuntur egregie disserit de Pro- F videntia, et in vita quæ possint videri molesta atque mala per similitudinem dramatis, picturæ et harmonici concentus eleganter illustrat. Loca exinde producit Theodoritus VI. Therapeut. p. 96. sq." *Fabric.*

p. lxxix. [b]. περὶ τοῦ—δαίμονος] "In hoc libro, cujus itidem supra c. 10. et apud Ammianum G Marcellin. XXI. 14. mentio, Plotinus tuetur etiam dogma de animorum recidivatu sive reciproco discursu, ut Tertulliani vocibus utar. Contra illam Plotini sententiam Anonymi ἀντιθετικὸς πρὸς Πλωτῖνον, ὅτι μήτε τῶν σωμάτων προϋπάρχουσιν αἱ ψυχαὶ, μήτε ἐξ ἑτέρων μεταχωροῦσι. MS. in Biblioth. Cæsarea, teste Lambecio lib. VII. p. 259." *Fabric.*

p. lxxix. [c]. περὶ τῆς—σωμάτων.] "Ficinus legit ἀσωμάτων, ut supra c. 5. et in ipso Plotino. Ac mentem certe passionis expertem in hoc libro Plotinus disputat. Sed tamen materiam quoque negat pati p. 311. atque eo nomine reprehenditur non ab re a Petro Petito lib. 2. c. 11. Miscellann. Obss." *Fabric.*

p. lxxix. [d]. περὶ—τοῦ ἑνός.] "Supra c. 5. tantum inscribitur περὶ θεωρίας." *Fabric.*

p. lxxx. [e]. περὶ οὐσίας—δεύτερον.] "Supra c. 4: πῶς ἡ ψυχὴ τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας μέση εἶναι λέγεται, et in Plotino ipso notatur hunc præ aliis hujus philosophi de anima scriptis primo loco esse legendum, ὃν πρὸ πάντων τῶν περὶ ψυχῆς λόγων ὀφείλει ἀναγινώσκεσθαι. In hujus libri limine verbo tangitur sententia Aristotelis, qui animam pro entelechia sive forma actuali corporis habuit, sed prolixam disputationem opinioni illi oppositam Eusebius XV. 10. Præparationis Evangelicæ affert ex Plotini περὶ ἀθανασίας ψυχῆς secundo libro. Eam unde habuerit Eusebius mirum est: nam in iis quidem, quæ exstant, Plotini scriptis incassum illam quæres." *Fabric.*

p. lxxx. [f]. περὶ ψυχῆς—πρῶτον.] "Vocabulum ἀποριῶν in omnibus tribus libris supra c. 5. desideratur. Ex hoc tertio libro Enneadis quartæ locum allegat Augustinus VIII. 10. De Civitate DEI." *Fabric.*

p. lxxx. [g]. περὶ ἀθανασίας—] "Confer Eusebii Præparat. lib. XV. c. 22." *Fabric.*

p. lxxx. [h]. περὶ—ὑποστάσεων] "Ex hoc libro loca affert Eusebius XI. 17. præparat. Cyrillus I. contra Julian. p. 67. IV. p. 145. VIII. p. 273. 275. 276. 280. Theodoritus 2. Therapeut. p. 33." *Fabric.*

p. lxxx. [i]. πῶς ἀπὸ τοῦ—τοῦ ἑνός.] "Rectius supra τὰ μετὰ τὸ πρῶτον. Nam post unum illud non unum tantum, sed plura et infinita deinceps sequuntur. Unde et Enneadis V. liber 2. jam fuit περὶ γενέσεως καὶ τάξεως τῶν μετὰ τὸ πρῶτον." *Fabric.*

p. lxxxi. [k]. ὅτι οὐκ ἔξω—τὰ νοητὰ] "De hoc libro et Porphyrii, qui contra scripserat, retractatione supra c. 18. et c. 20. in Longini fragmento sect. 13. Ex Plotini περὶ νοητῶν ἢ περὶ τἀγαθοῦ locum producit Philoponus contra Pro-

clum de Mundi æternitate II. 5. et IV. 16." *Fabric.* A

p. lxxxi. [l]. περὶ τοῦ—εἴδη.] "Supra c. 4. pro εἴδη legitur ἰδέαι, eodem sensu." *Fabric.*

p. lxxxi. [m]. περὶ νοῦ—ὄντος.] "Vid. supra c. 19." *Fabric.*

p. lxxxi. [a]. περὶ ἀριθμῶν.] "Allegat Proclus lib. I. Theol. Plat. c. II. p. 27. respicit, et IV. B 32." *Fabric.*

p. lxxxi. [b]. περὶ τοῦ ἑκουσίου κ. τ. λ.] "Titulus generalior supra c. 5. περὶ τοῦ ἑκουσίου." *Fabric.*

p. lxxxi. [c]. ὑπομνήματα] Eunapius ex hoc loco, ut videtur, in Plotino p. 7. Boissonad.: ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῶν βιβλίων ἑρμηνεύσας αὐτοῦ (τοῦ Πλωτίνου) φαίνεται (Πορφύριος). De Procli in Plotini C Scripta commentariis vid. Fabric. B. Gr. Vol. V. p. 696. Harl. et quæ ad eum locum adjecimus. *Cr.*

p. lxxxi. [d]. πλὴν τοῦ περὶ τοῦ καλοῦ] "Ennead. I. lib. VI. Cæterum Commentarii Porphyrii, quibus scripta Plotini illustravit, interciderunt, scripta Plotini ipsa ex ejus recensione habemus, quæ chronologico etiam, quo scripta sunt, ordine supra c. 4. sq. recensuit. Illam capitum, quam hic commemorat, temporis ordine factam descriptionem itidem amisimus. Porro ἀφορμὰς Porphyrii πρὸς τὰ νοητὰ Holstenius, qui eas auctiores ex Cod. Vaticano edidit, pridem observavit nihil aliud esse, quam introductionem quandam in Plotini scripta." *Fabric.* κεφάλαια—ἐπιχειρήματα v. Ernesti Lex. Technol. Grr. Rhetor. p. 133. sq. et p. 179. sq. *Cr.*

p. lxxxii. [e]. τὰς δὲ στιγμὰς—προσθεῖναι] "Criticorum munus, interpungere colis et punctis celebrium scriptorum monumenta, quod interdum facere non est cujusvis, ut de Heracliti scriptis Aristoteles III. 6. Rhetor. τὰ Ἡρακλείτου διαστίξαι ἔργον." *Fabric.* "Conf. Villoison. Anecdd. Grr. II. p. 139." *Harles.* Cf. supra c. 8. p. 107. ed. Fabric. et Annot. nostr. in eum locum. *Cr.*

NOLUMUS luculento huic de Vita Plotini commentario Porphyriano h. l. adjicere adumbratas ad illum Eunapii, Suidæ Eudociæque notitias, quoniam plurima ex iis in præcedente annotatione cum Porphyrii verbis sententiisque jam comparata sunt: alia indidem Fabricius in Bibliothecæ Græcæ loco, quem a nobis auctum subjecimus, de Plotino excerpta prodidit. Satius visum est his addere epistolam *Theophylacti Simocattæ*, cum quia elegans est, tum quia præclaram significationem habet laudum, quibus seculo post Chr. N. septimo floruerit philosophia Plotiniana. Emendatiorem eam exhibemus ope trium codicum, duorum Palatinorum nunc rursus Heidelbergensium: nr. 155. (A.) et nr. 356. (B.) itemque Vaticano—Urbinatis nr. 134. quem nostrum in usum descripsit V. Cl. Hieronymus Amatius. Adhibuimus editionem Heidelbergensem Jani Gruteri ap. Commelin. a. 1598. et Epistolas Græcanicas mutuas, Aureliæ Allobrog. a. 1606.

Θεοφυλάκτου σχολαστικοῦ τοῦ Σιμοκάτου ἐπιστολαὶ ἠθικαὶ, ἀγροικικαὶ καὶ ἑταιρικαί.

α′. Κριτίας Πλωτίνῳ[a].

Ὁ τέττιξ ὁ μουσικὸς ἦρος φανέντος τῆς μελῳδίας ἀπάρχεται· ᾠδικώτερος δὲ τοῖς ᾄσμασι καὶ τὴν φύσιν λαλίστερος ὥρᾳ μεσημβρίας γνωρίζεται[b], ἀκτίνων ὥσπερ ἡλιακῶν μεθυσκόμενος[c]. τερετίζει γοῦν ὁ μελῳδὸς, βῆμα τὸ δένδρον ποιούμενος, θέατρον[d] τὸν

Theophylacti Scholastici Simocattæ Epistolæ ethicæ, rusticanæ et amatoriæ.

1. Critias Plotino.

Cicada musica, simulac ver apparuerit, modulationem auspicatur. Magis autem canora cantionibus et natura loquacior reperitur meridiano tempore, radiis solaribus quasi inebriata. Fritinnit igitur illa meloda, arborem habens pro sug-

[a] Θεοφιλάκτου Ed. Aurel. vitiose. Ἀγροικικαὶ δὲ Ἑταιρικαὶ eadem non melius. Cod. Vat. Urbinas: ἐπιστολαὶ ἠθικαὶ ἑταιρικαὶ καθὼς τὰ στοιχεῖα αὐτῶν δηλώσει. Mox Editt. Heidelb. et Aurel. Ἠθική. Κριτίας Πλωτίνῳ. Cod. Palat. B. Πλοτίνῳ· vitio haud infrequenti. Vid. annot. nostr. ad initium Porphyrii de Vita Plotini. Hæc enim in futuri editoris gratiam paullo accuratius enotare volui. De homine et cognomine Σιμοκάτης s. Σιμόκατος vid. Fabric. et Harles. in Bibl. Gr. Vol. VII. p. 582. sqq. Fons autem epistolæ est in illa fabula Platonis in Phædro de hominibus in cicadas mutatis p. 259. a—d. præcipue ubi cicadæ post mortem ad Musas dicuntur proficisci iisque renuntiare, quam quis hominum Musam hic maxime colere soleat. Unde hæc in primis ad Epistolæ hujus argumentum tenenda sunt p. 66. Bekk.: τῇ δὲ πρεσβυτάτῃ, Καλλιόπῃ, καὶ τῇ μετ' αὐτὴν Οὐρανίᾳ τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ διάγοντάς τε καὶ τιμῶντας τὴν ἐκείνων μουσικὴν ἀγγέλλουσιν, αἳ δὴ μάλιστα τῶν Μουσῶν περί τε οὐρανὸν καὶ λόγους οὖσαι θείους τε καὶ ἀνθρωπίνους ἱᾶσι καλλιστὴν φωνήν. Qui multi hanc fabulam deinceps attigerunt vel imitati sunt, eos indicant Wernsdorf. ad Himerii Eclogg. X. 4. p. 179. XII. 5. p. 199. et Fischer. ad Anacreont. Odar. XLIII. p. 167.

[b] καὶ τῇ φύσει λαλίστερος γνωρίζεται neglectis mediis Pal. B. λαλίστερας, ὥρᾳ μεσημβρίαι γνωρίζεται Vatic. Non moramur portentum operarum culpa natum in Ed. Aurel. Plato l. l. p. 258. e: ὡς ἐν τῷ πνίγει ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῖν οἱ τέττιγες ᾄδοντες—ἐν μεσημβρίᾳ. Anacreon vs. 9: Θέρεος γλυκὺς προφήτης. Philostratus Vita Apollon. VII. 11. p. 287: οἱ μὲν τέττιγες, ὑποψαλλούσης αὐτοῖς τῆς ὥρας ἐν ᾠδαῖς ἦσαν. Himerius p. 198: ἐνίκησα μὲν ὑπό σοι κριτῇ κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν τὸν τέτιγα. Cf. et Longi Pastorr. l. 23. p. 28. ed. Courier. et Sinner.

[c] Meleager nr. CXI: Ἠχήεις τέττιξ δροσεραῖς σταγόνεσσι μεθυσθεὶς, ad quæ Jacobs. in Anthol. Gr. T. VI. p. 121. et hæc Antipatri Messal. Ep. XXX: ἀρκεῖ τέττιγας μεθύσαι δρόσος adhibuit, nec nostri loci, ubi non rore, sed sole, ebriæ dicuntur cicadæ, oblitus est. Cf. et Fischer. ad Anacr. v. 3.

[d] ποιούμενος· καὶ θέατρον Vatic. Anacr. v. 2. δενδρέων ἐπ' ἄκρων. Theocrit. Idyll. XVI. 94. sq.: ἁνίκα τέττιξ —ἔνδοθι δένδρων Ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσι. Philostratus l. l. p. 287. platanum de eadem re memorat. Proprie autem τερετίζειν dicuntur cicadæ et lusciniæ et vero hirundines. Pollux V. 89. Valcken. ad Zenodot. ad calc. Ammonii p. 230. cf. Tib. Hemsterhusii Anecdd. ed. Geelii p. 32. et Meletemm. nostrr. (ibiq. Fragm. Cod. Palat. Heidelb. n. 132.) I. p. 12. Non est igitur quod operose redarguamus infelicem conjecturam Thryllitii, qui in Theophylacto volebat ἐρεθίζει. Vid. Fischer. ad Anacr. vs. 4. Nolo hic silentio prætermittere, Grammaticum in Cod. Parisin. ap. Boissonad. ad Herodiani Epimerismos p. 291. ita distinguere: ἐπὶ ἀηδόνος, τερετίζειν· ἐπὶ χελιδόνος, ψιθυρίζειν καὶ τιττυβίζειν· ἐπὶ τέττιγος, ἠχεῖν.

ἀγρὸν, καὶ τοῖς ὁδίταις τὴν μουσικὴν ἐπιδείκνυται. Ἄισαι γοῦν καὶ ἡμεῖς τὰς σὰς ἀρετὰς ἐπειγόμεθα. ἐκθάλπουσι γάρ πως[e] καὶ ζωοπυροῦσι πρὸς ἐγκώμιον τὰ ἡμέτερα. πάλαι γὰρ νεκρωθέντας ἡμᾶς τῷ ῥυπώδει[f] βίῳ ἐκ τῶν σῶν γραμμάτων πρὸς ἀρετὴν ἀνεψύχωσας. Οὕτω γενοίμην ὁ Κριτίας Πλωτῖνος[g]. Πλωτῖνος μὲν γὰρ ἢ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς, ἢ φιλοσοφία σωματωθεῖσα μετ' ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρέφεται.

gestu, agrum pro theatro, et viatoribus musices specimen exhibet. Proinde et nos urgemur ad canendas tuas virtutes. Calefaciunt namque quodammodo et inflammant ad laudationem animos nostros. Olim enim emortuos nos sordida vita ex tuis literis ad virtutem redanimasti. Ita ille Critias fiam Plotinus! Plotinus namque vel extra corpus philosophatur in terra, vel philosophia corpus facta cum hominibus veluti homo conversatur.

[e] πως abest a tribus libris mss. nostrr. et videri possit debilitare sententiam, nisi accipias pro *nescio quomodo*. Proxime dedi τὰ ἡμέτερα ex Pal. B. Reliqui omnes: τὰ ὑμέτερα. Verum sensisse videtur jam Kimedoncius, qui vertit: "confovent enim aliquo modo *eæ* et inflammant ad encomium:" contra alter interpres, qui falso Cujacius perhibetur: "et quasi excitant ad laudem vestros animos. Est autem accipiendum pro ἡμᾶς.

[f] τῷ ῥυπώδη βίῳ Vatic. vitio per Itacismum procreato. Mox e Palat. B. recepi ἀνεψύχωσας. Sensisse iterum videtur Kimedoncius, qui, valde juvenis, vixdum septendecim annos natus versionem fecit, quam suæ editioni adjecit Gruterus, vertit enim: *resuscitasti*. Ceteri omnes ἐψύχωσας. Sed tu vid. Alciphron. Ep. II. 4. 43. p. 325. Wagner. et consule Tib. Hemsterh. ad Lucian. Contempll. §. 22. p. 521. ed. Wetst.

[g] Editt. Grut. et Aurel.: οὕτω γενοίμην ὁ Κριτίας Πλωτῖνος. ἢ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ ὁ ἐπὶ γῆς, ἢ φ. κ. τ. λ. Cod. Vat. Urbin.: οὑ. γ. ὁ Κριτίας. Πλωτῖνος γὰρ ἢ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ (omisso ἐπὶ γῆς) ἢ. φ.—μετὰ ἀνθρώπων ὡς κ. τ. λ. Palat. A: οὕτω γεν. ὁ Κριτίας Πλωτῖνος. εἰ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖς ἐπὶ γῆς ἢ—μετὰ ἀνθρώπων ὡς ἀναστρέφεται. Palat. B. οὕτω γενοίμην ὁ Κριτίας Πλωτῖνος· Πλωτῖνος μὲν γὰρ ἢ ἐκτὸς τοῦ σώματος φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς ἢ φ. σ. μετ' ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρ. Atque hunc maxime sum secutus, nec illud μὲν ante γὰρ obliterare volui, ut quod abjectum videatur a librariis, qui nescirent μὲν sexcenties poni deficiente in sequentibus δέ. Sententia et ipsa ducta est e fabula Platonis: ὥστε ᾄδοντες ἠμέλησαν σίτων τε καὶ ποτῶν—μήτε τροφῆς δεῖσθαι. Anacreon. vs. 16. sqq.:

Σοφὲ, γηγενὴς, φίλυμνε,
Ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε,
Σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.

Philostratus l. l. p. 287: ὦ μακάριοι καὶ ἀτεχνῶς σοφοὶ, ὡς ἐδίδαξάν τε ὑμᾶς ᾠδὴν ἄρα Μοῦσαι—γαστρός τε κρείττους ἐποίησαν. Cf. et Himerii Orat. XIV. 11. p. 626.

MARSILII FICINI

# MARSILII FICINI FLORENTINI

IN

## LIBRUM PRIMUM ENNEADIS PRIMÆ,

# COMMENTARIUS.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

Anima rationalis media est inter formas divinas atque naturales, neque inest corpori, sed adest, et vitam ex se propagat, quæ inest corpori, ex qua et corpore fit animal unum compositum. Capitulum primum.

PEROPPORTUNE primus hic omnium nobis occurrit liber, in quo nos ipsos velut in speculo contemplemur, ne tanquam nimium curiosi aliena prius quam nostra quæramus. Docebit enim nos, id est hominem verum, atque hoc ipsum, quod ipsi proprie sumus, non esse corpus: quia hoc utimur ut instrumento, non esse vitam omnino corpori propriam et addictam, quoniam hæc nobis cum brutis est communis: et quia sæpe huic ipsa ratio, per quam ipsi sumus, adversatur et imperat, non esse quiddam ex corpore et propria ejus vita compositum, eisdem omnino de causis, quas hic assignavimus. Hoc enim esse animal non denique ex anima rationali et vivente irrationali conjunctum, quoniam ex indissolubili et dissolubili unum confici nequeat: sed hominem esse animam, id est, substantiam incorpoream rationalem, ex divino quidem intellectu existentem, in se vero consistentem, corpori autem non inhærentem, sed potius assistentem, atque ipsa sui præsentia vitam hanc in corpore producentem, ex qua et corpore compositum animal appellatur. Animam vero nostram corpori quidem adesse, sed non inesse, sic breviter ostendemus. Tria formarum genera sunt. Infimæ quidem formæ sunt naturales, supremæ vero divinæ, mediæ aut rationales animæ. Naturales formæ, ut elementorum, atque mixtorum, dicuntur et adesse materiæ, quantum eam afficiunt, et in eam nonnihil efficiunt: dicuntur et inesse materiæ, quantum una cum ipsa formæ similiter patiuntur. Sed formæ divinæ, id est divinus intellectus mundi artifex, rerumque ideæ, id est primi divinæ intelligentiæ actus, et exemplaria rerum, neque materiæ insunt: alioquin ne fingi quidem posset quicquam a materia separatum: rursus neque materiæ adsunt. Non dico procul esse a materia secundum locum, nam procul dubio sunt ubique: sed non adesse secundum ullam naturæ cognationem, affectumque aliquem ad materiam. Quis enim intellectum divinum non animadvertat ab omni materiæ commercio esse secretum? quando et intellectus humanus non aliter actionem intelligentiæ propriam, quam se ipsum a materia segregando expedire possit atque perficere. Inter formas igitur naturales, quæ materiæ adsunt simul et insunt, ac formas omnino divinas, quæ neque insunt, neque etiam adsunt, extare oportet mediam formæ naturam: quæ materiæ non insit quidem, ne cum materia patiatur, ne patiendo cum ea imperfecte agat in eam: ne imperfecte agendo usque ad vitæ vigorem hanc ipsam formare non possit, adsit autem materiæ, id est naturali providentia faveat, et foveat quodam affinitatis amore, fovendo formet, atque vivificet, vivificando humanum pariat animal, homini, id est animæ subditum generanti. Talem esse rationalem animam perspicue constat, non inesse quidem apparet, ubi corpori repugnat et imperat: apparet etiam et adesse, ubi corporis conjugium naturaliter amat. Habet aliquid proprium, ubi ratiocinatur, id est motu quodam et tempore ab effectu ad causam argumentationibus suis ascendit, iterumque descendit: et ubi pro-

posito fine, et viarum inventa diversitate, de illarum electione consultat. Tota quidem hæc facultas, ratio, cogitatio, consultatio, maxime hominis propria nominatur. Habet iterum aliquid cum intellectu divino quasi commune, intellectum scilicet non discurrendo, sed intuendo veritatem assidue contemplantem: cujus quidem intuitu stabili vaga rationis discursio regitur: illinc exordiens, illuc denique desinens. Habet et aliquid quasi commune cum bruto, imaginationem, id est sensum animæ intimum atque simplicem, sensuumque sequentium judicem. Proinde ipsa vis media, quæ discurrit, qua ratione discurrit cogitatio, simul ratio, consilium nominatur: qua vero discurrendo exordia sumit ab intellectu intelligentia, sapientia, scientia dicitur: sed qua ab imaginatione cursum inchoat, conjectura, fides, opinio nuncupatur. Hæc substantia his tribus prædita viribus anima proprie a Platonicis nominatur: et quatenus sic affecta est, ut vitam quandam in corpus effundat humanum, nominatur et homo. Est autem hæc *anima* proprie. Vita vero hinc effusa proprie *animatio* et *vivificatio* dici debet: communi tamen licentia freti illam quidem *animam dicemus primam, hanc vero secundam*, atque a prima ejusque viribus secundam viresque ejus oriri. In prima quidem ab intellectu ratio, a ratione imaginatio proficiscitur: in secunda vires quoque tres præcipue sunt, imaginatio, id est, communis quidam sensus: deinde sensus exterior in partes quinque divisus: postremo potentia genitalis, quæ et natura vocatur, generationis augmenti, nutritionis origo. Imaginatio quidem in anima secunda atque animali. Ex ea enim et corpore animal fit humanum, repræsentat primæ animæ intellectum: sensus exterior rationem. Natura denique vegetalis imaginationem primæ animæ refert. Imaginatio rursus, quæ animæ prioris est infimum, discreta dicitur phantasia, et nonnihil de particulari substantia judicat: ac propius sequitur rationem. Imaginatio vero, quæ sequentis animæ animalisque tenet summum, confusa dici phantasia solet, et accidentia solum percipit, plurimumque instinctu ducitur naturali. Proinde sensus omnis in hoc animali, et ad externa sensibilia pertinet, et ad passiones corpori ab externis illatas, quas persentit proxime, proprieque corpore patiente compatitur. Sensus autem, id est, imaginatio superioris animæ non ad sensibilia, sed ad subjecti animalis sensus sese dirigit: non passiones corporis proxime sentit, sed compassiones sensuum statim animadvertit: et omnino circa imagines, actiones, passiones sensus inferioris versari solet: neque perniciosam inde suscipit passionem, sed affectu quodam erga illum paterno sæpissime tangitur. Hactenus communis quædam in totum librum argumenti sit forma.

*Divisio libri in partes tredecim.*

I. Dividimus autem librum totum in capita, vel capitula tredecim: *sed usque ad septimum inquirit tantum, in septimo quæstiones incipit definire, sed deinceps investigat pariter et definit.* In primo igitur capitulo ubi perturbationes sint, primum instituit indagandum. Secundo, ubi actiones effectusque eas præcipue comitantes. Tertio, ubi cogitatio et opinio. Quarto, ubi intelligentia. Quinto quid sit hoc ipsum, quod de his considerat. Sexto quod et primum esse vult, ubi sit sensus. Quærens autem, ubi hæc et cujus sint, interrogat, numquid animæ simplicis, an animæ utentis corpore: an cujusdam ex utrisque commixti, an forte misturæ. Inquisitio vero hæc et sequentes eo tendunt, ut, quid homo sit, quid animal, tandem inveniatur. Hoc igitur est libri propositum, hic et ordo.

*Idem est anima rationalis, atque ipsa natura rationalis animæ, quæ etsi separata est secundum esse a corpore, producit tamen vitam conjunctam corpori in uno animalis esse: Ideo Plotini opinio inter* Alexandri et Averrois *opinionem media est.*

II. In secundo libri capite sic exorditur: Si anima sit forma simplex in se consistens, eam neque passiones ullas, neque ea, quæ passiones vel antecedunt vel sequuntur, suscipere. Sin autem sit vel quiddam ex materia formaque compositum: vel forma quædam propria pars compositi, eam facile talia suscepturam. Ubi notabis, quod ait: Si aliud anima sit, aliud ipsum esse animæ: *legi posse, non solum ipsum esse animæ, sed etiam ipsum esse animam. Atque idem prorsus apud Plotinum significare.* Anima quidem significat animam hanc quodammodo demonstratam, vel eventu compertam, quæ qualiscunque sit, alicubi vel aliquando præsens adest. At ipsum esse animæ, vel ipsum quod est esse animam, significat ipsam animæ naturam (ut ita dixerim) specialem. In qua quidem nec ulla ad integram animæ essentiam necessaria desint, neque sit aliquid supervacuum. Vult autem esse idem. Quod *in libro de Voluntate Dei* declarat, dicens: Idem est anima, atque ipsum, quod est esse animam. Siquidem anima est forma simplex, neque de *alio* dicitur: quasi dicat: neque circa compositum, neque circa formam compositi propriam, quæ et ipsa quodammodo compositum quiddam esse videtur: dici debere, idem esse rem hanc, ipsumque rei esse, vel ipsam rei hujus essentiam. Aliud enim est hic homo, aliud ipsa humana natura: ipsi namque naturæ neque quicquam deest perfectionis humanæ, neque supervacuum aliquid accidit: sed in hoc homine et sunt quædam homini minime necessaria, et (ut Platonice loquar) quia insunt quædam ab homine nimium aliena, idcirco hic homo ab ipsa idealis

rationis integritate degenerat. Formæ autem a materia separatæ, quæ et simplices sunt, et in se ipsis existunt, nihil idealis rationis amittunt, nihil subeunt alienum. Talem esse rationalis animæ substantiam arbitratur. Quod in libro de Animæ immortalitate demonstrat. Et in libro de Beatitudine significat dicens: Animam non esse compositi partem, testatur ipsa ejus a corpore separatio: tu vero separationem intellige duplicem. Unam per moralem philosophiam, qua se a perturbationibus corpori servientibus segregat: alteram per contemplativam, qua se a sensibus et imaginatione sejungit. Profecto anima, quia non sit pars compositi, ideo in se ipsam primasque causas converti potest, et composita quælibet usque ad partes simplices, et illas iterum ad simplices formas in se ipsis jam existentes, rite resolvere. *Hanc Plotini sententiam inter Alexandrum et Averroëm esse mediam est compertum. Alexander* enim, intellectualem naturam esse posse vitam corporis propriam confitetur: Averrois autem neque vitam corporis esse concedit, neque ullam corpori vitam infundere: Plotinus denique intellectualem naturam esse quidem vitam corporis familiarem negat, concedit tamen, familiarem quandam sua præsentia vitam in corpora propagare, ex qua et corpore non homo, sed animal conficiatur humanum. Tu vero quid homo, quid animal, non in hoc tantum libro, sed *in libro etiam quomodo idearum extitit multitudo*, investigare memento. Ubi dicit, sensus vel speciem vel corpus inpassibile percipit, utramque opinionem de sensu complectitur: nam alii sensum accipere volunt in corporeas duntaxat imagines: alii res quasdam corporeas quidem, tales tamen, ut ubi suscipiuntur a sensu, modo sit recte judicaturus. neque ipsæ interim patiuntur, id est, ex eo, quod sunt, transmutentur a sensu, neque sensus ab illis similiter patiatur.

*Anima rationalis, etsi in se ipsa consistit, quodammodo tamen vergit ad corpus, quod intellectuali substantiæ minime convenit.*

III. Quoniam vero animam significaverat in se ipsa consistere, *ne quis putet propterea nihilo a mente differre, adjungit, animam, etsi existit in se, sicut et mens: tamen fovere corpus, et fovendo formare, atque vita replere: quod sane mens ipsa non efficit.* Deinde animam ait vivificato jam corpore uti velut instrumento quodam naturali, scilicet, et conjuncto. Post hæc investigat, numquid dum corpore utitur ut instrumento, idem sensus passionesque suscipiat, paulatimque eo declinat, ut non suscipiat: quia videlicet utatur corpore non tanquam innitens corpori, sed tanquam regens: Tum vero significat animam et natura esse a corpore separabilem, et per philosophiam id re ipsa potissimum comprobari: demum quærit, si quo modo conjuncta sit corpori, quomodo conjungatur. Numquid tanquam quædam corporis temperatio: an quia ipsamet per corpus totum sese propaget: aut quia sit forma in corpore jacens: aut species illi præsidens: aut partim quidem separata, quatenus utentis vicem gerit, ut rationalis anima: partim conjuncta, quatenus est instrumentum vivum utenti subjectum, id est, vita ratione carens, animalque ex ipsa simul et corpore constitutum. *Debet vero philosophus et instrumentum hoc ad utentem convertere rationem, ut ei libentissime pareat, et rationem ipsam etiam ab hoc usu revocare, quoad fieri potest, ad contemplandum.*

*Animam non commisceri corpori ratio duplex ostendit.*

IV. In quarto libri capite hos modos exequitur, dicens: Si anima sit mistura quædam vel forma in corpore jacens, sicut non ipsa erit proprie, sed compositum ipsum erit: ita neque sentiet, vel aget, vel patietur, sed compositum: ipsa vero, ut ita loquar, compatietur. Sin autem sit essentia suum in se esse possidens, non mixta, non jacens, sed et sua tantum largitate explicans se per corpus, et præsentia sola vivificans, nullas unquam corporis passiones admittet: ferme, sicut neque lumen aëris passiones. Jam vero non esse commixtam corpori, et ideo neque jacentem, duplici ratione demonstra [Ed. pre. *demonstrat.*] Prima: Si anima, quæ est ipsum corporis vivificandi principium, corpori misceretur, prorsus inficeretur tanquam deteriori permixta, caderetque a vita eo ipso tempore, quo vivificatura foret: quam ob rem non perfecte vivificaret atque formaret. *Vita sane corpori jam viventi permixta, non tam vita quam vivificatio quædam est in eo per modum passionis accepta, per modum vero actionis ad vitam ipsam pertinet separabilem:* Sicut forma quælibet in materia formatio quædam est, passioque materiæ ex efficaci quadam formæ separatæ actione dependens: et lumen in aëre potius illuminatio quædam est, quam lumen: igitur perfecte vivificare, formareque corpus, neque est officium imperfectæ hujus vitæ jacentis in corpore: neque puri insuper intellectus: est igitur animæ intellectualis, rationalisque officium. Secunda ratio: Non commiscentur in unum, nisi quæ et in communi materia inter se conveniunt, et genere congruunt: Anima vero præsertim intellectualis magis a corpore distat, quam ab albedine linea: at hæc duo minime commiscentur: Ergo neque anima corpori permiscetur.

*Nisi cognoscatur, quomodo anima conjungatur corpori, non cognoscetur, quæ actiones vel passiones sint animæ propriæ, et quæ compositæ.*

V. Quoniam opinionem *Aristotelicam tetigit dicentem, passiones et affectus non tam esse animæ quam animalis*, cursim ostendit esse difficile dictu, quomodo hæc conjuncti, vel communis, id est totius sint animalis. Sive enim dixeris, per sensum hæc a corpore in animam, atque in totum progredi, nondum patuit, quid cujusve sit sensus: sive ab anima per opinionem vel judicium quoddam in corpus totumque descendere nondum constitit, quidnam cujusve opinio sit. Item appetitus boni communis, scientiæque, et gloriæ sempiternæ animæ solius esse potest. Rursus opinio mali non necessario dolorem agit, scilicet in corpore tali atque vivente. Sic neque opinio vel contemptus, iram vel alicujus boni concupiscentiam in tali corpore necessario provocat. Proinde si dicantur perturbationes esse ipsius concupiscendi et irascendi potentiæ, hanc vero vim in composito esse fundatam, atque ita perturbationes esse compositi: hoc insuper Plotinus similiter agitat. Denique si afferant *Peripatetici* affectus ejusmodi, tum ad vim concupiscendi et irascendi, tum ad conjunctum, sed aliter atque aliter pertinere: hoc similiter adducit in dubium, significans ambiguitatem ejusmodi ex eo potissimum nobis accidere, quia nondum quomodo anima corpori conjungatur, et quomodo animal compositum fiat, compertum satis habemus.

*Si dicatur, animam rationalem esse compositi animalis partem, dubia non solventur.*

VI. *In sexto capitulo solutionem ad præcedentia dubia Peripateticam adducit in medium.* Aiunt enim, Cum in animali ipsum esse sit non partis, sed totius, merito ad totum actiones passionesque proprie pertinere: ita videlicet, ut anima quidem et animalis potentia id sit, quo animal agit: animal autem sit præcipue, quod agit et patitur. Plotinus id forte manifestum in actionibus passionibusque in externam materiam transeuntibus esse concedet: at vero circa sensum, qui intrinsecus est, et circa vitam, quæ est intima, dubitandum ait, cur non anima sentiat atque vivat. Toto vero ejusmodi controversia, ut dicebam, eo tendit, ut intelligamus, ambigua declarari non posse, nisi constet prius, quomodo anima se habeat ad corpus, corpusque ad animam: quidve perseveret simplex, quid autem et quomodo componatur. Hactenus ut in principio dixi, quæritur tantum, nihil autem interea definitur.

*Anima rationalis in se consistit, actionesque rationales proprias habet, et sensum quendam passionis expertem: producit autem in corpore vitam irrationalem, cujus sensus circa corporis passiones versatur.*

VII. *In septimo capite paulatim incipit definire, sententiamque propriam affert:* quam esse præcipue veram ex eo patere vult, quod non aliter, quam hac posita, dubitationes de anima solvi possint. Et profecto, nisi quis ita distinguat, difficillime assignare poterit rationes, partim divinitatis nostræ, partim eorum, quæ a divinitate in nobis aliena videntur. Neque *Platonis* tantum et *Pythagoræ* hæc sententia est, ut ex Timæo patet, atque *Ægyptiorum*, quod docet *Iamblichus:* verum etiam *Aristotelem* ita sensisse *Themistius* asserit. Hæc autem sententia est: Duas in nobis esse vitas quarum secunda sit a prima, ejusque imago: sed prima in se subsistens, secunda inhærens corpori: prima sit totum in se quiddam, secunda sit pars compositi, scilicet animalis hujus, quod primæ subest vitæ. Esse quandam inhærentem corpori vitam nemo dubitat: præesse vero alteram huic in se subsistentem ratio probat, vitam asserens in alio jacentem, velut imperfectam a perfecta vita pendere. Sic et intellectum in anima situm ab intellectu in se ipso vigente, ac bonum in intellectu ab ipso bono in se consistente manare. Proinde intellectuale bonum ab ipso simpliciter bono non tantum fieri, sed etiam conservari, neque inde secerni. Similiter intelligentiam infusam animæ ab intellectu puro et fieri et servari, neque inde disjungi: eadem ratione vitam sive animam corpori mancipatam produci, servarique a vita, id est anima semper in se manente, eique contiguam permanere: ac velut solis radium inde quidem suo soli continuari, hinc vero contingere subjectum atque formare. Quam ob rem vita prima, quasi forma quædam est animalis: secunda vero forma corporis naturalis instrumentis præditi ad animalis usum accommodatis: quod et *Aristoteles* ait: et postquam animam appellavit formam sive actum, subjunxit, aliter esse actum intellectualem animam, aliter vero aliam. Sed ut redeamus ad nostra: hac Plotinus distinctione proposita, sensum quidem cum passione tribuit animali: sensum vero animæ accommodat passionis expertem, rursus eidem animæ rationis discursiones assignat sive declinent ad sensum, sive surgant ad intellectum: reliqua vero hujus capituli per se diligenter consideranti patebunt.

*Anima rationalis copulatur per intellectum suum menti divinæ, per illam Deo: sic et irrationalis vita animæ rationali subnectitur. Intellectus autem et proprius est, et communis.*

VIII. Octavum vero caput inquirit quomodo anima ad omnia tum superiora, tum inferiora se habeat: sed primo quo pacto ad intellectum di-

vinum animarum rationalium patrem, qui sic ferme præsidet animæ, sicut hæc animali. Scito autem ipsum unum, sive ipsum bonum, quod et summus est Deus, nullum habere respectum: intellectum vero boni filium apud Plotinum duos saltem respectus habere: primum prout est ab uno, atque ita et ipsum esse unum: secundum prout existit in se: itaque in multitudinem idearum derivatur: quas tamen omnes actu unico simul habet et conspicit: Animam deinde tres jam habere respectus. Ab intellectu enim cognoscendi vim habet, sed hæc ipsa vis ut proxime ex intellectu pendet, ipsa quoque est intellectus, semperque patri continua, sub illius forma actuque semper cuncta simul intelligit: ut autem pro natura animæ capitur, jam tempore quodam, et a potentia in actum successione discurrit: ratioque et cogitatio nuncupatur, sicque rerum species videtur inter se disjunctas habere: denique ut vergit ad animal, ex universalium ratione ad particularium imaginationem jam descendit. Sed hæc animalis vita quatuor respectus subire videtur. Prout enim ab anima, velut imago a substantia pendet, imaginationem habet: prout in se aliquid est, in sensuum multitudinem derivatur. Quantum regit corpus, vitalem vim exercet: quantum adhæret corpori, parsque animalis evadit, passionibus obnoxia redditur. Vita igitur hæc est forma corporis: anima vero potius animalis est forma: intellectus forma animæ. Deus quodammodo ipsius intellectus est forma, semperque deinceps gradus inferior sub actu superioris gradus quasi formæ consistit et agit. Proinde intellectus ipse divinus tum communis dicitur, quantum ipse individuus totusque est ubique, tum proprius, quantum a singulis animabus, singulis quoque propriisque modis accipitur. Unde et diversi apud alias animas modi ratiocinandi sequuntur: modi quoque imaginandi diversi. Intellectum vero, qui jam est forma quædam in anima non solum præsidens, sed et insita, nemo dixerit esse communem. Oculi sane multi multas referunt animas: multi præterea visuales radii oculis naturaliter insiti varios intellectus animabus naturaliter insitos repræsentant: unum vero commune solis lumen ubique præsens intellectum præfert divinum animarum intellectuumque patrem. Lux tandem una Solis in ipso Sole consistens, ipsum bonum mentis patrem nobis ostendit. Intellectus igitur animabus ingeniti etsi non unus sunt intellectus, sunt tamen unum scilicet, unum secundum esse intellectuale, redditum actu intelligens ab uno mentis illius lumine: in quo velut in communi forma objectoque sunt unum, quamvis etiam sint pro animarum multitudine multi. Sicut etiam et visuales radii seu visus pro numero oculorum numerati sunt, neque sunt unus, sunt tamen unum in uno lumine invicem concurrentes: maxime vero videntur unum, si in se ipsis extarent, sic ab oculis expediti, sicut intellectuales animæ restant a corporibus absolutæ. Hanc *Platonis* et *Plotini* sententiam *Themistius Aristoteli et Theophrasto* accommodare videtur, et *Avicenna*, *Alguzelesque* sequuntur: *Alexander* autem in hoc convenit cum Plotino, quod præter unum intellectum multos quoque nobis attribuit: discrepat vero, quod hos multos asserit esse mortales. At *Averrois* cum Plotino consentit, intellectum omnem asserens immortalem: dissentit vero, dum unicum nobis assignat. Tu vero accipe ab *Alexandro* quidem numerum intellectus humani, ab *Averroë* vero immortale omnis intelligentiæ munus, integramque habebis Plotini nostri sententiam. Proinde scito, de natura intellectus maxime omnium credendum esse Plotino, quem semper intellectu vixisse, vita ejus et gesta scriptaque testantur. Id vero nunc admonuisse volo, ne te *Alexander Averroisque* perturbet. Concludit tandem, nos, id est, hominem esse proprie animam discursu utentem rationali, sive per universalia discurrat, sive per singula: quæ vero superiora vel inferiora sunt ratione, esse nostra. Illa quidem, quia nos semper inde pendemus: hæc autem, quia ex nobis ipsa dependent. Subdit *Platonis* more, naturam quidem intellectualem, tum præsidentem nobis, tum insidentem individuam esse: vitam vero ad corpus usque diffusam dici dividuam. Quia quamvis una totaque sit in quolibet membro, tamen afficitur ad diversa, varioque modo vivificat varia: atque in multis sive membris, vehiculisve simul, sive corporibus successione vivificandis anima rationalis non conficit ex se et corpore unum, sed ex corpore et vita quadam illi tributa quasi quadam animæ ipsius imagine. Denique docet aliam animæ vim deinceps ab alia dependere.

*Peccandi causa est in anima irrationali, nostroque animali: in anima vero consensio. Item rationalis circuitus medius est inter quietem motumque rectum. Rursus quomodo intelligentia et ratio se habeant invicem, atque ad imaginationem. Item allegoria de Adam et Eva.*

IX. Superiores vero distinctiones nos in nono capitulo docent, principium quidem peccatorum esse in animali, medium vero in ipsa imaginatione superioris animæ: quoniam videlicet animalis incitamentis obsequitur, antequam ratio, utrum prosequendum sit, an fugiendum, perspicue judicaverit. Hinc homo interior de homine exteriore conqueritur: *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem.* Sed et ipsa ratio cum etiam circa res agendas versetur, debuisset jamdiu imaginationem suam sic instituere, ut minus temere pro-

peraret, animalque domare: ipsaque se ipsam ad intellectum direxisse prius, ac formavisse: qui sane intellectus circa singula, quæ aguntur, se minime versat: ideoque omnino est procul a culpa. Sed nos, id est, per rationalem vim actionemque definiti aliquando pervenimus ad intelligibiles idealesque rationes, speciesque rerum, quæ prius in mente divina sunt: deinde sunt et in nostra, plurimum vero ad eas minime surgimus. Tunc autem in ratione nostra tantum potentia sunt: sed in utraque mente sunt semper in actu. Dixit rationis discursiones nobis, id est, animæ esse maxime proprias: quoniam cum media sit inter divina, quæ semper manent, atque naturalia, quæ lapsu quodam motuque recto a se ipsis quasi digrediuntur, merito motum discursionemque circularem habet inter motum rectum statumque proprie medium. Intelligentia etiam animæ propria dicitur, non tam, quod ex natura sua sit, quam quod intelligat absque corporis instrumento. Sic anima etiam sine illo ratione discurrit. Sed hoc saltem interest, quod discursio argumentatioque etsi non fit per corporis instrumentum, imagines tamen sensibilium aliquas fere semper ante oculos habet. Motus enim naturaliter ad talia labitur: intelligentia vero neque corporis utitur instrumentis, neque tales spectat imagines. Ratio quin etiam quando ad intellectum penitus se convertit, universalia sine particularium imaginibus intuetur. Sed de his in Theologia nostra latius disputamus. Dum vero hic verbis *Aristotelis* utitur, significat, *Aristotelem* in his a *Platone* minime dissidere. Addit rationis discursum inter intellectum imaginationemque versari, neque corporis passiones attingere, sed quasdam imagines passionum suo quodam sensu, id est, prima imaginatione versari. Item rationem, sive cogitationem esse quendam intelligentiæ actum. Est enim cogitatio vera, intelligentia quædam latius explicata: et modo intellectum attingens universales species intuetur: modo ad imaginationem vergens, perque ipsam ad animal universales species ad particulares usque derivat: modo has cum illis comparans, quo consentiant, quove dissentiant, discernit et judicat. Ac si exordiatur ab intellectu, atque inde discedat, tunc ab universalibus descendit ad singula componendo. Sin autem ab imaginatione sumat occasionem, altiusque resurgat, a singulis ascendit ad universalia resolvendo. Hunc denique ordinem observabis in anima, ut eam habere memineris species in mente et universales et stabiles. At in ratione species quidem universales, sed quodammodo mobiles: in imaginatione vero particulares jam, atque mutabiles. Concludit passiones perturbationesque et causas peccatorum proprie in animali consistere: in anima vero horum animadversionem et quandam sæpe consensionem. Tu autem in Plotini verbis allegoriam animadverte Mosaicam: personas videlicet duas, id est hominem ipsum quasi Adam: et humanum animal inde tractum atque degenerans quasi Evam. Adde et tractum ex anima dormiente. Hæc enim tunc animal ex se propagat, quando ex pristina penes Deum vigilia ad naturalia labens, divinorumque oblita jam dormit et somniat. Itaque tunc vitam corpoream generat quasi Evam. Considera et hanc primo peccantem, illum deinde consentientem: sed intellectum illi quasi angelum præsidentem, et mox increpantem, et angelo deum. Ac denique duo in carne considera, id est, duas quasi in eodem corpore animas. Sed ita Moysen *Plotinus Origenesque* et *Ammonius* intellexerint, pergamus ad reliqua.

*Quomodo animal in nobis ad animam se habeat, et utrum vita ulla pereat.*

X. Caput libri decimum docet, quæ animalis nostri propria sunt, ad nos quodammodo etiam pertinere. Item in anima rationali esse virtutes ratione quæsitas: in animali virtutes consuetudine comparatas: rursus vitam ab anima rationali tributam corpori, dissoluto corpore non extingui, sed animam suam ferme ita sequi, sicut lumen suam videtur sequi candelam. Idem senserat et *Numenius*.

*Quomodo anima se ad intellectum habeat, per quem scilicet semper intelligit, quamvis ratio id non semper animadvertat. Item de pueris atque brutis.*

XI. Postquam in superioribus disseruit quomodo nos ad animal, quod infra nos est, habeamus: nunc in undecimo capite, quomodo ad intellectum nobis, id est, ratione superiorem. Ait ergo, intellectum quidem nostrum agere semper in se circa divinum, et intellectione perpetua intelligibilia semper omnia contueri: quod quidem Ægyptiorum inventum fuisse *Iamblichus* asserit. Quam ob rem in pueris etiam idem agere. Arbitror vero Plotinum illud sic accepisse: Parvulorum angeli semper vident cælestis patris faciem. Nam et *Ammonius atque Origenes* more Platonico sacras literas interpretari solebant. Inquit autem: in pueris animalis vires ob necessariam corporis augendi fabricam intentissime operari, atque circa easdem vires, idemque ministerium superioris etiam animæ imaginationem plurimum occupari: minimas autem rationis scintillas in hæc emicare, utpote quæ ad opposita convertantur. Subdit, rationis actum ab his vacantem circa intellectum interim operari: quippe cum vis adeo efficax omnino vacare non possit. Veruntamen neque actum intellectus circa intelligibilia, neque rationis actum circa intellectum tunc a nobis agnosci: quoniam imaginatio superioris animæ propria, cujus ministerio fit in nobis ani-

madversio, cum sit controversa penitus ad oppositum, non suscipit intelligentiarum ullas imagines, quas ad rationis oculos speculi more reflectat: quibus ita reflexis ratio solet, ideoque et nos solemus actiones intelligentiæ atque rationis animadvertere. Appellant autem imaginationem hanc in nobis medium. Est enim inter rationalia nostra et irrationalia medium, et quasi medium utrinque imagines accipit. Quandoque etiam rationem nuncupat medium: est enim animæ medium. Imaginatio vero est medium aggregati, quando scilicet aliquid ex homine animalique fingimus congregatum. Per hæc autem duo media fieri animadversio solet. Imaginatio enim quasi reflectit imagines: ratio vero reflexionem sagaciter apprehendit. Proinde post quæstionem de pueris, merito de brutis inquirit: quasi de rebus, quantum apparet, prope similibus. Vult sane ubicunque est vita sic unita corpori, ut ex ea et corpore unum commune animalis esse resultet: adesse insuper oportere vitam in se ipsa manentem, cujus virtute altera vita quasi vivificatio quædam suppeditetur, continueque servetur: sicut motio a motore, lumenque semper a luce suggeritur: quoniam in unoquoque genere imperfectum continue a perfecto dependet. In brutis igitur minus sagacibus vitam ab ipsa sphæræ anima, sicut et plantis opinatur infundi: bestiis vero perfectioribus et nonnihil præferentibus rationis, non ab anima tantum sphæræ quamvis rationali, sed ab alia quadam etiam rationali magisque propinqua vitam suppeditari. Quæ quidem anima cum ab intelligibili mundo longius jam cogitatione affectuque quasi discesserit, atque ita deliquerit, multumque rationis amiserit, accommodata jam dicitur ad vitam animali minus rationali subministrandam, sed ipsa interim dicitur esse præsens: neque tamen adesse præsens quidem, quantum præstat vitam, adesse vero nequaquam: quia non exequitur ibi consuetum rationis officium, quamvis in supernis intelligentiam exequatur: atque ipsa animæ rationalis substantia in se consistit, neque fit pars compositi. Quod ultimum et *Proculo* placuit, et ante *Porphyrio* neganti rationalem hominis animam fieri propriam bruti animam, concedenti tamen sagacium animalium animas nonnihil rationis habere, semperque vivere. Idem quoque tentavit et *Origenes*, nempe cum audiret, dæmones tum hominibus frequenter insinuari, tum in porcos aliquando mitti, ausus est et animas hominum in animalia mittere forte purgandas. Sed hæc ipsi viderint. Animadvertendum vero, Plotinum hic suum hac in re judicium temperare, cum dicit: Si sunt animæ nostræ in brutis. Item ubi dicit, Ut fertur, scilicet ab *Ægyptiis*: rursus dum addit, Quæ peccaverunt: quasi dicat, purgatorii loco. Denique cum negat, eam fieri propriam bruti formam, partemque compositi. Sed opinionem hanc in sequentibus emendabimus. Et omnino quomodo Platonica dicta purganda sint, in libris Theologiæ nostræ, præsertim ultimis, declaravimus.

*In anima rationali neque proprie peccatum est, neque pœna: sed in vita irrationali, quæ est imago animæ, quæ anima hinc abeunte, quamvis non sit ulterius imago, est tamen quidam vitalis actus animæ radicitus insitus.*

XII. Capitulum duodecimum circa dicta dubitationes movet, solvitque dicendo, in ipsa animæ essentia propria neque peccatum esse, neque pœnam, quia sit forma simplex in se ipsa consistens, e proprio statu minime cadens: sed in vita potius inde manante, et in animali proprie, quod ex hac vita corporeque componitur. Ait vero alibi peccare animam, alibi non peccare: peccare quidem, id est, intentionem ad superiora prius conversam aliquanto remittere: non peccare autem, id est, neque amittere naturalia, neque aliena intus admittere. Tum vero declarat quomodo animalis generatio fiat, id est, quando in corpus certa conditione jam affectum vita quædam resultat ab anima: idque esse naturale aliquid, neque peccatum, neque sic animam proprie cadere, sed annuere atque fovere. Præterea vitam hanc, quæ est et actus et imago quædam animæ, quando hinc abit anima, non perire, quantum est actus animæ, sed desinere ulterius imaginem esse: perinde ac si a vultu imago fiat in speculo, atque discedente vultu restet quidem actus quidam in vultu, vigorque emicans imaginis efficax, sed non restet imago. Tunc vero hic actus animæ desinit esse imago, quando et deest præparatum corpus ad imaginem resultandam, et anima ad intelligibile tota convertitur: neque tamen actus ejusmodi cessat quantum est vitæ vigor, sicut et amputata manu non desinit ipse vivificus actus, qui et manum iterum si instauretur, est æque recturus: sicut in repullulantibus capillis apparet. Memento *Numenium* Plotinumque putavisse, nihil usquam vitæ perire: quia vita sit quidam æternitatis, id est primæ intelligentiæ, splendor, et indissolubile vinculum universi.

*Anima rationalis per se ratiocinatur, non per corporis instrumentum. Intelligit quoque per intellectum proprium: intelligit etiam per communem, qui quasi forma quædam est proprii cujuslibet intellectus.*

XIII. Capitulum tertium decimum declarat, quod ultimum pene fuerat in quæstione propositum, scilicet, quidnam sit, quod de his considerat in præsentia. Asserit autem non compositum

quiddam de his in præsenti considerare per animam quasi partem, sed animam ipsam in se existentem talia meditari: ergo neque mutato corpore similiter permutari, sed motum ejus esse suum essentialisque vitæ actum, vel vitalem et perennem essentiæ actum. Subdit: sicut consideratio rationalis est nostra, id est animæ propria, neque per corpus exacta, sic intelligentiam esse animæ propriam: quoniam videlicet anima intellectualis sit, adeo ut intelligentia in anima sit vita, vitæque animæ summitas: quæ quidem ipsa est pars nostri, agitque in nos, id est, rationem nobis maxime propriam, sicut communis intellectus agit in nostrum. Hic nota vitam in rebus ubique mentis splendorem pene ultimum esse: summam vero mentem esse gradum vitæ supremum. Hinc propheticum illud: *Intellectum da mihi, et vivam.* Addit animam tum per intellectum proprium intelligere, tum per communem atque divinum, rationemque anniti ad intellectum nostrum, nostrum denique ad divinum: et utrumque quidem esse nostri partem, sed aliter atque aliter. Nostrum quidem esse nostri partem, quia quodammodo sit apex animæ: divinum vero quodammodo videri partem, quoniam intellectus noster divino tanquam formæ velut quædam materia subditur, perque ipsum intelligit atque ipsum: per quam sane communem omnibus formam intellectus singuli, etsi non unus, sunt tamen aliquid unum. Atque ita ille pars nostri esse videtur tanquam forma, forma, inquam, nostris intellectibus exhibens esse ipsum intellectuale, intelligensque in actu. Huc tendit propheticum illud: *Dominus pars hæreditatis meæ.* Quæcunque in hoc Commentario prætermisimus, partim per se ipsa patere diligenter consideranti possunt: partim in sequentibus latius exponentur: partim in Theologia nostra, et argumentis in totum Platonem jam editis explanavimus. Tum vero de intellectu quomodo noster sit, et utrum sit pars nostri, nec ne, in libro tertio Enneados quintæ cognosces.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Α.

# PLOTINI

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER I.

### ΠΕΡΙ *τοῦ τί τὸ ζῶον, καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος.*

### Quid Animal, quid Homo.

A ΗΔΟΝΑΙ *καὶ λῦπαι φόβοι τε καὶ θάῤῥη ἐπιθυμίαι τε καὶ ἀπο-*
*στροφαὶ καὶ τὸ ἀλγεῖν τίνος ἂν εἶεν; ἢ γὰρ ψυχῆς ἢ χρωμένης*
*ψυχῆς σώματι ἢ τρίτου τινὸς ἐξ ἀμφοῖν; Διχῶς δὲ, καὶ τοῦτο. ἢ*
B *γὰρ τὸ μίγμα, ἢ ἄλλο ἕτερον ἐκ τοῦ μίγματος· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐκ*
*τούτων τῶν παθημάτων γινόμενα, καὶ πραττόμενα καὶ δοξαζόμενα·*

ΠΛΩΤΙΝΟΥ] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. *Πλωτίνου φιλοσόφου ἐννεάδος πρώτης.* Ed. per omnes harum Enneadum libros exhibet ΠΛΟΤΙΝΟΥ. Vid. Annot. ad Inscription. Porphyrii de Vita Plotini, cap. I.

*τί ζῶον*] Ita Ed. Sed nos exhibemus ex Codd. Ciz. Marc. A.B.C.D. Med. A.B. Par. A. *τί τὸ ζῶον.* Porphyr. de Vita Plotini, cap. VI. *τί ὁ ἄνθρωπος, τί τὸ ζῶον.* Idem cap. XXIV. *τί τὸ ζῶον καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος*: ubi cf. Fabric. Jam cum libri nostri pæne omnes offerant *τί τὸ ζῶον*, articulum huic quoque voci præposuimus. Ex Macrobio autem l. l. haud dubie scribendum *τί τὸ ζῶον καὶ τί ὁ ἄνθρωπος*: est autem hic liber pænultimus, ut ex Porphyrio, cap. IV. intelligitur, sive extrema ætate a Plotino exaratus.

9. ʽΗΔΟΝΑΙ] Cod. Par. in marg. *α'*. Dedi *λῦπαι* cum Marc. D., quod pænultima producitur (in Ed. est *λύπαι*), et boni Codd. etiam alibi hanc scripturam tuentur.

10. *τὸ ἀλγεῖν*] Scripsi *τὸ ἀλγεῖν* ex Codd. Ciz. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Med. A.B. Vat. In rell. et in Ed. omittitur *τό*. In marg. Cod. Par. est *β'*. Licet post antecedentia articulus non desideretur, videtur tamen *τὸ* et perspicuitati et numero tributum esse.

11. *ἢ τρίτου τινὸς*] Cod. Vat. *ἢ περὶ τοῦ τινὸς*, in marg. *τρίτου*. Post *ἀμφοῖν* Darmst. pro signo interrogandi comma habet.

12. *ἢ ἄλλο*] Ex marg. in contextum recepimus *ἄλλο* pro *ἄλλον*, suffragantibus Codd., excepto Darm., omnibus.

I. *Virûm perturbationes, sensus, opiniones, cogitatio, intelligentia, sint animæ solius, an compositi, &c.* [Ed. pri. *an misturæ.*]

VOLUPTATES et dolores, timores item, atque audaciæ, cupiditates, et fugæ, atque cruciatus, cujusnam sunt? Nunquid ipsius animæ tantum? an animæ potius utentis corpore? an tertii cujusdam compositi? Dupliciter autem et hoc accipi potest: Aut enim ipsum quod est mistum, sive mistura aut aliud quiddam ex ipsa mistione proveniens. Similiter et de illis, quæ ex his passionibus fiunt, et aguntur, atque putantur, rursus de cogitatione et opinione quærendum est, utrum eorundem sint, quorum et passiones: an

καὶ οὖν καὶ διάνοια καὶ δόξα ζητητέα, πότερα ὧν τὰ πάθη, ἢ αἱ I
μὲν οὕτως, αἱ δὲ ἄλλως· καὶ τὰς νοήσεις δὲ θεωρητέον, πῶς, καὶ
τίνος· καὶ δὴ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐπισκοποῦν καὶ περὶ τούτων, τὴν
ζήτησιν καὶ τὴν κρίσιν ποιούμενον τί ποτ' ἂν εἴη· καὶ πρότερον τὸ
αἰσθάνεσθαι, τίνος· ἐντεῦθεν γὰρ ἄρχεσθαι προσήκει· ἐπείπερ τὰ
πάθη ἢ αἰσθήσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως. C

Πρῶτον δὲ ψυχὴν ληπτέον, πότερον ἄλλο μὲν ψυχὴ, ἄλλο δὲ ψυχῇ εἶναι. Εἰ γὰρ τοῦτο, συνθετόν τι ἡ ψυχή. Καὶ οὐκ ἄτοπον ἤδη δέχεσθαι αὐτὴν καὶ αὐτῆς εἶναι τὰ πάθη τὰ τοιαῦτα, εἰ ἐπιτρέψει καὶ οὕτως ὁ λόγος, καὶ ὅλως ἕξεις καὶ διαθέσεις χείρους καὶ βελτίους· ἢ εἰ ταὐτόν ἐστι ψυχὴ, καὶ τὸ ψυχῇ εἶναι, εἶδός τι ἂν εἴη ψυχὴ, ἄδεκτον τούτων ἁπασῶν τῶν ἐνεργειῶν, ὧν ἐποιστικὸν ἄλλῳ, ἑαυτῷ δὲ συμφυᾶ ἔχον τὴν ἐνέργειαν ἐν ἑαυτῷ, ἥν τινα ἂν φήνῃ

1. *καὶ οὖν καὶ*] Pro γοῦν, quod est in Ed., Codd. omnes οὖν, nisi quod Vat. in marg. habet γοῦν. Illud recepi.

ib. *ζητητέαι*] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. ζητητέα. Et sic rescripsi, quia verbale non minus ad remotiora neutra pertinet.

ib. *πότερα ὧν*] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Vat. ὧν, Codd. Mon. C. Vat. et Ed. in marg. οὖν. Cod. Par. A. in marg. habet γ'. Ed. ὧν. Nos prætulimus, quod præferendum fuit, ὧν. Nec aliter Ficin., cujus versio loci sententiam aperit. Proxime Ficin. ita vertit, ac si scriptum sit ἢ τὰ μὲν οὕτως, τὰ δ' ἄ. Sed et Medicei libri et reliqui omnes retinent αἱ μὲν—αἱ δὲ, ut constructio pertineat ad sola feminina διάνοια et δόξα.

2. *καὶ τίνος*] Cod. Marc. C. ἢ τίνος. Ed. male τινός. Paullo infra Cod. Ciz. κ. π. τ. αἰσθάνεσθαί τινος. Male.

6. *ἢ αἰσθήσεις τινὲς*] Cod. Ciz. τινὸς, Leid. τινάς. Codd. Mon. C.A.Vat. ἢ εἰς αἰσθήσεις τινὲς: sed Cod. Vat. in marg. habet hoc signum ⊳. Cod. Par. in marg. δ.

8. *ψυχῇ εἶναι*] Codd. Darm. Mon. A. Par. A. ψυχὴ εἶναι, perperam. Cod. Mon. C. τὸ ψυχὴ εἶναι. Non necesse.

ib. *εἰ γὰρ—ἡ ψυχή*] Hæc desunt in Cod. Leid. In Cod. Ciz. abest τι post σύνθετον.

9. *εἴδη*] Codd. Marc. C.D. Mon. C.A. Med. A. (in hoc correctum est εἴδη) B. Par. A. Vat. ut marg. Ed. ἤδη. Mullerus ad marg. collationis Cod. Ciz.: forsan πάθη. Ego virgula deleta post αὐτὴν conjunxi hæc cum sequentibus, καὶ τὰ πάθη, hoc sensu: anima recipit jam passiones adeoque eas habet. τὰ τοιαῦτα respicit ad ἡδονὰς reliquasque passiones, quæ circa res concretas trepidant. Nos vero dedimus ἤδη, licet πάθη etiam Engelhardto in mentem venerit. Illud elegantius *iam*. Nec ullus liber favet isti conjecturæ. Proxime ἐνεργειῶν et ἐνέργειαν duplici potestate accipienda esse bene monet Engelh., ita ut illud idem sit atque τὰ πάθη: hoc autem proprie *actionem*, *efficientiam* significet: cf. infra IV. 6. 2. p. 455. sqq. In proxime antecedentibus lectionem variantem ψυχὴ εἶναι jam novisse videtur Ficinus, dicens tantundem esse, in Plotino quidem, utram lectionem accipias. Vid. ejus commentar. ad cap. II. hujus libri. Sed tamen cum infra omnes libri nostri exhibeant και τὸ ψυχὴν εἶναι (unus ψυχὰς), vid. var. lect. ad cap. XII. p. 6. E., hoc loco Nominativum prætuli Dativo.

ib. *τὰ τοιαῦτα*] Abest τὰ in Cod. Ciz.

ib. *ἐπιτρέψει*] Cod. Vat. ἐπιστρέψει.

10. *οὕτως*] Codd. Mon. A. Vat. ὄντως.

ib. *διαθέσεις*] Cod. Par. A. in marg. ε'.

11. *ἢ εἰ ταὐτόν ἐστι*] In marg. Cod. Barberin. N. 409. cujus aliquot specimina lectionum ad calcem collationis Cod. Vat. exhibuit Amatius, ad h. l. scriptum est: ὡς ταὐτὸν ψυχὴ καὶ ψυχὴ εἶναι.

ib. *ψυχῇ εἶναι*] Codd. Par. A. Vat. ψυχὴ εἶναι, sed posterior in marg. ψυχῇ.

ib. *εἴη ψυχὴ*] Cod. Vat. εἴη ἡ ψυχή.

12. *ὧν ἐποιστικον*] Cod. Vat. ὡς, in marg. ὧν, Cod. Ciz. ἐπιστικόν. Vitiose.

13. *ἔχον*] Cod. Vat. ἔχων, in marg. ἔχον.

alia [aliæ?] quidem sic, alia [aliæ?] vero se aliter habeant? Præterea de intelligentiis perscrutandum est, cujus sint, et qua ratione se habeant. Atqui et de hoc ipso, quod considerat, præstatque circa hæc inquisitionem, atque judicium, quidnam sit. Et primum quidem sentire cujus sit potissimum. Hinc enim videtur exordiendum: quandoquidem passiones ipsæ vel sensus quidam sunt, vel saltem absque sensu non fiunt.

II. *Si anima non est forma simplex in se existens, suscipit passiones: si autem est talis forma, non suscipit.*

Primum autem de anima cogitandum est, utrum aliud quidem sit anima, aliud vero animæ esse. Si enim aliud sit, compositum quiddam est anima: neque absurdum erit jam suscipere ipsum et ejus esse tales passiones, si modo id ratio permiserit, et omnino habitus affectionesque meliores atque pejores. Si vero idem est anima et animæ esse, species utique quædam erit anima, actiones ejusmodi non suscipiens, quas ipsa alteri infert: in se ipsa vero actionem habens sibi cognatam, quamcunque ratio demonstraverit. Sic enim verum erit dicere eam immortalem. Si quidem oportet, quod immortale et incorruptibile est, impatibile quoque esse, alteri quidem sui ipsius nonnihil impertiens, ipsum vero ab alio nihil accipiens, nisi quantum a superioribus acceperit quicquam, a quibus profecto

2
D ὁ λόγος. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἀθάνατον ἀληθὲς λέγειν, εἴπερ δεῖ τὸ
ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον ἀπαθὲς εἶναι, ἄλλῳ ἑαυτοῦ πως διδὸν, αὐτὸ
δὲ παρ' ἄλλου μηδὲν, ἢ ὅσον παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἔχειν, ὧν μὴ
ἀποτέτμηται κρειττόνων ὄντων. Τί γὰρ ἂν καὶ φοβοῖτο τοιοῦτον,
ἄδεκτον ὂν παντὸς τοῦ ἔξω. ἐκεῖνο τοίνυν φοβείσθω, ὃ δύναται πα-
θεῖν· οὐδὲ θαῤῥεῖ τοίνυν· τούτοις γὰρ θάῤῥος, οἷς ἂν τὰ φοβερὰ μὴ
2 παρῇ. Ἐπιθυμίαι τε αἱ διὰ σώματος ἀποπληροῦνται κενουμένου
καὶ πληρουμένου, ἄλλου τοῦ κενουμένου καὶ πληρουμένου ὄντος·
πῶς δὲ μίξεως, ἢ τὸ οὐσιῶδες ἄμικτον; πῶς δὲ ἐπεισαγωγῆς τινων;
οὕτω γὰρ ἂν σπεύδοι εἰς τὸ μὴ εἶναι, ὅ ἐστι, τὸ δ' ἀλγεῖν ἔτι
πόῤῥω. Λυπεῖσθαι δὲ πῶς, ἢ ἐπὶ τίνι; αὔταρκες γὰρ τόγε ἁπλοῦν
ἐν οὐσίᾳ, οἷόν ἐστι μένον ἐν οὐσίᾳ τῇ αὐτοῦ· ἥδεται δὲ προσγενο-
μένου τίνος; οὐδενὸς, οὐδ' ἀγαθοῦ προσιόντος. ὃ γάρ ἐστιν, ἔστιν
B ἀεί· καὶ μὴν, οὐδὲ αἰσθήσεται, οὐδὲ διάνοια, οὐδὲ δόξα περὶ αὐτό.
Αἴσθησις γὰρ παραδοχὴ εἴδους, ἢ ἀπαθοῦς σώματος· διάνοια δὲ καὶ
δόξα ἐπ' αἴσθησιν. Περὶ δὲ νοήσεως ἐπισκεπτέον πως, εἰ ταύτην
αὐτῇ καταλείψομεν· καὶ περὶ ἡδονῆς αὖ καθαρᾶς, εἰ συμβαίνει περὶ
αὐτὴν μόνην οὖσαν.

Ἀλλὰ γὰρ ἐν σώματι θετέον, ψυχὴν οὖσαν, εἴτε πρὸ τούτου, εἴτ'

1. ἀληθὲς—ἀθάνατον] Desunt hæc in Cod. Ciz. sed addita sunt in marg. ab al. m.

ib. εἴπερ δεῖ] Ita scribendum fuit pro δὴ ex Codd. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Med. A.B. Vat.

2. ἑαυτοῦ πως] Sic Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. Sed Ed. αὐτοῦ πῶς. Bene etiam πως Marc. B.D.; reliqui cum Ed. πῶς. Cod. Marc. D. αὐτοῦ.

3. ὧν μὴ] Cod. Vat. ὡς, in marg. ὧν.

5. ἐκεῖνο] Recepimus hoc ex marg. Ed. pro ἐκείνῳ, suffragantibus Codd. omnibus, nisi quod Cod. Vat. ἐκείνῳ in marg. habet, qui item statim in marg. habet lectionem Ed. τὸ δύναται, ex cujus margine lectionem ὃ, quam omnes habent libri, in contexta recepimus.

7. διὰ σώματος] Codd. Darm. Marc. A. Mon. C.A. Vat. διὰ τοῦ σώματος. Recte.

8. ἄλλου τοῦ (fort. του) κενουμένου κ. τ. λ.] Omnes, excepto Par. A., Codd. ut marg. Ed. hæc inverso ordine ponunt.

9. ἢ τὸ] Codd. Marc. A.D. (hic a sec. manu) ἢ τὸ, ut legit Ficinus. An leg. εἰ?

11. γὰρ τόγε] Ita Cod. Darm. ex corr., a prima manu τότε.

12. τῇ αὐτοῦ] Ita scripsi pro αὐτοῦ ex Codd. Leid. Darm. Marc. B.D. (ubi est ἑαυτοῦ.)

13. τίνος] Ita pro τινὸς Codd. Darm. Marc. A.B.D. Vat.

19. Ἀλλὰ γὰρ] In marg. Cod. Par. A. est ζ'.

ib. πρὸ τούτου] Cod. Vat. τούτων, in marg. τούτου.

præstantioribus minime segregatur. Quid igitur tale quiddam metuat, quippe cum exteriorum nihil accipiat? Illud certe metuat, quod et potest pati. Neque rursus audebit. His enim adest audacia, quibus quæ sibi forent metuenda, nondum accidunt. Cupiditates præterea, quæ per corpus explentur, evacuato videlicet corpore vel impleto, non hujus essentiæ sunt, sed alterius, quod evacuari implerique possit. Quo autem pacto appetet mistionem, nonne quod essentiale est permanet semper immistum? Rursus quonam modo introducere sibi aliud affectabit? Sic enim non esse, quod est, studeret. Cruciatus quoque procul abest. Dolor vero atque tristitia qua ratione et qua de re ibi esse potest? Sufficiens enim id, quod simplex in essentia, quale est in sua essentia permanens. Num delectatur nuper aliquo accedente? nullo profecto, neque etiam accedente bono. Quod enim est, est et semper: quin etiam neque sentiet. Rursus neque circa ipsum cogitatio erit, neque opinio. Sensus enim vel speciei vel impatibilis corporis perceptio est. Cogitatio autem et opinio ad sensum vergunt. De intelligentia vero considerandum quodammodo, nunquid hanc ipsi concedere debeamus: ac de voluptate pura, num circa ipsam quatenus permaneat sola, contingat.

III. *Anima et in se vivit, et vivificat corpus, eoque utens ut instrumento, non subditur ejus passionibus.*

Veruntamen in corpore ponere eam oportet, quum sit anima, sive super hoc, sive in hoc esse

2

ἐν τούτῳ, ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς, ζῶον τὸ σύμπαν ἐκλήθη. Χρωμένη μὲν οὖν σώματι οἷα ὀργάνῳ, οὐκ ἀναγκάζεται δέξασθαι τὰ διὰ τοῦ σώματος παθήματα· ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ὀργάνων παθήματα οἱ C τεχνῖται, αἴσθησιν δὲ τάχ' ἂν ἀναγκαίως, εἴπερ δεῖ χρῆσθαι τῷ ὀργάνῳ, γινωσκούσῃ τὰ ἔξωθεν παθήματα ἐξ αἰσθήσεως· ἐπεὶ καὶ τὸ χρῆσθαι ὄμμασιν ἐστὶν ὁρᾷν· ἀλλὰ καὶ βλάβαι περὶ τὸ ὁρᾷν, ὥστε καὶ λῦπαι, καὶ τὸ ἀλγεῖν, καὶ ὅλως ὅ, τι περ ἂν περὶ τὸ σῶμα πᾶν γίγνηται· ὥστε καὶ ἐπιθυμίαι, ζητούσης τὴν θεραπείαν τοῦ ὀργάνου. Ἀλλὰ πῶς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν ἥξει τὰ πάθη· σῶμα μὲν γὰρ σώματι ἄλλῳ μεταδώσει τῶν ἑαυτοῦ· σῶμα δὲ D ψυχῇ, πῶς; τοῦτο γάρ ἐστιν, οἷον ἄλλου παθόντος, ἄλλο παθεῖν. Μέχρι γὰρ τοῦ, τὸ μὲν, εἶναι τὸ χρώμενον, τὸ δὲ, ᾧ χρῆται, χωρίς ἐστιν ἑκάτερον. Χωρίζει γοῦν ὁ τὸ χρώμενον, τὴν ψυχὴν, διδούς. Ἀλλὰ πρὸ τοῦ χωρίσαι διὰ φιλοσοφίας αὐτὸ, πῶς εἶχεν, ἢ ἐμέμικτο· ἀλλὰ εἰ ἐμέμικτο, ἢ κρᾶσίς τις ἦν, ἢ ὡς διαπλακεῖσα, ἢ ὡς εἶδος οὐ κεχωρισμένον, ἢ εἶδος ἐφαπτόμενον, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης, ἢ τὸ μὲν, οὕτως αὐτοῦ, τὸ δὲ ἐκείνως. Λέγω δὲ, ἢ τὸ μὲν κεχωρισμένον ὅπερ τὸ χρώμενον· τὸ δὲ μεμιγμένον ὁπωσοῦν E καὶ αὐτὸ ὂν ἐν τάξει τοῦ ᾧ χρῆται, ἵνα τοῦτο ἡ φιλοσοφία καὶ αὐτὸ

4. τάχ' ἂν] Cod. Med. B. τάχα ἄν.

5. γινώσκουσαν] Ita nonnisi Leid. Par. A. Vat. in marg. sed Cod. Ciz. γινωσκούσης, Codd. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Med. A.B. Vat. γινωσκούση. Cod. Mon. A. γινωσκούσῃ. Haud dubie rariorem constructionem verbi δεῖ cum dativo et infinitivo obliterarunt aliquot librarii, præcipue cum præcederet ὀργάνῳ. Dedimus igitur γιγνωσκούσῃ, cujus lectionis vestigia restant in nostris libris plurimis, ipsam germanam unus certe præstitit. Tu conf. Platon. Phileb. p. 33. 6. p. 94. Stallbaum, ibique laudat. Matthiæ Grammat. Gr. §. 385. Mich. Psellus l. proxime citando ita habet :—αἰσθήσει δὲ χρῆσθαι φησὶν (Πλωτῖνος) ἀναγκαῖον, τὸ γὰρ διὰ σώματος ἐνεργοῦν ἔχει τὴν αἴσθησιν, ἵνα δι' αὐτῆς γινώσκῃ τὰ ἔξωθεν. Εἰ οὖν ἡ ψυχὴ ἀσώματος, τὰ πάθη τοῦ σώματος οὐ διαβήσεται εἰς αὐτήν. Εἰ δὲ καὶ ἔρχεται, οὐκ εἰς τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἔρχεται, ἀλλ' εἰς τὰς δυνάμεις καὶ ἐνεργείας.

6. χρῆσθαι ὄμμασιν] χρ. ὄμμασιν est in Codd. omnibus, idque pro ὀμμάτων, quod est in Ed., recipiendum duximus.

ib. ἀλλὰ καὶ] Abest ἀλλὰ a Codd. Ciz. Leid. Mon. C. A. Marc. A. Vat.

8. ζητουσης] Cod. Vat. ζητοῦσι, nulla præcedente distinctione.

9. Ἀλλὰ πῶς] Cod. Par. A. in marg. κ'.

10. σῶμα δὲ ψυχῇ] Cod. Vat. ψυχη, in marg. ψυχῆ.

11. τοῦτο γὰρ] Cod. Med. B. τοῦτο μὲν γάρ.

12. γὰρ τοῦ] Codd. Marc. D. Par. A. γὰρ τοῦτο.

13. Χωρίζει] Cod. Par. A. in marg. ϛ'.

ib. ὁ τὸ χρώμενον] Abest ὁ a Cod. Vat.

15. ἢ ἐμέμικτο] Cod. Vat. ἢ συνεμέμικτο. Sed in marg. ut Ed.

ib. εἰ ἐμέμικτο] Cod. Ciz. εἰ ἐμμέμικτο. Sic et postea.

17. ἐκεινως] Quod habet Ed. in marg. ἐκείνου, ibidem habet Cod. Vat.

19. ἵνα τοῦτο—μη ἀεὶ] Hæc omnia desunt in Cod. Ciz.

dicatur, ex quo simul atque ex ipsa animal totum est appellatum. Utens itaque corpore, ut instrumento, non cogetur corporeas suscipere passiones, sicut neque artifices passiones instrumentorum: sensuum autem forte necessario. Siquidem instrumento oportet uti animam per sensum passiones illatas extrinsecus cognoscentem: uti namque oculis videre est. Sed et offensiones, quæ circa visionem fiunt, illi accident: igitur et molestiæ atque dolores, et omnino quodcunque accidit circa corpus, quapropter et cupiditates anima videlicet requirente ministerium instrumenti. [curante proprium instrumentum]. Verum quonam pacto a corpore in ipsam passiones ingredientur? corpus quidem alteri corpori tradere sui aliquid poterit: at corpus animæ quomodo? Hoc enim perinde se haberet, ac si patiente alio aliud pateretur. Quatenus enim hoc quidem est utens, illud vero quo utitur, est utrunque seorsum. Separat itaque ille, qui utentem tradiderit animam. At vero antequam per philosophiam separet ipsam, quomodo se habebat? An forte miscebatur? Quod si miscebatur, vel permixtio et temperatio quædam erat, vel tanquam diffusa et explicata per corpus, vel tanquam species minime separata, vel tanquam species attingens, ut gubernator, vel partim quidem separatum, quod videlicet est utens, partim vero mistum quomodocunque et ipsum versans [quodcunque ipsum est] in ordine ejus, quo illud utitur, ut

3 ἐπιστρέφῃ πρὸς τὸ χρώμενον, καὶ τὸ χρώμενον ἀπάγῃ, ὅσον μὴ
πᾶσα ἀνάγκη ἀπὸ τοῦ ᾧ χρῆται, ὡς μὴ ἀεὶ μηδὲ χρῆσθαι.
Θῶμεν τοίνυν μεμίχθαι· ἀλλ' εἰ μέμικται, τὸ μὲν χεῖρον ἔσται
βέλτιον, τὸ σῶμα· τὸ δὲ χεῖρον, ἡ ψυχή. καὶ βέλτιον μὲν τὸ σῶμα
F ζωῆς μεταλαβόν· χεῖρον δὲ ἡ ψυχὴ, θανάτου καὶ ἀλογίας. Τὸ δὴ
ἀφαιρεθὲν ὁπωσοῦν ζωῆς, πῶς ἂν προσθήκην λάβοι τὸ αἰσθάνεσθαι;
τοὐναντίον δ' ἂν τὸ σῶμα ζωὴν λαβὸν, τοῦτο ἂν εἴη τὸ αἰσθήσεως
καὶ τῶν ἐξ αἰσθήσεως παθημάτων μεταλαμβάνον· τοῦτο τοίνυν καὶ
ὀρέξεται· τοῦτο γὰρ καὶ ἀπολαύσει ὧν ὀρέγεται, καὶ φοβήσεται περὶ
3 αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ καὶ οὐ τεύξεται τῶν ἡδέων, καὶ φθαρήσεται. Ζη-
τητέον δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς μίξεως, μήποτε οὐ δυνατὸς ᾖ, ὥσπερ
ἂν εἴ τις λέγοι, μεμίχθαι λευκῷ γραμμὴν, φύσιν ἄλλην ἄλλῃ. τὸ
δὲ διαπλακεῖσα οὐ ποιεῖ ὁμοιοπαθῆ τὰ διαπλακέντα· ἀλλ' ἔστιν
ἀπαθὲς εἶναι τὸ διαπλακέν· καὶ ἔστι ψυχὴν διαπεφοιτηκυῖαν μήτι
B πάσχειν τὰ ἐκείνου πάθη, ὥσπερ καὶ τὸ φῶς, καὶ μάλιστα εἰ οὕτω
δι' ὅλου ὡς διαπεπλέχθαι. Οὐ παρὰ τοῦτο οὖν πείσεται τὰ σώματος
πάθη, ὅτι διαπλέκεται· ἀλλ' ὡς εἶδος ἐν ὕλῃ, ἔσται ἐν τῷ σώματι;

1. ἐπιστρέφῃ] Cod. Vat. ἐπιστρέφει.
ib. ἀπάγῃ] Cod. Darm. ἀπάσῃ (sic). Cod. Vat. ἀπαγῆ, in marg. ἀπάγῃ.
2. ἀεὶ μηδὲ] Distinguunt Codd. Marc. A. D. post ἀεί. In iisdem et in Marc. B. C. Vat. scribitur μὴ δέ.
4. βέλτιον, τὸ σῶμα] Codd. Leid. Marc. A.B.C.D. Mon. C.A. Vat. βέλτιον σῶμα. Sed Vat. in marg. additum habet τό.
5. χεῖρον δὲ] Cod. Marc. D. χείρων.
6. ὁπωσοῦν] Cod. Par. A. ὅπως οὖν.
ib. προσθήκην] Cod. Ciz. προσθήκη.
ib. λάβοι] Ita pro λάβῃ Codd. Marc. A.B.C.D. Mon. C.A. Med. A.B. Par. A. Vat. Eam vocem in contextis omittit Cod. Ciz. in marg. habet λάβοιτο.
10. αὐτῶν] Codd. Ciz. Marc. A.B.C.D. Mon. A.C. Vat. (sed hic in marg. αὐτῶν) ut marg. Ed. αὐτοῦ. Sed Codd. Darm. Med. A. B. Par. A. αὐτοῦ, quod probum videtur; ideoque recepimus.
13. οὐ ποιεῖ] Cod. Ciz. ὁ ποιεῖ.
ib. ὁμοιοπαθῆ] Cod. Med. B. ὁμοιοπαθεῖν, sed in marg. ut Ed.
14. μήτι] Ita scripsi pro μήτοι ex Codd. Ciz. Darm. Marc. B. D. Med. A. Vat. De utraque particula, quarum posterior vel nunquam, vel rarissime usurpatur, vid. Hoogeveen. de Part. p. 52. t. coll. p. 528. ed. Schutz. De qua confusione plura diximus ad nostrum de Pulcrit. p. 56. F.
15. εἰ οὕτω] Codd. Marc. A. Mon. A. Vat. (sed hic in marg. ὅλως) habent εἰ οὕτως. Fortasse non absurdum jungere utramque lectionem εἰ οὕτως ὅλως. Posterius etiam est in marg. Ed.
16. σώματα] σώματος, ut est in marg. Ed. et legit Fic. habent Codd. omnes, excepto Par. A. Quare hoc recepimus: quamquam fortasse scripserat noster σωματικὰ, ut IV. 5. 3. scripsit σωματικῶς πάσχειν.
17. διαπλέκεται] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. διαπέπλεκται. Non male.

philosophia, et hoc convertat ad utens, et utens abigat inde, nisi quantum summa cogat necessitas, adeo ut, quoad fieri potest, ita se habeat, ac si non semper utatur.

IV. *Anima non miscetur, neque inest corpori, sed adest toti: ideo non suscipit passiones: sed compositum.*

Ponamus ergo animam esse mistam. At si mista fuerit, illud quidem, quod deterius est, id est corpus, evadet melius: illud vero, quod melius, scilicet anima, evadet deterius: et corpus fiet melius, vitam participando: anima autem pejor, participando mortem conditionemque irrationalem. Quod autem quoquomodo orbatum est vita, quonam pacto interim pro additamento suscipit sensum? Contra vero ipsum corpus vitam nanciscens, sensum ejusque passiones accipiet. Hoc ergo et appetet: hoc enim et his, quæ appetit, potietur, sibique metuet. Hoc etiam interdum non adipiscetur jocunda, atque dissolvetur. Quærendum vero de mistionis modo, ne forte id fieri nequeat: perinde ac siquis dixerit, misceri albedini lineam, naturam diversam valde diversæ. Quod si dicatur anima diffusa et explicans se per corpus, non ex hoc eveniet, ut anima simul cum corpore patiatur. Sed potest, quod diffusum est per aliud, impatibile permanere. Atque fieri potest, ut anima corpori se insinuans ejus non suscipiat passiones: sicut et lumen, præsertim si ita sit, per totum quasi se passim porrexerit, atque protenderit. Non igitur ex eo accipiet corporis passiones, quod diffunditur atque explicatur in corpus. Sed nunquid ita est in corpore, ut forma est in materia? At vero

Ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὡς χωριστὸν εἶδος ἔσται, εἴπερ οὐσία, καὶ μᾶλλον ἂν εἴη κατὰ τὸ χρώμενον· εἰ δὲ ὡς τῷ πελέκει τὸ σχῆμα τὸ ἐπὶ τῷ σιδήρῳ, καὶ τὸ συναμφότερον ὁ πέλεκυς ποιήσει, ἃ ποιεῖ ὁ σίδηρος ὁ οὕτως ἐσχηματισμένος, κατὰ τὸ σχῆμα μέντοι· μᾶλλον ἂν C τῷ σώματι διδοῖμεν, ὅσα κοινὰ πάθη, τῷ μέντοι τοιούτῳ, τῷ φυσικῷ ὀργάνῳ δυνάμει ζωὴν ἔχοντι. Καὶ γὰρ ἄτοπόν φησι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν λέγειν, ὥστε καὶ ἐπιθυμεῖν, καὶ λυπεῖσθαι· ἀλλὰ τὸ ζῶον μᾶλλον. 3

Ἀλλὰ τὸ ζῶον ἢ τὸ σῶμα δεῖ λέγειν τὸ τοιόνδε, ἢ τὸ κοινὸν, ἢ ἕτερόν τι τρίτον ἐξ ἀμφοῖν γεγενημένον. ὅπως δ' ἂν ἔχοι, ἤτοι ἀπαθῆ δεῖ τὴν ψυχὴν φυλάττειν, αὐτὴν αἰτίαν γενομένην ἄλλῳ τοῦ D τοιούτου, ἢ συμπάσχειν καὶ αὐτήν. καὶ ἢ ταὐτὸν πάσχουσαν πάθημα πάσχειν, ἢ ὅμοιόν τι, οἷον ἄλλως μὲν τὸ ζῶον ἐπιθυμεῖν, ἄλλως δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐνεργεῖν ἢ πάσχειν. Τὸ μὲν οὖν σῶμα τὸ τοιόνδε ὕστερον ἐπισκεπτέον· τὸ δὲ συναμφότερον οἷον λυπεῖσθαι, πῶς; ἆρα ὅτι τοῦ σώματος οὑτωσὶ διατεθέντος καὶ μέχρις αἰσθήσεως διελ- E θόντος τοῦ πάθους, τῆς αἰσθήσεως εἰς ψυχὴν τελευτώσης; ἀλλ' ἡ αἴσθησις οὔπω δῆλον πῶς. ἀλλ' ὅταν ἡ λύπη ἀρχὴν ἀπὸ δόξης καὶ κρίσεως λάβῃ τοῦ κακόν τι παρεῖναι, ἢ αὐτῷ ἤ τινι τῶν οἰκείων.

Tum continuo legendum videtur: Ἀλλ' εἰ ὡς εἶδος ἐν ὕλῃ, ἔσται ἐν τῷ σώματι, πρῶτον μὲν ὡς χ. εἶδ. ἔ. ε. omisso secundo ἀλλὰ, quod etiam a plurimis libris abest.

1. Ἀλλὰ πρῶτον] Abest ἀλλὰ a Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. Vat. Sed in Codd. Med. A. et Vat. ab al. m. in marg. additum est.

3. ἃ ποιεῖ] ποιήσει est in Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C.D. Mon. A.C. Med. A. B. Vat. Sed duo posteriores in marg. habent ποιεῖ. Fic. quoque legit ποιήσει.

6. ὀργάνῳ] Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C.D. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. ὀργανικῷ, ut marg. Ed. Licet etiam Ficinus expresserit ὀργανικῷ, nil tamen mutamus, deficiente articulo ante ὀργανικῷ.

10. ἂν ἔχοι] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. B. ἂν ἔχῃ, Codd. Ciz. Vat. ἂν ἔχει. Ad h. l. marg. Par. A. habet ἴ.

12. ταὐτὸν] Cod. Marc. D. ταὐτό.

ib. πάσχουσαν] Ita pro πάσχουσα Codd. Ciz. Darm. Marc. A. C. D. Med. A. B. Par. A. Vat.

17. ἀλλ' ἡ] Cod. Vat. ἄλλη.

19. κακόν τι] Cod. Vat. κοινόν τι, sed marg. ut Ed.

ut forma separata erit, siquidem essentia est, atque potius erit velut utens. Sin autem sicut figura est in securi, figura inquam in ferro, et utrunque simul conjunctum, id est, securis faciet quæcunque faciet ferrum sic figuratum, per figuram tamen: magis utique corpori communes dabimus passiones, corpori inquam tali scilicet naturali, instrumentis prædito, potentia vitam habenti. Etenim absurdum ait dicere, animam texere, sic et appetere atque dolere: sed animal potius hæc pati vel agere dicendum putat.

V. *Cur difficile dictu est, quomodo perturbationes ad compositum potius quam ad partem alteram referantur.*

Animal autem dicendum est, vel corpus tale, vel commune, vel aliud quiddam tertium ex ambobus confectum. Quomodocunque vero se habeat, vel impassibilem oportet animam custodire, cum sit ipsa alteri causa passionis: vel ipsam quoque compatientem: ac si ita, aut eandem passionem, aut quandam similem sustinere: veluti aliter animal quidem appetere, aliter vero concupiscendi naturam operari, vel pati. Corpus quidem tale in sequentibus videtur considerandum. Conjunctum vero quomodo accidit molestia affici? Nunquid corpore quidem sic affecto et usque ad sensum passione progrediente, sensu vero in animam desinente? At nondum manifestum, quomodo fiat sensus. Sed num quando dolor principium accipit ab opinione atque judicio, quasi aliquod malum adsit, vel sibi vel suorum alicui? Deinde hic permutatio molesta in corpus, et omnino in totum animal sese propa-

4 εἶτ᾽ ἐντεῦθεν τροπὴ λυπηρὰ ἐπὶ τὸ σῶμα, καὶ ὅλως ἐπὶ πᾶν τὸ ζῶον
γένηται. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς δόξης οὔπω δῆλον τίνος, τῆς ψυχῆς, ἢ
τοῦ συναμφοτέρου· εἶτα ἡ μὲν δόξα ἡ περὶ τοῦ κακοῦ, τὸ τῆς λύπης
F οὐκ ἔχει πάθος· καὶ γὰρ δυνατὸν τῆς δόξης παρούσης, μὴ πάντως
ἐπιγίνεσθαι τὸ λυπεῖσθαι, μήδ᾽ αὖ τὸ ὀργίζεσθαι, δόξης τοῦ ὀλιγω-
ρεῖσθαι γενομένης, μήδ᾽ αὖ ἀγαθοῦ δόξης, κινεῖσθαι τὴν ὄρεξιν.
πῶς οὖν κοινὰ ταῦτα; ἢ ὅτι καὶ ἡ ἐπιθυμία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καὶ
ὁ θυμὸς τοῦ θυμικοῦ, καὶ ὅλως τοῦ ὀρεκτικοῦ ἡ ἐπί τι ἔκστασις;
ἀλλ᾽ οὕτως οὐκέτι κοινὰ ἔσται· ἀλλὰ τῆς ψυχῆς μόνης, ἢ καὶ τοῦ
G σώματος, ὅτι δεῖ αἷμα καὶ χολὴν ζέσαι, καί πως διατεθὲν τὸ σῶμα
τὴν ὄρεξιν κινῆσαι, οἷον ἐπὶ ἀφροδισίων. Ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ὄρεξις,
μὴ κοινὸν πάθημα, ἀλλὰ ψυχῆς ἔστω, ὥσπερ καὶ ἄλλα, καὶ οὐ
πάντα τοῦ κοινοῦ δίδωσί τις λόγος. Ἀλλὰ ὀρεγομένου ἀφροδισίων
4 τοῦ ἀνθρώπου, ἔσται μὲν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐπιθυμῶν· ἔσται δὲ ἄλλως
καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐπιθυμοῦν. καὶ πῶς; ἆρα ἄρξει μὲν ὁ ἄνθρωπος
τῆς ἐπιθυμίας, ἐπακολουθήσει δὲ τὸ ἐπιθυμητικόν; ἀλλὰ πῶς ὅλως
ἐπεθύμησεν ὁ ἄνθρωπος, μὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ κεκινημένου; ἀλλὰ
ἄρξει τὸ ἐπιθυμητικόν; ἀλλὰ τοῦ σώματος μὴ πρότερον οὑτωσὶ δια-
τεθέντος, πόθεν ἄρξεται;

1. *τὸ σῶμα ζωὴ γένηται*] Sic Ed. omnes Codd. *τὸ ζῶον γένηται* ut marg. Ed., excepto Leid.; Cod. etiam Vat. in marg. habet, ut Ed., sed reliqui omnes *τὸ ζῶον γένηται*. Quare lectionem marginis recepimus, quam expresserunt etiam Fic. et Engelh. Hic tamen conj. *σῶμα ζῶν*. Non necesse.

3. *ἡ μὲν*] Cod. Ciz. *εἰ μέν*.

ib. *τοῦ κακοῦ*] Codd. Ciz. Darm. Mon. A.C. Marc. A. Med. A. *τὸ κακὸν*, Codd. Marc. B. D. Med. B. Par. A. Vat. *τοῦ κακὸν*, sed Vat. in marg. *οῦ*. Marg. Ed. *κακόν*.

4. *καὶ γὰρ δυνατὸν*] Codd. Ciz. Marc. A.C.D. Mon. A.C. Med. B. Vat. *καὶ γὰρ καὶ δυνατόν*. Sed Cod. Vat. in marg. habet obelum ( > ).

ib. *πάντως*] Ita pro *πάντας* Codd. omnes excepto Darm., Med. B. *ᾱς* in contextu habet a prima manu.

5. *αὖ τὸ*] Cod. Ciz. *αὐτό*.

7. *κοινὰ ταῦτα*] Cod. Marc. D. *τὰ κοινὰ ταῦτα*.

8. *ὅλως*] Sic pro *ὅλος* scripsi ex Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D.

ib. *ἔκστασις*] Codd. Leid. Marc. A.B. (sed in hoc corr. est *ἔκστ.*) Mon. C. *ἔκτασις*.

9. *κοινὰ*] Cod. Ciz. *κοινή*.

ib. *μόνον*] *μόνης*, ut marg. Ed., habent Codd. nostri omnes, excepto Leid.; Cod. etiam Vat. in marg. habet *ον̄*. Nos abjecto *μόνον*, quod habet Ed., *μόνης* recepimus.

15. *ἆρα ἄρξει*] Cod. Ciz. *ἆρ᾽ ἀρύξει*.

16. *ἀλλὰ πῶς—τὸ ἐπιθυμητικόν*] Desunt hæc omnia in Codd. Ciz. et Mon. C. oculo videlicet scribæ a priore *ἀλλὰ* ad posterius aberrante.

17. *ἀλλὰ ἄρξει*] Codd. Marc. A.B.C.D. Med. A.B. *ἀλλ᾽ ἄρξει*.

gat. Veruntamen nequedum constat cujusnam sit opinio, num animæ, an conjuncti? Item opinio circa malum non habet doloris necessario passionem: fieri enim potest, ut præsente opinione mali non accidat dolor, neque ira, neque præsente opinione contemptus, neque appetitus ipsa boni opinione præsente. Quonam igitur modo hæc communia sunt? Num quoniam concupiscentia est ipsius concupiscendi naturæ: et ira similiter irascendi: et omnino ipsius appetendi virtutis est omnis ad aliquid impetus? Sed neque adhuc ita communia erunt, sed solius animæ, aut corporis potius: quia oporteat sanguinem, vel bilem inflammari, et corpus certa ratione affectum concupiscentiam incitare; ut in venereis accidit. Appetitio vero boni non est communis passio, sed animæ sit, sicut et alia, neque omnia esse ipsius communis permittit ratio. Sed quando quis cupit venerea, erit quidem homo appetens, erit et alio modo appetens etiam vis appetendi. Sed quomodo? nunquid homo quidem dabit principium appetendi, comitabitur vero concupiscendi potentia? Verum quonam pacto appeteret homo, non excitata concupiscendi potentia? Nunquid vero exordietur appetendi natura? Verum quomodo incipiet, corpore non prius sic affecto?

4

Ἀλλ' ἴσως βέλτιον εἰπεῖν καθόλου, τῷ παρεῖναι τὰς δυνάμεις τὰ B ἔχοντα εἶναι τὰ ἐνεργοῦντα κατ' αὐτάς, αὐτὰς δὲ ἀκινήτους εἶναι, χορηγούσας τὸ δύνασθαι τοῖς ἔχουσιν. Ἀλλ' εἰ τοῦτό ἐστι, πάσχοντος τοῦ ζῴου, τὴν αἰτίαν τοῦ ζῆν τῷ συναμφοτέρῳ δοῦσαν, ἀνάγκη ἀπαθῆ εἶναι, τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἔχοντος ὄντων. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, καὶ τὸ ζῆν ὅλως οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ συναμφοτέρου ἔσται· ἢ τὸ τοῦ συναμφοτέρου ζῆν, οὐ τῆς ψυχῆς C ἔσται· καὶ ἡ δύναμις δὲ ἡ αἰσθητικὴ οὐκ αἰσθήσεται, ἀλλὰ τὸ ἔχον τὴν δύναμιν. Ἀλλ' εἰ ἡ αἴσθησις διὰ σώματος κίνησις οὖσα, εἰς ψυχὴν τελευτᾷ, πῶς ἡ ψυχὴ οὐκ αἰσθήσεται; ἢ τῆς δυνάμεως τῆς αἰσθητικῆς παρούσης, τῷ ταύτην παρεῖναι αἰσθήσεται; τί αἰσθήσεται; τὸ συναμφότερον; ἀλλ' εἰ ἡ δύναμις μὴ κινήσεται, πῶς ἔτι τὸ συναμφότερον, μὴ συναριθμουμένης ψυχῆς; μὴ δὲ τῆς ψυχικῆς δυ- D νάμεως, ἢ τὸ συναμφότερον.

Ἔσται τῆς ψυχῆς τῷ παρεῖναι, οὐχ αὐτὴν δοῦσαν τῆς τοιαύτης εἰς τὸ συναμφότερον, ἢ εἰς θάτερον, ἀλλὰ ποιοῦσαν ἐκ τοῦ σώματος

3. χορηγούσας] Ita solus, ut videtur, Mon. C. Reliqui cum ed. perperam χωρηγούσας. Et sic sæpius peccatum his in libris; v. c. p. 56. B.C. ubi de hoc verbo monuimus in Annot. in librum de Pulcrit. p. 321. sq. Proxime in Lat. versione inclusimus hæc: *vivere atque pati*, quæ a Ficino περιφράζοντι addita videntur, nostris a libris Græcis prorsus absunt. Ceterum cum universa hac Plotini disputatione componenda est Damascii disputatio περὶ ἀρχῶν cap. 56. p. 153. sqq. Koppii, quæ ita incipit: Ἆρα οὖν οὐκ ἄλλο νοοῦμεν τὸ ὅλον, καὶ ἄλλο τὰ μέρη, καὶ ἄλλο τὸ συναμφότερον;

ib. ἔχουσιν] Ita scripsimus pro ἔχουσι ex Codd. Darm. Marc. A.B.C.D. Med. A. B. Vat. Statim Cod. Vat. εἶτ' οὐ τὸ, sed in marg. εἰ τοῦτο.

4. ἀνάγκη] Hujus vocabuli loco Codd. Ciz. Marc. A.C.D. Mon. A.C. Med. A. (a pr. m.) B. Par. Vat. habent αὐτήν, sed Vat. in marg. adscriptum habet ἀνάγκη. Videtur utrumque servandum scribendumque ἀνάγκη αὐτήν.

5. ὄντων] Codd. Ciz. Vat. ὄντος. Codd. Leid. Mon. A.C. ὄντως.

6. ἀλλὰ τοῦ] Cod. Ciz. ἀλλ' οὐ τοῦ. In cod. verba ἢ τὸ—ἔσται desunt.

9. Ἀλλ' εἰ ἡ] Ita scripsi ex Codd. Leid. Mon. A.C. Med. A. B. Par. Vat. In Cod. Ciz. est ἀλλ' εἰ absque ἡ; in Cod. Darm. ἀλλ' ἡ ἡ. In rell. ut in ed. ἀλλ' ἡ.—Ἀλλ' εἰ ἡ expressit etiam Ficinus.

ib. διὰ σώματος] Cod. Ciz. διὰ τοῦ σώματος.

10. οὐκ αἰσθήσεται] Ita Cod. Vat. in marg. Sed in contextu οὐ καὶ αἰσθήσεται.

13. μὴ συναριθμουμένης] Engelhard. conjecit: μὴ συναρ. ψυχῆς μηδὲ—δυνάμεως εἰς τὸ συναμφότερον. Libri non suffragantur.

15. Ἔσται] Codd. nostri omnes, excepto Mon. A., ut marg. Ed. ἔστω, quod vero in Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Par. cum præcedentibus absque distinctione conjunctum est. Ficinus sequitur eos codices, qui jungunt:—δυνάμεως. Ἢ τὸ συναμφότερον ἔστω τῆς ψυχῆς οὐχ αὐτὴν δούσης—ποιούσης. Quod placet.

ib. αὐτὴν δοῦσαν] Solus Leid. ut Ed. αὐτην δοῦσαν; sed Codd. Marc. A.C.D. Med. B. αὐτὴν δούσης, quod probum videtur. Codd. Ciz. Mon. A.C. Par. Vat. αὐτὴν δούσης, Codd. Darm. Marc. B. Med. A. αὐτῆς δούσης.

16. ποιοῦσαν] Codd. nostri omnes ποιούσης, ut conveniat cum præcedente δούσης. Solus Vat. in marg. habet ποιοῦσαν, unde, ut ex sexcentis aliis locis, vides, codicem illum ex impresso exemplari a manu recentiore esse correctum.

VI. *In dubium trahitur: utrum verum sit, quod fertur, animam esse, qua animal sentit et agit, et patitur: animal vero non animam vel ejus vim, hoc ipsum esse, quod sentit, agitque vel patitur.*

Sed forte præstat dicere universaliter, ex eo, quod adsint potentiæ, illa, quæ eas habent, per ipsas agere, ipsas vero immobiles esse, possessoribusque suis vim agendi præbere. At si ita est, patiente animali, necesse est causam vivendi conjuncto dantem (vivere atque pati), impassibilem esse, cum passiones et actiones sint habentis. Sed si ita, vivere quoque omnino non erit animæ, sed conjuncti: aut vivere conjuncti non erit animæ. Item neque sentiendi potentia, sed id quod eam possidet, sentiet. Verum si sensus, qui motus est per corpus, ad animam usque pervenit, atque desinit, quomodo non sentiet anima? An virtute sensuali præsente, ex eo, quod adsit, sentiet? Sed quidnam sentiet? num conjunctum? sed si potentia non movebitur, quomodo jam conjunctum, si neque anima neque vis animæ ad hoc ipsum connumeretur?

VII. *Anima rationalis præsidet animali genito: in illa est sensus sine passione atque ratio, in hoc autem sensus cum passione.*

Sed ipsum conjunctum esto ipsius animæ, ex eo videlicet, quod illic adest: ipsa anima quum

4 τοῦ τοιούτου, καί τινος οἷον φωτὸς τοῦ παρ' αὐτὴν δοθέντος, τὴν τοῦ ζώου φύσιν ἕτερόν τι, οὗ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ζώου E πάθη εἴρηται. ἀλλὰ πῶς ἡμεῖς αἰσθανόμεθα; ἢ ὅτι οὐκ ἀπηλλάγημεν τοῦ τοιούτου ζώου, καὶ εἰ ἄλλα ἡμῖν τιμιώτερα εἰς τὴν ὅλην ἀνθρώπου οὐσίαν, ἐκ πολλῶν οὖσαν, πάρεστι· τὴν δὲ τῆς ψυχῆς τοῦ αἰσθάνεσθαι δύναμιν οὐ τῶν αἰσθητῶν εἶναι δεῖ· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἐγγινομένων τῷ ζώῳ τύπων ἀντιληπτικὴν εἶναι μᾶλλον. Νοητὰ γὰρ ἤδη ταῦτα ὡς τὴν αἴσθησιν τὴν ἔξω εἴδωλον F εἶναι ταύτης· ἐκείνην δὲ ἀληθεστέραν τῇ οὐσίᾳ οὖσαν, εἰδῶν μόνον ἀπαθῶς εἶναι θεωρίαν, ἀπὸ δὴ τούτων τῶν εἰδῶν, ἀφ' ὧν ψυχὴ ἤδη παραδέχεται μόνη τὴν τοῦ ζώου ἡγεμονίαν, διάνοιαι δὴ καὶ δόξαι καὶ νοήσεις, ἔνθα δὴ ἡμεῖς μάλιστα. Τὰ δὲ πρὸ τούτων ἡμέτερα, ἡμεῖς δὲ τὸ ἐντεῦθεν, ἄνω ἐφεστηκότες τῷ ζώῳ. Κωλύσει δὲ οὐδὲν G τὸ σύμπαν ζῷον λέγειν, μικτὸν μὲν τὰ κάτω, τὸ δὲ ἐντεῦθεν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθὴς σχεδόν. Ἐκεῖνα δὲ τὸ λεοντῶδες καὶ τὸ ποικίλον ὅλως θηρίον. Συνδρόμου γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρώπου τῇ λογικῇ ψυχῇ, ὅταν λογιζώμεθα, ἡμεῖς λογιζόμεθα, τῷ τοὺς λογισμοὺς ψυχῆς εἶναι ἐνεργήματα.

1. παρ' αὐτὴν] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. παρ' αὐτῆς. Quod placet.
2. οὗ τὸ] Codd. Ciz. Marc. D. οὐ τό.
ib. τὰ ἄλλα] Codd. Ciz. Marc. A. τἄλλα, Mon. C. Vat. τ' ἄλλα.
ib. ζώου πάθη] Cod. Marc. D. πάθη ζώου: Cod. Ciz. omittit πάθη. Ad marg. Cod. Par. h. l. est ια.
4. τὴν ὅλην] Cod. Marc. D. τὴν ἄλλην.
7. ἐγγινομένων] Codd. A.B.D. Mon. C. Med. A.B. ἐγγιγνομένων.
ib. τύπων ἀντιληπτικὴν] Cod. Ciz. τύπον, ἀντιληπτικόν.
8. εἴδη] Sic Ed. Sed Codd. Ciz. Leid. Marc. C. Mon. A.C. Med. A. (a pr. m.) Vat. (in textu) ἤδη, ut marg. Ed.; Cod. Marc. A. ηδη (sic): idque recepimus.
9. εἶναι ταύτης] Cod. Marc. D. ταύτης εἶναι.
ib. τῇ οὐσίᾳ] Cod. Ciz. τὴν οὐσίαν.
ib. μόνον ἀπαθῶς] Codd. Vat. Mon. A. μόνον ἀπαθῶν, sed ille in m. ut Ed. (μόνων); Codd. Ciz. Marc. B.C.D. Par. A. μόνων ἀπαθῶς, Codd. Marc. A. Mon. C. μόνων ἀπαθῶν: Cod. Leid. μόνον ἀπαθῶν.
10. εἴδη—μόνην] Sic Ed. pr. Omnes nostri Codd. ἤδη—μόνη, nisi quod Par. A. habet εἴδη—μόνη. Nos Codices secuti sumus.
11. διάνοιαι δὴ] Cod. Ciz. δέ.
12. ἔνθα δὴ] Cod. Vat. δὲ, in m. δή.
13. ἡμεῖς δε] Ita Codd. Darm. Marc. A. B. Mon. C. Med. A. Vat. Sed Ed. ἡμεῖς δή.
15. ὁ ἀληθὴς] Cod. Ciz. ὁ ἀληθινός. Cod. Leid. omittit. ὁ.
ib. Ἐκεῖνα δὲ τὸ] Codd. Marc. A. Mon. A.C. μὲν τό.
ib. καὶ τὸ ποικίλον] Abest τὸ in Cod. Med. B.
17. ὅταν λογιζώμεθα] Ita, pro λογιζόμεθα, scribendum fuit ex Codd. Marc. A. B.C.D. Mon. C. Par. A. Vat.
ib. ἡμεῖς] Cod. Marc. C. ἡμεῖς μέν. Sed vox posterior ab al. m. deleta.

sit talis non tradente seipsam in conjunctum, vel in alteram ejus partem, sed conficiente ex corpore tali, atque quodam velut lumine ab ipsa tradito, animalis naturam aliud aliquid existentem: cujus quidem sit sentire, et cæteræ animalis, quas narravimus, passiones. Sed quomodo nos sentimus? Forte quoniam a tali vivente non segregamur. Et si alia præstantiora ad totam hominis essentiam ex multis constitutam nobis adsunt: vim autem animæ sensualem, non sensibilia quidem, sed eorum imagines per sensum animali impressas oportet percipere. Intelligibiles enim quodammodo sunt hæ species: quapropter sensus exterior hujus sensus simulachrum est: hic vero in essentia verior est: quippe cum imaginum tantum sit absque passione perceptio. Ab his utique speciebus a quibus anima jam accipit sola viventis imperium, opiniones et cogitationes, intelligentiæque proveniunt, ubi maxime nos sumus. Quæ vero ante hæc, nostra sunt: nos autem sumus, quod est deinceps, animali desuper præsidentes. Prohibebit tamen nihil universum hoc animal appellare, sed quod inferius est, dicere mistum: quod reliquum est, homo est verus. Quantum vero inferius est partim leoninum, partim brutum, omnino multiplex nominatur. Concurrente enim homine una cum anima rationali, quando ratiocinamur, nos certe ratiocinamur, propterea quod rationis discursus animæ sunt actiones.

Πρὸς δὲ τὸν νοῦν, πῶς; νοῦν δὲ λέγω, οὐχ ἣν ἡ ψυχὴ ἔχει ἕξιν 5
οὖσαν τῶν παρὰ τοῦ νοῦ, ἀλλ' αὐτὸν τὸν νοῦν· ἢ ἔχομεν καὶ τοῦτον
ὑπεράνω ἡμῶν. ἔχομεν δὲ ἢ κοινὸν, ἢ ἴδιον, ἢ καὶ κοινὸν πάντων
5 καὶ ἴδιον· κοινὸν μὲν, ὅτι ἀμέριστος καὶ εἷς, καὶ πανταχοῦ ὁ αὐτός·
ἴδιον δὲ, ὅτι ἔχει καὶ ἕκαστος αὐτὸν ὅλον ἐν τῇ ψυχῇ τῇ πρώτῃ.
Ἔχομεν οὖν καὶ τὰ εἴδη διχῶς· ἐν μὲν ψυχῇ οἷον ἀνειλιγμένα καὶ
οἷον κεχωρισμένα ἐν δὲ νῷ ὁμοῦ τὰ πάντα. Τὸν δὲ Θεὸν, πῶς; ἢ
ὡς ἐποχούμενον τῇ νοητῇ φύσει, καὶ τῇ οὐσίᾳ τῇ ὄντως, ἡμᾶς δὲ
ἐκεῖθεν τρίτους ἐκ τῆς ἀμερίστου, φησὶ, τῆς ἄνωθεν, καὶ ἐκ τῆς
B περὶ τὰ σώματα μεριστῆς, ἣν δὴ δεῖ νοεῖν οὕτω μεριστὴν περὶ τὰ
σώματα, ὅτι δίδωσιν ἑαυτὴν τοῖς σώματος μεγέθεσιν, ὁπόσον ἂν
ζῶον ᾖ ἕκαστον· ἐπεὶ καὶ τῷ παντὶ ὅλῳ οὖσα μία, ἢ ὅτι φαντάζεται
τοῖς σώμασι παρεῖναι, ἐλλάμπουσα εἰς αὐτὰ, καὶ ζῶα ποιοῦσα, οὐκ
ἐξ αὐτῆς καὶ σώματος, ἀλλὰ μένουσα μὲν αὐτῇ, εἴδωλα δὲ αὐτῆς
διδοῦσα, ὥσπερ πρόσωπον ἐν πολλοῖς κατόπτροις. Πρῶτον δὲ εἴδω-
C λον αἴσθησις, ἡ ἐν τῷ κοινῷ· εἶτα ἀπὸ ταύτης αὖ πᾶν ἄλλο εἶδος
λέγεται ψυχῆς, ἕτερον ἀφ' ἑτέρου ἀεὶ, καὶ τελευτᾷ μέχρι γεννητι-

1. νοῦν δὲ] Cod. Mon. A. νῦν δέ.
2. οὖσαν] Codd. Marc. A. Mon. A.C. non habent hanc vocem.
3. ὑπεράνω] Sic, pro ὑπὲρ ἄνω, Codd. Ciz. Marc. B.C.D. Med. A.B. Vat.
ib. ἢ καὶ κοινὸν] Abest καὶ a Cod. Marc. D.
5. αὐτὸν ὅλον] Ita cum Fic. legendum visum est pro αὐτῶν ex Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Par. A. Vat. Hic autem in marg. habet αὐτῶν.
ib. ἐν τῇ ψυχῇ] Articulum, in Ed. omissum, addidimus ex Codd. Marc. A. Mon. A.C. Med. B. Vat.
6. ἐν μὲν ψυχῇ] τῇ ψυχῇ habent Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat.
ib. ἀνειλιγμένα] Cod. Marc. C. ἀνειληγμένα (sic).
8. ἐποχούμενον] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (sed hic in marg. ut Ed.) ὀχούμενον.
ib. τῇ ὄντως] τοῦ (superscripto τῇ) ὄντος Cod. Marc. C., ut marg. Ed.
9. τρίτους] Ita, excepto Leid., Codd. omnes pro τρίτον, nisi quod in Cod. Marc. D. hoc vocabulum non distincte scriptum apparet.
11. δίδωσιν ἑαυτὴν] Cod. Marc. D. αὐτην.
12. ζῶον ᾖ] Cod. Marc. B. ζῶον ἤ. Cod. Par. A. ζῶον ᾖ ὅτι.
ib. τῷ παντὶ ὅλῳ] Abest ὅλῳ a Cod. Ciz. Pro οὖσα Engelhardt. fidenter pronuntiat legendum οὐσία. Nostrorum librorum nullus suffragatur.
14. ἐξ αὐτῆς] Cod. Marc. A. ἐξ αὑτῆς.
ib. αὐτῇ] Codd. Ciz. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Par. A. Vat. αὐτὴ, ut marg. Ed., et ita legit etiam Fic. Quod placet. Proxime legendum videtur: εἴδωλα δὲ αὐτῆς vel ἑαυτῆς.

VIII. *Anima rationalis quomodo intellectui divino conjungatur, et per hunc Deo. Item quomodo conjungatur animali suo, et per hoc, corpori. Verum etsi cunctæ animæ ad communem rediguntur mentem, et propriis singulæ modis accipiunt, alios sibi proprios intellectus inde reportant.*

Ad intellectum vero quomodo nos habemus? Intellectum dico non habitum quendam, quem ab intellectu habeat anima, sed intellectum ipsum: forte et hunc super nos habemus. Habemus autem aut communem, aut proprium. forte et communem omnium atque proprium. communem quidem quoniam impartibilis et unus et ubique idem; proprium vero, quoniam unusquisque ipsum in anima prima totum habet. Habemus igitur et species duplici ratione: in anima quidem velut explicatas atque segregatas, in intellectu vero simul omnes. At Deum quomodo habemus? Forte tanquam intelligibili naturæ veræque essentiæ incubantem, nos autem inde tertios ex individua (ut Plato inquit) natura superna, et ex natura circa corpora divisibili: quam oportet intelligere sic divisibilem circa corpora, quoniam dimensionibus corporis seipsam tradit, quatenus unumquodque sit vivens; quando et in toto et universo una existit. Quinetiam apparet adesse corporibus illustrans illa viventiaque efficiens non ex seipsa inquam atque corpore, sed manens quidem ipsa, sui vero simulachra exhibens, sicut in pluribus speculis vultus imaginem. Primum vero simulachrum sensus est, qui in ipso communi viget: deinde ab

5 κοῦ καὶ αὐξήσεως, καὶ ὅλως ποιήσεως ἄλλου, καὶ ἀποτελεστικοῦ
ἄλλου, παρ' αὐτὴν τὴν ποιοῦσαν, ἐπεστραμμένης αὐτῆς τῆς ποιού-
σης πρὸς τὸ ἀποτελούμενον.

Ἔσται τοίνυν ἐκείνης ἡμῖν τῆς ψυχῆς ἡ φύσις ἀπηλλαγμένη αἰ-
D τίας κακῶν, ὅσα ἄνθρωπος καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει. Περὶ γὰρ τὸ
ζῶον ταῦτα τὸ κοινὸν, καὶ κοινὸν, ὡς εἴρηται. Ἀλλ' εἰ δόξα τῆς
ψυχῆς καὶ διάνοια, πῶς ἀναμάρτητος; ψευδὴς γὰρ δόξα, καὶ πολλὰ
κατ' αὐτὴν πράττεται τῶν κακῶν, ἢ πράττεται μὲν τὰ κακὰ, ἡττω-
μένων ἡμῶν ὑπὸ τοῦ χείρονος. Πολλὰ γὰρ ἡμεῖς ἢ ἐπιθυμίας, ἢ
θυμοῦ, ἢ εἰδώλου κακοῦ· ἡ δὲ τῶν ψευδῶν λεγομένη διάνοια, φαν-
E τασία οὖσα, οὐκ ἀνέμεινε τὴν τοῦ διανοητικοῦ κρίσιν. ἀλλ' ἐπράξα-
μεν τοῖς χείροσι πεισθέντες, ὥσπερ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, πρὶν τῷ δια-
νοητικῷ ἐπικρῖναι, ψευδῆ ὁρᾷν συμβαίνει, τῇ κοινῇ αἰσθήσει. Ὁ
δὲ νοῦς ἢ ἐφήψατο; ἢ ὥστε ἀναμάρτητος· ἢ οὕτω δὲ λεκτέον, ὡς
ἡμεῖς ἢ ἐφηψάμεθα τοῦ ἐν τῷ νῷ νοητοῦ, ἢ οὔ, ἢ τοῦ ἐν ἡμῖν. Δυ-
F νατὸν γὰρ καὶ ἔχειν, καὶ μὴ πρόχειρον ἔχειν. Διείλομεν δὲ τὰ κοινὰ
καὶ τὰ ἴδια τῷ τὰ μὲν σωματικὰ καὶ οὐκ ἄνευ σώματος εἶναι, ὅσα
δὲ οὐ δεῖται σώματος εἰς ἐνέργειαν, ταῦτα ἴδια ψυχῆς εἶναι, καὶ τὴν

4. Ἔσται] Cod. Par. A. in marg. ιΓ.

5. καὶ ποιεῖ] Abest καὶ in Codd. Ciz. Med. B. Par. A. Vat.; sed hic habet καὶ in marg.

6. εἰ δόξα] Ita, pro ἡ δόξα Codd. Leid. Med. B. Par. A. Hic ad h. l. in marg. habet ιΔ'.

12. πρὶν τῷ διανοητικῷ] Cod. Ciz. περὶ τῶν διανοητικῶν. Errore ex male lectis scribendi compendiis orto.

13. Ὁ δὲ νοῦς ἢ ἐφήψατο] ἢ οὐ additur post ἐφήψατο in Codd. nostris omnibus, nisi quod in Cod. Med. B. scribitur ἢ οὐχὶ, quod placet. Cæterum ad ἐφήψατο intelligenda sunt ψευδῆ.

14. οὕτω δὲ] Codd. Ciz. Leid. οὕτω δὴ, Cod. Darm. οὕτως δέ. Ad h. l. Cod. Par. A. in marg. habet ιΕ'.

15. ἡμεῖς ἢ] Cod. Vat. ἡμεῖς sine ἢ, quod est in marg.

16. Διείλομεν δὲ] Codd. nostri omnes δὴ, exceptis Leid. Mon. A. et Vat. In marg. Cod. Par. A. est ιϛ'. Nobis δὴ probatur.

17. τῷ τὰ μὲν] Cod. Ciz. καὶ τὰ μέν.

ib. ὅσα δὲ] Recepimus ex marg. Ed. ὅσα pro ὅσοι, quod est in nullo Cod. et est vox nihili.

hoc rursus omnis alia species animæ dicitur alia semper ab alia, desinitque usque ad generandi et augendi naturam, ac usque ad alterius operis effectionem præter ipsam vim facientem, conversa videlicet vi faciente ad opus efficiendum.

IX. *Causa peccatorum, in anima est consensio: cujus propria est intelligentia quædam, precipue cogitatio, quæ non agunt per corporis instrumentum.*

Erit igitur nobis natura illius animæ extra malorum causam, quotcunque homo facit et patitur. Circa enim ipsum animal commune hæc sunt. commune inquam ut est dictum. Verum si opinio cogitatioque ipsius animæ sunt, quonam modo erit extra peccati culpam? Falsa enim opinio sæpe est, multaque per ipsam aguntur mala. Forsitan aguntur a nobis mala, a deteriore nostro videlicet superatis. Multa enim nos cupiditati, vel iræ, vel malo simulachro concedere consuevimus. Ipsa vero quæ falsorum cogitatio dicitur, quæ et phantasia est, sæpe deliberantis judicium non expectat: sed prosequimur pejoribus obsequentes: sicut sensui accidit, priusquam considerandi virtute discernas, falso videre, per communem videlicet sensum. Intellectus vero an attigit? forte non: quapropter innocens remanet. Forte vero sic dicendum, nos vel attigisse intelligibile ipsum, quod in intellectu est, aut non, vel id quod in nobis. Possibile enim est habere, neque habere præcipuum atque promptum. Distinximus utique communia atque propria, ex eo, quod alia quidem corporea sunt, neque sine corpore fiunt: alia vero non indigent corpore ad agendum: ideoque animæ propria judicamus. Et cogitationem, quæ discretionem judiciumque imaginum a sensu provenientium agit, species jam spectare et quodam quasi sensu prospicere, cogitationem inquam præcipue ipsius

6

διάνοιαν ἐπίκρισιν ποιουμένην τῶν ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως τύπων, εἴδη ἤδη θεωρεῖν, καὶ θεωρεῖν, οἷον σὺν αἰσθήσει, τήν γε κυρίως τῆς ψυχῆς τῆς ἀληθοῦς διάνοιαν. Νοήσεων γὰρ ἐνέργεια ἡ διάνοια ἡ ἀλη- G θὴς, καὶ τῶν ἔξω πολλάκις πρὸς τἄνδον ὁμοιότης καὶ κοινωνία· ἀτρεμήσει οὖν οὐδὲν ἧττον ἡ ψυχὴ πρὸς ἑαυτὴν καὶ ἐν ἑαυτῇ. Αἱ δὲ τροπαὶ καὶ ὁ θόρυβος ἐν ἡμῖν, παρὰ τῶν συνηρτημένων, καὶ τῶν τοῦ κοινοῦ, ὅτι δήποτε ἐστὶ τοῦτο ὡς εἴρηται παθημάτων.

Ἀλλ' εἰ ἡμεῖς ἡ ψυχὴ, πάσχομεν δὲ ταῦτα ἡμεῖς, ταῦτα ἂν εἴη πάσχουσα ἡ ψυχή· καὶ αὖ ποιήσει ἃ ποιοῦμεν, ἢ καὶ τὸ κοινὸν ἔφαμεν ἡμῶν εἶναι, καὶ μάλιστα οὔπω κεχωρισμένων· ἐπεὶ καὶ ἃ 6 πάσχει τὸ σῶμα ἡμῶν, ἡμᾶς φαμὲν πάσχειν. Διττὸν οὖν τὸ ἡμεῖς, ἢ συναριθμουμένου τοῦ θηρίου, ἢ τὸ ὑπὲρ τοῦτο ἤδη· θηρίον δὲ ζωωθὲν τὸ σῶμα. Ὁ δὲ ἀληθὴς ἄνθρωπος, ἄλλος, ὁ καθαρὸς τούτων, τὰς ἀρετὰς ἔχων τὰς ἐν νοήσει, αἳ δὴ ἐν αὐτῇ τῇ χωριζομένῃ ψυχῇ ἵδρυνται, χωριζομένῃ δὲ καὶ χωριστῇ ἔτι ἐνταῦθα οὔσῃ. Ἐπεὶ καὶ ὅταν αὕτη παντάπασιν ἀποστῇ, καὶ ἡ ἀπ' αὐτῆς ἐλλαμφθεῖσα ἀπ- B ελήλυθε συνεπομένη. Αἱ δὲ ἀρεταὶ αἱ μὴ φρονήσει, ἔθεσι δὲ, ἐπιγινόμεναι καὶ ἀσκήσεσι, τοῦ κοινοῦ. Τούτου γὰρ αἱ κακίαι, ἐπεὶ

1. ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως] Ita pro ὑπὸ Codd. nostri omnes, exceptis Ciz. et Leid.

2. οἷον σὺν αἰσθήσει] Cod. Marc. A. οἷον συναισθήσει. Cod. Marc. D. οἷον ἐν αἰσθήσει.

5. ἀτρεμήσει] Cod. Par. A. in marg. habet ιΖ'.

ib. οὐδὲν ἧττον] Ita, pro οὐδὲ, Codd. Marc. A.B.C.D. Mon. A.C. Med. A.B.

6. συνηρτημένων] Ita Codd. nostri omnes pro συνηρτημάτων, quod est nihili.

8. Ἀλλ' εἰ ἡμεῖς] Addidimus εἰ ex Codd. omnibus, exc. Ciz.; Cod. Par. A. h. l. in marg. habet ιΗ'.

9. ποιήσει] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ποιήσασα; sed Vat. in marg. ut Ed.

11. ἡμᾶς] Cod. Vat. ἡμεῖς, in marg. ἡμᾶς.

ib. Διττὸν] Cod. Par. A. in marg. ιΘ'.

13. Ὁ δὲ ἀληθὴς] Codd. Darm. Marc. A.B.D. ὁ δ' ἀληθής.

16. αὕτη] Codd. Marc. A.B.D. Mon. C. Par. A. Vat. αὐτή.

ib. ἐλλαμφθεῖσα] Vat. ἐλλειφθεῖσα, in marg. ut Ed.

17. δὲ ἀρεταὶ] Codd. Darm. Marc. A. B.C.D. Vat. δ' ἀρεταί.

ib. ἐπιγινόμεναι] Codd. Marc. A.B.D. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. ἐγγινόμεναι. Cod. Vat. γινόμεναι, in marg. ut Ed. Verum videtur ἐγγινόμεναι.

18. τοῦ κοινοῦ] Codd. Darm. Marc. B. C.D. Med. A.B. Par. A. itemque Vat. in marg. τοῦ κοινοῦ, ut legit Fic. et nos exhibuimus. Ed. τοῦ νοῦ. Sed nostrum in marg.

veræ animæ propriam. Intellectionum enim actus est cogitatio vera, ac sæpe externorum ad interna similitudo quædam atque communio. Nihilo igitur minus anima in seipsa ad seipsam inconcussa manebit. Permutationes autem perturbationesque in nobis fient ab his, quæ subjuncta sunt, et ab his passionibus, quæ pertinent ad commune: quodcunque id sit, ut dictum est.

X. *Quæ animalis nostri propria sunt, quodammodo etiam ad nos pertinent: et vita animalis non extinguitur, sed animam sui causam comitatur. Item virtutes intellectuales sunt in anima, morales in animali.*

Verum si nos anima ipsa sumus, hæc vero nos patimur, hæc certe anima patietur, et rursus faciet, quæ nos facimus. Forte et commune diximus esse nostrum præsertim antequam separemur: quoniam et quæ patitur corpus nostrum, nos perpeti dicimus. Duobus ergo modis nos dicimur: vel bruto nobis annumerato, vel quod super hoc extat. Brutum vero est vivificatum corpus. Verus autem homo est alius ab his purus, virtutes, quæ sunt in intelligentia, possidens, quæ in ipsa anima separata fundantur: separata inquam et separabili etiam quatenus hic est. Siquidem et quando ipsa omnino abest, illa etiam, quæ ab ipsa emicat, abit eam comitans. Virtutes autem, quæ non prudentia, sed consuetudine quadam exercitationeque provenerunt, communis ipsius esse videntur. Hujus enim sunt et vitia, quoniam et invidiæ et æmulationes atque miseri-

6 καὶ φθόνοι, καὶ ζῆλοι, καὶ ἔλεοι. Φιλίαι δὲ, τίνος; ἢ αἱ μὲν τού-
του, αἱ δὲ τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου;

Παίδων δὲ ὄντων, ἐνεργεῖ μὲν τὰ ἐκ τοῦ συνθέτου, ὀλίγα δὲ ἐλ-
λάμπει ἐκ τῶν ἄνω εἰς αὐτό· ὅταν δὲ ἀργῇ εἰς ἡμᾶς, ἐνεργεῖ πρὸς
C τὸ ἄνω· εἰς ἡμᾶς δὲ ἐνεργεῖ, ὅταν μέχρι τοῦ μέσου ἥκῃ. Τί οὖν;
οὐχ ἡμεῖς καὶ τὸ πρὸ τούτου; ἀλλ' ἀντίληψιν δεῖ γενέσθαι· οὐ γὰρ
ὅσα ἔχομεν, τούτοις χρώμεθα ἀεί· ἀλλ' ὅταν τὸ μέσον τάξωμεν, ἢ
πρὸς τὰ ἄνω, ἢ πρὸς τὰ ἐναντία, ἢ ὅσα ἀπὸ δυνάμεως ἢ ἕξεως εἰς
ἐνέργειαν ἄγωμεν. Τὰ δὲ θηρία πῶς τὸ ζῶον ἔχει; ἢ εἰ μὲν ψυχαὶ
D εἶεν ἐν αὐτοῖς ἀνθρώπειοι, ὥσπερ λέγεται, ἁμαρτοῦσαι, οὐ τῶν θη-
ρίων γίνεται τοῦτ' ὅσον χωριστὸν, ἀλλὰ παρὸν οὐ πάρεστιν αὐτοῖς·
ἀλλ' ἡ συναίσθησις τὸ τῆς ψυχῆς εἴδωλον μετὰ τοῦ σώματος ἔχει·
σῶμα δὴ τοιόνδε, οἷον ποιωθὲν ψυχῆς εἰδώλῳ· εἰ δὲ μὴ ἀνθρώπου
ψυχὴ εἰσέδυ, ἐλλάμψει ἀπὸ τῆς ὅλης τὸ τοιοῦτον ζῶον γενόμενον
ἐστίν.

E Ἀλλ' εἰ ἀναμάρτητος ἡ ψυχὴ, πῶς αἱ δίκαι; ἀλλὰ γὰρ οὗτος ὁ

3. ἐνεργεῖ μὲν τὰ] Ita, pro ἐνεργήματα, Codd., excepto Leid., omnes.

4. δὲ ἀργῇ] Codd. Marc. A.B.C.D. δ' ἀργῇ, Vat. δ' ἀργεῖ: idem mox ἥκει pro ἥκῃ.

6. καὶ τὸ πρὸ] Ita Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat., ut marg. Ed., Ed. pr. καὶ πρό.

ib. ἀλλ'] Codd. Marc. A. Vat. ἀλλά.

7. ὅσα] Iterum ex marg. Ed. et Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. pro ὅσει scribendum fuit ὅσα.

9. ἄγωμεν] Codd. Marc. A.B.C.D. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. ἄγομεν.

ib. ἢ εἰ μὲν] Ita, pro ἢ αἳ μὲν, Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Med. A. (ex corr.) Vat. (in marg. αἱ). Cod. Par. in marg. κ̄'.

11. τοῦτ' ὅσον] τοῦτο ὅσον habent Codd. Darm. Marc. A.B.C.D.

12. τὸ τῆς ψυχῆς] Abest τῆς a Codd. Marc. C. Med. B.

13. σῶμα δὴ] Sic Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. A.C. Med. A.B. habent, ut marg. Ed., Sed Ed. σῶμα δέ. Recepimus δὴ, *videlicet*, *nimirum*; cum levi quadam ironia. Mox ποιωθὲν unice verum, quasi cum recentioribus philosophis dixeris *qualificatum* i.e. *qualitatibus affectum, sic vel sic comparatum*. Eadem autem lectionis varietas in hoc verbo sæpius obvia, ut in Aristotel. Ethic. Nicomach. III. 3. 16. ubi vid. Zellii Annot. vol. II. p. 91. Alexander etiam Aphrodis. Problem. I. 36. fin. p. 258. Sylb. usurpat ποιοῦσθαι. Nicolaus Methonensis advers. Proclum cap. 70. p. 97. ed. Voemel.—τὰ ἄνω δηλαδὴ καὶ (τὰ) κάτω σώματα πάντως πεποσωμένα καὶ πεποιωμένα κ. τ. λ. cf. Plotinus II. 4. 10. III. 3. 4. IV. 3. 26.

ib. ποιωθὲν] Cod. Mon. A. ποιῆθεν (sic); Cod. Vat. ποιαθὲν, in m. ω.

cordiæ. Amicitiæ autem cujusnam sunt? Forte partim ad id commune, partim ad interiorem hominem pertinent.

XI. *In pueris regnat animal et imaginatio animæ. Intellectus et ratio altius occupantur. Item vita brutorum propria ex anima pendet rationali, vel nostra vel alia.*

Quandiu autem pueri sumus, operantur quidem, quæ in composito sunt, pauca vero a superioribus ad ipsum usque refulgent: quando autem otiantur quo ad nos, ad superiora interim operantur: in nos sane agunt, quando ad medium usque procedunt. Quid ergo? nonne id etiam, quod ante hoc est, nos sumus? Veruntamen adversionem oportet fieri. Non enim, quæcunque habemus, his assidue utimur. Sed quando medium, vel ad superiora vel ad contraria vertimus: vel quodcunque a potentia vel habitu in actum producimus. Bruta vero quomodo animal habent? Forte si in ipsis animæ sint humanæ (ut fertur) quæ peccaverunt, non brutorum fit hoc, quantum separabile est, sed præsens illis non adest: sed sensus ipsius communio simulachrum animæ habet una cum corpore; corpus inquam tale, veluti quale factum ipsius animæ simulachro. Sin autem anima hominis non est ingressa illustratione quadam, ab ipsa totius anima animal tale producitur.

XII. *In essentia animæ neque peccatum est, neque pœna, sed in animali ab ea genito, et quomodo generetur.*

Sed si anima non est peccatrix, quomodo ju-

λόγος ἀσυμφωνεῖ παντὶ λόγῳ, ὃς φησὶν αὐτὴν καὶ ἁμαρτάνειν καὶ 7 κατορθοῦν, καὶ διδόναι δίκας καὶ ἐν ᾅδου, καὶ μετενσωματοῦσθαι. Προσθετέον μὲν οὖν, ὅτῳ τις βούλεται λόγῳ· τάχα δ' ἄν τις ἐξεύροι, καὶ ὅπη μὴ μαχοῦνται. Ὁ μὲν γὰρ τὸ ἀναμάρτητον διδοὺς τῇ ψυχῇ λόγος, ἓν ἁπλοῦν πάντη ἐτίθετο, τὸ αὐτὸ ψυχὴν καὶ τὸ ψυχὴν εἶναι λέγων. Ὁ δ' ἁμαρτεῖν διδοὺς, συμπλέκει μὲν καὶ προστίθησιν αὐτῇ καὶ ἄλλο ψυχῆς εἶδος, τὸ τὰ δεινὰ ἔχον πάθη· σύνθετον F οὖν καὶ τὸ ἐκ πάντων ἡ ψυχὴ αὐτὴ γίνεται, καὶ πάσχει δὴ κατὰ τὸ ὅλον, καὶ ἁμαρτάνει τὸ σύνθετον· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ διδὸν δίκην αὐτῷ, οὐκ ἐκεῖνο. Ὅθεν φησί· τεθεάμεθα γὰρ αὐτὴν, ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες. Δεῖ δὲ περικρούσαντας τὰ προσ- G τεθέντα, εἴπερ τις ἐθέλει φησὶ τὴν φύσιν αὐτῆς ἰδεῖν, εἰς τὴν φιλοσοφίαν αὐτῆς ἰδεῖν, ὧν ἐφάπτεται, καὶ τίσι συγγενὴς οὖσα ἐστὶν ὅ ἐστιν. Ἄλλη οὖν ζωὴ καὶ ἄλλαι ἐνέργειαι, καὶ τὸ κολαζόμενον ἕτερον· ἡ δὲ ἀναχώρησις καὶ ὁ χωρισμὸς, οὐ μόνον τοῦδε τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ ἅπαντος τοῦ προστεθέντος. Καὶ γὰρ ἐν τῇ γενέσει ἡ προσθήκη, ἢ ὅλως ἡ γένεσις τοῦ ἄλλου ψυχῆς εἴδους. Τὸ δὲ πῶς ἡ γένεσις εἴρηται· ὅτι καταβαινούσης, ἄλλου του ἀπ' αὐτῆς 7

1. ὅς φησὶν] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. ὥς φησιν. Ad v. ἀλλ' εἰ Cod. Par. in marg. κα'.
5. πάντη] Ita pro πάντι. Codd. nostri, excepto Leid., omnes.
ib. ψυχὴν εἶναι] Vat. Cod. ψυχὰς εἶναι.
6. μεν καὶ] Abest καὶ a Cod. Darm.
ib. προστίθησιν αὐτῇ καὶ ἄλλο] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. προστίθησι καὶ ἄλλο. Sed Vat. in marg. ut Ed.
7. σύνθετον] Codd., præter Ciz. Darm. Mon. A., omnes σύνθετος.
8. καὶ τὸ ὅλον] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Par. A. Vat. κατὰ τὸ ὅλον, ut marg. Ed. quod nos prætulimus.
10. τεθεάμεθα] Cod. Vat. Τεθεάμεθα literâ T majore rubricatâ.
12. εἴπερ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) ἄπερ.
ib. φησὶ τὴν φύσιν] Codd. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. τὴν φύσιν φησὶν.
ib. εἰς τὴν—ἰδεῖν] Desunt hæc in Codd. Ciz. et Leid.
ib. φιλοσοφίαν] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (hic in m. ut Ed.) σοφίαν.
14. οὖν ζωὴ] Codd. Marc. A. Mon. A. C. οὖν ψυχή. Cod. Vat. Ἄλλης αὖ ζωὴ, sed in m. ut Ed.
ib. και ἄλλαι] καὶ ἄλλαι αἱ est in Codd. Marc. A. Mon. A.C. Med. B.
17. ἡ προσθήκη] Sic Codd. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Med. A.B. Vat. Cod. Ciz. ἢ προσθήκει, Codd. Mon. A. Par. A. ἢ προσθήκη. Ed. ἢ προσθήσει.
18. ἄλλου του—καταβαίνοντος] Desunt hæc in Cod. Ciz.
ib. ἀπ] ἀπ (sic) Cod. Marc. C. Marg. ed. ὑπ' αὐτῆς.

dicia atque pœnæ? At hic sermo ab omni sermone dissentit dicente, ipsam peccare et purgari, pœnasque apud inferos pendere, atque per corpora transmigrare. Adhærendum ergo utri libet sermoni. Forte vero quispiam reperiat, quomodo invicem non repugnent. Qui enim tradit, animam non peccare, unum quiddam simplex omnino ponit, idem accipiens animam, atque animam esse. Qui vero eam peccare dicit, conjungit ipsi et conflat alteram insuper animæ speciem passiones graves habentem. Compositum igitur quiddam ex omnibus anima ipsa fit, et patitur utique secundum totum, peccatque compositum: atque id est, quod pœnas dat ipsi, non illud. Hinc ait Plato: Videmus enim eam, quemadmodum qui marinum aspiciunt Glaucum. Oportet autem si quis velit naturam ejus inspicere, adjunctam secernere, atque philosophiam ejus considerare, quæ attingat, et quibus cognata existens, id quod ipsa est, existat. Alia ergo vita, et actiones aliæ, et quod punitur aliud. Sevocatio vero et separatio non solum ab hoc corpore, sed ab omni adjuncto esse debet. Etenim in generatione fit adjunctio, vel omnino generatio alterius animæ speciei esse videtur. Quod vero quæritur, quonam modo generatio fiat? Responsum fuerit, quod videlicet anima descendente, atque tunc alio quodam ab anima facto, atque deveniente in ipsa animæ ad corpus inclinatione quasi quodam nutu. Nunquid ergo dimittit simulachrum? Item ipsa inclinatio sive nutus quo pacto non est peccatum? Sed si annuere est

7 γινομένου, τοῦ καταβαίνοντος ἐν τῇ νεύσει. Ἆρ' οὖν ἀφίησι τὸ εἴ-
δωλον, καὶ ἡ νεῦσις δὲ, πῶς οὐχ ἁμαρτία; ἀλλ' εἰ ἡ νεῦσις ἔλλαμ-
ψις πρὸς τὸ κάτω, οὐχ ἁμαρτία, ὥσπερ οὐδ' ἡ σκιά· ἀλλ' αἴτιον τὸ
ἐλλαμπόμενον· εἰ γὰρ μὴ εἴη, οὐκ ἔχει ὅπη ἐλλάμψει. Καταβαί-
νειν οὖν καὶ νεύειν λέγεται τῷ συνεζηκέναι αὐτῇ τὸ ἐλλαμφθὲν παρ'
B αὐτῆς. Ἀφίησιν οὖν τὸ εἴδωλον, εἰ μὴ ἐγγὺς τὸ ὑποδεξάμενον.
Ἀφίησι δὲ οὐ τῷ ἀποσχισθῆναι, ἀλλὰ τῷ μηκέτι εἶναι. οὐκέτι δέ
ἐστιν, ἐὰν ἐκεῖ βλέπῃ ὅλη. Χωρίζειν δὲ ἔοικεν ὁ ποιητὴς τοῦτο,
ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους τὸ εἴδωλον αὐτοῦ διδοὺς ἐν ᾅδου, αὐτὸν δὲ ἐν
θεοῖς εἶναι· ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν λόγων κατεχόμενος, καὶ ὅτι ἐν θεοῖς,
καὶ ὅτι ἐν ᾅδου. ἐμέρισε δ' οὖν. Τάχα δ' ἂν οὕτω πιθανὸς ὁ λόγος
C εἴη· ὅτι δὴ πρακτικὴν ἀρετὴν ἔχων Ἡρακλῆς, καὶ ἀξιωθεὶς διὰ κα-
λοκἀγαθίαν θεὸς εἶναι, ὅτι πρακτικὸς, ἀλλ' οὐ θεωρητικὸς ἦν· ἵνα
ἂν ὅλος ᾖ ἐκεῖ. ἄνω τέ ἐστι, καὶ ἔτι ἐστί τι αὐτοῦ καὶ κάτω.

Τὸ δὲ ἐπισκεψάμενον περὶ τούτων, ἡμεῖς, ἢ ἡ ψυχή; ἢ ἡμεῖς,

1. Ἆρ' οὖν] Cod. Par. in marg. ΚΒ'.
2. νεῦσις δὲ] Codd. Marc. A. Mon. A. omittunt δέ.
3. πρὸς τὸ] Cod. Leid. πρὸς τῷ, Codd. Med. A.B. πρὸς τά.
ib. οὐχ ἁμαρτία] Desunt hæc verba in Cod. Leid.
4. ὅπη] Cod. Ciz. ὅπερ. Cod. Marc. D. ὅποι.
ib. ἐλλάμψει] Codd. Par. A. Med. B. ἐλλάμψῃ, Cod. Mon. C. ἐλλάμψει (sic).
ib. Καταβαίνειν] Cod. Vat. καταβαίνει, in m. -ειν.
5. τῷ συνεζηκέναι] Codd. Marc. D. Vat. τὸ συνεζηκέναι. Fic. legisse videtur τῷ συζεύγνυσθαι.
ib. αὐτῇ τὸ] Scripsimus τὸ pro τῷ ex Codd. Ciz. Marc. A.B.C.D. Mon. C. Par. A. Vat.
6. ὑποδεξάμενον] Cod. Ciz. ὑποδέμενον, in marg. ut Ed., Cod. Vat. ὑποδεξάμενος, in m. νον.
7. μηκέτι] Cod. Marc. D. μηκέτ'. Cod. Mon. C. μηκέτι, superscripto μὴ ἐκεῖθι.
ib. οὐκέτι] Codd. Marc. A.B.C.D. constanter οὐκ ἔτι.
8. ὁ ποιητὴς τοῦτο] Cod. Marc. D. τοῦτο ὁ ποιητής. Locus est Odyss. xi. 600. sq.
9. ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους] Ita, pro ἐπεὶ τοῦ Ἡρακλέως, omnes nostri Codd.; nisi quod male scribitur ἡρακλέως in Codd. Ciz. et Mon. A.
ib. αὐτὸν δὲ] Cod. Vat. ἄντρον δέ, in m. ut Ed.
11. ἐμέρισε δ' οὖν] Sic Codd. omnes ut marg. Ed. Sed Ed. ἐμέρισε δ' αὖ, quod Cod. Vat. in m. habet.
12. καλοκἀγαθίαν] Cod. Vat. καλοκἀγαθίας, in marg.—αν.
14. ὁ λόγος ᾖ] Sic Ed. Sed Codd. Ciz. Leid. et Mon. C. ὅλος ᾖ. Codd. Darm. Marc. B.C.D. Mon. A. Med. A. Par. A. ὅλος ἦν. Cod. Marc. A. ὁ λόγος ἦ (sic). Cod. Vat. ὅλως ἦν, in marg. ὅλος. Nos dedimus quod marg. Ed. habet. Est nimirum hoc membrum in parenthesi adjectum membro extremo ἀλλ' οὐ θεωρητικὸς ἦν. Marsilius sententiam loci recte est assecutus, nec est, cur cum Engelhardto post ἵνα intelligatur μή.
ib. ἄνω τέ ἐστι] Cod. Ciz. αὐτός ἐστιν ἀλλ' ὅτι.
15. ἢ ἡμεῖς] Desunt in Cod. Leid.

illustrare id quod est inferius, certe non est peccatum, sicut neque umbra. Causa vero ejus id est, quod illustratur. Nisi enim hoc esset, quo modo illustraret anima, non haberet. Descendere igitur et inclinari, sive annuere dicitur ex eo, quod, illuminatum ab ea, ipsi connectitur. Dimittit ergo simulachrum, nisi sit proximum, quod suscipiat. Dimittit vero non ex eo, quod discindatur, sed ex eo, quod hic non sit amplius. Non amplius autem est hic, si illuc sursum tota respiciat. Separare vero videtur poëta hoc in Hercule, demittens simulachrum ejus ad inferos, ipsum vero inter deos annumerans. Utrunque ergo verbis observat, et quod inter deos, et quod apud inferos diversetur. Divisit igitur. Forte vero sic sermo probabilis erit. Quoniam virtutem activam habens Hercules, atque existimatus propter probitatem esse deus: quippe quum activus esset, non autem contemplativus: alioquin totus apud superos esset nimirum, et apud superos quidem est, et aliquid ejus interim est apud inferos.

XIII. *Non compositum, sed anima ipsa ratiocinatur, atque intelligit, tum per intellectum proprium, tum etiam per communem.*

Quod vero de his considerat, nosne sumus an anima? Forte nos, sed per animam. Per ani-

ἀλλὰ τῇ ψυχῇ; τὸ δὲ τῇ ψυχῇ, πῶς; ἆρα τῷ ἔχειν ἐπεσκέψατο, ἢ 7
ἡ ψυχή; οὐκοῦν κινήσεται, ἢ κίνησιν τὴν τοιαύτην δοτέον αὐτῇ, ἣ D
μὴ σωμάτων, ἀλλ' ἔστιν αὐτῆς ζωή. καὶ ἡ νόησις δὲ ἡμῖν οὕτως, ὅτι καὶ νοερὰ ἡ ψυχὴ, καὶ ζωὴ κρείττων ἡ νόησις, καὶ ὅταν ψυχὴ νοῇ, καὶ ὅταν νοῦς ἐνεργῇ εἰς ἡμᾶς· μέρος γὰρ καὶ οὗτος ἡμῶν, καὶ πρὸς τοῦτον ἄνιμεν.

1. ἆρα τῷ ἔχειν ἐπεσκέψατο] Engelh. conjicit ἆρα τὸ ἐχ. refragantibus libris nostris. Ficinus supplevit τὶς sive ὁ ἐπισκεπτόμενος. Nec hoc necesse. Intellige ex superioribus τὸ ἐπισκεψάμενον. Ad τῷ ἔχειν autem cogita τὴν ψυχήν.

ib. ἢ ἡ ψυχή] Codd. Marc. A.D. ἢ ἣ ψυχή.

2. ἣ μὴ] Codd. Marc. A.D. Mon. C. ἢ μὴ, Cod. Vat. εἰ μή.

3. ἡ νόησις] Ita Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C.D. Mon. A.C. Med. A.B.
όη
(in hoc est ἡ νεῦσις) Vat. Sed Codd. Leid. et Par. A. articulum omittunt.

ib. ἡμῖν] Ita nonnisi Codd. Leid. et Marc. D.; reliqui ut marg. Ed. ἡμῶν.

ib. οὕτως] Codd. Marc. B.C. (a pr. m.) Med. A.B. Par. A.

4. ζωὴ κρείττων] Ita pro ζωῇ κρείττων Codd. Marc. B.C.D. Mon. C. Med. A.B. Par. A.

ib. καὶ ὅταν ψυχὴ νοῇ, καὶ ὅταν νοῦς ἐνεργῇ] Ita Codd. nostri, excepto Darm., omnes, nisi quod in Ciz. et Leid. est νοεῖ et ἐνεργεῖ. Ed. καὶ ὅταν νοῦς ἐνεργεῖ.

5. εἰς ἡμᾶς] Codd. Marc. A. Mon. C. πρὸς ἡμᾶς.

6. ἄνιμεν] Ita Codd. Ciz. Darm. Marc. A.D. Med. A.B. Par. A. Vat.; reliqui cum Ed. ἄνειμεν.

mam vero quo pacto? Nunquid aliquis eam habendo consideravit: an anima ipsa potius? Non ergo movebitur: vel motum concedere oportet talem, qualis non est corporum, sed est ipsius vita. Præterea intelligentia sic est nostra, quoniam intellectualis est anima: atque hæc ipsa intelligentia vita melior extat: tum quando anima intelligit, tum quando intellectus in nos agit. Pars enim et hic est nostrum, ad ipsumque ascendimus.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBR. DE VIRTUTIBUS

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI,

Studendum est, hinc fugiendo per virtutem Deo similem fieri.

*LIBRI hujus finis quidem est, animum Deo fieri similem. Materia vero virtus, per quam similitudo ejusmodi comparatur.* Forma denique libri est distributio ejus in septem capita, et in primo exercitatio quædam ad virtutem inveniendam, in sequentibus inventio ejus, et definitio atque distributio. *Caput primum* ab aurea *Platonis* nostri sententia exorditur *in libro de Scientia, id est, Theæteto* posita: Ut devitemus mala, hinc protinus fugiendum. Fugere vero hinc, est Deo similem fieri. Deo similis animus fit virtute. Sed ne quis erret circa finis cognitionem, disputat non ex eo animum Deo per virtutem fore similem, quia videlicet sicut in animo, sic in Deo sit virtus, sed quia Deus est virtutis principium et exemplar et *ipsa virtus*. Deus, inquam, mens divina, mundi artifex, ipsique mundo et ejus animæ præsidens. Et quamvis inter principia disputandi annuat animum virtute fieri similem mundi animæ ejusque menti, quod et verum est, tamen progrediente disputatione asserit, finem similitudinis hujus altius se extendere, ad divinum scilicet intellectum. Atque ad hunc finem velut *quartum gradum*, ubi virtutum sunt exemplaria, *tribus gradibus* animum pervenire. Virtutibus primo *civilibus*, secundo *purgatoriis*, tertio *animi jam purgati*. Atque hæc libri totius est summa.

*Quamvis animus per virtutes Deo fiat similis, tamen Deus non habet virtutem: sed est virtutis exemplar: et quæ virtus in anima est qualitas, penes Deum est essentia: item confirmantur hic ideæ.*

I. In primo capite primum quidem ait: Si qua ex humanis virtutibus insit Deo, probabilius adfore prudentiam et justitiam, quam cæteras, quæ circa perturbationes versantur. Deinde nullas inesse humanas ait, atque civiles: earumque interim definitiones *a Platone in libris de Repub.* positas, affert. Interea tamen per illas nos divinam quandam consequi similitudinem confitetur. *Negat tamen consequentiam illam, qua forte quispiam niteretur, scilicet, animus per virtutes Deo sit similis: ergo Deus virtutem habet.* Negat quoque distinctionem illam, qua quis Deum dicat virtutes quidem habere, sed in quadam superioris specie: objicit enim: Si animus concedatur assimilari Deo, et si non virtutes similes, sed longe dissimiles in Deo sint: concedi etiam posse assimilari Deo nullas habenti virtutes. Profecto quamvis per præsentiam luminis aër calorem suscipiat, tamen sol unde manat lumen, calorem nullum accipit novum: neque ignis calefit propterea, quod ex eo aliquid calefiat: et tamen hæc illis similia fiunt: sic animus a Deo virtutem habet, per quam Deo sit similis: neque tamen Deus virtutem habet. Neque objiciat quispiam: Sicut in aqua calor est adventitius, in igne nativus, sic in anima peregrinam esse virtutem, sed in Deo naturaliter insitam, adeo ut virtus quidem utrobique sit, sed in Deo præstantior. *Virtus enim necessario* et alicujus est, et in aliquo, in quo quasi subjecto ipsa sit quasi forma: nihil autem ejusmodi est in Deo. Sane munus, quod a Deo animus accipit, nihil ejusdem naturæ servat in animo, cujus est apud Deum: ibi enim est ipsa Dei essentia: hic autem quædam quasi qualitas in essentia. Illic igitur est exemplar atque principium: hic effectus quidam imaginarius. Imago vero etsi repræsentandi officio fungitur, nihil tamen ejusdem naturæ conservare videtur: hic enim virtus dispositio et compositio quædam est, ibi nihil est tale: sed certa quadam dispositione animus refert ideam, sicut domus intelli-

gentiam architecti. Multorum sane philosophorum sententia est: quæ in ordine corporum alicubi sunt accidentia, nusquam in eodem ordine scilicet corporali esse posse substantias. Itaque calorem et lumen, quæ in aqua sunt accidentia, non esse vel in sphæra ignis vel in cœlo substantias: sed hic quidem qualitates mobiliter contingentes, illic autem qualitates (ut ita dicam) essentiales, penitusque immobiles. Hinc argumentabuntur Platonici: Quæ ab imperfecto proficiunt ad perfectius, tandem eadem virtute perfici, qua profecerant, atque ad perfectissimum pervenire: cujus videlicet virtute, quicquid non est perfectissimum quasi indigens regatur, ac penitus absolvatur. Formarum ergo conditionem quæ a qualitate mobiliter contingente ad immobilem qualitatem proprietatemque prorsus essentialem perducta est, tandem ad formas, quæ jam essentiæ non in essentia sint, perduci. Ejusmodi vero in re incorporea imo rem incorpoream tantum esse posse, *nihilque aliud quam naturalium formarum ideas existere.* Ubi calor et lumen, et reliquæ formæ essentia sint: et esse ipseque actus essentiæ. Ibidem animæ est idea, et animæ perfectæ idea perfecta. Igitur et idea virtutum, quibus anima ipsa perficitur, virtute videlicet illinc, et naturaliter insita, et continue conservata: quamvis et alio modo ibi sint ideæ virtutum: quemadmodum in sequentibus apparebit. *Est autem virtutis quidem exemplar in Deo, ipse scilicet Deus: forma vero quædam virtutis in ipsa rationalis animæ substantia: imago autem virtutis in anima rationis experte.* Præterea in anima nostra virtus est qualitas adventitia: in animabus superioribus ingenita qualitas et immobilis: in divina mente virtus est ipsa mentis essentia actusque essendi.

*Quomodo animus per virtutem Deo similis fit. Et quomodo virtus civilis purgatoria, purgati animi. Exemplaria inter se distinguuntur. Ac de motibus animi primis, atque secundis.*

II. *Caput libri secundum definitiones virtutis virtutumque aggreditur*, ad eundem videlicet finem, quem dicebamus: ut rationem similitudinis nostræ ad Deum cognoscamus, et cognitam comparemus. Principio modos præcipue duos similitudinis affert hunc in modum: quando duo quædam sub uno principio constituta qualitatem ab eo utraque capiunt, specie vel genere convenientem: ut duo quædam alba vel saltem colorata, tunc sicut hoc illi simile est, ita vicissim illud huic simile dicitur. At cum duo diversa sunt genere vel plusquam genere, et hoc est ab illo atque sub illo, sicut imago quædam a substantia, ceu si qua fiat in speculo, tunc imago similis quidem est exemplari absque ulla naturæ ejusdem communione: neque tamen exemplar vicissim imagini simile dicitur. Hac utique conditione animus Deo fit similis per virtutem, quatenus accipit inde virtutem, quæ est divini exemplaris imago. Post hæc autem virtutes definiendo distinguit. Tu vero ad hæc intelligenda, qui motus in nobis primi sint, intellige, quive secundi: Primi namque motus sunt subiti quidam impetus in animali nostro ab externis impulsibus agitati per sensum animalis, et naturalem suæ imaginationis instinctum prius quam anima rationalis de his ratione consultet, vel imaginatione forsan animadvertat, utrum prosequendum sit, an potius fugiendum: sive terrores hi sint, sive incitamenta quædam. Secundi vero motus vel in prosequendo, vel in declinando positi sequuntur vel superioris imaginationis animadversionem, vel etiam consilium rationis, sive sit temerarium sive maturum. Virtus igitur, quæ secundos amputat motus circa sensibilia declinantes, civilis cognominatur: sive fortitudo, sive temperantia sit, seu prudentia huc usque consultans, sive justitia ita conversans: satis enim huc usque factum a cive putamus. Virtutes autem, quæ secundos motus non solum amputant, sed extirpant, purgatoriæ nominantur. Denique virtutes, quæ secundas perturbationes jam domuerunt, atque insuper primos impetus vel eradicant, si modo fieri possit ab homine, vel saltem ratione aliqua et assuetudine moderantur, purgati jam animi sunt. *Harum ergo virtutum, quæ sunt in genere triplici, in Deo exemplaria sunt: virtutes vero nequaquam.* Non enim ibi sunt motus atque negotia, in quibus virtutes nostræ versantur. Per hos ergo tres gradus una cum Paulo a claritate in claritatem a Domini spiritu tracti in eandem imaginem transformamur, id est, virtutes nostras velut imagines divino exemplari illuc ita profecti adhibemus atque reformamur. Quod et Plotinus quasi Paulum imitatus in sequentibus declarabit. In hoc autem secundo libri capite civilium tantum virtutum officium peragit, quas appellat moderationes quasdam atque mensuras: tum quantum spectat ad affectus, tum quantum ad opinionem rectam, pro prudentia loco scientiæ constitutam. Subdit, materiam cum sit suapte natura mensuræ moderationisque totius expers, esse Deo omnium dissimillimam, similem vero eatenus apparere, quatenus inde mensuras et species accipit. Cumque hæc a Deo naturaliter remotissima, possit tamen hac conditione aliquantum Deo similis apparere, multo magis animam Deo natura propinquiorem, vult, per civiles etiam virtutes eam velut materiam determinantes atque moderantes, divinam quandam similitudinem comparare: quamvis Deus neque mensuram habet neque speciem. Tu vero quod dicitur, Neque speciem, de ipso patre intellige, super speciem atque formas existere. De intellectu vero

ejus filio intellige, non habere speciem ab essentia sua distinctam, sed ipsum esse speciem ipsam, formarumque omnium plenitudinem: de qua omnes accipimus, quatenus proficimus ad virtutem inde nobis illuc conversis infusam: per quam dedit nobis potestatem filios Dei fieri. A Deo vero sic animus Deo fit similis, ut si quis animum sic affectum penitus introspexerit, opinaturus sit, Deum protinus se videre. Tu vero in hoc capitulo, quod legis Meliori nostro, id est, rationi: potes etiam legere, meliori quodam, id est, vel meliorem opinionem introducendo, vel virtute superioris ita proficiendo. Item ubi ait: Totum Dei hoc sit, id est, talis animi constitutio, vel sit tota divinitas atque e converso, vel ad Deum tota pertineat. Eadem sæpe apud Plotinum oratio, (quod Porphyrius confitetur) plures æque sensus admittit.

*Intelligere secundum analogiam quandam de intellectu divino dicitur, atque de animo. Item agitur et de sermone, seu verbo in voce, in animo, in mente.*

III. *Post civiles virtutes in tertio libri capite majores aggreditur*, definitque proprie quidem *purgatorias*, communiter autem una cum his, virtutes etiam animi jam purgati. Ostendens interea civiles dici potius debere dispositiones ad virtutem, quam virtutes: similiterque per illas ad similitudinem nos divinam disponi potius et parari, quam effici similes. Præterea neque has quidem esse vult in Deo, quoniam affectiones et qualitates, sive restitutiones quædam animæ sint, qualia in Deo esse non possint. Rursus prudentiam, a qua ducuntur, esse intelligentiam quandam in discursione positam temporali, qualis apud Deum intelligentia esse nequeat. Tum vero tam Deum quam animam communi quadam appellatione intelligere dicimus, neque id quidem appellatione duntaxat æquivoca, vel fortuita, vel minime competenti, neque rursus univoca ratione, per quam eadem, vel specie vel genere, sit utriusque intelligentiæ definitio, sed ea videlicet conditione, quoniam intelligentia hæc in animo velut posterius aliquid et imago fit atque servatur ab intelligentia Dei velut exemplari superius admodum constituto, ad quod etiam repræsentando refertur, quæ sane conditio solet analogica nominari. Comparat deinde analogiæ modo hunc in modum: Sicut se habet sermo in voce ad sermonem, ut ita dicam, in animo, sic et sermo in animo qualiscunque sit ad sermonem, ut ita loquar, in mente. Potes vero tu, ubi *sermonem* dicimus, *rationem* quoque *verbum*que dicere. Verbum hoc in voce imago est, et interpres verbi, quod est in animo: verbum animi imago et interpres verbi ipsius in mente. *Mentem denique Plotinus alibi dicit esse imaginem verbumque Dei*, quem etiam appellat mentis et intelligentiæ patrem. Hic sane atque *Origenes*, et, ut arbitror, utriusque præceptor *Ammonius* intellectum divinum, filiumque sic se habere ad patrem Deum, id est, ad ipsum bonum existimabant, sicut lumen ad lucem. Spiritum quoque, id est, mundi vitam sic ad intellectum, sicut se habet calor ad lumen. Jam vero etsi inter hos tres essentialem quandam differentiam afferre videntur, in cæteris tamen tantam in eis unitatem esse probant, ut nulla possit singularior cogitari. Hactenus philosophorum, ea præsertim tempestate, ingenia processerunt. *Sed horum judicium ad sanctorum deinde Patrum concilia referendum.* Verum ita jam capitulum concludamus. Sermo in voce indiget aëre, quo animi sermo non indiget. Item in plures dividitur partes, longioraque tempora, quam animi sermo: ipse vero sermo animi transigitur tempore. Mentis autem sermo, sive ratio, seu verbum tempore nullo distrahitur. Item ratio hæc sive notio mentis sæpe per unam formam actumque unum implet: quod animi sermo sive ratiocinatio per formas actusque plures peragere cogitur. Denique ipsum bonum omnes jam formæ et intelligentiæ limites supereminet: ex quibus apparet a multitudine atque indigentia gradatim ad unitatem sufficientiamque majorem deinceps majoremque procedi.

*Anima neque est ipsum bonum neque ipsum, quod dicitur proprie boniforme. Item quibus gradibus participentur ideæ. Rursus probatio idearum, et de divinitate animæ. Et quomodo formæ rerum sint in mente divina, quomodo in nostra, quomodo in ratione atque imaginatione.*

IV. *A virtutibus, quæ purgant adhuc, ad illas, quæ in animo sunt purgato, jam transiturus*, ait ipsum puritatis effectum esse purgationis finem, hasque virtutes tanquam fines esse præstantiores, summumque gradum virtutis humanæ ac præcipuum proximumque divinæ similitudinis susceptaculum. Neque enim puritas hæc per purgationis ministerium restituta ipsum est animæ bonum: non enim se ipso contentus est animus tanquam fine, cum habuerit aliunde principium. Nempe natura hæc, quæ per purgationem est ab alienis et malis jam liberata, bonum ipsum esse non potest: alioquin non fuisset obnoxia malo. Quin etiam neque est ipsum, quod dicitur a Platonicis Boniforme: illud enim est, quod primo semper æque boni ipsius est particeps: natura vero hujusmodi purgationis egena non æque semper, ideoque nec primo est boni particeps. Ordo namque bonorum ab eis, quæ vel non semper, vel non æqualiter boni participant, ad illud, quod semper æque participat, ab hoc tandem ad ipsum simpliciter per se bonum nullius participatione bonum necessario surgit. Sic

igitur ab anima ad intellectum, ab hoc ad ipsum bonum fit ascensus: sicut a formis caducis, quæ ab elementali materia participantur inæqualiter, et aliquando ad formas, quæ in cœlesti materia semper participantur æqualiter, et ab illis denique ad formas ascenditur, quæ in cœlo intellectuali, non per participationem aliquam sunt in alio, sed ipsum jam sunt intellectuale cœlum, simplex et uniforme, ac pariter omniforme. Prima tamen et æqua et sempiterna participatione bonum, quod et proprie dicitur boniforme, bonique ipsius splendor æternus. Cum enim effectus a causa primo similior, deinde paulatim prodeat dissimilior, merito ab ipso bono simplici æternoque prius dependet, quod semper ejus æque est particeps, deinde quod inæqualiter aliquando particeps. Tum vero significat divinitatem animæ, ubi ait: Malum animæ est alienis, id est, caducis hærere: bonum vero adhærere domesticis atque cognatis. Cum igitur bonum, id est, vita libera passionibus, et integra veritas, vigor solidus, plenum gaudium, tunc solum contingat animo, quando divinis adhæret: constat eum inde proxime natum. Hinc illud, *Mihi vero adhærere Deo bonum est.* Jam vero, cum animus sola purgatione, id est, in naturam suam restitutione subito convertatur ad ipsum bonum, et sola conversione subito potiatur, patet naturam ejus esse divinam. *Profecto et noster animus vehementius ad bonum afficitur quam ad verum:* Verum enim appetit tanquam bonum, et ipsum bonum potentius est quam verum: cum et ipsa potestas ad bonum pertineat potius, quam ad verum. Cum igitur animus discussis quandoque errorum causis verum subito consequatur, nimirum et purgatus a malis assequitur continuo bonum. Post hæc ait, Ipsam puri jam animi ad ipsum bonum conversionem esse virtutem animæ, id est, virtutis gradum tertium animo purificato convenientem. Subdit, multo magis virtutem esse quod animus ex conversione consequitur: virtutem jam significat exemplarem, ad quam animus per tres gradus jam dictos ascendit, jam inde formandus. *Et profecto quemadmodum tres sunt gradus, ita tria exemplarium virtutum genera.* Primum ubi animus imaginationem suam convertit ad rationem suam melius ibi vel inde formandam. Secundum quando rationis formulas traducit ad formas intellectui proprio insitas, ut melius ibi cognoscat. Tertium ubi intellectum proprium divinæ menti prorsus accommodat, ideisque divinæ mentis propriam conformat intelligentiam. Hoc autem contactu quodam efficit sempiterno. Ex quo fit, ut possint in tempore et rationem intellectui suo, et imaginationem rationi proprie conformare. Esse primas omnium formas in uno scilicet intellectu omnium effectore, significat formarum congregatio naturalium in una omnibus subjecta materia. Esse ibi quoquo modo distinctas, ostendit formalis naturalium formarum inter se differentia: quæ neque ex materia est informi: neque casu, cum semper ordinatissima sit: neque ex una quadam inter has specie formæ, quoniam ad unum omnibus communissimum ordinatur. Cum ergo formalis cunctarum distinctio formarum ex una forma omnium effectrice procedat, necesse est, ibi rationem distinctionis inesse, per quam ibi sint formæ quadam inter se ratione distinctæ. *Est ergo intellectus ille et uniformis simul et omniformis.* Sed ibi cum maxima quoque sit unio, nimirum formarum una omnium est essentia, rationesque diversæ. Sed in quolibet intellectu post illum, formæ sunt contactus quidam essentiales idearum sempiterni ac penitus intimi. Ex quo quidem contactu deinceps in anima, id est, in facultate rationali, formulæ idearum quasi ex coitu illo conceptæ insitæ quidem semper, sed ex habitu in actum atque vicissim tempore transeuntes: suntque universales formulæ: et de unoquoque quid sit, et propter quid designantes. Ex his præterea formulæ in imaginationem aliæ profluunt, propius jam ad singula declinantes: quæ de unaquaque re potius quale quam quid ostendunt, ac si quale quid, non tamen, propter quid sit, aperiunt. Tu vero, ubi Plotinus negat alibi figuras rerum ab anima suscipi, ne sibi hoc in libro repugnet, intellige non imprimi figuras in anima a rebus inferioribus, et accedere nuper, iterumque recedere, penitusque deleri. Hæ namque formæ, quas ex fonte haurit intimo, sunt quasi ipsa natura animæ, sive vis animæ naturalis, neque adventitium aliquid et oppositum. Procedit enim et anima ab auctore naturæ suæ, et vis ejus alia prodit ab alia naturali semper suo munere prædita. Memento, Plotinum hic agere proprie de intellectuali animæ bono, finemque virtutum putare, ut anima universus inde mundus intellectualis evadat, cujus mundi finis est ipsum simpliciter bonum. *Sicut enim super animam quasi corpoream est ipsa simpliciter anima, ita et super intelligentiam animalem est ipse simpliciter intellectus: ac super intellectuale bonum ipsum bonum simpliciter extat.* In verbis autem exponendis, ubi dicit, figuras, vel formas impressas accommodari oportere exemplaribus suis, in actum jam eductas, et illuminanti subdere, intellige formulas imaginationis formis rationis rationique subdendas. Item formulas rationis, intellectui proprio formisque ipsius, sive formationibus potius adhibendas. Hic enim semper est divina mente formatus. Ubi ait, intellectum non esse animæ alienum, intellige, quia proprium habet sibi insitum, et ejus proprius intellectus est semper divino conjunctus, et proprio quodam sibi modo conjunctus. Esse

vero formas animo naturaliter insitas, et intellectum nostrum semper conformari divino, satis in Theologia probavimus.

*In imaginatione animæ rationalis propria sæpe incitantur imagines secundum primos motus imaginationis, quæ est in animali, priusquam consultet vel animadvertat.*

V. Animi purgati virtutes ordine satis manifesto definit. Quod hic phantasiam appellat præfiguratam, intellige ex primis incitamentis sæpe in nostra etiam imaginatione imagines aliquas incitari proclives ad sensus, antequam ratio satis animadvertat.

*Sapientia in mente divina est quasi tactus, in nostra mente quasi contactus, in ratione quasi figura visibilis.*

VI. *Confirmat finem animæ non esse innocentiam, sed fieri Deum:* aitque illum, in quo soli jam primi restant motus, Deum quendam esse simul et Dæmonem: Dæmones enim nonnullis tanguntur affectibus: at illum in quo etiam primi motus jam consopiti videntur esse duntaxat Deum, id est, intellectualem prorsus animum ex eorum numero, qui divinam mentem proprie comitantur. Subdit, animum quando ad se conversus est omnino purgatione videlicet præcedente, esse talem, qualis ex divina mente processerat: ac subito ibidem esse penitus restitutum. *Nam et olim huc profectus, non omnino inde discessit.* Siquidem et ratio intellectui suo ducique proprio pro arbitrio hæret, et intellectus cum divina mente naturaliter copulatur. *Post hæc exemplares definit virtutes*, quatenus quodammodo nobis accommodantur. Nam quatenus sunt in mente divina, exemplaria quidem sunt, sed non virtutes. Ubi vero ait, sapientiam in anima quidem esse inspectionem eorum, quæ possidet intellectus: intellectum vero sapientiam tactu quodam habere: intellectum hic subintellige duplicem, nostrum videlicet et divinum, et sapientiam in divino *tactum* dici, id est, non imaginis cujusdam, sed rei ipsius possessionem, ac potius existentiam. In nostro autem intellectu potius appellari contactum, id est, realem (ut ita dixerim) copulam, non imaginariam notionem. In natura enim rationali, quæ proprie anima nuncupatur, imaginaria magis possessio est: in intellectu autem (ut ita loquar) substantialis: sed hæc possessio primo quidem est in mente divina, deinde traducitur et in nostram.

*Intellectus divinus primo est ipsa, quæ habet: noster intellectus secundo est ipsa, quæ habet: ratio non similiter est, quæ habet. Item comparatio hic fit virtutum: et præcepta nonnulla traduntur.*

VII. *Exemplares virtutes accommodatas animo ordine quodam correspondente divinis accommodat exemplaribus:* et quid cujusque virtutis exemplar sit in Deo declarat: et quo pacto exemplares virtutes in animo divinis virtutum exemplaribus rite respondeant. Atque ubi ait animam non similiter atque intellectus hæc ipsa esse, quæ habet, animam intellige potentiam discurrentem, in qua aliud est essentia, aliud sunt formæ vel imagines, aliud habitus atque actus. At in mente divina essentia in actum est ab æterno redacta: ipseque essentialis actus implet omnia, quæ per additamenta quædam in anima peraguntur. Quin etiam intellectus noster quodammodo est, quæ habet, ut ex Plotini mente loquar. Est enim æterno intimoque contactu redactus in actum idearum omnium: in quarum actum divina mens prodiit ab æterno. Post hæc comparat quodammodo virtutes invicem, et quædam præcepta tradit, vel dubia solvit. Ait ergo: Quæ consummatam antecedunt animi puritatem, esse vias ad virtutem, potius quam virtutem. Item neque etiam puritatem censeri virtutem, nisi referatur ad Deum et imitandum et pro viribus consequendum. Rursus in inferioribus virtutum gradibus non esse superiores nisi per imaginem. In superioribus autem inferiores per exemplar virtutemque contineri. Item ubi mutantur principia, species quoque mutari virtutum. Principia, inquam, duo scilicet et finem virtutis cujusque proprium, et regulas suas atque leges, ad quas formatur: præsertim ubi mutantur principia prudentiæ, quæ aliarum virtutum regula judicatur. Ex quo fit, ut in alia specie sit civilis temperantia, in alia purgatoria, in alia quoque purgata, in alia exemplaris, cæteræque similiter. Concludit denique finem virtutum omnium communem atque præcipuum non esse in rebus externis, non in virtute, non in animo, sed in Deo. Qua quidem conclusione nihil sanctius dici potest: Quæ et divinam nobis testatur Plotini nostri mentem.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Β.

# PLOTINI

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER II.

## ΠΕΡΙ ἈΡΕΤΩΝ.

ΕΠΕΙΔΗ τὰ κακὰ ἐνταῦθα καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀν- 11
άγκης, βούλεται δὲ ἡ ψυχὴ φεύγειν τὰ κακὰ, φευκτέον ἐντεῦθεν. Τίς οὖν ἡ φυγή; Θεῷ φησιν ὁμοιωθῆναι· τοῦτο δὲ, εἰ δίκαιοι καὶ ὅσιοι μετὰ φρονήσεως γενοίμεθα, καὶ ὅλως ἐν ἀρετῇ. Εἰ οὖν ἀρετῇ ὁμοιούμεθα, ἆρα ἀρετὴν ἔχοντι; καὶ δὴ καὶ τίνι; Θεῷ. Ἆρ' οὖν τῷ B
μᾶλλον δοκοῦντι ταῦτα ἔχειν; καὶ δὴ τῇ τοῦ κόσμου ψυχῇ, καὶ τῷ ἐν ταύτῃ ἡγουμένῳ, ᾧ φρόνησις θαυμαστὴ ὑπάρχει· καὶ γὰρ εὔλογον ἐνταῦθα ὄντας, τούτῳ ὁμοιοῦσθαι. Ἢ πρῶτον μὲν ἀμφισβητήσι-

7. περὶ ἀρετῶν] Cod. Ciz. Marc. A. Mon. C. περὶ ἀρετῆς.

8. ἐξ ἀνάγκης] Codd. Marc. A. B. ἐξανάγκης.

9. φεύγειν] Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A. Med. A.C. Par. A. Vat. (sed hic in m. ut Ed.) φυγεῖν.

10. τοῦτο δὲ] Abest δὲ a Cod. Ciz.

ib. δίκαιοι καὶ ὅσιοι] Cod. Ciz. ὅσιοι καὶ δίκαιοι.

11. μετὰ φρονήσεως γενοίμεθα] Cod. Ciz. μεταφρονοίμεθα. Vocem γενοίμεθα omittunt Codd. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. Sed Vat. eam vocem in marg. habet additam. Mox Engelh. pro ταῦτα malebat invitis libris ταύτην sc. ἀρετήν. Sed ipse vidit, ταῦτα posse ita accipi, ut sit, *quæ memoravi*, i. e. virtutes, ut recte accepit Taylor. Est enim Plotinianæ rationis, ut sæpe pronomina ad sensum ponantur.

13. καὶ δὴ τῇ] Codd. Darm. Marc. A. B. (hic supra lin. ut Ed.) Mon. A.C. Med. B. Vat. (hic in m. ut Ed.) καὶ δεῖ τῇ.

15. ἐνταῦθα] Ita, pro ἐνταῦθ', Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A. B. Vat.

## DE VIRTUTIBUS.

I. *Anima per virtutem quasi per imaginem fit similis Deo exemplari virtutum.*

CUM mala hic sint, et circa hunc locum necessario revolvantur, velit autem anima fugere mala, hinc est procul dubio fugiendum. Quænam igitur fuga? Deo, inquit Plato, similem fieri. Hoc autem fiet, si justi et sancti cum prudentia efficimur, et omnino cum virtute vivamus. Si itaque virtute assimilamur, num ergo virtutem habenti? At cuinam? Deo. Sed nunquid illi Deo, qui magis videatur hæc habere? Nempe animæ mundi et intimo ipsius duci, cui mirabilis inest prudentia. Sane probabile est, nos hic viventes huic similes fieri. Forte vero primo ambiguum est, num huic omnes adsint, veluti temperatum atque fortem esse, cui nihil terribile est.

12 μον, εἰ καὶ τούτῳ ὑπάρχουσι πᾶσαι· οἷον σώφρονι ἀνδρείῳ εἶναι, ᾧ
μήτε τι δεινόν ἐστιν· οὐδὲν γὰρ ἔξωθεν μήτε προσιὸν ἡδὺ, οὗ καὶ
C ἐπιθυμία ἂν γένοιτο, μὴ παρόντος, ἵν᾽ ἔχῃ, ἢ ἕλῃ· εἰ δὲ καὶ αὐτὸς
ἐν ὀρέξει ἐστὶ τῶν νοητῶν, ὧν καὶ αἱ ἡμέτεραι, δῆλον ὅτι καὶ ἡμῖν
ἐκεῖθεν ὁ κόσμος καὶ αἱ ἀρεταί. Ἆρ᾽ οὖν ἐκεῖνο ταύτας ἔχει; ἢ οὐκ
εὔλογον τάς γε πολιτικὰς λεγομένας ἀρετὰς ἔχειν; φρόνησιν μὲν
περὶ τὸ λογιζόμενον, ἀνδρίαν δὲ περὶ τὸ θυμούμενον, σωφροσύνην δὲ
12 ἐν ὁμολογίᾳ τινὶ καὶ συμφωνίᾳ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς λογισμὸν, δικαιο-
σύνην δὲ, τὴν ἑκάστου τούτων ὁμοῦ οἰκειοπραγίαν ἀρχῆς πέρι καὶ
τοῦ ἄρχεσθαι. Ἆρ᾽ οὖν οὐ κατὰ τὰς πολιτικὰς ὁμοιούμεθα, ἀλλὰ
κατὰ τὰς μείζους τῷ αὐτῷ ὀνόματι χρωμένας; ἀλλ᾽ εἰ κατ᾽ ἄλλας,
κατὰ τὰς πολιτικὰς ὅλως οὔ; ἢ ἄλογον μηδ᾽ ὁπωσοῦν ὁμοιοῦσθαι
κατὰ ταύτας; τούτους γοῦν καὶ θείους ἡ φήμη λέγει. καὶ λεκτέον
B ἀμηγέπη ὁμοιοῦσθαι, κατὰ δὲ τὰς μείζους τὴν ὁμοίωσιν εἶναι· ἀλλ᾽

1. εἰ καὶ] Sic Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. ut marg. Ed. In Cod. Vat. εἰ est in contextu, ἢ in marg.; Cod. Med. B. habet ἢ superscripto εἰ ab eadem manu. In Ed. est ἢ καί.

4. ὧν καὶ] Cod. Vat. ὡς, in m. ὧν.

ib. δῆλον ὅτι] Codd. Marc. A.C. δηλονότι. Mox ἐκεῖνο Fic. vertit ipse: unde Engelh. vult ἐκεῖνος.

6. τάς γε] γε erasum est in Cod. Mon. A.

7. ἀνδρίαν] Codd. Darm. Marc. A.B. C. (hic a pr. m.) Mon. A. Med. A. B. ἀνδρείαν. Illud præstat. Pro δὲ Codd. Marc. B. Med. A.B. habent τε.

8. ὁμολογίᾳ τινι] Ita Codd. omnes; Ed. ὁμολ. τῇ.

9. περὶ καὶ τοῦ] Codd. Leid. Marc. A. B.C. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) καὶ περὶ τοῦ. Videtur legendum ἀρχῆς πέρι καὶ τοῦ ἄρχεσθαι. Et sic rescripsimus.

11. ὀνόματι] Cod. Vat. νοήματι.

12. μηδ᾽] Cod. Vat. μή.

ib. ὁμοιοῦσθαι] Codd. Marc. B.C. (hic a sec. m.) Med. A.B. Par. A. ὡμοιῶσθαι.

13. γοῦν] Cod. Marc. A. γ᾽ οὖν. Quod sequitur ἡ abest a Cod. Ciz.—Si hariolandi libido esset posses legere sequentia: καὶ θείους ἡ φήμη θεία λέγει. Nam infra IV. 4. 7. extrem. item Lycopolites: φήμη θεία, videlicet Platonis sui ad exemplum, ut Legg. II. 580. et passim. Sed sæpiuscule φήμη solitarium occurrit, nec ullus Codd. suffragatur; et vid. de hoc vocabulo Eustath. in Odyss. p. 724. Basil. Wyttenbach. ad Julian. in Bibl. Crit. III. 1. p. 10. (p. 158. ed. Lips.) Eundem ad Plutarch. de amicc. mult. p. 634. et Boissonad. ad Philostrat. Heroica p. 280.

14. ὁπωσδήποτε] Codd. Ciz. Leid. Marc. C. Med. B. Vat. (in m. ut Ed.) ἀμηγέπη, Codd. Darm. Med. A. (in m. ut Ed.) Par. A. ἀμηγέποι. Codd. Marc. A.B. Mon. C. ἀμηγέπη. Cod. Mon. A. ἅ μὴ γέ πη. In marg. Cod. Marc. B. est: ὁπωσδήποτε καθοτιοῦν. λέγεται δὲ καὶ ἀμωσγέπως, καὶ ἀμόθεν, καὶ ἡμηγέπη, καὶ ἀμουγέπου, καὶ ἀμοσέποι. Ita etiam marg. Cod. Marc. C. nisi quod ante ἀμοσέποι inseritur ἀμοιγέπη. In marg. Cod. Med. A.: καθοτιοῦν· λέγεται δὲ καὶ ἀμωσγέπως, καὶ ἀμόθεν, καὶ ἀμηγέπη, καὶ ἀμουγέπου, καὶ ἀμογέποι. Marg. Cod. Par. A.: ὁπωσδήποτε, καθοτιοῦν· λέγεται δὲ καὶ ἀμωσγέπως, καὶ ἀμόθεν, καὶ ἀμουγέπου, καὶ ἀμοιγέποι, καὶ ἀμοσέποι. Nos interpretamento ὁπωσδήποτε substituimus germanam vocem ἀμηγέπη. Illud ex margine immigraverat in hujus locum. Arguit auctoritas præclari Codicis Vaticani et philosophi nostri consuetudo (Vid. III. 3. 6. III. 6. 11. V. 8. 10. VI. 4. 8.) et vero aliorum hujus familiæ philosophorum usus. Vid. nos ad Olympiodorum in Alcib. prior. p. 218. not. 5. cui rariorem formam ἀμηγέπως vindicavimus. Cæterum hoc singulare, quod, quem ad Timæi Lex. Plat. p. 26. citat Ruhnkenius Platonis Scholiasten ad Legg. VII. 631. nihil prorsus ad eum locum habeat (Vid. Scholia in Platonem p. 229. Ruhnk.), contra in nostris marginibus Plotinianis hæc ipsa iisdem fere verbis composita legantur. Ruhnkenianis l. l. adde nunc Scholia Ambrosiana in Odyss. A. 10. Ex utrisque lector paullo eruditior menda corrigat, quæ in hoc Scholion in Plotini locum irrepsere. Oratio autem Plotini hinc inde est interpolata. Vid. v. c. ad p. 51. F.

ib. ὁμοιοῦσθαι] Codd. Darm. Marc. A. B.C. (a sec. m.) Mon. C.A. Par. A. ὡμοιῶσθαι. Codd. Med. A.B. ὁμοιῶσθαι. Mox pro συγχωρεῖ marg. Ed. συμφωνεῖ.

Nihil enim ab externis accidit, neque accedit jocundum quicquam, cujus cupiditas lacessat absente illo ad hoc ut habeat vel apprehendat. Si autem et ipse intelligibilia sic appetit, ut et animæ nostræ: patet, nobis quoque inde decus virtutesque contingere. Numquid et ipse has habet? Forte non probabile est, virtutes civiles habere, videlicet prudentiam circa vim consultandi: et fortitudinem circa iracundiæ impetum: temperantiam vero in consensione quadam et concordia naturæ concupiscentis ad rationem: justitiam præterea propriam uniuscujusque horum actionem, in eo, quod est ducere atque duci, consentientem. An forte non secundum civiles assimilamur, sed secundum majores eodem nomine præditas? Verum si secundum alias, num secundum civiles nullo modo? Vel forte a ratione alienum est, nullo modo per has assimilari? Hos enim divinos quoque fama prædicat: et quodammodo assimilari dicendum: secundum vero majores similitudinem fieri. Sed utroque modo contingere videtur, Deum virtutes habere, etsi

ἑκατέρως γε συμβαίνει ἀρετὰς ἔχειν, κἂν εἰ μὴ τοιαύτας. εἰ οὖν τις 12
συγχωρεῖ κἂν εἰ μὴ τοιαύτας ὁμοιοῦσθαι δύνασθαι, ἄλλως ἡμῶν
ἐχόντων πρὸς ἄλλας, οὐδὲν κωλύει, καὶ μὴ πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρε-
τὰς ὁμοιουμένων ἡμᾶς, ταῖς αὐτῶν ἀρεταῖς ὁμοιοῦσθαι τῷ μὴ ἀρετὴν
κεκτημένῳ. Καὶ πῶς; ὧδε, εἴ τι θερμότητος παρουσίᾳ θερμαίνεται,
ἀνάγκη καὶ ὅθεν ἡ θερμότης ἐλήλυθε, θερμαίνεσθαι· καὶ εἴ τι πυρὸς C
παρουσίᾳ θερμόν ἐστιν, ἀνάγκη καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ πυρὸς παρουσίᾳ
θερμαίνεσθαι. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ πρότερον, εἴποι ἄν τις, καὶ ἐν τῷ
πυρὶ εἶναι θερμότητα, ἀλλὰ σύμφυτον, ὥστε τὸν λόγον ποιεῖν τῇ
ἀναλογίᾳ ἑπόμενον, ἐπακτὸν μὲν τῇ ψυχῇ τὴν ἀρετήν, ἐκείνῳ δὲ,
ὅθεν μιμησαμένη ἔχει, σύμφυτον. Πρὸς δὲ τὸν ἐκ τοῦ πυρὸς λόγον, D
τὸ ἐκεῖνον ἀρετὴν εἶναι, ἀρετῆς δὲ ἀξιοῦμεν εἶναι μείζονα. Ἀλλ' εἰ
μὲν οὗ μεταλαμβάνει ψυχὴ, τὸ αὐτὸ ἦν τῷ ἀφ' οὗ, οὕτως ἔδει λέ-
γειν· νῦν δὲ ἕτερον μὲν ἐκεῖνο, ἕτερον δὲ τοῦτο· οὐδὲ γὰρ οἰκία ἡ
αἰσθητὴ τὸ αὐτὸ τῇ νοητῇ, καίτοι ὡμοίωται. καὶ τάξεως δὲ καὶ κόσ-
μου μεταλαμβάνει ἡ οἰκία ἡ αἰσθητή· κἀκεῖ ἐν τῷ λόγῳ οὐκ ἔστι

4. *ὁμοιουμένων*] Cod. Par. A. *ὠμοιωμένων*.

ib. *ἡμᾶς*] Sic Codd. omnes ut Ed. in marg. *ἡμᾶς*, nisi quod in Cod. Marc. C. correctum est *ἡμῶν*, quod est in Ed. Sed nos libros nostros sequimur et Marsilium. Hic tamen verba *καὶ μὴ προς τὰς πολιτ. ἀρ. ὁμοιουμ.* vel aliter legit, vel operarum vitio corrupta est ejus interpretatio. In Editione tamen principe Latina nil præsidii. Taylor prorsus omisit. Contra recte accepit Engelhardt. Est enim: *tametsi non ad civiles virtutes comparari possimus cum Deo.* Quod in praecedentibus: *ἄλλως—πρὸς ἄλλας* idem interpres hæret: verbulo monebo, respici ad virtutes *καθαρτικὰς* hoc sensu. alia nostra (i. e. hominum) ratio est ad purgatrices virtutes, quam ad civiles. Illæ enim sunt melioris (s. nobilioris) partis nostri (mentis etc.), igiturque, quatenus illas purgatrices virtutes excolimus, alia etiam fit nostra ratio ad Deum (i. e. propius quodammodo ad eum accedimus). Pro *ταῖς αὐτῶν ἀρεταῖς* legendum videtur *τ. αὑτῶν ἀρ.* Sed in locis tam impeditis, qualis noster est, cautiores sumus in corrigendo.

7. *πυρὸς παρουσίᾳ*] Delevimus *θερμοῦ*, quod interpositum erat his vocibus, sed abest a Codd., excepto Mon. A., omnibus. Nec Ficinus agnoscit *θερμοῦ*. Quod Taylor pro *πυρὸς θερμοῦ* substituendum censet *θερμότητος*: nunc, credo, inspectis nostris libris sententiam mutabit.

8. *τὸ πρότερον*] Cod. Ciz. *τὸ δεύτερον*.

ib. *εἴποι ἄν*] Cod. Marc. C. *εἴπη* (sic) *ἄν*.

ib. *ἐν τῷ πυρὶ*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. *ἐν τῷ πῦρ*.

10. *ἐπακτὸν*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) *ἐπ' αὐτόν*. Laudat hæc Suidas in *ἐπακτον* (Vol. I. p. 785. Kust.), unde variam lectionem enotabimus: Post *ἐπακτὸν* neglexit *μὲν*, deinde habet *μιμησαμένην*, male: tum *οὐ μεταλαμβάνει ἡ ψυχὴ*, postremo *ἕτερον μὲν ἐκεῖνα*. Explicat autem *ἐπακτον*, *ἐπαγόμενον. ξένον. σφοδρόν*. Extremum quod attinet vid. Suid. et Zonar. in *ἐπακτὸς ὄμβρος*. De prioribus, quæ huc pertinent, consule Wyttenbach. ad Plutarch. de audiend. poett. p. 319. sq. et nostra ad Plotin. de Pulcrit. p. 241. sqq. Proxime Ficinus videtur legisse: *τὸ ἐκείνῳ ἀρετὴν εἶναι*, et ex superioribus supplevit *εἴποι ἄν τις*. Ego sine libris mutare nolui, alioquin scripsissem insuper *τὸ—ἀρετὴν μὲν εἶναι*. Cæterum ad sententiam loci adhibe Ficini Commentar. Taylor. ad extrema: *ἀρετῆς—μείζονα* explicationem adjecit: *because it subsists causally.*

14. *οὐδὲ γὰρ οἰκία*] Abest *γὰρ* in Cod. Marc. A. Quod sequitur *ἡ* abest a Cod. Ciz. Mox marg. Ed. male *αυτῷ* pro *τὸ αὐτό*.

15. *καίτοι*] Cod. Ciz. *καὶ τῇ*.

non tales. Siquis ergo concedat quamvis non tales, tamen assimilari posse, aliter nobis ad alias nos habentibus, nihil prohibet nos virtutibus nostris assimilari non habenti virtutem, similitudine videlicet ad (civiles) virtutes minime pertinente. At quomodo? Ita. Si quid caloris præsentia calefit, an necesse est illud quoque unde venit calor, calefieri? Et si quid ignis præsentia calidum est, nunquid necesse est, et ignem ipsum ignis præsentia incalescere? Sed ad primum quidem dicet aliquis, et in igne esse calorem, sed innatum, ita ut ratio inde ducatur analogiam sequens videlicet, virtutem esse animæ adventitiam: illi vero, unde per imitationem habet, esse innatam. Ad rationem vero, quæ ab igne ducebatur, respondebit aliquis, illi adesse virtutem, virtutem inquam virtute majorem. Sed si illud, cujus fit particeps anima, esset idem illi, a quo habet, sic oportebat dicere: nunc autem alterum quidem illud, hoc vero est alterum. Neque enim sensibilis domus eadem est intelligibili, quamvis similis: etenim ordinem ornatumque domus sensibilis accipit: in ipsa vero ratione non est ordo, neque ornatus, neque commensuratio. Sic igitur cum

I 2
E τάξις, οὐδὲ κόσμος, οὐδὲ συμμετρία. Οὕτως οὖν κόσμου καὶ τάξεως
καὶ ὁμολογίας μεταλαβόντες ἐκεῖθεν, καὶ τούτων ὄντων τῆς ἀρετῆς
ἐνθάδε, οὐ δεομένων δὲ τῶν ἐκεῖ ὁμολογίας, οὐδὲ κόσμου, οὐδὲ τάξε-
ως, οὐδ᾽ ἂν ἀρετῆς εἴη χρεία, καὶ ὁμοιούμεθα δὲ οὐδὲν ἧττον τοῖς
ἐκεῖ δι᾽ ἀρετῆς παρουσίαν. Πρὸς μὲν οὖν τὸ μὴ ἀναγκαῖον κἀκεῖ
F ἀρετὴν εἶναι, ἐπείπερ ἡμεῖς ἀρετῇ ὁμοιούμεθα, ταυτί. Δεῖ δὲ πειθὼ
ἐπάγειν τῷ λόγῳ, μὴ μένοντας ἐπὶ τῆς βίας.

Πρῶτον τοίνυν τὰς ἀρετὰς ληπτέον, καθ᾽ ἃς φαμὲν ὁμοιοῦσθαι,
ἵν᾽ ἂν τὸ αὐτὸ εὕρωμεν, ὃ παρ᾽ ἡμῖν μὲν μίμημα ὂν ἀρετή ἐστιν,
ἐκεῖ δὲ, οἷον ἀρχέτυπον ὂν, οὐκ ἀρετή· ἐπισημηνάμενοι, ὡς ἡ ὁμοίω-
G σις διττὴ, καὶ ἡ μέν τις ταὐτὸν ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀπαιτεῖ, ὅσα ἐπίσης
ὡμοίωται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. Ἐν οἷς δὲ τὸ μὲν ὡμοίωται πρὸς ἕτερον,
τὸ δὲ ἕτερόν ἐστι πρῶτον, οὐκ ἀντιστρέφον πρὸς ἐκεῖνο, οὐδὲ ὅμοιον
αὐτῷ λεγόμενον. Ἐνταῦθα τὴν ὁμοίωσιν ἄλλον τρόπον ληπτέον· οὐ
ταὐτὸν εἶδος ἀπαιτοῦντας, ἀλλὰ μᾶλλον ἕτερον, εἴπερ κατὰ τὸν ἕτε-
ρον τρόπον ὡμοίωται. Τί ποτε οὖν ἐστιν ἡ ἀρετὴ, ἥτε σύμπασα,
καὶ ἑκάστη; σαφέστερος δὲ ὁ λόγος ἔσται, ἐφ᾽ ἑκάστης. οὕτω γὰρ
καὶ ὃ, τι κοινὸν, καθὸ ἀρεταὶ πᾶσαι, δῆλον ῥᾳδίως ἔσται. αἱ μὲν

1. *οὐδὲ κόσμος*] Desunt hæc in Cod. Med. B.
2. *μεταλαβόντες*] Codd. ad unum omnes ut marg. Ed. *μεταλαμβάνοντες*, nisi quod Vat. in marg. lectionem Ed. adscriptam habet.
4. *ὁμοιούμεθα*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. *ὡμοιώμεθα*. Quod sequitur *δὲ* omittitur in Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Vat. Sed in marg. Vat. additum est.
5. *κἀκεῖ*] Abest a Cod. Ciz.
7. *τῷ λόγῳ*] Cod. Marc. B. male *τῶν λόγων*, (ut marg. Ed.) sed utrumque *ν* erasum.
9. *ἵν᾽ ἂν*] Cod. Marc. C. *ἵν᾽ αὖ*.
ib. *ὃ παρ᾽ ἡμῖν*] Cod. Vat. *ὅπερ ἡμῖν*.
10. *ἐκεῖ δὲ*] Codd. Ciz. Leid. *ἐκεῖνο δέ*.
ib. *ὁμοίωσις*] Cod. Ciz. *ὁμοιώτης*. Voluit *ὁμοιότης*.
11. *διττὴ*] Cod. Marc. C. *διττὸν* (sic) [with *ὴ* written above]. Ad marg. Codd. Marc. B.C. hoc scholion adscriptum est: *ὅτι ἡ ὁμοίωσις διττή· καὶ ὅτι κατὰ τὸν μὴ ἀντιστρέφοντα ταύτης τρόπον ἀπὸ* (C. *ἐπὶ*) *τῶν κρειττόνων πρὸς ἡμᾶς* (hæc duo vocabula Cod. C. non habet) *ὁμοιούμεθα τούτοις*.
ib. *ἡ μέν τις*] Cod. Vat. *εἰ μέν τις*. In marg. *ἡ*.
12. *τὸ μὲν*] Cod. Ciz. *τῷ μέν*. Cod. Vat. *τὸ μή*.
14. *αὐτῷ*] Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Vat. *αὐτοῦ*. Tum Cod. Vat. *λεκτέον*, Ed. *ληττέον*, nos scripsimus *ληπτέον*.

ornatum et ordinem et consensionem participemus inde, atque hæc apud nos ad virtutem attineant, quæ vero illic sunt, consensione, ornatu, ordine non indigeant, nimirum illic non erit virtute opus, sed nihilominus similes illis per virtutis præsentiam evademus. Hæc utique sic dicta sint, ad id potissimum ostendendum, quod non necessarium sit, ibi quoque esse virtutem, ex eo, quod virtute nos illis assimilemur. Oportet autem non cogere tantum, verum etiam suadere.

II. *Anima per virtutes civiles quasi mensuras, formasque ejus propius ad divinam similitudinem accedit, quam materia naturales formas accipiendo.*

Primo igitur accipiendæ sunt virtutes, per quas fieri similitudinem dicimus, ut idem ipsum inveniamus: quod apud nos quidem imitatio existens virtus est, ibi vero velut exemplar extat, neque est virtus, significantes geminam esse similitudinem. Quarum una quidem naturam eandem in rebus similibus exigit, quotcunque æqua mutuave ratione ab eodem similes fiunt. In quibus autem hoc quidem assimilatur ad alterum: alterum vero est primum, neque ad ipsum convertitur: neque simile ad ipsum dicitur. Hic similitudinem alio modo oportet accipere, non eandem speciem, sed alteram potius requirentes: siquidem secundum alteram rationem fit similitudo. Quidnam igitur est virtus et universa simul et quælibet? Manifestior vero sermo erit in qualibet. Sic enim et ipsum commune, secundum quod virtutes sunt omnes, facilius appare-

τοίνυν πολιτικαὶ ἀρεταὶ ἃς ἄνω που εἴπομεν, κατακοσμοῦσι μὲν ὄν- 13
τως, καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν, ὁρίζουσαι καὶ μετροῦσαι τὰς ἐπιθυμίας, A
καὶ ὅλως τὰ πάθη μετροῦσαι, καὶ ψευδεῖς δόξας ἀφαιροῦσαι, τῷ
ὅλως ἀμείνονι καὶ τῷ ὡρίσθαι, καὶ τῶν ἀμέτρων καὶ ἀορίστων ἔξω
εἶναι, καὶ τὸ μεμετρημένον καὶ αὐταὶ ὁρισθεῖσαι· ᾗ μέτρα γε ἐν ὕλῃ
τῇ ψυχῇ ὡμοίωνται τῷ ἐκεῖ μέτρῳ, καὶ ἔχουσιν ἴχνος τοῦ ἐκεῖ ἀρί-
στου. Τὸ μὲν γὰρ πάντῃ ἄμετρον, ὕλη ὄν, πάντῃ ἀνωμοίωται.
Καθόσον δὲ μεταλαμβάνει εἴδους, κατὰ τοσοῦτον ὁμοιοῦται ἀνειδέῳ B
ἐκείνῳ ὄντι. Μᾶλλον δὲ τὰ ἐγγὺς μεταλαμβάνει. Ψυχὴ δὲ ἐγγυτέρω
σώματος καὶ συγγενέστερον, ταύτῃ καὶ πλέον μεταλαμβάνει, ὥστε
καὶ ἐξαπατᾶν, θεὸς φαντασθεῖσα, μὴ τὸ πᾶν θεοῦ τοῦτο ᾖ. Οὕτω
μὲν οὖν οὗτοι ὁμοιοῦνται.

Ἀλλ' ἐπεὶ τὴν ὁμοίωσιν ἄλλην ὑποφαίνει, ὡς τῆς μείζονος ἀρετῆς
οὖσαν, περὶ ἐκείνης λεκτέον. Ἐν ᾧ καὶ σαφέστερον ἔσται μᾶλλον
καὶ τῆς πολιτικῆς ἡ οὐσία, καὶ ἥτις ἡ μείζων κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ C
ὅλως ὅτι ἐστὶ παρὰ τὴν πολιτικὴν ἑτέρα. Λέγων δὴ ὁ Πλάτων τὴν
ὁμοίωσιν τὴν πρὸς τὸν θεὸν φυγὴν τῶν ἐντεῦθεν εἶναι, καὶ ταῖς ἀρε-
ταῖς ταῖς ἐν πολιτείᾳ, οὐ τὸ ἁπλῶς διδοὺς, ἀλλὰ προστιθεὶς πολιτι-

1. ἄνω που] Abest που a Cod. Vat.
ib. εἴπομεν] Ita, pro εἴπωμεν, scripsi ex Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. A.C.Vat.
4. τῶν ἀμέτρων] Codd. Marc. B. Med. A. τῶ, sed in utroque Cod. post ω rasura est. Placet τῷ ἀμέτρων.
5. καὶ αὐταὶ] Cod. Mon. A. καὶ αὐτὰ.
ib. ᾗ μέτρα γε] Cod. Marc. A. ἢ μ. γ. Cod. Vat. ᾗ, in marg. ἡ.
8. Καθόσον] Cod. Marc. C. καθ' ὅσον.
ib. μεταλαμβάνει εἴδους] Ita necessario scribendum fuit ex Codd., exceptis Marc. C. et Par. A., omnibus pro λαμβάνει.
9. Μᾶλλον δὲ] Abest δὲ a Cod. Ciz.
ib. Ψυχὴ δὲ—μεταλαμβάνει] Desunt haec omnia in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed Vat. ea in marg. addita habet.
12. οὗτοι ὁμοιοῦνται] Cod. Marc. A. οὕτοι ὁμοιοῦται. Lectio οὗτοι est etiam in Cod. Mon. A., ὁμοιοῦται in Codd. Mon. C. et Vat. Sed hic in m. ut Ed.
13. ὑποφαίνει] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ἀποφαίνει.
15. καὶ τῆς] Ita scripsimus ex Codd., exceptis Ciz. et Darm., omnibus pro ἐκ τῆς. Illud legit etiam Fic. sequiturque Engelh.
ib. ἡ οὐσία] Ita Ed. Sed Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Par. A. Vat. ἡ οὐσία, quod dedimus.
16. Λέγων] Ita constructione postulante scripsi pro λέγει, ex Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B.Vat.
18. οὐ τὸ ἁπλῶς] Cod. Marc. C. οὐ τοῦτο ἁπλῶς, ut legit etiam Engelh.

bit. Civiles sane virtutes, quas modo dicebamus, exornant quidem vere, ac nos meliores efficiunt, cupiditates et omnino perturbationes cæteras moderantes, opinionesque falsas meliori modo auferentes, propterea quod definiunt, atque extra immoderata et indefinita animum collocant, modumque ipsæ suscipiunt. Forte vero mensuræ in anima quasi materia, mensuræ, quæ illic est, similes fiunt, vestigiumque optimi, quod illic est, observant. Quod enim omnino immoderatum est, cum sit ipsa materia, est omnino dissimile. Quatenus vero accipit (participat) speciem, eatenus illi speciem non habenti fit simile. Magis autem, quæ sunt propinqua, participant. Anima vero propinquior cognatiorque est, quam corpus, ideoque magis particeps illius evadit: adeo ut fallat, Deus apparens, suspicionemque inducens, ne totum Dei hoc sit. Sic igitur hi similes fiunt.

III. *Definitiones virtutis purgatoriæ, animique jam purgati communes, et comparationes quædam intelligentiæ nostræ ad divinam longe superiorem.*

At quoniam similitudinem aliam esse significat, quæ ad majorem virtutem attineat, de illa dicendum. Qua in re manifestius erit, et quæ sit civilis virtutis essentia, et quæcunque sit per essentiam excellentior, atque omnino aliam, præter civilem, esse constabit. Plato itaque, cum dicat, similitudinem ad Deum esse quandam ab inferioribus fugam: præterea virtutibus, quæ conveniunt civibus, non simpliciter virtutum, sed virtutum civilium nomen attribuat: et alibi

13 κάς γε, καὶ ἀλλαχοῦ καθάρσεις λέγων ἁπάσας, δῆλός τέ ἐστι διττὰς
τιθεὶς, καὶ τὴν ὁμοίωσιν οὐ κατὰ τὴν πολιτικὴν τιθείς. Πῶς οὖν λέ-
D γομεν ταύτας καθάρσεις, καὶ πῶς καθαρθέντες μάλιστα ὁμοιούμεθα;
ἢ ἐπειδὴ κακὴ μέν ἐστιν ἡ ψυχὴ συμπεφυρμένη τῷ σώματι, καὶ
ὁμοπαθὴς γινομένη αὐτῷ, καὶ πάντα συνδοξάζουσα· εἴη ἂν ἀγαθὴ
καὶ ἀρετὴν ἔχουσα, εἰ μήτε συνδοξάζοι, ἀλλὰ μόνη ἐνεργοῖ (ὅπερ
ἐστὶ νοεῖν τε καὶ φρονεῖν), μήτε ὁμοιοπαθὴς εἴη (ὅπερ ἐστὶ σωφρο-
E νεῖν) μήτε φοβοῖτο ἀφισταμένη τοῦ σώματος (ὅπερ ἐστιν ἀνδρίζε-
σθαι). Ἡγοῖτο δὲ λόγος καὶ νοῦς, τὰ δὲ μὴ ἀντιτείνοι, δικαιοσύνη
δ' ἂν εἴη τοῦτο. Τὴν δὴ τοιαύτην διάθεσιν τῆς ψυχῆς καθ' ἣν νοεῖ
τε καὶ ἀπαθὴς οὕτως ἐστὶν, εἴ τις ὁμοίωσιν λέγοι πρὸς θεὸν, οὐκ ἂν
ἁμαρτάνοι· καθαρὸν γὰρ καὶ τὸ θεῖον, καὶ ἡ ἐνέργεια τοιαύτη, ὡς τὸ
μιμούμενον ἔχειν φρόνησιν. Τί οὖν; οὐ κἀκεῖνο οὕτω διάκειται; ἢ
F οὐδὲ διάκειται, ψυχῆς δὲ ἡ διάθεσις· νοεῖται ἡ ψυχὴ ἄλλως. Τῶν
δὲ ἐκεῖ τὸ μὲν ἑτέρως, τὸ δὲ οὐδὲ ὅλως. Πάλιν οὖν τὸ νοεῖν ὁμώ-
νυμον; οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρώτως, τὸ δὲ παρ' ἐκείνου ἑτέρως.

2. *καὶ τὴν—τιθείς*] Desunt hæc in Cod. Darm. in contextu, sed in marg. ab al. m. sunt addita.

ib. *Πῶς οὖν*] Ad h. l. in Codd. Marc. B. et C. hoc scholion est: *σημείωσαι ὅτι κατὰ τὰς καθαρτικὰς ἀρετὰς οὔτι γε τὰς πολιτικὰς ἡ πρὸς τὰ* (B. *τὰς*) *κρείττω ἐστὶν ὁμοίωσις*. Loco ultimi vocabuli Cod. B. habet *ἡμῖν*.

5. *ὁμοπαθὴς*] Codd. Ciz. Mon. A. Med. B. *ὁμοιοπαθής*. Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. *ὁμοιωπαθής*. Sed Vat. in m. ut Ed. Proba videtur lectio *ὁμοιοπαθής*. Ita certe statim sequitur *μήτε ὁμοιοπαθὴς εἴη*, quæ tamen lectio non magis constans est.

6. *συνδοξάζοι*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Med. A.B. Vat. *συνδοξάζει*. Sed tres posteriores Optativum vel superscriptum vel in marg. habent.

ib. *ἐνεργεῖ*] Cod. Med. B. ex Corr. *ἐνεργοῖ*: quod recepi.

7. *ὁμοιοπαθὴς*] Codd. Darm. Marc. B. C. Med. A.B. Par. A. *ὁμοπαθὴς*, Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. *ὁμοιοπαθής*.

8. *ὅπερ ἐστὶν ἀνδρίζεσθαι*] Addidimus *ἐστὶν*, quod aberat, ex Codd. nostris omnibus.

9. *ἀντιτείνοι*] Cod. Ciz. *ἀντιτείνειν*, Vat. *ἀντιτείνῃ*, in marg. *οι*.

10. *Τὴν δὴ*] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. *τὴν δέ*.

12. *ἁμαρτάνοι*] Cod. Darm. *ἁμαρτάνει* superscripto *οι*.

ib. *γὰρ τὸ θεῖον*] Sic Ed. Sed Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat. *γὰρ καὶ τὸ θεῖον*, quod recepimus.

13. *οὕτω*] Codd. Darm. Med. A.B. *οὕτως*.

14. *νοεῖται*] Cod. Darm. *νοεῖτε*, Cod. Med. B. *νοεῖται τε*. Cod. Ciz. *νοεῖται δ'*. Et hoc probum videtur.

ib. *ἡ ψυχὴ*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) *ἡ τῆς ψυχῆς*.

15. *τὸ μὲν ἑτέρως*] Codd. Darm. Marc. B. Par. A. *τῶν μέν*. Cod. Marc. A. *τότε μέν*.

ib. *οὐδὲ ὅλως.*] Cod. Ciz. *οὐδὲν*, Cod. Marc. B. *οὐδ' ὅλως*.

16. *το μὲν—τὸ δὲ*] Codd. Leid. et Mon. C. *τοτὲ μὲν—τοτὲ δέ*.

omnes virtutes purificationes appellet: plane videtur duplices ponere, ipsamque ad Deum similitudinem non per civilem consummari virtutem. Quomodo igitur purificationes has appellamus? Item quomodo purificati prorsus assimilamur? Forte quoniam mala quidem est anima, si commista sit corpori, simulque cum ipso patiatur, et per omnia cum illo opinione consentiat: erit vicissim bona, virtuteque prædita, si neque ita consenserit, sed sola egerit, quod quidem intelligere est atque sapere: neque compatiens fuerit, quod est temperatum esse: neque secessum a corpore metuat, quod est esse fortem. Ducat autem ratio atque mens, cætera vero minime reluctentur, quod quidem erit esse justum. Hunc sane animi statum in quo intelligit, et ita procul a perturbatione vivit, si similitudinem ad Deum dixerit, non aberrabit. Purum enim est divinum: et actio talis, ut, quod ipsum imitatur, sapientiam habeat. Quid ergo? Nonne et ipsum sic afficitur? Forte vero nec afficitur quidem. Ad animam vero affectio sive dispositio pertinet: atque anima aliter quam deus intelligit. Eorum vero, quæ ibi esse dicuntur, partim aliter, quam hic sunt, partim nullo modo sunt ibi. Rursus igitur intelligere æquivocum est? nullo modo, sed illud quidem est primo: hoc autem ab illo procedens se aliter habet. Ut enim sermo qui

ὡς γὰρ ὁ ἐν φωνῇ λόγος μίμημα τοῦ ἐν ψυχῇ, οὕτω καὶ ὁ ἐν ψυχῇ 14
μίμημα τοῦ ἐν ἑτέρῳ. Ὡς οὖν μεμερισμένος ὁ ἐν προφορᾷ πρὸς τὸν
ἐν ψυχῇ, οὕτω καὶ ὁ ἐν ψυχῇ ἑρμηνεὺς ὢν ἐκείνου, πρὸς τὸν πρὸ
αὐτοῦ· ἡ δὲ ἀρετὴ ψυχῆς· νοῦ δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ τοῦ ἐπέκεινα.
Ζητητέον δὲ, εἰ ἡ κάθαρσις ταυτὸν τῇ τοιαύτῃ ἀρετῇ; ἢ προη- G
γεῖται μὲν ἡ κάθαρσις, ἕπεται δὲ ἡ ἀρετή; καὶ πότερον ἐν τῷ καθ-
αίρεσθαι ἡ ἀρετὴ, ἢ ἐν τῷ κεκαθάρθαι; ἀτελεστέρα τῆς ἐν τῷ κε-
καθάρθαι, οἷον τέλος ἤδη. Ἀλλὰ τὸ κεκαθάρθαι ἀφαίρεσις ἀλλο-
τρίου παντός. Τὸ δὲ ἀγαθὸν ἕτερον αὐτοῦ· ἢ εἰ πρὸ τῆς ἀκαθαρσίας 14
ἀγαθὸν ἦν, ἡ κάθαρσις ἀρκεῖ. Ἀλλ' ἀρκέσει μὲν ἡ κάθαρσις, τὸ δὲ
καταλειπόμενον ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, οὐχ ἡ κάθαρσις. Καὶ τί τὸ κατα-
λειπόμενον ἐστὶ, ζητητέον. Ἴσως γὰρ οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν ἦν ἡ φύσις ἡ
καταλειπομένη· οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο ἐν κακῷ. Ἆρ' οὖν ἀγαθοειδῆ
λεκτέον; ἢ οὐχ' ἱκακὴν πρὸς τὸ μένειν ἐν τῷ ὄντως ἀγαθῷ; πέφυκε B
γὰρ ἐπ' ἄμφω. Τὸ οὖν ἀγαθὸν αὐτῆς τὸ συνεῖναι τῷ συγγενεῖ· τὸ
κακὸν δὲ, τὸ τοῖς ἐναντίοις. Δεῖ οὖν καθηραμένην συνεῖναι· συνέ-
σται δὲ ἐπιστραφεῖσα. Ἆρ' οὖν μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐπιστρέφεται;

1. ἐν ψυχῇ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vat. ἐν τῇ ψυχῇ. Et sic etiam duobus locis insequentibus, ubi in Ed. est ἐν ψυχῇ.

2. ὁ ἐν προφορᾷ] Quod ad rem conf. Willet. ad Galeni Adhortat. ad Artes p. 60. et 141. Add. Ast. ad Theologum. Arithmet. p. 189. ad λόγος προφορικός.

3. οὕτω καὶ ὁ] Addidi ὁ ex Codd. Ciz. Med. A.B. Par. A. Scribitur autem οὕτως in Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B.

ib. πρὸς τὸν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat. πρὸς τό.

6. καὶ πότερον—τὸ κεκαθάρθαι] Desunt hæc in Cod. Ciz. exceptis verbis ἢ ἐν τῷ κεκαθάρθαι. In Cod. Marc. A. desunt verba inde ab οἷον τέλος, in Codd. Leid. Mon. A.C. Vat. (sed in hoc in marg. adduntur omissa) verba inde a ἀτελεστέρα. In marg. Codd. Marc. B.C. hoc scholion additum est: σημείωσαι ὅτι ἡ ἀρετὴ οὔτε νοῦ οὔτε τοῦ ἐπέκεινα.

9. Τὸ δὲ—ἀκαθαρσίας] Desunt hæc in Cod. Leid.

11. καταλειπόμενον—Καὶ τί τὸ] Desunt in Cod. Leid.

12. ἡ καταλειπομένη] Abest articulus a Codd. Ciz. et Med. B.

14. οὐχ' ἱκακὴν] Sic omnes ad unum Codd. ut marg. Ed. Sed Ed. οὐχὶ κακὴν, quod etiam Ficinus, Engelh. et Taylor expresserunt.

ib. πρὸς τὸ μένειν] Cod. Vat. τῷ. Vocem τὸ ante συνεῖναι, pro τῷ recepimus ex Codd. Ciz. Marc. A.B.C.

15. τὸ κακὸν δὲ] Scribitur τὸ δὲ κακὸν in Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. B.

ib. τῷ συγγενεῖ] Cod. Vat. τῷ συμμενεῖ, in m. ut Ed. Idem mox τι τοῖς, in m. τὸ τοῖς. et ἡ μετά, in m. ἢ μετά.

est in voce, imitatio est ejus, qui est in anima, ita qui in anima ejus qui in superiori manet. Sicut ergo sermo in prolatione ad sermonem animæ comparatus divisus est, sic, qui in anima ad superiorem divisus, est ipsius interpres: Virtus autem animæ est, mentis vero nequaquam: neque ejus, quod est mente superius.

IV. *Puritas quærenda est, ut purgatus animus convertatur ad proprium intellectum, et ab hoc ad divinum: ut inde virtutibus exemplaribus reformetur.*

Quærendum vero nunquid purificatio sit idem atque ejusmodi virtus? an præcedat quidem purificatio; virtus vero sequatur? Et num in purificando, an potius in purificatione jam consummata consistat virtus? Imperfectior est utique virtus adhuc in purgando laborans: nam hujus finis est illa, quæ jam purgavit. Verum purificatum esse est alieni omnis ablatio. Bonum autem præter hoc ipsum aliud quiddam esse videtur. Forte si ante puritatis jacturam bonum erat, purificatio ipsa sufficiat: sed sufficiet quidem purificatio: reliquum vero erit bonum, non ipsa purificatio. Tum vero quærendum est, quid sit id reliquum. Forte enim natura residua non est bonum: alioquin nunquam fuisset in malo. Num ergo boniformem dicere licet? An potius nequaquam sufficientem in eo, quod vere bonum est, permanere? Natura enim ad utrunque vergit. Bonum igitur ipsius est adhærere cognato: malum vero contrariis. Oportet ergo purgatam hærere: hærebit autem conversa. Num igitur

14 ἢ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐπέστραπται; τοῦτο οὖν ἡ ἀρετὴ αὐτῆς, ἢ τὸ γινόμενον αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς; Τί οὖν τοῦτο; θέα καὶ τύπος τοῦ ὀφθέντος ἐντεθεὶς καὶ ἐνεργῶν, ὡς ἡ ὄψις περὶ τὸ ὁρώμενον.
C Οὐκ ἄρα εἶχεν αὐτὰ, οὐδ' ἀναμιμνήσκεται· ἢ εἶχεν οὐκ ἐνεργοῦντα, ἀλλὰ ἀποκείμενα ἀφώτιστα. Ἵνα δὲ φωτισθῇ καὶ τότε γνῷ αὐτὰ ἐνόντα, δεῖ προσβάλλειν τῷ φωτίζοντι. Εἶχε δὲ οὐκ αὐτὰ, ἀλλὰ τύπους. Δεῖ οὖν τὸν τύπον τοῖς ἀληθινοῖς, ὧν καὶ οἱ τύποι, ἐφαρμόσαι. Τάχα δὲ καὶ οὕτω λέγεται ἔχειν, ὅτι ὁ νοῦς οὐκ ἀλλότριος,
D καὶ μάλιστα δὲ οὐκ ἀλλότριος, ὅταν πρὸς αὐτὸν βλέπῃ· εἰ δὲ μὴ, καὶ παρὼν ἀλλότριος· ἐπεὶ καὶ ταῖς ἐπιστήμαις, ἐὰν μήδ' ὅλως ἐνεργῶμεν κατ' αὐτὰς, ἀλλότριαι.

Ἀλλ' ἐπὶ πόσον ἡ κάθαρσις, λεκτέον· Οὕτω γὰρ καὶ ἡ ὁμοίωσις τίνι φανερὰ, καὶ ἡ ταυτότης τίνι θεῷ. Τοῦτο δέ ἐστι μάλιστα ζητεῖν, πῶς θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν καὶ τἄλλα πάντα, λύπην καὶ τὰ συγ-
E γενῆ, καὶ τὸ χωρίζειν ἀπὸ σώματος, ἐπὶ πόσον δυνατόν. Ἀπὸ μὲν δὴ σώματος, ἴσως μὲν καὶ τοῖς οἷον τόποις συνάγουσαν πρὸς ἑαυτὴν, πάντως μὴν ἀπαθῶς ἔχουσαν, καὶ τὰς ἀναγκαίας τῶν ἡδονῶν αἰσθή-

1. τοῦτο οὖν] Codd. Darm. Marc. A. B.C. Mon. C. Vat. τοῦτ' οὖν.
2. Τί οὖν] Cod. Vat. τὸ οὖν, in m. τί.
3. ἐντεθεὶς] Cod. Mon. A. ἐκτεθείς.
4. εἶχεν αὐτὰ] Cod. Ciz. εἶχεν αὐτήν.
5. αὐτὰ ἐνόντα] Abest αὐτὰ a Cod. Darm.
6. προσβάλλειν] Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. προσβαλεῖν. Cod. Marc. A. προσβαλλεῖν. Cod. Vat. προσλαβεῖν, in m. ut Ed.
8. καὶ οὕτω] Cod. Vat. καὶ οὔτε, in m. ut Ed.
9. καὶ μάλιστα—οὐκ ἀλλότριος] Desunt hæc in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed in hoc in marg. adscripta sunt.
ib. πρὸς αὐτὸν] Codd. Darm. Marc. B. πρὸς αὐτόν.
10. καὶ παρὼν] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. παρ' ὧν; sed Vat. in m. ut Ed.
11. ἀλλότριαι] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ἀλλότρια. Sed Vat. in m. ut Ed.
12. ἡ κάθαρσις] Cod. Ciz. ἡ καθαρά.
13. Τοῦτο δέ ἐστι] Cod. Vat. τοῦτο δ' ἐστί.
14. πῶς θυμὸν] Codd. Darm. Marc. A. B. Mon. A. Med. A.B. Vat. θυμὸν πῶς. Sed Vat. in marg. πῶς >. Codd. Ciz. et Mon. C. θυμόν πως.
ib. καὶ τὰ συγγενῆ] Cod. Ciz. κατὰ συγγενεῖ. Idem mox ἐπὶ τόσον.
15. μὲν δὴ] Cod. Vat. μὲν δέ.
17. ἡδονῶν] Sequitur distinctio minor in Codd. Marc. B.C., ubi ad marg. collationis Cod. B. Rinkius adscripsit *docte*.

post purgationem convertitur? vel post purgationem jam conversa est? Hoc igitur ejus est virtus: imo vero quod ex conversione consequitur? Quid hoc igitur? Visio, figuraque rei perspectæ impressa et agens, quemadmodum circa visibile visus. Non ergo hæc habebat, neque reminiscitur: vel forsan habebat, non agentia tamen, sed jacentia potius et obscura: Ut autem illuminentur, animusque tunc insita hæc agnoscat, admovere oportet illuminanti. Habebat autem non ipsa, sed figuras. Oportet ergo figuras veris rebus, quarum figuræ sunt, prorsus accommodare. Forte vero sic insuper habere putatur: quoniam intellectus non est alienus, ac maxime non alienus, quando ad ipsum respicit: alioquin etiam præsens est alienus: quoniam et scientiæ, si nullo modo illis utamur, sunt alienæ.

V. *Animi purgati virtutes definiuntur, earumque traduntur officia.*

Cæterum, quatenus procedat purgatio, superest dicendum. Sic enim patebit, cui potissimum Deo similis eademque fiat. Hoc autem est maxime quærere, quatenus possibile sit, purgare iram et cupiditatem, voluptatem et dolorem, atque similia, et animum a corpore separare. A corpore quidem separare, id est forte, animum quasi a locis se ipsum diversis colligere, omnino a perturbationibus segregatum, efficientemque, ut necessariæ voluptates sensus quidam sint duntaxat,

15 σεις μόνον ποιουμένην καὶ ἰατρεύσεις, καὶ ἀπαλλαγὰς πόνων, ἵνα μὴ ἐνοχλοῖτο, τὰς δὲ ἀλγηδόνας ἀφαιροῦσαν, καὶ εἰ μὴ οἷόν τε, πρᾴως φέρουσαν, καὶ ἐλάττους τιθεῖσαν τῷ μὴ συμπάσχειν, τὸν δὲ θυμὸν, ὅσον οἷόν τε ἀφαιροῦσαν, καὶ εἰ δυνατὸν, πάντῃ· εἰ δὲ μὴ, μὴ γοῦν F αὐτὴν συνοργιζομένην, ἀλλ' ἄλλου εἶναι τὸ ἀπροαίρετον· τὸ δὲ ἀπροαίρετον ὀλίγον εἶναι καὶ ἀσθενὲς, τὸν δὲ φόβον, πάντῃ· περὶ οὐδενὸς γὰρ φοβήσεται· τὸ δὲ ἀπροαίρετον καὶ ἐνταῦθα, πλήν γε ἐν νουθετήσει. Ἐπιθυμία δὲ, ὅτι μὲν μηδενὸς φαύλου, δῆλον· σίτων δὲ καὶ ποτῶν πρὸς ἄνεσιν, οὐκ αὐτὴ ἕξει, οὐδὲ τῶν ἀφροδισίων δέ· εἰ δ' ἄρα, φυσικῶν οἶμαι, καὶ οὐδὲ τὸ ἀπροαίρετον ἐχουσῶν· εἰ δ' ἄρα, G ὅσον μετὰ φαντασίας, προπετοῦς καὶ ταύτης. Ὅλως δὲ αὕτη μὲν πάντων τούτων καθαρὰ ἔσται, καὶ τὸ ἄλογον δὲ βουλήσεται καὶ αὐτὸ καθαρὸν ποιῆσαι, ὥστε μηδὲ πλήττεσθαι· εἰ δ' ἄρα, μὴ σφόδρα, ἀλλ' ὀλίγας τὰς πληγὰς αὐτοῦ εἶναι, καὶ εὐθὺς λυομένας τῇ γειτονήσει, ὥσπερ εἴτις σοφῷ γειτονῶν, ἀπολαύοι τῆς τοῦ σοφοῦ 15 γειτνιάσεως, ἢ ὅμοιος γενόμενος, ἢ αἰδούμενος, ὡς μηδὲν τολμᾷν

4. μὴ γοῦν αὐτὴν] Cod. Vat. αὐτὰ, in m. ut Ed.

7. φοβήσεται] Cod. Marc. C. φοβηθήσεται. In proximis Engelh. conj. τὸ δὲ ἀπροαίρετον οὐκ ἐν αὐτῇ (sc. τῇ ψυχῇ ἐστι) πλήν γε ἐν. Libri non addicunt, nec opus est correctione. Taylor ita: *Here, also, the energy must be unattended with deliberation, except it be requisite to admonish.*

ib. γε ἐν νουθετήσει] Codd. Marc. A.B. C. Vat. γ' ἐννουθ.

8. Ἐπιθυμία] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.C. Vat. ἐπιθυμίαν. Sed in m. ut Ed.

10. οὐδὲ τό] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. οὐδὲν τί.

11. προπετοῦς] Codd. Leid. Marc. A. προτυποῦν. Ad marg. Marc. B. hoc scholion est: Σημείωσαι, ὅτι περὶ ἀφροδισίων φησὶ προτυποῦς. Reliqui libri omnes cum Ed. προτυποῦς. Sed forma προτυπης inaudita. Codices nil opitulantur, et ipsum Ficinum non aliter legisse arguit versio. En opitulatur Marinus in Vita Procli p. 50. p. 17. ita: Ἀφροδισίων δὲ αὐτῷ φυσικῶν μετρῶν, ὅσον οἶμαι μέχρι φαντασίας χωρεῖν, προπετοῦς καὶ ταύτης: quod ad Venerem attinet, ea secundum naturam utebatur, sed ita nimirum, ut non ultra phantasiam procederet eamque *levissimam*. Atque hanc lectionem, lectore non monito, etiam in Plotino agnoscit Boissonadius. Recepit etiam Taylor, qui laudato Marino vertit: *it will only be so far, as it is accompanied with a* precipitate *imagination.* Hic locus argumento est, residere nævos in Plotini libris omnibus, nostris codicibus antiquiores. Porphyrius in Sententt. p. 240. supr. ed. Cantabrig. itidem hæc expressit: εἰ δ' ἄρα ὅσον μέχρι φαντασίας προπετοῦς, addens: τῆς κατα τους ὕπνους.

15. γειτονήσει] Cod. Mon. A. γειτονήσῃ.

ib. ἀπολαύοι] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. ἀπολαύει. Cod. Leid. ἀπολαύσει.

16. γειτνιάσεως] Cod. Ciz. γειτονιάσεως.

ib. τολμᾷν] Cod. Marc. D. τολμῶν.

et quædam quasi medelæ sedationesque laborum sive languorum, ut interpellatio nulla contingat: dolores autem auferentem, ac si nequeat, moderate ferentem, et quia non simul doleat, eos comminuentem, iram vero tollentem, quoad potest, e medio, ac si fieri possit, omnino: sin minus, saltem non simul irascentem. Dabit sane operam, ut alterius sit irasci, videlicet inconsulto atque subito, inconsultum vero id, subitumque etiam sit perpaucum, atque debile: timorem præterea expellet omnino: nulla enim de re metuet: motum vero subitum expellet, nisi quatenus admonitionis loco sit. Cupiditatem vero turpium procul dubio non habebit: esculentorum quoque et poculorum [ita quoque Ed. princeps. Debebat *poculentorum*. Cic. de N. D. II. 56. p. 447. ed. nostr.] ad remissionem [doloris] ipse animus non habebit, neque venereorum etiam: sin autem habuerit, naturalium duntaxat, ut arbitror, ita tamen, ut neque inconsultum hæc habeant impetum. Quod si habeant, quatenus cum phantasia solum, hac quoque [præfigurata] præcipite, subitaria. Omnino autem ipsa ab his omnibus erit pura, voletque etiam irrationale purum efficere: adeo, ut ne commoveatur quidem, aut saltem quamminime: commotionesque illius statim ipsa propinquitate sedari queant: perinde ac si quis sapienti propinquans, ipsa propinquitate

15 ποιεῖν, ὧν ὁ ἀγαθὸς οὐ θέλει· οὔκουν ἔσται μάχη. Ἀρκεῖ γὰρ παρὼν ὁ λόγος, ὃν τὸ χεῖρον αἰδέσεται, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χεῖρον δυσχεράναι, ἐάν τι ὅλως κινηθῇ, ὅτι μὴ ἡσυχίαν ἦγε παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ ἀσθένειαν αὐτῷ ἐπιτιμῆσαι.

B Ἔστι μὲν οὖν οὐδὲν τῶν τοιούτων ἁμαρτία, ἀλλὰ κατόρθωσις ἀνθρώπῳ· ἀλλ' ἡ σπουδὴ, οὐκ ἔξω ἁμαρτίας εἶναι, ἀλλὰ θεὸν εἶναι. Εἰ μὲν οὖν τι τῶν τοιούτων ἀπροαίρετον γένοιτο, θεὸς ἂν εἴη ὁ τοιοῦτος καὶ δαίμων, διπλοῦς ὢν, μᾶλλον δὲ ἔχων σὺν αὐτῷ ἄλλον, ἄλλην ἀρετὴν ἔχοντα· εἰ δὲ μηδὲν, θεὸς μόνον· θεὸς δὲ, τῶν ἑπομένων τῷ πρώτῳ. Αὐτὸς μὲν γάρ ἐστιν, ὃς ἦλθεν ἐκεῖθεν· καὶ τὸ καθ'
C αὑτὸν εἰ γένοιτο, οἷος ἦλθεν ἐκεῖ ἐστι· νῷ δὲ συνῳκίσθη, ἐνθάδε ἥκων, καὶ τοῦτον αὐτῷ ὁμοιώσει, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐκείνου· ὥστε, εἰ δυνατὸν, ἄπληκτον εἶναι, ἢ ἄπρακτόν γε τῶν μὴ δοκούντων τῷ δεσπότῃ. Τίς οὖν ἑκάστη ἀρετὴ τῷ τοιούτῳ; ἢ σοφία μὲν ἐν θεωρίᾳ ὧν νοῦς ἔχει· νοῦς δὲ τῇ ἐπαφῇ. Διττὴ δὲ ἑκατέρα, ἡ μὲν ἐν νῷ οὖσα, ἡ δὲ ἐν ψυχῇ· κἀκεῖ μὲν οὐκ ἀρετὴ, ἐν δὲ ψυχῇ
D ἀρετή. Ἐκεῖ οὖν τί; ἐνέργεια αὐτοῦ καὶ ὅ ἐστιν· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐν

1. ὢν ὁ] Cod. Vat. ὡς ὁ, in marg. ὢν.
ib. οὔκουν ἔσται μάχη] Desunt hæc in Cod. Ciz.
2. αἰδέσεται—χεῖρον] Desunt hæc in Cod. Vat. contextu, in marg. addita sunt.
3. ἡσυχίαν ἦγε] Cod. Ciz. ἡσ. εἶχε.
4. αὐτῷ] Codd. Marc. A. Mon. C. αὐτό.
5. Ἔστι μὲν οὖν] Abest οὖν a Codd. Mon. A. et Mon. C.
ib. ἀνθρώπῳ] Quod Engelhardto post ἀνθρώπῳ aliquot verba excidisse videntur, Codices nihil lacunæ arguunt, et sola versio Marsilii, qui sæpius binis vocabulis unum reddit, movere nos non debet.
7. τι τῶν] Abest τῶν in Cod. Ciz.
ib. γένοιτο] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. C. Mon. A.C. Vat. γίνοιτο, reliqui ut marg. Ed. γίγνοιτο, nullus, nisi Vat. in marg., ut Ed.
11. συνῳκίσθη] Cod. Ciz. συνωρίστη.
12. αὐτῷ ὁμοιώσει] Ita, pro αὐτὸ ὁμοιώσει, scripsi ex Codd. Marc. A.B. Mon. C. Vat., in Cod. Marc. C. est αὐτῷ. Quod nos recepimus, expresserunt jam Engelhardt. et Taylor, præterquam quod hic voluisse videtur αὑτῷ. Nos potius ita accipimus: *et hunc* (i. e. intellectum cohabitando jam humanum factum) *assimilabit ei* (i. e. Deo primo). Vid. supra.
ib. κατὰ δύναμιν] Codd. Ciz. Marc. A. Darm. Med. A. Par. A. κατὰ τὴν δύναμιν, quod recepimus.
14. ἢ σοφία] Sic Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Par. A. Vat. Sed Ed. ἡ σοφία.
16. ἐν δὲ ψυχῇ—καὶ ἑκάστη ἀρετὴ] Desunt hæc in Cod. Ciz. omnia.
17. ὅ ἐστιν] Sic omnes, excepto Cod. Mon. A., ὅ ἐστιν, ut marg. Ed. Sed Ed. ᾧ ἐστιν.
ib. ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐν ἄλλῳ] Engelh. conjicit ἐνταῦθα δὲ τῷ ἐν ἄλλῳ (sc. εἶναι) ἐκεῖθεν

aliquid ab ipso percipiat: vel similis illi factus, vel reveritus, ut nihil audeat facere eorum, quæ bonus non ausit. Non ergo erit pugna. Sufficit enim ratio præsens: quam deterius illud verebitur: adeo ut sibi succenseat, si quo pacto commotum, quietem domino præsente non egerit, suamque inconstantiam increpet.

VI. *Confirmat, virtutis finem esse Deo frui: et exemplares definit virtutes a nobis denique comparatas.*

Est igitur nullum talium peccatum, sed correctio homini, ejusque officium. Studium vero ipsum atque votum non est extra peccatum esse, sed esse Deum. Si ergo talium aliquid inconsulto tantum fiat, Deus quidem erit talis atque Dæmon, existens geminus: imo potius alium secum habens virtute alia præditum: sin vero nihil, Deus solum: Deum inquam ex eorum numero, qui primum sequuntur. Ipse enim est, qui processit inde. Et si secundum seipsum fiat, qualis venit, ibi est: intellectui vero [cohæret] cohabitat huc profectus: et hoc insuper ipsi assimilabit, pro ejus potentia: adeo ut, si fieri possit, vel non commoveatur, vel non agat quicquam ex his, quæ domino minime placent. Quænam igitur quælibet huic est virtus? An sapientia quidem inspectio est eorum, quæ possidet intellectus. Intellectus autem tactu quodam habet. Duplex autem est utraque: Altera quidem in intellectu existens, altera vero in anima: et ibi quidem non virtus, in anima virtus. Ibi ergo quidnam est? Actio ipsius atque quod est, hic vero quod

ἄλλῳ, ἐκεῖθεν ἀρετή· οὐδὲ γὰρ αὐτοδικαιοσύνη ἡ ἐνταῦθα καὶ ἑκάστη 15 ἀρετὴ, ἀλλ' οἷον παράδειγμα. Τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς ἐν ψυχῇ, ἀρετή· τινὸς γὰρ ἡ ἀρετή. Αὐτὸ δὲ ἕκαστον, αὑτοῦ, οὐχὶ δ' ἄλλου τινός· δικαιοσύνη δὲ εἴπερ οἰκειοπραγία, ἆρα ἀεὶ ἐν πλήθει μερῶν; ἢ ἡ μὲν ἐν πλήθει, ὅταν πολλὰ ᾖ τὰ μέρη, ἡ δὲ ὅλως οἰκειοπραγία, κἂν ἑνός. Ἢ ἡ γοῦν ἀληθὴς αὐτοδικαιοσύνη ἑνὸς πρὸς αὑτὸ, ἐν ᾧ οὐκ ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο· ὥστε καὶ τῇ ψυχῇ δικαιοσύνη ἡ μείζων τὸ πρὸς νοῦν E ἐνεργεῖν, τὸ δὲ σωφρονεῖν, ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφὴ, ἡ δὲ ἀνδρία, ἀπάθεια καθ' ὁμοίωσιν τοῦ πρὸς ὃ βλέπει, ἀπαθὲς ὂν τὴν φύσιν. Αὕτη δὲ ἐξ ἀρετῆς, ἵνα μὴ συμπαθῇ τῷ χείρονι συνοίκῳ.

Ἀκολουθοῦσι τοίνυν ἀλλήλαις καὶ αὗται αἱ ἀρεταὶ ἐν ψυχῇ, ὥσπερ κἀκεῖ τὰ πρὸ τῆς ἀρετῆς αἱ ἐν νῷ, ὥσπερ παραδείγματα· καὶ γὰρ ἡ F νόησις ἐκεῖ ἐπιστήμη καὶ σοφία. Τὸ δὲ πρὸς αὑτὸν, ἡ σωφροσύνη· τὸ δὲ οἰκεῖον ἔργον, ἡ οἰκειοπραγία· τὸ δὲ οἷον ἀνδρεία, ἡ ἀϋλότης, καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν καθαρόν. Ἐν ψυχῇ τοίνυν πρὸς νοῦν ἡ ὅρα-

(sc. οὖσα) ἀρετή (sc. ἐστιν). Vides, Lector, libros non suffragari. Mox e Ficini versione et codicibus nostris corruptum locum ita restituas: *οὐδὲ γὰρ ἡ αὐτοδικαιοσύνη, καὶ ἡ αὐτοσωφροσύνη, καὶ ἑκάστη, ἀρετὴ, ἀλλ' οἷον π.* vel ita: *οὐδ. γ. ἡ αὐτοδ. καὶ ἡ. αὐτοσωφρ. καὶ ἑκάστη ἀρετὴ, ἀρετή* (sc. ἐστιν): *Neque enim ipsa justitia atque ipsa temperantia et quælibet virtus, est virtus* (proprie), *sed* (virtutis) *exemplar.*

1. *αὐτοδικαιοσύνη*] Codd. Marc. A. Vat. *αὐτὸ δικαιοσύνη*, sed Vat. in m. ut Ed. In Cod. Marc. C. post hanc vocem additur *ἡ δικαιοσύνη.*

ib. *ἡ ἐνταῦθα*] Absunt hæc verba a Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. Vat. Sed adduntur in marg. Codd. Marc. B.C. In Cod. Vat. sequitur *καὶ ἑκάστη αὐτή*, in m. *ἀρετή.*

2. *ἀλλ' οἷον—γὰρ ἡ ἀρετή*] Desunt hæc omnia in Codd. Leid. Marc. A. Mon. C.

3. *Αὐτὸ δὲ ἕκαστον αὑτοῦ*] Scripsi *αὑτοῦ* pro *αὐτοῦ* ex Codd. Darm. et Marc. B.

ib. *δ' ἄλλου*] Codd. Marc. A.B.C. Vat. *δὲ ἄλλου.*

4. *ἆρα ἀεὶ*] Codd. Darm. Marc. C. Mon. C. *αἰεί.*

5. *ἑνός; ἢ. Ἡ γοῦν*] Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Par. A. Vat. *ἑνός. ἢ ἡ γοῦν.* Sed Vat. in m. ut Ed. Nos illos Codd. secuti sumus.

6. *πρὸς αὑτὸ*] Ita scripsi, pro *αὐτὸ*, ex Codd. Darm. et Marc. B.

8. *ἀνδρία*] Codd. Marc. B. Med. A.B. Par. A. *ἀνδρεία.* Ita et paulo inferius.

11. *αὗται*] Codd. Marc. A.B.C. Par. A. *αὐταὶ*, quod legit Fic. et probum videtur. In marg. Cod. Marc. B. adscriptum est *ὅτι ἀνταχολουθοῦσιν ἀλλήλαις αἱ ἀρεταί.*

13. *πρὸς αὑτὸν*] Codd. Marc. A.C. Vat. *αὐτόν.* Sed Vat. in m. ut Ed. Quod Ficinus post *ἡ οἰκειοπραγία* addit *atque justitia*, possit excidisse *ἢ δικαιοσύνη.* Sed eam tamen vocem libri non præstant.

15. *ἐφ' ἑαυτοῦ*] Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. *αὑτοῦ*, Ciz. *αὐτοῦ.*

ib. *πρὸς νοῦν*] Cod. Marc. A. *νοῦ.*

in alio, inde virtus. Neque enim ipsa justitia et ipsa temperantia, atque quælibet similis proprie virtus est, sed velut exemplar. Quod vero ab ipsa in anima fit, jam est virtus alicujus enim virtus est. Ipsum vero unumquodque sui ipsius est, non alicujus alterius. Justitia vero siquidem proprii muneris actio est, num ergo semper in multitudine partium? Imo in multitudine, quotiens multæ sunt partes. Anne simpliciter autem proprii muneris actio est, etiam si unius extiterit. Vera igitur ipsa justitia unius est ad seipsum, in quo non aliud est atque aliud: quapropter et ipsi animæ justitia major est se ad intellectum agendo dirigere. Temperantia vero intima ad intellectum conversio. Fortitudo habitus passionis expers per similitudinem ejus ad quod suspicit, extra passionem naturaliter constitutum. Anima vero ex virtute superat passionem, ne una cum deteriori socio patiatur.

VII. *Exemplares virtutes nobis accommodatas certo quodam ordine divinis accommodat exemplaribus definiens exemplaria: deinde virtutes inter se comparat: solvit dubia: divinum virtutis finem comprobat.*

Consequuntur igitur invicem hæ virtutes in anima, quemadmodum et intellectu, quæ ante virtutem sunt exemplaria: etenim intellectio ibi scientia est atque sapientia: ad seipsum vero converti, temperantia est. Proprium autem opus propriorum actio dicitur atque justitia. Fortitudinis denique loco ipsa a materia segregatio, puraque in se ipso permansio. In anima ergo intuitus in intellectum sapientia est, atque pru-

16 σις, σοφία καὶ φρόνησις, ἀρεταὶ αὐτῆς. Οὐ γὰρ αὐτὴ ταῦτα ὥσπερ ἐκεῖ. Καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἀκολουθεῖ· καὶ τῇ καθάρσει δὲ, εἴπερ G πᾶσαι καθάρσεις, κατὰ τὸ κεκαθάρθαι ἀνάγκη πάσας· ἢ οὐδεμία τελεία, καὶ ὁ μὲν ἔχων τὰς μείζους, καὶ τὰς ἐλάττους ἐξ ἀνάγκης δυνάμει· ὁ δὲ τὰς ἐλάττους, οὐκ ἀναγκαίως ἔχει ἐκείνας. Ὁ μὲν δὴ προηγούμενος τοῦ σπουδαίου βίος οὗτος. Πότερα δὲ ἐνεργείᾳ ἔχει 16 καὶ τὰς ἐλάττους ἢ τὰς μείζους, ἢ ἄλλον τρόπον, σκεπτέον καθ' ἑκάστην, οἷον φρόνησιν. Εἰ γὰρ ἄλλαις ἀρχαῖς χρήσεται, πῶς ἔτι ἐκείνη μένει; κἂν ᾖ μὴ ἐνεργοῦσα; καὶ εἰ ἡ μὲν φύσει τοσόνδε, ἡ δὲ τοσόνδε· καὶ ἡ σωφροσύνη ἐκείνη μετροῦσα, ἡ δὲ ὅλως ἀναιροῦσα. Ταυτὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅλως τῆς φρονήσεως κινηθείσης· ἢ εἰδήσει γε αὐτὰς, καὶ ὅσον παρ' αὐτῶν ἕξει· τάχα δέ ποτε, περιστα-B τικῶς ἐνεργήσει κατά τινας αὐτῶν. Ἐπὶ μείζους δὲ ἀρχὰς ἥκων, καὶ ἄλλα μέτρα κατ' ἐκεῖνα πράξει, οἷον τὸ σωφρονεῖν, οὐκ ἐν μέτρῳ ἐκείνῳ τιθεὶς, ἀλλ' ὅλως κατὰ τὸ δυνατὸν χωρίζων, καὶ ὅλως ζῶν, οὐχὶ τὸν ἀνθρώπου βίον τὸν τοῦ ἀγαθοῦ, ὃν ἀξιοῖ ἡ πολιτικὴ ἀρετὴ, ἀλλὰ τοῦτον μὲν καταλιπὼν, ἄλλον δὲ ἑλόμενος τὸν τῶν C θεῶν. πρὸς γὰρ τούτους, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγαθοὺς ἡ ὁμοίωσις. Ὁμοίωσις δὲ ἡ μὲν πρὸς τούτους, ὡς εἰκὼν εἰκόνι ὡμοίωται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑκατέρα. Ἡ δὲ πρὸς ἄλλον, ὡς πρὸς παράδειγμα.

1. Οὐ γὰρ αὐτὴ] Cod. Marc. B. αὐτῇ.
3. οὐδεμία] Ita, pro οὐδὲ μία, Codd. Marc. A.B.C. Vat.
5. Ὁ μεν δὴ] Abest δὴ a Cod. Leid. Ejus loco in Codd. Marc. A. Mon. C. est οὖν.
9. κἂν ᾖ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vat. (hic in m. ut Ed.) καὶ εἰ. Codd. Darm. Med. A.B. Par. A. κἂν εἰ. Cod. Ciz. καὶ ᾖ. Cod. Marc. B. κἂν εἰ, in m. ᾖ. Cod. Marc. C. κἂν ᾖ, sed ᾖ a sec. m. in rasura. Et hoc recepimus, cum Ed. et rell. habeant κἂν ᾖ.
10. ἐκείνη] Codd. Ciz. Leid. Mon. A. Vat. (hic in m. ut Ed.) ἐκείνῳ. Marc. C. ἐκεῖνο.
13. μείζους δὲ] Abest δὲ a Cod. Marc. A.
16. τοῦ ἀγαθοῦ] Cod. Marc. C. a pr. m. τὸν ἀγαθὸν, altera correxit τοῦ ἀγαθοῦ. Cod. quoque Vat. ἀγαθὸν et in m. οῦ.
20. παράδειγμα] In Cod. Par. A. scribitur παράδειγμα :—Β'.

dentia virtutes ejus. Non enim anima similiter atque intellectus hæc ipsa est quæ habet. Cæteræ item virtutes ratione simili consequuntur, similiter quoque purificatio. Necesse vero est, siquidem virtutes omnes purificationes quædam sunt, in purificatione quadam completa consistere: alioquin nulla perfecta foret. Præterea quicunque majores habet, minores quoque potentia habeat necesse est: qui contra minores, non necessario et majores. Præcipua quidem hæc est viri virtute præditi vita. Utrum vero actu habeat minores vel majores, an alio modo, sigillatim considerare decet, ceu prudentiam. Si enim aliis utatur principiis, quomodo amplius manet illa? ac etiamsi minime operetur? Item, si hæc quidem natura hactenus procedat, illa vero eatenus: et temperantia illa moderans, hæc vero penitus auferens. Idem quoque de aliis, omnino mota prudentia. Forte vero videbit quantum ipsæ penes se habeant. Forsan et quandoque circumstanti quadam conditione, vel sorte per quasdam illarum aget. In majora vero ascendens principia aliasque per illa mensuras agens, per ejusmodi regulas operabitur: veluti temperantiam, non in mensura illa ponens, sed omnino se pro viribus separans, prorsusque agens non boni hominis vitam, quam civilis probaret virtus, sed hanc quidem dimittens, aliam vero scilicet divinam eligens. Ad Deos enim, non ad homines, nobis est similitudo proposita. Similitudo vero nostra ad homines bonos est, perinde ac si imago assimiletur imagini, cum ab eodem utraque producatur. Sed illa ad aliud velut exemplar similitudo perficitur.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBR. DE TRIPLICI REDITU ANIMÆ, AD DIVINUM PRÆLUDIUM,

## ARGUMENTUM.

In quod de Trinitate producente, convertente, perficiente, et de novenario in divinis numero agitur.

QUI hunc librum de Dialectica inscripsere, a præstantiori ejus parte nuncupandum judicaverunt. Quanquam (ut arbitror) rectius admodum inscripsissent, si *de animorum reditu ad divinum* appellavissent. Hoc enim est maximum, imo totum libri votum: hoc primo proponitur perquirendum: hoc in omni disputationis parte tractatur. Quoniam vero Plotinus hic ternario gaudet, triplici nos ad Deum tramite ducens, juvat quasi præludio quodam per ternarium paulo liberius pervagari. Superiora universi principia producunt, quæ sequuntur: producta reducunt: reducta perficiunt: dum producunt, largiuntur esse: dum convertunt, esse conservant: ubi perficiunt, in melius esse reformant. Ab his autem affectibus quasi concretis ternario numeratis ad absolutam et trinam ascendimus trinitatem scilicet productoriam, conversoriam, perfectoriam. In productoria trinitate primum est ipsum bonum: secundum intellectus boni filius: tertium anima, vitaque mundi quasi divinæ intelligentiæ spiritus. Quomodo hi tres uno quodam omnia consensu producant, sæpe alibi disputabitur. Sequitur trinitas conversoria, sive ad supera reductoria: in qua primum Mercurius tenet gradum, animos per rationem ad sublimia revocans: secundum Venus per visum alliciens ad superna: tertium Phœbus idem efficiens per auditum. Et si unusquisque trium ad omnia nos supera convocat, Mercurius tamen ad ipsum præcipue bonum: Venus ad intellectum, in quo prima pulchritudo coruscat: Phœbus ad animam, ad quam potissimum pertinet harmonia: ut in Timæi compendio et in theologia latius pertractavimus. Singuli vero planetæ tres, tum intellectu suo in nostram rationem agunt, tum animali virtute in imaginationem, tum corpore in corpus ad idem alliciendo: Cuncti denique tres ad Saturnum planetam primo ducunt intelligentiæ ducem: deinde ad Saturnum planetam superiorem intelligentiæ patrem intellectumque primum: demum ad ipsum bonum patremque Saturni. His autem ad idem officium Mercuriales, Venerei, Phœbei Dæmones: et denique Saturnii Dæmones similiter subministrant. Reliqua est perfectoria trinitas in novenarium similiter distributa. Animus n. sive ad ipsam mundi animam redigatur, sive altius ad mentem mundi reginam, sive excelsius ad ipsum bonum intelligentiæ patrem, ipsum profecto patrem agnoscit, ut principium omnium, et medium atque finem: quod *in quarto legum* planius aperitur. Mentem quoque divinam ut essentiam, ut vitam, ut intellectum. Animam denique tanquam vitam, tanquam motum, ut rationem, eamque describit vitam, mobilem rationem. Singula rursus quæ reperit in sequentibus, singulis quæ superioribus insunt, proportione quadam, qua potest accommodat. Rationem igitur in anima ad intellectum refert in mente regnantem atque ad finem circa bonum consideratum. Motum similiter animæ ad vitam mentis, mediumque apud ipsum bonum: vitam denique animæ ad mentis essentiam, et ad ipsum universi principium. Sed missas jam trinitates alias in præsentia faciamus. In hoc enim libro de Trinitate potissimum agitur convertente atque plu-

rimum, quo pacto ad divinam mentem animus revocetur: quatenus ut intellectus et intelligibile aliquid cogitatur. Inde namque ad bonum ipsum subito pervenitur. In hoc autem intellectu comprehenduntur ideæ: quas etiam numeros quosdam alibi Plotinus appellat. Ad has itaque animus advocatus in unaquaque considerat trinitatem. Nam ut veritatem, ut concordiam, sive commensurationem, ut pulchritudinem contemplatur, quod in *Philebo* Plato disserit, ad veritatem Mercurius, ad concordiam Apollo, ad pulchritudinem Venus adducit. In veritate animus cognoscit naturæ perpetuam firmitatem, item puritatem aliena minime capientem, rursus integritatem nunquam propria dimittentem. Concordiam quoque numero similiter ternario contemplatur, quatenus idea quælibet convenit ipsa secum: consentit superioribus: nec non inferioribus congruit. Pulchritudinem quoque ternario: nam idea vera concors, pulchra nobis occurrens tanquam Venus tribus stipata Gratiis, aggreditur animum admiranda, ut amanda congreditur, ingreditur ut jocunda. Atque ita trinitatis idealis in nonarium rite producitur. Similiter conversoria ad ideam trinitas in nonarium derivatur, quoniam Mercurius non solum propria ratione convertit: sed et in hoc officio convenit partim cum Venere, partim etiam cum Apolline. Eadem ratione Venus et proprie revocat, et consentit aliter cum Mercurio, aliter cum Apolline. Apollo tandem et proprius est, et hinc quidem cum Mercurio, inde vero cum Venere congruit.

*Quod finis animi sit ultra naturam intellectualem ad ipsum bonum.*

I. Dividitur vero liber in capita tria: sicut et tres sunt ad divinitatem viæ. Tertium vero caput tanquam potissimum in tria rursus capita distribuitur. In primo capite mox finem, quo tandem perveniendum est, describit: annuens animum non in bono quodam intellectuali, sive intelligibili, quod ferme est idem, sed in ipso simpliciter bono, summoque principio denique conquiescere. Eatenus enim procedit appetitio boni, quatenus appetendi boni procedit inventio. Sed quemadmodum sagacissimi canes virtute olfactus inveniunt, quod nondum vident oculis, neque forte visuri sint, sic animus mirabili quadam naturæ intellectu superioris sagacitate bonum esse vaticinatur, omnes intelligentiæ oculos supereminens. Nempe sicut sensu nihil supra sensibile reperimus, ita nec intellectu super intelligibile quicquam. Sed quemadmodum intellectu sensibus superiore intelligibile super sensibile reperimus, ita virtute quadam animæ intellectu superiore, ipsum simpliciter bonum, super intellectuale, vel intelligibile bonum auguramur pariter et optamus. Jam vero cum semel bonum ipsum dixeris, addere mox intellectuale, sive intelligibile, nihil aliud est, quam boni aliquid dicere, sive quiddam bonum, vel intellectu jacens, vel saltem ad ipsos intelligentiæ limites coarctatum, vel intellectuali quadam proprietate signatum. Super hoc autem velut imperfectum et angustum, atque dependens est ipsum simpliciter in se absque limite bonum: cujus quidem amplissima facultate sit et bonum intellectuale, et non intellectuale bonum: sit et bonum non sensibile, et sensibile bonum. Ad hæc enim velut inter se opposita ipsum simpliciter absolutumve bonum undique se diffundit: quod tanquam ultimum desiderat animus: quo fruitur non per quandam quasi imaginariam intelligentiæ perceptionem, sed per verum quendam virtutis intellectu superioris substantialemque contactum: ubi non videt solum, sed gustat etiam atque tangit, quam suavis sit Dominus. hanc David (ut arbitror) magnam dulcedinis multitudinem penes Deum appellat intelligentiæ prorsus absconditam. Quoniam vero ipsum simpliciter bonum super cognitionem est, ac super cognoscibile bonum, idcirco affectus ipse naturæ ad cognitionem quidem rapit, non tamen velut ad summum: alioquin et accidens foret substantiæ finis, et nulla cognitio nos offenderet, et sæpe imaginaria quædam boni figura cognitioni quomodocunque se offerens satis naturæ desiderio faceret. Affectat ergo natura cognitionem, non cognitionis duntaxat gratia, sed ut per illam quærat, inveniat, apprehendat quomodocunque bonum, cujus quidem boni non tam proprium est cognosci, sive cognitio, quam re vera congruere, conferre, suaviter recreare, juvare. In quo sane statu tanquam intellectu, et intelligibili longe præstantiore, animus tanquam in fine omnium ultimo per naturam intellectu superiorem denique conquiescit. Affectum ejusmodi Paulus apostolus amorem vocat sensus, intelligentiæque limitibus altiorem. Satis hactenus de fine sit dictum.

*De mundo intelligibili et sensibili: et de triplici via ingenioque ad intelligibile.*

Pergamus jam ad vias, atque ad illos, qui per has vias ad hunc finem facilius vel progrediantur ipsi, vel perducantur. Duos Platonici præcipue mundos ponunt: Primum intelligibilem scilicet, divinam mentem mundi hujus principium et exemplar: secundum sensibilem, hunc scilicet sensibus manifestum, divini exemplaris imaginem. Animam Plotinus nostram existimat per intellectum quidem esse semper in illo: per vegetalem vero naturam quodammodo esse semper in isto: sicut et radius solis hic quidem terram,

inde vero solem simul attingit, per naturam vero mediam in motu primo, ideoque perpetuo, et ideo circulari positam perpetuas agere vices: et alio quidem seculo in mundo intelligibili, alio vicissim in sensibili vivere: neque id proprie fieri mutatione locorum: sed quando et imaginatio ad rationem, et ratio ad mentem tota convertitur, tunc animum dici ad mundum intelligibilem ascendisse. At cum et ratio ad imaginationem suam, et imaginatio hæc ad inferiorem scilicet animalis vel geniti, vel jam generandi imaginationem sese flectit, tunc lapsus in mundum sensibilem judicatur. Animas ergo triplices esse tradit: Alias in superiori mundo semper, quales sunt sphærarum, stellarumque et Dæmonum superiorum animæ: Alias in mundo inferiori tantum: quales sint vegetationi tantum et sensui passionis addicti: Medias autem, id est rationales, sive nostræ sint, sive inferiorum Dæmonum, sempiternas hinc illuc atque contra peragere vices. Proinde animas nostras in mundo superiori alias attentius, alias remissius contemplari, vel affici: quemadmodum et in hoc mundo alias ad hæc magis, alias minus videmus affectas. Jam vero, quæ illic propensius operantur, vel omnia ibi divina, vel plurima contemplari. Tales igitur animos quando certis temporum curriculis jam peractis, paulatim ad sensibilia relabuntur, diutius adhuc ad divinorum reminiscentiam promptos perseverare: et qui inter promptos omnium promptissimi sunt, philosophico censeri ingenio præditos: qui secundo gradu sunt prompti, ingenio potissimum amatorio, qui denique tertio, ad musicam aptiores: qui enim per tactum, gustum, et olfactum quodammodo corporeos rebus admodum corporeis mancipati sunt, ab illo prorsus incorporeo mundo remotissimi judicantur: utpote qui non nuper ex illo in hunc descendisse, sed aliunde huc transmigrasse potius videantur. At vero ingenium philosophicum dum ratione rerum naturalium rationes indagat, quæ ab ideis potissimum deducuntur, divinas auspicatur ideas. Proinde visus atque auditus proximi rationis nostræ ministri merito judicantur. Quia et minus corporei sunt, et circa res minus quodammodo corporeas versari videntur: et quæ oculis et auribus offeruntur, exactissimum quendam ordinem manifestius præ se ferunt. Quamobrem facilius ex his duobus sensibus, quam ex aliis ad intellectum intellectualesque rationes, unde omnis ordo disponitur, provocari solemus: Sic itaque dum ratio ad divinorum properat sapientiam, visus interea utcunque potest inventionem menti suppeditat, auditus suggerit disciplinam. Quapropter et triplici ad divinitatem calle procedimus, ratione, visu, auditu; et tres animorum naturæ illuc promptius evehuntur, tum philosophica dedita rationi, tum oculis amatoria, tum auditui musica: quod *Plato in Phædro, ac Phædone testatur.*

*De tribus contemplationibus in mundo intelligibili, et tribus deinde ingeniis.*

Præterea in mundo divino tria potissimum cogitantur, species, et numerus, atque modus. Nam et mens ipsa divina prima species est, et quælibet idea species sive forma. Certus illic est numerus tum formarum, tum in unaquaque forma eorum, quæ sunt propria formæ. Certus est et modus sive mensura virtutis et proportio quædam, tum formarum in se vel ad formas, tum ad numeros numerorum. Etsi tria hæc ratione quadam inter se distinguuntur, in ipsa tamen specie sive forma et numerus continetur et modus, sed ratione formali. Item in numero tum forma est, tum modus, conditione quadam præcipue numerosa. In modo rursus atque mensura, similiter tam forma est, quam numerus, proportione, ut ita dixerim, mensurali. Quamobrem animi divinorum contemplatores, quamvis singuli cuncta conspiciant, atque ament, alii tamen tam cognitione quam affectu, ad speciem ipsam mox duo reliqua referunt: alii vero ad numerum simili ratione: alii tandem ad ipsum modum atque mensuram. Ex primis quidem ingenium provenit philosophicum, ex secundis vero musicum, ex tertiis neque inferioribus amatorium. Tametsi tria hæc ingenia sic ferme inter se conjugata sunt, quemadmodum species, numerusque et modus invicem connectuntur. Philosophus igitur in excogitandis numeris atque mensuris speciem ipsam, atque naturam potius admiratur. Musicus autem in naturis, et modis, atque mensuris ad canoros numeros vehementer allicitur. Amator denique modum ardenter in omnibus mensuramque sectatur. Omnes summatim tres, Plotinus ait, ad sublimem pulchritudinem elevari, id est, ad divinam mentem, quæ prima pulchritudo est, ipsius boni splendor æternus, in qua tum species, tum numerus, tum modus, quasi Gratiæ tres se invicem complectentes ad integram pulchritudinem plenamque gratiam æque conducunt. Item alium inquit aliter atque aliter excitari. Rursus postquam ad divinam mentem, qui et mundus intelligibilis est, surrexerint, ibi per omnia idearum genera suo quodam ordine progredi: tandem ex eo mundo egredi ad ipsum bonum, quod mundi illius principium sit et finis. Post hæc qua ratione ingenium musicum illuc tum natura vergat, tum arte feratur, explanat. Natura enim ad pulchritudinem est propensum, ita videlicet, ut per pulchras voces ad proportionis pulchritudinem numerosam præcipue concitetur. Hic ergo docendus est, id ip-

sum, quod in vocum modulis admiratur, non esse vocalem, similemve materiam, alioquin ubique omnesque sibi soni æque placerent, sed proportionalem potius numerosamque rationem quasi forma quædam est in vocis sonique materia. Quam ob rem si quo pacto inde segregari materia possit, talisque forma vel in se ipsa, vel in mente restare, forma tunc sola placeret: placeretque magis, quoniam perfectior ibi proportionis numerosæ ratio foret et absolutius unum: cujus gratia et proportio placet. Ducendus igitur a pulchra voce ad pulchritudinem, quæ existit in voce: hinc rursus ad ipsam, quæ in quadam penes rationalem animam proportione consistit: deinceps ab hac et illa proportione, quæ sunt aliquid pulchrum, vel pulchritudo quædam, ad ipsum hujus ordinis pulchrum, ipsamque pulchritudinem, id est, ideam: atque ad ideam primo pulchritudinis numerosæ atque vocalis, deinde ad simplicem pulchritudinis rationem, demum ad ipsum bonum, ex quo pulchritudo, id est, splendor ipsius et gratia ferme sic emicat: sicut ex intima sanitate externa formositas, atque extimum ex intima luce lumen.

*Philosophicum, Musicum, Amatorium ingenium facile concurrunt.*

II. In secundo libri capite ait, musicum sæpe cum amatore, et utrosque cum philosopho conspirare, nec immerito: proximi enim et situ, et motu horum adspiratores sunt, Sol, Mercurius, atque Venus: proximi rursum auditus, et visus, et imaginatio serviens rationi. Item qui pulchrum naturaliter amat, qua ratione pulchrum, id amat ubique, sive in vera rei cujuslibet ratione, sicut philosophus: sive in his, quæ spectantur, sicut amator: sive in his, quæ audiuntur, ut musicus. Reliqua hujus capitis omnia *in convivio* de amore latissime pertractamus.

*Ingenium philosophicum magis solutum est, quam alia ingenia, et solo indiget duce per mathematicam disciplinam ad sapientiam metaphysicam.*

III. Tertium libri caput philosophantis ingenium educationemque describit. Hoc utique sicut et amatoris musicique ingenium ad pulchritudinem est natura propensum: sed hoc interest, quod musicus et amator pulchritudinem venantur in corpore: qui vero natura philosophus est, videtur quodammodo solutus a corpore: quoniam et moderatiores habet affectus, et semper tum resolvendo particularia in universales redigit notiones, tum argumentando separatas causas investigat. Quam ob rem non eo quidem indiget, qui a materia solvat, sed qui soluto jam volantique ingenio demonstret finem, viasque certiores ostendat. De hoc autem ingenio, et quibus disciplinarum gradibus sit ad sublimia perducendum, in quinto, sexto, septimo de Rep. satis agitur, quemadmodum scilicet moribus instruitur, et mathematicis instruitur disciplinis quodammodo a materia separatis, atque ad metaphysicam denique perducitur facultatem.

*Metaphysici officium est per omnia entia proficisci dividendo, componendo, definiendo, demonstrando, ac denique ultra entia progredi: item quæ sint entia, quæ infra entia, quid denique supra.*

IV. Metaphysicæ apud plerosque Peripateticos subjectum est ens ipsum, qua ratione ens sub ipsa ejus apud illos amplissima notione, in qua sane ad entia omnia est, tum a materia separata, tum materiæ conjuncta, commune. Tametsi apud Platonicos metaphysicæ subjectum latius esse videtur, scilicet aut ens atque non ens, aut ens saltem sibi competenti habitudine præditum, habitudine inquam tum ad id quod est superius, tum ad id quod inferius ente. Superius quidem est ipsum unum atque bonum, quod entis principium est et finis: Inferius autem forma quælibet in materia transmutabilis ipsaque materia: sed forma hæc est entis imago: materia vero ipsius entis est umbra. Entia quidem vera Platonici nominant substantias: in quibus vel non est, vel non regnat proclivitas ad non esse, quod est entis oppositum: vel non est, inquam, sicuti in substantiis a materia separatis, vel etiam separandis: vel non regnat inquam, sicut in mundi sphæris: in quibus perfectio formæ semper defectum materiæ superat. Per hæc omnia facultas progreditur metaphysica, quam *Plato* nominat dialecticam logica utentem, ut instrumento. Logica enim circa dictiones, conceptus, propositiones, syllogismosque versatur. Metaphysica vero circa res ipsis logicis interea machinis utens. Metaphysici vero officium est resolvere, dividere, componere, definire, demonstrare, idque agendo per omnia entia progredi, præcipue vero ad incorporea, quoniam re vera sint entia: deinde ad ipsum unum horum principium atque finem: post hæc processum entium contueri a summo ad imum, iterum per omnes gradus entium redeundo: demum redire ad summum, ibique quiescere. Inter hæc autem, quo pacto Platonica divisio fiat *in tribus Plotini libris de generibus entis*: Item in *Parmenide*, *Sophista*, *Politico*, *Philebo* cognoscere potes.

*Metaphysicus habet principia innata quidem in intellectu, sed in rationem edit in actum, et per regulas veritatis redarguit sophismata, ac regulas logicæ tenet.*

V. Quintum libri caput docet, intellectum ipsum, qui semper existit in actu, similiterque sci-

entiarum omnium principia possidet, hæc rationi ad ipsum conversæ aliquando tradere: per quæ fit animus metaphysicus, dum ratio intellectu formatur, et consummatur in ipsum. Præterea metaphysicum per ipsam veritatis regulam mendacia sophistarumque cavillationes deprehendere inquit atque redarguere: minutas autem et quasi literarias logicæ regulas haud attente admodum meditari: veruntamen quia et ipsos animorum motus, et rerum inter se consensionem dissensionemque tenet, ideo propositionum vires atque affirmationum negationumque congruitatem rite discernere.

*Omnes facultates a metaphysica principia trahunt, sine qua et scientiæ non sunt, et mores sunt imperfecti.*

VI. Ait insuper in capitulo sexto, cæteras facultates tum mathematicas, tum physicas, tum morales a metaphysica principia sumere: item metaphysicam immateriales omnino universalesque admodum morum leges habere: quas velut Geometra prudentiæ, velut architecto tradit: prudentia vero virtutibus aliis quasi in ædificando ministris. Concludit virtutes, alias esse sine sapientia imperfectas, atque vicissim. Sapientiam enim, reliquamque virtutem simul ferme pariter coalescere: naturaliaque in animo virtutum exordia, accedente sapientia, in virtutes perfectas evadere, sive sapientia ante alias oriatur, sive contra: nam undecunque inceperis, virtus altera conducit ad alteram. Denique exordium naturale in natura rationali ad sapientiam vel prudentiam est oculus imperfectus: sed ille quidem dexter, hic vero sinister. Naturale rursus ad alias virtutes exordium, mos quidam dicitur imperfectus. Utriusque vero virtutum generis principium ab his maxime trahitur, quæ in mente, vel ratione, vel etiam imaginatione naturaliter possidemus.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Γ.

# PLOTINI

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER III.

## ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ.

De triplici ad mundum intelligibilem ascensu, scilicet per Musicam, per Amatoriam, per Philosophiam.

19 ΤΙΣ τέχνη ἢ μέθοδος ἢ ἐπιτήδευσις ἡμᾶς, οἷ δεῖ πορευθῆναι, ἀνάγει; ὅπου μὲν οὖν δεῖ ἐλθεῖν, ὡς ἐπὶ τἀγαθὸν, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν
B πρώτην, κείσθω διωμολογημένον, καὶ διὰ πολλῶν δεδειγμένον. Καὶ δὴ καὶ δι' ὧν τοῦτο ἐδείκνυτο, ἀναγωγή τις ἦν. Τίνα δὲ δεῖ εἶναι τὸν ἀναχθησόμενον, ἆρα γε τὸν πάντα, ἢ τὸν πλεῖστα φησὶν εἰδότα; ὃς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει εἰς γονὴν ἀνδρὸς ἐσομένου φιλοσόφου, μου-

10. ΤΙΣ τέχνη] In marg. Cod. Par. A. est α΄.

ib. ἢ μέθοδος] Desunt hæc in Cod. Vind.

ib. ἡμᾶς, οἷ δεῖ] Abest ἡμᾶς a Cod. Leid., in eodem et Marc. A. Mon. A.C. Vat. (sed hic in m. ut Ed.) Vind. ἢ δεῖ. Οἷ etiam Fic. Sed et ἢ habet, quo se tueatur.

11. ὅπου μὲν] In marg. Cod. Par. A. β΄.

12. διωμολογημένον] Cod. Vat. διωμολογημένως.

ib. δεδειγμένον] Cod. Ciz. διδαγμένον.

14. εἰδότα] Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Mon. B. Med. A.B. Par. A. Vat. (hic in m. ut Ed.) ἰδόντα, ut legit Fic. Quod placet. Fortasse inter γενέσει et εἰς γονὴν excidit εἰσίοι, qui prima in genitura *inierit* in fœtum viri &c. Sed nemo nescit, quam frequens sit ellipsis verbi in densa oratione hujus philosophi. Ad sententiam, quam h. l. respicit Plotinus, adhibe Ficini Commentarium in hunc librum p. 17. post med. ed. Basil.

I. *Ingenium Musicum a proportione in voce reducendum est ad proportionem, pulchritudinemque in mente.*

QUÆNAM ars, vel introductio, vel studium nos, quo eundum est, reducit? Quod enim ad ipsum bonum primumque principium perveniendum est, concessum sit ex multisque demonstratum. Et profecto ejusmodi demonstratio reductio quædam extitit. Sed quemnam oportet esse hominem illuc reducendum? atqui eum, qui omnia vel plurima vidit (ut ait Plato), qui in prima genitura in virum futurum philosophum musicumve aut amatorem descendit. Profecto Philosophus natura, et Musicus, et Amatorius re-

20
σικοῦ τινος ἢ ἐρωτικοῦ; Ὁ μὲν δὴ φιλόσοφος τὴν φύσιν, καὶ ὁ μου-
σικὸς καὶ ὁ ἐρωτικὸς, ἀνακτέοι. Τίς οὖν ὁ τρόπος; ἆρα γε εἷς καὶ ὁ
αὐτὸς ἅπασι τούτοις, ἢ καθʼ ἕκαστον εἷς τις; ἔστι μὲν οὖν ἡ πορεία C
διττὴ πᾶσιν· ἢ ἀναβαίνουσιν, ἢ ἄνω ἐλθοῦσιν. Ἡ μὲν γὰρ προτέρα 20
ἀπὸ τῆς κάτω, ἡ δέ γε δευτέρα, οἷς ἤδη ἐν τῷ νοητῷ γενομένοις,
καὶ οἷον ἴχνος θεῖσιν. Ἐκεῖ πορεύεσθαι ἀνάγκη, ἕως ἂν εἰς τὸ ἔσ-
χατον τοῦ τόπου ἀφίκωνται. Ὃ δὴ τέλος τῆς πορείας ὂν τυγχάνει,
ὅταν τις ἐπʼ ἄκρῳ γένηται τῷ νοητῷ· ἀλλʼ ἡ μὲν περιμενέτω. Περὶ
δὲ τῆς ἀναγωγῆς, πρότερον πειρατέον λέγειν. Πρῶτον δὴ διασταλ-
τέον τοὺς ἄνδρας τούτους ἡμῖν, ἀρξαμένους ἀπὸ τοῦ μουσικοῦ, ὅστις B
ἐστὶ, λέγοντας τὴν φύσιν. Θετέον δὴ αὐτὸν εὐκίνητον καὶ ἐπτοη-
μένον μὲν πρὸς τὸ καλὸν, ἀδυνατώτερον δὲ παρʼ αὐτοῦ κινεῖσθαι·
ἕτοιμον δὲ ἐκ τῶν τυχόντων οἷον ἐκ τύπων, ὥσπερ οἱ δειλοὶ πρὸς τοὺς
ψόφους, οὕτω καὶ τοῦτον πρὸς τοὺς φθόγγους καὶ τὸ καλὸν τὸ ἐν
τούτοις ἕτοιμον, φεύγοντα δὲ ἀεὶ τὸ ἀνάρμοστον, καὶ τὸ μὴ ἓν ἐν
τοῖς ᾀδομένοις καὶ ἐν τοῖς ῥυθμοῖς, καὶ τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔσχημον C
διώκειν. Μετὰ τοίνυν τοὺς αἰσθητοὺς τούτους φθόγγους καὶ ῥυθμοὺς
καὶ σχήματα οὕτως ἀκτέον, χωρίζοντα τὴν ὕλην, ἐφʼ ὧν αἱ ἀναλο-
γίαι καὶ οἱ λόγοι, εἰς τὸ κάλλος τὸ ἐπʼ αὐτοῖς ἀκτέον· καὶ διδακτέον,

1. Ὁ μὲν δὴ] Cod. Vat. ὁ μὲν οὖν, in m. δή.

2. ἀνακτέοι] Ita pro ἀνακτέον scribendum duximus ex Codd., præter Ciz. Darm. Par. A. et marg. Vat., omnibus.

3. καθʼ ἕκαστον] Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. ut marg. Ed. καθʼ ἕνα. (Cod. Par. A. in marg. γ̄ʹ.) Placet καθʼ ἕνα ἕκαστον.

5. ἡ δέ γε] Abest γε a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind.

8. Περὶ δὲ τῆς] Abest δὲ a Cod. Mon. A.

10. ὅστις ἐστὶ] Codd. Ciz. Leid. ὅς ἐστιν. Codd. Marc. A. Mon. C.A. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. ὅς ἐστι. Cod. Par. A. h. l. in marg. Δ̄ʹ.

11. εὐκίνητον] Ita Codd., excepto Darm., omnes, pro ἀκίνητον, quod est correctoris inepti, qui ἀκίνητον melius cum v. ἐπτοημένον convenire credebat, quam εὐκ.

12. μὲν πρὸς] Cod. Ciz. δὲ pro μέν. Mox Cod. Darm. παρʼ αὐτοῦ, quod placet.

13. οἷον] Ita, pro οἵων, Codd. Ciz. Marc. A.B.C. (hic habet ἐκ τύπων, et in m. οἵων) Mon. C. Par. A. Vat.

14. οὕτω καὶ] Codd. Darm. Marc. B. οὕτως. Vocem οὕτω omittit Cod. Vat.

16. εὔσχημον] Cod. Vat. εὔηχον, sed in m. ut Ed.

17. τούτους] Deest in Cod. Ciz. Cod. Par. in marg. Ē'.

18. χωρίζοντα] Cod. Vat. χωρίζοντας.

19. ἐπʼ αὐτοῖς] Cod. Leid. ἐπʼ αὐτῆς.

ducendi sunt. Sed quisnam modus? Numquid his omnibus unus et idem, an potius proprius singulis adhibendus? Est utique omnibus processio duplex: altera quidem proficiscentibus, altera vero ad supera jam profectis. Prima quidem ab inferioribus ascendit: secunda vero illorum est, qui jam in loco intelligibili sunt: ibique fixere vestigia: oportetque eos ultra progredi, donec ad summum usque processerint. Qui certe finis tunc itineris contingit, quando quis ad summum intelligibilis mundi pervenerit, sed processio quidem hæc in præsentia maneat. De ascensu et reductione prius conandum est dicere. Primo quidem distinguendum est nobis inter hos viros, exordium a musico facientibus, quisnam sit natura. Ponendum sane ipsum facile mobilem, et qui velut admirabundus propensior sit ad pulchrum, sed non satis a seipso moveri possit: facile vero ab his quæ occurrunt quasi figuris incitari queat: et sicut timidi strepitu, sic ille sonis harmonicis concitetur, pronusque sit ad pulchrum, quod apparet in sonis, et fugiat ubique dissonantiam: quodve unum non est in cantibus atque numeris, numerosum vero concinnumque sequatur. Quamobrem post sensibiles ejusmodi sonos et numeros et figuras sic ducere hunc oportet, videlicet separando materiam, in qua proportiones earumque comparationes sunt, atque ad pulchritudinem, quæ in his est, reducendo. Præterea docendo illa, ad quæ velut admirabundus vehementer afficitur, non hæc esse, sed intelligibilem potius harmoniam, et quod in ipsa

20 ὡς περὶ ἃ ἐπτόητο, ἐκεῖνα ἦν ἡ νοητὴ ἁρμονία, καὶ τὸ ἐν ταύτῃ κα-
D λὸν, καὶ ὅλως τὸ καλὸν, οὐ τό τι καλὸν μόνον· καὶ λόγους τοὺς φι-
λοσοφίας ἐνθετέον, ἀφ' ὧν εἰς πίστιν ἀκτέον ὧν ἀγνοεῖ ἔχων. Τίνες
δὲ οἱ λόγοι, ὕστερον λεκτέον.

Ὁ δὲ ἐρωτικὸς, εἰς ὃν μεταπέσοι ἂν καὶ ὁ μουσικὸς, καὶ μεταπε-
σὼν ἢ μένοι ἂν, ἢ παρέλθοι, μνημονικός ἐστί πως κάλλους· χωρὶς
δὲ ὢν, ἀδυνατεῖ καταμαθεῖν. Πληττόμενος δὲ ὑπὸ τῶν ἐν ὄψει κα-
λῶν περὶ αὐτὰ ἐπτόηται. Διδακτέον οὖν αὐτὸν, μὴ περὶ ἓν σῶμα
E πεσόντα ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ἐπὶ πάντα ἀκτέον τῷ λόγῳ σώματα, δεικ-
νύντα τὸ ἐν πᾶσι ταὐτὸν, καὶ ὅτι ἕτερον τῶν σωμάτων, καὶ ὅτι ἄλ-
λοθεν, λεκτέον, καὶ ὅτι ἐν ἄλλοις μᾶλλον· οἷον ἐπιτηδεύματα καλὰ,
καὶ νόμους καλοὺς δεικνύντα. Ἐν ἀσωμάτοις γὰρ ὁ ἐθισμὸς τοῦ
ἐρασμίου ἤδη, καὶ ὅτι ἐν τέχναις, καὶ ἐν ἐπιστήμαις, καὶ ἐν ἀρεταῖς,
F εἶτα ἓν ποιητέον· καὶ διδακτέον, ὅπως ἐγγίνονται· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρε-
τῶν ἤδη ἀναβαίνειν ἐπὶ νοῦν, ἐπὶ τὸ ὄν, κἀκεῖ βαδιστέον τὴν ἄνω
πορείαν.

Ὁ δὲ φιλόσοφος τὴν φύσιν ἕτοιμος οὗτος καὶ οἷον ἐπτερωμένος,

1. ἦν ἡ νοητὴ] Abest ἦν in Cod. Vat.
2. καὶ ὅλως τὸ καλὸν] Desunt hæc in Cod. Ciz.
ib. οὐ τό τι καλὸν] Cod. Leid. οὐ τουτὶ καλόν.
ib. καλὸν μόνον] Cod. Vat. καλούμενον, in m. ut Ed.
3. ἀφ' ὧν] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. ἀνθ' ὧν.
4. λεκτέον] Abest a Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. (in m. add. λεκτέοι), Mon. A.B.C. Med. A.B. Vat. (in m. add.) Vind. In Cod. Marc. C. est λεκτέοι. Cod. Par. in m. ☧. Et Codicum vestigia et Plotiniana brevitas extremam hanc voculam λεκτέον in suspicionem interpretamenti inducunt.
6. χωρὶς δὲ ὢν] Codd. Ciz. Darm. Marc. C. Mon. B. Par. A. habent ὄν.
9. πεσόντα] Ita scripsimus ex Codd., excepto Ciz., omnibus, pro πεσόντας, quod fuit etiam a pr. m. in Cod. Vat., sed ab altera erasum est ς.
13. καὶ ὅτι ἐν τέχναις] Omnes Codd. habent τεχνίταις, sed non eadem ratione. Cod. Darm. habet καὶ ὅτι καὶ ἐν τεχνίταις, idem habet Cod. Marc. C. et in marg. τέχναις, ut Cod. Vat. In Cod. Marc. B. voces καὶ ὅτι ἐν τεχνίταις linea notatæ sunt et in marg. scriptum καὶ ὅτι ἐν τέχναις, in textu supra ἐν scriptum καὶ, ut lectio a sec. m. ita se habeat: καὶ ὅτι ἐν τέχναις καὶ ἐν τεχνίταις.—Ἐν τέχναις unice verum.

pulchrum, et omnino ipsum pulchrum, non aliquod pulchrum tantum. Denique philosophiæ rationes ad hæc adhibendo, per quas ad fidem perducatur eorum, quæ ignorat, cum tamen habeat. Quæ vero rationes sint, in sequentibus declarabimus.

II. *Ingenium amatorium revocandum est a pulchritudine corporis ad pulchritudinem morum, deinde scientiarum, deinde mentis.*

Amatorius autem, in quem forte Musicus incidit, atque incidens vel permanet ibi, vel præterit, memor est quodammodo pulchritudinis: sed quia seorsum est ab ipsa, non potest perdiscere. Perculsus autem a pulchris, quæ aspectui patent, circa ipsa vehementius concitatur. Docere itaque hunc oportet, ne circa corpus unum quasi cadens pronior revolvatur, sed ad omnia ratione persuasus rite se conferat corpora: considerans, quod in cunctis est idem, et animadvertens, ipsum a corporibus esse diversum, et aliunde procedere, aliisque magis inesse: qualia sunt pulchra studia legesque pulchræ. Circa enim hæc amatoris studium ad res incorporeas amandas jam assuescit. Ostendendum præterea in artibus etiam et scientiis et virtutibus pulchritudinem esse, ac pulchritudinem in cunctis unam, quove modo adveniat. Denique a virtutibus ad intellectum atque ipsum ens perveniendum est, ibique iter ad sublimia peragendum.

III. *Ingenium philosophicum natura solutum est a materia: ac solo indiget duce ad divinam pulchritudinem per certos disciplinarum gradus.*

Philosophus autem natura promptus est et velut alatus, neque indigens separatione, quem-

καὶ οὐ δεόμενος χωρίσεως, ὥσπερ οἱ ἄλλοι οὗτοι, κεκινημένος πρὸς 21
τὸ ἄνω· ἀπορῶν δὲ τοῦ δεικνύντος δεῖται μόνον. Δεικτέον οὖν καὶ
λυτέον βουλόμενον καὶ αὐτὸν τῇ φύσει καὶ πάλαι λελυμένον. Τὰ G
μὲν δὴ μαθήματα δοτέον πρὸς συνεθισμὸν κατανοήσεως καὶ πίστεως
ἀσωμάτου. καὶ γὰρ ῥάδιον δέξεται, φιλομαθὴς ὤν· καὶ φύσει ἐνάρε-
τον τὸ πρὸς τελείωσιν ἀρετῶν ἀκτέον, καὶ μετὰ τὰ μαθήματα λόγους 21 I
διαλεκτικοὺς δοτέον, καὶ ὅλως διαλεκτικὸν ποιητέον.

Τίς δὲ ἡ διαλεκτική, ἣν δεῖ καὶ τοῖς προτέροις παραδιδόναι; ἔστι
μὲν δὴ ἡ λόγῳ περὶ ἑκάστου δυναμένη ἕξις εἰπεῖν, τί τε ἕκαστον,
καὶ τί τῶν ἄλλων διαφέρει, καὶ τίς ἡ κοινότης ἐν οἷς ἐστὶ, καὶ ποῦ
τούτων ἕκαστον, καὶ εἰ ἔστιν, ὅ ἐστι, καὶ τὰ ὄντα ὁπόσα, καὶ τὰ
μὴ ὄντα αὖ, ἕτερα δὲ ὄντων. Αὕτη καὶ περὶ ἀγαθοῦ διαλέγεται, B
καὶ περὶ μὴ ἀγαθοῦ, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ ἐναν-
τίον, καὶ τί τὸ ἀΐδιον δῆλον ὅτι, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον· ἐπιστήμῃ περὶ

1. *χωρίσεως*] Ita pro *χωρίζεσθαι* scribi jusserunt omnes Codd. et Ficinus.

3. *λυτέον*] Codd. Darm. et Par. A. *λεκτέον*. Posterior in m. habet Z'. Cod. Marc. B. *λυκτέον*, superscripto *λε*. Cod. Mon. B. *λυκτέον*. Cod. Med. A. *λεκτέον*, superscripto *λυ*. in marg. ab al. m. *ἀκτέον*. Turbatum esse in hoc loco arguunt libri MSS. Atque ut non damnem, quod Ficinus e Codicis Medicei A. margine arripuit *ἀκτέον*, cum etiam Proclus in Parmenid. p. 50. Cous. *διὰ τῶν μαθημάτων ἠγμένοις* usurpavit, ita hoc magis vulgatam retineo, quod librarii ad corrigendum moveri poterant et sequentibus *κ. τ. τ. λελυμένον* et praecedentibus *καὶ οὐ δεόμενος χωρίσεως*. Verum haec doctrinae de gradibus non refragantur. Primus enim erat gradus *καθάρσεως*, alter *λύσεως*, tertius *τελειώσεως* (Jamblich. de Myster. V. 6. p. 264. ib. Gale.) Deinde hoc etiam tenendum, eundem philosophum h. l. dici *ἀπορῶν*. Respondent enim sibi *ἀπορία καὶ λύσις*, atque ita haec etiam vertendo expediit Engelhardt. Man darf ihn bloss, der laengst und seinem Wesen nach geloeset ist, *aus der Ungewissheit loesen*. Nec Taylor a vulgata lectione recessit. Neuter tamen de Marsilianae versionis discrepantia dixit.

6. *τὸ πρὸς*] Codd. Darm. Marc. B. Mon. B. Med. A. Par. A. *πρὸς τό*. In Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C.A. Med. B. Par. A. Vind. Vat. (in m. ut Ed.) deest *τό*. In Cod. Marc. C. legitur: *ὢν καὶ φύσει ἐνάρετος, καὶ πρὸς τελείωσιν κ. τ. λ.*

7. *διαλεκτικοὺς*] Omnes, excepto Par. A., Codd. habent *διαλεκτικῆς*.

ib. *ὅλως*] Codd. Marc. A. Mon. C.A. Vind. *ὅλον*.

8. *Τίς δὲ ἡ*] Abest *ἡ* a Cod. Mon. A. In marg. Cod. Par. A. h. l. est H'.

10. *καὶ τί—τούτων ἕκαστον*] Desunt hæc omnia in Cod. Ciz. Omittitur *τῶν* ante *ἄλλων* in Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. Vind.

11. *εἴ ἐστιν*] Codd. Marc. A.B.C. *εἰ ἔστιν*, quod probum videtur. Cod. Ciz. *εἰ ἕν ἐστι*. Cod. Vind. *εἴ ἐστιν ὅ ἐστιν*. Hoc dedimus quod et Engelh. voluit et Taylor expressit. Cogitanda enim sunt, quæ Platoni dicuntur *τὰ ὄντα*.

ib. *ὄντα ὁπόσα*] Cod. Vat. *πόσα*.

12. *Αὕτη*] Cod. Vat. *αὐτὴ*, in m. *αὕτη*.

14. *δῆλον ὅτι*] Ita Codd. Darm. Marc. A.B.C. Par. A. Vat. pro *δῆλον ὅ, τι*. De qua librorum diversitate vid. quæ nuper laudavi ad Procli Inst. Theol. p. 297.

admodum hi quos paulo ante memoravimus, ad supera videlicet concitus, ambigens autem, ideoque duntaxat indiget demonstrante. Quamobrem operæ pretium est demonstrare in primis, ac ducere hominem, natura duci volentem, atque jamdiu solutum. Adhibenda ergo sunt mathematica, quibus incorporea cogitare et credere consuescat. Facile namque percipiet: quippe cum discendi sit avidus: et ingenium naturali virtute generosum ad virtutum perfectionem oportet perducere: postque mathematicas rationes dialecticas tradere, ac dialecticum prorsus efficere.

IV. *Dialectica, id est, metaphysica totam entium latitudinem contemplatur, atque ultra progreditur, et logica utitur ut instrumento.*

Quænam est dialectica, quam oportet etiam prioribus adhibere? Est utique habitus, qui ratione de unoquoque potest dicere, quid sit unumquodque, et quo ab aliis differat, quove conveniat. Præterea quomodo et ubi sit quodlibet: et si est, quid est: atque entia quot sint: et non entia rursus, sed ab entibus alia. Eadem hæc et de ipso bono disputat, et de non bono, et de his quæcunque sub bono, et quæ sub boni contrario. Item quid sempiternum: quidve non semper. De omnibus inquam non opinione, sed scientia tractans, ab errore, qui circa sensibile accidit, vacans, intelligibili prorsus adhæret: cir-

21 πάντων, οὐ δόξῃ· παύσασα δὲ τῆς περὶ τὸ αἰσθητὸν πλάνης, ἐνιδρύει τῷ νοητῷ, κἀκεῖ τὴν πραγματείαν ἔχει, τὸ ψεῦδος ἀφεῖσα, ἐν τῷ λεγομένῳ ἀληθείας πεδίῳ τὴν ψυχὴν τρέφουσα, τῇ διαιρέσει τῇ
C Πλάτωνος χρωμένη μὲν καὶ εἰς διάκρισιν τῶν εἰδῶν· χρωμένη δὲ καὶ εἰς τὸ τί ἐστι· χρωμένη δὲ καὶ ἐπὶ τὰ πρῶτα γένη, καὶ τὰ ἐκ τούτων νοερῶς πλέκουσα, ἕως ἂν διέλθῃ πᾶν τὸ νοητὸν, καὶ ἀνάπαλιν ἀναλύουσα, εἰς ὃ ἂν ἐπ' ἀρχὴν ἔλθῃ. Τότε δὲ ἡσυχίαν ἄγουσα, ὡς μέχρι γε τοῦ ἐκεῖ εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ, οὐδὲν ἔτι πολυπραγμονοῦσα, εἰς
D ἓν γενομένη, βλέπει τὴν λεγομένην λογικὴν πραγματείαν, περὶ προτάσεων καὶ συλλογισμῶν· ὥσπερ ἂν τὸ εἰδέναι γράφειν ἄλλῃ τέχνῃ δοῦσα, ὧν τινα ἀναγκαῖα καὶ πρὸ τέχνης ἡγουμένη· κρίνουσα δὲ αὐτὰ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τὰ μὲν χρήσιμα αὐτῶν, τὰ δὲ περιττὰ ἡγουμένη καὶ μεθόδου τῆς ταῦτα βουλομένης.

Ἀλλὰ πόθεν τὰς ἀρχὰς ἔχει ἡ ἐπιστήμη αὕτη; ἢ νοῦς δίδωσιν ἐναργεῖς ἀρχὰς, εἴ τις λαβεῖν δύναιτο ψυχή. Εἶτα τὰ ἑξῆς καὶ συν-
E τίθησι, καὶ συμπλέκει, καὶ διαιρεῖ, ἕως εἰς τέλεον νοῦν ἥκῃ. ἔστι γάρ, φησιν, αὕτη τὸ καθαρώτατον νοῦ καὶ φρονήσεως. Ἀνάγκη οὖν τιμιωτάτην οὖσαν ἕξιν τῶν ἐν ἡμῖν, περὶ τὸ ὂν καὶ τὸ τιμιώτατον εἶναι· φρόνησιν μὲν περὶ τὸ ὄν, νοῦν δὲ περὶ τὸ ἐπέκεινα τοῦ ὄντος.

3. τῇ Πλάτωνος] Cod. Vat. τοῦ, in m. τῇ.
4. χρωμένη μὲν] Abest μὲν a Cod. Vind.
5. καὶ τὰ ἐκ τούτων] Ita, videlicet τὰ pro τὸ, Codd., exceptis Leid. et Par. A., plerique: sed in Codd. Marc. A. Mon. A.C. et Vind. ea vocula plane abest.
6. διέλθοι] Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. A.B.C. Par. A. Vat. διέλθῃ. Sic dedi.
7. ἀναλύουσα] Cod. Vind. ἀναλύσασα.
ib. ἔλθοι] Codd. Ciz. Marc. A.B. Mon. A.B.C. Med. A.B. Par. A. Vind. ἔλθῃ. et sic rescripsi.
10. τὸ εἰδέναι] Cod. Vind. εἰ τὸ εἰδέναι.
11. δοῦσα] Cod. Vat. δοκοῦσα.
15. ἐναργεῖς] Cod. Marc. B. ἐναργῆς. Cod. Par. A. in marg. θ'.
16. τέλεον] Cod. Mon. A. τέλειον. Pro νοῦν Cod. Vat. οὖν, in m. νοῦν.
ib. ἥκει] Codd. Ciz. Marc. B. Mon. B. Med. A.B. ἥκῃ. Quod rescripsimus.

eaque ipsum diligenter agit, falso posthabito, nutriens animam in ipso veritatis campo, freta videlicet distinctione Platonica ad discretionem idearum specierumque, et ad quodlibet definiendum, et ad prima genera, et quæ ex illis sunt intellectuali texens et complicans ratione, quousque per intelligibile totum progrediatur: ac rursus resolvens in illud ad quod processerat ab initio. Tum demum quietem agens, utpote quæ, quatenus illuc pervenit, quietem assequitur: haud ulterius circa plurima satagens, sed in unum redacta prospicit eam, quæ logica nominatur, circa propositiones, syllogismosque occupatam, perinde ac si scribendi notitiam alteri cuidam arti concedat, quorum quædam necessaria et artem antecedentia censet: judicat vero ipsa, sicut et cætera, et alia quidem eorum utilia, alia superflua putans, et ad facultatem appetentem hæc pertinentia.

V. *Metaphysicus accipit ab intellectu principia, et per regulas veritatis, tum redarguit sophismata, tum logicæ regulas comprehendit.*

At unde principia hæc habet scientia? Intellectus forte principia dat perspicua, si qua anima possit accipere. Deinceps vero anima componit, copulatque et dividit, quousque ad perfectum pervenerit intellectum. Est enim hæc, ut ille ait, purissimum intelligentiæ, atque prudentiæ, sive sapientiæ. Necesse est igitur, cum sit habitus præstantissimus eorum, qui sunt in nobis, circa ens præstantissimumque versari: prudentiam quidem sive sapientiam circa ens: intellectum vero circa id, quod ente superius.

τί οὖν ἡ φιλοσοφία; τὸ τιμιώτατον. Ἦ ταὐτὸν φιλοσοφία καὶ διαλεκτική; 22 ἢ φιλοσοφίας μέρος τὸ τιμιώτατον. Οὐ γὰρ δὴ οἰητέον, ὄργανον τοῦτο εἶναι τοῦ φιλοσόφου· οὐ γὰρ ψιλὰ θεωρήματά ἐστι F καὶ κανόνες, ἀλλὰ περὶ πράγματά ἐστι, καὶ οἷον ὕλην ἔχει τὰ ὄντα. Ὁδῷ μέντοι ἐπ' αὐτὰ χωρεῖ, ἅμα τοῖς θεωρήμασι τὰ πράγματα ἔχουσα· τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ σόφισμα κατὰ συμβεβηκὸς γινώσκει, ἄλλου ποιήσαντος ὡς ἀλλότριον κρίνουσα, τοῖς ἐν αὐτῇ ἀληθέσι τὸ ψεῦδος γινώσκουσα, ὅταν τις προσαγάγῃ ὅτι παρὰ τὸν κανόνα τοῦ G ἀληθοῦς. Περὶ προτάσεως οὖν οὐκ οἶδε, καὶ γὰρ γράμματα· εἰδυῖα δὲ τὸ ἀληθὲς, οἶδεν ὃ καλοῦσι πρότασιν, καὶ καθόλου οἶδε τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, ὅ, τε τίθησι, καὶ ὃ αἴρει, καὶ εἰ τοῦτο αἴρει ὃ τίθησιν, ἢ ἄλλο, καὶ εἰ ἕτερα, ἢ ταῦτα προσφερομένων, ὥσπερ καὶ ἡ αἴσθησις ἐπιβάλλουσα· ἀκριβολογεῖσθαι δὲ ἑτέρᾳ δίδωσι τοῦτο ἀγα- 22 πώσῃ.

Μέρος οὖν τὸ τίμιον· ἔχει γὰρ καὶ ἄλλα φιλοσοφία· καὶ γὰρ καὶ περὶ φύσεως θεωρεῖ, βοήθειαν παρὰ διαλεκτικῆς λαβοῦσα, ὥσπερ καὶ ἀριθμητικῇ προσχρῶνται αἱ ἄλλαι τέχναι, μᾶλλον μέντοι αὕτη

1. *τί οὖν ἡ φιλοσοφία; τὸ τιμιώτατον*] Cod. Marc. A. ita distinguit: *τί οὖν. ἡ φιλοσοφία τὸ τιμιώτατον*; In marg. Cod. Par. A. est *ι'*.

2. *μέρος τὸ τιμιώτατον*] Omnes Codd. nostri, ut marg. Ed., *τίμιον*. Ficinus videtur legisse *ἡ φιλοσοφίας μέρος*.

4. *κανόνες—πράγματά*] Desunt hæc in Cod. Ciz.

ib. *ὕλην*] Cod. Vat. *ὕλη*.

7. *ἄλλου ποιήσαντος*] Cod. Marc. C. *ἀλλ' οἱ*. Ad v. *ὅταν τις* Cod. Par. A. in marg. *ια'*.

11. *ὃ τίθησιν*] Cod. Marc. A. *ὅ, τι τίθησιν*.

12. *εἰ ἕτερα*] Cod. Ciz. *ἢ ἕτερα*.

13. *ἑτέρᾳ*] Ita legit Fic. In Codd. Marc. A.C. Par. A. est *ἑτέρα*. Ed. *ἕτερα*.

ib. *ἀγαπώσῃ*] Codd., excepto Ciz., omnes *ἀγαπώσῃ*, nisi quod Vat. in m. habet *σι*. (Cod. Par. A. in m. habet *ιβ'*.) Ed. *ἀγαπῶσι*. Nos libris obtemperavimus, quod etiam Fic. expressit, addito ad explendam sententiam *facultati*. Ego in ejusmodi locis nihil decerno. Cæterum Græcitas nihil impediret, quo minus jungeres *ἀκριβολογεῖσθαι ἕτερα*. Demosth. contr. Aristocr. p. 669. Reisk. *ὥστ' οὐ πάνυ ταῦτα ἀκριβολογεῖσθαι δεῖ τὸν δικαίως ἐξετάζοντα*. Dio Cassius XCIV. 32. p. 431. Reimar. *μὴ καὶ πάντα διακριβολογώμεθα*, quod ipsum Plato in Sophist. p. 245. e. cum *περὶ* construit. Alibi quoque jungitur cum *ὑπέρ*. Vid. Reisk. Indic. Demosth. p. 36.

16. *ὥσπερ καὶ—τέχναι*] Cod. Marc. C. ita: *ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι προσχρῶνται τῇ ἀριθμητικῇ*. Cod. Vind. habet *χρῶνται*, superscripto *προς*.

17. *μέντοι αὕτη*] Cod. Par. A. *μὲν τοιαύτη*. Cod. Med. B. *μέντοι ἐγγύθεν αὕτη*.

Quid igitur philosophia? Præstantissimum procul dubio. Sed numquid idem philosophia atque dialectica? Profecto philosophiæ pars præstantissima dialectica esse videtur. Non enim existimandum est hanc esse philosophi instrumentum. Siquidem non nudas propositiones, respectusque continet, sed circa res ipsas versatur, et quasi materiam habet entia. Via tamen ad ipsa progreditur, res ipsas una cum notionibus habens. Mendacium vero et sophisma accidenti quodam respectu cognoscit: alio videlicet hoc inferente, ipsa judicans ut alienum, cognoscens mendacium per vera, quæ possidet, quoties quis illud objicit, quasi sit præter regulam veritatis. Quod ergo ad propositionem proprie spectat, fere non novit. Literæ enim sunt. Cognoscens autem verum, cognovit ipsum, quod propositionem vocant: communiterque cognovit animæ motiones: Quod ponit, quodve aufert, ac sive id aufert, quod et ponit, sive aliud. Item utrum alia, an potius eadem inter se afferantur, quasi more sensus attingens: alteri vero facultati hæc plurimi facienti concedens exactam in iis diligentiam.

VI. *Metaphysica dat regulas cæteris facultatibus, tum speculativis, tum moralibus: atque sine illa et scientiæ non sunt, et mores sunt imperfecti.*

Pars igitur hæc est honoranda. Habet enim philosophia alias insuper facultates: nempe naturam etiam speculatur, auxilium a dialectica sumens, quemadmodum etiam arithmetica cæteræ artes utuntur: ipsa vero principia propius

22 ἐγγύθεν κομίζεται παρὰ τῆς διαλεκτικῆς. Καὶ περὶ ἠθῶν ὡσαύτως,
θεωροῦσα μὲν ἐκεῖθεν, προστιθεῖσα δὲ τὰς ἕξεις καὶ τὰς ἀσκήσεις,
B ἐξ ὧν προΐασιν αἱ ἕξεις. Ἴσχουσι δὲ αἱ λογικαὶ ἕξεις, καὶ ὡς ἴδια
ἤδη τὰ ἐκεῖθεν· καὶ γὰρ μετὰ τῆς ὕλης τὰ πλεῖστα. Καὶ αἱ μὲν
ἄλλαι ἀρεταὶ τοὺς λογισμοὺς ἐν τοῖς πάθεσι τοῖς ἰδίοις, καὶ ταῖς
πράξεσιν· ἡ δὲ φρόνησις ἐπιλογισμός τις, καὶ τὸ καθόλου μᾶλλον,
καὶ εἰ ἀντακολουθοῦσι, καὶ εἰ δεῖ νῦν ἐπισχεῖν, ἢ εἰσαῦθις, ἢ ὅλως
ἄλλο βέλτιον. Ἡ δὲ διαλεκτικὴ καὶ ἡ σοφία ἔτι καθόλου καὶ ἀΰλως
C πάντα εἰς χρῆσιν προσφέρει τῇ φρονήσει. πότερα δέ ἐστι τὰ κάτω
εἶναι ἄνευ διαλεκτικῆς καὶ σοφίας, ἢ ἀτελῶς καὶ ἐλλειπόντως; ἔστι
δὲ σοφὸν εἶναι καὶ διαλεκτικὸν οὕτως ἄνευ τούτων· ἢ οὐδ᾽ ἂν γένοιτο,
ἀλλὰ ἢ πρότερον ἢ ἅμα συναύξεται. Καὶ τάχα ἂν φυσικάς τις ἀρε-
τὰς ἔχοι, ἐξ ὧν αἱ τέλειαι, σοφίας γενομένης. Μετὰ τὰς φυσικὰς
οὖν ἡ σοφία, εἶτα τελειοῖ τὰ ἤθη, ἢ τῶν φυσικῶν οὐσῶν, συναύξε-
D ται ἤδη ἄμφω καὶ συντελειοῦται· ἢ προλαβοῦσα ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν
ἐτελείωσεν. Ὅλως γὰρ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ, καὶ ὄμμα ἀτελὲς καὶ ἦθος
ἔχει, καὶ αἱ ἀρχαὶ τὸ πλεῖστον ἀμφοτέραις ἀφ᾽ ὧν ἔχομεν.

3. Ἴσχουσι] Codd. Ciz. et Vat. ἔχουσι. Sed Vat. in m. ut Ed.

4. ἤδη] Codd. Med. B. Vat. Vind. εἴδη.

7. εἰ δεῖ] Codd. Marc. C. Mon. A. εἰ δεῖν. Cod. Vat. ἰδεῖ, in m. ut Ed.

ib. ἢ ὅλως] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. (hic ex corr. ἢ εἰ) habent ἢ εἰς ὅλως.

8. ἡ σοφία] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. ἡ φιλοσοφία.

ib. καὶ ἀΰλως] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. non habent καί.

9. προσφέρει τῇ φρονήσει] Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A. Med. A.B. Par. A. (in marg. ιγ΄.) Vat. προφέρει. Verba τῇ φρονήσει absunt a Codd. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. (in m. add.) Vind. Quod conjecit E. εἰδέναι pro εἶναι, nostris libris non firmatur et potest locus commode explicari secundum vulg. Nec male vertit Fic.

10. ἢ ἀτελῶς καὶ ἐλλειπόντως] Ita Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.B.C. Med. A.B. Par. A. Vat. Vind. ἢ ἀτελῶς καὶ ἐλλ. Codd. Ciz. Darm. ἢ ἀτελῶς ἐλλ. omisso καί. Ed. ἢ ἄλλως κ. ε.

11. οὕτως] Aberat a Cod Med. A.; in m. additum est.

12. τις] Sic Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. habent τις. Ed. τινας.

13. ἔχοι] Ita, pro ἔχει, Codd. nostri, excepto Ciz., omnes.

trahit a dialectica. Facultas quoque de moribus similiter contemplatur quidem inde: adjungit vero habitus, exercitationesque, a quibus habitus ipsi proficiscuntur. Rationales quoque virtutes habent habitus, et tanquam propria jam, quæ inde ducunt: etenim cum materia habent plurima. Et aliæ quidem virtutes ratiocinationes habent in passionibus propriis atque insuper actionibus. Prudentia vero est præcipua ratiocinatio quædam, et circa magis universale versatur. Considerat etiam, nunquid in præsentia cohibendum sit abstinendumque? an in posterum? an omnino melius aliud? et quæ vicissim consequantur, quæ non, animadvertit. Dialectica vero, et sapientia etiam universali, immaterialique ratione omnia in usum prudentiæ profert. At utrum possint inferiora esse sine dialectica atque sapientia, quæri potest, forte admodum imperfecte: fieri vero potest, ut absque iis ita sit sapiens atque dialecticus. Vel non utique sic contingit, sed vel prius, vel simul coalescunt. Et forte aliquis naturales virtutes habebit, ex quibus et perfectæ fiunt, adhibita videlicet sapientia. Post naturales ergo sapientia provenit: deinde mores perficit, vel potius existentibus naturalibus concrescunt jam ambo, simulque tandem perficiuntur. Aut forsan anticipans altera alteram perficit. Omnino enim naturalis virtus imperfectum habet oculum atque morem: et principia plurimum ab iis quæ habemus utrisque contingunt.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBRUM DE FELICITATE,

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI,

Beatus est qui sola mente vivit.

LIBRUM de felicitate ab ea sententia, in qua omnes consentiunt, exorditur. Felicitatem sane omnes esse bene vivere prædicant. Quoniam vero, quid vita sit, et quid bonum, prorsus ignorant: ideo quoties definiunt bene vivere, toties errare coguntur. Quorum errores Plotinus in primo, et secundo libri capite deprehendit: nos videlicet admonens, ut ab ipsa definitione disputationis initium faciamus. Itaque in tertio libri capite vitam, et bonum, felicitatemque describit. In quarto dubitationes objicit atque solvit: quærens utrum homini beata competat vita. Item, qua ratione rursus utrum impediri queat: interea significans impediri non posse. In sequentibus deinde capitibus similes quæstiones adducit, ac denique solvit: ex omnibus videlicet comprobans eum duntaxat esse beatum, qui sola mente vivens totus jam sit intellectus, nulla ex re alia pendens, quam ex intellectu divino, ipsoque bono rerum omnium principio atque fine. Hoc libri totius est institutum.

*Variæ opiniones, quid sit bene vivere.*

I. Primum itaque caput per ambages versat eos, qui, ignorantes, quid ipsa vita sit. quid ipsum bonum, bene vivere interim definire contendunt, dicentes videlicet: Bene vivere est vitam sine impedimento transigere: item bene se habere: rursus proprium opus perficere: præterea finem consequi ab appetitu naturaliter exoptatum: dehinc tranquille vivere: denique secundum naturam vivere. In his itaque omnibus eo deducit veræ definitionis ignaros, ut abjectissimis quibusque bestiolis, imo etiam plantis divinum beatitudinis donum concedere compellantur, et, quibus minimum inest, vitæ felicitatem, id est summum vitæ tribuere.

*Sicut in primo, sic in secundo falsas opiniones agitat, et ex eis veri aliquid eligit: in quo nota de sensu in animalibus atque plantis.*

II. In secundo libri capite dum idem ferme efficit, quod in primo, tentat interea ex aliorum erratis sive dubiis, nonnullas ad veram beatitudinem inveniendam conjecturas passim occupari. [Ed. pre. *aucupari*.] Dixerant autem felicitatem esse affectionem quandam naturæ, secundum quam aliquis bene se habere dici solet. Post hæc, nonnulli inter eos negant inesse plantis felicitatem: quamvis animalibus cunctis attribuant. Hinc Plotinus ait, Qui negant felicitatem plantis, quia non sentiant, videntur etiam quibusdam animalibus negaturi, id est ostreis et similibus, quæ vix sentire videntur: ac ferme eodem modo sentire perfectiores plantas *Pythagorici* putaverunt: Ut summus in plantis gradus cum animalium infimo congruat. Quin etiam in plantis est discretio sexus: et prope sitæ conjuges plantæ fœcundius pullulant: et nescio quo sensu humorem versus vergunt atque calorem et violentius amputatæ vel tractatæ siccantur. Sensum vero duplicem esse putamus: Inferiorem quidem, quo non natura rei vel qualitas ulla discernitur, sed affectio quædam tantum inde illata sentitur: qui et stupidus sensus est, velut in dormientibus, plantisque conveniens: Superiorem vero, qui et naturam qualitatemque persentit animalium solummodo proprius. Sed ut redeamus ad illos, qui affectionem quandam, sive habitum corporeæ præsertim naturæ convenientem felicitatem esse dicebant, illi profecto non recte adimebant felicitatem plantis, quia non haberent sensum: quoniam ejusmodi habitus similiter est etiam ante sensum. At si dicant, summum bonum non in tali quodam habitu, sed in sensu et cognitione

consistere, inde protinus refellentur, quoniam si ipsa propria boni ratio in sensu comprehendatur, certe quicquid et quomodocunque sentiatur, bonum esse probabitur. Contra vero contingit: sæpe enim sensus actionem, et hujusmodi cognitionem respuimus: quando vel esse animadvertimus, vel timemus nobis fore molestam. Proinde si rursus addiderint mistum ex habitu ejusque perceptione summum bonum esse, iterum convincentur: quia si indifferens aliquid ad ipsum bonum cum altero ad idem indifferente jungatur, non ex ambobus bonum ipsum conficietur. Si ergo concedant utrumque ad bonum se indifferenter habere, summum ex eis bonum minime resultabit. Forte vero dicent, certum quendam habitum esse summum bonum, sed quando cognoscitur esse præsens. Ad hæc ita Plotinus argumentatur: Bene vivere alicui competit, non ex eo solum, quod tale quiddam adesse cognoscat, sed ex eo potissimum, quod vere judicet esse bonum. Sic enim duntaxat vere fruetur tanquam bono. Judicare vero de natura, et ratione boni, non sensus jam officium est, sed rationis, atque mentis. Non ergo vel habitus voluptarius, vel sensus ejusdem, sed ratio, atque mens causa est bene beateque vivendi: profecto affectio naturæ corporeæ consentanea, sive voluptas ejusmodi aliquid est rationis expers. Hoc autem ipso, et ratio et mens velut judex et auriga præstantior est: si præstantior est, ergo naturalis, præcipuaque ipsius actio ad præstantiorem dirigitur finem. Quin etiam, qui animalibus omnibus, vel etiam plantis attribuunt bene vivere, hi certe dum addunt, hæc bene vivere, quando certo modo affecta perfectius vivunt, vaticinari videntur, sensualem vegetalemque vitam, non quatenus simpliciter talis est, sed qua ratione aliquando melius vivit, bene vivere: quasi super talem vitam non semper perfectam, imo et semper imperfectam sit alia quædam semper perfectissima vita. Qui ergo circa perfectius vivens, scilicet rationale, felicitatem ponunt, rectius judicant. Sed virtus ipsa rationalis non ideo necessaria est ad beatos efficiendos, quia comparet, quæ primis naturæ corporalis incitamentis necessaria sunt: nam et sine hac vel comparari, vel adesse possunt. Item sic natura rationalis serviret tantum inferiori naturæ, quod est absurdum. Oportet enim naturam superiorem habere etiam superius officium atque proprium ad superiorem finem proprie sibi conducens. Et sicut natura corporea, sensualisque suum quandoque finem consequitur, sic illam assequi suum, neque perfectionem ejus consistere in eo, quod circa imperfectiora versetur, sed circa perfectiora insuper quam ipsa ratio sit. Quicquid enim perficiendum est virtute, et adeptione cujusdam ipso perfectioris tantum perfici potest. Denique cum natura rationalis rebus corpori consentaneis impleri nunquam possit, neque unquam in talium possessione quiescat, constat ipsam in alio, atque præstantiore ordine collocari, et aliunde, scilicet ex alto, perfici fierique beatam.

*Una vita est summa, scilicet intellectus summus: aliæ per multos gradus inde dependent.*

III. Tertium libri caput jam definit asserens, si in omnibus, quæ vivere dicuntur, eadem esset ratio, et æqua vitæ conditio, omnia æque ad beatam vitam aliquando perventura: sed cum non ita res se habeat, imo vero vita vera sit intellectus, aliæ vero imagines vitæ sunt, in eo solum vitam esse beatam: in aliis autem videri quasdam felicitatis imagines: rationem quoque esse intellectus imaginem. Ergo qui in ea felicitatem collocant, rectius quidem quam cæteri sentiunt (siquidem ratio est proxima menti) non tamen rectissime judicant. Cum enim ratio versetur in motu, non proprie ad eam pertinet finis ultimus, qui tanquam summa quies diversus admodum est a motu. Præterea vita beata est ipsa vita et absolutissima vita. Qui vero dicunt, felicitatem non esse simpliciter vitam, sed quendam rationalis vitæ habitum, primo quidem negant vitam beatam esse ipsam vitam: deinde in accidentali quadam qualitate eam collocant: rursus in discursione, quæ dum semper versatur in motu, nunquam est vita penitus absoluta. Concludit ergo Plotinus, Beatam vitam circa aliam vitæ speciem esse ponendam: aliam, inquam, a sensuali, aliam quoque a rationali: sed interim corrigit se ipsum, quod dixerit speciem: non enim vult, intellectum ipsum in eodem genere cum planta, vel sensu, vel ratione connumerari, et quasi speciem quandam una cum his per differentias speciales ex æquo distribui, sed ipsum intellectum esse ipsam vitam, viventium omnium principium, et exemplar: cætera vero viventia per diversos gradus inde manare, rationale primum, deinde sensuale, denique vegetale, ea tamen connexione, ut in animali rationali sit etiam nonnihil intellectuale: rursus in sensuali rationale nonnihil, item in vegetali aliquid sensuale: denique in mistis vitale aliquid, atque vegetale: sic enim et principii fœcunditas declaratur, et sequentium servatur conditio, et universum undique perfecte connectitur. Sed jam ad ipsam vitam mentemque, vitamque beatam dispositis gradibus ascendamus.

*Idem est prima essentia, prima vita, primus intellectus.*

In ipso rerum ordine cernimus essentiam anniti ad vitam, quatenus, quicquid est, ad motum generationemque inclinatur. Motus vero et ge-

neratio vitale aliquid præ se ferunt. Item vitam ad cognitionem anniti, quatenus quod vivit, in se formas generat: qua in re cognoscentem imitatur naturam, quæ in se formas concipit cognoscendo. Hinc patet vitam esse perfectionem essentiæ, cognitionem vero vitæ perfectionem: quanquam totum hoc sub ratione vitæ considerari potest. Videtur enim et essentia esse quædam vita nascens, et cognitio, præsertim intellectualis, esse vita prorsus adulta. Videmus præterea horum trium vestigia quædam per omnia, quæ sunt, extendi. Ubique enim sub ratione formæ essentiæ vestigium reperitur: siquidem unumquodque per formam esse videtur. Item sub eadem ratione vitæ vestigium: siquidem per formam inclinatio fit et motus, atque generatio. Rursus eadem ratione vestigium apparet intelligentiæ: quippe cum per formam ubique sit ordo, proprium intelligentiæ signum. Cum ergo per unum aliquid, id est, per formam, tria hæc per omnia porrigantur, necesse est unam esse primam omnium formam: quæ quidem ipsamet sit essentia prima, et vita similiter, et intelligentia prima. Nam iccirco per unum formæ munus tria hæc per omnia protenduntur: quia una super omnia extat forma, tria hæc in se ipsa complectens. Jam vero quod prima forma sit essentia prima, ex eo patet, quod per formam essentia passim et esse producitur, atque ubi plus formæ, ibi majus est munus essendi. Item quod eadem prima sit et perfectissima vita, nec non perfectissimus intellectus, inde conjicimus, quod et vita essentiæ, et intellectus vitæ perfectio est. Igitur cum summa perfectione essentiæ summa concurrit vitæ, intellectusque perfectio. Præsertim cum essentia perfectissima proprium actum habeat perfectissimum: vita vero sit actus essentiæ, item absolutissima vita perfectissime moveatur, id vero nihil aliud sit, quam per intelligentiam in se revolvi. Proinde quemadmodum in mundo sensibili, qui mundi intelligibilis est imago, essentia quasi materia per vitam formatur, et vita similiter per intellectum, sive qualemcumque cognitionem, quæ intelligentiam repræsentat; sic in mundo intelligibili intellectus quidem est actus quidam vitæ, vita vero est actus essentiæ. Quoniam vero tria hæc apud nos formali quodam ordine inter se distinguuntur. icirco ratione quadam distinguuntur: et ibi, ubi prima forma totius formalis ordinis principium est, et exemplar, et finis. Distingui vero hæc, et ibi quodammodo conjectamus, ex eo, quod apud nos, etsi tria illorum vestigia sunt ubique, in rebus tamen, quæ plerique esse tantum dicunt, expressius essentiæ, quam vitæ, vel mentis apparet indicium. In his autem quæ solum dicuntur vivere, certius vitæ, quam mentis vestigium nobis occurrit. Et quoniam essentia illic quoque velut informe quiddam videtur, si comparetur ad vitam, et vita similiter si comparetur ad mentem: informe vero se ipsum formare non potest: iccirco super ens ipsum in quo tria hæc cogitantur, regnat ipsum unum atque bonum: cujus virtute et essentia in melius proficit, dum prodit in vitam: et vita in melius, dum in mentem prorsus absolvitur. Hæc itaque mens est vita beata, id est, vita ipsius boni vigore ad summum suæ naturæ appetitionisque perducta, reflexa in se, conversa in ipsum bonum, atque exuberante illinc bonitate repleta. Ipsum vero bonum, ac simpliciter unum, non est essentia. Vita intellectus per modum formæ, sed excellentius admodum, id est per causæ rationem. Quod autem proxime fit sub bono tria hæc, est per formam. Anima deinceps tria hæc est participatione vera. Quod autem animæ rationali subjicitur, participatione quadam imaginaria tria hæc esse censetur: sicut lux, lumen, splendor in cælo quidem invisibili sunt per causæ rationem, in cælo visibili per modum formæ, in æthere participatione vera, subinde vero conditione prorsus imaginaria. *Proculum* vero tria hæc volentem tres esse substantias, et essentiam quidem vita superiorem, vitam vero mente præstantiorem, non facile comprobamus. Sic enim oportet et horum vestigia similiter se habere, scilicet quod solum est, excellentius esse vivente: rursus quod est vivitque, duntaxat intelligente præstantius. Nos ergo dicemus nobiliores hujus substantiæ dotes paucioribus convenire: minus vero nobiles competere pluribus. Multa enim perfectaque in rebus exigitur præparatio ad donum præstantius capiendum.

*Ipse intellectus est summum vitæ.*

Vitam communi notione describimus primum quendam essentiæ esseque ipsius exitum in actum ejus, atque ipsum primum ejus actum, et quasi motum intimum et perennem omnium principium motionum; quo efficitur, ut actus, motusque ubique sit vitæ vestigium: ac perfectior motus et actus sit expressius vitæ perfectioris indicium. Cum vero summus vitæ gradus ille sit, in quem veluti finem motus omnis universi contendit, intellectum ipsum esse summam vitam ex eo conjicimus, quod universus mundi motus in formam intellectualem denique desinit: exordiens quidem generationem a formis elementorum, deinde admistorum formas subinde plantarum, dehinc animalium, denique proveniens ad ipsam hominis formam intelligentiæ jam participem. Similiter in ipsa generatione hominis in matrice a forma misti ad quandam plantæ formam, ab hac ad sensualem, ab hac ad intellectualem fit processus. Mitto, quod universus mundi

motus, totaque generatio ad communem totius ordinem et pulchritudinem proficiscitur: quæ quidem certa in rebus est intellectus imago. Idem quoque artes imitari conantur, inchoantes quidem opus ab instrumentis atque materia, desinentes denique in artificiosam formam intellectualis artis imaginem. Cum itaque finis ultimus in ordine motionum quasi vitarum appareat intellectus, quis non videat summam vitam intelligentiam esse summam? Ipsamque mentem esse efficientem et exemplarem causam universi? Quippe cum mentis ipsius virtute omnia velut ad finem, ad ipsam mentis similitudinem pro viribus redigantur. Hæc igitur ipsa vita est. Nulla vero, præter hanc, est vita simpliciter, sed quædam potius participatio vitæ: cujus imago quædam est vita rationalis: vitæ vero rationalis imago est vita, quæ dicitur sensualis: hujus autem vegetalis vita similitudo videtur: vegetalis denique vitæ vestigium est forma quælibet in materia, dum inclinatur, et inclinat ad motum, dum generat quasi more viventis, dum rarefacit atque condensat: in quibus augmenti apparet et decrementi conditio. Fit ergo descensus a substantia vitæ ad imagines deinceps alias atque alias, et vestigia vitæ: perinde ac si artifex ipse vivens sui ipsius statuam simillimam fabricet, et hanc deinde referat in pictura, pictamque imaginem speculo rursus objiciat, unde ultima quædam appareat specularis imago. Solus hic artifex homo est: nulla vero imaginum erit homo. Solus similiter intellectus est vita: quæ vero inde posterius, deinceps, posteriusque fiunt, imagines quædam vitæ potius, quam vitæ, censentur. Non solum quia longo quodam intervallo ab ipsa vita degenerant, sed quoniam nonnihil morti simile habere videntur admistum, dum et in aliquo vitæ gradu deficiunt, et privationem quandam subeunt a potentia in actum, atque vicissim tempore transeuntes, et ignorantiam, oblivionemque patiuntur. Proinde quo motus exterior est, eo indicatur et vita jam facta debilior, quasi ab ipso suo fonte digrediens. Elementa quidem et mista moventur extra, et in separata solum materia generant. Plantæ vero jam moventur intrinsecus, et in conjuncta materia gignunt. Sensualis dehinc animalium virtus præter ejusmodi genituram, formas imaginando concipit in se ipsa. Rationalis deinde virtus non quemadmodum imaginatio suæ conceptionis initia mutuatur a sensibus, sed ex semine jam intimo contrahit: conceptumque suum animadvertendo complectitur. Ipse denique intellectus ita jam gignit in se, ut se quodammodo appareat genuisse. In quo enim esse, vivere, intelligere, re ipsa sunt unum, hic, dum intelligit semet ipsum, interim nescio quid essentiale, atque vitale in seipso gignere, vel expedire, vel conservare videtur. Ex his omnibus colligere possumus, intimam maxime perfectamque motionem, generationemque in mente vigere: ideoque perfectissimam esse vitam. In mente, inquam, divina, primo atque per se, in nostra vero proxime atque per ipsam. Beatam itaque vitam esse putamus, non vitam quidem talem aut talem, quasi additamenti alicujus egenam, sed vitam ipsam summo vivendi gradu vigentem. Vitam, inquam, id est, actum essentiæ primæ directum naturaliter in ipsum bonum, atque ita perfectum. Atque in hoc ipso perfectionis gradu, simul et intellectum fieri cogitamus, vitamque ipsam ipso intellectu prorsus absolvi. In hoc autem intellectu idem est vivere, intelligere, velle, quamvis in natura rationali aliud sit vivere, aliud cogitare, aliudque eligere, sicut et in cœlesti lumine idem est lucere, micare, calere: quamvis nostro hoc aëris lumine aliud sit fulgere, aliud refulgere, aliudque fervere. Quæ enim natura inferior per diversa facere cogitur, eadem per unum explet natura superior. Quemadmodum quæ instrumentis quinque sensus exterior agit, eadem uno quodam imaginatio peragit. Et quæ pluribus, singulisque formis imaginatio machinatur, ratio una quadam universali specie, colligit. Postremo quæ ratio percurrit actu multiplici, intellectus uno stabilique consequitur actu, imo actu perpetuo possidet. Hujus itaque vivere est intelligere: hujus intelligere, velle: vel si qua forsan in voluntate distinctio fit, eodem tamen naturæ suæ (ut ita loquar) instinctu, dum ad bonum nititur, naturaliter velle dicitur: dum assequitur bonum, dicitur intelligere: rursus dum bonum consequutus amplectitur, velle iterum judicatur. Hæc vita prima, primaque mens paterno semper bono perfruens, beata vita censetur. Hinc quoque mens quælibet perpetuo fit beata menti primæ, ac per illam bono semper inhærens. Hinc et ratio totiens evadit felix, quotiens suæ menti, perque suam divinæ menti conjungitur.

*Rationalis natura potest consequi vitam beatam: quando scilicet intellectu formatur et agit.*

IV. Cum igitur vita beata sit perfecta vita, perfecta vero vita sit intellectus verus, actuque perfectus: quæritur deinceps: utrum homo, id est, anima rationalis, sua ipsa rationali potentia hanc mentem, hanc vitam consequi possit. Huic igitur quæstioni in quarto libri capite respondetur, aliquando consequi posse: quod quidem in Theologia, et in libro de Mente latius aperimus. Vis hæc rationalis duos præcipue habet actus: intuitum scilicet, atque argumentum. Intuitu quidem formas a materiæ conditionibus resolvit et abstrahit: atque a singulis imaginationis for-

mis ad universales se recipit formas: rursus ad universales magis, donec ad communissimas perveniat formas, ipsius jam intelligentiæ proprias: ubi finem facere videtur in mente, a qua etiam argumenti virtutem ducit, dum principales scientiarum, artiumque regulas intellectui naturaliter insitas sibi ipsi præscribit tanquam argumentandi principia. Sic itaque et intuendo finem sistit in mente: et argumentando trahit a mente principium: et merito, quoniam velut posterior naturaliter inde dependet. Finis itaque rationis est, pro viribus mente potiri. Hinc ergo quotidie nititur, quantum non impeditur, magis gradatim, magisque mente formari. Cum vero potentia hæc tanquam speciei huic naturalis non sit inanis, mentem quandoque assequi potest: eandemque virtute denique perfici, qua et quotidie proficit. Cum vero potentia rationalis ad ideales intelligentiæ formas et regulas jam processerit, tunc velut materia quædam ipsa mente formabitur quasi forma, et sub mentis actu jam aget: Atque ita demum illius vita vivet, vivetque beata. Quod si hac in vita tanquam occupata diversis acquirere nequit, adipiscetur in altera: et ille citius consequetur, qui se ad id propensius comparaverit. In Plotini verbis notabis, intellectum quendam esse intimam propriamque ipsius animæ partem. Ac priusquam ratio tota convertatur ad mentem, adhuc in anima esse intellectum, atque rationem, tanquam duas animæ partes: postquam vero conversa fuerit, intellectum non amplius esse partem, sed animum ipsum esse tunc intellectum: qui certe animus non prius est felix, nisi totus actu intellectus evadat. Ferme sicut sublimis aër sub sphæra ignis est igneus, agitque ut ignis: quin etiam neque homo est, nisi intellectum saltem habeat in potentia. Quod quidem propter animalia bruta dictum arbitror: in quorum imaginationibus si qua vis argumentatrix inest, nequit tamen mente formari. Cum enim propriæ mentis formæ stabiles omnino et communissimæ sint, merito imaginatio bruti per formas suas, et particulares tantum, et mobiles, nunquam potest mente formari. Ratio vero per formas suas quamvis quodammodo mobiles, tamen universales potest ad intelligentiæ formas quandoque perduci. Post hæc disputat ejusmodi felicitatem propter curam animalis, ejusque incommoda minime perturbari: quippe cum animus sic affectus animal non esse sui partem existimet, sed aliquid vel ex eo factum, vel suæ providentiæ commendatum. Affirmat autem inter hæc Plotinus, animum sic affectum sibimet bonum existere, scilicet per intellectualem formam, quam nuper rationalis animus est indutus: indutus, inquam, sub intellectu proprio: quemadmodum et proprius intellectus ab initio divinum induitur intellectum. Atque omnino per intellectum, et proprium, et divinum, animus ipso bono perfruitur. Quod quidem in se simpliciter bonum est, in intellectu vero essentiale, vitale, intellectuale, intelligibile bonum.

*Quæ Peripatetici objiciant.*

V. Quintum libri caput summatim enumerat, quæ huic felicitatis definitioni sit *Peripateticus* aliquis objecturus, et quæ ad felicitatem necessaria videantur, numeraturus. Inter hæc notabis magica veneficia in corpus et animam posse nonnihil, quod et Porphyrius asserit: præsertim in animas quodammodo debiles, id est, imaginationi addictas, nec intellectu velut Palladis clypeo hastaque munitas. Sed de veneficiis, fascinationibusque satis in Theologia et Convivio de amore tractamus.

*Finem ultimum esse bonum unum scilicet summum, intelligibile vel plusquam intelligibile.*

VI. Ad hæc in capite libri sexto respondet: Si felicitatem in rerum humanarum prosperitate et tranquillitate quadam ejusmodi poneremus, sequi, quæ a Peripateticis objecta sunt, scilicet non esse felicem, cui adversa contingant. Cum vero beatam vitam in ipsa primi divinique boni possessione ponamus: nec reliqua præterea, quæ dicuntur bona, huic censet annumeranda: neque horum contraria felicitatem putat nobis adimere: modo interim ab ipsa divinitate minime discedamus. Cui quidem quamdiu conjunctus est animus, æque beatum dicit: et si corpus interea doloribus torqueatur. Id equidem Plotinum arbitror non tam Stoicorum verbis, quam Christianorum martyrum suo seculo frequentium opera didicisse: Tum vero negat felicitatem in accumulatione quadam majorum minorumque bonorum esse ponendam: quæ quidem ipse minora, quæ dicuntur bona, potius necessaria nominat. Deus profecto naturæ auctor, nostrum animal, id est, corpus vivens tanquam imperfectius aliquid subesse animæ voluit. Dehinc in anima imaginationem subdit rationi, rationem menti, mentem denique sibi: eadem ratione bonum, finemque proprium animalis, fini bonoque animæ servire constituit. Atque in anima proprium imaginationis finem fini proprio rationis, item familiarem rationis finem fini mentis servire præcepit: qui sane, quemadmodum proprius est intelligentiæ finis, sic et finis sequentium est communis, finiumque finis. Quamobrem rationalis animæ finis non ex diversis bonis componitur, sed est ipsum intelligentiæ bonum: ad quod velut ad finem bona sequentia referuntur: præsertim cum animus tunc solum beatus existimetur, quando non ulterius in plura distrahitur,

sed demissis, vel certe remissis admodum cæteris viribus et officiis, totus jam est translatus in mentem. Ideoque totum animi bonum est unum ipsum intelligentiæ bonum. Tunc et reliqua, quæ bona dicuntur, si eligit, non propter ipsa, sed quasi quædam remedia eligit, ut omnia inde pro viribus vitentur incommoda: quæ forte animum ad inferiora curanda distractum adducere videantur, ut interim circa divinum bonum remissius operetur. Ait præterea, ultimum finem maximeque omnium expetendum oportere non solum esse maximum in se bonum, sed animo etiam præ cæteris intimum: sic enim bonum maxime prodest, si summopere sit intrinsecum, atque ita maximum est animo bonum. Atque vicissim quod maximum in se bonum est, si modo id animus noster auguretur, fit præ cæteris intimum: tum quia et ipsum efficacissime rapit et penetrat, tum quoniam animus vehementissime ad id afficitur. Tale vero est solum intelligibile, et plusquam intelligibile bonum. Cætera enim, quæ dicuntur bona, vel etiam extra animal nostrum sunt, ceu divitiæ, honores, imperia: vel in animali nostro, sicut sensuum voluptates: vel etsi sunt in anima, tamen externa prospiciunt: ut imaginationis oblectamenta, spesque rationis occupatæ rebus agendis: vel si non externa respiciunt, sunt tamen (ut ita loquar) imaginaria, perpetuoque versantur in motu, ut rationis speculantis discursiones, atque conceptus: solum vero quod super rationis motum extat bonum, et menti est penitus intimum, et (ut ita loquar) solidum ac stabile, simulque totum. Id ergo et maximum in se bonum est, et maximum animo bonum.

*Felix unicum bonum vult, cætera propter ipsum eligit.*

VII. et VIII. In capite libri septimo confitetur, felicem eligere commoda potius, quam opposita: et commoda non propter ipsa, sed ut devitentur incommoda. At vero incommoda procul abesse malle, non quia, cum accidunt, esse felicem e medio tollant, sed quia et esse potius auferant (quanquam hoc deinceps nihili pendit) et contemplationis studium interpellare contendant. Concludit, beatum divinitate plenum, cætera omnia nihili pendere: ideoque ex ipsis nullam in partem e suo statu posse deflecti. Idem in octavo capite peragit.

*Est in mente sapientia æterna, ad quam cum attingit ratio, animus est beatus.*

IX. In nono capite iterum dubitatur: utrum, qui beatus jam definitus est, perseveret beatus, si quo gravissimo morbo aut maleficio phrenesim patiatur? Respondetur: perseverare beatum: quasi dormiat quidem, et somniet imaginatione: vigilet tamen et perfecte agat tum mente, sicut et de omni anima dictum est, tum vi rationis superiore, quæ et contemplativa ratio dicitur, et quodammodo intelligentia quædam: quæ in beato jam mente formata est, et ut mens operatur. Idque videlicet secundum universales tum rerum species, tum rationis actus: non enim adeo perfecte formata est secundum singula: magis enim a mente distant. Quin etiam et reliqua rationis virtus, quæ in agendo magis posita est, et si in phrenesi distrahatur, aut vacet, tamen paratissima est, post phrenesis impetum ad superiorem rationis vim, mentemque reflecti. Post hæc, cognitionem æternam a temporali distinguit: quod nobis hic videtur altius repetendum. Cum in prima essentia vivere quidem sit intrinsecus agere, intelligere vero agere in se ipsam, suique notitia in se reflecti, qui sane actus nullo modo vergit ad corpus, merito eo usque naturam intellectualem extendi putamus, quo usque cognitio sui et quædam a materia segregatio. In natura ergo rationali quamvis aliquando imago quædam mentis soleat appellari, tamen quodammodo natura intellectualis apparet. Ratio enim et se ipsam animadvertit, et sæpe formas a conditionibus materiæ separat. Tres itaque intellectualis naturæ sunt gradus: Intellectus scilicet ipse communis: Intellectus animæ proprius, atque ratio. Tres quoque sunt naturæ intellectualis imagines: prima sensus: secunda vis vegetalis: tertia forma corporis. Sed de imaginibus alibi. Jam vero in intellectu primo intelligere est ipsum esse. In secundo intelligere est quasi esse, et (ut ita loquar) existere: est enim agere: agere, inquam, actu quodam essentiali, et intimo atque perpetuo, ferme sicut in luce lucere, sive micare. In tertio denique intelligere est argumentari: id autem est mobiliter operari, ferme sicut in lumine refulgere. Merito inter intelligere, quod est esse simpliciter, nullaque participatione, sed penitus per essentiam; atque intelligere, quod est mobiliter agere, medium est intelligere, quod est agere penitus immobiliter. Et prima quidem intelligentia est per essentiam: secunda per participationem quidem, sed prorsus immobilem: tertia denique participatione fit mobili, sicut et sphæra ignis essentia calet: supremus aër fervet inde participatione perpetua: inferior aër calet participatione mutabili. Esse vero proprium in anima intellectum stabiliter operantem, non solum ratio hæc nobis ostendit, sed hinc insuper confirmatur: quod rationalis natura quasi potentia quædam est quodammodo patiens, dum motu formatur, atque ex ocio prodit in actum: quem plerique intellectum passibilem, vel formabilem nominabunt. Oportet ergo hunc intellectum, velut ex se imperfectum ab alio quodam

perfectiore, qui semper in actu sit, ex potentia in actum vicissitudine perpetua duci. Neque intellectum communem tantum oportet sic esse semper in actu, sed intellectum etiam animæ proprium: ne naturæ rationali desit efficax intelligentiæ suæ et intimum sufficiensque principium: cum neque vegetali naturæ desit vegetationis suæ ratio seminalis: quæ quidem intimum est, et efficax, et continuum generandi principium. Sicut ergo universalis natura, id est, tota universi seminaria ratio præest particulari naturæ, id est, suæ cujusque viventis seminariæ rationi, hæc vero perpetuo præsidet, mobilique generationis officio: sic intellectus communis et agens intellectui proprio rursus agenti: hic autem rationi quasi jam patienti: ut inter agens commune, patiensque proprium, rite proprium agens medium sortiatur. Hinc itaque fit, ut animus ad summum quandoque in se revocatus inveniat statim nondum inventa, et sæpe vaticinetur, et opera omnibus miranda perficiat: quippe cum subito in mentem propriam revertatur, quæ divina quadam virtute pollet, cui omnia patent. Sed de his in Theologia latissime disputamus. Ad hunc utique intellectum, velut ad tertium scilicet, intellectuale cœlum super cœlum imaginale, atque rationale Plotinus forsan diceret, Paulum ascendisse: et Moysen in hunc montem: et ejusmodi angelum prophetis plurima nunciasse: Neque enim decere ad nos descendere numina: neque oportet animum divina visurum, loca mutare: satis enim esse ad mentem, et divina converti. Sed hæc ille viderit.

*Confirmantur superiora, quod in omni mente sapientia sit æterna, et quomodo rationalis natura ad hanc ascendat.*

Animus sæpe vel intuendo, vel argumentando multa considerat, non solum esse sempiterna, sed qua etiam ratione sint sempiterna: ipsiusque (ut ita dicam) sempiternitatis propriam concipit rationem. Majoris vero ad sempiternitatem momenti est ratio ipsa, quam modus. Cum igitur tanta sit virtus in animo, ut res sempiternas ac sempiternitatem ipsam sempiterna cogitet ratione, multo magis ea est in animo virtus, quæ res sempiternas modo quodam sempiterno, id est, sempiterne semperque consideret. Sic igitur super imaginationis actum, qui est mobilis circa mobilia, extat rationis actus, qui est circa immobilia mobilis: super hunc actus intelligentiæ circa immobilia prorsus immobilis: ut sicut actus animæ in melius proficit, sic perficiatur in optimum. Dic age: undenam ratio nostra vim habeat: ut dum a singulis formis ad universales se ipsam recipit, ipsas interim formas ab hoc vel illo loco, motu, tempore solvat? nisi insita quadam et præsidente sibi virtute, cujus actus non a loco tantum, sed a motu etiam atque tempore sit solutus? Alioquin ipsa duntaxat ratio dum mobiliter et temporaliter agit, nunquam formas posset actu suo a motu ac tempore solvere. Virtutem dixi insitam: nam etsi quis rationem objiciat sub intellectu communi hoc efficere, cogetur attamen confiteri, certum quendam actum non absque certa quadam virtute posse præberi: siquidem talis actio talem sequitur facultatem: atque ideo vim quandam stabiliter operantem ab intellectu communi præfici rationi, per quam et si mobiliter, ipsa tamen ad immobilia se convertat; ipsam vero vim stabilem nos intellectum proprium nominamus: cui necessarium est communissima certissimaque scientiarum artiumque inesse principia, et ipsa quoque exemplaria rerum, ut ratio ibi possit discursiones argumentandi fundere: resque et opiniones veras, bonasve ab oppositis rite discernere: ac per vim intellectus illius omnia semper subito contuentem, ipsa quoque nonnunquam aliquid subito intueri. Cum dicimus intelligibilia inesse intellectui, sic accipe: ut intellectus sit ipsum intelligibile. Sic enim habet ordo. Sensus quidem nec est, nec habet sensibile, sed vertit se foras ad illud. Cogitatio vero et si non est cogitabile, habet tamen intrinsecus. Intellectus denique tanquam ratione præstantior, non habet tantum intelligibile, sed existit. Ubi vero ait, Sapientiam felicis animæ sitam esse in essentia quadam, imo potius in essentia, significat actum ipsum intelligendi existere ipsum esse, tum in proprio intellectu: qui est essentia quædam, tum in intellectu communi, qui est ipsa essentia. Addidit autem, potius: quoniam actus intellectus proprii ab actu communis fit atque servatur. Proinde sicut in lumine idem est esse lumen, atque lucere, quamvis non sit idem esse lumen, et resplendere, atque calere: sic in anima intellectuali, idem est intellectualem esse atque intelligere, licet non idem sit esse, et ratiocinari, atque imaginari. Sed memento, ex Plotini mente ponendam esse inter intellectum imaginationemque geminam speciem rationis: alteram quidem speculativam surgentem ad intellectum: alteram vero activam ad imaginationem potius declinantem. Alioquin cum non possit per ipsum intellectum duntaxat esse aiter beatior altero, omnibus per ipsum similiter semper agentibus, non erit hic felicior illo: nisi quia in hoc speculativa ratio naturaliter intellectui proxima, in mentem penitus est conversa. Quod tamen de activa similiter non licet dicere: quia et remotior est a mente et in labore posita, et quodammodo servit externis. Differre vero rationes ejusmodi specie, patet non solum, quia speculativa naturæ opera proprie, activa hominum opera cogitat, sed etiam,

quia raro admodum et forte nunquam concurrit in eodem ingenio naturalis utriusque dexteritas.

*Neque omnes animadvertunt, mentem suam semper agere circa divinam: neque beatus semper animadvertit rationem suam superiorem agere circa mentem.*

X. Etsi in beato ratio speculatrix sub forma jam actuque mentis agit, non tamen ita se agere semper animadvertit: sicut neque alii mentem nostram agere circa divinam mentem semper agnoscunt. Sicut enim in animali nostro secundum vim vegetalem vivere ferme idem est, atque vegetare, id est, nutrire, augere, generare, servare: neque tamen agnoscimus, hanc vim hæc agere, et quomodo talia peragat: quia videlicet nulla actionis hujus imago ad imaginationem pervenit animalis, aut nostram: ita et in nostra mente idem vivere est, atque intelligere, neque tamen actionem ejus æternam animadvertimus, nisi quando quædam ejus imago in nostra imaginatione concipitur. Jam vero neque beatus semper agnoscit speculatricem in se rationem una cum intellectu suo circa divinam mentem jam agere: quoniam actionis ejusmodi non semper in imaginatione sua imago formatur, per quam admoneri solet animus, quid potissimum vis eo vel inferior, vel superior agat. Hic nota, pertinere ad intellectum nostrum cognoscere semper actu: ad rationem vero nostram quodammodo recolere cognita, dum circa formas excogitandas ex habitu transit in actum, atque vicissim: ad imaginationem denique attinere quodammodo discere nova. Hæc enim si a ratione divertens ad animal se convertit: quid videat, quidve audiat animal, statim animadvertit: quid vero ratio interim vel intellectus agat, non agnoscit. Atque vicissim, si quando vacans ab animali ad rationem tota convertitur, tunc per hanc ipsam imaginationem animus rationem aliquid agere jam persentit. Quod si ratio convertatur in mentem, quod accidit in beato, tunc sane et rationem circa mentem nostram, et nostram mentem circa divinam vigilare animus statim animadvertit. Quoniam in nostra imaginatione ab animali vacante, nihilque illinc corporeum machinante, imagines quædam velut ab ipso mentis rationisque actu prorsus apparent, per quas admonetur animus in ratione scilicet, vel speculatrice, vel activa, tum intellectum, tum rationem speculatricem agere. Tu vero memento: In ipso intellectu sicut idem est vivere, atque cognoscere, sic idem esse cognoscere penitus et agnoscere, id est, quod ipse cognoscat animadvertere. Sed in ratione, quoniam non idem est omnino vivere, atque cognoscere, siquidem illud æternum est, hoc vero perpetuo permutabile, merito neque idem est cognoscere, quodve cognoscat vel agat, agnoscere: ex quo sequitur, ut agnitio hic cognitionem sequatur tanquam posterius aliquid, et sorte quadam consequens atque comitans, faciatque sæpe, ut distractione quadam animi prior actio sit aliquanto remissior. Non igitur ab re Plotinus ait, agnitionem, animadversionemque ejusmodi per consequentem posterioremque facultatem, formamque peragi. Facultatem vero posterius comitantem, imaginationem ipsam esse non dubitamus. Formam similiter, quæ priorem comitetur formam, imaginem appellamus. Sint ergo naturales formæ in mente, vel ratione: quamvis ibi quidem æternæ, hic vero perpetuæ. Sint igitur adventitiæ in imaginatione, formæ formarum imagines naturalium, per quas velut res novas animus, velut admirabundus attendat, animadvertatque, quid in ratione agatur et mente: profecto sicut oculus facie continetur, sic ratio mente: atque sicut oculus nec videt faciem, neque motum ejus advertit, nisi quando in speculum certo modo nobis oppositum lineares faciei radii diriguntur, atque inde per similes angulos reflectuntur ad oculum, et speculum ita ostentat imaginem, si quam modo habet imaginem: simili quodam pacto ratio velut oculus, neque videt mentem, neque agere illam animadvertit, quamvis semper agat, nisi actus ejus agat nonnihil in imaginationem aliunde diversam, illuc vero conversam. Quo quidem actu ab imaginatione in rationem resultet superioris actionis imago. Hic notabis primo quidem, ubi Plotinus ait, nos non esse vegetalis facultatis actum, sed esse potius actum intelligentiæ: id potissimum in beato esse verum: verum quoque in quolibet animo: quem intellectui conjunctiorem quam animali Plotinus existimat. Deinde ubi ait, actum intelligendi tunc esse absque phantasia, quando nulla inde in hac imago fit, atque resultat: non intelligentiam puram a phantasia, sed phantasiam ab intelligentia dependere: quamvis rationalis intelligentia, id est, cogitatio, ratioque mobilis a phantasia sæpius excitetur, præsertim activa ratio: quam solam phantasia semper egere *Aristoteles* ait: quemadmodum et *Themistius* atque *Simplicius* prudenter interpretantur. Denique Plotinum scito annuere, dum quædam *Aristotelis* verba recenset, hanc illius de mente fuisse sententiam: ubi in *tertio de Anima* scribit, Intellectum intelligere semper, et intelligentiam ejus esse substantiam, vereque immortalem existere. Non enim adeo vera est in virtutibus inferioribus immortalitas: nam etsi quæ perpetuæ sunt, tamen versantur in motu. Quod autem reminisci nos, id est, rationalem vim post obitum negat, Plotinus alibi diligenter examinabit. Denique memento, *Averroëm*, etsi non idem, tamen

simile aliquid induxisse: ubi ait, Intellectum nostrum intelligentiam duplicem in se habere: alteram æternam, alteram temporalem: illam quidem per suum esse, hanc vero per nostras imagines exercere: ac nos illam nunquam animadvertere, quia nihil cum imaginatione nostra communicet; hanc autem agnoscere, quoniam illius formæ cum imaginationis nostræ imaginibus congruant. Cumque intellectum ponat in eadem substantia geminum, scilicet formatorem, atque formabilem, ait, formabilem hunc intellectum, quid agat ille formator, non prius per nos agnoscere, quam ipse per nos sit illo perfecte formatus. Tunc demum et simul cum illo in nobis fore felicem. Sed mittamus *Averroëm*: nam et Plotinum ipsum hac in parte *Porphyrius et Proculus* omiserunt, non probantes intellectum animæ nostræ ita semper agere, ut Plotinus ait: et nos in superioribus non tam approbantes, quam interpretantes exposuimus. Satis vero stabilitatis et excellentiæ esse in mente nostra putandum est, si essentia et formæ rerum insitæ, scientiarumque principia maneant.

*Huc usque decem complentur libri capita: reliqua vero sex ejusdem capita diligenter consideranti patebunt. In iis quæstiones movet et solvit: tacitis quoque respondet objectionibus: et ubique beatum confirmat non aliunde quam ex mente Deoque pendere.*

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Δ.

# PLOTINI

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER IV.

## ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

### De Beatitudine.

29 ΤΟ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν τῷ αὐτῷ τιθέμενοι, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἆρα τούτων μεταδώσομεν; Εἰ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ᾗ πεφύκασιν ἀνεμποδίστως διεξάγειν, κἀκεῖνα τί κωλύει ἐν εὐζωΐᾳ λέγειν εἶναι; καὶ γὰρ εἴτε ἐν εὐπαθείᾳ τὴν εὐζωΐαν τις θήσεται, εἴτε ἐν
B ἔργῳ οἰκείῳ τελειουμένῳ, κατ᾽ ἄμφω καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὑπάρξει. Καὶ γὰρ εὐπαθεῖν ἐνδέχοιτο ἄν, καὶ ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔργῳ εἶναι· οἷον καὶ τὰ μουσικὰ τῶν ζώων, ὅσα τοῖς τε ἄλλοις εὐπαθεῖ, καὶ δὴ καὶ ᾄδοντα ᾗ πέφυκε, καὶ ταύτῃ αἱρετὴν αὐτοῖς τὴν ζωὴν ἔχει. Καὶ

7. ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ] Cod. Marc. A. περὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν.
9. Τὸ εὖ ζῆν] Cod. Par. A. in m. ᾱ'.
12. καὶ γὰρ] Abest γὰρ a Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed in Cod. Vat. in marg. additum est.
ib. εὐπαθείᾳ] Cod. Marc. C. εὐπαθίᾳ.
13. τελειουμένῳ] Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. τελουμένῳ. Cod. Ciz. τελειωμένῳ.
16. ζωὴν ἔχει] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. ἔχειν.
ib. καὶ τοίνυν] Cod. Ciz. καὶ τίνι.

1. *Variæ opiniones, quid sit bene vivere, quibusve conveniat.*

CUM bene vivere atque felicem esse in eodem constituamus, numquid hoc cæteris quoque animantibus concedemus? Si enim datur ipsis, qua ratione nata sunt, sine impedimento vitam transigere: quid prohibet illa etiam bene, id est, feliciter vivere? Etenim, sive quis bene vivere posuerit in bene se habendo, sive in opere proprio perficiendo, secundum ambo cæteris quoque animalibus competet. Nam et bene se habere possibile erit, et ipsum etiam opus naturale perficere: veluti musica animalia quotcunque et in cæteris bene se habent, et sicut naturaliter apta

τοίνυν, καὶ εἰ τέλος τι τὸ εὐδαιμονεῖν τιθέμεθα, ὅπερ ἐστὶν ἔσχατον 29
τῆς ἐν φύσει ὀρέξεως, καὶ ταύτῃ ἂν αὐτοῖς μεταδοίημεν τοῦ εὐδαιμονεῖν, εἰς ἔσχατον ἀφικνουμένων. Εἰς ὃ ἐλθοῦσιν ἵσταται ἡ ἐν αὐ- C
τοῖς φύσις, πᾶσαν ζωὴν αὐτοῖς διεξελθοῦσα, καὶ πληρώσασα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος. Εἰ δέ τις δυσχεραίνει τὸ τὴν εὐδαιμονίαν καταφέρειν εἰς τὰ ζῶα τὰ ἄλλα· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τοῖς ἀτιμωτάτοις αὐτῶν μεταδώσει δὲ, καὶ τοῖς φυτοῖς, ζῶσι καὶ αὐτοῖς, καὶ ζωὴν ἐξελιττομένην εἰς τέλος ἔχουσι· πρῶτον μὲν ἄτοπος διάτι εἶναι οὐ δόξει, μὴ ζῆν εὖ τὰ ἄλλα ζῶα λέγων, ὅτι μὴ πολλοῦ ἄξια αὐτῷ δοκεῖ εἶναι. Τοῖς D
δὲ φυτοῖς οὐκ ἀναγκάζοιτο ἂν διδόναι, ὃ τοῖς ἅπασι ζώοις δίδωσιν, ὅτι μὴ αἴσθησις πάρεστιν αὐτοῖς. Εἴη δ' ἂν ἴσως καὶ ὁ διδοὺς τοῖς φυτοῖς, εἴπερ καὶ τὸ ζῆν· ζωὴ δὲ ἡ μὲν εὖ ἂν εἴη, ἡ δὲ τοὐναντίον, οἷόν ἐστι καὶ ἐπὶ φυτῶν εὖ παθεῖν, καὶ καρπὸν αὖ φέρειν καὶ μὴ φέρειν. Εἰ μὲν οὖν ἡδονὴ τὸ τέλος, καὶ ἐν τούτῳ τὸ εὖ ζῆν, ἄτοπος E
ὁ ἀφαιρούμενος τὰ ἄλλα ζῶα τὸ εὖ ζῆν. καὶ εἰ ἀταραξία δὲ εἴη, ὡσαύτως. καὶ εἰ τὸ κατὰ φύσιν ζῆν λέγοιτο τὸ εὖ ζῆν εἶναι.

1. τὸ εὐδαιμονεῖν] Abest τὸ in Cod. Marc. A.
2. μεταδοίημεν] Codd. Ciz. Vat. μεταδιδοῖμεν.
3. εἰς ἔσχατον] Cod. Ciz. ἐπὶ ἔσχατον.
ib. ἡ ἐν αὐτοῖς] Abest ἡ a Cod. Ciz.
5. δυσχεραίνει] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. δυσχεραίνοι.
ib. τὸ τὴν εὐδαιμονίαν] Ita cum Ed. solus Vat. in marg.; omnes τὸ τῆς εὐδαιμονίας.
6. ἀτιμωτάτοις] Codd. Ciz. Marc. B.C. Par. A. Vat. ἀτιμοτάτοις. Sed Vat. superscriptum habet ω.
ib. μεταδώσει δὲ] Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. μεταδώσειν. μεταδώσειν δέ. Cod. Ciz. μεταδώσειν. μεταδώσει δέ. Cod. Leid. μεταδώσοι. μεταδώσει δέ. Codd. Marc. A. Mon. A. Vat. μεταδώσει. μεταδώσει δέ. Cod. Mon. C. μεταδώσοι. μεταδώσει δέ. Ficinus videri possit legisse μεταδώσειν. Nos, ut in Plotino et in hac lectionis varietate, manum abstinuimus. Verba οὕτω γὰρ ἂν—ἔχουσι pro parenthesi habenda sunt.
8. διάτι] Codd. Marc. B.C. Par. A. διατί. Codd. Marc. A. Vat. διὰ τι.
ib. δόξει] Codd., excepto Par. A., omnes οὐ δόξει, nisi quod Vat. in marg. habet >. Nos οὐ, quod deerat, addendum censuimus, ut constet sibi sententia.
11. Εἴη δ' ἂν] Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. εἴη δ' ἂν τις. Cod. Vat. εἴη εὖ ἄν τις, in marg. δέ.
ib. καὶ ὁ διδοὺς] Abest ὁ in Cod. Marc. A.
13. ἐπὶ φυτῶν] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ἐπὶ τῶν φυτῶν.
ib. καὶ καρπὸν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. C. Med. B. Par. A. Vat. καὶ μή. καρπον. Cod. Mon. A. καὶ μή. καὶ καρπόν. Cod. Vat. in marg. habet >. Cod. Par. A. Β'.
14. καὶ ἐν] Cod. Ciz. καὶ ἡ.
16. φύσιν ζῆν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. φυσιν ζῆν δέ. Sed δὲ in Cod. Med. A. expunctum est, in marg. Cod. Vat. est >.

sunt, canunt: et hoc pacto fieri posse videtur, ut vitam optabilem consequantur. Quinetiam si finem quendam felicitatem esse ponamus, quod quidem extremum est in appetitu naturæ, hoc quoque pacto illa fore felicia confitebimur, videlicet quando ad extremum pervenerint: quo cum processerint, sistit in ipsis natura motum: quæ totam vitam ipsis jam peregit, et a principio ad finem usque prorsus implevit. At si quis moleste ferat in bestias transferri felicitatem, fore asserens, ut ita vel abjectissimis conveniat, et plantis insuper, ipsis quoque viventibus, vitamque ad finem proprium perducentibus: absurdus ille quidem videri poterit, dicens non posse cætera animalia bene vivere: quoniam ipsi non multi pretii videantur esse censenda. Plantis autem concedere non cogetur, quod cunctis dat animalibus, propterea, quod sensu careant. Neque forte deerit, qui plantis quoque tradat felicitatem, siquidem et vivere illis adest. Vivere autem partim quidem bene contingit, partim vero contra: sicut et plantis datum est, ut bene se habeant, ferantque fructum, atque non ferant. Proinde, si voluptas est finis, et in hac vivere bene consistit, absurdus erit, qui bene vivere brutis abstulerit. Quod si tranquillitas erit finis, similiter accidet. Item si secundum naturam vivere esse dicatur ipsum bene vivere, idem sequi videbitur.

30 A Τοῖς μέντοι φυτοῖς διὰ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι οὐ διδόντες, κινδυνεύουσιν οὐδὲ τοῖς ζώοις ἤδη ἅπασι διδόναι. Εἰ μὲν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι τοῦτο λέγουσι, τὸ τὸ πάθος μὴ λανθάνειν, δεῖ αὐτὸ ἀγαθὸν εἶναι τὸ πάθος πρὸ τοῦ μὴ λανθάνειν· οἷον τὸ κατὰ φύσιν ἔχειν κἂν λανθάνῃ· καὶ οἰκεῖον εἶναι, κἂν μήπω γινώσκῃ ὅτι οἰκεῖον, καὶ ὅτι ἡδύ· δεῖ γὰρ ἡδὺ εἶναι· ὥστε ἀγαθοῦ τούτου ὄντος καὶ παρόντος, ἤδη B ἐστὶν ἐν τῷ εὖ τὸ ἔχον. Ὥστε τί δεῖ τὴν αἴσθησιν προσλαμβάνειν; εἰ μὴ ἄρα οὐκ ἐν τῷ γινομένῳ πάθει ἢ καταστάσει τὸ ἀγαθὸν διδόασιν, ἀλλὰ τῇ γνώσει καὶ αἰσθήσει. ἀλλ' οὕτω γε τὴν αἴσθησιν αὐτὴν τὸ ἀγαθὸν ἐροῦσι, καὶ ἐνέργειαν ζωῆς αἰσθητικῆς· ὥστε καὶ ὁτουοῦν ἀντιλαμβανομένοις. Εἰ δὲ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἀγαθὸν λέγουσιν, οἷον αἰσθήσεως τοιούτου, πῶς ἑκατέρου ἀδιαφόρου ὄντος, τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἀγα- C θὸν εἶναι λέγουσιν; εἰ δὲ ἀγαθὸν μὲν τὸ πάθος, καὶ τὴν τοιάνδε κατάστασιν τὸ εὖ ζῆν, ὅταν γνῷ τις τὸ ἀγαθὸν αὐτῷ παρὸν, ἐρωτητέον αὐτοὺς, εἰ γνοὺς τὸ παρὸν δὴ τοῦτο ὅ, τι πάρεστιν, εὖ ζῇ· ἢ δεῖ γνῶναι, οὐ μόνον ὅτι ἡδὺ, ἀλλ' ὅτι τοῦτο τὸ ἀγαθόν. Ἀλλ' εἰ ὅτι τοῦτο τὸ ἀγαθὸν, οὐκ αἰσθήσεως τοῦτο ἔργον ἤδη, ἀλλ' ἑτέρας

1. *Τοῖς μέντοι*] Cod. Ciz. *τοῖς μέν.*

2. *Εἰ μὲν γὰρ*] Cod. Par. in marg. *γ̄'.*

3. *τὸ τὸ πάθος*] Abest alterum *τὸ* a Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Vat. Sed Vat. in marg. additum habet *τό.*

4. *κἂν λανθάνῃ*] Codd. Marc. A. Mon. A.C. *κἂν μὴ λανθάνῃ.* Intrusum est *μὴ* ab ineptis librariis, qui ne hoc quidem tenerent, quod vulgo fertur, valetudinem hoc magis secundam esse, quo minus te valere sentias; unde quoque *ὑγιαίνειν νοσηρότερον ἢ ὑγιεινότερον* est apud ipsum Hippocratem in Aphorism. VI. 2. ut alia omittam in re perspicua.

6. *ἀγαθοῦ τούτου*] Cod. Ciz. *ἀγαθοῦ τοσούτου.*

ib. *καὶ παρόντος*] In Cod. Ciz. hæc verba ab al. m. addita sunt. In seqq. exspectaveris vel *οὐ τῷ γινομένῳ*, vel *ἀλλ' ἐν τῇ γνώσει.* Sed in hoc scriptore sine libris h. l. nil mutaverim, et *διδόασιν* potest h. l. accipi pro *docent*, uti supra usurpatum vidimus.

9. *αἰσθήσει*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. *τῇ αἰσθήσει.* Quod placet.

ib. *ἀλλ' οὕτω γε*] Cod. Marc. C. *ἀλλ' οὐ τῷγε.*

10. *ὁτουοῦν*] Cod. Ciz. *ὅτονοῦν.*

11. *ἀντιλαμβανομένοις*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. (hi duo superscripta lect. Ed.) Vat. (in m. ut Ed.) *ἀντιλαμβανομένης.* Fic. *percipientibus.* Legit ergo *ἀντιλαμβανομένοις.*

12. *ἀδιαφόρου*] Cod. Vat. *διαφόρου.* In marg. *ἀδιαφόρου.*

13. *τοιάνδε*] Cod. Ciz. *τοιαύτην.*

15. *ὅ, τι*] Codd. Marc. A.B.C. Vat. *ὅτι.* Et ita legisse videtur Fic.

16. *οὐ μόνον ὅτι ἡδὺ*] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. *ὅτι οὐ μόνον ἡδύ.*

ib. *τοῦτο τὸ*] Abest *τὸ* a Cod. Marc. A.

ib. *'Αλλ' εἰ—ἀγαθὸν*] Desunt hæc in Cod. Marc. A.

17. *τοῦτο ἔργον*] Cod. Ciz. *ἔργον τοῦτο.*

II. *Falsas opiniones agitat, atque ex eis veri aliquid excutit, inquirendo utrum bene vivere conveniat rationali tantum, an etiam bruto, et plantis?*

Quicunque vero plantis adesse negant felicitatem, quia non sentiant, videntur etiam neque cunctis eam animantibus tradituri. Si utique sentire hoc esse dicunt, scilicet affectionem non latere, oportet ipsum bonum affectionem ipsam esse ante id ipsum, quod dicitur non latere, veluti secundum naturam se habere, etiam si latuerit, et proprium esse, etiam si nondum proprium esse cognoscas. Quinetiam esse dulce: oportet enim dulce esse, antequam dulce id esse percipias. Quapropter, cum id sit bonum, atque adsit, quod ipsum habet, jam bene se habet. Itaque quidnam sensum oportet adjungere? nisi forte non in præsente quadam affectione vel constitutione bonum collocent, sed cognitione potius atque sensu. At vero sic sensum ipsum sensualisque vitæ actionem dicent esse bonum: ideoque quodlibet percipientibus, bonum adesse confitebuntur. Sin autem ex ambobus bonum constitui dicant, velut certæ cujusdam rei affectionisve perceptione: quonam pacto, cum utrunque sit indifferens, quod ex ambobus constat, bonum asserunt? At si bonum quidem affectionem, talemque statum esse bene vivere dicant, quando quis bonum præsens sibi cognoscit, interrogare eos expedit, Utrum cognoscens præsens hoc esse præsens, bene vivat? an nosse oporteat, non so-

μείζονος ἢ κατ' αἴσθησιν δυνάμεως· οὐ τοίνυν τοῖς ἡδομένοις τὸ εὖ 30 ζῆν ὑπάρξει, ἀλλὰ τῷ γινώσκειν δυναμένῳ, ὅτι ἡδονὴ τὸ ἀγαθόν. Αἴτιον δὲ τοῦ εὖ ζῆν οὐχ ἡδονὴ ἔσται, ἀλλὰ τὸ κρίνειν δυνάμενον, D ὅτι ἡδονὴ ἀγαθόν. Καὶ τὸ μὲν κρῖνον βέλτιον ἢ κατὰ πάθος· λόγος γὰρ ἢ νοῦς, ἡδονὴ δὲ πάθος· οὐδαμοῦ δὲ κρεῖττον ἄλογον λόγου. Πῶς ἂν οὖν ὁ λόγος αὑτὸν ἀφεὶς ἄλλο θήσεται ἐν τῷ ἐναντίῳ γένει κείμενον κρεῖττον εἶναι ἑαυτοῦ; Ἀλλὰ γὰρ ἐοίκασιν ὅσοι τε καὶ τοῖς φυτοῖς οὐ διδόασι, καὶ ὅσοι αἰσθήσει τοιᾷδε τὸ εὖ, λανθάνειν ἑαυτοὺς E μεῖζόν τι τὸ εὖ ζῆν ζητοῦντες, καὶ ἐν τρανωτέρᾳ ζωῇ τὸ ἄμεινον τιθέντες. Καὶ ὅσοι δὲ ἐν λογικῇ ζωῇ εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ζωῇ, οὐδ' εἰ αἰσθητικὴ εἴη, καλῶς μὲν ἴσως ἂν λέγοιεν. Διατί δὲ οὕτω καὶ περὶ τὸ λογικὸν ζῶον μόνον τὸ εὐδαιμονεῖν τίθενται, ἐρωτᾷν αὐτοὺς προσήκει· ἆρα γε τὸ λογικὸν προσλαμβάνετε, ὅτι εὐμήχανον μᾶλλον ὁ λόγος, καὶ ῥᾳδίως ἀνιχνεύειν καὶ περιποιεῖν τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν δύναται, ἢ κἂν μὴ δυνατὸς ᾖ ἀνιχνεύειν, μηδὲ τυγχάνειν; F ἀλλ' εἰ μὲν διὰ τὸ ἀνευρίσκειν μᾶλλον δύνασθαι, ἔσται καὶ τοῖς μὴ λόγον ἔχουσιν, εἰ ἄνευ λόγου φύσει τυγχάνοιεν τῶν πρώτων, κατὰ

2. τὸ ἀγαθόν] Abest τὸ a Cod. Darm.

3. Αἴτιον—ἡδονὴ ἀγαθόν] Desunt hæc in Codd. Ciz. et Darm. In Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. Vat. αἴτιον (Vat. in m. αἰτία). Pro δὲ in Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B. Par. A. est δή. Nos αἴτιον, ut concinnius recepimus.

6. Πῶς ἂν οὖν] Abest οὖν in Cod. Leid.

ib. αὑτὸν] Codd. Leid. Marc. A.C. Vat. αὐτόν.

ib. ἄλλο] Codd. Marc. A. Mon. C. ἄλλῳ.

7. ὅσοι τε καὶ] Abest καὶ a Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Par. A. Vat. (in Cod. Vat. in marg. additum est.)

8. φυτοῖς οὐ] Vox οὐ in Cod. Med. A. ab alia manu supra lineam scripta est. Fic. solius Med. A. auctoritate videtur negantem particulam expunxisse. Ei suffragantur Taylor et Engelh. Ego in ejusmodi loco libris morem gerendum duxi.

ib. τοιᾷδε] Cod. Mon. C. τοιᾶδε.

9. τὸ εὖ ζῆν] Abest ζῆν a Cod. Leid.

ib. ζητοῦντες] Ita, pro ζητοῦνται, scripsi ex Codd., excepto Ciz., omnibus.

ib. τὸ ἄμεινον—ζωῇ] Desunt hæc in Cod. Ciz.

11. οὐδ' εἰ] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. οὐδὲ, omisso εἰ. Cod. Marc. B. οὐδὲ εἰ.

ib. λέγοιεν] Ita, pro λέγειν, Codd. omnes, quos sequendos duximus.

13. προσλαμβάνετε] Codd., excepto Marc. B., omnes προσλαμβάνεται. Sed Codd. Darm. Med. A. et Vat. ex corr. in marg. —τε.

15. ἢ κἂν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) ἢ οὐκ ἄν. Sequens μὴ abest a Cod. Ciz.

ib. τυγχάνοιεν] Unus Cod. Mon. C. cum Ed. τυγχάνειεν.

lum esse dulce, sed hoc ipsum esse bonum? Verum, si nosse oportet esse bonum, non sensus ipsius jam id opus erit, sed virtutis cujusdam sensu præstantioris. Non ergo voluptate perfusis bene vivere competet, sed ei, qui cognoscere valeat, voluptatem esse bonum. Atque ita bene vivendi causa non voluptas erit, imo quod judicare queat voluptatem esse bonum. Et id quidem, quod judicat, est affectione et passione præstantius: est enim ratio, vel intellectus: voluptas vero passio. Nullo autem modo, quod irrationale est, ratione est excellentius. Quomodo igitur ratio seipsam dimittens aliud ponet in opposito quodam genere constitutum seipsa præstantius esse? Sed videntur, quicunque plantis attribuunt, et quicunque sensui tali bene se habere, latere seipsos, dum bene vivere tanquam majus aliquid quærunt: ipsumque, quod melius dicitur, in vita integriore quodammodo collocant. Rursus quotcunque in vita rationali esse dicunt, non autem in vita simpliciter, neque etiam, si fuerit sensualis, recte forsan dicere possent. Quam vero ob causam sic et circa rationale animal solum felicitatem ponunt, interrogare eos oportet, nunquid rationale adjungitis? quoniam ratio solertior sagaciorque sit, atque facilius prima secundum naturam investigare comparareque possit. Nunquid etiam si neque sagaciter investigare neque assequi valeret? At vero si propter ipsam duntaxat inveniendi potentiam magis id dicatur,

31 φύσιν, τὸ εὐδαιμονεῖν. Καὶ ὑπουργὸς ἂν ὁ λόγος, καὶ οὐ δι' αὑτὸν αἱρετὸς γίγνοιτο, οὐδ' αὖ ἡ τελείωσις αὐτοῦ, ἣν φαμὲν ἀρετὴν εἶναι.
G Εἰ δὲ φήσητε μὴ διὰ τὰ κατὰ φύσιν πρῶτα ἔχειν τὸ τίμιον, ἀλλὰ δι' αὑτὸν ἀσπαστὸν εἶναι, λεκτέον τί τε ἄλλο ἔργον αὐτοῦ, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτοῦ, καὶ τί τέλειον αὐτὸν ποιεῖ. Ποιεῖν γὰρ δεῖ αὐτὸν τέλειον, οὐ τὴν θεωρίαν τὴν περὶ ταῦτα, ἀλλὰ ἄλλο τι τέλειον αὐτὸν εἶναι, καὶ φύσιν ἄλλην εἶναι αὐτόν· καὶ μὴ εἶναι αὐτὸν τούτων τῶν πρώ-
31 των κατὰ φύσιν, μηδὲ ἐξ ὧν τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, μηδ' ὅλως τούτου τοῦ γένους εἶναι, ἀλλὰ κρείττονα τούτων ἁπάντων· ἢ πῶς τὸ τίμιον αὐτῷ, οὐκ οἶμαι ἕξειν αὐτοὺς λέγειν. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, ἕως ἂν κρείττονα εὕρωσι φύσιν τῶν περὶ ἃ νῦν ἵστανται, ἐατέοι ἐνταυθοῖ εἶναι, οὗπερ μένειν ἐθέλουσιν, ἀπόρως ἔχοντες ὅπη τὸ εὖ ζῆν, οἷς δυνατόν ἐστι τούτων.

Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ἐξ ἀρχῆς, τί ποτε τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπολαμβάνο-

1. *οὐ δι' αὐτὸν αἱρετὸς*] Ita Codd. Darm. Marc. B.; in Codd. Marc. A.C. est *οὐ δι' αὐτὸν αἱρετὸς*: in Codd. Ciz. Leid. Mon. A. Med. A.B. Par. A. *οὐδ' αὐτὸν αἱρετὸς*: in Cod. Vat. *οὐ δι' αὐτὸν αἱρετὰ*: denique in Cod. Mon. C. et Ed. *οὐδ' αὐτὸν αἱρετόν*.

2. *τελείωσις*] Cod. Marc. C. *τελέωσις*.

3. *φήσητε*] Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A. *φήσετε*. Cod. Ciz. *φήσεται*. De constructione conjunctionis *εἰ* cum subjunctivo apud recentiores v. Hermann. ad Viger. p. 831. Cf. quæ ad Olympiodor. in Alcib. pr. citavimus p. 6. et p. 92. et adde Jacobsium ad Achill. Tat. III. 22. p. 681. sq. Quem si sequaris, amplectaris h. l. alteram lectionem *εἰ δὲ φήσετε*. Alios locos exhibemus in Ind. Græcit. v. *εἰ*.

ib. *δι' αὐτὸν*] Codd. Marc. C. Vat. *δι' αὐτόν*.

6. *ἄλλο τι*] Cod. Ciz. *ἀλλ' ὅτι τὸ*. Voculam *τὸ* addunt etiam Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A. Med. A.B. Par. Vat. Sed Vat. in marg. habet >. Non dixerim, an Fic. ex Codd. multis legerit: *ἀλλὰ ἄλλο τι τὸ τέλειον αὐτῷ εἶναι, καὶ φύσιν ἄλλην εἶναι αὐτῷ*. Certe digna hæc lectio, quæ reputetur.

ib. *αὐτὸν εἶναι*] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C.A. Med. A.B. Vat. *αὐτῷ εἶναι*. Sed Marc. A. superscriptum habet *αὐτό*, Med. A. ex corr. *αὐτόν* ut Codd. Darm. Leid. et Ed., Cod. Marc. C. *αὐτῶν*.

7. *εἶναι αὐτὸν*] Codd. Leid. Marc. C. Mon. A.C. Med. B. Vat. *εἶναι αὐτῷ*. Codd. Med. A. Par. *αὐτῶν*, sed ille superscriptum habet—*όν*.

9. *κρείττονα*] Cod. Vat. *κρεῖττον*, in m. ut Ed.

11. *ἐατέοι*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. *ἐατέον*.

12. *οὗπερ μένειν*] Cod. Med. B. *οὗ περιμένειν*. In extremis verbis hujus capitis haud scio an Fic. legerit: *ἀπόρως ἔχοντες, ὅ, τι καὶ ὅπη τὸ εὖ ζῆν*. Cæterum inest in h. l. levis ironia, sicut in aliis locis Enneadum.

ib. *ὅπη*] Codd. Marc. A. Med. A. *ὅτι*.

14. *λέγωμεν*] Cod. Ciz. *λέγοιμεν*. Codd. Med. B. Vat. *λέγομεν*.

aderit felicitas etiam ratione carentibus: si modo absque ratione prima secundum naturam naturaliter assequantur. Itaque ministra erit ratio, nec ullo modo propter se eligenda, neque rursum perfectio ejus, quam dicimus esse virtutem. Sin autem dicatis, non habere dignitatem propter prima naturæ, sed propter seipsam esse colendam: dicendum superest vobis, quidnam sit aliud ejus opus, et quæ natura, quidve ipsam perfectam efficiat. Perfectam sane evadere eam oportet non ob ipsam circa hæc inspectionem, sed in alio quodam perfectionem ejus consistere, aliamque ipsi inesse naturam: neque in numero esse horum secundum naturam primorum: neque ex quibus prima hujusmodi componuntur: neque omnino hujus generis esse, sed horum omnium præstantissimam: alioquin, quomodo sit veneranda, illos assignare posse non arbitror. At vero hi quidem, quousque naturam his inveniant meliorem, circa quæ nunc immorantur, permittendi sunt ibi trahere moras ubicunque libuerit, ambigentes, quidnam sit bene vivere, quibus inesse potest, et quo pacto, et in quibus horum valeat reperiri.

III. *Si eadem ratione gradusque perfectione viverent omnia, possent omnia bene vivere: quia vita ipsa est ipse intellectus: in aliis autem vivere distat ab intellectu, id est, ab ipsa vita plus quam genere.*

Nos vero ab initio resumamus, quidnam felicitatem existimemus. Profecto cum felicitatem in vita constituamus, si vivere univocum putare-

μεν εἶναι. Τιθέμενοι δὲ δὴ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐν ζωῇ, εἰ μὲν συνώνυμον 31 τὸ ζῆν ἐποιούμεθα, πᾶσι μὲν ἂν τοῖς ζῶσιν ἀπέδομεν δεκτικοῖς εὐδαι- B μονίας εἶναι. Εὖ δὲ ζῆν ἐνεργείᾳ ἐκεῖνα, οἷς παρῆν ἕν τι καὶ ταὐτὸν, οὗ ἐπεφύκει δεκτικὰ πάντα τὰ ζῶα εἶναι. Καὶ οὐκ ἂν τῷ μὲν λογικῷ ἔδομεν δύνασθαι τοῦτο, τῷ δ' ἀλόγῳ οὐκέτι. Ζωὴ γὰρ ἦν τὸ κοινὸν, ὃ δεκτικὸν τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν ἔμελλεν εἶναι· εἴπερ ἐν ζωῇ τινι τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπῆρχεν. Ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ ἐν λογικῇ ζωῇ C λέγοντες τὸ εὐδαιμονεῖν γίνεσθαι, οὐκ ἐν τῇ κοινῇ ζωῇ τιθέντες, ἠγνόησαν τὸ εὐδαιμονεῖν οὐδὲ ζωὴν ὑποτιθέμενοι. Ποιότητα δὲ τὴν λογικὴν δύναμιν, περὶ ἣν ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ἀναγκάζοιντο ἂν λέγειν· ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον αὐτοῖς, λογική ἐστι ζωή· περὶ γὰρ τὸ ὅλον τοῦτο ἡ εὐδαιμονία συνίσταται, ὥστε περὶ ἄλλο εἶδος ζωῆς. Λέγω δὲ οὐχ ὡς ἀντιδιῃρημένον τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὡς ἡμεῖς φαμεν, πρό- D τερον, τὸ δὲ ὕστερον εἶναι. Πολλαχῶς τοίνυν τῆς ζωῆς λεγομένης, καὶ τὴν διαφορὰν ἐχούσης κατὰ τὰ πρῶτα καὶ δεύτερα, καὶ ἐφεξῆς· καὶ ὁμωνύμως τοῦ ζῆν λεγομένου, ἄλλως μὲν τοῦ φυτοῦ, ἄλλως δὲ τοῦ ἀλόγου· καὶ τρανότητι καὶ ἀμυδρότητι τὴν διαφορὰν ἐχόντων, ἀνάλογον δηλονότι καὶ τὸ εὖ. Καὶ εἰ εἴδωλον ἄλλο ἄλλου, δηλονότι

1. Τιθέμενοι δὴ] Ita Ed. Sed Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. τιθέμενοι δὲ δὴ, quod dedi.
2. τοῖς ζῶσιν] Cod. Med. B. τοῖς ζώοις.
ib. δεκτικοῖς] Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. C. (ubi Werferus in marg. collationis adscripsit: "censeo esse legendum δεκτικά." Sed bene se habet lectio Ed.) Med. A. δεκτικῆς. Male.
3. ἐνεργείᾳ] Cod. Marc. C. ἐνέργειαν.
4. πάντα τὰ ζῶα] Articulum addidi ex Codd., exceptis Marc. C. Par. A., nostris omnibus.
ib. ἂν τῷ] Cod. Vat. αὐτῷ, in m. ut Ed.
5. τῷ δ' ἀλόγῳ] Codd. Marc. A.B.C. Vat. τῷ δὲ ἀλόγῳ.
6. ἔμελλεν—εὐδαιμονεῖν] Desunt hæc in Cod. Leid. Scripsi autem ἔμελλεν pro ἔμελεν, ex Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. C. Mon. C. Med. A.B. Vat.
7. οἶμαι καὶ οἱ] Vat. Cod. οἶμαι οἱ, in m. add. καί.
8. γίνεσθαι—εὐδαιμονεῖν] Hæc desunt in Cod. Ciz.
9. οὐδὲ ζωὴν] Cod. Ciz. τοῦ δὲ ζωήν.
ib. ὑποτιθέμενοι] Cod. Marc. C. ἐπιτιθέμενοι.
10. ἀναγκάζοιντο—συνίσταται] Desunt hæc omnia in Cod. Ciz.
12. ὥστε περὶ] Cod. Mon. A. ὥσπερ περί.
13. ἀντιδιῃρημένον] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) ἀντιειρημένον.
17. ἐχόντων] Cod. Vat. ἀνεχόντων. In m. ut Ed.
18. Καὶ εἰ—τοῦ εὖ] Desunt hæc in Cod. Ciz.

mus, omnibus animalibus felicitatis facultatem tribueremus. Bene autem vivere actu illa opinaremur, quibus unum idemque adesset, cujus animalia omnia naturaliter capacia esse valeant. Neque sic rem hujusmodi partiremur, ut rationali quidem facultatem hujus concederemus, irrationali vero nequaquam. Vita enim esset ipsum commune, quod quidem ejusdem capax ad beatitudinem consequendam esse deberet: siquidem in vita quadam beatitudo consisteret. Quapropter et qui in vita rationali beatitudinem fieri dicunt, non in communi vita ponentes, non satis, ut arbitror, advertunt, se felicitatem ponere non esse vitam. Qualitatem vero rationalem potentiam, circa quam felicitas consistit dicere compellentur: at subjectum apud eos vita rationalis existit: nam circa totum hoc felicitas ipsa versatur: quamobrem circa aliam vitæ speciem ponenda videtur. Dico autem non tanquam aliæ species adversus rationem distinguantur ex æquo, sed quemadmodum dicere consuevimus: hoc quidem prius, illud vero posterius esse. Cum igitur multifariam vita dicatur, differentiasque habeat secundum prima atque secunda, et deinceps: et vivere æquivoca ratione dicatur, aliter quidem de planta, aliter vero de bruto: et plenitudine atque exiguitate differentiam habeat, certe proportione quadam analogica, tam bene vivere, quam vivere de his omnibus dicitur. Atque si alterum vivens viventis alterius simulachrum est,

31 καὶ τὸ εὖ ὡς εἴδωλον τοῦ εὖ· εἰ δὲ ὅτῳ ἄγαν ὑπάρχει τὸ ζῆν (τοῦτο
E δέ ἐστιν ὃ μηδενὶ τοῦ ζῆν ἐλλείπει τὸ εὐδαιμονεῖν) μόνῳ ἂν τῷ ἄγαν
ζῶντι τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχοι· τούτῳ γὰρ καὶ τὸ ἄριστον, εἴπερ ἐν
τοῖς οὖσι τὸ ἄριστον τὸ ὄντως ἐν ζωῇ, καὶ ἡ τέλειος ζωή· οὕτω γὰρ
At siqui objecerint, virum hujusmodi ne vivere quidem, profecto nos ipsum vivere affirmabimus: latere autem illos hujusmodi felicitatem, sicut et vitam. At nisi crediderint, æquum censebimus, ut concedentes eum vivere, probumque esse, hoc pacto utrum beatus sit perquirant: ne forte detrahentes ei vitam, utrum bene vivat, inquirant: neque rursus hominem tollentes de medio, jam de hominis felicitate deliberent. demum neque eum probum concesserint ad intima esse conversum, mox eum in actionibus quærant externis: votumque ejus in extrinsecis esse positum arbitrentur: alioquin neque substantia ulla felicitatis erit, si votum ejus ad externa posueris, probumque talia quædam dixeris affectare. Optat profecto omnes homines bene vivere, nullisque malis quenquam affici. Veruntamen si hæc ad votum non succedant, nihilominus beatus erit. Siquis autem eum deceptum iri, et a ratione aberraturum dicat, si modo talia velit (quandoquidem impossibile sit non esse mala) is profecto concedet nobis voluntatem ejus ad intima convertentibus.

XII. *Beatus non eget voluptate aliqua extra mentem: et cur?*

At si voluptatem in hoc viro requirant, certe intemperantium, neque omnino corporis voluptates exquirent. Fieri enim non potest, ut hæc adsint, quin felicitatem contaminent. Neque rursus affluentior lætitiæ motus. Quam enim ob causam ejusmodi quædam exposcent? sed eas duntaxat voluptates, quæ ipsius boni præsentiam

οὐκ ἐν κινήσεσιν οὔσας, οὐδὲ γινομένας τοίνυν· ἤδη γὰρ τὰ ἀγαθὰ 37 πάρεστι, καὶ αὐτὸς αὐτῷ πάρεστι, καὶ ἕστηκε τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἵλεων τοῦτο. ἵλεως δὲ ὁ σπουδαῖος ἀεὶ, καὶ κατάστασις ἥσυχος, καὶ ἀγαπητὴ ἡ διάθεσις, ἣν οὐδὲν τῶν λεγομένων κακῶν παρακινεῖ, εἴπερ σπουδαῖος. Εἰ δέ τις ἄλλο εἶδος ἡδονῆς περὶ τὴν σπουδαῖον βίον ζητεῖ, οὐ τὸν σπουδαῖον βίον ζητεῖ.

Οὐδ᾽ αἱ ἐνέργειαι δὲ διὰ τὰς τύχας ἐμποδίζοιντο ἂν, ἀλλὰ ἄλλαι D ἂν κατ᾽ ἄλλας γίγνοιντο τύχας. Πᾶσαι δὲ ὅμως καλαὶ, καὶ καλλίους ἴσως, ὅσῳ περιστατικαί. Αἱ δὲ κατὰ τὰς θεωρίας ἐνέργειαι, αἱ μὲν καθ᾽ ἕκαστα, τάχ᾽ ἂν οἷον ἃς ζητήσας ἂν καὶ σκεψάμενος προφέροι. Τὸ δὲ μέγιστον μάθημα πρόχειρον ἀεὶ καὶ μετ᾽ αὐτοῦ· καὶ τοῦτο μᾶλλον, κἂν ἐν τῷ Φαλάριδος ταύρῳ λεγομένῳ ᾖ. Ὃ μάτην λέγεται ἡδὺ, δὶς ἢ καὶ πολλάκις λεγόμενον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ φθεγξάμενον E τοῦτο αὐτό ἐστι, τὸ ἐν τῷ ἀλγεῖν ὑπάρχον· ἐνταῦθα δὲ τὸ μὲν ἀλγοῦν, ἄλλο· τὸ δὲ ἄλλο, ὃ συνὸν ἑαυτῷ, ἕως ἂν ἐξ ἀνάγκης συνῇ, οὐκ ἀπολείψεται τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ὅλου θέας.

libri habent περιχαρία, reliqui περιχάρεια. In Platonis Philebo tamen p. 65. p. 225. Stallb. unus tantum exhibet περιχαρίας et Bekker. non minus, quam Stallbaum ediderunt περιχαρείας. cf. hujus annot. In Alciphron. Epist. III. 38. p. 120. legitur sine varietate μετὰ περιχαρίας, in Plutarch. de profect. in virt. p. 83. p. 319. Wytt. contra καὶ παιδικὰς περιχαρείας. Sed Suidam si audias, III. 99. περιχάρεια sit χαρά· περιχαρία autem περιττὴ χαρα. Sed hæc diluit Photius p. 424. Dobrei, p. 366. Lips. ubi περιχαρειαν· περιττὴν χαρὰν, in contextu, in nota vero ex altero libro: περιχαρίαν π. π. χαρὰν. Aristænet. Epist. I. 16. p. 78. Boisson. ἐκ περιχαρείας cf. p. 504. Nos Codd. auctoritati morem gessimus, præcipue cum ex Platone duxerit Plotinus hoc vocabulum. Alterum ἐπιχαρείας nil moramur.

2. καὶ αὐτὸς αὐτῷ] Cod. Ciz. ἀλλ᾽ pro καὶ. Codd. Marc. C. et Vat. αὐτῷ, sed Vat. in m. αὐτῷ.

5. Εἰ δέ τις] Ita Codd., excepto Par. A., omnes; Ed. τι.

6. οὐ τὸν] Cod. Mon. A. αὐτόν. In Cod. Vat. verba ου τον—ζητεῖ desunt: in marg. adduntur.

ib. βίον ζητεῖ] Cod. Ciz. ζητεῖ βίον.

7. Οὐδ᾽ αἱ ἐνέργειαι] Cod. Vat. οὐδ᾽ ἐν ἐργεια, in m. ἐνέργειαι.

ib. ἐμποδίζοιντο ἂν] Codd. Darm. Marc. B. ἐμποδίζοιντ᾽ ἄν.

8. γίγνοιντο] Cod. Vat. γίγνοιτο.

10. τάχ᾽ ἂν] Codd. Darm. Marc. A.B. C. Mon. C. Med. A.B. Vat. τάχα ἄν.

12. κἂν ἐν τῷ] Cod. Med. B. κἂν τῷ.

ib. Φαλάριδος ταύρῳ] Codd. Darm. et Marc. B. hoc scholion habent: κολαστηρίου εἶδος ἀπὸ τοῦ εὑρόντος, ὃς ἀκραγάντινος τύραννος ἦν, εἰρημένον.

ib. λεγομένῳ ᾖ] Cod. Ciz. omittit ᾖ.

15. τὸ δὲ ἄλλο, ὁ συνὸν] Cod. Vat. τὸ δὲ ἄλλον συνόν, in m. ut Ed.

16. ἀπολείψεται] Codd., præter Ciz. Leid. Par. A., omnes ἀπολελείψεται.

necessario comitantur: neque in motu sunt positæ, neque nuper advenium. Jam enim adsunt bona: adest et ipse sibi, permanetque voluptas serenitasque sua. Serenus autem semper est probus, statusque ejus quietus, affectioque sufficiens: quam nullum omnino eorum quæ mala dicuntur, si modo probus ille sit, perturbat. Siquis autem aliam voluptatis speciem in ipsa probi vita requirit, non jam probam amplius exigit vitam.

XIII. *Actum æternum mentis et rationis non impediri externis.*

Neque vero actiones ejus ob fortunam prorsus impedientur, sed aliæ potius in fortunis aliis erunt. Omnes autem honestæ similiter, atque tunc forsan illæ honestiores, quæ circumstantia rite componunt. Actiones vero in contemplatione positæ, si quæ circa singula versantur, forsan tales erunt, quales cum ille jam quæsiverit, et consideraverit, proferet. Sed maxima doctrina expedita semper est penes illum: idque magis, etiam si in Phalaridis tauro sit collocatus. Quod quidem stulte jocundum dicitur, bis terve pronuntiatum. Ibi enim, quod ita pronum nuntiat, hoc ipsum est, quod in cruciatu est positum. Hic autem quod quidem dolet, aliud: hoc vero est aliud, quod secum habitans, quatenus ita secum necessario habitat, nunquam ab ipsa totius boni contemplatione deficiet.

38 Τὸ δὲ μὴ συναμφότερον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ μάλιστα τὸν
σπουδαῖον, μαρτυρεῖ καὶ ὁ χωρισμὸς ὁ ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ ἡ τῶν
F λεγομένων ἀγαθῶν τοῦ σώματος καταφρόνησις. Τὸ δὲ καθόσον ἀξι-
οῦν τὸ ζῶον τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι, γελοῖον, εὐζωΐας τῆς εὐδαιμονίας
οὔσης, ἣ περὶ ψυχὴν συνίσταται, ἐνεργείας ταύτης οὔσης, καὶ ψυ-
χῆς οὐ πάσης· οὐ γὰρ δὴ τῆς φυτικῆς, ἵν᾽ ἂν καὶ ἐφήψατο σώμα-
τος· οὐ γὰρ δὴ τὸ εὐδαιμονεῖν τοῦτο ἦν σώματος μέγεθος καὶ εὐεξία·
οὐδ᾽ αὖ ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι εὖ, ἐπεὶ καὶ κινδυνεύουσιν αἱ τούτων
G πλεονεξίαι βαρύνασαι πρὸς αὐτὰς φέρειν τὸν ἄνθρωπον. Ἀντισηκώ-
σεως δὲ οἷον ἐπὶ θάτερα πρὸς τὰ ἄριστα γενομένης, μινύθειν καὶ
χείρω τὰ σώματα ποιεῖν, ἵνα δεικνύοιτο οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἄλλος ὤν,
ἢ τὰ ἔξω. Ὁ δὲ τῶν τῇδε ἄνθρωπος, ἔστω καὶ καλὸς καὶ μέγας καὶ
πλούσιος καὶ πάντων ἀνθρώπων ἄρχων, ὡς ἂν ὢν τοῦδε τοῦ τόπου,
38 καὶ οὐ φθονητέον αὐτῷ τῶν τοιούτων ἠπατημένῳ. Περὶ δὲ σοφὸν
ταῦτα ἴσως μὲν ἂν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν γένοιτο, γενομένων δὲ, ἐλαττώσει
αὐτὸς, εἴπερ αὐτοῦ κήδεται, καὶ ἐλαττώσει μὲν καὶ μαρανεῖ ἀμελείᾳ
τὰς τοῦ σώματος πλεονεξίας, ἀρχὰς δὲ ἀποθήσεται· σώματος δὲ
ὑγίειαν φυλάττων, οὐκ ἄπειρος νόσων εἶναι παντάπασι βουλήσεται,

2. καὶ ὁ] Cod. Vat. μὲν ὁ.
6. φυτικῆς] Sic Codd. Marc. B.C. Med. A.B. Vat. (hic in m.), ut marg. Ed. Sed Ed. φυσικῆς. Illud etiam expressit Ficinus. Conf. annotata ad l. 4. 9. p. 36. A. Sed Marc. B. et Med. A. superscriptum habent σι.
ib. ἵν᾽ ἂν] Cod. Ciz. ἢ ἄν.
7. γὰρ δὴ τὸ] Abest δὴ in Cod. Vat., in m. additur.
ib. τοῦτο ἦν] Cod. Ciz. τοῦτο οὖν.
8. οὐδ᾽ αὖ ἐν] Cod. Vat. οὐ δ᾽ ἂν ἐν.
ib. κινδυνεύουσιν] Codd. Marc. B.C. Par. A. κινδυνεύσουσιν.
9. βαρύνασαι] Cod. Vat. βαρύνασθαι, in m. ut Ed.
ib. πρὸς αὐτὰς] Codd. Marc. A.C. Vat. πρὸς αὐτάς.
10. γενομένης] Cod. Ciz. λεγομένης.
12. καὶ καλὸς] Abest καὶ in Cod. Vat., in m. add.
ib. καὶ πλούσιος] Desunt hæc in Cod. Ciz.
13. τόπου, καὶ οὐ] Abest οὐ in Cod. Vat., in m. add.
14. σοφὸν] Codd. Marc. C. et Vat. σοφῶν. Sed Vat. in m. ut Ed.
15. ἂν οὐδὲ] Cod. Ciz. ἀνθρώπου δέ.
16. αὐτοῦ] Codd. Marc. A.C. Vat. αὐτοῦ.
17. τὰς τοῦ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C.A. Vat. τῆς τοῦ. Sed Vat. in m. ut Ed.
ib. ἀποθήσεται] Cod. Ciz. ἀπωθήσεται.
18. ὑγίειαν] Codd. Ciz. Leid. Darm. Mon. A. Med. A.B. Par. A. ὑγιείαν. Codd. Marc. B. Mon. C. Vat. ὑγείαν (sed hic in m. ὑγίειαν), solita variatione, quam non ultra notabimus.

XIV. *Quid homo, quod homo beatus ab externo non impeditur.* [Ed. pr. *Homo est solus rationalis animus: homo beatus est animus, qui jam intellectus evaserit. Ideo quæ ad sensum pertinent, beatus nihili pendit.*]

Hominem vero præsertim probum non esse quiddam ex anima corporeque compositum, testatur etiam ipsa a corpore separatio, contemptusque eorum quæ bona corporis appellantur. Ridiculum autem foret, siquis dixerit, felicitatem ad id quoque, quod in nobis est, animal pertinere. Quippe cum felicitas vita sit bona, quæ quidem in anima ipsa consistit: cum hæc scilicet vita bona actus sit, neque tamen totius animæ: non enim vegetalis, adeo ut et corpus attingat: non enim felicitas in magnitudine, bonoque corporis habitu collocatur: neque rursus in perspicacia sensus: quandoquidem nimia corporis sensuumque prosperitas gravans animum, hominem ad se detorquet. Decet autem vicissim compensatione et diversione quadam ad optimum potius conferente quodammodo corpus attenuare, ut appareat hominem ipsum ab externis esse diversum. Homo tamen ille ex eorum qui inter nos sunt numero, esto et formosus et magnus et dives, hominum quoque omnium dominus, utpote qui regionis hujus civis habetur: neque illi ab his decepto est invidendum. Circa vero sapientem ipsum talia quædam forte neque ab initio sunt: ac si adsint, comminuet ipse, si modo se ipsum colat: luxumque et dotes corporis per negligentiam atteret: deponet et principatus:

38

οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἄπειρος εἶναι ἀλγηδόνων· ἀλλὰ καὶ μὴ γινομένων, νέος ὢν μαθεῖν βουλήσεται, ἤδη δὲ ἐν γήρᾳ ὤν, οὔτε ταύτας, οὔτε B ἡδονὰς ἐνοχλεῖν, οὐδέ τι τῶν τῇδε, οὔτε προσηνὲς, οὔτε ἐναντίον, ἵνα μὴ πρὸς τὸ σῶμα βλέπῃ· γινόμενος δὲ ἐν ἀλγηδόσι, τὴν πρὸς ταύτας αὐτῷ πεπορισμένην δύναμιν ἀντιτάξει, οὔτε προσθήκην ἐν ταῖς ἡδοναῖς καὶ ὑγιείαις καὶ ἀπονίαις πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν λαμβάνων, οὔτε ἀφαίρεσιν ἢ ἐλάττωσιν ταύτης ἐν τοῖς ἐναντίοις τούτων. Τοῦ γὰρ ἐναντίου μὴ προστιθέντος τῷ αὐτῷ, πῶς ἂν τὸ ἐναντίον C ἀφαιροῖ;

Ἀλλ' εἰ δύο εἶεν σοφοὶ, τῷ μὲν ἑτέρῳ παρείη ὅσα κατὰ φύσιν λέγεται, τῷ δὲ, τἀναντία· ἴσον φήσομεν τὸ εὐδαιμονεῖν αὐτοῖς παρεῖναι; φήσομεν, εἴπερ ἐπίσης σοφοί· εἰ δὲ καλὸς τὸ σῶμα ὁ ἕτερος, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ὅσα μὴ πρὸς σοφίαν, μηδὲ ὅλως πρὸς ἀρετὴν καὶ τοῦ ἀρίστου θέαν καὶ τὸ ἄριστον εἶναι, τί τοῦτο ἂν εἴη; ἐπεὶ οὐδ' αὐτὸς ὁ ταῦτα ἔχων σεμνυνεῖται, ὡς μᾶλλον εὐδαίμων τοῦ μὴ D ἔχοντος. οὐδὲ γὰρ ἂν πρὸς αὐλητικὸν τέλος ἡ τούτων πλεονεξία συμβάλλοιτο. Ἀλλὰ γὰρ θεωροῦμεν τὸν εὐδαίμονα μετὰ τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας, φρικτὰ καὶ δεινὰ νομίζοντες, ἃ μὴ ἂν ὁ εὐδαίμων νομί-

1. *οὐδὲ μὴν οὐδε*] Cod. Ciz. *οὐ μην οὐδέ.* De hac formula vid. Budæi Comm. L. Gr. p. 1296. Devarium de Particc. p. 299. coll. 287. Hoogeveen de Part. p. 643. sq. Viger. p. 464.
ib. *ἄπειρος εἶναι*] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. A. Vat. *ἄπειρον εἶναι.* Sed Vat. in m. ut Ed.
ib. *ἀλλὰ καὶ μὴ—βουλήσεται*] Cod. Vat. hæc ita habet scripta: *ἀλλὰ μὴν νέος ὢν, καὶ μὴ γινομένων, μαθεῖν βουλήσεται.* Cod. Med. B. habet *γενομένων.*
4. *βλέπῃ*] Codd. Med. Par. A. *βλέποι.* Statim Codd. Marc. C. Mon. A. *γινόμενος.*
ib. *δὲ ἐν*] Codd. Marc. A.B.C. Vat. *δ' ἐν.*
5. *ἀντιτάξει*] Cod. Marc. C. superscriptum habet *ἀντιτάξῃ.*
6. *πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν*] Cod. Ciz. *ἐν τῷ εὐδ.*
7. *ἀφαίρεσιν ἢ ἐλάττωσιν*] Cod. Vat. *ἀφαιρές ἐστιν ἢ ἐλαττώσεσι.* In marg. *ἀφαίρεσιν, ἴσως ἀφαιρέσεσιν. ἐλάττωσιν.*
8. *προστιθέντος*] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. *προστεθέντος.*
9. *ἀφαιροῖ*] Codd. Ciz. Mon. A.C. Vat. *ἀφαιρεῖ*, sed Codd. Mon. A. et Vat. ex corr. ut Ed.
10. *τῷ μὲν ἑτέρῳ*] Codd. Darm. Marc. B. Mon. A. Med. A.B. *τῷ δὲ ἑτέρῳ.*
ib. *λέγεται—παρεῖναι*] Desunt hæc in Cod. Ciz.
11. *τἀναντία*] Codd., exceptis Leid. Mon. A. Par. A. Vat., *τὰ ἐναντία.*
15. *οὐδ' αὐτὸς*] Codd. Marc. A.B.C. Vat. *οὐδὲ αὐτός.*
16. *αὐλητικὸν*] Ita Codd. nostri omnes, ut marg. Ed.; sed Vat. in m. *-κὴν*, ut Ed. pr.

præterea sanitatem corporis ita curabit, ut morborum haud omnino imperitus esse desideret: similiter quoque dolorum: imo et nisi acciderint, in juventute volet discere, in senio vero neque his, neque etiam voluptatibus perturbari volet: neque a re ulla corporea, sive jocunda, sive molesta, ne videlicet ad corpus declinare cogatur. In doloribus vero positus, præsentem sibi sufficientemque ad hæc virtutem his opponet: atque ita se comparabit, ut neque in voluptatibus, prosperaque valetudine, et vacatione laborum beatiorem esse se censeat, neque in eorum oppositis minus existimet se beatum. Cum enim priora illa felicitatem non augeant: certe neque eorum contraria minuunt.

XV. *Homini beato nihil addi, nihil demi posse.* [Ed. pr. *Ei qui bonum intelligibile possidet, nihil addi potest boni bonorum aliorum præsentia, nihil demi boni oppositione malorum.*]

Quod si duo sapientes sint: quorum alter quidem habeat quæcunque naturæ consentanea judicantur, alter vero contraria: nunquid pariter dicemus fore beatos? Dicemus utique: si modo æque sapientes sint. Nempe si alter pulchro sit corpore, cæteraque possideat omnia, quæ neque ad sapientiam, neque omnino ad virtutem, neque ad ejus quod optimum est contemplationem, neque ad vitam optimam conferant, nescio quid plus ob hæc momenti reportet: quandoquidem neque etiam qui talia possidet gloriabitur, quasi

38 σειεν· ἢ οὔπω οὔτε σοφὸς, οὔτε εὐδαίμων εἴη, μὴ τὰς περὶ τούτων
φαντασίας ἁπάσας ἀλλαξάμενος, καὶ οἷον ἄλλος παντάπασι γενόμε-
E νος, πιστεύσας ἑαυτῷ ὅτι μηδέν ποτε κακὸν ἕξει. οὕτω γὰρ καὶ ἀδεὴς
ἔσται περὶ πάντα· ἢ δειλαίνων περί τινα, οὐ τέλεος πρὸς ἀρετὴν,
ἀλλὰ ἥμισύς τις ἔσται. Ἐπεὶ καὶ τὸ ἀπροαίρετον αὐτῷ, καὶ τὸ γινό-
μενον πρὸ κρίσεως δέος, κἄν ποτε πρὸς ἄλλοις ἔχοντι γένηται, προσ-
ελθὼν ὁ σοφὸς, ἀπώσεται, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ κινηθέντα οἷον πρὸς λύ-
πας παῖδα, καταπαύσει ἢ ἀπειλῇ, ἢ λόγῳ, ἀπειλῇ δὲ ἀπαθεῖ· οἷον
F εἰ ἐμβλέψαντος σεμνὸν μόνον παῖς ἐκπλαγείη· οὐ μὴν διὰ ταῦτα ἄφι-
λος οὐδὲ ἀγνώμων ὁ τοιοῦτος· τοιοῦτος γὰρ καὶ περὶ αὐτὸν, καὶ ἐν
τοῖς ἑαυτοῦ. Ἀποδιδοὺς οὖν ὅσα αὑτῷ καὶ τοῖς φίλοις, φίλος ἂν εἴη
μάλιστα, μετὰ τοῦ νοῦν ἔχειν.

Εἰ δέ τις μὴ ἐνταῦθα ἐν τῷ νῷ τούτῳ ἄρας θήσειε τὸν σπουδαῖον,
κατάγοι δὲ πρὸς τύχας, καὶ ταύτας φοβήσεται περὶ αὐτὸν γενέσθαι,
G οὔτε σπουδαῖον τηρήσει οἷον ἀξιοῦμεν εἶναι, ἀλλ᾽ ἐπιεικῆ ἄνθρωπον
καὶ μικτὸν ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ διδοὺς, μικτὸν βίον ἔκ τινος ἀγαθοῦ
καὶ κακοῦ ἀποδώσει τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐ ῥᾴδιον γενέσθαι, ὃς εἰ καὶ
γένοιτο, οὐκ ἂν ὀνομάζεσθαι εὐδαίμων εἴη ἄξιος, οὐκ ἔχων τὸ μέγα,

4. δειλαίνων] Cod. Marc. A. δειλαίων. Cod. Vat. δηλαίνων, in m. ut Ed.
5. ἥμισύς τις] Cod. Marc. A. τε pro τις. Idem ἐστιν pro ἔσται.
6. προκρίσεως] Codd. Marc. A.B.C. Vat. πρὸ κρίσεως, et ita legisse videtur Fic.
7. καὶ τὸν ἐν] Cod. Marc. A. καὶ τῶν ἐν.
8. παῖδα] Ita, pro παῖδας, Codd. nostri omnes.
ib. ἢ λόγῳ] Abest ἢ a Cod. Marc. B. In Cod. Marc. C. est ἀπειλείη λόγῳ.
ib. οἷον εἰ] Abest εἰ a Cod. Darm.
10. περὶ αὐτὸν] Codd. Marc. A. (in m. ut Ed.) C. Mon. A. Vat. περὶ αὐτόν. Ita mox Codd. Marc. A. Mon. A. αὑτῷ pro αὐτῷ. Sed Marc. A. nonnisi ex corr.
13. ἄρας θήσειε] Ita, quam lectionem etiam Ficinus ex Med. expressit, Codd. Darm. Leid. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A. Par. A. Vat. ἄρας θήσειε. Cod. Ciz. ἀραιθήσειε. Cod. Mon. A. ἀρασθήσειε. Nullus ut marg. Ed. ἀρασθήσει. Solus Marc. C. cum Ed. ἀριθμήσειε. Nullus autem Codd. nostrorum h. l. ᾄρας cum iota subscripto, quod et ipsum recte haberet. Vid. Boisson. ad Philostr. Heroic. p. 328. et Heyn. ad Il. XVI. 724. Observv. et Varr. lectt.
18. εὐδαίμων] Cod. Vat. εὐδαίμονα, in m. ut Ed.

eo, qui hæc non possidet, sit beatior. Quinetiam neque ad ipsum tibicinis finem horum copia conferet. At nos ex infirmitate nostra felices consideramus, gravia, horribiliaque judicantes, quæ beatus ipse non judicat. alioquin nondum sapiens, nondum beatus erit, nisi prius ejusmodi imaginationis fallacias omnes a se fugaverit: et quasi omnino jam factus, alter sibi ipsi confidat, tanquam nihil mali passuro. Hoc enim pacto in omnibus vivet intrepidus. Siquid vero metuat, nondum est virtute perfectus, sed dimidium duntaxat habere videbitur. Jam vero improvisos et qui ante judicium accidunt metus, si quando aliis intento acciderint, sapiens propulsare conabitur: atque conjunctum sibi sensum quasi puerum dolore commotum, vel minis, vel ratione compescet, comminatione, inquam, non perturbante: perinde ac si puer majorem quendam reveritus statim coerceatur: neque tamen ob hæc vir talis ab amicitia erit et gratitudine alienus: talis enim est sibi ipsi atque suis. Cum igitur quæ et sibi, eadem amicis attribuat, amicus erit præcipue, simulque mente vivet.

XVI. *Vir sapiens, beatus futurus, solum se confert ad mentem: pendet ex Deo: cætera vel contemnit, vel sine perturbatione gubernat.*

Si quis autem probum virum in hac excelsa mente non constituerit, sed fortunæ ictibus subjugaverit, eique ab his timuerit, is certe non qualem nos esse oportere censemus, probum virum adducet in medium, sed mediocrem quendam atque ex bono maloque permistum: mediam quoque vitam agentem ex bono simul et malo compositam. Qualem utique neque reperire facile est: neque si reperiatur, erit felicis nomine dig-

οὔτε ἐν ἀξίᾳ σοφίας, οὔτε ἐν καθαρότητι ἀγαθοῦ· οὐκ ἔστιν οὖν ἐν 39
τῷ κοινῷ εὐδαιμόνως ζῇν. Ὀρθῶς γὰρ καὶ Πλάτων ἐκεῖθεν, ἄνωθεν
τὸ ἀγαθὸν ἀξιοῖ λαμβάνειν, καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπειν τὸν μέλλοντα A
σοφὸν καὶ εὐδαίμονα ἔσεσθαι, καὶ ἐκείνῳ ὁμοιοῦσθαι καὶ κατ' ἐκεῖνο
ζῇν. Τοῦτο οὖν δεῖ ἔχειν μόνον πρὸς τὸ τέλος· τὰ δ' ἄλλα, ὡς ἂν
καὶ τόπους μεταβάλλοι, οὐκ ἐκ τῶν τόπων προσθήκην πρὸς τὸ εὐδαι-
μονεῖν ἔχων, ἀλλ' ὡς στοχαζόμενος καὶ τῶν ἄλλων περικεχυμένων
αὐτὸν, οἷον εἰ ὡδὶ κατακείσεται, εἰ ὡδὶ, διδοὺς μὲν τούτῳ, ὅσα πρὸς
τὴν χρείαν καὶ δύναται, αὐτὸς δὲ ὢν ἄλλος, οὐ κωλυόμενος καὶ τοῦ- B
τον ἀφεῖναι, καὶ ἀφήσων δὲ, ἐν καιρῷ φύσεως· κύριος δὲ καὶ αὐτὸς
ὢν τοῦ βουλεύσασθαι περὶ τούτου· ὥστε αὐτῷ τὰ ἔργα, τὰ μὲν πρὸς
εὐδαιμονίαν συντείνοντα ἔσται, τὰ δὲ οὐ τοῦ τέλους χάριν, καὶ ὅλως
οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ προσεζευγμένου, οὗ φροντιεῖ καὶ ἀνέξεται, ἕως
δυνατόν· οἷον εἰ μουσικὸς λύρας ἕως οἷόν τε χρῆσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἄλλην C
ἀλλάξεται, ἢ ἀφήσει τὰς λύρας χρήσεις, καὶ τοῦ εἰς λύραν ἐνεργεῖν
ἀφέξεται, ἄλλο ἔργον ἄνευ λύρας ἔχων, καὶ κειμένην πλησίον περι-
όψεται, ᾄδων ἄνευ ὀργάνων· καὶ οὐ μάτην αὐτῷ ἐξ ἀρχῆς τὸ ὄργανον
ἐδόθη· ἐχρήσατο γὰρ αὐτῷ ἤδη πολλάκις.

5. οὖν δεῖ] Cod. Leid. οὖν δή.
6. μεταβάλλοι] Cod. Darm. μεταβάλλει, superscripto μεταβάλλοι.
7. περικεχυμένων] Cod. Ciz. περικεχυμένον.
8. οἷον εἰ ὡδὶ] In Vat. abest εἰ, sed in m. add. Sequens εἰ ὡδὶ omissum est in Cod. Darm. In Codd. Leid. Marc. A.B. C. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. est ἢ ὡδὶ, quod verum videtur.
9. τὴν χρείαν] Articulus deest in Cod. Ciz.
10. ἀφήσων δὲ] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ἀφήσωμεν δέ. Cod. Leid. ἀφήσων μὲν δέ.
11. βουλεύσασθαι] Cod. Vat. βουλεύεσθαι, in m. ut Ed.
12. τὰ δὲ οὐ τοῦ] Codd. Marc. A.B.C. Vat. τὰ δ' οὐ. Cod. Marc. C. omittit τοῦ.
13. οὗ φροντιεῖ] Cod. Vat. οἷον φρ., in m. οὗ.
14. οἷον εἰ μουσικὸς] Scripsi μουσικὸς, pro μουσικὰ, ex Codd. nostris, excepto Leid., omnibus. In Cod. Vat. est οἷον ὁ μουσικός.
15. ἐνεργεῖν] Scribendum fuit ἐνεργεῖν, pro ἐνέργειαν, ex Codd., præter Leid. et Darm., omnibus.
16. ἄλλο ἔργον] Ita, pro ἄλλον ἔργον, Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A Solus Ciz. ἄλλο ὄργανον.

nus: quippe cum nihil habeat magnum, vel ad sapientiæ excellentiam, vel ad boni pertinens puritatem. Non est igitur felicitas in vita conjuncta. Recte enim Plato petendum desuper summum bonum judicat: ad ipsumque ei respiciendum, qui sapiens sit, beatusque futurus: studendumque ad similitudinem illius accedere, illiusque vita vivere. Id ergo solum ad finis ipsius perfectionem est habendum. Cætera vero vir sapiens quasi quasdam loci mutationes existimabit, nullum ex locis ad felicitatem suscipiens incrementum, sed quasi conjectans alia insuper, quæ circumstant: velut si vel hic, et ita, vel ibi, et aliter disponantur: attribuens quidem huic, quodcunque necessitas postulat, et facultas præstat: ipse vero vivens alius, non impeditus conjunctum sibi dimittere: naturæ quoque suo tempore concessurus, idque facile dimissurus: potest quoque de hoc pro arbitrio consultare. Quamobrem hujus officia partim quidem ad felicitatem conducent: partim vero neque finis, neque omnino sui ipsius gratia suscepta erunt, sed ejus duntaxat quod est adjunctum: quod quidem curabit, quamdiu poterit, atque sustinebit: quemadmodum si lyram musicus quamdiu uti valeat, curet: cum vero inutilis sit, vel mutet, vel usum omnino lyræ dimittat, actionibusque circa lyram prorsus abstineat, officium ipse absque lyra aliud habens: itaque jacentem prope despiciat lyram, ipse absque instrumenti ministerio cantans, neque tamen huic ab initio quidem instrumentum frustra tributum fuit, quippe cum sæpe jam ipso fuerit usus.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBRUM V.

## UTRUM FELICITAS AUGEATUR TEMPORE.

Quid æternitas: quid beatitudo: quomodo mentes omnes æternitate fruuntur in æternum, rationales vero naturæ aliquando: et hæ quam diu fruuntur, stabiliter agunt.

I. SUPER *ipsum ens* Platonici ipsum collocant *essendi principium:* nominantque ipsum unum, atque *bonum.* In ente autem primam *essentiam*, primam *vitam*, *mentemque primam* cogitant. Vitam vero illam tum æternam, tum beatam, sed diversa ratione possumus nominare. Est enim vita primus, intimus, perpetuus actus essentiæ. Quatenus ergo actus ejusmodi essentiæ suæ simul totus affigitur, et essentia ipsi simul uni semper innititur, æterna vita, imo æternitas ipsa vocatur: quatenus autem actus idem nusquam a suo fonte digrediens ad interiora reflectitur, ipsa mens appellatur: quæ sic protinus conjuncta bono, vita beata imo beatitudo merito nuncupatur. Hac mente, hac æternitate, hac beatitudine, mentes omnes quia fruuntur proxime, ideo in æternum. Naturæ vero rationales, quoniam sequenti potiuntur gradu, ideo æternitate, beatitudineque hujusmodi potiuntur quidem, sed (ut Platonice, vel potius Plotinice loquar) non æterne fruuntur. Alias itaque beatæ sunt, alias iterum non beatæ: Verumtamen dum beatæ sunt, non mobiliter amplius, sed stabiliter agunt. Cum enim prima æternitas, beatitudoque re ipsa sint unum, rationales naturæ, quatenus beatitudinem, eatenus æternitatem similiter consequuntur. Cum vero æternitatis maxime proprium sit ipse status, nimirum quamdiu tanquam felices potiuntur æternitate, immobiliter agunt, cunctasque simul actionis dotes unico velut intuitu complectuntur. Ut autem propria quandoque sententia loquar, non potest animus æternitate frui, nisi fruatur æterne. Itaque cum primum attingit æternitatis statum, illic positus extra tempus et motum adeo stabiliter agit, ut nulla ex parte inde amplius dimoveri queat. Hac sententia nostra semel posita, interpretationem *Plotinicam* prosequamur.

*Rationalis natura seculis admodum longioribus felix vivit in sphæris sublimibus, quam infelix circa terram.*

II. Proinde animas hominum in terra, vel aëre crassiore viventes plurimum, non esse felices, sed miseras arbitrantur, in loco scilicet peccati, pœnæ purgatorii constitutas. Tunc vero omnes fore beatas, cum hinc ad puras jam sphæras ascenderint cum corpore puro, vel ad subliniorem aërem, vel ætherem, atque cœlum. Tunc enim ob prosperitatem corporis atque loci, facilemque corporis providentiam a divina contemplatione minime distrahi. Jam vero quanto major est in sphæris sublimioribus, quam inferioribus, virtus et amplitudo, quanto et præstantior virtus animæ ibi, quam hic, viventis, tanto diuturniorem animas putant illic, quam hic vitam agere: ideoque tanto diutius felices esse, quam miseras. Quod in *Phædone* testatur *Plato*, ubi de longævis agit: et *Olympiodorus* comprobat. Accedit ad hæc: quod quanto mens, quæ ad sublimia tollit, potentior est, quam imaginatio animalis, quæ ad opposita vergit, tanto longior est vita rationalis animæ per mentem jam ad sublimia elevatæ, quam vita ejusdem per imaginationem ad inferiora deflexæ. Præterea mens ex identitate statuque solum constat, ideo semper in eodem stabiliter agit. Imaginatio ex oppositis: iccirco semper varias fingit imagines. Rationalis vero facultas ex cunctis componitur: nam in ea idem cum diverso, status cum motu concurrit: quapropter et mobiliter et stabiliter operatur, et varia versat, et rursus recolit eadem. Quo vero præstantior est natura identitatis atque status, quam natura diversitatis et motus, eo diutius animus in æternitate vivit, cum ad ipsam conversus fuerit, quam in tempore, in tempus quando-

que prolapsus. At quoniam in hac vita id minus impletur, necessario compensatur in altera. Profecto si purus intellectus nullo modo declinat ad corpus, vita vero omnino expers intelligentiæ tota declinat, sequi putant, ut intellectualis anima, qua parte intellectualis est, nunquam inclinetur ad corpus, qua vero parte non est naturalis intelligentiæ compos, flectatur ad corpora. Item si rationalis anima verum est inter æterna et temporalia medium, et indissolubile vinculum universi, quod in Theologia sæpe probamus: consequens esse volunt, ut nunquam vel hinc, vel inde tota discedat, sed simul utraque tenens, ambo in se competenti proportione conciliet. Quamobrem per intellectum in æternitate vigilat semper: per vim vivificam quoquo modo semper agit in tempore: per imaginationem naturæ vivificæ proximam plurimum versatur in tempore: per rationem tanquam menti propinquam, vivit in æternitate quam plurimum: per imaginationem alteram mox subditam rationi, pares inter utrumque vices alternat et modo æternorum, modo temporalium nobis imagines offert. Verum quam diu ratio felicem vitam ducit, tam diu et imaginatio: et si temporalium interdum simulachra felices tamen imagines adducit in medium. Denique (ut summatim dicam) si ex universo mundi circuitu, quem triginta sex millibus annorum compleri quidam putant: tercentum annis, diverso tamen tempore, animus tanquam exul hic habitet, vicissim tribus saltem annorum millibus patrias sedes colere putant: eosque animos et hic brevius adhuc, et illic longius habitare: qui vel ab initio præstantioribus tum stellis accommodati, tum dæmonibus fuerint commendati: vel ipsi efficaciori virtute muniti caduca contempserint, æterna coluerint. Neque animos duntaxat humanos, sed dæmonicos etiam multos, tum aëreos, tum æthereos mutare corpora, gradusque felicitatis existimant: sed illos usque ad crassum aërem tantum, nostros autem animos usque ad terrenum corpus descendere, et utrosque animos in altioribus regionibus vitam feliciorem agere, et admodum longiorem. Sed de his alias.

*Quomodo rationalis natura formatur propria mente, et quomodo mens propria mente communi.*

III. Fieri quoque potest, ut ratio hac in vita præ cæteris se a materia, imaginationeque segregans infima, revocansque ad mentem quodammodo illam alterius vitæ degustet felicitatem: et profecto quatenus ea potitur, utpote quæ jam intellectu formata est, æterno quodam pacto, id est, stabili, totoque simul actu sua hac felicitate perfruitur. Id autem fieri quandoque posse, atque debere, sic rem altius repetendo probamus. Quod duo quædam difficile conflentur in unum, in causa sunt vel dimensiones utrinque solidæ nimium, vel dimensiones etiam qualescunque, vel repugnantes insuper utrinque formæ. Ferrum conflatur in ignem, etsi tam soliditas ferri, quam frigiditas ejus id impedire videtur: atque ita conflatur, ut ferrum igne formatum jam agat ut ignis potius, quam ut ferrum, id est, caleat luceatque, calefaciat, atque illuminet. Facilius autem aër ignitur, ubi nec densitas, nec tanta diversitas qualitatis amplius impedit: facilius idem aër sub sole fit lucidum, cum nulla in lumine dimensio coitum utriusque retardet: facilius etiam atque arctius corpus naturaliter præparatum formatur ab anima, per eamque jam agit, ut vivens: facillime tandem anima formatur ex mente arctiusque conjungitur. Cum enim formæ proprium sit formare, perficereque, et materiam sibi propriam devincire: nimirum quo præstantior forma est, eo facilius atque conjunctius subjectam sibi accommodatamque materiam format, atque devincit. Anima igitur absolutius mente formatur, quam corpus anima: quanto videlicet et forma perfectior mens est, quam anima, et subjectum perfectius anima est, quam corpus. Cum igitur divina mens ubique fit, atque animæ rationalis essentia perpetuo illinc influxu fiat, atque servetur, ideoque perpetuo essentiæ ipsius instinctu convertatur ad mentem, nihil prohibet, animam ita pendentem, et ita conversam semper inde formari. Quoniam vero formatio hæc tum per essentialem animæ instinctum, tum per essentialem mentis actum efficitur, merito essentialis undique formatio est: adeo ut, quemadmodum in mente idem est essentia, quod intellectus, idem rursus esse, quod intelligere, sic in anima idem fiat intellectus, quod ejus essentia: idem quoque intelligere fiat, quod et esse: præsertim quoniam intellectus ipse divinus ipso prorsus intelligentiæ actu format animam. Formari autem actu intelligendi nihil aliud est, quam intelligere: sicut et actu videndi formari, jam est videre: vel saltem sicut in aëre simul est omnino fieri lucidum, atque lucere: et in corpore sub anima simul est vivum fieri, atque vivere; sic in anima essentiali ratione intellectualem fieri simul est, atque intelligere. Nihil enim aliud est, animam intellectu perfecte formari, quam sub intellectus forma esse, sub intellectus actu agere. In ipso vero intellectu forma ipsius idem est et actus. Anima igitur cum primum sub forma intellectus existit, etiam sub intellectus actu jam agit, ac prorsus intelligit: Hinc illud *Iamblichi ex mente Ægyptiorum* dictum: Animæ intellectualis esse, est intelligere Deum atque divina. Sicut enim temporario quodam actu percipimus temporalia, sic æterna vereque existentia æterno similiter essentialique actu assidue contemplamur. Hæc ille. Sed de intellectu satis jam atque nimium.

*Natura rationalis et potest, et debet formari quandoque mente, et tunc actu unico possidet omnia.*

IV. Facultatem quoque rationalem posse ferme similiter intellectu quandoque formari, eædem nobis indicant rationes, præsertim cum in eadem, qua et intellectus, essentia sit, debere vero ostendimus alibi: ne naturalis appetitio sit inanis: et cum in omni natura rationali fit sempiternus ad intelligentiam appetitus, omnem *Platonici* volunt, quandoque ad felicem intelligentiam pervenire: ac si inde discesserit, iterum posse reverti: eoque seculo quamdiu agit, ut mens, vivitque beata, æternam mentis intelligentiam imitari: ut simul actu cuncta conspiciat, sive id in hac vita degustet, sive potius vescatur in altera. Intellectum quidem ipsum ita simul universum rerum ambitum contueri, sicut oculus sphærulam quandam conspicit simul totam: rationem vero nondum conversam ad intellectum, ita res per partem, deinceps atque partem aggredi. Sicut cæci hominis tactus in digito eandem sphæram paulatim attrectando, judicat esse sphæram, quam oculus subito judicavit. Rationem denique jam conversam, ita cuncta una cum mente complecti omnino putamus, sicut hominis videntis manus ab oculo recta sphærulam toto pugno complectens, subito sphæram esse perpendit. Jam vero animus sic affectus tantum momento cognoscit, et possidet, quantum longo tempore alter. Huic simile propheticum illud: *Dies una in atriis tuis Domine plus, quam mille aliorum anni.*

*Quis beatus sit: et quomodo beatitudo consistit in quadam præsentis boni possessione: cui prorogatio temporis per se nihil addit præteriti, aut futuri ratione, sed tantum ratione præsentis.*

V. Felicem ad summum putamus eum, qui cuncta jam vera conspicit, cunctisque potitur bonis: sed vera simul omnia videt in una forma veri, id est, mente divina, cunctis similiter bonis fruitur in uno fonte bonorum, id est, ipso bono. Cum igitur per unam formam, per unum fontem et vera conspiciat, et hauriat bona: nimirum uno intuitu vera contuetur omnia: uno similiter haustu combibit omnia bona. Quisquis huc nondum pervenit, nondum est felix ad summum. Qui vero pervenit huc usque, jam nequit ob solam temporis longitudinem fore felicior. Sed esto in hoc quidem animo ejusmodi felicitas annua, in illo vero diurna: Numquid hic est beatior illo? Non certe eo ipso die, quo est et ille beatus. Uterque enim tunc pariter omnia possidet. Reliquis vero diebus non est alter felicior altero: imo vero alter quidem beatus est, alter non amplius est beatus. Comparemus deinde inter se felicitatem annuam, atque diurnam. Numquid annua major, vel magis felicitas quam diurna censetur? Diuturnior certe, vel longior tempore, non tamen ingentior gradibus: sicut et calor quidam annuus esse potest, neque tamen gradu ferventior calore diurno. Sed nonne magis expetenda nobis est annua felicitas, quam diurna? Est procul dubio. Sed diuturnitas illa temporis non propter se ipsam magis expetenda est: alioquin diuturnam quoque febrem potius, quam brevem eligeremus. Imo propter ipsam felicitatem, neque vicissim: ipsum namque bonum ad qualitatem potius, quam ad quantitatem pertinere videtur. Jam vero animus quantitatem propter bonum expetit: ac si cum bono conjuncta sit, quo major quantitas est, eo magis appetit: si cum malo, quo major, eo minus eligit. Curnam igitur annuam cum felicitate vitam potius, quam diurnam eligendam nobis existimamus? Certe non propter temporalem ipsam successionem, quæ longior fit in anno: nam nec in diurna quidem felicitate propter similem successionem malumus diem integrum, quam horam esse felices. Ipsum namque præsens in felicitate penitus exoptamus. Hoc enim est duntaxat, et nos esse quærimus, dum quærimus esse felices. Optamus quidem in primis idem hoc præsens figi, prorsusque manere, quod quidem æternitatis est proprium, cujus fruitione beati sumus: quo et per intellectum assidue fruimur, et quandoque per rationem intellectu formatam. Quod si diffidamus ipsum præsens nobis idem firmiter posse consistere, secundo jam gradu eligimus præsens aliud momentum, iterumque aliud, aliudque succedere: semper ad ipsum præsens potius, quam ad successionem, affectum, et intuitum dirigentes. Siquidem in ipsa successione semper privationis et mali aliquid est admistum. Quod quidem nobis ostendit, nos quamdiu in hoc motu vivimus, re vera beatos esse non posse, quamvis quatenus prope ad æternitatem accedimus, eatenus beatitudinis aliquid degustemus. *Hoc Plotinus decem hujus libri quæstionibus agit.*

*Quæstio prima.*

Utrum felicitas tempore augeatur? Concludit felicitatem in quadam affectione sive dispositione vitæ consistere, per quam aliquis re ipsa bene se habeat: hanc vero esse præsentem, cui præteriti recordatio nihil addit.

*Quæstio secunda.*

Cum omnis homo semper vivere appetat: Utrum perseverantiam hanc perpetuam assequi sit beatitudo præcipua. Concludit, felicitatem hac successione perpetua non augeri: alioquin non virtus, sed tempus metietur felicitatem, neque unquam felicitas vel apud Deos erit absoluta, quia semper sic augebitur. Confirmat idem:

quoniam appetitus naturalis optat proprie quod et consequi potest: solum vero, quod præsens sit, assequitur, quandocunque assequatur: ergo non appetit, quod non est, sed quod est duntaxat. Præsens vero solum existit: sed præteritum non est amplius, futurum nondum est. Solum igitur appetit præsens: atque mavult hoc ipsum præsens figi penitus, idemque manere, quam aliud huic succedere.

*Quæstio tertia.*

Utrum, qui diutius contemplatus est, sit felicior? Concludit, si semper eadem æque perspicaciter vidit, nihil diuturnitate ad felicitatem profecisse: si denique plura meliusque novit, non ante, sed tunc demum fuisse felicem.

*Quæstio quarta.*

Utrum diuturnior delectatio beatitudinem augeat. Concludit, si voluptas hic significat motum quendam, sive actum ab ipso intelligentiæ actu distinctum, non esse cum felicitate connumerandam: sin autem significat ipsummet intelligentiæ actum, ab omni impedimento liberum, sicque expeditum jam absolutum nobisque gratum: tunc solum animum esse felicem, quando intelligentia talis est, nihilque per tempus ei majus afferri: præsertim cum jam sit in æternitate potius, quam in tempore. Voluptatis quoque motum, solum propter id, quod in eo præsens est, optari.

*Quæstio quinta.*

Utrum, qui per totam vitam est felix, sit illo felicior, qui solum in parte vitæ sit felix. Concludit, si secundum eandem vitæ partem inter se comparentur, pariter esse felices: si secundum alias, alterum esse beatum, alterum non beatum.

*Quæstio sexta.*

Cum miser longiore tempore miserior fieri videatur, cur non et felix simili ratione felicior? Concludit, malum ipsum, quia circa subjectum natura passioni obnoxium et debile accidit, eo continue illud magis inficere. Quod quidem subjectum si semper permaneret idem, neque detrimentum majus accideret, solum in judicio mali præsens ipsum perpenderetur: sin autem sic in angustia perseveret subjectum, ut in eo malum augeatur, tunc miseria gravior judicatur, non tam quia longius sit tempus, quam quia ingentior mali gradus accesserit. Felicitas autem summa certum quendam possidet terminum, id est, gradum in bono summum. Item terminum semper habet eundem, scilicet ipsum summum, neque majorem videlicet, neque minorem, quamprimum scilicet et quamdiu est felicitas: alioquin non est summa felicitas. Denique mali habitus est in tempore temporarioque subjecto, cui diversitas accidit: felicitas autem in ævo subjectoque æterno, cui quidem ipsa (ut ita dixerim) identitas, statusque proprie convenit. Convenit etiam parti rationali jam factæ felici status illic æternus: alioquin nec facta felix fuerit, nec secura vivet, si illinc se putaverit discessuram.

*Quæstio septima.*

Cum in tempore connumeremus præteritum et futurum una cum præsenti, atque ita plus temporis spatium appellemus: cur non ita in felicitate facimus? Concludit, licere nobis in longitudine temporis non ens cum ente connumerare: siquidem ratio ipsa temporis in numero quodam, fluxuque versatur. Numerantur autem etiam, quæ non amplius sunt, sed quæ jam diu præterierunt. Item in omni fluxu ens quasi cum non ente conjungitur: siquidem momentum præsens, quod ens quodammodo dicitur, inter præteritum, quod non est amplius, et futurum, quod nondum est, medium incidit. Negat autem in ipsa felicitatis natura idem fieri: siquidem ratio ejus in vita præsenti et actu stabili æternitatis munus quodammodo jam consecuto consistit. Alioquin si adhuc quodam motu temporeque discurrit, nondum est habitus absolutus: nondum animus consecutus est finem. Cum ergo felicitatis ratio præsens ipsum, statumque includat, nimirum computationem a se temporariam procul excludit. Jam vero cum æternitas sit primæ essentiæ, ipsiusque entis vita, sive in prima mente sit, sive jam alicui menti communicata, nullo modo aliquid non entis admittit: temporalem itaque fluxum a se prorsus expellit. In vita igitur æterna actus est unus et stabilis, sed in tempore sive penes animam, sive deinde in corpore actus et multi sunt, et fluxu quodam sibi invicem succedentes: sicut in medio circulo punctum est unum, atque stabile, a quo diversa ad circumferentiam per longitudinem linearem producuntur puncta mobilia. Ubi videtur et unum in plura dispersum: et status jam progressus in motum. Summatim concludit, beatam vitam esse vitam optimam: hanc vero esse vitam ipsius entis, sive (ut dixi) in communi mente per se ipsam sit, sive in sua cujusque mente semper inde communicata, sive in facultate rationali inde rursus communicata quandoque: et ubique æternam servare conditionem: præsertim cum optimus vitæ gradus qui et finis rationem habet, non in motu amplius sed in statu sit positus. Denique ipsum præsens æternitatis non esse idem, quod et temporis præsens: nam in tempore multa præsentia, individuaque momenta sic se habent, ut aliud sit extra aliud. In æternitate vero præsens est unicum, omnia

præsentia temporis simul includens: sicut et signa in circumferentia multa inter se distantia. Unicum vero in medio signum cuncta linearum a circumferentia venientium signa concludit.

*Quæstiones tres.*

Quæstiones reliquæ tres facile tum per se, tum per superiores intelliguntur, atque solvuntur. Ex omnibus tandem colligitur, vitam perfecte beatam esse vitam, non actionibus exterioribus occupatam, sed in ipsa mente collectam: non idem ex multis intelligentiæ actibus, sive præteritis, sive præsentibus congregatam, sed intentam prorsus in unum præsentem, stabilem propriæ mentis actum: actum, inquam, mente divina formatum, perque divinam mentem ipso super mentem bono fruentem.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Ε.

# PLOTINI

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER V.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙ ΤΟ ΕΥΔΑΙΜΟΝΕΙΝ ΕΠΙΔΟΣΙΝ ΧΡΟΝΩΙ ΛΑΜΒΑΝΕΙ.

### Utrum beatitudo tempore suscipiat incrementum.

ΕΙ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐπίδοσιν τῷ χρόνῳ λαμβάνει, τοῦ εὐδαιμονεῖν 43
ἀεὶ κατὰ τὸ ἐνεστὸς λαμβανομένου; οὐδὲ γὰρ ἡ μνήμη τοῦ εὐδαιμονῆσαι ποιοῖ ἄν τι· οὐδ᾽ ἐν τῷ λέγειν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ διακεῖσθαί πως τὸ εὐδαιμονεῖν. ἡ δὲ διάθεσις ἐν τῷ παρεῖναι καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς ζωῆς.

Εἰ δ᾽ ὅτι ἐφιέμεθα ἀεὶ τοῦ ζῇν καὶ τοῦ ἐνεργεῖν τὸ τυγχάνειν τοῦ B
τοιούτου εὐδαιμονεῖν λέγοι μᾶλλον· πρῶτον μὲν οὕτω καὶ ἡ αὔριον εὐδαιμονία μείζων ἔσται, καὶ ἡ ἑξῆς ἀεὶ τῆς προτέρας, καὶ οὐκέτι μετρηθήσεται τὸ εὐδαιμονεῖν τῇ ἀρετῇ. Ἔπειτα καὶ οἱ θεοὶ νῦν μᾶλ-

9. ΕΙ τὸ εὐδαιμονεῖν] Articulum addimus ex Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vocem χρόνῳ non habet Cod. Marc. A. In Cod. Ciz. est τῷ χρόνῳ, ubi Reinesius ad marg. Cod. adscripsit: Hanc particulam [i. e. hunc librum] habet Barth. Advers. l. 50. c. 8.

10. ἐνεστὸς] Ita, non ἐνεστὼς, omnes libri. De qua forma analogiæ contraria, sed tamen in optimis antiquissimisque libris ubivis obvia, vid. quæ monuit et quos laudat Buttmann. Ausf. Griech. Sprachl. II. p. 158. sq.

11. ποιοῖ ἄν τι] Ita Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B. Vat. Sed Ed. ποιεῖ. Illud posuimus ex usu Plotini, qui Optativis hac sententia delectatur.

ib. οὐδ᾽ ἐν] Ita recte Codd. omnes, pro οὐδὲ, quod est in Ed.

14. εὐδαιμονεῖν λέγοι—ἡ αὔριον] Cod. Ciz. hæc omittit.

15. ἡ ἑξῆς] Articulus abest in Cod. Vat., in m. add.

16. τῇ ἀρετῇ] Cod. Vat. articulum nonnisi in marg. habet.

*Quæstio I.*

QUÆRENDUM est, nunquid felicitas tempore suscipiat incrementum, cum beatum esse semper secundum præsens accipiatur? Profecto neque felicitatis præteritæ recordatio momenti quicquam habet: neque in dicendo, sed in affectione quadam beatitudo consistit. Affectio vero in qualitate præsenti posita est, actio quoque vitæ.

*Quæstio II.*

At si quis ex eo, quod vivere atque agere semper appetimus, id assequi felicitatem potius esse dicat, sic est respondendum. Primo quidem, si ita sit, felicitas crastina major erit, et quæ deinceps semper antecedente major: neque felicitatem virtus ipsa ulterius metietur. deinde Dii quoque feliciores nunc erunt, quam consueve-

43 λον εὐδαιμονήσουσιν ἢ πρότερον, καὶ οὔπω τέλεον, καὶ οὐδέποτε τέ-
C λεον· ἔπειτα καὶ ἡ ἔφεσις λαβοῦσα τὴν τεῦξιν τὸ παρὸν εἴληφε,
καὶ ἀεὶ τὸ παρὸν, καὶ ζητεῖ τὸ ἕως ἂν ᾖ, τὸ εὐδαιμονεῖν ἔχειν. ἡ δὲ
ἔφεσις τοῦ ζῆν τὸ εἶναι ζητοῦσα, τοῦ παρόντος ἂν εἴη, εἰ τὸ εἶναι
ἐν τῷ παρόντι. Εἰ δὲ τὸ μέλλον καὶ τὸ ἐφεξῆς θέλει, ὃ ἔχει, θέλει
καὶ ὅ ἐστιν, οὐχ ὃ παρελήλυθεν, οὐδ' ὃ μέλλει, ἀλλ' ὃ ἤδη ἐστὶ,
τοῦτο εἶναι· οὐ τὸ εἰσαεὶ ζητοῦσα, ἀλλὰ τὸ παρὸν ἤδη, εἶναι ἤδη.

D Τί οὖν τὸ πλείονα χρόνον εὐδαιμόνησε, καὶ πλείονα χρόνον εἶδε
τοῖς ὄμμασι τὸ αὐτό; Εἰ μὲν γὰρ ἐν τῷ πλείονι τὸ ἀκριβέστερον
εἶδε, πλέον ἄν τι ὁ χρόνος αὐτῷ εἰργάσατο· εἰ δὲ ὁμοίως διὰ παντὸς
εἶδε τὸ ἴσον, καὶ ὁ ἅπαξ θεασάμενος ἔχει.

Ἀλλὰ πλείονα ἅτερος ἥσθη χρόνον. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἂν ὀρθῶς
ἔχοι ἀριθμεῖν εἰς τὸ εὐδαιμονεῖν· εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν λέγει τις τὴν ἐν-
E ἐργειαν τὴν ἀνεμπόδιστον, τὸ αὐτὸ τῷ ζητουμένῳ λέγοι. Καὶ ἡ
ἡδονὴ δὲ ἡ πλείων, ἀεὶ τὸ παρὸν μόνον ἔχει· τὸ δὲ παρεληλυθὸς αὐ-
τῆς οἴχεται.

1. εὐδαιμονήσουσιν] Marg. Ed. εὐδαιμονοῦσιν. Sed unice verum futurum, et expressum etiam a Ficino, Barthio, Engelhardto.

2. καὶ ἡ ἔφεσις] Pravam scriptionem ἄφεσις, quæ est in Ed., habet nonnisi Cod. Ciz. In Cod. Vat. est καὶ ἡ φύσις.

ib. τεῦξιν] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (hic in m. τεῦξιν) habent τοῦ εἶναι ἕξιν. Cod. Ciz. τὴν αὐτοῦ ἕξιν. Quamquam lectio marginis non spernendos habet assertores in libris probatis, τεῦξις tamen vel maxime Platonicum atque adeo Plotinianum. Vid. modo infr. p. 55. F. p. 56. D. item IV. 3. 26. Procli Inst. Theol. XXXI. p. 431. p. 56. ed. nostr. Adde Arriani Epict. II. 5. et Synesii Epist. CXL. Neque dubitaverim, quin recte dici queat λαβεῖν τεῦξιν.

3. ἂν ᾖ] Nullus Cod. τὸ ὂν ἕως ἂν ᾖ. Quod fortasse mireris: nisi τὸ hic delendum. Codd. Marc. C. Vat. in marg. ἂν εἴη, ut marg. Ed. Vat. in contextu ut Ed.

ib. δὲ ἔφεσις] Codd. Darm. Marc. A.B. C. Vat. δ' ἔφεσις.

4. ἂν εἴη] Cod. Ciz. ἂν εἴσιν. Cod. Mon. A. ἂν εἰσίν. Codd. Leid. Marc. C. Mon. C. Vat. ἄνεισιν. Vat. in m. ut Ed.

ib. τὸ εἶναι] Codd. Marc. A. Mon. C. τῷ εἶναι.

5. ἐφεξῆς θέλει] Codd. Ciz. Leid. Mon. A.C. θέλοι, Vat. ἐθέλοι. Quod placet.

7. εἰσαεὶ] Cod. Marc. A. ἐσαεί. Vat. εἰς ἀεί, in m. ut Ed.

8. καὶ πλείονα] Cod. Vat. καὶ τὸ πλείονα. Engelh. mavult τί οὖν εἰ. Male: nec ullus Codd. suffragatur. Potius arridet illud repetitum τὸ Codicis Vat. καὶ τὸ πλείονα χρόνον. Utrobique est *illud*, hac sententia: *Quam igitur illud vim habet, si quis dicat, hic longiore temporis spatio beatus fuit*, cet.

ib. εἶδε] Codd. Med. B. (bis) Par. A. (ter) ἴδε. Mox Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. εἰ γὰρ, sine μέν.

10. πλέον ἄν τι] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. πλέον τι, quod efficacius videtur ad definitam sententiam exprimendam.

12. πλείονα] Ita, pro πλέονα, Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A. B. Par. A. Vat.

ib. ὀρθῶς ἔχοι] Cod. Leid. ἄγοι. In eodem abest εἰς.

14. λέγοι] Ita, pro λέγει, Codd. nostri omnes.

15. ἡ πλεῖον] Codd., præter Mon. A. Med. A.B., omnes, ut marg. Ed., ἡ πλείων. atque ita posui.

rint: neque dum perfecta felicitas erit, neque esse perfecta poterit unquam. Præterea appetitus voto potius præsens aliquid est adeptus, semperque ad ipsum præsens annititur: et quamdiu est, ita semper esse in felicitate requirit. Appetitio vero vivendi esse perquirens, præsens quiddam procul dubio quærit: siquidem esse in præsenti est positum. Quod si futurum, et quod deinceps sequitur, appetat, quod habet jam, quodve est, desiderat: non quod præteriit, neque quod est futurum, imo quod jam est, id existere: non sempiternam protractionem, sive processionem quærens, sed, quod jam præsens adest, id adesse.

*Quæstio III.*

Quid ergo de illo dicemus, qui plurimum tempus vixit felix, idemque spectaculum diutissime est intuitus? Profecto, si longiori in tempore perspicacius vidit, plus aliquid ipsi longitudo temporis attulit: sin autem universo in tempore vidit similiter, certe nihil proficit, et qui semel est intuitus, æque reportat.

*Quæstio IV.*

At dixerit quispiam, alterum esse diutius oblectatum. Sed hoc in felicitate connumerare non licet: nisi forte quis voluptate nominet actionem intelligentiæ expeditam. Hic enim idem, quo nos quærimus, dixerit. Proinde voluptas longior semper præsens habet solum: quod autem ex ea præteritum dicitur, jam prorsus evanuit.

Τί οὖν; εἰ ὁ μὲν ἐξ ἀρχῆς εὐδαιμόνησεν εἰς τέλος, ὁ δὲ τὸν ὕστε- 44 A
ρον χρόνον, ὁ δὲ πρότερον εὐδαιμονήσας μετέβαλεν, ἔχουσι τὸ ἴσον;
Ἢ ἐνταῦθα ἡ παραβολὴ οὐκ εὐδαιμονούντων γεγένηται πάντων, ἀλλὰ
μὴ εὐδαιμονούντων, ὅτε μὴ εὐδαιμόνουν, πρὸς εὐδαιμονοῦντα. Εἴ τι
οὖν πλέον ἔχοι, τοῦτο ἔχει ὅσον ὁ εὐδαίμων πρὸς οὐκ εὐδαίμονας, ᾧ
καὶ συμβαίνει πλεονεκτεῖν αὐτοὺς τῷ παρόντι.

Τί οὖν ὁ κακοδαίμων, οὐ μᾶλλον κακοδαίμων τῷ πλείονι; καὶ τὰ B
ἄλλα δὲ ὅσα δυσχερῆ, οὐκ ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ πλείω τὴν συμφορὰν
δίδωσιν, οἷον ὀδύναι πολυχρόνιοι, καὶ λῦπαι, καὶ πάντα τὰ τούτου
τοῦ τύπου; ἀλλ᾽ εἰ ταῦτα οὕτω τῷ χρόνῳ τὸ κακὸν ἐπαύξει, διατί
οὐ καὶ τὰ ἐναντία, καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν ὡσαύτως; ἢ ἐπὶ μὲν τῶν λυ-
πῶν καὶ ὀδυνῶν ἔχοι ἄν τις λέγειν, ὡς προσθήκην ὁ χρόνος δίδωσιν· C
οἷον τὸ ἐπιμένειν τὴν νόσον· ἕξις γὰρ γίνεται, καὶ κακοῦται μᾶλλον
τῷ χρόνῳ τὸ σῶμα· ἐπεὶ εἴγε τὸ αὐτὸ μένοι, καὶ μὴ μείζων ἡ βλάβη,
καὶ ἐνταῦθα τὸ παρὸν ἀεὶ τὸ λυπηρὸν ἔσται εἰ μὴ τὸ παρεληλυθὸς
προσαριθμοῖ, ἀφορῶν εἰς τὸ γενόμενον καὶ μένον, ἐπί τε τῆς κακο-
δαίμονος ἕξεως τὸ κακὸν εἰς τὸν πλείονα χρόνον ἐπιτείνεσθαι, αὐξο-
μένης καὶ τῆς κακίας τῷ ἐμμόνῳ. Τῇ γοῦν προσθήκῃ τοῦ μᾶλλον οὐ D

1. εἰ ὁ μὲν] Abest εἰ a Cod. Mon. C.
3. ἀλλὰ μὴ εὐδαιμονούντων] Desunt hæc in Cod. Ciz.
4. εὐδαιμόνουν] Cod. Marc. C. εὐδαιμονοῦν.
ib. Εἴ τι—πλέον] εἴτι, pro εἴτοι, quod est in Ed., habent Codd., exceptis Mon. A. Par. A., omnes; πλέον autem, pro πλεῖον, omnes præter Leid. et Marc. C.
5. ἔχοι] ἔχει est in Codd. Darm. Marc. B.C. Mon. A. Med. A. Vat. Sed Vat. in m. ut Ed.
7. οὐ μᾶλλον] Cod. Marc. C. οὐ μόνον. Cod. Ciz. loco articuli ante κακοδαίμων habet οὐ.
8. πλείω τὴν] πλείω abest a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Scribitur πλείονα in Codd. Darm. Marc. B. Med. B. In Cod. Par. est πλείονι.
9. τὰ τούτου] Ita scripsi, pro τούτων, jubentibus Codd., præter Ciz. Darm. Par. A., omnibus.
10. ἐπαύξει] Cod. Marc. A. ἐπαύξοι.
12. ὁ χρόνος δίδωσιν] Cod. Vat. ὁ χρόνος οὐ (sic) δίδωσιν. In marg. >. In eodem abest τῷ χρόνῳ, in m. add.
14. τὸ αὐτὸ μένοι] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. μένει.
16. προσαριθμοῖ] Codd. Marc. A. Vat. προσαριθμεῖ. Vat. in m. ut Ed.
ib. καὶ μένον] Omissa in Cod. Ciz.
ib. ἐπί τε τῆς] Codd. Marc. A. Mon. C. ἐπὶ δὲ τῆς.
17. αὐξομένης] Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. αὐξανομένης.

*Quæstio V.*

Cæterum quidnam dicemus, si alius quidem ab initio ad finem usque beate vixit: alius autem in posterum tantum? alius denique olim felix, jam felix esse desierit? Nunquid pariter esse felices? Profecto hujusmodi comparatio non inter eos qui omnes felices sint, efficitur. Sed in ipsa quidem non felices, scilicet quando non sunt felices, cum felici aliquo conferuntur. Si quid ergo plus possidet, id certe possidet, quantum felix adversus homines non felices: cui quidem id contigit, ut præsenti quodam alios superaret.

*Quæstio VI.*

Quid ergo? Miser nonne longiore tempore fit miserior? Et alia quoteunque molesta, nonne tempore longiore majorem afferunt calamitatem: velut angustiæ, molestiæque diuturnæ, ac cætera generis ejusdem? Quod si hæc ita tempore malum augent, cur non et opposita augent quoque felicitatem? Forte vero circa molestias et angustias licet dicere, augmentum tempore fieri: ut in morbis. Morbus enim efficitur habitus; corpusque ipsum tempore magis inficitur: alioquin si maneret idem, neque majus accideret detrimentum, hic quoque præsens ipsum semper esset, quod molestum, nisi quis præteritum annumerarit: respiciens videlicet in id, quod actum est, atque quod manet: adeo ut in habitu quoque miseri malum in tempus productius augeatur, adaucta videlicet pravitate in eo, quod permanet, quatenus permanet. Quapropter miseria major non productiore tempore, imo vero majoris gradus adjunctione provenire videtur. Plus

44 τῷ πλείονι ἴσως, τὸ μᾶλλον κακοδαιμονεῖν γίνεται. Τὸ δὲ πλεῖον ἴσον οὐχ ἅμα ἐστὶν, οὐδὲ δὴ πλεῖον ὅλως λεκτέον τὸ μηκέτι ὂν τῷ ὄντι συναριθμοῦντα. Τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας ὅρον τε καὶ πέρας ἔχει, καὶ ταυτὸν ἀεί. Εἰ δέ τις καὶ ἐνταῦθα ἐπίδοσις παρὰ τὸν πλείονα χρόνον, ὥστε μᾶλλον εὐδαιμονεῖν εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδόντα μείζονα, οὐ E τὴν πολυετῆ εὐδαιμονίαν ἀριθμῶν ἐπαινεῖ, ἀλλὰ τὴν μᾶλλον γενομένην τότε, ὅτε μᾶλλον ἐστίν.

Ἀλλὰ διατί, εἰ τὸ παρὸν θεωρεῖν δεῖ μόνον, καὶ μὴ συναριθμεῖν τῷ γενομένῳ, οὐκ ἐπὶ τοῦ χρόνου τὸ αὐτὸ ποιοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν παρεληλυθότα τῷ παρόντι συναριθμοῦντες, πλείω λέγομεν; διατί οὖν οὐχ ὅσος ὁ χρόνος, τοσαύτην καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐροῦμεν; καὶ διαιροῖμεν ἂν κατὰ τὰς τοῦ χρόνου διαιρέσεις καὶ τὴν εὐδαιμονίαν. F Καὶ γὰρ αὖ τῷ παρόντι μετροῦντες, ἀδιαίρετον αὐτὴν ποιήσομεν. Ἢ τὸν μὲν χρόνον ἀριθμεῖν καὶ μηκέτι ὄντα οὐκ ἄτοπον, ἐπείπερ καὶ τῶν γενομένων μὲν, μηκέτι δὲ ὄντων, ἀριθμὸν ἂν ποιησαίμεθα, οἷον τῶν τετελευτηκότων. Εὐδαιμονίαν δὲ μηκέτι οὖσαν παρεῖναι λέγειν τῆς παρουσίας πλείονα, ἄτοπον· τὸ μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν συμβεβηκέναι ἀξιοῖ. Ὁ δὲ χρόνος ὁ πλείων παρὰ τὸν παρόντα, τὸ μηκέτι G εἶναι. Ὅλως δὲ τοῦ χρόνου τὸ πλέον, σκέδασιν βούλεται ἑνός τινος

1. ἴσως] Cod. Ciz. ἴσον οὐχ ἅμα ἐστὶν ἴσως, verbis ex lin. seq. perperam receptis.
2. οὐδὲ δὴ] Cod. Marc. A. omittit δή.
8. θεωρεῖν δεῖ] Codd. Marc. A. Mon. C. A. Vat. δεῖ θεωρεῖν.
9. γενομένῳ] Cod. Marc. C. γενομένῳ.
ib. ἀλλὰ καὶ τὸν] Cod. Leid. omittit καί.
10. παρεληλυθότα] Cod. Ciz. παρελθόντα.
11. τοσαύτην καὶ τὴν] Abest καὶ a Codd. Darm. Marc. B. Med. A.
13. γὰρ αὖ τῷ] Codd. Darm. Marc. B. Par. A. et marg. Vat. αὐτῷ, ut marg. Ed. Videri possit scripsisse Plotinus καὶ γὰρ αὐτῷ τῷ παρόντι, et sic legisse dicas Ficinum ex conjectura. Quamquam eo ducunt etiam Codicum et marg. Ed. vestigia.
14. τὸν μὲν] Cod. Ciz. τὸ μέν.
15. ἀριθμὸν ἂν] Abest ἂν in Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Vat., sed Vat. habet in m.
17. παρουσίας] Omnes, præter Ciz. et Vat., παρούσης, quod verum videtur.
ib. εὐδαιμονεῖν] Cod. Marc. C. addit οὐ.

autem ipsum simul forsitan non existit: neque omnino plus est dicendum, dum, quod non est, ei quod est, simul annumeratur. Ipsa vero felicitatis natura certum quendam semperque eundem possidet terminum. Jam vero si et hic ex ipsa temporis longitudine profectus adveniat, adeo ut virtute proficiendo, felicitate quoque proficiatur, non diuturnam quasi multos per annos dinumerantes probamus felicitatem, imo eam, quæ magis tunc facta dicitur, quando magis existit.

*Quæstio VII.*

Cæterum cur nam, si præsens solum spectare oportet, neque connumerare peracto, non in tempore quoque idem faciamus, sed præteritum præsenti connumerantes, plus temporis spatium appellamus? Cur non igitur, quantum tempus est, tantam quoque esse dicimus felicitatem? Forte enim secundum temporis ipsius divisiones beatitudinem partiri licet. Nam si solo præsenti metiamur, individuam faciemus. Forsan vero haud absurdum fuerit numerare tempus etiam nondum existens. Quippe cum eorum etiam, quæ præteriere, neque sunt amplius, numerum computamus, ceu numerum defunctorum. Felicitatem vero jam præteritam nec amplius existentem, siquis velut præsentem præsenti plurem dixerit, aberrabit: beatitudinem namque contigisse censeret. Tempus autem longius ultra præsens nihil aliud, quam nondum esse dicendum est. Omnino autem temporis intervallum productum longius dispersionem alicujus unius, quod in præsenti est, quodammodo machinatur. Quapropter recte dicitur æternitatis imago, dis-

ἐν τῷ παρόντι ὄντος. Διὸ καὶ εἰκὼν αἰῶνος εἰκότως λέγεται, ἀφανί- 44
ζειν βουλομένη ἐν τῷ σκιδναμένῳ αὐτῆς τὸ ἐκείνου μένον. Ὅθεν κἂν
ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἀφέληται τὸ ἐν ἐκείνῳ μεῖναν [ἂν,] καὶ αὑτῆς ποιή-
σηται, ἀπώλεσεν αὐτὸ, σωζόμενον τέως ἐκείνῳ τρόπον τινα· ἀπολό- 45
μενον δὲ ἐν αὐτῇ, εἰ πᾶν γένοιτο. Εἴπερ οὖν τὸ εὐδαιμονεῖν κατὰ ζωὴν
ἀγαθὴν, δηλονότι κατὰ τὴν τοῦ ὄντος αὐτὴν θετέον ζωὴν, (αὕτη γὰρ
ἀρίστη) οὐκ ἄρα ἀριθμητέα χρόνῳ, ἀλλ' αἰῶνι· τοῦτο δὲ οὔτε πλέον,
οὔτε ἔλαττον, οὔτε μήκει τινὶ, ἀλλὰ τὸ τοῦτο, καὶ τὸ ἀδιάστατον, καὶ
τὸ οὐ χρονικὸν εἶναι. Οὐ συναπτέον τοίνυν τὸ ὂν τῷ μὴ ὄντι, οὐδὲ τῷ B
αἰῶνι τὸν χρόνον, οὐδὲ τὸ χρονικὸν δὲ ἀεὶ τῷ αἰῶνι, οὐδὲ παρεκτα-
τέον τὸ ἀδιάστατον, ἀλλὰ πᾶν ὅλον ληπτέον, εἴ ποτε λαμβάνοις·
λαμβάνων, οὐ τοῦ χρόνου τὸ ἀδιαίρετον, ἀλλὰ τοῦ αἰῶνος τὴν ζωὴν,
τὴν οὐκ ἐκ πολλῶν χρόνων, ἀλλὰ τὴν ἐκ παντὸς χρόνου πᾶσαν ὁμοῦ.

Εἰ δέ τις λέγοι τὴν μνήμην τῶν παρεληλυθότων ἐν τῷ ἐνεστηκότι
μένουσαν παρέχεσθαι τὸ πλέον τῷ πλείονα χρόνον ἐν τῷ εὐδαιμονεῖν
γεγενημένῳ, τί ἂν τὸ τῆς μνήμης λέγοι; ἢ γὰρ φρονήσεως μνήμη C
τῆς πρόσθεν γεγενημένης, ὥστε φρονιμώτερον ἂν λέγοι, καὶ οὐκ ἂν
τηροῖ τὴν ὑπόθεσιν· ἢ τῆς ἡδονῆς τὴν μνήμην, ὥσπερ πολλῆς περι-
χαρείας δεομένου τοῦ εὐδαίμονος, καὶ οὐκ ἀρκουμένου τῇ παρούσῃ.

3. μεῖναν [ἂν]] ἂν post μεῖναν corrumpit sententiam, quando quidem stabile *certo* est in æternitate, neque vero probabiliter, et particula nata videtur ex male repetita syllaba extrema.

ib. αὑτῆς] Codd. Mon. C. Marc. A.C. Vat. αὐτῆς. Melius et hoc loco et paullo superius adspiratur.

ib. ποιήσηται] Ita Codd. nostri, exceptis Ciz. Leid., omnes, pro ποιήσεται.

4. σωζόμενον] Sic Codd. omnes, ut marg. Ed. Sed Ed. σωζομένου. Vox ἐκείνῳ abest a Cod. Ciz., in Marc. C. est ἐκεῖνο.

5. ἀπολόμενον] Codd. Marc. A. Mon. C. ἀπολώμενον. Par. A. ἀπολλόμενον. Vat. ἀπολούμενον. De formis hujus verbi usitatis vid. Fischer. ad Wellerum III. p. 38—42.

9. τὸ χρονικὸν] Cod. Marc. A. τῷ χρονικόν.

13. οὐκ ἐκ πολλῶν] Cod. Marc. A. οὐκ ἐπὶ πολλῶν.

14. λέγοι] Cod. Leid. λέγει.

16. τὸ τῆς μνήμης] Addidi τὸ ex Codd., præter Mon. A., omnibus. Vat. quidem vocem τὸ in marg. signo > delet, sed cum manifesto ex impresso exemplari correctus sit, hoc nullius est momenti.

ib. ἢ γὰρ] Cod. Marc. C. ἡ γάρ.

17. τῆς πρόσθεν] Cod. Ciz. τῆς προσθήκης.

18. περιχαρείας] Codd. Ciz. Marc. A. C. Mon. A.C. Par. A. Vat. περιχαρίας. Sed Vat. superscriptum habet ει.

persione sua id quod in æternitate permanens est, disperdere cupiens. Ideoque si ab æternitate permanens ipsum tollatur, fiatque temporis, protinus evanescet, eatenus videlicet salvum, quatenus quodammodo in æternitate servatur: evanescens vero, si totum fiat in tempore. Si ergo felicitas in vita bona consistit: certe vita ipsa bona, in vita existentis sive entis ipsius est collocanda. hæc enim optima est. non ergo tempore numeranda est, sed æternitate censenda. Id vero neque plus est, neque minus: neque longitudine quadam constat, sed in eo, quod et hoc ipsum et indistans et præter tempus existit. Quamobrem neque existens non existenti in unum decet conjungere, neque æternitati tempus, neque quod in tempore sempiternum æternitati, neque quod indistans in diversa protendere. Imo id omne si quando acceperis, totum accipiendum. Quando, inquam, acceperis non individuum quiddam temporis proprium, sed æternitatis vitam, non ex temporibus multis coacervatam, sed ab universo seculo simul totam.

*Quæstio VIII.*

Siquis autem dixerit, præteritorum memoriam in præsenti manentem aliquid plus afferre ei viro, qui plus temporis in beatitudine vixit: interrogandus erit, quidnam de memoria ipsa significet? Vel enim sapientiæ memoria jam præteritæ hic significatur: quapropter sapientiorem hunc appellaret, neque servaret propositum? Vel memoria voluptatis, perinde ac si oblectationibus multis beatus indigeat, neque præsenti gaudio sit contentus. Præterea quidnam jocunditatis

Καίτοι, τί ἂν ἡδὺ ἡ μνήμη τοῦ ἡδέος ἔχοι; ὥσπερ ἄν, εἰ μνημονεύοι
D τις, ὅτι ἐχθὲς ἐπὶ ὄψῳ ἥσθη· ἢ εἰς δέκατον ἔτος, ἔτι ἂν εἴη γελοιό-
τερος· τὸ δὲ τῆς φρονήσεως, ὅτι πέρυσιν ἐφρόνουν.

Εἰ δὲ τῶν καλῶν εἴη ἡ μνήμη, πῶς οὐκ ἐνταῦθα λέγοιτο ἄν τι; ἀλλὰ ἀνθρώπου ἐστὶ τοῦτο ἐλλείποντος τοῖς καλοῖς ἐν τῷ παρόντι, καὶ τῷ μὴ ἔχειν νυνὶ, ζητοῦντος τὴν μνήμην τῶν γεγενημένων.

Ἀλλ' ὁ πολὺς χρόνος πολλὰς ποιεῖ καλὰς πράξεις, ὧν ἄμοιρος ὁ
E πρὸς ὀλίγον εὐδαίμων· εἰ δεῖ λέγειν ὅλως εὐδαίμονα, τὸν οὐ διὰ πολ-
λῶν τῶν καλῶν· ἢ ὃς ἐκ πολλῶν τὸ εὐδαιμονεῖν καὶ χρόνων καὶ πρά-
ξεων λέγει, ἐκ τῶν μηκέτι ὄντων, ἀλλ' ἐκ τῶν παρεληλυθότων· καὶ
ἑνός τινος τοῦ παρόντος τὸ εὐδαιμονεῖν συνίστησιν. Διὸ κατὰ τὸ
παρὸν ἐθέμεθα τὸ εὐδαιμονεῖν· εἶτα ἐζητοῦμεν, εἰ μᾶλλον τὸ ἐν
πλείονι εὐδαιμονῆσαι μᾶλλον ἐστί. Τοῦτο οὖν ζητητέον, εἰ ταῖς
F πράξεσι ταῖς πλείοσι πλεονεκτεῖ τὸ ἐν πολλῷ χρόνῳ εὐδαιμονεῖν.
Πρῶτον μὲν οὖν ἐστι καὶ μὴ ἐν πράξεσι γενόμενον εὐδαιμονεῖν, καὶ οὐκ ἔλαττον, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ πεπραγότος· ἔπειτα αἱ πράξεις οὐκ ἐξ αὐτῶν τὸ εὖ διδόασιν, ἀλλ' αἱ διαθέσεις, καὶ τὰς πράξεις καλὰς ποιοῦσι. Καρποῦταί τε ὁ φρόνιμος τὸ ἀγαθὸν καὶ πράττων, οὐχ ὅτι

1. τοῦ ἡδέος] Ita, pro ἡδέως, scribendum fuit ex Codd. Marc. A.B.C. Mon. A. Par. A.

2. ἐχθὲς] Codd. Leid. Darm. Marc. B. Med. A.B. Par. A. χθές. Cf. Lobeck ad Phrynichi Eclogg. p. 323.

5. ἀλλὰ ἀνθρώπου] Cod. Med. B. ἀλλ' ἀνθρώπου.

6. καὶ τῷ μὴ] Cod. Vat. καὶ τὸ μή.

8. τὸν οὐ διὰ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. τῶν οὐ διά. Sed Vat. in m. ut Ed.

11. συνίστησιν] Codd. Marc. A.B.C. Med. A.B. συνίστησι. Et hoc rectius. Vid. Hermann. de emendanda rat. Gr. Gr. p. 23.

12. ἐζητοῦμεν] Codd. Darm. Marc. B. Par. A. ἐκζητοῦμεν.

ib. τὸ ἐν πλείονι] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. τῷ ἐν. Sed Vat. in m. τό.

14. πλεονεκτεῖ] Ita Codd. omnes pro πλεονεκτεῖν, quod ex Ed. transiit etiam in marg. Cod. Vat.

15. Πρῶτον μὲν—εὐδαιμονεῖν] Cod. Ciz. hæc omittit.

16. πεπραγότος] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. πεπραχότος.

affert voluptatis actæ memoria? ceu si quis se obsonium heri cum voluptate gustasse meminerit: ac si ante decennium, magis adhuc deridendus erit: similiter quoque si anno præterito sapientiam se habuisse meminerit.

*Quæstio IX.*

Sin autem bonorum honestorumve sit recordatio, cur non aliquid conferat? At istud hominis est, bonis, honestisve in præsente carentis: atque propterea quod nunc minime habeat, quærentis eorum, quæ præteriere, memoriam.

*Quæstio X.*

At enim longum tempus multis præclarisque actionibus præbet occasionem: qua quidem privatus erit, qui felix brevi tempore vixerit. Ad hæc utique dicendum est omnino felicem non ob præclaras actiones, atque multas: Alioquin quisquis felicitatem ex multis tam temporibus, quam actionibus dicat accumulandam, ex his quæ non amplius sunt, sed ex transactis, atque uno quodam præsente felicitatem coacervabit. Quamobrem in præsenti quodam beatitudinem collocavimus. Deinde quæsivimus, num id, quod magis dicitur, in quodam pluri consistat: atque ita major quoque contingat felicitas? Hoc ergo quærendum: nunquid temporis multi felicitas in eo duntaxat excellat, quod actionibus multis abundet? Primo quidem fieri potest, ut, qui actionibus nullis incumbit, sit beatus, neque minus quidem, imo vero magis eo, qui actionibus fuerit occupatus: deinde actiones non ex se ipsis bonum afferunt, sed affectiones ipsæ actiones efficiunt bonas. Jam vero sapiens bono potitur etiam agens, non quia videlicet agat, neque ex his, quæ

πράττει, οὐδ᾽ ἐκ τῶν συμβαινόντων, ἀλλ᾽ ἐξ οὗ ἔχει. Ἐπεὶ καὶ ἡ 45 G
σωτηρία τῆς πατρίδος γένοιτο ἂν καὶ παρὰ φαύλου, καὶ τὸ ἐπὶ σω-
τηρίᾳ τῆς πατρίδος ἡδὺ καὶ ἄλλου πράξαντος γένοιτο ἂν αὐτῷ. Οὐ
τοίνυν τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἡδονὴν, ἀλλ᾽ ἡ ἕξις 46
καὶ τὴν εὐδαιμονίαν καὶ εἴ τι ἡδὺ δι᾽ αὐτὴν ποιεῖ. Τὸ δὲ ἐν ταῖς
πράξεσι τὸ εὐδαιμονεῖν τίθεσθαι, ἐν τοῖς ἔξω τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς
ψυχῆς ἐστι τιθέντος· ἡ γὰρ ἐνέργεια τῆς ψυχῆς ἐν τῷ φρονῆσαι, καὶ
ἐν ἑαυτῇ ὡδὶ ἐνεργῆσαι. καὶ τοῦτο τὸ εὐδαιμόνως.

1. οὐδ᾽ ἐκ τῶν] Cod. Leid. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκ τῶν.
ib. Ἐπεὶ καὶ] Ita, pro ἐπὶ καὶ, Codd. omnes, præter Med. A.B. Par. A.
5. δι᾽ αὐτὴν] Ita Codd. Marc. C. et Vat. Reliqui cum Ed. αὐτήν. Male.
7. ἐστι] Cod. Marc. C. ἔστι. Cod. Vat. ἔτι, in marg. ἐστὶ (sic).
8. ἐν ἑαυτῇ] Cod. Marc. B. αὐτῇ.
ib. εὐδαιμόνως] Reinesius ad marg. Cod. Ciz. adscripsit εὐδαιμονεῖν.

accidunt, sed ex eo, quod possidet. Quandoquidem et salus patriæ potest vel a pravo aliquo provenire. Ipsa quin etiam in patria servanda jocunditas etiam aliud agente percipi potest. Itaque non hoc est, quod felicis efficit voluptatem: imo vero habitus ipse, et voluptatem ejusmodi parit, et præstat felicitatem. Ac si quid contingit jucundum. per se ipsam facit ejusmodi. In actionibus autem externis felicitatem ponere, nihil aliud est, quam in his, quæ extra virtutem sunt et extra animam, collocare. Ipsa enim propria animi actio consistit in sapientia: adeo ut in se ipso sic agat: idque est feliciter agere.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBR. DE PULCHRITUDINE,

# ARGUMENTUM.

A prima essentia, vita, mente emanant influxus per omnia, tanquam radii, voces, verba per sex gradus.

INFLUXUS quidam ab ipso ente per omnia passim entia manant: sed qua ratione in ipso essentia est, præcipue per modum solaris radii profluunt: qua vero illic est vita, per modum soni et vocis erumpunt: qua denique ibidem est intellectus, in modum significantis verbi feruntur: et qua velut radii quidam sunt, visum movere videntur: qua vel voces, aut soni, pulsare aures: qua tanquam verba, potissimum animos provocare. Ubique vero tanquam pulchra quædam, sive pulchritudines aliquæ nobis occurrunt: nam ab ipsa pulchritudinis ipsius forma proveniunt. Cum vero ipsam pulchritudinem nominamus, per modum quidem formæ, id est tanquam formalem pulchritudinem ipsum ens proprie intelligi volumus: sed per modum causæ, id est, tanquam pulchritudinis ipsius causam, bonum ipsum volumus cogitari. Bonum namque lucem ipsam sive fontem pulchritudinis emicantis, et inde fluentis esse putamus. Pulchritudinem vero splendorem ab ipsa boni luce manantem, id est, ipsum ens ab uno ipso bonoque dependens. Ab ipso rursus ente, sicut dicebam, influxus per omnia velut radios, voces, verba, proficisci non dubitamus. Influxus ejusmodi primo quidem sunt in ipsa divinæ mentis idea: secundo in qualibet inde mente suscipiuntur: per universalem vero providentiam in ipsa mundanæ animæ mente: tertio in ejusdem animæ ratione: quarto in ejus imaginatione præcipua: quinto in imaginatione sequente: sexto in vegetali virtute, quæ et universalis natura vocatur. Hactenus idealem quandam in se retinent rationem. Hactenus enim vivi sunt et efficaces et fœcundi, atque sempiterni. Sunt enim in hoc ultimo divinorum gradu seminariæ rerum omnium rationes: quibus ipsæ rerum species propagantur. Cum enim prima vita, primaque omnium formalis ratio in ipsa prima essentia sit essentiæ uniuscujusque principium, in quo principio et ratio et vita erat: merito quatenus influxus inde manantes vitam simul rationemque formalem in se puram et integram efficacemque conservant, eatenus essentiales, ideales, divini cognominantur. Tantum vero munus etiam in natura, id est, vegetali animæ virtute conservant: ideo in hoc sexto die opera Dei propria finem accipiunt: subinde vero influxus illi materiam subjectam animæ pulsant. Sed cum neque ultra progredi valeant, neque in ea insuper velut proxima nihilo, ipsam veræ essentiæ vitæque retinere naturam, ex formis in imagines jam evadunt. Imagines, inquam, verisimiles verarum divinarumque formarum. Quæ quidem sub genitali animæ ipsius natura in materiam prorsus agente, resultant ab ipsa materia patiente, et tanquam a speculo per modum radii repercussæ, et tanquam a fornice reflexæ per modum vocis, et tanquam a planiori aliquo pariete per modum verbi redditæ, velut Echo. Huic autem infimo gradui formalis effluxus Luna favere videtur, generationis ultimæ domina: rationibus autem seminariis in natura vigentibus foventibusque materiam, Venus: eisdem vero in imaginatione inferiori properantibus ad motum, Mars: eisdem rursum in imaginatione regnantibus, Sol: sed in ratione vigentibus, Mercurius: at in mente animæ dominantibus, Juppiter: in mente denique divina quiescentibus, Saturnus. In quo quidem septimo gradu tanquam Saturni die mundi opifex conquiescit, id est, ipsa idea sibi penitus intima. Non enim hanc ad alia, quæ inde fiunt, sed alia ad hanc refert velut exemplar.

*Ipsa pulchritudo formalis est ipsa mens: cujus illecebris admiscentur admiratio, vis, diffusio, voluptas.*

Exemplar hoc quoniam omniformis formarum omnium ratio est, ideo forma, speciesque prima et universa censetur. Et idcirco prima est pulchritudo formalis: unde et pulchritudinem ubique tum formam, tum speciem appellare solemus, pulchrosque formosos: cujus oppositum deformitatem dicimus et deforme. Ex quo patet materiam natura sua prorsus informem, merito deformitatem ipsam esse censendam. Sed de hac alias. Ipsa vero pulchritudo formalis oritur quidem cum essentia prima: adolescit autem dum essentia prodit in vitam: adulta denique judicatur, ubi vita completur in mentem: nam per ipsum mentis actum essentialis vitæ perfecte formatur, ac forma omniformis evadit. Quamobrem in ipso rerum ordine ibi plurimum pulchritudinis est, ubi plurimum est et mentis: sive natura quædam mentis adsit, sive artificium ejus proprium, sive vestigium, aut indicium. Atque id omne illic vehementius movet, ubi vivacius nobis occurrit. Vera enim pulchritudinis ipsius forma est ipsa vita per actum mentis penitus absoluta. Proprium vero pulchritudinis, est allicere simul et rapere. Unde Græce Calon, quasi provocans appellatur. Et quoniam pulchritudo intellectuale munus existit, ideo solos allicit cognoscentes: cognoscentes, inquam, sive intellectuali aliqua ratione, sive visu, sive auditu ministris plurimum rationis. Miscetur autem illecebris pulchritudinis admiratio, et vis quædam acrior, desiderantemque diffundens. Tu ergo memento, quod in Theologia probamus, omnia quidem appetere bonum: non omnia pulchrum, sed eos duntaxat, qui judicium quoddam pulchritudinis habent: atque hos quidem semper appetere bonum, non tamen semper pulchritudinem affectare. Cum igitur appetitus tractusque ad bonum communissimus perpetuusque sit, consequens est ipsum bonum esse communissimum omnium principium, atque potentissimum: pulchritudinisque ipsius formam esse bono quam proximam. Et quoniam a pulchritudine et ad pulchritudinem provocatio quasi novum quiddam est: quippe cum et quibusdam tantum, et quandoque, et post naturam, cognitionemque contingat, merito admiratio quædam pulchritudinis illecebris admiscetur. Item et violentia (ut ita dixerim) aliqua: quamvis enim appetitus boni, qui communis est atque perpetuus, naturæ sit intimus, trahatque ab intimis, tamen appetitio pulchri quasi ab extrinseco rapit, cognitionem necessario sequens: ideoque cum minus sit naturalis, nonnihil violentum habere videtur: denique quodammodo diffundit amantem. Nam cum semel hunc sibimet surripuerit, non statim restituit redintegratque in unum, cum trahat extrinsecus, et cum per cognitionis modum, qui in discretione versatur, rapiat, ideoque diffundat. Denique amatorius affectus sive lenior sit, sive acrior, semper cum voluptate movet: quemadmodum non solum in dulci sapore, gravique sono, sed etiam in sapore quodam acri vocibusque acutis est oblectatio quædam. Voluptate animum affici compertum habemus, quando re quadam sibi congrua tangitur, duciturque ad bonum. Pulchritudo vero ubicunque nobis occurrat, accedit ut congruens, et idcirco placet atque probatur: quoniam ideæ pulchritudinis nobis ingenitæ respondet, et undique convenit. Rursus animum suapte natura semper ducit ad bonum: nam et participatio pulchritudinis apud nos ad intellectualem ejusdem advocat formam, perque ipsam ad ipsum denique bonum: sicut et splendor ad lumen, et lumen perducit ad lucem. Verum satis sit hactenus pulcherrimum Plotini de pulchritudine librum liberioribus (ut ita dixerim) pedibus percurrisse. Deinceps novem hujus libri capita nobis ordine repetenda, et hæc quoque cursim: nam de his in Convivio de amore latius disputamus.

*Pulchritudo est gratia quædam, quæ magis est in his, quæ videntur, quam quæ audiuntur, magis etiam, quæ cogitantur, neque est proportio.*

I. Pulchritudinem esse gratiosum aliquid, sive gratiam quandam allicientem nos per visum, vel auditum, vel rationem communi notione concipimus. Quæ profecto quantum in rebus, quæ videntur, audiuntur, cogitantur inest, pulchritudo vocatur, ac tres nobis gratias repræsentat. Quantum vero in visu, auditu, ratione consistit, delectatio nominatur atque voluptas: voluptas, inquam, decora: rem enim decoram per se proprie sequitur et decora voluptas: hanc sequitur appetitus quoque decorus, ipse scilicet amor. Perturbatio vero turpis aliis forte causis accidit. Primum itaque caput inquirit, quidnam potissimum gratia hæc pulchritudoque sit, quidve non sit assignat. Significat interea tum pulchritudinem magis etiam ad visum pertinere, quam auditum: quia videlicet visus et lumen similiora intelligentiæ sunt quam auditus et sonus: tum habitus animi pulchriores esse quam corpora, quæ formosa dicuntur: et voces, quia et menti similiter cognatiores sunt: et ipsi habitus animi tam in moribus, quam in doctrinis non solum pulchri, sed etiam pulchritudines quædam rite dici possunt. Sunt enim formæ: formæ, inquam, menti propinquæ. Voces autem et corpora pulchritudines appellari non possunt. Pulchritudo enim quamvis non debeat nunc pulchra, nunc non pulchra, vocari: corpus tamen idem hodie pulchrum, cras autem, levi mutatione facta, non pulchrum. Similiter et vocis materia ferme ea-

dem, mutata proportione ex pulchra fit turpis. Veruntamen quamvis pulchritudo magis ad ea, quæ spectantur, quam quæ audiuntur: rursumque magis ad illa, quæ cogitantur attineat, investigandum tamen, utrum aliquid his omnibus sit commune, quidve id ipsum sit, quo hæc omnia pulchra vocantur. Sed primum id in corporibus, quæ videntur, indagat, quasi manifestius ita futurum. *Principio* communem de his opinionem confutat, dicentem corporis pulchritudinem esse proportionem quandam partium inter se et ad totum una cum coloris concinnitate. Idque quatuor confutat argumentis. Primo quidem si pulchritudo ipsa proportio, sive commensuratio quædam est, certe res solum composita est: nulla ergo res simplex, quamvis gratiosissima sit, pulchra dicetur. Secundo, rursus si compositum duntaxat pulchrum est, nulla partium, præsertim simplicium, erit pulchra: imo vero nulla partium: quippe cum in proportione duntaxat ad aliud commensurata pulchritudo ponatur. Ex quo sequetur, ut ex rebus non pulchris pulchrum efficiatur: compertum tamen habemus, ex rebus omni carentibus gratia nihil unquam confici gratiosum. Tertio facies eadem, sæpe eadem figuræ proportione manente, modo pulchra nobis occurrit, modo non pulchra: quasi aliud quidem commensuratio sit, aliud pulchritudo. Quarto necessarium est, pulchritudinem in corporibus pulchritudinem nobis referre superiorum. Oportet ergo pro viribus hanc illi prorsus accommodare: ita tamen, ut excellentiori admodum ratione illis insit, quam in corporibus. Quo autem pacto commensuratio quædam ibi sit, scilicet in animo velut intellectu, facile assignari non potest. Et in animo quidem quomodo mores et scientiæ sint commensurationes quædam sive proportiones, si Plotinum sequimur, intelligere non valemus. Non enim coacervari vult in animo ex figuris actibusque complurimis habitus unquam aliquos, qui vel morum vel scientiarum habitus appellentur, sed moralem quidem virtutis actum simplicem elucere, cum primum contingentium vitiorum nubes excutiuntur, formam quoque scientiæ simplicem expulsis tandem falsis opinionibus rutilare. Animam namque quodammodo esse omnia: atque tunc potissimum rem ipsam scire, quando argumentationibus excitata jam actu res ipsa fit, quæ erat et prius: sed potentia quadam vique fœcunda. Sed de his oportunius alibi disputabitur.

*Pulchritudo in corporibus est absoluta perfectio gratiaque formæ præcipue, quæ et materiæ, formisque in ea aliis dominatur, et expeditam artis rationisque divinæ victoriam super materiam refert, et ipsam perspicue repræsentat ideam.*

II. Caput secundum scrutatur, quid ipsa sit in corporibus pulchritudo. Asseritque esse aliquid primo aspectu prompte se offerens. Cum enim pulchritudo et in mundo intelligibili formarum intelligibilium forma sit: et in corpore similiter sit forma formarum, merito et illic intellectum, et hic visum primo et promptissime movet: quod Plato testatur in Phædro. Subdit Plotinus, animum vehementer et respuere turpe, et asciscere pulchrum, nec injuria: turpitudo enim est tetra quædam mali facies: pulchritudo vero facies blanda boni. Præterea rationalis anima proxime pendet ex mente divina, et pulchritudinis ideam sibi illinc impressam servat intus: cui quidem congruit, tanquam sibi patrique cognatum libenter amplectitur. Congruit autem ea in corporibus forma, quæ ad ipsam ideæ normam et amussim composita est: dum ratio seminalis, quæ in natura est corporum formatrice, materiæ plurimum dominatur, formamque in ea reddit materialem quidem minime, maxime vero formalem. Profecto quemadmodum accipimus ex Timæo: Intellectus ipse divinitus pater est formarum, materia mater. Sed ratio fomesque formarum in natura vigens rite paternum semen et efficax nominari potest: forma vero inde genita proles. Formositas autem nihil aliud est, quam ipsa prolis hujus indoles, expressius referens patris effigiem. Deformitas contra tum deficientis formæ dissimilitudo quædam ad patris formam, tum ipsa materia defectus hujus origo: præsertim quando casu quodam impediente subjectum a ratione formante minime superatur, id est, formantis actum vel non sustinet, vel ineptissime suscipit. Proinde in quolibet elemento etsi formæ accidentales sunt multæ, una tamen est forma substantialis atque præcipua. Similiter in rebus mistis, ceu lapidibus atque metallis, si plures formæ substantiales sint virtute, una tamen principalis actu est atque communis. Sic in plantis et animalibus: si multæ in singulis formæ substantiales sint actu quodam, una tamen est actu præcipuo pluribus imperans. Ubique vero formositas est absoluta quædam perfectio, sive gratia, et quasi flos quidam ipsius formæ præcipue formis aliis dominantis. Est itaque divinum et imperiosum aliquid: quia et imperium regnantis formæ significat: et artis, rationisque divinæ victoriam refert super materiam, et ipsam perspicue repræsentat ideam.

*Pulchritudo in corporibus est expressior ideæ similitudo; ac si subtrahatur materia, est ipsa idea. Item pulchritudo cujuslibet speciei judicatur ab animo per insitam sibi formulam ipsius ideæ, ad quam est species instituta.*

III. Quisnam pulcher homo? aut leo pulcher? aut pulcher equus? Certe qui præcipue ita formatus, ita natus est, ut et divina mens instituit

per ipsius ideam, et natura inde universalis seminaria virtute concepit. Jam vero illius ideæ formulam anima nostra in mente habet ingenitam: habet et in natura propria seminalem similiter rationem. igitur naturali quodam judicio de homine, vel leone, vel equo, cæterisque judicare solet, hunc quidem pulchrum non esse, illum vero pulchrum: quia videlicet hic prorsus a formula et ratione dissentit, ille vero consentit: atque inter pulchros, hunc illo pulchriorem esse: quia hic cum formula rationeque magis, quam ille consentit. Et profecto cum naturale subitumque de his judicium nequeat commodius expediri, quam per formulas, rationesque nobis innatas, probabile est, divinam providentiam, omnia quam optime disponentem, ejusmodi nobis ab initio quasi characteres impressisse. Dum vero de pulchritudine judicamus, id præ cæteris pulcherrimum approbamus, quod animatum est, atque rationale, atque ita formatum, ut et per animum satisfaciat formulæ pulchritudinis, quam habemus in mente: et per corpus rationi pulchritudinis seminali respondeat, quam in natura, secundaque anima possidemus. Forma vero in corpore formoso ita suæ similis est ideæ, sicut et figura ædificii in materia similis exemplari in architecti mente, et oratio in voce orationi, quæ est in animo, similis. Itaque si homini materiam quidem detraxeris, formam vero reliqueris, hæc ipsa quæ tibi reliqua est forma, illa ipsa est idea, ad quam est homo formatus. Sicut si vel ædificio materiam suam sustuleris, interim figura relicta: vel si orationi aërem fractum dempseris, significatione servata: certe et ibi figura restans nihil aliud est, quam exemplar ipsum in architecto consistens: et hic conservata significatio nihil aliud, quam loquentis ipsius excogitatio. Unde qui significationem ejusmodi colligit, mentem loquentis habere dicitur, atque commentari. Itaque et nos debemus in rebus pulchris materiam quidem post habere, formas vero seligentes et ordinem, ideas in his rerum auspicari, et artem, mentemque commentari divinam. Existimat autem pulchritudinem corporis ex formis compositi in eo consistere, ut et singulæ in eo formæ informitatem materiæ superent, et forma communis omnino formas singulas antecellat: corporis vero simplicis pulchritudinem in quo unica substantialis forma est actu, ut auri, vel argenti, similiumque *in maxima luminis portione sitam esse*. Lumen profecto esse vult ignis, id est, cœli formam, quæ sit imago quædam vitæ cœli, adeo, ut quod in cœlesti vita intellectuale inest, sit in cœlesti corpore luminosum. Item lumen sub luna esse formæ, id est, luminis cœlestis actum, et (ut ita loquar) imaginem. Unde patet, quanta sit cœli virtus, cum formæ ipsius imago res omnes apud nos efficiat et conservet. Ignem quoque sub luna esse igneum, vel ignitum corpus potius quam purum ignem existimat. Veruntamen quia cœlo similius est existere lucidum, et quasi formam corporum aliorum, incorporeisque propinquum, ideoque pulcherrimum, ejusque participatione cætera pulcherrima fieri: præsertim quæ lumen inde reportant. Talia vero sunt, quæ vel minimum terræ habent, vel naturam maxime temperatam. Quod enim vel maxime terreum est, vel minime temperatum, quasi a cœlo longe diversum ineptissimum est ad lumen, lucidumque colorem, quasi cœleste aliquid capiendum. Quod autem in corporibus, quæ pulchra videntur, dictum est, similiter se habet in his, quæ audiuntur, ut pulchra, sive sit una vox, sive grata quædam compositio vocum. Et sicut formæ visibilis pulchritudo ab ideali et seminaria ipsius ratione procedit, sic vocis concentusque pulchritudo tum ab ipso spiritu, tum ab harmonica mentis conceptione perficitur. Et ubique formositas est imperium formæ super subjectum: formaque corporea a forma incorporea proficiscitur.

*Pulchritudo, quæ videtur, mentis pulchritudinem repræsentat: pulchritudo, quæ auditur, refert animæ pulchritudinem. Item nemo de mentis et animæ pulchritudine loqui aut debet, aut potest, nisi eam ipse possideat.*

IV. Duplex pulchritudo est: incorporea scilicet et corporea. Et quemadmodum corporea rursum est duplex: altera quidem in his, quæ videntur, altera vero in his quæ audiuntur, sic et incorporea duplex: altera in intellectu, altera est in anima. Intellectualis lucis pulchritudo præcipue ab ea, quæ videtur, in lumine velut imagine nobis repræsentatur. Pulchritudo rursus animæ in harmonia quodammodo constitutæ, ab illa, quæ auditur, harmonica pulchritudine tanquam imagine rite refertur. Omnino vero, quemadmodum nemo de corporea pulchritudine loqui potest, nisi eam sensu cognoverit, sic neque de incorporea, nisi eam perceperit animo. Sed corpoream cogniturus extra se fertur: percepturus autem incorpoream, intra se referatur oportet: revocatus autem ad se non percipiet eam, nisi possideat. Esto itaque pulcher et intellectu et anima, prius quam de incorporea pulchritudine audeas disputare. Memento, si delectaris sensibili pulchritudine, quæ insensibilis pulchritudinis est imago, multo majorem percepturum te voluptatem, quando ipsam animi mentisque pulchritudinem cognoveris: imo quando possederis.

*Materia deformitatem quidem habet naturalem, formositatem vero peregrinam: sed anima turpitudinem quidem adventitiam, pulchritudinem vero nativam. Item pulchritudo divinæ mentis est ut lumen. Pulchritudo mentis humanæ scilicet in vir-*

*tute intellectuali est, ut color aliquis lucidissimus. Pulchritudo animæ scilicet in virtute morali est quasi figura.*

V. Cum pulchritudo, id est, formositas, sit flos ipse et vigor, et gratia formæ, certe materia sicut est informitas ipsa, sic est et ipsa deformitas. Huic ergo deformitas quidem est naturalis: pulchritudo vero fit peregrina, quatenus materia formam accipit aliunde. Sed animæ contra pulchritudo quidem nativa est: quoniam suapte natura est vera forma, id est, actus aliquis in se consistens. Nam reliquæ formæ sub anima formationes quædam potius sunt, quam formæ, id est, actiones animæ in materiam: ac vicissim materiæ passiones. Animæ igitur formositas quidem est naturalis, deformitas adventitia. Sicut enim materia, dum formale nonnihil mutuatur ab anima, fieri formosa videtur, ita vicissim anima dum informe aliquid accipit a materia, fit deformis. Accipit autem quatenus et affectu corpori cedit, et cognitione concedit. Non ergo novi muneris comparatione quadam animus evadit pulcher, sed purgatione sola, qua in pristinam restituatur naturam: in qua sua ipsum formavit idea; intellectusque divinus: cujus quidem pulchritudo est quasi lumen: intellectus vero nostri pulchritudo inde manans intellectualis virtus cognominata, est quasi color aliquis lucidissimus: sed pulchritudo moralis hinc et inde profecta est quasi figura.

*Virtus et pulchritudo in animo est naturalis: atque ipsa sua puritas animo restituta: sic illico et pulchritudine divinæ mentis effulgens, et ipso bono felicissime fruens. Item prima forma, prima mens, primum ens est idem.*

VI. Antiquum oraculum et a Platone in Phædone, et a Plotino hic adductum, tradit, virtutem omnem tam intellectualem, quam moralem, esse purificationem quandam atque puritatem. Quod de pulchritudine quoque sub virtutis nomine dictum puta: quasi virtus pulchritudoque animo sit nativa: turpitudo vero et pravitas peregrina. Animus itaque a corporeis sordibus expurgatus non solum pulcher fit, sed etiam pulchritudo, id est, forma per se existens, idealisque ratio quædam, et divini vultus expressio: quando videlicet ex animo rationali intellectualis, et intellectus evadit. Prima namque formositas est secundum formam, ubi est prima forma: forma vero prima est intellectus. Forma enim prima uniformis esse debet atque omniformis, et reliquarum origo formarum. Sicut materia prima est prorsus informis receptaculumque formarum. Talis autem solum intellectus primus esse potest: qui etiam est ens ipsum primum. Si enim ubique sit esse per formam, certe ens primum cum prima forma conspirat. Præterea sicut in materia naturale malum cum naturali deformitate concurrit, sic in primo ente, in prima mente nativum bonum, id est, boniforme cum nativa formositate congreditur. At super ens et mentem ipsum bonum, si quando ipsa pulchritudo dicitur, tanquam fons pulchritudinis intelligitur: ex quo intellectus tanquam prima forma pulchritudinis effluit. Sed ab intellectu anima velut prima pulchritudinis participatio nascitur: cætera vero sub anima secundam pulchritudinis participationem, tertiamque deinceps ab anima nanciscuntur. Denique animam ipsam esse natura pulchram atque divinam, inde conjicimus, quod in corporibus ibi præcipue pulchritudo refulget, ubi seminaria virtus animæ, sive in universa natura, sive in natura qualibet sigillatim subjectum sortitur obediens.

*Quomodo Dii a Dæmonibus distinguantur, eorumque corpora videantur. Item sex differentias esse inter aspectum deorum, et spectacula dæmonum. Conclude, si optas divinam pulchritudinem contemplari, esto pulcher atque divinus.*

VII. Cæterum nihil opus est prolixius Plotini mentem interpretari: quoniam quam divine loquitur: loquitur autem divinissime: tam etiam perspicue loquitur: Contendens ubique animum non tam ad pulchritudinem intuendam perducere, quam possidendam. Quod autem de deorum dæmonumque aspectu breviter innuit, sic intellige: deos significat sublunares, dæmonesque similiter, et qui corpora invisibilia naturaliter habeant, sintque benefici: et nonnunquam suo quodam erga nos beneficio se nostris oculis patefaciant. Deos hic a dæmonibus ita distingue. In ipso quidem deorum Deo providentia est universalis omnino: nam et omnibus, et omnia providet, atque largitur. Universalis etiam quodammodo in mente divina et anima mundi. In diis vero sequentibus sive invisibiles sint, seu visibiles, providentia quodammodo etiam universalis est, sed conditione quadam particulari. Aut enim rebus omnibus munera dant, sed munera quædam, aut dant quidem omnia, sed quibusdam. In dæmonibus autem providentia et particularis est, et conditione rursum particulari. Nam et certa quædam munera tantum, et certis quibusdam rerum generibus regionibusque distribuunt. Neque sicut dii sunt ab omni passione, vel sollicitudine, vel affectu penitus segregati: nam ad hæc ipsa, quæ curant, quodammodo declinare videntur. Adde præterea, quod unumquemque deorum sive cœlestium, sive subcœlestium dæmones multi sequuntur ut ducem. Sed quonam pacto, qui natura invisibiles sunt, videntur? Non enim puto deum, aut dæmonem, ut a tuis oculis comprehendatur, tenue nimium rarumque corpus suum necessario in angustius

aliquando cogere, sicque oculorum tuorum radios ad te reflectere, aut saltem ita quodammodo terminare: non enim passione sua interveniente a te perspici volunt: sed forsan præpotenti quadam virtute movendi visuales oculi tui radios ad te repellere, vel in se terminare, atque ita tibi se notos efficere. Sed de visu ex mente Plotini alibi disputabimus. Potes et tu aliter eos cernere non ex intimo quidem visu, sed intimo quodam atque cœlesti: si quando ad hunc ipsum undique te collegeris. Quæ vero differentiæ sint inter deorum dæmonumque formas, sive æthereæ sint utræque, sive igneæ sint, vel aëreæ: Iamblichus ex mente Ægyptiorum sic breviter aperit. Species quidem dei cujuslibet simplex figura modoque nobis offertur: dæmonis vero multiplex. Dei rursus species mutabilis: dæmonis autem cita varietate mutabilis. Item, Dei forma veneranda simul atque propitia, prorsusque benigna: dæmonis non reverenda solum, sed verenda. Præterea divinum spectaculum mundum subito totum implere videtur: dæmonicum certo loco se monstrat. Rursus divina (ut ita dixerim) coruscatio ictu etiam intelligentiæ velocior est, agitque celerius: dæmonica velox quidem, sed mentis velocitatem non satis exuperat. Denique quanta, vel qualis, vel cujusmodi forma, pulchritudoque dæmonis tibi occurrerit, quodammodo exprimere potes: Dei vero nequaquam. Quam vero veneranda, quam gratiosa sit utraque, Plotinus ipse, quamvis non explicet, tamen quandoque etiam ipso sensu percepit: quod quidem Porphyrius, qui forte interfuit, in Plotini vita testatur. Librum denique totum ita conclude: Sicut oculus, ut solem videat, debet esse, fierique solaris, sic tu, ut ipsam suscipias pulchritudinem, quæ divinus ipse intellectus existit, dimitte materiam, dimitte sensum, dimitte rursus et rationem. Intellectualis esto, atque intellectus primo tuus, deinde divinus. Tunc demum sicut oculus aquilinus in cœlum volando sublatus, splendorem solarem atque cœlestem penes solis lucem intimam circumfusum velut unam cum ipsa luce simul pulchritudinem intuebitur, sic et ipse per intellectum tuum ad divinum intellectum jam progressus, mira prorsus idearum serie coruscantem, atque ex paterna boni ipsius luce manantem, primo quidem aspectu intellectualem splendorem paternæ luci continuum, velut unum idemque conspicies: mox vero lucem quidem animadvertens esse penitus uniformem, splendorem vero quodammodo multiformem: item lucem quidem effundere, splendorem vero effundi: profecto discernes (ut Platonice loquar) ipsam mentem, formam ipsam pulchritudinis: ipsum vero bonum, mentisque patrem esse pulchritudinis genitorem. Sic et in patre filium admiraberis, et patrem amabis in filio, mutuoque utriusque amore gaudebis.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ ϛ.

# PLOTINI

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER VI.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ.

### De Pulchritudine.

50 ΤΟ καλὸν ἔστι μὲν ἐν ὄψει πλεῖστον· ἔστι δὲ ἐν ἀκοαῖς κατά τε λόγων συνθέσεις, ἔστι δὲ καὶ ἐν μουσικῇ καὶ ἁπάσῃ· καὶ γὰρ μέλη καὶ ῥυθμοί εἰσι καλοί. ἔστι δὲ καὶ προϊοῦσι πρὸς τὸ ἄνω ἀπὸ τῆς αἰσθή-
B σεως, καὶ ἐπιτηδεύματα καλὰ, καὶ πράξεις, καὶ ἕξεις, καὶ ἐπιστῆμαί τε καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν κάλλος. εἰ δέ τι καὶ πρὸ τούτων, αὐτὸ δείξει. Τί οὖν δὴ τὸ πεποιηκὸς καὶ τὰ σώματα καλὰ φαντάζεσθαι, καὶ τὴν ἀκοὴν ἐπινεύειν ταῖς φωναῖς ὡς καλαὶ, καὶ ὅσα ἐφεξῆς ψυχῆς

9. δὲ ἐν ἀκοαῖς] Sic Codd. Marc. B. Vat. sed Ed. δ' ἐν ἀκ. Ego illud prætuli ex usu veterum, qui oppositorum vim elisione infringi nolebant.

10. καὶ ἁπάσῃ] Abest καὶ a Cod. Ciz. "Dele καὶ" *D. Wyttenbach.* Nec agnoscunt posterius καὶ Ciz. et Ficin. Agnoscunt tamen et libri Medicei et reliqui omnes; neque ausus sum delere, etiam propter locum l. 4. 16. extr. p. 39. C. ᾄδων ἄνευ ὀργάνων. Proinde musicæ philosophus noster binas partes etiam h. l. respicere potuit, et eam, quæ voce continetur, et, quæ instrumentis. Expressit alterum καὶ etiam Engelhardtus. Plato in Hipp. Maj. p. 298. A. οἵ τε γέ που καλοὶ ἄνθρωποι—καὶ οἱ φθόγγοι οἱ καλοὶ καὶ ἡ μουσικὴ ξύμπασα καὶ οἱ λόγοι κ. τ. λ. cf. Gorg. p. 474. sq. Phileb. p. 51.

ib. καὶ γὰρ μέλη] Cod. Vat. καὶ γὰρ καὶ μέλη. Cod. Vind. A. καὶ γὰρ μελέτη, superscripto μέλη τε. Vaticani libri lectio referre videtur Plotini manum, cui ad sententiam respondet Vindob. A.

11. προϊοῦσι] Abest hæc vox a Codd. Vind. C.D. sed posterior eam in marg. habet.

12. ἐπιστῆμαί τε] Cod. Vind. A. ἐπιστῆμαί γε.

13. πρὸ τούτων] Cod. Ciz. πρὸς τούτων.

14. Τί οὖν δὴ] Abest δὴ a Cod. Vind. B. "In seqq. lege ταῖς φωναῖς ὡς καλαῖς." *D. Wytt.* Placet. Verum sine libris adoptare nolui.

15. ψυχῆς ἔχεται] Abest ψυχῆς a Cod. Ciz. Delevi comma ante πῶς ποτε. Conjungenda enim sunt καὶ ὅσα—πάντα καλά· et πάντα referendum est ad ὅσα.

I. *Pulchritudo est in his quæ videntur, quæ audiuntur, quæ cogitantur, neque est proportio.*

PULCHRITUDO est in aspectu plurimum. Est etiam in auditu secundum verborum compositiones, musicam quoque omnem: nam cantus et numerosi concentus pulchri sunt. Præterea si a sensu ad id, quod supra sensum est, ascendamus, inveniemus studia quoque et officia pulchra, et actiones, et habitus, atque scientias, virtutumque pulchritudinem. Utrum vero et super hæc ulla sit pulchritudo, res ipsa procedentibus declarabit. Quid igitur est, quod efficit, ut corpora pulchra videantur, atque auditus voces approbet tanquam pulchras, et quæcunque deinceps ad animam attinent? Quonam igitur pacto pulchra hæc omnia fiunt? Numquid una quadam atque eadem pulchritudinis ratione pulchra sunt omnia? aut aliud quiddam est pulchritudo in

ἔχεται πῶς ποτε πάντα καλά; καὶ ἆρά γε ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καλὰ τὰ 50
πάντα, ἢ ἄλλο μὲν ἐν σώματι τὸ κάλλος, ἄλλο δὲ ἐν ἄλλῳ; καὶ C
τίνα ποτὲ ταῦτα, ἢ τοῦτο; τὰ μὲν γὰρ οὐ παρ' αὐτῶν τῶν ὑποκειμένων καλὰ, οἷον τὰ σώματα, ἀλλὰ μεθέξει· τὰ δὲ κάλλη αὐτὰ, ὥσπερ ἀρετῆς ἡ φύσις. Σώματα μὲν γὰρ τὰ αὐτὰ ὁτὲ μὲν καλὰ, ὁτὲ δὲ οὐ καλὰ φαίνεται, ὡς ἄλλου ὄντος τοῦ σώματα εἶναι, ἄλλου δὲ τοῦ καλά. τί οὖν ἐστὶ τοῦτο τὸ παρὸν τοῖς σώμασι; πρῶτον γὰρ περὶ τούτου σκεπτέον. / Τί οὖν ἐστιν ὃ κινεῖ τὰς ὄψεις τῶν θεωμέ- D
νων, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς αὐτὸ, καὶ ἕλκει, καὶ εὐφραίνεσθαι τῇ θέᾳ ποιεῖ; τοῦτο γὰρ εὑρόντες, τάχ' ἂν ἐπιβάθρᾳ αὐτῷ χρώμενοι, καὶ τὰ ἄλλα θεασαίμεθα. Λέγεται μὲν δὴ παρὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, ὡς συμμετρία τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὸ ὅλον, τό, τε τῆς

1. καλά;—τὰ πάντα] Desunt hæc in Cod. Vind. C.

ib. καλα τα πάντα] Abest τὰ in Codd. Leid. Vind. B. Scribitur καλῷ in Codd. Darm. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A.B. Vat. (hic in m. habet καλα) Vind. B. Non displicet lectio bonorum librorum καλῷ: an insunt hæc omnia in uno *pulcro* h. e. quo eo quod ea insunt pulcrum factum est.

2. καὶ τινα ποτὲ ταῦτα, ἢ τοῦτο] "Aliquid excidisse videtur: alia et plura habet Ficinus." *D. Wytt.* Utique suspiceris plura et alia legisse Marsilium. Fortasse hæc: καὶ τίνα ποτὲ ταῦτα, εἰ δύο, καὶ τί τοῦτο, εἰ ἕν: Sed nec Medicei libri, quibus ille usus est, locum pleniorem sistunt. Engelh. in vulgata acquiescit: "et quidnam sunt hæ pulcritudines, aut quidnam est hæc pulcritudo?" Eleganter Dissenius meus: καὶ τίνα ποτ' αὐτὰ ταῦτα ἢ διὰ τοῦτο; Et sunt forte aliqua ipsa pulcra (per se), aut tantummodo propter hoc?

3. αὐτῶν τῶν] Abest τῶν in Cod. Vind. C. Sequens καλὰ abest a Cod. Vind. A.

4. ἀλλὰ μεθέξει] Cod. Vind. A. καλὰ μεθέξει.

5. Σώματα μὲν γὰρ] Cod. Ciz. σώματος μὲν γάρ. Sequitur in cod. τι pro τά.

ib. ὁτὲ μεν—ὁτὲ δε] Codd. Marc. B. Mon. C. Par. B. ὅτε μὲν—ὅτε δέ.

6. σώματα εἶναι] Codd. Ciz. Mon. C. Vind. C. σώματος εἶναι.

8. τούτου σκεπτέον] Cod. Vind. C. τούτων σκεπτέων.

9 πρὸς αὐτὸ] Ita scribendum fuit, pro αὑτον, præeuntibus Codd. omnibus, nisi quod in Ciz. Marc. C. Par. A. Vat. Vind. B.C.D. spiritus perversus est.

10. ἐπιβάθρα] Ita solus Cod. Vat.; Codd. Leid. Marc. A. Par. A. ἐπι βάθρα. Reliqui omnes ut Ed. ἐπιβάτρα.

12. τῶν μερῶν] Cod. Mon. A. μετρῶν. Cod. Vind. A. μελῶν. Varians lectio μελῶν alibi quoque obvia in eadem pulcritudinis definitione: V. c. ap. Basil. Magn. in Tes. V. p. 505. a. b. Garner: ὅτι ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν (Editt. et Cod. Reg. μελῶν) συμμετρία μετὰ τῆς ἐπιφαινομένης εὐχροίας κ. τ. λ. Alibi jungitur utrumque, v. c. a Clemente Alex. III. Pædag. p. 291. Potteri: καὶ τὸ σωματικὸν κάλλος ἠσκήσθω, συμμετρία μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχροίας. Cic. Tuscc. IV. 13. (cf. Officib. 28, 5.) "et ut corporis est quædam apta figura *membrorum* cum coloris quadam suavitate, ea quæ dicitur pulchritudo." Augustinus de Civ. Dei XXII. 19. p. 602. A. Paris.: "Quid est corporis pulcritudo? Congruentia *partium* cum quadam coloris suavitate." Jam cum Augustinus Plotinum imitari soleat, nec ullus Codicum nostrorum μερῶν καὶ μελῶν conjungat, in hac lectione acquiescendum putabam (Vid. edit. nostr. peculiarem p. 152. sq.). Sed posteaquam Codices aliquot Græci Palatini Heidelbergam postliminio sunt restituti, incidi in Cod. nr. 129. in hoc fragmentum vel excerptum potius Plotinianum συμμετρία τῶν τε μερῶν καὶ μελῶν πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὸ ὅλον. Sed tamen cum Plotinus in hac definitione refutanda Stoicos et præcipue Chrysippum ante oculos habeat, qui philosophus τὸ κάλλος posuerat ἐν τῇ τῶν μορίων συμμετρίᾳ, etiam nunc manum abstineo. Tu vid. Chrysippi locum primarium apud Galenum de Hippocratis et Platonis Placitt. V. 3. p. 161. sq. Chart. p. 449: Kühn. Plura collegit Baguet. de Chrysippo p. 262. Hujus autem juncturæ μερῶν καὶ μελῶν alia exempla collegit Boissonadius ad Aristænet. p. 211. Cæterum Stoici animi quoque pulcritudinem adeoque τὸ ἀγαθὸν revocaverant ad τὸ τελείως σύμμετρον, teste Diog. Laërt. in Zenone (VII. 99, 100. cf. Wyttenb. ad Plut. vol. I. p. 244. et p. 392.). Cum nostro autem loco comparandi sunt alii Plotiniani, inprimis p. 715. c. 22. A. B. p. 721. sqq. Fontes atque imitationes nostri loci indicavimus in peculiari editione hujus libri p. 146—154. Hic binos tantummodo locos adjiciam. Platon. Gorg. p. 525. ἀσυμμετρίας τε καὶ αἰσχρότητος. Eustath. in Odyss. VI. 152.: φυὴν δὲ καὶ νῦν (καὶ addendum) οἱ παλαιοὶ λέγουσι τὴν ἐκ πάντων τῶν μελῶν ἀναλογίαν· ὃ δὴ κάλλος ἐστὶν ἴδιον. Ubi ἀναλογια ponitur pro συμμετρία.

corpore, in alio vero aliud? Rursus quænam hæc sunt, si duo sunt? Quidve id existit, si est unum? Quædam enim procul dubio non ex ipsa subjectorum natura sunt pulchra, velut corpora, sed participatione potius aliqua. Quædam vero pulchritudines quædam ipsæ sunt, ut virtutis ipsius natura. Corpora quidem eadem alias quidem pulchra, alias vero non pulchra videntur, quasi aliud sit,esse corpus, aliud esse pulchrum. Quid ergo id est potissimum, quod pulchra corpora sua præsentia facit? In primis enim id est nobis considerandum. Dic age: quid potissimum spectantium allicit oculos, convertitque ad seipsum atque rapit, spectantemque delectat? Si enim id invenerimus, forsan quasi scala ad cætera prospicienda uti poterimus. Tradunt enim ferme omnes, commensurationem quandam partium et invicem et ad totum una cum coloris gratia, pulchritudinem pertinentem ad oculos procreare, atque in eo pulchritudinem omnium esse sitam, ut moderata commensurataque sint. Sed apud eos, qui id opinantur, nihil simplex, solum vero composi-

51 A εὐχροίας προστεθὲν, τὸ πρὸς τὴν ὄψιν κάλλος ποιεῖ. καὶ ἔστιν αὐτοῖς καὶ ὅλως τοῖς ἄλλοις πᾶσι, τὸ καλοῖς εἶναι, τὸ συμμέτροις καὶ μεμετρημένοις ὑπάρχειν οἷς ἁπλοῦν οὐδὲν, μόνον δὲ τὸ σύνθετον ἐξ ἀνάγκης καλὸν ὑπάρξει, τό, τε ὅλον ἔσται καλὸν αὐτοῖς. Τὰ δὲ μέρη ἕκαστα οὐχ ἕξει παρ᾽ ἑαυτῶν τὸ καλὰ εἶναι, πρὸς δὲ τὸ ὅλον συντελοῦντα, ἵνα καλὸν ᾖ. καίτοι δεῖ, εἴπερ ὅλον, καὶ τὰ μέρη καλὰ
B εἶναι· οὐ γὰρ δὴ ἐξ αἰσχρῶν, ἀλλὰ πάντα κατειληφέναι τὸ κάλλος. Τά τε χρώματα αὐτοῖς, τὰ καλὰ· οἷον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἁπλᾶ ὄντα, καὶ οὐκ ἐκ συμμετρίας ἔχοντα τὸ κάλλος, ἔξω ἔσται τοῦ καλὰ εἶναι. Χρυσός τε δὴ πῶς καλόν; καὶ νυκτὸς ἡ ἀστραπὴ, ἢ ἄστρα ὁρᾶσθαι τῷ καλῷ; Ἐπί τε τῶν φωνῶν ὡσαύτως τὸ ἁπλοῦν οἰχήσεται· καίτοι ἑκάστου φθόγγου πολλαχῆ τῶν ἐν τῷ ὅλῳ καλῶν, καλοῦ
C μὲν καὶ αὐτοῦ ὄντος. Ὅταν δὲ δὴ καὶ τῆς αὐτῆς συμμετρίας μενούσης, ὁτὲ μὲν καλὸν τὸ αὐτὸ πρόσωπον, ὁτὲ δὲ μὴ φαίνηται, πῶς οὐκ ἄλλο δεῖ ἐπὶ τῷ συμμέτρῳ λέγειν τὸ καλὸν εἶναι, καὶ τὸ σύμμετρον καλὸν εἶναι δι᾽ ἄλλο; εἰ δὲ δὴ μεταβαίνοντες καὶ ἐπὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τοὺς λόγους τοὺς καλοὺς, τὸ σύμμετρον καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν αἰτιῷντο, τίς ἂν λέγοιτο ἐν ἐπιτηδεύμασι συμμετρία καλοῖς, ἢ νόμοις,

1. εὐχροίας] Ita, pro εὐχρείας, scribendum fuit jubentibus Codd. omnibus, præter Ciz. Vat. B.C.D.
ib. τὸ πρὸς] Abest τὸ in Cod. Vat.
2. καλοῖς εἶναι] Codd. Ciz. Leid. Mon. A.C. Marc. A. Vat. (hic in marg. ut Ed.) Vind. B. habent καλόν.
4. ὑπάρξει] Cod. Vind. B. ὑπάρξειχει, commixtis videlicet duabus lectionibus: ὑπάρξει et ὑπάρχει.
ib. τό, τε ὅλον] Ita Codd. Darm. et Marc. B. Reliqui, ut Ed. τότε.
6. ἵνα καλὸν] Cod. Ciz. ἵνα καλά.
7. οὐ γὰρ δὴ—καλὰ εἶναι] Hæc omnia in Cod. Vind. B. bis scripta exstant.
ib. αἰσχρῶν] Cod. Mon. B. αἰσχροῦν.
ib. κατειληφέναι] Cod. Darm. καταληφέναι.
9. οὐκ ἐκ] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vat. Vind. B. καὶ οὐκ ἐκ, quod probum videtur, et legit etiam Fic.
11. ὁρᾶσθαι] Cod. Vind. A. ὁρᾶται.
ib. τῷ καλῷ] Cod. Par. B. ex corr. τῶν καλῶν.
ib. οἰχήσεται] Cod. Vind. A. οἰχέσεται. Marc. A. οἰχήσεται, superscripto η, ut corrector voluisse videatur ἠχήσεται.
12. καίτοι] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. B. καὶ τὸ.
ib. ὅλῳ καλῶν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.B. habent καλῷ ὅλῳ. Codd. Marc. C. Vind. C. ὅλῳ καλῷ.
ib καλοῦ καὶ] Ed. Basil. Sed Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A.B. καλοῦ μὲν καί. Quod recepimus.
14. φαίνηται] Ita recte, pro φαίνεται, Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. A.B.C. Med. A.B. Par. A.B. Vat.
16. εἰ δὲ δὴ] Abest δὴ, a Cod. Vind. B.
ib. καὶ ἐπὶ τὰ] Non habent καὶ Codd. Leid. Mon. A.C. Vat. et Vind. B.
17. τοὺς καλοὺς] Cod. Ciz. τοὺς ἄλλους.
ib. ἐπ᾽ αὐτῶν] Cod. Ciz. ἐπ᾽ αὐτοῖς.
18. καλοῖς] Cod. Ciz. καλοῦ.

tum necessario erit pulchrum, ipsumque totum formosum erit. Partes vero singulæ nullam habebunt propriam pulchritudinem: solum vero quatenus ad totum conferunt, pulchra dicentur: quamvis oporteat, si modo pulchrum est totum, partes quoque esse formosas: non enim ex turpibus constat pulchrum. Oportet autem partes omnes pulchritudinem accepisse. Colores insuper pulchri, sicut et ipsum solis lumen, cum simplicia sint, neque ex commensuratione habeant pulchritudinem, apud illos exclusa a pulchritudine relinquentur. Aurum quoque quonam pacto illis erit pulchrum? Coruscatioque nocturna, siderumque spectaculum? Similiter in vocibus, quod simplex fuerit, id erit a pulchritudine alienum. Quamvis tonus quilibet in his cantibus, qui ex toto pulchri sunt, sit ipse pulcher. Proinde quando, eadem proportione manente, facies eadem alias quidem pulchra, alias vero non pulchra videtur: nonne aliud in eo, quod commensuratum est, pulchritudinem oportet dicere, commensurationem vero aliud, ipsumque commensuratum propter aliud esse pulchrum? Si autem illi ad studia pulchra pulchrosque sermones se transferentes, mensuræ proportionem in his etiam in causa pulchritudinis assignaverint: quænam dicetur in studiis pulchris vel legibus vel disciplinis scientiisve commensurata proportio? Quinetiam speculationes ipsæ quonam pacto invicem commensuratæ dicentur?

ἢ μαθήμασιν, ἢ ἐπιστήμαις; θεωρήματα γὰρ σύμμετρα πρὸς ἄλ- 51 D ληλα, πῶς ἂν εἴη; εἰ δ' ὅτι σύμφωνά ἐστι, καὶ κακῶν ἔσται ὁμολογία τε καὶ συμφωνία. τῷ γὰρ τὴν σωφροσύνην ἠλιθιότητα εἶναι, τὸ τὴν δικαιοσύνην γενναίαν εἶναι εὐήθειαν, σύμφωνον καὶ συνῳδὸν, καὶ ὁμολογεῖ πρὸς ἄλληλα. Κάλλος μὲν οὖν ψυχῆς ἀρετὴ πᾶσα, καὶ κάλλος ἀληθινώτερον ἢ τὰ πρόσθεν. Ἀλλὰ πῶς σύμμετρα; E οὔτε γὰρ ὡς μεγέθη, οὔτε ὡς ἀριθμὸς σύμμετρα· καὶ πλειόνων μερῶν τῆς ψυχῆς ὄντων, ἐν ποίῳ γὰρ λόγῳ ἡ σύνθεσις, ἢ ἡ κρᾶσις τῶν μερῶν, ἢ τῶν θεωρημάτων. τὸ δὲ τοῦ νοῦ κάλλος μονουμένου, τί ἂν εἴη;

Πάλιν οὖν ἀναλαβόντες λέγωμεν, τί δῆτά ἐστι τὸ ἐν τοῖς σώμασι καλόν· πρῶτον ἔστι μὲν γάρ τι καὶ βολῇ τῇ πρώτῃ αἰσθητὸν γινόμενον, καὶ ἡ ψυχὴ ὥσπερ συνεῖσα λέγει, καὶ ἐπιγνοῦσα ἀποδέχεται, F καὶ οἷον συναρμόττεται· πρὸς δὲ τὸ αἰσχρὸν προσβαλοῦσα, ἀνίλλεται, καὶ ἀρνεῖται καὶ ἀνανεύει ἀπ' αὐτοῦ, οὐ συμφωνοῦσα, καὶ

1. *μαθήμασιν*] Cod. Ciz. *παθήμασιν*.
ib. *θεωρήματα γὰρ*] Codd. Darm. Marc. B. *θεωρ. μὲν γάρ*.
2. *εἰ δ' ὅτι—συμφωνία*] Desunt hæc in Cod. Ciz.
ib. *κακῶν ἔσται*] Cod. Vind. A. *καλῶν ἔσται*.
3. *τῷ γὰρ τὴν*] Solus Vat. *τὸ γὰρ τὴν*.
4. *εἶναι εὐήθειαν*] Cod. Vind. A. omittit *εἶναι*.
ib. *συνῳδὸν*] Ita, pro *συνοδὸν*, Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. B. Par. A.B. marg. Vat.
6. *τὰ πρόσθεν*] Cod. Ciz. *τὰ πάθη*.
7. *οὔτε γὰρ—σύμμετρα*] Desunt in Cod. Ciz. In Cod. Par. B. abest *γάρ*.
8. *ποίῳ γὰρ*] Cod. Med. A. *ποίῳ γε*.
ib. *ἢ ἡ σύνθεσις*] Abest *ἢ* a Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.B.C. Med. A.B. Par. A.B. Vat. (in m. add.) Vind. A.B. C.D. Nec agnoscit *ἢ* Ficinus. Quare delevi.
11. *λέγωμεν*] Cod. Vat. *λέγομεν*. Cod. Vind. C. *λέγοντες*. Dissenius legi vult cum Vaticano *λέγομεν* i. e. *quærimus*.
12. *καλόν· πρῶτον*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Vat. *καλὸν πρῶτον* sequente dist. maj. Cod. Marc. B. habet *καλὸν, πρῶτον* sine distinctione.
ib. *γάρ τι καὶ βολῇ*] Cod. Vind. C. *γὰρ ἡ καὶ βουλῇ*. Scribitur etiam *βουλῇ* in Codd. Marc. C. et Par. B. Sed posterior superscriptam habet lectionem Ed.
ib. *γινομενον*] Cod. Vind. B. *γενόμενον*.
13. *καὶ ἡ ψυχὴ ὥσπερ συνεῖσα λέγει*,] "Sic et Cod. Vossian. Si vera lectio est, accipiam, *anima illud intelligens dicit pulchrum esse*. Ficin. vertens *apprehendens* aliud aut legisse aut legere voluisse videtur. Fortasse legendum *χαίρει*." *D. W.* Codices nostri ad unum omnes, in vulgata persistunt. Et vid. Platon. Cratyl. p. 416. B. *ἃ δὴ καλὰ φάσκοντες εἶναι ἀσπαζόμεθα*. *Λέγει* est *judicat*, ut cap. 3. initio et cap. 4. initio.
14. *προσβαλοῦσα*] Sequitur in Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B. Mon. A.C. Par. A. Vat. (in cujus collatione Amatius scripsit: *Glossemata in textum irrepserunt.*) Vind. A.B.C. idem quod est in marg. Ed. *τὸ ἀνίλλεται, ἢ καθυποκρίνεται, συστρέφεται, κυρίως δὲ τὸ ἀναξιοῖ*. Sed in Codd. Ciz. Leid. Mon. A.C. Par. A. Vat. Vind. A. B.C. est *ἀπαξιοῖ* pro *ἀναξιοῖ*, in Vind. A. abest *καὶ* ante *ἀρνεῖται*. Vind. C. omittit *συστρέφεται*, tum sequitur *ἀνία λέγεται καὶ ἀρνεῖται*. Posteriora eodem modo scribuntur in Cod. Vind. D. nisi quod in marg. correctum est *ἀνίλλεται*. Pro *ἀρνεῖται* in Cod. Ciz. est *κρινεῖται*.
15. *ἐπ' αὐτοῦ*] Ed. Basil. Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.C. Par. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. B.D. *ἀπ' αὐτοῦ*, quod præstare videtur et a nobis receptum est. Virgulam etiam posuimus post *αὐτοῦ*.

Quod si quis id ipsum assignet, quoniam videlicet concordes sunt, dicemus utique malorum quoque consensionem quandam esse atque concordiam. Duo namque hæc inter se conveniunt (ut fertur) videlicet, et temperantiam esse stoliditatem: atque justitiam esse inscitiam generosam. Pulchritudo itaque animæ est virtus omnis, atque hæc ipsa species superioribus est admodum verior. At quonam pacto hic commensuratio erit? neque enim qualis id est magnitudine, [Ed. pr. *qualis in magn.*] neque qualis in numero. Atqui cum plures sint animæ partes, in qualinam ratione compositio, vel temperatio partium vel speculationum sita erit? Denique pulchritudo intellectus ipsius videlicet segregati, soliusque secundum se quidnam erit?

II. *Pulchritudo in corporibus est flos formæ materiam superantis propter imperium idealis rationis super materiam.*

Repetamus iterum a principio, quærentes, quidnam sit ipsa in corporibus pulchritudo? Principio quidem est quiddam primo intuitu sensui se patefaciens: idque animus apprehendens familiariterque agnoscens suscipit, et quasi accommodatissimum approbat, et amplectitur. At vero in turpe incidens sese recipit, et velut abhorrens ob discordiam respuit ut alienum. Existens ni-

51 ἀλλοτριουμένη. Φαμὲν δὴ ὡς τὴν φύσιν οὖσα ὅπερ ἐστὶ, καὶ πρὸς
G τῆς κρείττονος ἐν τοῖς οὖσιν οὐσίας, ὅ, τι ἂν ἴδῃ συγγενὲς ἢ ἴχνος
τοῦ συγγενοῦς, χαίρει τε καὶ διεπτόηται, καὶ ἀναφέρει πρὸς ἑαυτὴν,
καὶ ἀναμιμνήσκεται ἑαυτῆς καὶ τῶν ἑαυτῆς. Τίς οὖν ὁμοιότης τοῖς
52 τῇδε πρὸς τὰ ἐκεῖ καλά; καὶ γὰρ, εἰ ὁμοιότης, ὅμοια μὲν ἔστω.
Πῶς δὲ καλὰ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα; μετοχῇ εἴδους φαμὲν ταῦτα. Πᾶν
γὰρ τὸ ἄμορφον, πεφυκὸς μορφὴν καὶ εἶδος δέχεσθαι, ἄμοιρον ὂν
λόγου καὶ εἴδους, αἰσχρὸν καὶ ἔξω θείου λόγου, καὶ τὸ πάντῃ αἰσχρὸν
τοῦτο· αἰσχρὸν δὲ καὶ τὸ μὴ κρατηθὲν ὑπὸ μορφῆς καὶ λόγου, οὐκ
ἀνασχομένης τῆς ὕλης τὸ πάντῃ κατὰ τὸ εἶδος μορφοῦσθαι. Προσ-
B ιὸν οὖν τὸ εἶδος, τὸ μὲν ἐκ πολλῶν ἐσόμενον μερῶν ἓν συνθέσει,
συνέταξέ τε καὶ εἰς μίαν συντέλειαν ἤγαγε, καὶ ἓν τῇ ὁμολογίᾳ
πεποίηκεν· ἐπείπερ ἓν ἦν αὐτὸ, ἕν τε ἔδει τὸ μορφούμενον εἶναι, ὡς
δυνατὸν αὐτῷ ἐκ πολλῶν ὄντι. Ἵδρυται οὖν ἐπ' αὐτὸ τὸ κάλλος ἤδη
εἰς ἓν συναχθέντος, καὶ τοῖς μέρεσι διδὸν ἑαυτὸ καὶ τοῖς ὅλοις. ὅταν
δὲ ἕν τι καὶ ὁμοιομερὲς καταλάβῃ, εἰς ὅλον δίδωσι τὸ αὐτὸ, οἷον ὁτὲ

1. καὶ πρὸ τῆς] Ed. Basil. Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.B.C. Med. A.B. Par. B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. B.C.D. καὶ πρὸς τῆς, et ita correxi.

2. ὅτι] Basil. Marc. B.C. ὅ, τι reliqui codd., et ita scripsimus.

ib. ἂν ἴδῃ] Marc. C. Vat. Vind. C.D. ἂν ἴδοι.

ib. ἢ ἴχνος] Codd. Darm. Marc. B. Mon. B. Med. A. καὶ ἴχνος. Sed duo posteriores ἢ habent supra lineam.

4. Τί οὖν ὁμοιότης] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. B D. τί pro τίς. Codd., præter Darm. et ed. Basil. ubi τίς οὖν ὁμοίωσις, omnes ὁμοιότης et ita scripsi. Sequens τοῖς omittit Cod. Leid.

5. εἰ ὁμοιότης] Cod. Vat. εἰ ἡ ὁμοιότης.

ib. μὲν ἔστω] Cod. Vind. A. φαμὲν ἔστω.

6. μετοχῇ—ταῦτα] Desunt hæc in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind. A.B. Scribitur μετοχὴ in Codd. Marc. B. Par. B.

ib. Πᾶν γὰρ] Codd. Darm. Marc. C. Med. A.B. Par. B. πᾶν μὲν γάρ. Cod. Vind. C. pro seq. τὸ habet τά. Recepi μὲν, respondet enim in seqq. αἰσχρὸν δέ.

7. εἶδος—λόγου καὶ] Desunt hæc in Cod. Vind. C.

ib. ἄμοιρον] Cod. Vind. D. ἄμειρον.

8. θείου] Abest a Cod. Ciz.

ib. καὶ τὸ πάντῃ—καὶ λόγου] Omissa hæc in Cod. Vind. A. In Cod. Leid. desunt verba αἰσχρὸν τοῦτο.

9. δὲ καὶ τὸ μὴ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. Vind. B. omittunt καί. In Cod. Vind. B. scribitur μηδέν.

ib. καὶ λόγου] Abest καὶ in Cod. Marc. A.

10. ἀνασχομένης] Cod. Vat. ἀνασχόμενος: in m. ut Ed.

11. συνθέσει] Abest a Cod. Darm.

12. συνέταξέ τε καὶ εἰς] Cod. Vind. C. συνέξετε εἰς.

ib. καὶ ἓν τῇ] Cod. Vind. B. καὶ ἐν τῇ.

13. πεποίηκεν] Cod. Vat. πεπόνηκεν: in m. ut Ed.

ib. ἔδει] Ita pro εἴδει, præter Leid. Mon. C. Par. A. Vind. C.D., omnes, nisi quod in Vind. B. est ἰδεῖν, in Ciz. ἴδῃ. "In seqq. fortasse legendum ἐπ' αὐτοῦ." *D. W.*

15. συναχθέντος] Ita, pro συνθέντος, cum marg. Ed. omnes, exceptis Codd. Vind. B.D. "Cod. Voss. συναχθέντος, ut margo." *D. W.*

16. δίδωσι τὸ αὐτο] Cod. Vind. A. δίδωσιν αὐτῷ.

mirum anima id quod naturaliter est, ac prope et secundum essentiam in rerum ordine præstantissimam, quandocunque aspexerit cognatum quiddam, cognatique vestigium, congratulatur et stupet, refertque in seipsam: suique recordatur atque suorum. Quænam igitur similitudo his quæ apud nos pulchra videntur, ad illa, quæ super nos sunt, pulchra? Etenim si qua similitudo est, similia quidem sint. At quonam pacto pulchra simul et hæc et illa? Participatione utique speciei nostra hæc dicimus esse pulchra. Omne namque informe aptum natura ad formam ac speciem capiendam, quatenus rationis et speciei est expers, turpe est, atque a divina ratione semotum. idque omnino turpe est, quod omnino semotum: turpe quinetiam, quod a forma ratione neque minime superatur: materia videlicet formationem integram minime sustinente. Accedens itaque species id, quod ex multis partibus unum est compositione futurum, simul ordinat conciliatque invicem, atque ipsa consensione conficit unum: quandoquidem et ipsa erat unum, ideoque unum oportuit esse formatum, quatenus, quod ex multis componitur, unum effici potest. Fundatur ergo pulchritudo in ipso, quando in unum fuerit jam redactum, atque seipsam partibus totisque impertit. At quando species unum quiddam similibusque partibus constitutum nanciscitur, seipsam et idem tradit in totum. Aliquando enim exempli gratia toti se ædi-

μὲν πάσῃ οἰκίᾳ μετὰ τῶν μερῶν, ὁτὲ δὲ ἑνὶ λίθῳ διδοίη τις φύσις τὸ 52 C κάλλος, τῇ δὲ ἡ τέχνη. οὕτω μὲν δὴ τὸ καλὸν σῶμα γίγνεται λόγου ἀπὸ θείου ἐλθόντος κοινωνίᾳ.

Γινώσκει δὲ αὐτὸ ἡ ἐπ' αὐτὸ δύναμις τεταγμένη, ἧς οὐδὲν κυριώτερον εἰς κρίσιν τῶν ἑαυτῆς, ὅταν καὶ ἡ ἄλλη συνεπικρίνῃ ψυχή. Τάχα δὲ καὶ αὕτη λέγει συναρμόττουσα τῷ παρ' αὐτῇ εἴδει, κἀκείνῳ D πρὸς τὴν κρίσιν χρωμένη, ὥσπερ κανόνι τοῦ εὐθέος. Πῶς δὲ συμφωνεῖ τὸ περὶ σῶμα τῷ πρὸ σώματος; πῶς δὲ τὴν ἔξω οἰκίαν τῷ ἔνδον οἰκίας εἴδει ὁ οἰκοδομικὸς συναρμόσας καλὴν εἶναι λέγει; ἢ ὅτι ἐστὶ τὸ ἔξω, εἰ χωρίσειας τοὺς λίθους, τὸ ἔνδον εἶδος, μερισθὲν τῷ ἔξω ὕλης ὄγκῳ, ἀμερὲς ὄν, ἐν πολλοῖς φανταζόμενον. Ὅταν οὖν καὶ ἡ αἴσθησις τὸ ἐν σώμασιν εἶδος ἴδῃ, συνδησάμενον καὶ κρατῆσαν E τῆς φύσεως τῆς ἐναντίας, ἀμόρφου οὔσης, καὶ μορφὴν ἐπὶ ἄλλαις μορφαῖς ἐκπρεπῶς ἐποχουμένην, συνελοῦσα ἀθρόον αὐτὸ τὸ πολλαχῇ, ἀνήνεγκέ τε, καὶ εἰσήγαγεν εἰς τὸ εἴσω ἀμερὲς ἤδη, καὶ ἔδωκε

1. οἰκίᾳ] Cod. Vind. B. οἰκεια.

ib. ἑνὶ λίθῳ] Codd. Ciz. Leid. Mon. A.C. Vat. Vind. A.B. habent ἐν, postremus etiam λίθοις.

ib. φύσις] Abest a Cod. Vat.

2. μὲν δὴ τὸ] Abest δὴ a Cod. Vind. C.

3. ἀπὸ θείου] ἀπο, pro ὑπο, dedimus ex Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A. B.C. Par. B. Vat. (in quo voc. præc. scribitur λόγον) Vind. A.; θείου vero pro θείων ex Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A.

ib. κοινωνίᾳ.—ἐπ' αὐτὸ] Desunt hæc in Cod. Vind. C. In Codd. Marc. A.C. Mon. C. Vat. (in m. ut Ed.) scribitur ἐπ' αὐτῷ.

6. λέγει] Codd. Marc. B. Mon. B. Med. A.B. λέγῃ.

ib. συναρμόττουσα—χρωμένη] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind. A.B.

7. κανόνι] Cod. Leid. κανόσι.

ib. εὐθέος] Ita pro εὐθέως scribendum fuit ex Codd. Marc. A.B.C. Mon. A. (supra lin.) B. Par. A.B.

8. τὸ περὶ σῶμα] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A.B. το περὶ τὸ σῶμα.

ib. πρὸ τοῦ σώματος] Codd. Ciz. Marc. B. Par. A. πρὸς σώμ. Codd. Darm. Marc. C. Mon. A.B.C. Med. A. (ex corr.) B. Par. B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.B. D. (hic in m. ut Ed.) πρὸ σώματος. et ita scripsimus, monente etiam Rinckio nostro.

ib. ἔξω οἰκιαν] Ita, pro οἰκειας, Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.B. Med. A.B. Par. B. Vat. In Cod. Ciz. est οἰκειαν. Similiter in Galeno de Hippocrat. et Platonis Placc. p. 269. Charter. legendum οἰκίας pro οἰκείας.

ib. τῷ ἔνδον] Cod. Vind. C. τῶν ἔνδον. Idem mox ἄδει pro εἴδει.

10. τῷ ἔξω ὕλης ὄγκῳ] Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. B. Par. A.B. Vat. exhibuerunt τῷ pro τό; in Cod. Ciz. est ὕλας.

12. σώμασιν] Codd. Vind. B.C. σώματι.

ib. κρατῆσαν] Codd. Ciz. Leid. συγκρατῆσαν. Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.B. συγκρατῆσαν.

14. ἐκπρεπῶς] In Cod. Vind. A. recentior manus supra lineam scripsit ἀπρεπῶς.

ib. συνελοῦσα] Ita, pro συνελθοῦσα, cum marg. Ed. habent Codd., præter Mon. A. B.C. et Vind. B.C.D., omnes.

ficio simul partibusque communicat, aliquando vero unico lapidi: et tunc quidem id arte fit, alias vero fit natura. Hac itaque ratione formosum corpus efficitur communione videlicet rationis a divinis desuper venientis.

III. *Animus per innatam sibi formulam pulchritudinis agnoscit pulchritudinem in corporibus: quæ foret ipsa idea, si auferretur materia: quod provenit ex victoria divinæ artis in materia.*

Cognoscit autem ipsam vis quædam ad eam instituta, qua nihil validius ad propria judicanda, quando et alia anima in judicando concurrit. Forsan vero et hæc ipsa dicit videlicet, speciei, quæ penes ipsam est, accommodans, eaque freta ad judicandum quemadmodum ad recti judicium regula uti solent. At quonam pacto, quod in corpore est, ei, quod super corpus est, congruit? Dic age: et quomodo extrinsecum ædificium ædificii formæ, quæ in mente est, architectus accommodans pulchrum esse judicat? forsan quia, si lapides tollas e medio, ædificium, quod erat extrinsecum, nihil aliud est, quam intrinseca forma, divisa quidem per externam materiæ molem, individua vero existens, et si apparet in multis. Quando igitur et sensus speciem, quæ [*est* add. Ed. pr.] in corporibus aspicit, colligantem, superantemque contrariam naturam, quæ est in formis, atque formam decenter in formis aliis emicantem, tunc congregans simul totam, quæ passim dispersa videbatur, refert ad se, atque ad formam, quæ intus est, impertibilem introducit:

52 τῷ ἔνδον σύμφωνον καὶ συναρμόττον καὶ φίλον· οἷα ἀνδρὶ ἀγαθῷ
F προσηνὲς ἐπιφαινόμενον ἀρετῆς ἴχνος ἐν νέῳ, συμφωνοῦν τῷ ἀληθεῖ
τῷ ἔνδον. Τὸ δὲ τῆς χρόας κάλλος ἁπλοῦν μορφῇ, καὶ κρατήσει
τοῦ ἐν ὕλῃ σκοτεινοῦ παρουσίᾳ φωτὸς, ἀσωμάτου καὶ λόγου καὶ εἴ-
δους ὄντος. Ὅθεν καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ παρὰ τὰ ἄλλα σώματα καλὸν,
ὅτι τάξιν εἴδους πρὸς τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἔχει· ἄνω μὲν τῇ θέσει,
λεπτότατον δὲ τῶν ἄλλων σωμάτων, ὡς ἐγγὺς ὂν τοῦ ἀσωμάτου.
G Μόνον δὲ αὐτὸ οὐκ εἰσδεχόμενον τὰ ἄλλα, τὰ δὲ ἄλλα δέχεται αὐτό.
θερμαίνεται γὰρ ἐκεῖνα, οὐ ψύχεται δὲ τοῦτο. κέχρωσταί τε πρώτως,
53 τὰ δὲ ἄλλα παρὰ τούτου τὸ εἶδος τῆς χρόας λαμβάνει· λάμπει οὖν
καὶ στίλβει, ὡς ἂν εἶδος ὄν· τὸ δὲ μὴ κρατοῦν, ἐξίτηλον τῷ φωτὶ
γινόμενον, οὐκέτι καλὸν, ὡς ἂν τοῦ εἴδους τῆς χρόας οὐ μετέχον
ὅλου. Αἱ δὲ ἁρμονίαι ἐν ταῖς φωναῖς αἱ ἀφανεῖς τὰς φανερὰς ποιή-
σασαι, καὶ ταύτῃ τὴν ψυχὴν σύνεσιν καλοῦ λαβεῖν ἐποίησαν, ἐν
B ἄλλῳ τὸ αὐτὸ δείξασαι. Παρακολουθεῖ δὲ ταῖς αἰσθηταῖς, μετρεῖσθαι
ἀριθμοῖς ἐν λόγῳ οὐ παντὶ, ἀλλ᾽ ὃς ἂν ᾖ δουλεύων εἰς ποίησιν εἴδους
εἰς τὸ κρατεῖν. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν αἰσθήσει καλῶν, ἃ δὴ εἴδωλα

2. τῷ ἀληθεῖ] Cod. Vat. τα, in m. τῷ.

3. τῷ ἔνδον] Codd. Darm. Marc. B. Mon. B. τὸ ἔνδον.

ib. χρόας] Cod. Vat. χρείας. Voluit χροίας. Debuit χροιᾶς. Vid. Bast. et Schæfer. ad Epistol. crit. p. 31. et ad Gregor. Corinth. p. 221.

5. Ὅθεν καὶ] In marg. Cod. Marc. C. est: σημείωσαι τί φησι περὶ τοῦ πυρός.

ib. σώματα] Cod. Ciz. στοιχεῖα.

6. ὅτι ταξιν] Post hæc verba Cod. Vind. B. repetit superiora εἴδους ὄντος—καλόν.

ib. τῇ θέσει] Cod. Vind. A. τῇ φύσει. Male.

8. τὰ δὲ ἄλλα] Codd. Marc. A.B.C. Mon. B. Vat. τὰ ο' ἄλλα.

9. κέχρωσται] Ita, pro κέχρωται, Codd. omnes, nisi quod Vat. lectionem Ed. in m, habet, et in Vind. B. scribitur κύχρωσται. Voculam τε omittit Vat.

11. ὡς ἂν εἶδος ὄν] Cod. Par. B. ὡς ἂν τοῦ εἴδους τῆς χρόας εἶδος ὄν. Sed verba supervacanea punctis notata sunt.

12. οὐ μετέχον] Ita, cum marg. Ed., omnes excepto Leid., ubi est, ut in contextu Ed., οὐ μετόχου.

13. ἁρμονίαι] Cod. Mon. B. supra lin. a rec. m. habet ἁρμονίας.

ib. ἐν ταῖς] Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. Vind. A.B. C.D. αἱ ἐν ταῖς.

14. καὶ—ἐποίησαν] Desunt hæc in Cod. Ciz. eorumque loco scriptum est ὡς.

ib. σύνεσιν] Abest in Codd. Leid. Vind. B. In Vind. C. est σύναι.

ib. λαβεῖν ἐποίησαν] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.B. λαμβάνειν ποιήσασαι ὡς.

15. παρακολουθεῖ] Cod. Ciz. παρακολουθοῦσι.

16. ἀλλ᾽ ὃς] Ita marg. Ed. cum Fic. et Codd., præter Mon. A.B. Vat. Vind. B. C.D., omnes, pro ἀλλ᾽ ὡς.

redditque intimæ formæ consonam, et congruam, et amicam; quemadmodum probo viro virtutis indoles apparens, in juvene jocunda contingit: propterea quod veræ virtuti, quæ intus est, consonat. Pulchritudo vero coloris simplex provenit, ubi formatur superaturque, quod est in materia tenebrosum, præsentia luminis, quod quidem incorporeum et ratio quædam est, et species. Quapropter et ignis ipse præter cætera corpora pulcher: quoniam si cum elementis aliis conferatur, speciei obtinet ordinem; nempe et cæteris eminentior est, et omnium subtilissimus, quasi incorporeæ jam naturæ propinquus. Atqui solus ipse non suscipit alia, cum tamen ipsum alia capiant. Calefiunt namque alia: ipse vero non suscipit frigus. Præterea colorem ipse primus habet: cætera vero ab hoc speciem coloris accipiunt. emicat igitur atque fulget quasi sit species. Quando vero subjectum non superatur, velut luminis exigui particeps, haud ultra provenit pulchrum: utpote quod coloris speciem non accipit totam. Proinde harmonias, quæ sunt in vocibus, aliæ quæ latent in anima faciunt, et ad sensum usque producunt, atque ita faciunt, ut anima percipiat pulchri notitiam, idem in alio demonstrantes. Competit vero harmoniis quæ sentiuntur, ut numeris mensurentur non in omni ratione numeri, seu vocis, sed in ea duntaxat, quæ ad

53

καὶ σκιαὶ οἷον ἐκδραμοῦσαι, εἰς ὕλην ἐλθοῦσαι, ἐκόσμησάν τε καὶ διεπτόησαν φανεῖσαι, τοσαῦτα.

Περὶ δὲ τῶν προτέρω καλῶν, ἃ οὐκέτι αἴσθησις ὁρᾷν εἴληχε, ψυχὴ δὲ ἄνευ ὀργάνων ὁρᾷ καὶ λέγει, ἀναβαίνοντας δεῖ θεάσασθαι, κατα- C λιπόντας τὴν αἴσθησιν κάτω περιμένειν. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν τῆς αἰσθήσεως καλῶν οὐκ ἦν περὶ αὐτῶν λέγειν τοῖς μήτε ἑωρακόσι, μήτε ὡς καλῶν ἀντειλημμένοις, οἷον εἴ τινες ἐξ ἀρχῆς τυφλοὶ γεγονότες, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ περὶ κάλλους ἐπιτηδευμάτων, μὴ τοῖς ἀποδεξαμένοις τὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἐπιστημῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν D τοιούτων κάλλος· οὐδὲ περὶ ἀρετῆς φέγγους, τοῖς μηδὲ φαντασθεῖσιν, ὡς καλὸν τὸ τῆς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης πρόσωπον, καὶ οὔτε ἕσπερος οὔτε ἑῷος οὕτω καλά. Ἀλλὰ δεῖ ἰδόντας μὲν εἶναι, ᾧ ψυχὴ τὰ τοιαῦτα βλέπει, ἰδόντας δὲ ἡσθῆναι καὶ ἔκπληξιν λαβεῖν, καὶ πτοηθῆναι πολλῷ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς πρόσθεν, ἅτε ἀληθινῶν ἤδη ἐφαπτομένους. Ταῦτα γὰρ δεῖ τὰ πάθη γενέσθαι περὶ τὸ ὅ, τι ἂν ᾖ καλὸν, θάμβος καὶ ἔκπληξιν ἡδεῖαν καὶ πόθον, καὶ ἔρωτα, καὶ E πτόησιν μεθ' ἡδονῆς· ἔστι δὲ ταῦτα παθεῖν, καὶ πάσχουσιν αἱ ψυχαὶ

2. *τοσαῦτα*] Cod. Vind. A. *τὸ ἐνταῦθα.*
3. *προτέρω*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A. *προτέρων.* Codd. Marc. B.C. Mon. B. Med. A.B. Par. A. *προσωτέρω.* Vind. C.D. *προσοτέρω.*
4. *δε ἄνευ*] Cod. Ciz. omittit *δέ.*
ib. *θεάσασθαι*] Cod. Vat. *θεάσεσθαι.*
5. *περιμένειν*] Cod. Vind. A. *μένειν.*
6. *μήτε ὡς*] Cod. Ciz. *μηδ' ὡς.* Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. B. Par. B. Vat. Vind. B. *μηδ' ὡς.* Vind. C. *μήτ' ὡς.*
8. *τὸν αὐτὸν τρόπον*] Cod. Vind. D. a pr. m. *λόγον*, supra lin. *τρόπον.*
ib. *μὴ τοῖς—ἐπιτηδευμάτων*] Desunt hæc in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind. A.B. Ceterum cum Dissenio corrigendum videtur: *τοῖς μὴ ἀποδεξαμένοις κ. τ. λ.*
10. *τοῖς μηδὲ*] Cod. Marc. B. *τοῖς δὲ μή.* Cod. Vind. A. *τοῖς δὲ μὴ δέ.*
11. *καὶ σωφροσύνης*] Codd. Leid. et Vind. B. C. omittunt hæc.
12. *ᾧ ψυχὴ*] Cod. Vat. *ὡς*, in m. *ᾧ.*
13. *τὰ τοιαῦτα*] Cod. Vind. B. *διὰ τοιαῦτα.*
14. *πρόσθεν*] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. B. *ἔμπροσθεν.*
ib. *ἀληθινῶν*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. *ἀληθινόν.* Vat. *ἀληθῶς εἶδε*, in m. ut Ed.
15. *ἐφαπτομένους*] Cod. Vind. A. *ἐπτοημένους.*
ib. *δεῖ τὰ*] Cod. Vind. B. *δὴ τά.*
16. *καλὸν*] Cod. Mon. A. *τὸ καλόν.*
ib. *ἡδεῖαν — ἰδίαν*] Basil. Codd. vero præter Marc. C. Vind. C.D., omnes cum marg. Ed. et Fic. habent *ἡδεῖαν*: quod restitui, suadentibus etiam Rinckio Astioque ad Plat. Phædr. p. 315.
17. *πτόησιν*] Codd. Marc. B.C. Mon. B. Vind. C.D. *πτοίησιν.* Duo posteriores pergunt *θ' ἡδονῆς.*
ib. *ἔστι δὲ ταῦτα*] Cod. Vind. C. *ἔστι ὁ καὶ ταῦτα.*

effectionem speciei, victoriamque ejus obtemperat. Sed hactenus de pulchris, quæ sunt in sensu, sit dictum: quæ tanquam imagines umbræque in materiam effluentes ipsam exornaverunt: admirationemque sui occurrentes sensibus concitant.

IV. *Oportet animum fieri pulchrum, si intellectualem sis pulchritudinem cogniturus, quæ magis fruentem delectat, quam corporea pulchritudo.*

At vero pulchra quæ his superiora sunt, oculisque minime patent, sed animus ipse absque instrumentis cernit atque pronuntiat, ascensu quodam contemplari debemus, sensum in infimo relinquentes. Quemadmodum vero pulchra quæ sensibus offeruntur verbis exprimere non potuissemus, nisi vidissemus aliquando, et tanquam pulchra percepissemus. quo quidem munere orbati sunt, qui cæci nascuntur: sic neque de officiorum et scientiarum, cæterorumque ejusdem generis pulchritudine possumus eloqui, nisi hæc ipsa possideamus. Similiter neque de fulgore virtutis: nisi quodammodo excogitaverimus, quam pulcher sit justitiæ, et temperantiæ vultus: quave ratione neque hesperus, neque lucifer adeo speciosus. Quinimo eo duntaxat hæc oportet videre: quo animus ipse talia intuetur. Præterea videntes admodum oblectari, et affici vehementer, multoque magis quam corpoream pulchritudinem admirari: utpote qui vera jam attingamus. Tales, inquam, affectus oportet circa pulchrum quodlibet excitari, admirationem videlicet stuporemque suavem, desiderium quoque, atque amo-

53 καὶ περὶ τὰ μὴ ὁρώμενα, πᾶσαι μὲν, ὡς εἰπεῖν, μᾶλλον μέντοι αἱ
τούτων ἐρωτικώτεραι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων πάντες μὲν ὁρῶσι,
κινοῦνται δὲ οὐκ ἴσα, ἀλλ' εἰσὶν οἳ μάλιστα οἳ καὶ λέγονται ἐρᾷν.
F Τῶν δὴ καὶ περὶ τὰ ἐν οὐκ αἰσθήσει ἐρωτικῶν, ἀναπυνθάνεσθαι
δεῖ· τί πάσχετε περὶ τὰ λεγόμενα ἐπιτηδεύματα καλὰ, καὶ τρόπους
καλοὺς, καὶ ἤθη σώφρονα, καὶ ὅλως ἔργα ἀρετῆς καὶ διαθέσεις, καὶ
τὸ τῶν ψυχῶν κάλλος; καὶ ἑαυτοὺς δὲ ἰδόντες τὰ ἔνδον καλοὺς, τί
πάσχετε; καὶ πῶς ἀναβακχεύεσθε, καὶ ἀνακινεῖσθε, καὶ ἑαυτοῖς
G συνεῖναι ποθεῖτε, συλλεξάμενοι αὑτοὺς ἀπὸ τῶν σωμάτων; Πάσχουσι
μὲν γὰρ ταῦτα οἱ ὄντως ἐρωτικοί. Τί δέ ἐστι περὶ ὃ ταῦτα πάσχου-
σιν; οὐ σχῆμα, οὐ χρῶμα, οὐ μέγεθός τι, ἀλλὰ περὶ ψυχὴν, ἀχρώ-
ματον μὲν αὐτὴν, ἀχρώματον δὲ καὶ τὴν σωφροσύνην ἔχουσαν, καὶ
54 τὸ ἄλλο τῶν ἀρετῶν φέγγος, ὅταν ἢ ἐν αὐτοῖς ἴδητε, ἢ καὶ ἐν ἄλλῳ
θεάσησθε μέγεθος ψυχῆς καὶ ἦθος δίκαιον, καὶ σωφροσύνην καθαρὰν,
καὶ ἀνδρίαν βλοσυρὸν ἔχουσαν πρόσωπον, καὶ σεμνότητα καὶ αἰδῶ
ἐπιθέουσαν ἐν ἀτρεμεῖ καὶ ἀκύμονι καὶ ἀπαθεῖ διαθέσει, ἐπὶ πᾶσι δὲ

1. *περὶ τὰ μὴ*] Codd. Ciz. Vind. B. *περὶ μὲν.* Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. *περὶ μή.*

ib. *ὡς εἰπεῖν, μᾶλλον*] Cod. Vind. D. *ὡς εἶπεν μέντοι*, superscripto *μᾶλλον.* Sequens *αἱ* omittit Cod. Vind. B.

2. *ἐρωτικώτεραι*] Ita pro *ἐρωτικαὶ*, Codd., excepto Vind. B., omnes, ut marg. Ed., nisi quod in Vind. D. est *ἐρωτικώτεραν.*

ib. *ὥσπερ καὶ*] Abest *καὶ* a Codd. Vind. C.D.

ib. *ἐρῶσι*] Basil. Verum Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. A.B.C. Med. A.B. Par. A.B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.B. *ὁρῶσι*, ut marg. Ed.

3. *κινοῦνται*] Codd. Darm. Marc. B. Mon. B. Med. A. Par. B. Vat. (in marg.) *κεντοῦνται*, ut marg. Ed., sed Med. B. et Par. A. *κενοῦνται.*

ib. *οἳ—οἳ*] Ed. bis *οἱ.* Sed prius *οἳ* est in Codd. Marc. B. Par. B., posterius in Codd. Marc. A.B.C. Par. A.B. Vat.

ib. *ἐρᾷν*] Cod. Mon. C. *ὁρᾷν.*

4. *δὴ καὶ περὶ*] Abest *καὶ* in Cod. Vat., neque eam vocem legisse videtur Fic. *δέ* pro *δή* item Vat.

5. *πάσχετε περὶ*] Cod. Vind. D. *πάσχεται.* Cod. Ciz. *ἐπὶ* pro *περί.*

6. *καὶ ἤθη*] Cod. Vind. D. *ἤδη*, superscripto *θ.*

8. *ἑαυτοῖς*] Cod. Vind. C. *ἑαυτοὺς.* Idem omittit verba seqq. *συνεῖναι—αὑτούς.* Pro ultimo hoc vocabulo Codd. Marc. A.C. Mon. C. Vat. exhibent *αὐτούς.* Sed Vat. in m. ut Ed.

10. *ταῦτα πάσχουσιν*] Cod. Vind. B. *ταῦτα οὐ πάσχ.*

12. *μὲν αὐτην*] Codd. Darm. Mon. B. Par. A. *αὐτήν.*

13. *ἐν αὐτοῖς*] Cod. Mon. B. *ἐν αὑτοῖς*, quod placet. Est enim pro *ἐν ὑμῖν αὐτοῖς.* Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 159. ed. Amst.

ib. *ἢ καὶ ἐν*] Cod. Darm. *καὶ ἢ ἐν.*

14. *καὶ ἦθος*] Cod. Vind. C. *καὶ ἤ.*

15. *ἀνδρίαν*] Codd. Marc. B. Mon. B. Med. A.B. Par. A.B. *ἀνδρείαν.* Sequens vocabulum, male in Ed. *βλοσσυρὸν* scriptum, recte scribitur in Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A.

16. *ἐν ἀτρεμεῖ*] Cod. Vind. A. *καὶ ἐν ἀτρ.*

ib. *ἐπὶ πᾶσι*] Ita, pro *ἐπεὶ*, Codd. nostri, præter Mon. A. Par. A. Vind. B.C.D., omnes.

rem, concitationemque jocundam: ejusmodi quædam etiam circa ea, quæ non videntur, animæ patiuntur: omnes quidem (ut ita dicam) magis autem quæ sunt ad illorum amorem propensiores: sicut et circa corporis pulchritudinem accidit. Omnes enim æque vident, non tamen incitantur æque, sed maxime omnium amatores.

V. *Pulchritudo in animo naturalis tunc nobis effulget, cum primum deformitatem, id est, affectus ad materiam superaverimus.*

Cæterum circa amatorios affectus, qui super sensum assurgunt, sciscitari licet hunc in modum. Agite, quidnam patimini circa decora studia, et officia, et modos honestos, temperatosque mores, et omnino erga virtutis opera, affectionesque, et habitus, et pulchritudinem animorum? Quid, inquam, patimini, quando vos intus intuemini pulchros? Et quo pacto (ut ita dixerim) debacchamini, atque concitamini? Affectatisque vobiscum congredi, vos ipsos seorsum a corporibus colligentes? Afficiuntur enim sic amatores veri. At vero quidnam est id, erga quod ita prorsus afficiuntur? Non est figura, non color, non magnitudo, sed erga animum ipsum coloris omnis expertem, similiterque temperantiam possidentem a colore semotam, reliquumque virtutum splendorem: quotiens vel in vobismet intuemini, vel in alio contemplamini animi amplitudinem, et justum morem, puramque temperantiam, præterea forti-

τούτοις τὸν θεοειδῆ νοῦν ἐπιλάμποντα. Ταῦτα οὖν ἀγάμενοι καὶ 54
φιλοῦντες, πῶς αὐτὰ λέγομεν καλά; ἔστι μὲν γὰρ, καὶ φαίνεται, B
καὶ οὐ μήποτε ὁ ἰδὼν, ἄλλο τι φήσει, ἢ τὰ ὄντως ὄντα ταῦτα εἶναι. Τί ὄντα ὄντως; ἢ καλά. Ἀλλ᾽ ἔτι ποθεῖ ὁ λόγος, τί ὄντα πεποίηκε τὴν ψυχὴν εἶναι ἐράσμιον· τί τὸ ἐπὶ πάσαις ἀρεταῖς διαπρέπον, οἷον φῶς; Βούλει δὲ καὶ τὰ ἐναντία λαβὼν, τὰ περὶ ψυχὴν αἰσχρὰ γινόμενα ἀντιπαραθεῖναι; τάχα γὰρ ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὃ ζητοῦμεν, τὸ αἰσχρὸν ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶ, καὶ διότι φαμέν. Ἔστω δὴ ψυχὴ C
αἰσχρὰ, ἀκόλαστός τε καὶ ἄδικος, πλείστων μὲν ἐπιθυμιῶν γέμουσα, πλείστης δὲ ταραχῆς, ἐν φόβοις διὰ δειλίαν, ἐν φθόνοις διὰ μικροπρέπειαν, πάντα φρονοῦσα ἃ δὴ καὶ φρονεῖ θνητὰ καὶ ταπεινὰ, σκολιὰ πανταχοῦ, ἡδονῶν οὐ καθαρῶν φίλη, ζῶσα ζωὴν τοῦ ὅ, τι ἂν πάθῃ διὰ σώματος, ὡς ἡδὺ λαβοῦσα αἶσχος. Αὐτὸ τοῦτο τὸ αἶσχος αὐτῇ ἆρα οὐ προσγεγονέναι οἷον ἐπακτὸν καλὸν φήσομεν, ὃ ἐλωβή- D
σατο μὲν αὐτῇ, πεποίηκε δὲ αὐτὴν ἀκάθαρτον, καὶ πολλῷ τῷ κακῷ συμπεφυρμένην, οὐδὲ ζωὴν ἔτι ἔχουσαν, οὐδὲ αἴσθησιν καθαρὰν,

1. Ταῦτα οὖν] Codd. Marc. A. Vind. C.D. ταῦτα μὲν οὖν.

3. φήσει, ἢ] ἢ pro ἡ scripsi ex Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Par. B. Vat. Vind. A.B.D. Pro φήσει est φῇ in Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.C.D. in Marc. B. est φῆσει, in Mon. B. φῆσι, in Vind. B φή.

ib. ὄντως ὄντα ταῦτα] Vocem ὄντως omisit Vat., in m. addita est. Scribitur τοιαῦτα cum marg. Ed. in Codd. Vat. et Vind. C.

4. τί ὄντα—λόγος] Hæc in Cod. Vind. B. bis scripta sunt. In Cod. Vind. C. est τί δὲ ὄντα.

ib. ἢ καλά] Cod. Vind. C. ἡ καλά.

ib. Ἀλλ᾽ ἔτι] Cod. Vat. ἀλλά τι: in m. ut Ed.

6. Βούλει δὴ] Ed. Basil. Sed Cod. Ciz. βούλῃ. Codd. Marc. A. et Vat. δέ. Quod recepimus.

7. ἀντιπαραθεῖναι] Codd. Leid. Vind. B. ἀντιπεριθεῖναι.

ib. συμβάλλοιτο] Cod. Ciz. Marc. A. συμβάλοιτο. Sequitur in Cod. Vat. πρὸς ἅ.

8. ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶ] Scribitur ποτὲ ἐστι in Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. B.C. Vat. Vind. B.

ib. φαμέν] Codd. Leid. Marc. A.B. Mon. C. Par. A. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.B. habent φασίν.

9. ἀκόλαστός τε] τε pro δὲ exhibuerunt Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. B. Med. A.B. Par. B. Vat.

ib. πλείστων] Cod. Marc. C. πλείστην.

10. ἐν φόβοις] Cod. Vat. οὐ, in m. ἐν. In seqq. distinctiones, misere corruptæ in Ed., ut factum est, restituendæ fuerunt. Erant enim duo puncta post φόβοις. dist. minor post φθόνοις, nulla post μικροπρ. &c. Cui quoque correctioni Codd. Marc. A. B.C. Par. A.B. Vat. calculum adjecerunt.

11. ἃ δὴ καὶ] Cod. Vind. C. ἄδει φρ. Vind. D. ἃ δεῖ, superscripto δή, omisso καί: θνητὰ autem idem liber in marg. habet, in contextu μικρά.

12. φίλη] Cod. Vat. φίλα, in m. ut Ed. Pro ζῶσα Cod. Ciz. ζώσει.

13. πάθοι] Ed. Basil. Sed Codd. Marc. A. Mon. A.C. Med. A. Par. A. Vind. B.C.D. πάθῃ, et ita scripsimus. Sed Vind. D. supra lineam habet οι.

ib. ὡς ἡδὺ] Cod. Marc. C. ὡς ἤδη. Pro αἶσχος in Cod. Vind. D. est αἴστοχος (sic).

ib. τοῦτο τὸ] τὸ omisit Cod. Ciz.

14. ἐπακτὸν καλὸν] Cod. Ciz. ἐπ᾽ αὐτόν, omisso καλόν.

15. αὐτῇ] Ita, pro αὐτὴν, Codd., præter Marc. C. Par. A.B. et Vindd., omnes.

tudinem generoso vultu verendam, pudicitiam denique, honestatemque venerabilem habitu quodam intrepido et tranquillo, serenoque incedentem, atque hæc divinam mentem desuper collustrantem. Hæc igitur amantes quanam ratione pulchra esse dicimus? Sunt enim atque apparent: neque qui aspicit unquam aliud esse dicet, quam vere existentia hæc esse. Sed quidnam vere existentiam? Forte pulchra. At enim adhuc desiderat ratio scire, quidnam hæc existentia, ut anima amabilis sit, efficiunt; quid in virtutibus cunctis decorum, quasi lumen? visne contraria sumens, quæ videlicet in anima turpia sunt, contra conferre? Forte enim, si cognoverimus, quid et qua de causa turpe sit, ad id, quod quærimus, conferet. Esto itaque turpis anima, quæ intemperans est atque injusta, cupiditatibus multis abundans, et perturbatione quamplurima, ob timiditatem vexata timoribus, ob animi ipsius angustiam, avaritiamque laborans invidia: nihil unquam nisi mortale abjectumque cogitans, obliqua semper animo versans, impuris voluptatibus mancipata, vitam agens ei propriam, quodcunque id sit, quod ipsa per corpus patitur, turpitudinem per ipsum subiens quasi jocundam. Atqui hanc ipsam turpitudinem nonne animæ sub adventitiæ pulchritudinis prætextu, tanquam adventitium malum dicemus accedere [*accidere* Ed. pr.]? quæ quidem gravi cum detrimento eam reddit impuram, multæque pravitati permistam,

54 ἀλλὰ τῷ μίγματι τοῦ κακοῦ ἀμυδρᾷ τῇ ζωῇ κεχρημένην, καὶ πολλῷ
τῷ θανάτῳ κεκραμένην, οὐκέτι μὲν ὁρῶσαν ἃ δεῖ ψυχὴν ὁρᾷν, οὐκέτι
E δὲ ἐωμένην ἐν αὐτῇ μένειν, τῷ ἕλκεσθαι ἀεὶ πρὸς τὸ ἔξω, καὶ τὸ
κάτω, καὶ τὸ σκοτεινόν; ἀκάθαρτος δὴ οἶμαι οὖσα καὶ φερομένη
πανταχοῦ ὁλκαῖς πρὸς τὰ τῇ αἰσθήσει προσπίπτοντα, πολύ γε τὸ
τοῦ σώματος ἔχουσα ἐγκεκραμένον, τῷ ὑλικῷ πολλῷ συνοῦσα, καὶ
εἰς αὐτὴν εἰσεδεξαμένη, εἶδος ἕτερον ἠλλάξατο, κράσει τῇ πρὸς τὸ
χεῖρον· οἷον εἴ τις δὺς εἰς πηλὸν ἢ βόρβορον, τὸ μὲν ὅπερ εἶχε
F κάλλος, μηκέτι προφαίνοι, τοῦτο δὲ ὁρῷτο ὃ παρὰ τοῦ πηλοῦ ἢ βορ-
βόρου ἀπεμάξατο· ᾧ δὴ τὸ αἰσχρὸν προσθήκῃ τοῦ ἀλλοτρίου προσ-
ῆλθε· καὶ ἔργον αὐτῷ, εἴπερ ἔσται πάλιν καλὸς, ἀπονιψαμένῳ καὶ
καθηραμένῳ, ὅπερ ἦν, εἶναι. Αἰσχρὰν δὴ ψυχὴν λέγοντες μίξει καὶ
κράσει καὶ νεύσει τῇ πρὸς σῶμα καὶ ὕλην, ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν. Καὶ
ἔστι τοῦτο αἶσχος ψυχῇ, μὴ καθαρᾷ, μὴ δὲ εἰλικρινεῖ εἶναι, ὥσπερ
G χρυσῷ, ἀναπεπλῆσθαι δὲ τοῦ γεώδους, ὃ εἴ τις ἀφέλοι, καταλέλειπται
χρυσὸς, καὶ ἔστι καλὸς, μονούμενος μὲν τῶν ἄλλων, αὐτῷ δὲ συνὼν

1. κεκραμένην] Codd. Marc. A.C. κεκραμμένην. Quam pravam scriptionem paulo inferius ex Ed., ubi erat ἐγγεκραμμένον, ejecimus scribentes ex Codd. Leid. Marc. B. Mon. B. Vat. ἐγκεκραμένον. In Codd. Marc. A.C. Vind. C. est ἐγκεκραμμ., in Cod. Ciz. ἐγκεκυρμένον.

3. ἐωμένην] Cod. Marc. C. οἰομένην. Sed supra lin. correctum est ab ead. m.

ib. ἐν αὐτῇ μένειν] Desunt hæc in Cod. Ciz. In Cod. Leid. est ἑαυτῇ, in Codd. Marc. A.C. Mon. C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. C.D. αὐτῇ. Vind. B. omittit ἐν. Pro seq. τῷ, Ciz. habet τό.

ib. καὶ τὸ κάτω, καὶ τὸ σκοτεινόν] Cod. Marc. A. καὶ τὸ σκ. κ. τ. κάτω. Sed literis α et β superscriptis ordo restitutus est.

4. δὴ οἶμαι] Codd. Ciz. Marc. A. Vat. δέ.

5. πολύ γε] Abest γε a Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A. B. Par. A.B. Vat. (in m. add.) Vind. A. B.

6. ἔχουσα] Vind. C. ἔχουσας.

7. εἰς αὐτήν] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. C.D. εἰς αὐτήν.

7. εἶδος ἕτερον] Desunt hæc in Cod. Vind. A.

8. εἰς πηλόν] Ed. εἰ operarum vitio. Scribitur πυλόν in Vind. C.

9. προφαίνοι] Ed. Basil. marg. Cod Vat. et Vind. C. D. προφέρει: reliqui omnes, cum marg. Ed., προφαίνοι (nisi quod Marc. C. habet προφαίνει) atque sic posuimus.

10. ἀπεμάξατο] Ita cum marg. Ed. Codd. nostri, præter Vind. B.C., omnes, etiam Vind. D. in marg. Sed ἀπεδέξατο legit Fic. estque in Ed., in marg. Vat. et Vind. B.C.

11. εἴπερ ἔσται πάλιν καλός] Ita omnes Codd., præter Mon. B. Par. B. et ed. Basil. ubi deficit ἔσται π. κ., Illud recepimus. In Cod. Vind. C. scribitur ἔσθαι. In eodem deest, quod mox sequitur καί.

13. πρὸς σῶμα] Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B. Mon. A.B.C. Med. A.B. Vat. Vind. A.B. πρὸς τὸ σῶμα.

14. ἔστι τοῦτο] Cod. Vat. ἔτι, in m. ἔστι.

15. ἀφέλοι] Codd. Marc. C. Vind. C. D. ἀφέλει.

16. αὐτῷ δὲ] Ita, pro αὐτῷ, scripsi ex Codd. Marc. B.C. Par. B. Vind. A. Cod. Vat. in marg. habet ἴσως αὐτῷ.

neque vitæ ulterius neque sensus puritate præditam, sed permistione mali vita exigua jam utentem, plurima confectam morte, haud amplius, quæ sunt videnda, videntem, neque permissam amplius habitare secum: propterea quod ad externa semper et infima obscuraque rapiatur? Impura profecto sic evadens, passimque ab iis raptata, quæ sensibus incidunt, plena videlicet corporis labe, nempe cum materiæ plurimum se dediderit, materialemque naturam in se contraxerit, nimirum ob ejusmodi commistionem in deterius prolabentem, jam ferme speciem suam in speciem alteram commutavit: perinde ac si quis limo cœnoque provolutus haud ulterius priorem præferat pulchritudinem. Id vero videatur esse, quod a limo in se ipsum cœnoque contraxit. Huic sane turpitudo accessione quadam alienæ naturæ accidisse videtur. Quod si priorem recipere cupiat pulchritudinem, operæ pretium erit infecta diluere: ipsaque purgatione rursum esse quod erat. Quamobrem si animam mistione, confusione, commercio cum corpore atque materia turpem dicemus evadere, recte (ut arbitror) asseremus. Est enim hæc animæ turpitudo scilicet, non esse puram, atque sinceram. Quemadmodum et auro accidit turpitudo, si glebis terreis offundatur: quas si quis excusserit, purum subito restat aurum: idque jam pulchrum, cum

μόνῳ. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ψυχὴ, μονωθεῖσα μὲν ἐπιθυμιῶν, 54
ἃς διὰ τὸ σῶμα ἔχει, ᾧ ἄγαν προσωμίλει, ἀπαλλαγεῖσα δὲ τῶν
ἄλλων παθῶν, καὶ καθαρθεῖσα ἃ ἔχει σωματωθεῖσα, μείνασα μόνη, 55
τὸ αἰσχρὸν τὸ παρὰ τῆς ἑτέρας φύσεως ἅπαν ἀπεθήκατο.

Ἔστι γὰρ δὴ, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ ἀνδρία, καὶ πᾶσα ἀρετὴ, κάθαρσις, καὶ ἡ φρόνησις αὐτή. Διὸ καὶ αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται, τὸν μὴ κεκαθαρμένον, εἰς ᾅδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν, βορβόρῳ διὰ κάκην φίλον· οἷα δὴ καὶ ὗες οὐ καθαραὶ τὸ σῶμα, χαίρουσι τῷ τοιούτῳ· τί γὰρ ἂν B
καὶ εἴη σωφροσύνη ἀληθὴς, ἢ τὸ μὴ προσομιλεῖν ἡδοναῖς τοῦ σώματος, φεύγειν δὲ ὡς οὐ καθαρὰς, οὐδὲ καθαροῦ; Ἡ δὲ ἀνδρία, ἀφοβία θανάτου. ὃ δέ ἐστιν ὁ θάνατος, χωρὶς εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος. Οὐ φοβεῖται δὲ τοῦτο, ὃς ἀγαπᾷ μόνος γενέσθαι. Μεγαλοψυχία δὲ δὴ ὑπεροψία τῶν τῆδε· ἡ δὲ φρόνησις νόησις ἐν ἀποστροφῇ τῶν κάτω, πρὸς δὲ τὰ ἄνω τὴν ψυχὴν ἄγουσα. Γίνεται οὖν ἡ ψυχὴ C
καθαρθεῖσα εἶδος καὶ λόγος, καὶ πάντη ἀσώματος, καὶ νοερὰ, καὶ ὅλη τοῦ θείου, ὅθεν ἡ πηγὴ τοῦ καλοῦ, καὶ τὰ συγγενῆ πάντα τοι-

1. *μόνῳ*] Codd. Mon B. Vind. C. *μόνον*. ib. *καὶ ψυχὴ*] Cod. Med. B. *καὶ ἡ ψυχή*. ib. *μὲν ἐπιθυμιῶν*] Cod. Vat. *μὲν δ' ἐπ*. Sed in marg. est >. In Cod. Ciz. scribitur *ἐπιθυμίας*.

2. *ἃς διὰ*] Cod. Vat. *αἱ διὰ*, in m. *ἅς*. *καὶ καθαροῦσα* Idem. sed in marg. ut ed. Basil.

6. *ἀνδρία*] Ita scribitur apud Platonem in Phædone p. 69. c. p. 27. ed. Bekker. unde hic locus fluxit. Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. Par. A.B. habent *ἀνδρεία*, quæ forma feminini adjectivi relinquenda est; quam diversitatem non ultra adnotabimus.

7. *αἰνίττονται*] In Cod. Mon. A. manus rec. superscripsit *αἰνίττεται*, quod habet etiam Cod. Par. A.

ib. *εἰς ᾅδου*] Codd. nostri, exceptis Vat. et Vind. C., *και εἰς ᾅδου*.

ib. *κείσεσθαι*] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. B. *κείσεται*.

8. *κακίαν*] Ed. Basil. Codd. Ciz. Mon. A. Vat. *κακην*, Codd. Marc. A.B.C. Mon. C.B. Med. A.B. Par. A.B. *κάκην*, quo vocabulo Platonico usus esse videtur noster; idque ei reddidimus.

10. *ἢ τὸ μή*] *ἢ* pro *εἰ* scripsimus ex Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Vind. A. Iidem fere exhibuerunt *προσομιλεῖν* pro pravo *προσωμιλεῖν*, quod est in Ed.

11. *φεύγειν*] Codd. Marc. A. Mon. A. C. Vat. (in m. corr.) Vind. A. (corr. a m. rec.) B. *φεύγει*.

17. *πάντα τοιαῦτα*] Cod. Marc. C. *ταῦτα τοιαῦτα* Cod. Vind. D. eodem modo, sed in m. *πάντα*. Cod. Vind. C. *πάντα ταῦτα τοιαῦτα*.

ab alienis fuerit segregatum, sua videlicet ad pulchritudinem puritate contentum. Eadem ratione animus ab his cupiditatibus segregatus, quas nimio corporis commercio in se concepit, a cæterisque perturbationibus liberatus: deletis jam maculis, quas corporea familiaritas prius innusserat, atque ita solus sibi relictus procul dubio turpitudinem omnem ab aliena natura prorsus imbibitam expurgavit.

VI. *Anima quando virtutem, pulchritudinemque habeat, Deoque persimilis sit?* [In Ed. pr. hoc hujus capitis argumentum esse dicitur: *Anima tunc solum virtutem pulchritudinemque habere videtur, cum restituta est in propriam puritatem. Tunc enim maxime fulget intellectuali lumine, quod est ei maxime proprium. Tunc et maxime species est, et ipsa jam pulchritudo, Deoque persimilis.*]

Profecto, quemadmodum oraculum tradit antiquum, temperantia, fortitudoque, et ipsa prudentia, et omnino virtus omnis est purificatio quædam. Quapropter sacra mysteria recte, quamvis per obscura, vaticinantur, animum non purgatum apud inferos in cœno jacere. Impurum namque ob pravitatem cœno est amicum: quemadmodum sues corpore sordidi sordibus delectantur. Quidnam aliud vera temperantia est, quam corporeis voluptatibus non indulgere, sed eas tanquam quæ neque puræ, neque puri sunt, procul effugere? Fortitudo vero non metuere mortem. Mors namque est quædam animæ a corpore separatio. Id vero non metuit, qui solus esse desiderat. Præterea magnanimitas rerum mortalium est contemptus. Prudentia denique intelligentia est, inferiora declinans, animumque erigens ad superna. Anima igitur jam purgata

54 αὖτα. Ψυχὴ οὖν ἀναχθεῖσα πρὸς νοῦν, ἐπὶ τὸ μᾶλλόν ἐστι καλόν. Νοῦς δὲ καὶ τὰ παρὰ νοῦ, τὸ κάλλος αὐτῇ οἰκεῖον καὶ οὐκ ἀλλότριον·
D ὅτι τότε ἐστὶν ὄντως μόνον ψυχή. Διὸ καὶ λέγεται ὀρθῶς, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν τὴν ψυχὴν γίνεσθαι, ὁμοιωθῆναι εἶναι θεῷ, ὅτι ἐκεῖθεν τὸ καλὸν, καὶ ἡ μοῖρα ἡ ἑτέρα τῶν ὄντων· μᾶλλον δὲ τὰ ὄντα ἡ καλλονή ἐστιν, ἡ δὲ ἑτέρα φύσις, τὸ αἰσχρόν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρῶτον κακὸν, ὥστε κἀκεῖνο ταὐτὸν ἀγαθόν τε καὶ καλόν· ἢ ἀγαθόν τε καὶ καλλονή.
E Ὁμοίως δὴ ζητητέον καλόν τε καὶ ἀγαθὸν, καὶ αἰσχρόν τε καὶ κακὸν, καὶ τὸ πρῶτον θετέον τὴν καλλονὴν, ὅπερ καὶ τἀγαθὸν, ἀφ' οὗ νοῦς εὐθὺς τὸ καλόν. Ψυχὴ δὲ νῷ καλὸν, τὰ δὲ ἄλλα ἤδη, παρὰ ψυχῆς μορφούσης καλὰ, τά τε ἐν ταῖς πράξεσι, τά τε ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι. Καὶ δὴ καὶ τὰ σώματα, ὅσα οὕτω λέγεται, ψυχὴ ἤδη ποιεῖ· ἅτε γὰρ θεῖον οὖσα, καὶ οἷον μοῖρα τοῦ καλοῦ, ὧν ἂν ἐφάψηται
F καὶ κρατῇ, καλὰ ταῦτα, ὡς δυνατὸν αὐτοῖς μεταλαβεῖν, ποιεῖ.

Ἀναβατέον οὖν πάλιν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν, οὗ ὀρέγεται πᾶσα ψυχή.

1. ἀναχθεῖσα] Cod. Vind. A. ἀναμιχθεῖσα.
2. καὶ τὰ παρὰ] Cod. Marc. A. τό. In Cod. Vat. post παρὰ additur τοῦ.
3. ὄντως μόνη ψυχή] Ed. Basil. Sed Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. C.B. Med. A.B. Par. B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.B.C. μόνον. In Codd. Darm. Par. A. abest μόνη. Recepimus μόνον, quod et sententia postulat, et confirmat auctoritas librorum.
4. καὶ καλὸν] Cod. Mon. A. καὶ καλήν.
ib. ὁμοιωθῆναι εἶναι] Addidimus εἶναι ex Codd. nostris omnibus. exceptis Ciz. Par. A., marg. Vat. ubi obelo notatum est, Vind. B.C.D.
5. καὶ ἡ μοῖρα] Abest καὶ a Cod. Leid. In Cod. Vind. C. est μεῖρα. Ejusmodi errores, qui manifesto ex hodiernorum Græcorum pronunciatione orti sunt, neque sensum variant, non ultra notabimus.
ib. καλλονή ἐστιν] Cod. Vind. C. καλόν ἐστιν.
6. δὲ ἑτέρα] Codd. Marc. A.B.C. Mon. B. Vat. δ' ἑτέρα.
ib. πρῶτον κακὸν] Cod. Ciz. καλόν. De hac confusione vid. Rhoer. ad Porphyr. de Abstin. p. 291. et annot. nostr. ad Olympiodor. p. 115.
7. κἀκεῖνο] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. κακείνῳ. Sed Vat. in m. ut Ed.
ib. ἢ ἀγαθόν τε καὶ] Codd. præter Ciz. Leid. Darm. Mon. B. Vind. C., habent ἢ τἀγαθόν. Sed in m. Vat. obelus est; in Cod. Vind. D. abest τε.
8. Ὁμοίως δὴ] δὴ, pro αὖ, præter Cod. Vind. B., qui facit cum Ed. et Ciz. Darm. Marc. B.C. Mon. B. Med. A.B. Par. A. B. Vind. C. D., in quibus est οὖν, habent reliqui omnes.
ib. καὶ ἀγαθὸν] Cod. Vat. καὶ τἀγαθόν. Vind. A. omittit καί.
10. ἄλλα ἤδη] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. B. εἴδη.
11. τά τε ἐν ταῖς πράξεσι] Hæc Cod. Vat. nonnisi in marg. habet. In Vind. C. est τάδε.
13. ἐφάψηται] Ita, pro ὑφάψηται, Codd. nostri omnes, nisi quod in Vind. C. est ὑφώψηται, et Vind. B. cum Ed. facit.

species ratioque evadit, ac penitus incorporea, intellectualisque, ac tota divina [*divini* Florent.]: unde fons effluit pulchritudinis, cognataque omnia talia. Quamobrem anima redacta in intellectum pulchritudine mirifice proficit. Intellectus autem, et quicquid ab intellectu manat, non alienum, sed proprium fit animæ decus, quippe cum tunc solum vere sit anima. Recte itaque dicitur, bonum pulchrumque animæ in eo consistere, ut Deo sit similis: quoniam hinc decor animæ provenit, sorsque existentium altera. Quinimo id, quod et ens et entia dicitur, ipsa est pulchritudo. Diversa vero natura est turpitudo, primumque malum ideoque illud idem bonum atque pulchrum: forte vero et idem ipsum bonum, ipsaque pulchritudo. Quamobrem simili quadam via quærendum est pulchrum atque bonum: simili quoque turpe atque malum. Primoque gradu ipsa pulchritudo collocanda est, eadem videlicet atque ipsum bonum: a quo manat proxime intellectus tanquam pulchrum. Anima vero intellectu pulchrum, sed alia ab anima formante jam pulchra; sive in actionibus sive in studiis officiisque versentur. Jam vero corpora quæcunque pulchra dicuntur, talia efficiuntur ab anima, quæ quidem tanquam divinum aliquid et ipsius portio pulchri quæcunque attigerit, superaveritque, reddit pro naturæ capacitate formosa.

VII. *Animus affectibus ad materiam quasi nubibus procul expulsis ad intellectualis pulchritudinis lucem extemplo convertitur: atque ea ibi voluptate perfunditur, quam exprimere nequeat.* [*Tum vero in hac luce reperit ipsum bonum, eoque illic impletur gaudio, quod etiam nequeas intelligere.* Ed. pr.]

Ascendendum itaque rursus ad ipsum bonum, quod anima omnis appetit. Siquis autem vidit

Εἴ τις οὖν εἶδεν αὐτὸ, οἶδεν ὃ λέγω, ὅπως καλόν· ἐφετὸν μὲν γὰρ ὡς 55
ἀγαθὸν, καὶ ἡ ἔφεσις πρὸς τοῦτο. Τεῦξις δὲ αὐτοῦ ἀναβαίνουσι πρὸς
τὸ ἄνω, καὶ ἐπιστραφεῖσι καὶ ἀποδυομένοις, ἃ καταβαίνοντες ἠμφι-
έσμεθα· οἷον ἐπὶ τὰ ἅγια τῶν ἱερῶν τοῖς ἀνιοῦσι, καθάρσεις τε καὶ G
ἱματίων ἀποθέσεις τῶν πρὶν, καὶ τὸ γυμνοῖς ἀνιέναι· ἕως ἄν τις παρ-
ελθὼν ἐν τῇ ἀναβάσει, πᾶν ὅσον ἀλλότριον τοῦ θεοῦ, αὐτῷ μόνῳ
αὐτὸ μόνον ἴδῃ, εἰλικρινὲς, ἁπλοῦν, καθαρὸν ἀφ᾽ οὗ πάντα ἐξήρτηται,
καὶ πρὸς αὐτὸ βλέπει, καὶ ἔστι, καὶ ζῇ, καὶ νοεῖ· ζωῆς γὰρ αἴτιον
καὶ νοῦ καὶ τοῦ εἶναι. Τοῦτο οὖν εἴ τις ἴδοι, ποίους ἂν ἴσχοι ἔρωτας, 56
ποίους δὲ πόθους, βουλόμενος αὐτῷ συγκραθῆναι, πῶς δ᾽ ἂν ἐκπλα-
γείη μεθ᾽ ἡδονῆς. Ἔστι γὰρ τῷ μὲν μήπω ἰδόντι ὀρέγεσθαι, ὡς ἀγα-
θοῦ· τῷ δὲ ἰδόντι, ὑπάρχει ἐπὶ καλῷ ἄγασθαί τε καὶ θάμβους πίμ-
πλασθαι μεθ᾽ ἡδονῆς, καὶ ἐκπλήττεσθαι ἀβλαβῶς, καὶ ἐρᾷν ἀληθῆ
ἔρωτα καὶ δριμεῖς πόθους, καὶ τῶν ἄλλων ἐρώτων καταγελᾷν, καὶ B
τῶν πρόσθεν νομιζομένων καλῶν καταφρονεῖν. Ὁποῖον πάσχουσιν
ὅσοι, θεῶν εἴδεσιν ἢ δαιμόνων προστυχόντες, οὐκέτ᾽ ἂν ἀποδέχοιντο

1. οἶδεν αὐτὸ, οἶδεν] Ed. Basil. Sed primo loco habent εἶδεν Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. A.B.C. Med. A.B. Par. A. Vind. A.B. In Cod. Vind. D. est εἶδει (sic), in m. οἶδεν. In Cod. Ciz. altero etiam loco est εἶδεν. In Cod. Vat. scribitur οἶδεν αὐτὸ ἴδεν.

2. Τεῦξις] Ita pro τεύξεις Codd., præter marg. Codd. Marc. C. Mon. A. Vind. B.C.D., omnes, nisi quod proba lectio in Marc. B. et Vat. in marg. correcta est in lectionem Ed.

ib. ἀναβαίνουσι] Cod. Ciz. ἀναβαίνουτα.

3. τὸ ἄνω] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. B. τὰ ἄνω.

ib. ἐπιστραφεῖσι] Cod. Vind. C. ἐπιστραφεῖσα. Pro seq. καὶ in Cod. Mon. B. est σκεύη, superscripto κ.

4. ἐπὶ τὰ ἅγια] τὰ addidimus ex Codd., præter Vind. B.C.D., omnibus.

5. ἀποθέσεις] Cod. Vat. ἀποθήσεις, in m. ut Ed.

ib. παρελθὼν] Ita, præter Vind. C.D., pro ἀπελθὼν, Codd. nostri omnes, nisi quod in Leid. et Vind. B. est ἀνελθών.

6. ἀλλότριον] Abest a Cod. Leid. et Vind. B.

ib. αὐτῷ μόνῳ] Scripsimus αὐτῷ pro αὐτῷ ex Cod. Marc. C. In Cod. Vat. est αὐτὸ μόνῳ αὐτὸ ἴδῃ.

7. ἴδῃ] Ita, pro ἴδοι, præter Darm. Par. B. Vat. Vind. B.C.D., omnes.

ib. ἐξήρτηται] Cod. Vat. ἐξήρτυται.

8. και ζῇ, και] Cod. Ciz. ζωῇ. In Cod. Vind. C. abest alterum καί.

ib. αἴτιον] Ita cum Ed. nonnisi Ciz., marg. Marc. B. et Vat., cum Mon. C. Vind. C.D. Par. A. Marc. C. Reliqui αἴτιος.

10. ποίους δὲ] Cod. Vind. C. ποῖον δέ.

ib. συγκραθῆναι] Ita scribendum fuit, pro vitioso συγκραθεῖναι, ex Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. et marg. Vind. D. In Codd. Darm. Mon. B. Med. A.B. Par. B. Vind. D. est συγκερασθῆναι, ut in marg. Ed.; in Cod. Par. A. συγκρασθῆναι.

11. Ἔστι γὰρ τῷ] Cod. Leid. post γὰρ inserit καί.

ib. ὀρέγεσθαι—ἰδόντι] Cod. Vind. C. hæc omittit.

12. ἄγασθαι—ἐκπλήττεσθαι] Cod. Vat. ἄγεσθαί τε καὶ ἐκπλήττεσθαι. In marg. ἄγασθαι et add. quæ omissa sunt in contextis.

14. δριμεῖς] Pravam scriptionem δρυμεῖς cum Ed. habent Codd. complures; probam Codd. Marc. A.B.C. Med. A.B. Vat.

ipsum, novit quod dico, quo pacto sit pulchrum. Appetibile quidem est tanquam bonum, ad idque appetitio tendit. Sequuntur autem ipsum, qui ad superiora conscendunt, convertunturque ad ipsum quatenus exuunt, quæ induerant descendendo. Quemadmodum, qui in sancta sacrorum penetrant, purgantur prius, exuuntque vestes, nudique procedunt, quousque progrediens aliquis dimissis omnibus alienis a Deo, se ipso tantum divinum ipsum inspiciat solum sincerum et simplex atque purum, a quo cuncta dependent: ad quod respiciunt, et sunt, et vivunt, atque intelligunt. Causa enim est vitæ et mentis atque essendi. Id igitur quisquis vidit, quanto, proh Jupiter, ardet amore, quanto desiderio flagrat, in unum congredi vehementer affectans: quam mirabiliter voluptatem cum stupore commiscet! Sic profecto natura comparatum est, ut qui nondum videt, ipsum appetat tanquam bonum: qui vero jam videt, oblectetur velut pulchro, admirationeque cum voluptate pariter impleatur: salutari quodam stupore pulsetur: vero summoque afficiatur amore: acres affectus, aliosque amores irrideat: quæ prius habebantur pulchra contemnat. Quod quidem ferme his quoque contingit, qui, cum obvias ha-

56 ὁμοίως ἄλλων κάλλη σωμάτων. Τί δῆτα οἰόμεθα, εἴ τις αὐτὸ τὸ κα-
λὸν θεῷτο αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ καθαρὸν, μὴ σαρκῶν, μὴ σώματος ἀνά-
πλεων, μὴ ἐν γῇ, μὴ ἐν οὐρανῷ, ἵν' ᾖ καθαρὸν; καὶ γὰρ ἐπακτὰ
C πάντα ταῦτα, καὶ μέμικται, καὶ οὐ πρῶτα, παρ' ἐκείνου δέ. Εἰ
οὖν ἐκεῖνο, ὃ χορηγεῖ μὲν ἅπασιν, ἐφ' ἑαυτοῦ δὲ μένον δίδωσι, καὶ
οὐ δέχεταί τι εἰς αὐτὸ, ἴδοι, μένων ἐν τῇ θέᾳ τοῦ τοιούτου, καὶ ἀπο-
λαύων αὐτοῦ, ὁμοιούμενος, τίνος ἂν ἔτι δέοιτο καλοῦ; τοῦτο γὰρ
αὐτὸ μάλιστα κάλλος ὂν αὐτὸ καὶ τὸ πρῶτον, ἐργάζεται τοὺς ἐραστὰς
αὐτοῦ καλοὺς, καὶ ἐραστοὺς ποιεῖ· οὗ δὴ καὶ ἀγὼν μέγιστος, καὶ
D ἔσχατος ψυχαῖς πρόκειται, ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ πᾶς πόνος, μὴ ἀμοίρους
γενέσθαι τῆς ἀρίστης θέας, ἧς ὁ μὲν τυχὼν, μακάριος, ὄψιν μακα-
ρίαν τεθεαμένος· ἀτυχὴς δὲ οὗτος ὁ μὴ τυχών. Οὐ γὰρ ὁ χρωμάτων
ἢ σωμάτων καλῶν μὴ τυχὼν, οὐδὲ δυνάμεως, οὐδὲ ἀρχῶν, οὐδ' ὁ βα-
σιλείας μὴ τυχὼν, ἀτυχὴς, ἀλλ' ὁ τούτου καὶ μόνου, ὑπὲρ οὗ τῆς
τεύξεως καὶ βασιλείας καὶ ἀρχὰς γῆς ἁπάσης, καὶ θαλάττης, καὶ
E οὐρανοῦ προέσθαι χρεὼν, εἰ καταλιπών τις ταῦτα καὶ ὑπεριδὼν, εἰς
ἐκεῖνο στραφεὶς ἴδοι.

1. *ὁμοίως ἄλλων*] Cod. Vind. A. *ἄλλων ὁμοίως*.
ib. *αὐτὸ τὸ καλὸν*] Cod. Vat. omittit *τό*. In Cod. Vind. C. desunt verba *αὐτὸ—ἑαυτοῦ*.
2. *ἑαυτοῦ*] Cod. Marc. C. *ἑαυτό*.
3. *ἵν' ᾖ*] Cod. Vat. *ἵν' ἦ*.
4. *Εἰ οὖν*] Cod. Vind. C. *οὐδὲν εἰ οὖν*.
5. *ἐφ' ἑαυτοῦ*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. B.D. *ἀφ'*. Cod. Marc. C. *ἑαυτῷ*. Vind. D. *ἑαυτό*.
ib. *μένον*] Cod. Vind. D. *μένων*.
ib. *καὶ οὐ*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. *οὐ*) Vind. A.B. *καὶ οὐδέν*. In Cod. Vind. D. est quidem *καὶ οὐ*, sed in m. *οὐσία*.
8. *τὸ πρῶτον*] Cod. Vind. C. *τὸ πρώτερον* (sic).
10. *ψυχαῖς*] Abest a Cod. Vat.
ib. *καὶ ὁ πᾶς*] Abest *ὁ* a Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Vat. Vind. A.B.
12. *τεθεαμένος*] Cod. Ciz. *τε θεαμένος*.
13. *οὐδ' ὁ*] Cod. Leid. *οὐδὴ*. Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A.B. *οὐδὲ* omisso *ὁ*, Codd. Marc. B.C. Vind. D. *οὐδὲ ὁ*. Verba *ὁ βασ.—τεύξεως καὶ* omissa sunt in Cod. Ciz.
15. *ἀρχὰς γῆς*] Cod. Ciz. *ἀρχῆς* absque *γῆς*.
ib. *καὶ οὐρανοῦ*] Post *οὐρανοῦ* inserit Ed. *οὐ*, quod ortum est ex ipsius vocis *οὐρανοῦ* scribendi compendio, quod, in Codicis cujusdam margine suis literis explicandi compendii causa adscriptum, a librario inepto cum ipso compendio receptum fuit. Ex eodem non intellecti compendii errore fluxit, quod est in Cod. Vind. C. *καὶ οὖνοὐ*. Vid. Villoisoni Tab. III. Compendiorum ad Apollonii Lex. Iliad. et Odyss. Paris. 1773. 4. *εἰ καταλιπών τις* absunt a Cod. Leid. Mox *ἔνδον* abest in Cod. Ciz.

buerint deorum, vel dæmonum formas, cæterorum deinde corporum formas nihili pendunt. Quidnam igitur acturum putamus eum, qui pulchrum ipsum fuerit contemplatus? Ipsum, inquam, in se ipso purum: neque carnibus, neque alio corpore prægravatum, neque terra, neque cœlo comprehensum, ut videlicet existat purum? Etenim adventitia sunt hæc omnia atque mista, ideoque nec prima, sed ab ipso procedunt. Si quis ergo illud, quod præbet quidem omnibus munera, manetque interim in se ipso dum tradit, nec quicquam ab alio recipit, quandoque intueatur, in ejus intuitu permanens; adeoque fruatur, ut similis ipsi fiat, quonam pulchro ulterius indigebit? Id namque cum præcipua primaque ipsa sit pulchritudo, amatores suos pulchros efficit et amabiles. Ubi profecto maximum extremumque animabus propositum est certamen, cujus gratia prorsus elaborandum, ne forte relinquamur optimæ contemplationis expertes, quam quisquis assequitur, evadit felici visione beatus: contra vero, qui non consequitur, est infelix. Non enim miser est, qui colores pulchros et formosa corpora non consequitur: neque qui a potentia et principatu regnoque excidit: sed qui hujus solius caret possessione, pro qua certe sola regna imperiaque terræ totius, et maris, atque cœli oportet abjicere: si relictis his omnibus atque spretis, ad ipsum quis conversus intueatur.

Τίς οὖν ὁ τρόπος; τίς μηχανή; πῶς τις θεάσηται κάλλος ἀμή- 56
χανον, οἷον ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον, οὐδὲ προϊὸν εἰς τὸ ἔξω, ἵνα
τις καὶ βέβηλος ἴδῃ· Ἴτω δὴ καὶ συνεπέσθω εἰς τὸ εἴσω ὁ δυνάμε-
νος, ἔξω καταλιπὼν ὄψιν ὀμμάτων, μηδ' ἐπιστρέφων αὑτὸν εἰς τὰς
προτέρας ἀγλαΐας σωμάτων. Ἰδόντα γὰρ δεῖ τὰ ἐν σώμασι καλὰ μή F
τι προστρέχειν, ἀλλὰ γνόντας, ὡς εἰσὶν εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαὶ,
φεύγειν πρὸς ἐκεῖνο, οὗ ταῦτα εἰκόνες. Εἰ γάρ τις ἐπιδράμοι, λαβεῖν
βουλόμενος ὡς ἀληθινὸν, οἷα εἰδώλου καλοῦ ἐφ' ὕδατος ὀχουμένου, οὗ
λαβεῖν βουληθεὶς, ὥς που τὶς μῦθος δοκῶ μοι αἰνίττεται, δὺς εἰς τὸ
κάτω τοῦ ῥεύματος, ἀφανὴς ἐγένετο· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὁ ἐχόμενος G
τῶν καλῶν σωμάτων, καὶ μὴ ἀφιεὶς, οὐ τῷ σώματι, τῇ δὲ ψυχῇ κα-
ταδύσεται εἰς σκοτεινὰ καὶ ἀτερπῆ τῷ νῷ βάθη, ἔνθα τυφλὸς ἐν
ᾅδου μένων, καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ σκιαῖς συνέσται. Φεύγωμεν δὴ φίλην
ἐς πατρίδα, ἀληθέστερον ἄν τις παρακελεύοιτο. Τίς οὖν ἡ φυγή; καὶ 57
πῶς ἀναξόμεθα, οἷον ἀπὸ μάγου Κίρκης φησὶν ἢ Καλυψοῦς Ὀδυσ-
σεὺς αἰνιττόμενος, δοκεῖ μοι, μεῖναι οὐκ ἀρεσθεὶς, καίτοι ἔχων ἡδονὰς

2. *μένον, οὐδὲ*] Cod. Vat. *μόνον οἱ δὲ*, in m. ut Ed.; idem *προιὼν*, in m. *όν*.
4. *μηδ'—σωμάτων*] Desunt hæc in Cod. Ciz. In Vind. A. est *μὴ* pro *μηδ'*.
5. *γὰρ δεῖ τὰ*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind B. *δὴ* pro *δεῖ*.
ib. *μή τι*] Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A. B. C. Mon. C. B. Med. A. B. Par. A. Vind. B. C. *μήτοι*. De hac forma vid. Hoogeveen. de Particul. p. 528. Sch. *προστρέχειν* Vat. Videtur autem hic locus legendus: Ἰδόντα γὰρ δὴ τὰ ἐν σώμασι καλὰ μή τι δεῖ προστρέχειν κ. τ. λ. Ita nimirum hunc locum restitui jubet vir elegantissimus Jacobs. ad Achill. Tat. p. 465. sq.
6. *σκιαὶ*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. B. *σκιά*.
7. *οὗ ταῦτα*] Cod. Vat. *οὐ*, in m. *οὗ*. Cod. Vind. C. *εἰκόνα* pro *εἰκόνες*.
ib. *ἐπιδράμοι*] Cod. Vind. C. *ἐπιδράμει*; idem statim *βουλόμενοι*.
8. *οἷα εἰδώλου*] Cod. Ciz. *οἷς*. In Ed. operarum vitio est *εἰδόλου*.
9. *ὥς που*] Codd. Marc. C. Vind. C. D. *ὥσπερ*.
10. *ἀφανὴς*] Cod. Vind. A. *ἀφανεῖς*.
12. *εἰς σκοτεινὰ*] Cod. Marc. A. *εἰς τὰ σκ.* Cod. Vat. *σκοτεινὰς*, in m. *ά*.
ib. *ἀτερπῆ*] Cod. Ciz. *ἀπρεπῆ*.
13. *συνέσται*] Cod. Vat. *ἐνέσται*, in m. ut Ed.
ib. *Φεύγωμεν*] Codd. Mon. A. Vind. C. *φεύγομεν*. Posterior pergit *δὲ φιλεῖν*. Codd. Darm. et Marc. B. *εὐπατρίδα*.
14. *παρακελεύοιτο*] Ita, pro *παρακαλεύοιτο*, quod vel invitis libris corrigendum fuit, Codd. Ciz. Marc. A. B. C. Mon. A. Med. A. B. Par. B. Vat.
15. *ἀναξόμεθα*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. Vind. B. *ἀνεξόμεθα*.
ib. *μάγου*] Cod. Marc. C. *μάγους*.
16. *ἡδονὰς*] Cod. Vind. C. *ἡδοναί*.

VIII. *Pulchritudinem quomodo anima videat. [Animi pater quidem est intellectus ipse divinus, patria vero intellectus illius pulchritudo, miraque series idearum, ad quam redit, cum primum videt. Videt autem eam subito, cum inferiora non videt amplius vel externo vel interno sensu.* Ed. pr.]

Quis itaque modus? quæ machina? quæ ratio? qua quis inexistimabilem pulchritudinem contempletur: pulchritudinem, inquam, in sacris adytis constitutam, neque prodeuntem foras, ne quis profanus inspiciat. Ingrediatur ergo, atque progrediatur, quicunque potest, in intima, extra relinquens intuitum oculorum, neque solita spectacula sensuum ulterius a tergo respiciens. Oportet enim hanc intuentem nihil penitus corporeæ pulchritudinis ultra spectare, sed cognoscentem corporea hæc esse imagines, vestigiaque, et umbras, ad illud omnino confugere, cujus hæc simulacra sunt. Si quis enim ad hæc proruat, quasi vera capessens, quæ tamen velut formosæ imagines apparent in aqua, idem procul dubio patietur, quod (ut fabula tradit) ille perpessus est, qui umbram captare contendens in aquam sese mersit, atque disperiit. Simili namque pacto, qui formas corporum amplexatur, neque inde discedit, non tam corpore quam animo in profundum tenebrosum, mentique horrendum, præcipitatur: ubi et apud inferos cæcus et hic manens, utrobique versabitur inter umbras. Hic igitur verius admodum aliquis proclamabit, abeamus hinc amici, in patriam dulcem confugientes. Quænam igitur fugiendi ratio? et qua via veneficia Circes Calypsusque devitabimus? Quod quidem licet perobscura Ulixis significat fabula: quæ illum fingit manere nolentem: quamvis spectacula illi oculis jocunda occurrerent, et cætera,

57 δι' ὀμμάτων, καὶ κάλλει πολλῷ αἰσθητῷ συνών. Πατρὶς δὲ ἡμῖν ὅθεν
παρήλθομεν, καὶ πατὴρ ἐκεῖ. Τίς οὖν ὁ στόλος καὶ ἡ φυγή; οὐ ποσὶ
δεῖ διανύσαι, πανταχοῦ γὰρ φέρουσι πόδες ἐπὶ γῆν ἄλλην ἀπ' ἄλλης·
B οὐδέ σε δεῖ ἵππων ὄχημα ἤ τι θαλάττιον παρασκευάσαι, ἀλλὰ ταῦτα
πάντα ἀφεῖναι δεῖ, καὶ μὴ βλέπειν, ἀλλ', οἷον μύσαντα, ὄψιν ἄλλην
ἀλλάξασθαι, καὶ ἀνεγεῖραι, ἣν ἔχει μὲν πᾶς, χρῶνται δὲ ὀλίγοι.

Τί οὖν ἐκείνη, ἡ ἔνδον βλέπει; ἄρτι μὲν ἐγειρομένη, οὐ πάνυ τὰ
λαμπρὰ δύναται βλέπειν. Ἐθιστέον οὖν τὴν ψυχὴν αὐτὴν, πρῶτον
C μὲν τὰ καλὰ βλέπειν ἐπιτηδεύματα· εἶτα ἔργα καλὰ, οὐχ ὅσα αἱ
τέχναι ἐργάζονται, ἀλλ' ὅσα οἱ ἄνδρες οἱ λεγόμενοι ἀγαθοί· εἶτα
ψυχὴν ἴδε τῶν τὰ ἔργα τὰ καλὰ ἐργαζομένων. Πῶς ἂν οὖν ἴδοις
ψυχὴν ἀγαθὴν οἷον τὸ κάλλος ἔχει; Ἄναγε ἐπὶ σαυτὸν καὶ ἴδε. κἂν
μήπω σαυτὸν ἴδῃς καλὸν, οἷα ποιητὴς ἀγάλματος, ὃ δεῖ καλὸν γενέ-
σθαι, τὸ μὲν ἀφαιρεῖ, τὸ δὲ ἀπέξεσε, τὸ δὲ λεῖον, τὸ δὲ καθαρὸν
D ἐποίησεν, ἕως ἔδειξε καλὸν ἐπὶ τῷ ἀγάλματι πρόσωπον· Οὕτω καὶ
σὺ ἀφαίρει ὅσα περιττὰ, καὶ ἀπεύθυνε ὅσα σκολιὰ, ὅσα σκοτεινὰ

1. δὲ ἡμῖν] Codd. Darm. Med. A.B. δὴ ἡμῖν.

2. παρήλθομεν] Cod. Vat. in m. ἴσως περ ἤλθομεν.

3. διανύσαι] Ita Codd. Marc. A.B.C., reliqui cum Ed. διανῦσαι.

ib. ἀπ' ἄλλης] Cod. Vind. A. ἐπ' ἄλλης.

5. μύσαντα] Cod. Vind. C. σύναντα.

6. ἀνεγεῖραι] Ita, pro ἀναγεῖραι, recte Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A.B. Vat. Vind. A. Mox Marc. C. χρῶται.

7. ἡ ἔνδον] Codd. Leid. Marc. A. (hic præcedente dist. maj.) Vind. B. ἢ ἔνδον.

ib. οὐ πάνυ] Cod. Ciz. οὐ πάντα.

8. πρῶτον μὲν] πρῶτα μὲν est in Cod. Mon. A.

9. οὐχ ὅσα αἱ τέχναι] Cod. Vind. A. καὶ pro οὐχ. Articulum addidimus, quem exhibent, præter Cod. Marc. C. Vind. B. C.D., omnes nostri.

11. ἂν οὖν] Hanc recepimus lectionem, pro οὖν ἂν, ex marg. Ed. et Codd. nostris, exceptis Vind. B.C.D., omnibus. Ἴδοις, pro ἴδῃς, exhibuerunt Codd. Marc. C. Mon. A.C. Vind. A.

12. τὸ κάλλος] Articulus deest in Cod. Ciz.

ib. κἂν μήπω] Cod. Ciz. καὶ μήτοι. Cod. Vat. καὶ, in m. κἄν.

13. σαυτὸν ἴδῃς] Cod. Vind. A. ἴδῃ.

ib. ὃ δεῖ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A. Vat. δή.

14. ἀπέξεσε] Cod. Ciz. ἀπέξευσε.

16. ἀφαίρει] Codd. Darm. Mon. B. Med. A. (ex corr. ejusd. m.) ἀφαίρε.

ib. ἀπεύθυνε] Cod. Vind. A. ἀπεύθυνεν.

quæ sensus oblectant, promitterentur. Patria vero nostra ibi est, unde venimus, ibidem quoque pater. Quænam igitur classis et quæ fuga? Haud sane pedibus est fugiendum. Pedes enim ab alia passim in aliam ferunt terram. Neque rursus equos ad vehendum, neque naves ad navigandum hujus gratia parare debemus: imo vero hæc cuncta dimittere, neque prospicere quidem, sed visu corporis clauso alterum pro hoc visum assumere atque suscitare, quem habent quidem omnes, utuntur vero perpauci.

IX. *Quomodo anima tandem ad veram pulchritudinem perveniat, et qualis illa pulchritudo.* [*Oculus animæ intimus est ratio contemplatrix. Intellectus autem animæ proprius est hujus oculi lumen. Ipsum denique bonum est lux paterque luminum. Anima igitur cum oculum ab exterioribus prorsus avertit, subito ad intima convertit lumina atque lucem, evaditque non solum luminosa, sed lumen.* Ed. pr.]

Quidnam igitur intimus ille oculus inspicit? Profecto subito experrectus haud valde lucida potest aspicere. Assuefaciendus igitur animus primo quidem studia pulchra considerare, deinde opera pulchra: opera, inquam, non quæ fiunt ab artibus, sed quæ a viris probis aguntur: post hæc eorum animum, qui talia gerunt, debes inspicere. Quonam igitur pacto, quale sit animi boni decus, inspicies? Age, te revoca in te ipsum, atque contemplare, ac si nondum te cognosces pulchrum, statuarium imitabere. Hic enim, ubi statuam optat pulchram, partim quidem abscindit, partim quoque dirigit, et expoliturus abradit, partim levigat et abstergit, donec faciem in statua exprimat speciosam. Ita et tu tolle supervacua, obliqua dirige, obscura pur-

καθαίρων, ἐργάζου εἶναι λαμπρὰ, καὶ μὴ παύσῃ τεκταίνων τὸ σὸν 57
ἄγαλμα, ἕως ἂν ἐκλάμψειέ σοι τῆς ἀρετῆς ἡ θεοειδὴς ἀγλαΐα, ἕως
ἂν ἴδῃς σωφροσύνην, ἐν ἁγνῷ βεβῶσαν καθαρῷ. Εἰ γέγονας τοῦτο,
καὶ εἶδες αὐτὸ, καὶ σαυτῷ καθαρῶς συνεγένου, οὐδὲν ἔχων ἐμπόδιον E
πρὸς τὸ εἷς οὕτω γενέσθαι, οὐδὲ σὺν αὐτῷ ἄλλο τι ἐντὸς μεμιγμένον
ἔχων, ἀλλ' ὅλως αὐτὸς φῶς ἀληθινὸν μόνον, οὐ μεγέθει μεμετρημέ-
νον, οὐδὲ σχήματι εἰς ἐλάττωσιν περιγραφὲν, οὐ δ' αὖ εἰς μέγεθος
δι' ἀπειρίας αὐξηθὲν, ἀλλὰ ἀμέτρητον πανταχοῦ, ὡς ἂν μεῖζον παν-
τὸς μέτρου, καὶ παντὸς κρεῖσσον ποσοῦ. Εἰ τοῦτο γενόμενον σαυτὸν F
ἴδοις, ὄψις ἤδη γενόμενος, θαρσήσας περὶ σαυτῷ καὶ ἐνταῦθα ἤδη
ἀναβεβηκὼς, μηκέτι τοῦ δεικνύντος δεηθεὶς, ἀτενίσας ἰδέ· οὗτος
γὰρ μόνος ὁ ὀφθαλμὸς τὸ μέγα κάλλος βλέπει. Ἐὰν δὲ ἴῃ ἐπὶ τὴν
θέαν λημῶν κακίαις, καὶ οὐ κεκαθαρμένος, ἢ ἀσθενὴς ἀνανδρίᾳ, οὐ
δυνάμενος τὰ πάνυ λαμπρὰ βλέπειν, οὐδὲν βλέπει, κἂν ἄλλος δεικ-

1. λαμπρὰ] Cod. Vind. A. καλὰ, in m. ut Ed.

ib. καὶ μὴ] καὶ omissum in Cod. Vat., in m. add.

ib. τεκταίνων] Ita, pro τεκτάνων, quod est in Ed., præter Darm. Mon. B. Med. A.B. Vind. B.D., omnes, nisi quod in Vind. C. scribitur τεκτένων.

2. ἀγλαΐα] Cod. Vind. C. ἀγγελία.

ib. ἕως ἂν ἴδῃς] Ita Codd. nostri omnes, exceptis Vind. B.C.D., qui cum Ed. habent ἴδοις. Debebant illi etiam ἕως ἂν ἐκλάμψῃ. Quod necessario recipiendum erat, si modo unus codex addiceret.

3. καθαρῷ] Cod. Ciz. καθαρῶς.

ib. Εἰ γέγονας] Cod. Vat. γέγονεν, in m. ut Ed.

4. καὶ εἶδες] Codd. Med. B. Par. A. ἴδες.

ib. καθαρῶς] Codd. Marc. A.B. Vat. καθαρός.

ib. οὐδὲν ἔχων] Abest ἔχων in Cod. Vind. B.

5. εἷς οὕτω] Cod. Vind. B. οὖς οὕτω, Vind. C. εἰς οὕτω.

ib. οὐδὲ σὺν αὐτῷ] Cod. Ciz. οὐδὲ σαυτῷ. Idem omittit proximum ἔχων, et exhibet cum Codd. Marc. A.B.C. ὅλος pro ὅλως. Dedi αὐτῷ quod expressit Ficinus. Rinckio placet lectio Cod. Ciz. οὐδὲ σὺν σαυτῷ.

7. αὖ εἰς] Cod. Vind. B. ἂν εἰς.

8. ἀλλὰ ἀμέτρητον] Codd. Darm. Marc. A.B.C. Vat. ἀλλ' ἀμέτρ. Cod. Vind. B. habet ἀλλ' ἀπμέτρητον. In Cod. Vind. C. desunt verba παντὸς μέτρου καὶ παντὸς κρεῖσσον πο., pergitque Codex in dimidiata voce σοῦ.

9. τοῦτο γενόμενον] Ita, cum marg. Ed., Codd., præter Vind. B.C.D., omnes, nisi quod in Cod. Mon. A. est τοῦτον. Sola Ed. in contextu habet τούτου γενομένου.

10. γενόμενος] Cod. Ciz. γεγεννημένος.

ib. θαρσήσας] θαῤῥήσας est in Cod. Med. B. Ego in seqq. post καὶ ante ἐνταῦθα, suadente Dissenio meo, comma posui.

11. οὗτος γὰρ] Ita Codd., præter Vind. B.C.D., omnes; Ed. τοῦτο.

12. βλέπει] Abest hæc vox in Cod. Vat., in m. add.

ib. δὲ ἴῃ] Cod. Mon. A. δὲ εἴῃ.

13. κακίαις] Cod. Vat. κακίαν, in m. ut Ed. Sequens ου abest a Cod. Vind. B.

ib. ἀνανδρίᾳ] Ita, ut etiam Fic. legit, dedimus ex Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Mon. B. Par. A.B. marg. Vat. et marg. Ed. In Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. A. Vat. (in cont.) Vind. B. est ἐν ἀνδρίᾳ. Cod. Vind. A. habet ἡ ἀδρία (sic). Cod. Vind. C. ἀνδραα (sic). Cod. Vind. D. cum textu Ed. ἀνδρία.

14. τὰ πάνυ λαμπρὰ] Cod. Ciz. omittit τὰ, in Cod. Vind. C. est πάντα pro πάνυ.

gando collustra, neque desinas circa statuam tuam elaborare, quousque divinus virtutis fulgor tibi subrutilet, quoad temperantiam cernas firmiter in majestate pura sanctaque sedentem. Si hoc ipsum evaseris, atque ipsum simulque te ipsum inspexeris, ac purus jam habitaveris ipse tecum, nihil videlicet habens impedimenti, quo minus sic unus efficiaris, neque rursus habens aliud quicquam tecum intus admistum, sed totus ipse verum solumque lumen: lumen, inquam, non magnitudine mensuratum, non coarctante figura aliqua circumscriptum, non magnitudine tumidum, licet immensum, sed immensurabile passim, tanquam omni mensura majus, omni quantitate præstantius: si te ipsum, inquam, id factum videris, visus ipse jam factus, atque te ipso fretus, eoque progressus, ut duce amplius indiceque non egeas: fige jam prorsus intuitum. Solus namque hic oculus ingentem inspicit pulchritudinem. At vero, si forte oculus vel sordibus infectus, nec dum purgatus, vel ignavia debilis in spectaculum lucidissimum intendatur, caligabit protinus, nihilque discernet, vel si præsens quispiam spectaculum, quod alioquin cerni valeat, demonstraverit. Oportet enim visurum videndo cognatum similemque prius efficere, quam ad spectandum adhibeatur. Neque vero oculus unquam videret solem, nisi factus solaris

57 G νύῃ παρὼν, τὸ ὁραθῆναι δυνάμενον. Τὸ γὰρ ὁρῶν πρὸς τὸ ὁρώμενον συγγενὲς καὶ ὅμοιον ποιησάμενον, δεῖ ἐπιβάλλειν τῇ θέᾳ. Οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν ὀφθαλμὸς ἥλιον, ἡλιοειδὴς μὴ γεγενημένος· οὐδὲ τὸ καλὸν ἂν ἴδοι ψυχὴ, μὴ καλὴ γενομένη. Γενέσθω δὴ πρῶτον θεοειδὴς πᾶς, καὶ καλὸς πᾶς, εἰ μέλλει θεάσασθαι θέον τε καὶ καλόν.
58 Ἥξει γὰρ πρῶτον ἀναβαίνων ἐπὶ τὸν νοῦν, κἀκεῖ πάντα εἴσεται καλὰ τὰ εἴδη, καὶ φήσει τὸ κάλλος τοῦτο εἶναι τὰς ἰδέας. Πάντα γὰρ ταύταις καλὰ τοῖς νοῦ γεννήμασι καὶ οὐσίᾳ. Τὸ δὲ ἐπέκεινα τούτου τὴν τοῦ ἀγαθοῦ λέγομεν φύσιν, προβεβλημένον τὸ καλὸν πρὸ αὐτῆς ἔχουσαν· ὥστε ὁλοσχερεῖ μὲν λόγῳ, τὸ πρῶτον καλόν. Διαιρῶν δὲ τὰ νοητὰ, τὸ μὲν νοητὸν καλὸν, τὸν τῶν εἰδῶν φήσει τόπον· τὸ δ'
B ἀγαθὸν τὸ ἐπέκεινα, καὶ πηγὴν, καὶ ἀρχὴν τοῦ καλοῦ· ἢ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν πρῶτον θήσεται, πλὴν ἐκεῖ τὸ καλόν.

1. παρὼν] Ita Darm. et Par. B., et eodem modo legit Fic.; reliqui cum Ed. παρόν.
ib. ὁραθῆναι] Ita Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A.B. Vat. In Codd. Leid. et Vind. B. est ὁρᾶσθαι, reliqui cum Ed. habent ὁρασθῆναι.
2. ποιησάμενον] Cod. Vind. B. πονησάμενον. In seqq. Vind. C. ἄν ποτε.
3. εἶδεν] Codd. Par. A. Vat. ἴδεν. Cod. Vind. C. mox ἡλιόδης.
4. τὸ καλὸν] Deest τὸ in Codd. Leid. et Vind. B.
ib. ἴδοι ψυχὴ] Codd., præter Ciz. Darm. Marc. C. Par. B. Vind. A.B.D., ἴδοι pro ἴδῃ, quod est in Ed., nisi quod Vind. C. habet ἤδε.
ib. γενομένη] Codd. Leid. Marc. A. Vind. B. γεγεννημένη. Pro δὴ Cod. Ciz. δέ. Vind. C. in seqq. κάλλος που.
5. μέλλει] Ita, pro μέλει, Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Vind. C. Codd. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. Vind. A. B. μέλλοι, Mon. C. μέλοι. τὸ καλὸν Cod. Leid.
6. εἴσεται—Πάντα] Desunt hæc in Cod. Vind. B.
7. ἰδέας] Cod. Vind. C. ἰδίας.
8. ταύταις] Cod. Vat. ταῦτα; in m. ut Ed.
ib. γεννήμασι] Ita, pro γενήμασι, quod est in Ed., exhibent Codd. Marc. B.C. Med. A.B.
9. λέγομεν] Cod. Ciz. λεγομένην.
ib. πρὸ αὐτῆς] Codd. Marc. A.C. Mon. C. Vat. Vind. C.D. αὑτῆς.
10. λόγῳ] Cod. Vind. C. λόγος.
ib. Διαιρῶν—τόπον] In Cod. Vind. A. hæc desunt.
11. νοητὰ] Cod. Vind. C. νοήματα.
ib. τόπον] Ita, pro τρόπον, cum marg. Ed., Codd. nostri, præter Vind. C.D., omnes.
12. ἢ ἐν] Cod. Vat. ἡ, in m. ἤ.
13. τὸ ἀγαθὸν] Scribitur τἀγαθὸν in Codd. Darm. Marc. A. B. Mon. C. Vind. B.

esset; neque rursus animus, nisi factus sit pulcher, ipsam pulchritudinem intuebitur. Efficietur ergo divinus, sive deiformis quilibet atque pulcher, si modo Deum sit et pulchritudinem inspecturus. Sic enim primum ascendet in mentem, ibique pulchras omnes species contemplabitur, atque affirmabit pulchritudinem illam ideas esse. Cuncta namque his pulchra sunt, genituris videlicet mentis ejusque substantiæ. Quod autem his superius est, dicimus ipsius boni naturam, pulchrum circa se effundentem; quapropter ratione quidem eloquutioneque integra id primum occurrit, diciturque pulchrum. At si intelligibilia ipsa distinxeris, pulchritudinem quidem intelligibilem esse dices habitaculum idearum; ipsum vero bonum, quod superius est, fontem principiumque pulchri: vel forte in eodem ipsum bonum, primumque pulchrum pones præter id, quod ibi pulchrum.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM VII. DE BONO PRIMO, ET ALIIS BONIS.

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI.

### Ipsum bonum est super essentiam, vitam, intellectum.

In universo rerum ordine nulla essentia in se ipsa quiescit, sed omnis naturaliter atque semper tota virtute sua nititur ad agendum: idque naturale, propriumque munus essentiæ omnes non aliunde, quam a prima essentia, sortiuntur: quoniam videlicet ipsa ferme simili quodam nixu prodit in actionem. Prodit autem essentia quælibet atque ipsa essentia in actionem, ut melius inde se habeat. Neque hæc igitur quælibet, neque illa est ipsum bonum, cum et non quiescant in se ipsis, et in melius agendo proficiant. Melius enim se habet essentia, si agat, quam si non egerit. Neque rursus ipsa ejus actio est ipsum bonum, summusque essentiæ finis: nam ab essentiæ virtute dependet: essentia vero actioque simul pendet ex bono: cum ideo semper agat, ut melius agendo se habeat: neque aliter se habeat melius, quam ad bonum semper agendo: nam et bene se habet primum, cum et ipsa et ejus actio procedit a bono, et rursus bene, meliusque cum ad ipsum bonum se toto nixu convertit. Jam vero ex eo quod essentia ejusque actus, id est, vita, et intellectus ipso bono tanquam fine perficiuntur, conjectare possumus ab ipso bono tanquam principio effici. Unde enim efficitur unumquodque, inde rursus ibidemque perficitur. Testatur hoc et humana natura. Non enim esse atque vivere per se ac simpliciter homines appetunt, sed ut bene sint, beneque vivant: quasi hæc ipsius boni duntaxat gratia concupiscant: ipsumque boni munus tum essendi, tum vivendi muneri naturali quodam judicio præferant. Sicut enim esse vivereque nonnunquam respuunt, non quidem simpliciter, sed mali ipsius gratia, id est, ne sint, vivantque pessime: sic eadem rursus adsciscunt gratia boni, id est, ut bene sint, vivantque quam optime. Intima igitur essentiæ actio, sive vita, sive motio, sive cognitio nuncupetur, non per se quidem bonum est: nam si forsan vel ex malo pendeat, vel etiam casu quodam, vel errore labatur ad malum, est procul dubio malum: per superius igitur aliquid existit, fitque bonum: quantum scilicet et a bono naturaliter procedendo habet aliquid ipsi bono simile, et ad bonum idem rite se convertendo, simile quiddam rursus efficitur. Conclude igitur: sicut essentiæ singulæ ad bonum suum singulatim sese habent, sic ipsam quoque essentiam ad ipsum bonum se prorsus habere, atque omnino et bonum hoc huic essentiæ appetenti, et ipsum bonum ipsi essentiæ similiter anteponi. *Esse vero ipsum bonum, ipsumque unum penitus idem:* Item ipsum unum essentia superius esse, opportunius alibi disputabitur. Sed hæc hactenus hujus libri sit summa. *Agit vero de bono cursim, et quasi argumentum præparans libris suis, in quibus de bono diligentissime disputat.* Hujus itaque libri, vel argumenti tria sunt capita. In primo probat ipsum bonum esse, ad quod feruntur quidem omnia, ipsum vero fertur ad nullum. In secundo quomodo ad ipsum alia ferantur, atque referantur. In tertio tres quæstiones circa superiora movet, et solvit.

*Bonum unicuique proprium est actio naturalis expedite directa ad ipsum universi bonum, quod est principium omnium atque finis.*

I. In primo capite tradit actionem unicuique bonum quiddam esse: actionem, inquam, non simpliciter, sed duplici quadam conditione. Prima quidem est, ut sit actio naturalis, id est non violenta, non fortuita. Secunda, ut nulla ex

parte deficiat, id est, neque sit debilis, neque sit obliqua, sed potenter et recte feratur ad finem. Sed curnam actio talis est bonum? Quia videlicet idcirco naturalis est, quoniam ab ipso bono inserta est auctore naturæ. Item quia dum rite tendit in finem, necessario fertur ad ipsum bonum. Hoc enim velut omnis naturæ principium, omnem quoque naturam velut ad finem instituit ad se ipsum. Inter hæc significat, quæ sunt infra rationalem animam, proprie quidem ad propria quædam bona natura duci: Ad ipsum vero primum summumque bonum non perduci quidem proprie, sed in bonis propriis consequendis quandam ipsius similitudinem reportare. At animam, quæ per intellectum et rationem potest communem totius entis concipere notionem, ipsiusque boni fontem augurari, merito et ad ipsum bonum primum atque summum posse proprie, tum continue proficisci, tum denique pervenire. Sed ut, quid sit ipsum bonum, intelligatur, duo potissimum prius intelligenda sunt. Primum quidem, esse aliquod rerum principium, idque unum existere. Secundum vero, ipsummet omnium esse finem. Sane in Theologia nostra id totum multis argumentis asserimus, concludimusque, nisi primum summumque principium detur, sed de alio in aliud deinceps absque fine aliquo procedatur, quicquid reperias, ab alio dependere, ideoque suapte natura mutabile esse atque vacillans: neque fore quicquam stabile rerum nutantium fundamentum fixumque cardinem mutabilium. Atque idcirco nullam in rebus stabilitatem fore, nullum ordinem, nullam unionem, nullamque concordiam. Quoniam vero res omnes stabilem quendam ordinem perpetuo servant, atque in unam universi operis formam, et ad unum communemque universi finem ubique conducunt, constat, summum aliquod omnium esse principium, unicumque existere. Id vero et omnium esse finem ex eo patet, quod principium summum, cum a nullo dependeat, neque ad aliud aspicit aut agit, neque ad alium finem, quam ad se ipsum, cuncta constituit. Principium igitur universi atque finis est idem. Id autem nihil aliud est, quam ipsum bonum. Si enim summum est principium, ab eo certe fiunt, servantur, perficiuntur, restituuntur omnia: ergo summum est omnium bonum. Item, si est finis omnium summus et ultimus, sequitur, ut ipsum sit, cujus gratia singula semper agunt: omnia vero boni ipsius gratia agunt, quicquid agunt. Utrimque igitur satis constat ipsum omnium bonum esse idem, quod et omnium est principium atque finis. Confirmatur idem ex eo, quod nullum potest munus rebus melius exhiberi, quam quod a summo principio traditur: nullum rursus donum melius, quam quod ab ipso bono præbetur. Unde patet, idem esse principium omnium atque bonum, patet idem esse finem. Omnia enim quam optime afficiuntur in principio suo: omnia rursus quam optime in fine exoptato se habent: denique cum singula unde processerunt, illuc et appetendo pro viribus convertantur: omnia vero sic convertantur ad bonum velut ad finem, patet, a bono omnia tanquam a principio processisse. Cætera quidem actione quadam bona censentur: actione, inquam, duplici, tum qua fiunt ab ipso bono, quæ quidem nihil aliud est, quam illinc quidem ipsum bonum, hinc vero ipsa rerum inde factarum essentia, actusque vitalis, tum etiam qua feruntur ad bonum. Hæc autem est appetitio, inclinatio, motio, generatio. Ipsum vero principium omnium atque finis non actione prorsus ulla bonum est, sed ipsa ejus prima, simplicique natura: sicut et prima lux sive caliditas, non alio quam se ipsa lucens atque calens. Non actione, inquam, ulla: quia neque extrinseca: (non enim versatur circa aliud, vel acquirit aliquid aliunde:) non rursus intrinseca: quia nullo vel essentiali, vel vitali, vel intellectuali actu bonum est. Primo quidem, quoniam si super essentiam est, quod et probavimus, multo magis super et ante omnes ejusmodi actus est, qui sequuntur essentiam. Secundo, quoniam alia est ipsa boni ratio, alia vero essentiæ. Hæc enim propter aliud, id est, propter bonum expetitur: ipsum vero bonum duntaxat propter se ipsum. Rursus alia boni ratio, alia vitæ, atque intellectus: nam ipsum bonum necessitate propria simpliciter exoptatur: vita vero et intellectio ea duntaxat conditione eligenda censetur, si bona felixque sit, si bene vivas, si bona intelligas, si ipsum intelligere sit tibi bonum: alioquin aliquando respuentur: ipsa vero boni natura respui nequit ab ullo. Præterea boni ratio, munusque per omnia propagantur: ratio autem vitæ intelligentiæque natura per omnia protendi non possunt. Cum igitur natura boni tum alia, tum prior, superiorque sit, quam natura essentiæ, vitæ, intelligentiæ, certe nullo prorsus horum actu, sed se ipsa duntaxat est bonum. Quam ob rem in capitis hujus calce ipsum bonum centro ac soli, cætera vero circumferentiæ lineisque, item lumini radiusque comparat: quoniam illud quidem simplex, stabileque permanens cuncta producit, reliqua vero multiplicia, et quodammodo mobilia per naturalem appetitum circa ipsum continue revolvuntur. Sed de hac comparatione deque ipso lumine alibi diligentius.

*Quæ sunt infra animam, non habent veram unitatem, essentiam, speciem, ideoque nec bonitatem veram. Anima vero et superiora habent illa tria vera, et hanc veram.*

II. In secundo capite traditur, alia ad ipsum bonum aliter atque aliter appetendo converti.

Quæ sunt infra animam, vitam ab anima cupiunt: ac si qua vi disjungantur a vita, vix quidem et cum dolore aliquo sejunguntur: et utcunque possunt conjungi iterum annituntur. Quod quidem in partibus plantarum, animaliumque manifestius perspicere licet. Hæc sane, dum vitam ab anima omni studio cupiunt, interea proficiscuntur ad bonum: nam in melius proficiunt, dum animæ, quæ ipsi bono propinquior est, propinquant. At anima per intellectum pergit ad ipsum bonum: nam per id, quod in ipsa summum est, rite surgit ad universi summum: et animæ rursus inferiores per sensum quidem aliæ, per imaginationem aliæ: nostræ tandem per rationem bonum sibi prospiciunt. Sensus vero intelligentiæ vestigium est. Imaginatio rursus intelligentiæ imago confusa. Ratio tandem ejusdem est imago distincta. Proinde omnibus boni aliquid est insertum: nec injuria, cum bonum ipsum omnium sit principium. Tria vero potissimum in rebus boni ipsius dona conspiciuntur. Primum quidem est unitas: secundum verum essentia: tertium denique species. Sed quare unitas primum? Quoniam ipsum bonum ipsumque unum est penitus idem. Nihil enim unitate simplicius cogitari potest: nihil rursus et ipsa bonitate simplicius: cum nihil sit ipsa prius, quæ sola omnium est principium. Mitto, quod, sicut dispersione in multitudinem omnia pereunt, sic unione servantur, et servata inde perficiuntur. Cum igitur omnia unitate serventur, et proficiscantur in melius, idque ipsum sola bonitate fieri possit, consequens est, idem esse unitatem primam, atque bonitatem. Sequitur donum boni secundum, id est, essentia, quæ necessario est post unum. Ipsum namque unum nullam in se multitudinem compositionemque admittit: essentia vero et ens admittunt. Nam etsi natura prohibet, aliquid simul, et ipsam unitatem existere, et multitudinem in se habere, nihil tamen prohibet, ens aliquid essentiamque censeri: quamvis componatur ex pluribus. Cum igitur ipsum unum sit ente essentiaque simplicius, necessario est et prius atque superius. Et merito quidem unitas ponitur primum summi principii munus, essentia vero secundum. Latior enim est in rebus unitas, quam essentia. Esse namque non re vera materiæ, privationique convenit. Quæ enim forma carent, in qua esse consistit, esse merito carent. Potest tamen et una materia dici, licet informis. Dici potest et una privatio cæcitas, sicut et visus est habitus. Potest et materia dici quodammodo bonum, quatenus et ipsa bonum appetit, et processit a bono. Neque quicquam prohibet eam quodammodo judicari bonum, licet hæc apud Plotinum sit ipsum malum. Nam etsi bonum ipsum in se nihil admittit mali, tamen ipsum malum (si modo de malo fas est ipsum dicere) cogitur sub immenso boni ipsius imperio concupiscere bonum, cognominarique bonum. Tertium boni munus species est. Hæc enim quædam determinatio, sive distinctio, sive actus essentiæ. Tu vero hic dum audis, unius bonique donum latius propagari, quam entis et essentiæ munus, conclude, ipsum unum atque bonum ente superius esse. Cæterum, qualis est in rebus unitas, essentia, species, talis et participatio boni. Profecto in mente prima, in mentibus aliis, in animalibus præditis ratione, vera est participatio boni: quia vera unitas, essentia, species. Unitas enim in eis, etsi multitudinem quandam habet admistam, verum ibi tamen conficit unum, quia superat multitudinem, unumque inde indissolubile reddit. Est igitur ibidem et essentia vera, cum aliquando non esse non possit: vera quoque species, cum forma ibi nequeat in aliquid informe resolvi. In rebus autem inferioribus anima et unitas sæpe a multitudine superatur, ideoque plurimum dissolvi possunt, et in essentia privatio quædam inest, et lapsus aliquis ad non esse: et forma cum subjecto miscetur prorsus informi, in ipsumque delabitur. Quam ob rem non verum in his est unum, non vera essentia, non vera species atque forma: nec igitur vera, sed imaginaria quædam portio boni.

*Sicut vita non est per se simpliciter bonum, imo, si dirigatur ad summum principium, est bonum, sin ad materiam, est malum: sic mors non est per se simpliciterque malum, imo, si animam separet a malo, id est, a materia, est bonum.*

III. Tertium caput tres adducit in medium quæstiones. Prima quidem est ejusmodi: Si vita bonum est, numquid cuilibet et quomodolibet viventi vivere bonum est? Non certe: quia vita ipsa non est per se primum simpliciterque bonum: sed quatenus potenter et directe ad ipsum primum consurgit bonum, eatenus quoque evadit vita perfecta. At sicubi claudicat et aberrat, dum ab ipso cadit bono, simul a perfectione vitæ degenerat. Hinc illud Democratis: Vivere imprudenter, intemperanter, impie, non tam male vivere est, quam diu mori. Secunda quæstio: Cum vita nobis quatenus cum mortali miscetur, atque inde turbatur, malum quiddam evadat animæ: quamvis sit corpori bonum et universo, nonne mors est malum, quandoquidem, quod est mortale, sua propinquitate vitam efficit malam? Respondendo quærit, cuinam mors sit malum? Certe malum cum vel sit accidens, vel etiam accidente debilius, ideoque in se consistere nequeat, alicui necessario accidit. Non autem accidit ei, quod nullo modo subsistit, vel quod natura possit absque vita consistere. Non accidit rursus animæ, si sit immortalis: et quomodocunque aliter accidat, proderit animæ sempiterne

actiones proprias absque impedimento corporis perfectius edituræ. Sin anima post obitum corporis non tam proprias peragit actiones, quam communes, quasi animæ mundi collega, multo minus illic cum universa vita jam viventi mali quicquam accidere poterit. Contra vero animæ vel hic vel apud inferos graviter perturbationibus ægrotanti mors quidem potius optanda est, et vita malum. Hic solvitur illa quæstio, utrum animæ ad summum miseræ mori, quam vivere, malint. Idque procul dubio natura docet: qua monente graviter cruciati amittere sensum malunt, quam diros sentire dolores. Denique cum anima propriam habeat vitam, sitque per essentiam suam vita quædam in se ipsa vivens, neque aliunde mutuatur vitam, neque subit mortem. Si quis tamen *vivere* quidem definiat conjungi corpori, *mori* vero a corpore separari, animæ hac significatione continget utrumque, sed neutrum ejus substantiam proprie permutabit. Tertia quæstio: Si bona vita est, cur non et mors est malum? respondet, mortem quidem non simpliciter esse malum: quoniam non simpliciter sit vita bonum: vita enim motioni cuidam similis judicatur: motio vero qualiscunque sit, ab ipso termino, in quem proprie tendit, denominari debet. Itaque quatenus motio ipsa vitalis ad malum, id est, ad materiam forte delabitur, eatenus judicatur et malum: quatenus autem ad ipsum bonum, id est, ad summum universi principium sese dirigit, eatenus bonum esse censetur.

# Π Λ Ω Τ Ι Ν Ο Υ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Ζ.

# P L O T I N I

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER VII.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΑΓΑΘΩΝ.

### De primo bono atque aliis bonis.

ΑΡ' ἄν τις ἕτερον εἴποι ἀγαθὸν ἑκάστῳ εἶναι, ἢ τὴν κατὰ φύσιν τῆς 61
ζωῆς ἐνέργειαν; καὶ εἴ τι ἐκ πολλῶν εἴη, τούτῳ εἶναι ἀγαθὸν τὴν τοῦ ἀμείνονος ἐν αὐτῷ ἐνέργειαν, οἰκείαν καὶ κατὰ φύσιν ἀεὶ, μηδὲν ἐλλείπουσαν; ψυχῆς δὴ ἐνέργεια, τὸ κατὰ φύσιν ἀγαθὸν αὐτῇ. Εἰ B
δὲ καὶ πρὸς τὸ ἄριστον ἐνεργοῖ, ἀρίστη οὖσα, οὐ μόνον πρὸς αὐτὴν τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς τοῦτο ἀγαθὸν ἂν εἴη. Εἰ οὖν τι μὴ πρὸς ἄλλο ἐνεργεῖ, ἄριστον ὂν τῶν ὄντων, καὶ ἐπέκεινα τῶν ὄντων, πρὸς

7. ΑΓΑΘΩΝ] Cod. Med. B. καλῶν.
9. ἕτερον] Abest a Cod. Marc. A.
10. τούτῳ εἶναι] Cod. Ciz. τόπῳ. Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. τοῦτο; sed Vat. in m. ut Ed.
11. ἀμείνονος ἐν αὐτῷ] Cod. Ciz. μείζονος ἐν ἑαυτῷ. In eod. abest οἰκείαν, in m. add.
ib. ἀεὶ—ἀγαθὸν] Omisit Vat., in m. add.
12. δὴ ἐνέργεια] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. δέ. Ciz. ἐνέργειαν.
13. καὶ πρὸς] Hæc vocabula omittit Cod. Ciz., in Codd. Marc. A. Mon. C.A. abest πρός.
ib. ἄριστον ἐνεργεῖ] Codd. Marc. A. Mon. C. ἐνεργεῖ, sed uterque superscriptum habet ἐνεργοῖ.
15. ἄλλο ἐνεργεῖ] Codd. Ciz. Darm. Marc. A. (ex corr.) B. Mon. C. (ex corr.) Med. A.B. Par. A. ἐνεργοῖ. Cod. Marc. C. ἐνεργῇ.
ib. καὶ ἐπέκεινα τῶν ὄντων] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. Sed hic in m. add.

*Proprium unicumque bonum est appetendo, et agendo converti ad ipsum universi bonum: ipsum vero bonum non actione ulla, sed se ipso bonum est.*

AN potest quispiam aliud suum cuique bonum dicere præter naturalem vitæ actionem? Ac si quid componatur ex multis, huic bonum esse ipsam ejus, quod est in eo melius, actionem propriam semper, naturæque consentaneam, et nulla ex parte deficientem? Animæ itaque actio secundum naturam ipsius est bonum. Quod si ad optimum insuper agat, si quidem ipsa sit optima, non solum, quod ad ipsam spectat, id bonum est, verum etiam simpliciter existit bonum. Si quid igitur ad aliud quicquam minime agat, quippe cum ipsum sit omnium præstantissimum, superque omnia, ad ipsum vero agant cætera,

61 αὐτὸ δὲ τὰ ἄλλα, δῆλον ὡς τοῦτο ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν, δι᾽ ὃ καὶ τοῖς
ἄλλοις, ἀγαθοῦ μεταλαμβάνειν ἐστί· τὰ δὲ ἄλλα διχῶς ἂν ἔχοι ὅσα
C οὕτω τὸ ἀγαθὸν καὶ τῷ πρὸς αὐτὸ ὡμοιῶσθαι, καὶ τῷ πρὸς αὐτὸ τὴν
ἐνέργειαν ποιεῖσθαι. Εἰ οὖν ἔφεσις καὶ ἐνέργεια πρὸς τὸ ἄριστον
ἀγαθὸν, δεῖ τὸ ἀγαθὸν μὴ πρὸς ἄλλο βλέπειν, μηδὲ ἐφιέμενον ἄλλου,
ἐν ἡσύχῳ οὖσαν, πηγὴν καὶ ἀρχὴν ἐνεργειῶν κατὰ φύσιν οὖσαν, καὶ
τὰ ἄλλα ἀγαθοειδῆ ποιοῦσαν, οὐ τῇ πρὸς ἐκεῖνα ἐνεργείᾳ· ἐκεῖνα
γὰρ πρὸς αὐτήν· οὐ τῇ ἐνεργείᾳ, οὐδὲ τῇ νοήσει τἀγαθὸν εἶναι, ἀλλ᾽
D αὐτῇ τῇ μονῇ τἀγαθὸν εἶναι. Καὶ γὰρ ὅτι ἐπέκεινα οὐσίας, ἐπέ-
κεινα καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐπέκεινα νοῦ καὶ νοήσεως. καὶ γὰρ αὖ τοῦτο
δεῖ τἀγαθὸν τίθεσθαι, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, αὐτὸ δὲ εἰς μηδέν.
Οὕτω γὰρ καὶ ἀληθὲς, τὸ, οὗ πάντα ἐφίεται. Δεῖ οὖν μένειν αὐτὸ,
πρὸς αὐτὸ δὲ ἐπιστρέφειν πάντα, ὥσπερ κύκλον πρὸς κέντρον, ἀφ᾽
οὗ πᾶσαι γραμμαί. Καὶ παράδειγμα ὁ ἥλιος, ὥσπερ κέντρον ὢν πρὸς
E τὸ φῶς τὸ παρ᾽ αὐτοῦ ἀνηρτημένον πρὸς αὐτόν· πανταχοῦ γοῦν μετ᾽
αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀποτέτμηται, κἂν ἀποτεμεῖν ἐθελήσῃς ἐπὶ θάτερα,
πρὸς τὸν ἥλιόν ἐστι τὸ φῶς.

1. ὡς τοῦτο ἂν] Cod. Marc. A. ὡς τοῦτ᾽ ἄν.
ib. διὸ καὶ] Codd. Marc. A.B. Vat. δι᾽ ὅ, quod probum videtur, et legit etiam Fic. Itaque rescripsimus.
3. τοῦτο τὸ] Omnes, excepto Mon. C., cum marg. Ed. habent οὕτω τό; quod exhibemus.
ib. καὶ τὸ πρὸς—καὶ τὸ πρὸς] Codd. Darm. Marc. A.B.C. utroque loco habent τῷ pro τὸ, quod legisse videtur Fic. Alterum τῷ est etiam in Cod. Vat. Pro altero αὐτὸ est αὐτῷ in Codd. Darm. et Vat. Sed hic in m. ut Ed., pro priore in Cod. Marc. B.
ib. ὡμοιῶσθαι] Cod. Mon. A. ὡμοιοῦσθαι (sic).
5. δεῖ τὸ ἀγαθὸν] Desunt in Cod. Ciz.
ib. βλέπειν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. C. Mon. A.C. Vat. βλέπον.
ib. μηδὲ ἐφιέμενον] Codd. Marc. A.B.C. Vat. μηδ᾽. Cod. Leid. ἐφιεμένου. Pro seq. ἄλλου Cod. Ciz. habet ἄλλων.
8. τἀγαθὸν εἶναι] Abest εἶναι in Cod. Marc. C.
ib. ἀλλ᾽—εἶναι] Desunt hæc in Codd. Marc. A. Mon. C.
9. αὐτῇ μόνῃ] Codd. Darm. Marc. B. Par. A. αὐτὴ μόνη. Vat. ἂν τῇ μόνῃ: in m. αὐτῇ. Ficinus vertit *seipso tantum*. Tu vid. annot. nostr.
12. ἐφίεται] Vat. ἀφίεται, in m. ἐφίεται.
13. πρὸς κέντρον] Desunt hæ voces in Cod. Vat.; in m. add. Idem post proximum κέντρον habet ὃν pro ὤν.
15. πρὸς αὐτόν] Post hæc verba male repetitum erat in Ed. τὸ φῶς, quod auctoritate librorum omnium moti sustulimus, quamquam in marg. Cod. Vat. adpictum est. In Codd. Mon. A.C. scriptum est πρὸς αὐτόν.

constat id ipsum esse bonum, cujus virtute cætera quoque boni participia sunt. Cætera vero duobus præcipue modis ita bonum habent: tum quia illi similia facta sint, tum quia operentur ad ipsum. Proinde si appetitio, actioque ad optimum est bonum, consequens est, ipsum bonum ad aliud non aspicere, nihilque aliud exoptare: esse vero fontem, quietumque omnino principium omnium secundum naturam exordium actionum: quod quidem cætera ad sui similitudinem efficit bona: efficit inquam, non actione aliqua circa illa: illa enim circa ipsum agunt. Id itaque constat, neque intelligentia, neque actione prorsus ulla, imo ipsa permansione bonum existere. Etenim quia super essentiam extat, rursus super actionem, et intellectum, intelligentiamque existit. Quinetiam id ipsum bonum oportet asserere, ad quod omnia referuntur, ipsum vero ad aliud non refertur. Sic enim illud quoque verum esse constat, ipsum bonum esse, quod omnia appetunt. Oportet itaque ipsum firmiter permanere, et ad seipsum cuncta convertere: quemadmodum revolvitur circulus circa centrum, a quo lineæ singulæ producuntur. Exemplo nobis ad id Sol esse potest, qui quasi centrum est ad lumen, quod ab ipso dependet, simul ad ipsumque annectitur; ideoque una cum illo existit ubique, nec ab illo alicubi separatur: ac si separatum volueris in partem alteram, penes solem interea viget lumen.

Τὰ δ' ἄλλα πάντα πρὸς αὐτὸ, πῶς; ἢ τὰ μὲν ἄψυχα πρὸς ψυ- 62
χὴν, ψυχὴ δὲ πρὸς αὐτὸ διὰ νοῦ. Ἔχει δέ τι αὐτοῦ τῷ ἕν πως καὶ
τῷ ὄν πως ἕκαστον εἶναι, καὶ μετέχει δὲ καὶ εἴδους. Ὡς οὖν μετέχει
τούτων, οὕτω καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, εἰδώλου ἄρα· ὧν γὰρ μετέχει, εἴδωλα
ὄντος καὶ ἑνὸς, καὶ τὸ εἶδος ὡσαύτως. Ψυχῇ δὲ τὸ ζῆν, τῇ μὲν
πρώτῃ τῇ μετὰ νοῦν, ἐγγυτέρω ἀληθείας καὶ διὰ νοῦ· ἀγαθοειδὲς B
αὕτη· ἔχοι δ' ἂν τὸ ἀγαθὸν, εἰ πρὸς ἐκεῖνο βλέποι· νοῦς δὲ μετὰ
τἀγαθόν. Ζωὴ τοίνυν, ὅτῳ τὸ ζῆν τὸ ἀγαθὸν, καὶ νοῦς, ὅτῳ νοῦ
μέτεστιν. Ὥστε ὅτῳ ζωὴ μετὰ νοῦ, διχῶς καὶ ἐπ' αὐτό.

Εἰ δ' ἡ ζωὴ ἀγαθὸν, ὑπάρχει τοῦτο ζῶντι παντὶ, ἢ οὔ· χωλεύει
γὰρ ἡ ζωὴ τῷ φαύλῳ, ὥσπερ ὄμματι μὴ καθαρῶς ὁρῶντι· οὐ γὰρ
ποιεῖ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Εἰ δὴ ἡ ζωὴ ἡμῖν, ᾗ μέμικται, κακὸν ἀγαθὸν, C
πῶς οὐχ' ὁ θάνατος κακόν; ἢ τίνι; Τὸ γὰρ κακὸν συμβεβηκέναι δεῖ
τῳ. Ὃ δ' οὐκ ἔστιν ἔτι ὂν, ἢ εἰ ἔστιν ἐστερημένον ζωῆς, οὐδ' οὕτω
κακὸν τῷ λίθῳ. εἰ δ' ἔστι ζωὴ καὶ ψυχὴ μετὰ θάνατον, ἤδη ἂν εἴη

1. Τὰ δ' ἄλλα] Codd. Marc. A.B. Vat. δὲ ἄλλα.
ib. ἢ τὰ μὲν] Cod. Par. A. ἦ.
2. τῷ ἕν—τῷ ὄν] Cod. Vat. utrobique τὸ, sed in m. τῷ.
3. μετέχει] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. μετέχειν.
4. ὧν γὰρ] Cod. Vat. ὡς γάρ.
ib. εἴδωλα ὄντος] Cod. Ciz. ὄντα.
5. τὸ εἶδος] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vat. (in m. ut Ed.) εἴδωλον.
ib. Ψυχὴ δὲ] Codd. Darm. Marc. A.B. C. Mon. C. ψυχῇ. Ciz. ψυχήν. Restituendum fuit ψυχῇ.
6. ἀληθείας] Post hanc vocem in Cod. Marc. C. sequitur dist. maj.
7. βλέποι] Codd. Marc. A. Mon. A. βλέπει, sed prior supra lineam habet οι.
ib. μετὰ τἀγαθόν] Codd. Darm. Par. A. μετ' ἀγαθόν. Tum Ciz. εἰ ζωή.
8. το ἀγαθὸν] Cod. Marc. A. omittit τὸ, in Cod. Marc. C. est τ' ἀγαθόν.
9. ἐπ' αὐτό] Cod. Ciz. ἐπ' αὐτῷ. Idem mox pro δ' ἡ habet δή.
12. μέμικται] Cod. Darm. μέμνηται.
13. ἢ τίνι] Codd. Marc. A.B.C. ἢ τινί, Vat. ἢ τινι.
ib. δεῖ τῷ τινί] Vox τινί abest a Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A. Med. B. Vat. (sed in m. add.) Par. A. In hujus Cod. margine est: ἔν τισιν· τινί. Unde nihil certius est quam scribendum esse δεῖ τῳ absque accentu et omisso τινὶ, quod illius vocis glossa est. Et habent τῳ Codd. Mon. C. et Med. B., quamquam hic supra lineam, cum in contextu sit το. Quare nos correximus ad librorum MSS. fidem.
14. ἔτι ὂν] Hæc lectio ex marg. Ed., pro αἴτιον ὄν, fuit recipienda, cum sit, præter Cod. Vat., in libris omnibus, nisi quod Par. A. neque αἴτιον habet, neque ἔτι.

II. *In omnibus est aliquid ipsius boni; i.e. unitas, essentia, species: et ubi hæc tria sunt vera, ibi quoque verum bonum.*

Alia vero omnia quonam pacto ad ipsum referuntur? profecto inanimata ad animam reducuntur: anima vero ad ipsum bonum per intellectum. Habet autem quodlibet ipsius aliquid, quatenus unum quodammodo et ens est unumquodque, speciei que particeps. Qua igitur ratione horum est particeps, eadem quoque boni: quapropter est simulachri particeps. Ea enim quæ participat, simulachra entis uniusque censentur: Species quoque similiter. At in anima prima intellectui proxima vivere est veritati propinquius, bonique formam sortitur per intellectum: sortitur, inquam, si ipsum suspiciat bonum: intellectus autem post ipsum bonum sedem obtinet. Quam ob rem vita illis, quibus vivere datum est, bonum est judicanda: similiter intellectus quibuscunque intelligentia convenit. Itaque ubicunque vita una cum intellectu viget, dupliciter adest bonum.

III. *Tres quæstiones de vita et morte movet et solvit, quod videlicet neutrum sit per se simpliciter bonum aut malum.*

Quod si vita bonum est, forte id viventi cuilibet competit? imo vero non competit: Pravo enim vita claudicat, non aliter quam oculo non pure videnti: quippe cum opus proprium minime peragat. Proinde si vita nobis, quatenus mista est, malum bonum est, cur non mors sit malum? Sed cuinam malum? Malum namque alicui oportet accidere. Quod vero mortuum dicitur, non est amplius: aut si est, vita carens neque sic lapidi malum. At si est vita, animaque post mortem, jam utique erit bonum, quanto magis actiones suas absque corpore per-

62 ἀγαθὸν, ὅσῳ μᾶλλον ἐνεργεῖ τὰ αὑτῆς ἄνευ σώματος. Εἰ δὲ τῆς ὅλης γίνεται, τί ἂν ἐκεῖ οὔσῃ εἴη κακόν; καὶ ὅλως ὥσπερ τοῖς θεοῖς
D ἀγαθὸν μέν ἐστι, κακὸν δὲ οὐδὲν, οὕτως οὐδὲ τῇ ψυχῇ τῇ σωζούσῃ τὸ καθαρὸν αὐτῆς· εἰ δὲ μὴ σώζοι, οὐχ ὁ θάνατος ἂν εἴη κακὸν αὐτῇ, ἀλλ' ἡ ζωὴ, [ὅτι μὴ ζωή.] Εἰ δὲ καὶ ἐν ᾅδου δίκαι, πάλιν αὐτῇ ἡ ζωὴ κἀκεῖ κακὸν, ὅτι μὴ ζωὴ μόνον. Ἀλλ' εἰ σύνοδος μὲν ψυχῆς καὶ σώματος ζωὴ, θάνατος δὲ διάλυσις τούτων, ἡ ψυχὴ ἔσται ἀμφοτέρων δεκτική. Ἀλλ' εἰ ἀγαθὸν ἡ ζωὴ, πῶς ὁ θάνατος οὐ κακόν; ἢ ἀγαθὴ
E μὲν ἡ ζωὴ οἷς ἐστιν ἀγαθὸν, οὐ καθόσον σύνοδος, ἀλλ' ὅτι δι' ἀρετῆς ἀμύνεται τὸ κακόν· ὁ δὲ θάνατος, μᾶλλον ἀγαθόν. Ἢ λεκτέον αὐτὴν μὲν τὴν ἐν σώματι ζωὴν, κακὸν μὲν παρ' αὐτῆς· τῇ δὲ ἀρετῇ ἐν ἀγαθῷ γίνεσθαι τὴν ψυχὴν οὐ σώζουσαν τὸ σύνθετον, ἀλλ' ἤδη χωρίζουσαν ἑαυτήν.

1. ἐνεργεῖ τὰ αὑτῆς] Codd. Ciz. Marc. C. αὐτῆς.
3. οὕτως οὐδὲ] Cod. Vat. ὄντως, in m. οὕτως.
4. σώζοι] Cod. Marc. C. σώζει.
5. ὅτι μὴ ζωὴ] Desunt hæc in Codd. nostris, excepto Par. A., omnibus; et credo merito, quamquam in marg. Cod. Marc. B. addita sunt. Neque ea legit Fic. Quare nos uncinis coërcuimus.
ib. πάλιν αὐτῇ] Cod. Vat. αὐτὴ, in m. αὐτῇ.
6. Ἀλλ' εἰ] Cod. Ciz. ἄλλ' ἡ.
7. σώματος ζωὴ] Cod. Vat. σώματος ἡ ζωή.
8. Ἀλλ' εἰ ἀγαθὸν] Omnes, præter Marc. C. Par. A. et marg. Vat. ἀγαθή.
9. οἷς ἐστιν] Ita, pro οἷον ἐστὶν, cum marg. Ed. habent Codd. nostri, excepto Vat., omnes. In eodem Vat. antecedens ἢ abest in contextu, in m. add. Cod. Marc. C. post μὲν inserit ἐστιν.
ib. καθόσον] Cod. Vat. καθ' ὅσον.
11. ἐν σώματι] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. ἐν τῷ σώματι.
ib. κακὸν] Vat. κακὸν μέν.
12. τὴν ψυχὴν] Ita Cod. Med. B. ex corr., sed a pr. m. τῇ ψυχῇ.
ib. σώζουσαν] Omnes, excepto Marc. C., cum marg. Ed. habent ζῶσαν. Fic. legisse videtur οὐ σώζουσαν οὐδὲ ζωοῦσαν τὸ σύνθετον.

agit. Quod si totius animæ comes evadit, quidnam illic viventi malum accidere poterit? Jam vero quemadmodum penes Deos bonum est sine admistione malorum, ita penes animam nihil omnino malum est, modo suam servaverit puritatem: quam nisi servaverit, non mors quidem illi, sed vita malum. Præterea si apud inferos pœnæ luuntur, rursus vita illic animæ malum: quoniam non vita solum. Verum si vita est animæ corporisque copula, mors autem horum solutio, utrumque anima suscipere poterit. At si bona vita est, cur et mors non erit malum? Sed certe bona quidem vita est, quibus adest bonum, non quidem ratione copulæ, sed quoniam malum virtute propulsat: mors vero magis bonum. Summatim vero dicendum, ipsam in corpore vitam ex se quidem esse malum: sed animam per virtutem in bono constitui: non ut servat vivificatque compositum: sed jam se ipsam a corporis commercio segregat.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM VIII.

# QUÆ SINT, ET UNDE MALA,

# ARGUMENTUM.

## Quæstiones quatuor de Bono et Malo.

LIBER in hoc totus versari videtur, ut mala pro viribus devitemus, consequamur bona: id est, materiam fugiamus, sequamur res divinas a materia separatas: cognoscamus ipsum universi principium esse ipsum bonum, sed universi postremum, id est, materiam esse ipsum malum. Et quomodo nobis malum, et qua ratione tandem devitare possimus. Primum libri caput quæstiones movet: Quænam mala sint, et unde proficiscantur. Ut autem hoc inveniat, quæ bona sint, inquirit: ut hoc rursus, quid ipsum bonum sit, quidve malum, aggreditur indagandum. Quærit et quomodo cognoscamus malum, cum propter infirmitatem sit ab ipsa cognoscentis animi forma penitus alienum. Ac docet informitatem mali per ipsam boni formam lucemque discerni. Quærit denique, quo pacto malum sit bono contrarium. Utrum videlicet tanquam universi ultimum universi primo, summæque copia penuriæ [Ed. pr. copiæ penuria] summa. Quod autem inquit, vim cognituram esse rei cognoscendæ persimilem: intellige tum ipsa natura, tum novo quodam effectu similem. Nulla enim ratio est, cur visus lumen potius, quam vocem, appetat et cognoscat, nisi quia cum hoc potius naturaliter congruit, quam cum illa: et huic se potius, quam illi, conformat. Quoniam vero sensus in rebus percipiendis externa rerum tantum videtur attingere, intellectus autem etiam intima penetrare: constat, intellectum cum intelligibili magis atque divino, quam sensum cum sensibili et caduco congruere. Unde certius argumentum nobis haberi potest, intellectum esse divinum, quam sensum esse caducum. Præterea quod ait, perfecta præcedere necessario imperfecta, ac speciem esse privatione priorem, cave, ne id intelligas in nostro hoc generationis ordine, in quo res primum inchoatæ imperfectæque sunt, deinde paulatim formam perfectiorem adipiscuntur: sed id accipe prorsus in ordine rerum causarumque, et gradibus universi: ubi quicquid imperfectum est, cum per se ipsum esse servarique nequeat, a superiori pendet atque perfectiori: quod quidem per se ipsum sit atque servetur. Quod sane, cum actus in se formaque sit et species, merito informe subjectum, et impotens se formare, competentibus gradibus perducit ad formas. Quoniam vero agens per suam agit naturam, ideoque sibi similem reddit effectum, atque ipsum subjectum sub agentibus superioribus ad formam, actumque perducitur, conjectamus superiores causas, formas in se actusque existere.

*Universum habet principium et finem, idque ipsum bonum est: item intellectus tam humanus, quam divinus, est semper in actu: quamvis ratio ex potentia progrediatur in actum.*

II. In secundo capite significat quid sit ipsum bonum, et quousque pura procedant bona designat. Bonum esse ait universi principium, atque finem: ubi bonum quidem dicit ex nullo pendere, ex ipso autem omnia dependere: item esse mensuram omnium atque terminum. Tu vero memento, ubicunque partes finem suum, id est, naturalem consequuntur perfectionem, ibidem et totum cui partes serviunt finem consequi suum. Oculi, cum perspicue vident, manus, cum prompte quid apprehendunt, pedes, cum expeditissime gradiuntur, fine proprio potiuntur. Multo vero magis et totum corpus quandoque perfectione fruitur naturali. Quemadmodum vero hac ipsa in re partes corporis se habent ad

corpus totum sic et vitæ humanæ partes ad totam. Partes vero vitæ electiones, et facultates, artesque omnes in præsentia dicimus. Electiones autem, artesque singulæ extremum quiddam habent, quæ rite perficiuntur, ultra quod nihil amplius exigunt. Sic medicina sanitatem, sic res militaris victoriam habet extremum. Quemadmodum vero vitæ partes fines proprios consequuntur, sic et multo magis tota denique vita ad ultimum quiddam spectat commune bonum, quo tandem perficiatur, ut tota vita partibus sit perfectior. Similiter ut in homine, in cæteris quoque animalium rerumque omnium speciebus licet argumentari. Appetitus enim naturalis est necessaria quædam naturæ inclinatio ab indigentia quadam annitens ad plenitudinem. Plenitudo vero ac finis ultimus idem. Si nusquam ultimus appetitioni præscriptus est finis, sed a fine in finem natura sine fine progreditur, nunquam satis impleri potest: frustra igitur conatur impleri, imo neque conabitur quidem ullo modo. Nulla enim rerum species ad id, quod penitus impossibile est, movetur. Siquidem naturaliter moveri est a naturali potentia in actum progredi paulatim. Quæ sane progressio naturalis, qua facultate gradatim proficit, eadem quandoque perficitur finem ultimum assequuta. Alioquin et natura passim frustra contenderet, et auctor ipse naturæ, temere illam frustraque moveret. Proinde si rerum species, quæ partes sunt universi perfectione propria non fraudantur, multo minus ipsum universi conatum fortuna frustratur. Hoc enim et ad finem contendit communem, quando et partes ad fines proprios fini servientes communi assidue ducit, et finem ultimum adipiscitur, ne forte totum sit partibus imperfectius: sive postremum ejusmodi finem mundus aliquando sit adepturus, sive in præsenti semper habitu dicatur adeptus. Si autem nullus sit finis optimus, sed absque fine procedere fingatur in meliorem, certe cum infinitos gradus pertransire non possit, ad optimum nunquam poterit pervenire. Quare, quod dictu nefas est, universum hoc optima procul dubio forma constructum ad finem optimum frustra contendet. Finis autem et habitus optimus universi in eo consistit, ut principio et auctori suo undique conformetur. Quod enim congeries hæc in mundo rerum tam diversarum et inter se repugnantium, tum in una communi totius forma conveniat, tum ad unum finem communeque bonum rite conducat, non ab ipsa diversorum natura procedit, sed ab una potius superioris fabri forma atque voluntate. Mundus autem sicut sub auctoris sui forma formatur velut principio, sic in eadem velut fine reformatur semper, atque conformatur. Hunc omnium auctorem Plotinus nominat ipsum bonum: quoniam eodem universum hoc et affectum sit et perfectum. Hinc mensuram omnium appellat et terminum: *quemadmodum et Plato nominat in Philebo.* Metitur omnia Deus, ut principium: terminat idem omnia tanquam finis. [cf. Plato de Legg. IV. p. 716. p. 355. Bekk. Plotin. p. 752. A. infr. Procli Inst. Theol. c. 17. p. 179. ibiq. annot. nostr. *Cr.*] Si Deus omnium mensura est, certe rerum ordo non ascendit a principio in principium absque quodam omnium primo principio: quod quidem foret per principia temere absque ulla principii ratione vagari. Principii namque ratio est, ut sit primum. Per Deum sane velut mensuram perpendimus, intellectum esse anima meliorem, et animam corpore: quoniam ille hac, et hæc isto sit Deo, tanquam summo bono, propinquior. At vero, si nusquam prima summaque consisteret bonitas, sed per gradus procedere quis fingatur innumeros, nusquam profecto erit ratio ulla mensuraque et regula, per quam aliis alia præferantur: nec enim alia magis aliis mensuræ propinquabunt et congruent. Sit ergo Deus principium, sit mensura: præterea sit et terminus omnium, quia finis: terminus, inquam, qui et terminet subjecta formis, et formarum motus suis denique finibus, ne forte de fine in finem absque fine natura pererret: quod quidem nihil aliud foret, quam per fines sine ulla finis ratione vagari. Ratio vero præcipua finis est, ut sit ultimum et extremum. Post hæc autem secundo gradu bonorum essentiam collocat, et in essentia mentem: tertio subinde gradu animam, et in anima vitam. Hæc omnia dicit esse bona, quia sint ab ipso bono, et quia circa bonum agant virtute boni. Vult et quarto bonorum loco censeri eas duntaxat corporum formas, quæ nunquam desciscant ab anima, quæ et ipsa nunquam desciscat a Deo. Talia vero sunt cœlestia corpora, similiave cœlestibus. Ad hæc differentiam ponit inter divinum intellectum, atque rationalem: quod videlicet divinus ipse sit omnium plenitudo: rationalis autem inde conetur impleri. Tu igitur dum hic audis, intellectum nostrum quasi vacuum dici, ne simplicem intellectum nostrum divino semper impletum: sed intellectum nostrum rationalem, id est, vim animæ per universales species discurrentem accipe. Quæ sane vis quodammodo est potentia intellectus, intelligibileque potentia, proditque in actum virtute intellectus superioris, qui semper existit in actu: intellectus, inquam, tum divini, tum nostri virtute. Sicut enim, quod est omnia simpliciter in potentia, fit actu omnia per id, quod est simpliciter actu omnia, ceu materia per divinam mentem, sic oportet et hanc vim, quæ humanus intellectus est in potentia, fieri humanum intellectum in actu, per intellectum quoque humanum semper in actu vigentem. Quemadmodum et

hic homo in actu vivens genitus est non solum ab universali natura, quæ rationes animalium omnium seminales habet in actu regnantes, verum etiam a natura propria, id est, humana, rationem hominis seminariam possidente jam actu vigentem. Id enim perfectorum generatio postulat: atque hæc est ubique Plotini sententia. Subdit, intellectum divinum sic omnia in se habere, ut ipse sit omnia. Quod quidem tu hoc exemplo sic accipe. Si vasa omnia figurarum inter se diversarum mergantur in mare, aqua protinus implebit omnia, et implendo totidem similesque figuras assumet, quot implebit et vasa: ejusmodi vero figuræ non aliud, quam aqua maris, erunt, aliter se aliterque accommodans. Sic intellectus est omnes species, quas cogitatur habere: ac multo magis ipse suæ species est, quam maris aqua figuræ: tum quia nulla ibi novitas, nulla dimensio, nulla distantia impedit unionem: tum quia nec ab alio, nec in alio sicut aqua, sed a se ipso et in se ipso species induit, aut edit, aut prorsus existit. Quo vero modo in mente species inter se distinguantur, et tamen in unaquaque sint omnes, alibi sæpe tractabimus. Subdit, quod fit mentis divinæ particeps, non omnes species habere simul in actu vigentes: id tu vim intellige rationalem, quæ solet divinæ mentis aliquando fieri particeps. Ipsa enim intellectualis natura etiam in nobis non fit aliquando particeps, ut vult Plotinus, sed semper divinæ mentis est compos. Præterea divinam mentem appellat primum boni ipsius actum essentiamque primam. Non enim vult ullum esse actum in Deo, per quem aliquid Deus agat: alioquin ejusmodi actum ab ipsa Dei substantia saltem ratione quadam discrepaturum: a prima tamen unitate omnem prorsus differentiam, omnem numerum abesse debere. Ipsum igitur Dei actum esse existimat extra Deum: sicut et lumen extra lucem: ac tantæ Deum esse virtutis, ut actus ejus non sit vel motio ulla, vel accidens, sed substantia et essentia prima: idemque ibi sit et actus, et actum, id est, ipsa sit essentia rerum omnium fons plenissimus: ut dum unum a divina unitate videtur fieri, cuncta simul efficiantur in uno. Merito namque ab unitate, quæ est super omnia, et æque omnia respicit proxime, fit hoc unum, quod est pariter omnia. Actum denique ipsius essentiæ circa Deum esse vult vitam ejus, vitæ vero absolutionem esse mentem. Subjungit, animam, scilicet puram per mentem, tum suam quasi oculum, tum divinam quasi lumen, ipsam inspicere boni lucem: et hucusque mali nihil accidere. Quod si vel anima, vel ipsa natura hic descendendi sisteret gradum, nihil mali futurum: veruntamen ipsa naturæ fœcunditas efficit, ut multi præterea sub ipsa anima ipsaque natura sint rerum gradus. Quoniam vero gradatim descendendo paulatim portio boni minuitur (effectus enim causas æquare non possunt) tandem ex minori bono devenitur in malum. Quod autem cuncta circa Deum esse dicit, id est, a Deo pariter et ad Deum. Item primos præcipue rerum ordines, id est, ideas circa Deum, a quo in mentem veniunt, et in quem reflectuntur a mente. Secundos vero, id est, notiones rationales, circa secundum, id est, intellectum, a quo in animam effluunt refluuntque similiter. Præterea tertios, id est, seminarias rationes circa tertium, id est, animam, a qua profluunt in naturam, a qua refluunt rursus in animam. Denique quartos intelligi vult circa quartum, id est, naturales formas circa naturam, a qua labuntur in materiam, et in quam pro viribus relabuntur. Totum hoc, inquam, alibi plenius et diximus, et dicemus.

*Quid super ens: quid ens verum: quid non verum ens: quid verum non ens: quousque bona: ubi primum mala: et quot modis mala dicantur: et rationes multæ, quod sit materia.*

III. Caput tertium disputat, quid malum: quot mala: ubi sint mala. Malum esse negat in eo, quod entia supereminet: id enim est ipsum bonum: quod quidem hinc esse cognoscitur super entia: quod ipsa appetendi natura, electioque non solum esse desiderat plurima, sed multa etiam optat non esse, non fuisse, non fore: eligit autem semper sub ratione boni. Ex quo patet appetibilis, id est, boni sortem non ad esse solum, sed ad non esse etiam pertinere, ideoque ipsum bonum ente communius superiusque existere. Quoniam vero essentia primum boni susceptaculum est, ideoque per ipsam bonum derivatur in alia, sequitur, ut, quousque vera essentiæ participatio se extendit, eousque vera quoque boni portio protendatur, neque hactenus mala sint: sicut quatenus verus viget calor, inde frigiditas abest. [Plato de Republ. II. p. 381. Stob. Eclogg. II. p. 422. Heeren. *Cr.*] At vera essentiæ portio usque ad ipsas sphærarum mundi substantias se extendit, in quarum essentiis privatio nulla deprehenditur. In his ergo mala esse non possunt. Quicquid vero inter composita quandoque dissolvitur, non vere ens appellatur: quoniam et ipsum ejus esse antecessit diuturna privatio, similisque succedit et ipsius esse ductus, dum motu temporeque transigitur, quantum ad esse proprie spectat, individuum habet præsens, quantum ad non esse pertinet, longum præteritum patitur et futurum. Ejusmodi ergo compositum, cui privatio multa essendi miscetur, ita dicitur non vere ens, sicut non vere calidum, in quo ad minimum caloris, plurimum frigoris adhibetur. His igitur malum accidit, quoniam non vere ens, dum ab essentia prima nimium decidit, ideoque ab ipsa boni sorte

delabitur, interea præcipitatur in malum. Ipsum vero malum est, quod longissime distat a bono, id est, informis ipsa mundi materia. Secundo loco malum, forma, vel qualitas patitur in materia jacens, quæ et quædam materiæ passio, vel affectio exterius agitatæ vocatur. Tertio loco malum admittit anima, quatenus affectu quodam acriori ad materiam inclinatur: sed hoc interest, quod materia quidem dici quodammodo potest substantia mali: composita vero ex materia formaque caduca pati in substantiam malum: animam denique non in substantia, sed in qualitate quadam et accidente malum accipere. Inter hæc Plotinus ipsum, quod non ens appellatur, tribus accipit modis. Primo quidem omnino non ens, id est, nihilum. Secundo, vere non ens, id est, materiam mundi primam. Tertio non vere ens, id est, formam materiæ inhærentem, compositumque caducum. item proprietates hujus et accidentia. Atque ubi universum sensibile appellat ens non verum, intelligit præcipue omne sub luna compositum: quod omnino sensibile, id est, omnibus sensibus perceptibile dicitur: entis quidem imaginem vult esse formam ab idea pendentem, eamque referentem: umbram vero entis, materiam, quæ non ab idea, quantum idea est, dependet, sed quantum essentia formabilis per ideas: item non repræsentat ideam. Nullus enim materiam introspiciens, propriam alicujus ideæ faciem suspicabitur. Ait materiam non ens judicandam: non quidem sicut nihilum, sed sicut nonnihil a primo ente maxime distans. Ait et formam compositumque non eo solum spatio ab ente primo distare, quo status ille atque motus, qui in primo ente ponuntur, sed multo majore. Quo vero modo in ipso ente sint illa quinque, essentia, motus, status, idem, alterum, alibi disputabimus. Et profecto illic neque motus est ipsum ens: alioquin nullus erit status in rebus. Neque status rursum est ipsum ens: alioquin nihil usquam movebitur: sed differentes entis proprietates et actus. Sed missa in præsentia facit entis ipsius propria: accedit autem ad quædam non entis, id est, materiæ propria: quæ quidem opponuntur illis, quæ ipsius boni propria numeravit: ideoque hanc, tanquam a bono longissime discrepantem, malum ipsum judicat nominandam. Ipsum quidem bonum mensura est, materia vero (ut hujus verbis utar) immensuratio dicitur: item bonum, terminus: materia, infinitum. Præterea hoc informe, illud vero formator: hoc egenum, illud contra sufficiens: et quæ sequuntur. Atqui quemadmodum illa boni propria, quatenus sunt intra bonum, idem inter se sunt, ipsumque sunt bonum: quatenus autem ad sequentia referuntur, inter se differre videntur: sic et materiæ propria, qua quidem ratione in materia sunt, unum sunt, ipsaque materia: qua vero ad superiora spectant, et comparantur, diversa censentur: perinde atque linearum signa, quæ in centro sunt unum, sunt in circumferentia multa. Tum vero in rebus inter deum materiamque compositis est infinitudo quædam et terminus, est informitas et formositas. Neque idem est res ipsa composita, quod et alterutrum horum oppositorum: alioquin aut res ipsa non haberet utrumque, aut saltem alterutrum esset utrumque. Si enim hæc ipse terminus sit, non habebit infinitatem: sin infinitas fuerit, terminum non habebit. Si denique res hæc per se et hoc et illud fuerit, certe idem utrumque restabit. Quod vero terminus et forma sit infinitas informitasque opposita, rerum natura non patitur. Sed quoniam mista omnia ex oppositis tanquam non integerrime talia, reducenda sunt ad simplicia, taliaque quam maxime: ideo super formam et terminum, quæ sunt in alio mistaque sunt oppositis, ascendendum est ad formam et terminum, quæ sunt in se ipsis atque purissima. Rursus præter informitatem infinitudinemque, quæ sunt in alio oppositisque conjuncta, ad ipsam informitatem infinitatemque descendendum in se ipsa simpliciter subsidentem. Proinde ubi Plotinus ait: Quod accidit aliis, prius aliquid ipsum esse debere, quam accidat: non dixit prius ipsum in se, vel per se extare, quam accidat, ne forte accidens crederes esse substantiam. Tu vero hinc memento, calorem, qui aliquando contingit aquæ, quoniam et in alio est, et ex accidenti competit, reduci ad calorem ignis: qui, quamvis sit in alio, non tamen ex contingenti adesse dicitur, sed natura. Hunc denique calorem redigi ad ipsam caloris ideam, quæ et per se jam et se ipsa consistit. Sic itaque, sicut, quod per accidens est, ad illud, quod secundum naturam inest, refertur, ita, quod in alio jacet, ad illud, quod in se ipso consistit. Denique memento, mala rerum formis accidere: neque casu duntaxat: continue namque perpetuaque serie veniunt: neque ex ipsa natura formæ, quæ tandem provenit a prima forma, id est, a mente divina, ea videlicet ratione, qua mens conversa est in bonum. Quamobrem et ab extrinseco scito confluere mala, et illo quidem principio quodam determinato: non certe principio velut forma, sive formali quodam: igitur a materia. Primum igitur materia malum: sicut et bona à principio rerum primo: illud igitur ipsum bonum. Superiora sic iterum confirmantur. Videmus in rerum ordine singula ex potentia quadam, actuque componi, id est, ex natura formabili actuque formali constitui: et quæ media rerum tenent ex utrisque oppositis æqua portione rite commixta: sed supra medium ordinis universi, formabilem potentiam ab actu formali magis gradatim magisque excedi: in medium vicissim ac-

tum quidem decrescere: crescere rursus potentiam patiendi deformemque naturam. Quam ob rem et augmentum ipsius actus per gradus ordinatissimum ad actum denique summum pervenit atque purum, et decrementum ejus ad minimum paulatim actum formæ descendit. Cui mox succedit summa quædam informitas et infinitas, patiensque omnino natura formis desuper venientibus quasi mensuris et terminis semper exposita. Sed hic interim animadverte: sicut ordinis hujus descensio ultra minimam formam devenit in materiam, sic ascensionem ultra summam formam, id est, essentiam, mentemque primam ad ipsum progredi bonum: vicissimque sicut super ens existit aliquid, id est, ipsum bonum, ita sub ente subsidere nonnihil, id est, ipsum malum, medium inter ens et nihil bono prorsus oppositum. Medium namque inter ens et nihil, sive non ens, materiam Platonici ponunt, quæ et non ens dicitur, et non nihil. Quæ quidem velut communis potentia origine quadam et generationis ordine universum antecedit mundi actum, sicut et potentiæ passim propriæ actus proprios similiter antecedunt. Cum vero ob extremum virtutis defectum materia semper egeat sustentaculo, neque fundamento usquam inferiori possit inniti: (nihil enim est inferius illa:) nacta est tantum desuper sustentaculum, ex quo pendeat, id est, naturam: sicut et natura similiter animam. Materia quidem ab essentia naturæ dependet, et ab ipsa mentis essentia: formæ vero in materia genitæ ab ipsis naturæ seminibus ac mentis ideis: materia videlicet sicut umbra tum intellectualis essentiæ, tum naturæ: formæ autem ut imagines ipsius mentis et seminum. Sustineri vero videtur materia desuper ferme in suspendiculi modum, sicut ferrum a superiori magnete suspensum.

*Gradus malorum tres: quomodo in anima malum, quomodo materia nihil habet boni.*

IV. In quarto capite malorum gradus prosequitur, in primo gradu materiam ponens, in secundo corpoream materiæ formam: quam non esse formam veram et hic Plotinus breviter indicat, et nos in Theologia latius demonstramus. In tertio vero statuit animæ malum, dicens: animam ipsam non esse per se malam: alioquin et omnis anima foret mala, et ab initio mala foret, et semper. Existimat secundam animam, id est, vitam ab anima prima quandoque accommodatam corpori, statim in ipso accommodationis initio fieri pravam. Cum enim sic alligetur corpori, ut ex ea et corpore unum animal componatur, merito a materia mox inficitur: adeo ut et passionibus fiat obnoxia, et motus immoderatos more corporis subeat in excessum atque defectum. Talem vero fieri omnem ejusmodi vitam Platonici putant, posse tamen et hanc vix tandem aliquando temperari: sed ante moderationis effectum, et passiones illas esse involuntarias arbitrantur, quia videlicet naturales: et superiorem quoque animam, quia scilicet libenter cum inferiore consentiat, falsas inde opiniones accipere, quibus parum considerate judicet, re vera bona sibi quoque vel fore mala, quæcunque inferior anima naturali quodam impetu prosequitur, aut fugit. Sicut igitur inferior anima impetu naturali mala fit, sic superior amore, consensione, opinione fit mala. Sed inter inferiorem hanc vitam, atque formam corpoream hoc interest, quod forma hæc passio quædam est materiæ, vita vero actio potius est, vel actus animæ. Ideo formæ quidem malum insanabile est, vitæ vero sanabile. Ubi vero materiam ait boni nihil habere, intellige nihil formalis, intrinseci, absoluti boni. Cum enim primus boni ipsius effectus sit formale aliquid, id est, divina mens, forma formarum, merito ubi deest natura formalis, deest intrinseca, natura boni. Sed materia quia primum subjectum est, æque ad omnes formas expositum, nullam sibi propriam vindicat formam, nihilque formale. Huic ergo nihil formalis, intrinseci, absoluti boni proprium est. Neque tamen huic deest appetitio boni. Est enim materia indigentia summa ad formalem copiam capiendam naturaliter paratissima: igitur hanc naturaliter appetit: igitur affectat bonum. Appetitio hæc bonum quodammodo dici potest: non quidem absolute, sed quoniam spectat et conducit ad bonum: ad bonum, inquam, extrinsecum. Quod enim accipitur, nunquam evadit materiæ proprium. Proinde principium efficax, unde appetitus, motusque materiæ ad bonum efficitur, non est in ipsa materia (nulla enim efficacia est, ubi nulla forma:) sed in natura tanquam instrumento Dei. Neque tamen appetitus motusque ejusmodi dicitur violentus. Nam ad hunc tractum materia nedum resistat, sed et paratissima est, et quam libentissime patitur, facillimeque formatur. Denique ipsa materia, quoniam est informis, est mala, imo quia est informitas, est ipsum malum: dicit tamen quodammodo bona potest, quatenus formabilis est a bono. Quoniam vero sæpe formam nominat terminum et mensuram, scito terminum appellare: quia naturam materiæ ad speciem quamlibet æque indifferentem certis quibusdam speciei limitibus terminat: ut per hominis quidem formam speciem hominis sortiatur: per equi vero formam ad equi speciem contrahatur. Mensuram rursus nominat: quia materia suapte natura nullam habet propriam magnitudinem vel figuram, sed certa quadam forma dum ad certam speciem eam terminat, propriam quandam magnitudinem, figuramque requirit. Sicut autem corporea forma

mensura est, terminusque materiæ, sic intellectualis forma mensura est ac terminus animæ. Ipsum vero bonum mensura est, terminusque mentis et omnium. Anima denique, quæ per omnes sui vires in mentem conversa, ejus mensura terminoque componitur, nihil mali accipit aut prospicit: quæ vero a mente digressa materiam versus inclinatione progreditur, jam malum prospicit, et quasi quodam intuitu fascinatur. At postquam seminariam naturæ suæ virtutem quasi animæ superioris imaginem materiæ prorsus infundit, malum jam dicitur attigisse. Ubi tandem habitum jam concepit, per quem materiali corpore patiente compatiatur atque consentiat, jam tactu venefico languere videtur.

*In quo defectu consistat malum: quomodo materia sit ipsum malum: quomodo fiat malum in anima.*

V. Caput quintum quæstiones duas inducit et solvit. Prima quæstio est ejusmodi: Dictum est vim rationalem imperfectiorem mente, ejusque imaginem esse: similiter vim naturalem rationali imperfectiorem, ejusque imaginem. Numquid ergo defectus ejusmodi vel ibi vel hic est malum? Nequaquam. Nempe non in quovis defectu boni consistit malum, quando scilicet aliquid ab alieno superiorique bono superari deprehenditur, eique cedere. Nam hi sunt certi bonorum gradus providentia divina dispositi. Sed malum in proprio quodam defectu versatur: quando aliquid bono aliquo speciei suæ vel singulari munere videtur orbatum. Summum vero malum in universo defectu perpenditur, quod quidem omnis speciei bono suapte natura caret, omnique intus formali dono privatur: qualem dicit esse materiam, quæ nullam boni habeat portionem, scilicet intus et propriam. Cum enim ipsum ens primo bonum intus accipiat, tanquam ipsi bono quam proximum, merito intrinsecum rebus bonum per munera ipsius entis, scilicet per essentiam et esse, tribuitur: materia vero neque proprium habet esse, cum non sit forma, vel propriam habeat formam: est ergo per esse substantialis formæ, sicut accidentalis forma est per esse substantiæ, neque rursus habet essentiam. Cum enim prima essentia sit aliquid in se formale, præsertim si ad alias essentias comparetur, jure materia, quæ nihil est formale, non etiam est essentia: veruntamen est aliquid essentiæ quodammodo simile: quamvis ipsius esse simile nihil habeat. Proinde, in quo est defectus aliquis, qualiscunque sit, id non est ipsum bonum: ubi defectus a proprio quodam bono cadens, ibi jam malum aliquod: ubi defectus omnis, ibi malum ipsum; id autem est materia. Defectus autem a proprio bono degenerans, in quo est potentia et proclivitas in malum aliquando cadens, deterior defectus est, quam simplex alicujus boni defectus. In hoc enim consistit minus bonum, in illo vero malum: nam proclivitas illa præsertim jam inclinans vergit ad ipsum malum, quod quidem ante proclivitatem jam est malum: et ipsa proclivitas in animo pronior quandoque facta jam est mala, antequam præcipitandi habitus confirmetur. Jam vero primum animæ malum non est vitiosus hic habitus, aut ille, sed ipsa proclivitas propensior ad materiam: ipsaque materia, circa quam versatur: vel eam quibusdam sui partibus attingendo, scilicet natura viribusque naturæ ministris: vel eam aspiciendo, scilicet quodam tum consilio rationis materiam eligente, tum imaginationis superioris imperio: vel in materiam corruendo, scilicet imaginationis inferioris affectu: vel denique patiendo scilicet infimo sensu. Profecto cum omnia secundum aliquid talia judicentur talia, quatenus ad ipsum tale simpliciter referuntur, merito Plotinus omnia per relationem aliquam ad materiam, quæ ipsum malum est, mala perpendit, tum in anima, quod jam dictum est, tum in corpore, atque fortunis, quod deinceps ostendit, ubi secundam quæstionem movet et solvit. Concludit ex his, animam non esse mali principium: quia videlicet non sit ipsa natura mala, cum intellectualis natura sit, atque ipse intellectus sit ipsi bono quam proximus: quippe cum ad ipsum bonum et intellectus proxime et per intellectum anima convertatur. Hic innuit, animas non tam certo proposito quasi rebelles a Deo deficere, quam ex quadam potius consequentia contingenti: quatenus scilicet ad materiam et materiale quiddam afficiuntur: ex quo latenter animus avertatur a Deo, dum libenter convertitur ad oppositum. Nempe si in hoc nostro malignitatis loco animus non discedit a majori bono in malum præcipuo quodam proposito, sed sub specie boni, multo minus extra id corpus vivens manifestum malum bono manifesto præponit. Initium itaque mali animæ vult esse per accidens, quatenus ad aliquid minus bonum, id est, ad ipsum generationis ministerium propensius inclinatur: sed clam interea malum subrepit, quod et aliquando nolentem detinet animam: tum quia inevitabili mox impetu fati pulsatur, et diutius interdum carcere clauditur, tum quia nescit ab initio quid, quantumve damni sequatur ex affectu et habitu circa corpus. Solos autem Plotinus eos existimat animos mala quodammodo vitaturos, qui, antequam corporeus habitus confirmetur, discrimine cognito in mentem se omnino receperint. Quoniam vero non omnes pravi sunt: et pravi quidam emendari aliquando possunt: patet pravitatem tum non inesse natura, tum non esse ipsum malum existimandam. Concludit denique animum devitare, vel repellere, superareque pravitatem ex materia pullulantem, vel ad materiam proruentem, ea tantum

natura, quæ inest animo a materia segregata, ideoque divina: et quamvis divina sit, quia tamen est proxima naturalibus, sensim admittit malum. Non autem sicut corporea forma, quæ ideo cadit a proprio bono, quia tum materiæ inhæret, tum contrariæ formæ miscetur, ideoque malum ejus sequitur et interitus. Sed ideo animus a proprio quodam bono degenerare, malumque videtur admittere, quia nimium init cum natura inferiori commercium. Ex ejusmodi vero contubernio sollicitudo potius et impedimentum melioris officii sequitur, quam pernicies.

*Quomodo aliquid bono sit contrarium, id est, materia: quomodo formæ a materia separatæ sint contrariæ.*

VI. Sextum caput exponit, quid sibi Plato velit, ubi ait in libro *de Scientia*, mala omnino deleri non posse. Esse namque necessario aliquid sub contrarium bono, Ipsaque mala in mortali natura versari. Inter hæc intellige, non esse quicquam proprie ipsi bono contrarium: quasi id in eodem genere contra bonum ex opposito dividatur. Principium namque rerum cum nullo potest in eodem genere convenire, et a nullo per differentias sibi additas discrepare. Sed dicitur aliquid subcontrarium bono, id est, sub boni imperio collocari aliquid ab eo maxime distans, ac penitus dissimillimum, id est, infimam mundi materiam. Præterea docet, in cæteris quidem contrariis non esse necessarium, ut si unum extat, mox extet et alterum. At vero si ipsum bonum est, necessario ejus subcontrarium provenire, id est, si primum est universi principium, necessario datur gradus quidam infimus universi. Inter hæc contrarietatem accipit aliter, quam plerique eam definientes repugnantiam quandam duarum in eodem genere qualitatum. Unde sequeretur substantias sibi invicem non esse contrarias: et, quæ contraria sunt, in eodem genere collocari. Hic enim contrarietatem esse vult distantiam rerum undique maximam opposita facientem, ferentemque opposita. Sic itaque materia erit subcontraria Deo. Hæc enim non est essentia, ille vero essendi principium. Hæc malorum origo, ille bonorum. Hæc rursus informitas, deformitatisque causa, ille principium est formarum. Multoque magis hæc duo inter se contraria sunt, quam calor, atque frigus, et similia. Hæc enim in nullo conveniunt. Cætera vero in genere et materia congruunt. Subdit, ignem et aquam, si speciem forte suam servarent illis subducta materia, inter se adhuc contraria fore, scilicet essentiam aquæ ignis essentiæ: tunc enim in his calor, et frigus non modo proprietates quædam essentiales, sed etiam quodammodo essentiæ forent, sive actus essentiæ, maximeque inter se distantes contrariorumque causæ universo. Item nulla tunc alterius portio propria foret in altero, cum communis sit illis materia defutura. Rursus duo hæc se totis inter se discrepabunt, et ipsa (ut ita loquar) alteritate distabunt.

*Quomodo, si bonum est, necessarium sit, esse malum, et quomodo universum ex materia constat et forma ex mente atque necessitate.*

VII. Post hæc in septimo capite monstrat: cur necessarium sit, si bonum est, fore malum. Profecto mundanum opus ab ipso Deo factum, nunquam præsenti effectu, actuque factum esset, nisi fieri potuisset. Duo igitur cogitantur, tum potentia, tum actus essendi. Quæ quidem inter se contraria, id est, opposita sunt: nam et qua ratione actu jam existit, nequit ulterius effici: et qua ratione fieri poterat, nondum erat in actu. Item potentia quidem ejusmodi terminus est a quo: actus autem terminus est, in quem effectio mundi progreditur. Actus quidem existit jam in potentia mundi, potentia vero non in actu quidem, sed potius est sub actu: atque ita hæc hunc ordine quodam antecedit, rationisque discursu, sicut in qualibet rerum apud nos genitura, potentia hæc aut illa nascendi actum proprium et præcedit tempore, et in actum procedit in tempore. Si quæras de prima nascituri mox mundi potentia quidnam fuerit respondebo, neque prorsus aliquid extitisse: jam enim fuisset in actu: neque rursus omnino nihil: non enim aliquid fundatur in nihilo. Dicam ergo, fuisse nonnihil, ipsam, inquam, existendi potentiam atque materiam, non, inquam, in Deo fundatam: Deo enim nihil accidit: non fundatam rursus in nihilo, sed ipsum potius fundamentum: non quidem in ipsa divini architecti intentione primum, sed potius ultimum. Primum namque, id est, præcipuum in ipsa Dei sententia est forma mundi: posterius vero materia sub mundi forma se occulens. Vicissim vero in operis expeditione primum est materia, subsequens vero forma. Constat igitur universum, ut Plato inquit, ex mente, id est, actu formali, qui sane est in divinæ mentis voto præcipuum, mentisque imago item ex necessitate, id est, materia, quæ non tam intentione propria quam necessaria quadam conditione ad hoc opus accipitur. Si igitur est ipsum bonum efficacissimum omnium, necessario Plotinus vult, opus inde sequi mundanum. Si mundus est, necessario est materia, quæ malum est. Si ergo bonum est, sequitur necessario malum. Præterea bonum ipsum cum inexistimabilem habeat efficaciam, vim suam effectumque longissime latissimeque diffundit. Si longissime porrigit, certe graduum deinceps innumerabilium series efficit, ut gradus ultimus velut maxime distans sit primo. i. e. bono contrarius. i. e. omnino diversus, atque dissimillimus. Erit itaque malum: malum, inquam, simpliciter, atque commune. Item si la-

tissime vim diffundit, plurimi per latitudinem rerum gradus efficiunt, ut aliquis sit ab aliquo diversissimus, sæpeque re vera contrarius. atque malum non quidem simpliciter malum, sed potius invicem. Si ergo bonum est, consequenter tum in longum denique surrepit ipsum malum, tum in latus quædam inter se mala contingunt. Inexistimabilem ipsius boni fœcunditatem necessario bonum sequitur iterum fœcundissimum. Et hujus deinceps fœcunditatem fœcundum aliud rursus et aliud. Cum vero semper effectus in bonitate causæ cedat, continue magis suboritur comminutio boni: hanc vero subsequitur denique malum. Effectus itaque boni et bonus est, quoniam est ex bono, et minus bonus, quoniam extra, et infra bonum: et denique malum patitur post boni longissimum detrimentum. Quoniam vero materia est ipsum malum, atque ex hac totus mundus compositus est, ideo in qualibet mundi particula latet malum, quamvis in sphæris mundi sublimioribus soliti effectus mali non accidant: quippe cum ibi defectus materiæ perfectione formæ nimium superetur: nonnihil tamen mali simile præ se ferre videtur continua quædam privatio, quam secum affert perpetuus mundi motus in præteritum ac futurum. Materia quoque cœli ob potentiam ejus ad formas omnes indifferentem, substantiales formas aliquando commutaret, nisi mira quædam præsentis formæ virtute, tanquam fræno quodam cohiberetur: cui quidem fræno jam mansuefacta cedit: forte non tam quia simpliciter materia est, quam quia talis formæ materia. Hanc ob causam Plato in Timæo sphæras mundi stellasque inquit dissolvi posse, scilicet ex natura materiæ: nisi virtute divina, id est, mira bonitate formæ, connecterentur. Formæ itaque separatæ dissolvi non possunt: nam et si hæ quoque beneficio ipsius boni munere conservantur, tamen hoc ipsum boni munus forma est: qua quidem dum servatur forma quælibet a materia segregata, videtur interim se ipsa servari, cum ipsa re vera sit forma. Si quis autem ambigat, cur corpus humanum forma sua, id est, anima, quæ divina est, non servetur indissolutum, audiat Moysen docentem, contineri quoque id corpus indissolubile posse, si modo et anima suam servet divinitatem: quod et Persarum Magi secuti, promittunt perpetuam corporis sanitatem animo pristinam sanitatem suam recipienti.

*Quomodo materia sit causa mali, primo quidem formis suis, deinde animo: item quod omnia bona ad unum bonum, omnia mala ad unum malum denique referantur.*

VIII. Dubitat autem in octavo libri capite, utrum materia sit causa in animo tum inscitiæ, tum pravitatis, an potius forma quædam complexioque formarum? Respondet mox: Si forma corporea qualiscunque dicatur, sit mali in animo causa, propterea causam esse mali, quoniam forma hæc materiæ addicta est, ac prorsus materialis effecta: nec vera sit forma, sed imago quædam formæ, passioque materiæ. Cum regionem sub cœlo mobilem instabiliter quasi per se vacillantem necesse sit regi, ducique a regione cœlesti, mobili quidem, sed stabiliter mobili, id est, perpetuo eodemque semper tenore volubili. Rursus cœlestem regionem motui subjectam, quasi nondum perfectam a superiori prorsus immobili gubernari. Merito inferiores in hac nostra materia formas, ad formas, quæ sunt in cœlo, reducimus, et cœlestes iterum formas, ad illas, quæ sunt in ipso cœli fabro duceque, referimus: neque aliud ibi sunt hæ formæ, quam ipsa fabri ducisque intelligentia: ideoque in se ipsis existere judicantur. Formæ quidem sub cœlo a cœlestibus longe degenerant: illinc enim puræ sunt et integræ, efficaces, passionis expertes, neque pugnaces: hic autem commistione aliqua inquinatæ, mancæ, inefficaces, innumeris subditæ passionibus, et si quid agunt ad perniciem inter se pugnantes. Veruntamen hæ cum cœlestibus tum in ipso corporeo genere, tum in materia motuque congruunt. Hæ igitur a formis penitus incorporeis et procul a materia, omnique motu in se consistentibus multo magis degenerant, quam a cœlestibus: usque adeo, ut sublimes illæ sint formæ, hæ jam deformes quædam notæ sint, vel exigua valde incertaque formarum vestigia in materia prorsus informi: materia, inquam, jam ita superanti formas, sicut et in cœlo formæ superant conjunctam sibi materiam, et super cœlum formæ materiam omnem a se procul eliminant. Age rursus lucem in se ipsa considera, et in ea vires omnes, gradusque colorum: qui tamen in ipsa luce nihil aliud sint, quam ipsa. Animadverte subinde colores in herbas traductos, cognosces subito, quam longe colores, qui his materiis insunt, ab illis decidant, qui in luce imo in se ipsis existunt. Mitto, quod hi colores obumbrati jam sunt, et contraria tum luci, tum sibi invicem natura polluti. Nonne vides eos inefficaces sic evasisse, ut abeunte luce nihil agant, forteque sint nihil: adeo, ut dum præsente luce videntur existere, hoc ipsum esse ipsius forte sit lucis: certe hoc ipsum agere oculosque movere, sit lucis in eis agentis. Talem vero formarum nostrarum ad divinas comparationem esse memento. Materia enim formas omnes in ipsa jacentes multo magis inficit informitate sua, quam subjectum frigidum, calorem debilem accedentem. Major namque diversitas est inter formam, atque informe omnino subjectum, quam inter formam quamlibet, et subjectum quomodolibet jam formatum. Si ergo non est calor verus, qui

mistus est frigido, certe non est vera forma, quæ immersa est subjecto prorsus informi: sive (ut verius loquar) informitati. Accipe colores quatuor, album, croceum, viridem et rubentem. misce cuilibet horum quemlibet, non tantum quemvis inficies mutua mistione, quantum si quemlibet horum nigro miscueris: nigredo vero ad reliquos comparata colores, materiam tibi referat ad formas similiter comparatam. Memento, præterea formas in materia, quia factæ materiales sunt, egenas evadere, ac periculis subjacere, ideoque invicem ad perniciem concertare, ut alieno videlicet detrimento utcumque possunt alantur, et tutiores sint extincto contrario: separatas vero a materia formas, quamvis admodum inter se diversas, tamen inter se nullo modo pugnare: generant tamen in universo contraria, idea quidem ignis, ignem: idea rursus aquæ generat aquam. Quod enim inter differentes ideas est inconfusa uniuscujusque proprietas, hic repugnantia fit hostilis. Conclude tandem, formas in materia penitus obumbratas fieri usque adeo languidas, ut materiæ veneficio ægrotantes veneficæ quodammodo sint et animo nimium propinquanti. Qua vero ratione pro humorum diversitate diversa hominum sint ingenia, diversique mores: et utrum, et quomodo superari hæc incommoda temperarive possint, in Theologia sæpe disputamus: ubi etiam non veras esse in materia formas frequenter asserimus. Ut autem, quæ Plotinus de bono, maloque, et boni malique gradibus, et in superioribus et hic adducit, summatim teneas, ita considera. Diversa bona, in quocunque rerum genere sint, communi vocamus appellatione boni: neque id quidem casu, sed certa quadam conditione ad hoc adducti. Unam itaque in cunctis communem sortem vaticinamur, non unam specie, aut genere: nam in omnibus generibus quamvis diversis, bonum conspicimus atque nominamus. Una igitur est hæc appellatio, ob quandam ad idem ordinis unionem scilicet, quoniam ab eodem principio sunt, ejusque aliquid habent, et ad idem velut finem feruntur et conferunt. Similiter per omnia genera malum aliquod reperimus: cunctaque mala eodem mali nomine non casu, sed certa ratione notamus. Neque id verius fieri potest, quam si ad unum summopere malum omnia referamus, scilicet quia vel inde contingant, vel illius aliquid habeant sive similitudinis sive inclinationis, sive naturæ: vel quia illuc ferantur et ferant. Ipsum quidem bonum summus est universi gradus: Ipsum ergo malum gradus sit ultimus omnium. Neque vero decet mala dijudicare solum per discessum ab ipso bono, atque distantiam: imo multo rectius per accessum ad ipsum malum. Non enim quicquid statim a primo distat, mox judicamus malum, sed longo post intervallo mala deprehendimus, quæ per accessum ad ultimum deformia jam perniciosaque sunt. Valde enim probabile est, quæ propinquiora sunt ipsi bono, quam ipsi malo, bona censeri: quæ vicissim propinquiora malo, mala putari. Sin autem absque fine aliquo descendatur, nusquam erit infimum, et ab ipso bono maxime distans. Quo posito, liceat aliquid huic propinquius existimare, quam bono, aliudque alio propinquius huic ulla ratione perpendere. Referre autem malorum judicium solum ad quamdam a bono distantiam, perinde se haberet, ac si quis ad ipsam a malo distantiam bonorum omne judicium referat.

*Quomodo, quod est informe, cognosci possit ab anima, quæ est forma, et per formas solet cognoscere.*

IX. Quærit in capite IX. Quomodo, quod est informe cognoscatur, cum et virtus cognoscendi sit forma, et ipsa per formam actura sit, et objectum per formam virtuti sit occursurum. Respondet, per lumen cognosci tenebras, id est, fingendo quidem totum lumen abesse extremas tenebras cogitari: fingendo vero deesse hic luminis partem, quam alibi videamus, agnosci aliquid tenebrosum. Similiter omnem formam auferendo, animum vaticinari materiam: sed formas auferendo nonnullas, aliquid cogitari deforme. Sed mirum hic aliquid accidit. Sicut enim neque sine luce videmus quicquam, neque in luce tenebras: ita neque sine forma quicquam intelligimus, neque per formam, vel in forma materiam. Animus denique sicut ipsum bonum supra lumen intellectuale cognoscit, sic materiam infra lumen ejusmodi fingit. Cognitio autem utraque vaticinium potius, quam ratio, nuncupanda videtur.

*Quod materia sit mala, non quia qualis sit, sed quia non qualis: sic Deus est sine qualitate bonum: item materiam esse prorsus informem, et quid sit forma.*

X. Post hæc autem in reliquis libri capitulis quæstiones movet et solvit. Quæstio prima in capitulo X. Utrum materia, si non sit qualis, possit esse mala. Solet enim ad qualitatis genus virtus, et vitium, bonitas et malignitas pertinere. Respondet, Quæ mista sunt ex subjecto quodam atque forma, ita solere vel bona, vel mala censeri. At vero quæ simplicissima sunt, non ita, sed aliter judicari. Sic ipsum rerum principium, quando vel dicitur bonitas, non est qualitas: vel quando dicitur bonum, non est quale. Ipsum enim est ipsa bonitas, non qualitate solum, sed substantia, essentiaque superior: sic rerum ultimum, id est, materia, ubi malignitas appellatur, non est qualitas, alioquin et in subjecto alio foret, neque sic foret ultimum, et per naturam formalem nonnihil boni formalis haberet. Item ubi

denominatur mala, non ita cognominatur, quia ipsa sit aliquid ex subjecto et qualitate compositum: alioquin neque esset ultimum, posset enim in simpliciora resolvi atque subjectum: et ipsa ejus qualitas neque cum quibusdam aliis potissimum congrueret qualitatibus: alioquin materia non foret ad quaslibet capiendas æque parata: neque etiam esset qualitas pariter ad omnes qualitates indifferens: nam sic quidem et ipsa jam ad naturam sortemque materiæ traheretur: et si quid forte formale judicaretur, saltem id insuper sequeretur, ut quod omnium subjectum dicitur, sit adhuc ex forma et subjecto compositum. Oportet tamen, ne in infinitum sit processus, ad subjectum simplex et informe penitus devenire. Materia igitur non quia qualitatem habeat, sed quia non habeat, malum existimatur. Si ergo qualitas quandoque bona dicitur, non quia sit qualis, sed quia qualitas: sic materia mala, non quia qualis, sed quia materia, nullam in se possidens qualitatem. Qualitas enim et forma in subjecto nihil aliud est, quam mensura determinatioque subjecti, et expressio quædam ab ipso bono per formam primam, id est, per mentem quasi per sigillum suum impressa, referens ipsum bonum. Materiam vero fingere possumus nonnihil ab ipso bono etiam pendens, per quemdam processionis potius, quam conversionis modum, nec dum ab ipso bono respectum, nec sigillo quasi peculiare aliquid obsignatum. Sic ab ipsa communi cœlestis naturæ virtute regitur, quicquid sequitur, usque ad centrum terræ inde dependens. Sed communis ipsa cœli natura per lumen velut sigillum sibi simile propriumque nihil ultra terræ superficiem exprimit, nihil sibi simile format. Quod ergo subsequitur, est informi materiæ simile: quod autem superius extat, est simile formis, atque formoso. Et ipsum quidem lumen intellectum tibi divinum referat: ipsa vero simplex priorque cœli natura referat ipsum bonum.

*Utrum malum sit privatio summa: et utrum esse per se et in se possit? Respondetur distinguendo.*

XI. Quæstio secunda in capite XI. ita quærit: Cum privatio ob defectum in se esse non possit, sequitur ut extrema privatio ob extremum defectum minime omnium per se, et in se possit existere. Quonam igitur modo aut ipsum malum summa privatio est, aut, si est ejusmodi, quonam pacto per se, vel in se consistit? Respondemus ad hæc, privationem summam, id est, formarum omnium puram vacuitatem, neque in alio esse posse, alioquin non foret illic extrema vacuitas: neque re vera in se, quia videlicet a nullo dependeat, sed quoniam a nullo tanquam subjecto quodam sustineatur. Itaque nemo dicat vel animam, vel in anima esse primum ipsumque malum: alioquin non foret in anima intellectus, non vita, non essentia, nec anima ipsa foret amplius anima.

*Utrum ipsum malum non sit purum malum, sitque in anima? Respondetur, esse purum, neque in anima.*

XII. Quæstio tertia in capite XII. tentat, Utrum liceat ipsum primumque malum judicare non purum undique malum, atque ita in anima collocare? Respondeo: primum summumque malum apud Plotinum intelligi extremam formarum vacuitatem, quæ quantum ad formas pertinet, sit et pura vacuitas primaque materia, quæ quidem si quid formale haberet intrinsecus, non esset materia vera, sicut neque vera forma est, quæ materiale aliquid in se admittit. Rursus, si non est vera materia, si qua intrinsecus formalis evaserit: ita neque vera forma, quæcunque materialis evadit: præsertim quia, si materia, dum fingitur in melius, id est, formalem traduci sortem, desinit esse vera: multo magis forma vera cessat existere forma, dum in deterius, id est, in materiam jam transfertur. Ut igitur a non vero perveniamus ad verum, oportet tum ad formas supra materiam puras ascendere, tum ad puram infra formas materiam devenire. Quam ob rem materia semper est pura vacuitas: nam et dum formas omnes videtur habere, nullas habet: tum quia non vere sunt ejusmodi formæ, tum quia neque ullam sibi propriam contrahit, neque servat inde vestigium et forsan speculi more, quæ non habet, ostentat habere.

*Utrum ipsum malum sit impedimentum in anima? Respondetur, extra animam esse primum malum, et primum bonum, et animam per quatuor gradus descendere in malum, scilicet materiam.*

XIII. Quæstio quarta in capite XIII. Utrum primum malum sit ita ponendum in anima, ut malum hoc non tam privatio sit, quam impedimentum ad bonum proprium consequendum. Negat impedimentum ejusmodi scilicet vitium esse primum malum: tum quia propterea dicitur malum, quod impediendo bonum deducit ad malum: non est igitur primum malum. Item sicut virtus non est summum bonum, ita neque pravitas summum malum. Virtutem vero non esse in bonitate primum summumque, patet, tum quia et in labore versatur, et appetitum naturæ non implet: tum quia a potentia quadam ociosa provenit in effectum, cursuque temporis a minori pergit in majus: tum quia compositionem in se aliquam admittere potest. Hæc autem in ipsum simpliciter bonum cadere nequeunt. Sicut ergo ipsum bonum est virtute præstantius, sic ipsum malum est inferius vitio, longeque deterius. Profecto animæ malum est ad materiam se deflectere, quam Plato in Theæteto nominat dissimili-

tudinis regionem, scilicet divinitati undique dissimillimam. Delabitur autem in letheum hoc profundum per gradus quatuor, quasi flumina quatuor. Primo quidem gradu hanc corporis fabricam imaginatur attentius: secundo affectat ardentius: tertio jam conjuncta fabricat: quarto coitus ejusmodi voluptatem ducit in habitum. Hactenus per flumina quatuor ad inferos animus præcipitari videtur. Ita præcipitatus rursus ibidem per quatuor quoque revolvi, quando videlicet judicium imaginatione penitus obcæcatur. Item affectus ex humano sit ferinus: hinc coitus ejusmodi cum corpore corpoream reddit animam. Denique habitus animum corporis commercio detinens fit penitus indelebilis, nisi forte divinitus deleatur. In quo quidem gradu animus a Platone dicitur, postquam delapsus ad inferos fuerit, dormitare.

*Quomodo malum in animo sit debilitas, et qualis debilitas, et quomodo a materia: quomodo anima corpori conjuncta sit: quomodo separata: quomodo materia dependet ab anima: et quomodo etiam desuper.*

XIV. Quinta quæstio in capite quarto decimo investigat, Utrum malum, quod fit in anima, id est, vitium, sit imbecillitas? Idque concedit dicens, similem quodammodo in animo atque in corpore debilitatem fieri, sed non eandem. Horum enim utrumque tunc debile dicitur, quando et facile patitur aliunde, et sua difficile peragit. Sed debilitas in corpore quidem fit duplex: aut cum amittit suum, aut cum alieno gravatur. In anima vero solum ex alieno quasi pondere debilitas accidit. Accipere autem dicitur alienum, quatenus materiam sibi quasi extrinsecus ubique præsentem aliquando intromittit: præsentem dico, quoniam, ubicunque anima est, ibidem est materia: extrinsecus, inquam, quoniam et materia quasi extra pendet ab anima, et anima nullo modo residet in materia, sed in se ipsa, dum pendet inde materia. Hæc ipsa materia, tum quia inde extat, tum quia prorsus egena, tum quia inde sicut ferrum a magnete quodammodo trahitur, affectare videtur in animam penetrare, ibi videlicet formis perficienda: perinde ac si nubes aliqua proprio quodam flatu, sive tracta lumine se lumini subigat, atque inde ruborem accipiat, velut formam. Tunc sane lumen non tam in nube, quam in se videtur existere, sed rubor in nube: neque dividitur ibi lumen, ut pars quidem una in se sit, alia sit in nube: sed lumen in se totum prorsus existit. Vis autem, actusque ejus in nube fit rubor: qui quoniam pro inferiori nobis natura suscipitur, debilior admodum est, quam lumen, ipsumque donum luminis quantum ad nostrum spectat intuitum, obfuscare videtur. Nubes ejusmodi materia sit: lumen vero sit anima: rubor autem sit vita quædam, vel forma jam infusa materiæ. Quæ quidem vita, quia non pro ipsa animæ amplitudine, sed pro angusta potius materiæ capacitate suscipitur, exigua quædam evadit, debilisque vita, ac tum inefficax ad agendum, tum obnoxia passionibus: quamvis interea intellectus in anima fulgeat desuper, sicut et lumen splendet desuper, dum et rubor ejus in nube ab ipso splendore degenerat, et nubes spectaculum ipsum nobis veri luminis aufert. Memento, Plotinum et hic et alibi nobis innuere, materiam a natura, id est, ab infima virtute animæ generari: ab anima, inquam, sive patiente, quemadmodum alicubi legitur, sive præsente, quod rectius legi puto. Anima enim nihil nondum nata materia patitur: nisi forte pati quis intelligat animam, quodammodo etiam qua parte afficitur ad aliquid generandum. Cum igitur naturalia divinis subjiciantur, probabile est ab ultimo divinorum, id est, natura naturalium genetrice, generationis ipsius subjectum, id est, materiam, dependere. Et sicut propriæ naturæ quælibet subjecta propria operum, id est, certo modo disposita faciunt, sic et naturam communem commune subjectum: ut architectus idem, qui construit ædificium, etiam jaciat fundamentum. Quod si materiam superius etiam, quam a natura, provenire conviceris, concedemus, sed hac duntaxat conditione, ut subjectum hoc formis omnibus communissimum dependeat quidem proxime a natura, quantum hæc ipsa natura nondum formata cogitatur, sed rationibus formanda subjicitur: deinceps ab ipsa mentis essentia veniat, quantum essentia illa formabilis est ideis: denique a summo rerum principio deducatur, non proprie qua ratione illud bonum ipsum est, id est, sese abunde communicans, sed potius qua illud est ipsum unum, id est, ab omnibus mirabiliter segregatum. Sic ergo materia egena penitus et informis evadit, ab omnibus omnino muneribus segregata. Sic rursus materia unum aliquid potius, quam bonum, denominatur, et unitatem quidem habet intrinsecam, bonitatem vero extrinsecus apparentem. Omnino vero cum effectus omnes principii summi tum ab ipso sint, tum extra, infraque ipsum existere compellantur, certe quantum ab ipso sunt, formas inde actusque reportant. Quantum vero extra ipsum inferioresque sunt, materialem (ut ita dicam) in se sortem quamdam patiuntur admistam bonique minoris conditionem: ac denique in materiam extremum omnium infimumque subjectum desinunt, originemque malorum. Jam vero anima cum materiam generat, nondum mala est, sed bona, necdum debilis, sed fœcunda, ideoque generare potest. Verum cum factam jam materiam nimis amplectitur, hinc quasi onere debilior evadit atque deterior: ut autem mate-

riam amplectatur, tum egestas appetitioque materiæ, tum animæ fœcunditas efficit. Igitur hæc ipsa complexio, quantum ex animæ fœcunditate contingit, bona est quodammodo, bonaque producit, vitam scilicet aliquam, atque formas: quantum vero ex quadam materiæ procacitate conflatur, mala est, paritque mala, id est, vitæ debilitatem, cognitionis impedimenta, innumeras animi passiones.

*Probatur materiam esse scilicet prorsus informem: item esse in mundo malum: esse bonum: Quomodo malum fiat in anima: Quomodo materia intus mala, sed extra est adoperta bono.*

XV. Quæstio sexta in cap. XV. dubitat, Utrum in hoc summi boni regno tam bono tamque formoso esse queat materia prorsus informis, ac malum omnino deforme. Oportere vero materiam esse, nos in superioribus et in Theologia probamus, et alibi cum Plotino iterum comprobamus: atque sic in præsentia breviter confirmamus. Operum singulorum formæ, sive arte, sive natura fiant, in materias ubique proprias resolvuntur. Quæ quidem materiæ quantum ad formas postea comparandas pertinent, sunt informes: quamvis formam habere aliam possint. Universi igitur mundani operis forma, quæ forma est universa, in materiam redigitur prorsus informem: ac si fingatur materia hæc, de qua fit universum, aliquam adhuc præter mundanum habere formam, forma saltem ejusmodi in materiam per se omni forma carentem denique deducetur: nisi quis forte sub forma hac aliam rursusque aliam absque fine subesse confingat: quod quidem fieri nequit: tum quia, cum forma quælibet subsequens loco materiæ alia sit forma deterior, certe processio hæc paulatim deficiens in deterius, in infinitum perdurare non potest: tum quia, si nusquam prima forma, nec usquam materia prima daretur, nusquam operi daretur exordium: imo materiarum formarumque turba innumerabilis operis construendi principio, fini ordini, unioni prorsus adversaretur: tum quia materia, cum ob defectum proprium se ipsam formare non possit, ideoque formetur ab alio, terminum utrimque formarum, tum primum, tum ultimum a superiori quodam formatore sortitur: tum denique cum ad principium universi primum, finemque ultimum veniatur, merito non licet per materias atque formas, quæ ab efficiente principio ad finem certum perduci solent, absque exordio terminoque procedere. Itaque universo formarum ordini subest materia per se prorsus informis: subest itaque malum bonis, quod quidem necessario sequitur boni defectum. Boni vero defectus minorem boni gradum necessitate consequitur. Bonum denique minus boni ipsius effectum procul dubio comitatur. Sicut igitur ex ipso bono malum tandem necessario sequitur necessitate naturæ, sic vicissim, si malum tollas, necessario, scilicet necessitate consequentiæ, tolles et bonum. Si nihil usquam tanquam bonum, aut malum nobis occurrat, sed omnia indifferentia sint, ut quidam somniant, nunquam vel prosequendo, vel fugiendo movebitur appetitus, cessabit et sensus, qui hujus ministerii gratia est a natura tributus: cessabit et intellectus. Sicut enim bono sensibili servit sensus, sic intellectus intelligibili servit bono. Ex quo etiam patet, ipsum simpliciter bonum esse intellectu præstantius: quandoquidem bonum quoque intelligibile quodammodo est intellectu superius. Cum igitur in ipso rerum ordine videamus plurima, partim bona, partim mala, quæ hinc quidem probes, inde non probes: item alia meliora, alia rursum deteriora: necessarium est, composita hæc ad simplex primumque bonum, ad simplex primumque malum rite resolvere. Post hæc autem confirmat iterum animæ malum aliunde contingere, atque id videlicet ex materia. Quippe cum corporis gratia solum animus patiatur, corpori metuit, corpori concupiscit, corporis causa dolet, impulsu corporis imaginatione turbatur, dum turbatur imaginando, falsas combibit opiniones. Denique malum animæ sic accedit extrinsecus, sicut extrinsecus accidit materiæ bonum. Rursus animæ bonum intrinsecus oritur ex intellectuali animæ forma: sicut et materiæ malum latet intrinsecus, ex ipsa intellectualis formæ imaginisque vacuitate proveniuns.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Η.

# PLOTINI

## ENNEAD PRIMÆ

### LIBER VIII.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΙΝΑ, ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ ΤΑ ΚΑΚΑ.

### Quæ et unde sint mala.

ΟΙ ζητοῦντες πόθεν τὰ κακὰ, εἴτ᾽ οὖν εἰς τὰ ὄντα, εἴτε περὶ γένος 72 τῶν ὄντων παρελήλυθεν, ἀρχὴν ἂν προσήκουσαν τῆς ζητήσεως ποιοῖντο, εἰ, τί ποτ᾽ ἐστὶ τὸ κακὸν, καὶ ἡ κακοῦ φύσις, πρότερον ὑποθοῖντο. Οὕτω γὰρ καὶ ὅθεν ἐλήλυθε, καὶ ὅπου ἵδρυται, καὶ ὅτῳ συμβέβηκε, γνωσθείη, καὶ ὅλως, εἰ ἔστιν ἐν τοῖς οὖσιν, ὁμολογηθείη. B Κακοῦ δὲ φύσιν τίνι ποτὲ δυνάμει τῶν ἐν ἡμῖν γνοίημεν ἂν, τῆς γνώσεως ἑκάστων δι᾽ ὁμοιότητος γιγνομένης, ἄπορον ἂν εἴη. Νοῦς μὲν γὰρ καὶ ψυχὴ εἴδη ὄντα, εἰδῶν καὶ τὴν γνῶσιν ἂν ποιοῖντο, καὶ πρὸς αὐτὰ ἂν ἔχοιεν τὴν ὄρεξιν. Εἶδος δὲ τὸ κακὸν πῶς ἄν τις φαν-

9. ΟΙ ζητοῦντες] Cod. Vind. A. τί ζητοῦντες.

11. ὑποθοῖντο] Codd., præter Leid. Marc. A. et Vat., omnes ὑποθεῖντο, forma usitatiore. De nostra, quæ etiam scribi posset ὑπόθοιντο, vid. Fischer. ad Weller. II. p. 469. sq.

12. καὶ ὅθεν] Abest καὶ a Codd. Ciz. Leid. Marc. B. Mon. A.C. Vat.

13. εἰ ἔστιν—δυνάμει τῶν] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind. A. Scripsi ἔστιν pro ἐστὶν ex Codd. Marc. B.C.

14. γνοίημεν ἂν] In Cod. Mon. C. a rec. m. additum est πως.

15. γιγνομένης] Cod. Vat. γινομένης, superscripto γιν.

16. ποιοῖντο] Cod. Vat. ποεῖντο, in m οἰ.

I. *Quæstiones quatuor de bono et malo.*

QUICUNQUE perquirunt, unde mala sive circa res, sive circa aliquod rerum genus inciderint, conveniens investigationis exordium facient, si prius quidnam sit [Ed. pr. *est*] malum, et naturam mali proponant. Sic enim unde venerit, ubi fundetur, cui accidat malum apparebit: atque omnino sicubi est in rerum natura constabit. Cæterum dubium est: quanam potissimum ex viribus, quæ nobis insunt, mali naturam percipiamus? quippe cum cognitio singulorum per similitudinem quandam perficiatur. Intellectus namque et anima cum species quædam sint, species quoque cognoscunt, speciesque naturaliter

72 τάζοιτο, ἐν ἀπουσίᾳ παντὸς ἀγαθοῦ ἰνδαλλόμενον; ἀλλ' εἰ, ὅτι τῶν
C ἐναντίων ἡ αὐτὴ γένοιτ' ἂν ἐπιστήμη, καὶ τῷ ἀγαθῷ ἐναντίον τὸ
κακὸν, ἥπερ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ ἔσται, ἀναγκαῖον περὶ ἀγαθοῦ
διϊδεῖν τοῖς μέλλουσι τὰ κακὰ γνώσεσθαι· ἐπείπερ προηγούμενα τὰ
ἀμείνω τῶν χειρόνων, καὶ εἴδη, τὰ δὲ οὒ, ἀλλὰ στέρησις μᾶλλον.
Ζήτημα δ' ὅμως καὶ πῶς ἐναντίον τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ· εἰ μὴ ἄρα,
D ὡς τὸ μὲν ἀρχὴ, τὸ δὲ ἔσχατον· ἢ τὸ μὲν ὡς εἶδος, τὸ δὲ ὡς στέ-
ρησις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

Νῦν δὲ λεγέσθω, τίς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, καθόσον τοῖς παροῦσι
λόγοις προσήκει. Ἔστι δὲ τοῦτο, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, καὶ οὗ
πάντα τὰ ὄντα ἐφίεται, ἀρχὴν ἔχοντα αὐτὸ, κἀκείνου δεόμενα. Τὸ
δ' ἐστὶν ἀνενδεὲς, ἱκανὸν ἑαυτῷ, μηδενὸς δεόμενον, μέτρον πάντων
E καὶ πέρας, δοὺς ἐξ αὐτοῦ νοῦν καὶ οὐσίαν, καὶ ψυχὴν, καὶ ζωὴν,
καὶ περὶ νοῦν ἐνέργειαν. Καὶ μέχρι μὲν τούτου καλὰ πάντα· αὐτός
τε γὰρ ὑπέρκαλος, καὶ ἐπέκεινα τῶν ἀρίστων, βασιλεύων ἐν τῷ
νοητῷ, νοῦ ἐκείνου ὄντος, οὐ κατὰ νοῦν, ὃν οἰηθείη ἄν τις, κατὰ τοὺς
παρ' ἡμῖν λεγομένους νοῦς εἶναι, τοὺς ἐκ προτάσεων συμπληρουμέ-

1. ἀπουσίᾳ παντὸς] Abest παντὸς a Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A.
ib. ἰνδαλλόμενον] Ita, pro ἰνδαλόμενον, quod habet Ed., scripsi ex Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat.
ib. ὅτι τῶν] Cod. Darm. οὔτι τῶν.
2. γένοιτ' ἂν] Cod. Vat. ἂν nonnisi in marg. habet.
ib. τῷ ἀγαθῷ—τὸ κακὸν] Omnes nostri, præter Darm. Marc. B.C. Med. A. Par. A., habent τὸ ἀγαθὸν—τῷ κακῷ, sed Med. B. postremis superscriptum habet ab eadem. ὸ—όν.
3. ἥπερ] Codd. omnes, exceptis Darm. (ubi est ἥπερ) Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. (ἥπερ) Vind. A., habent εἴπερ.
4. μέλλουσι τὰ κακὰ] Ita, pro μέλουσι τὰ καλὰ, Codd. omnes, nisi quod Ciz. Mon. A. Par. A. servant μέλουσι. Lectionem κακὰ exhibet etiam marg. Ed., cujus pleræque lectiones præstant iis, quas contextus habet.
ib. προηγούμενα] Codd. Ciz. et Mon. A. (quamquam in hoc supra lineam lectio Ed. est) προηγούμεθα.
5. τὰ δὲ οὒ] Cod. Vat. τὰ δ' οὖ (sic), in m. δ' οὐ.
6. τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν] Omnes Codd., præter Leid., τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Idque exhibemus.
10. οὗ πάντα] Cod. Ciz. οὐ πάντα. Mox pro ἀνεδεὲς ex omnibus Codd. scripsi ἀνενδ.
13. καὶ οὐσίαν] Hæc bis scribuntur in Cod. Mon. A. An paulo ante leg. δόν?
15. ὑπέρκαλος] Cod. Par. A. ὑπέρκαλλος; voluit fortasse ὑπερκαλλής.
17. εἶναι—συμπληρουμένους] Hæc bis scripta sunt in Cod. Vind. A., sed in m. obelo notata. Pro προτάσεως est προτάσεων in Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. C. Med. B. Vat. Vind. A. quod recepimus.

appetunt. At vero malum nemo sub speciei ratione potest effingere, cum in quadam boni totius absentia cogitetur. Quod si, quia contrariorum eadem scientia est, et bono contrarium est malum, ideo eadem boni malique notitia erit, profecto necessarium est, cogituros mala discernere bonum: quandoquidem præstantiora rite deteriora præcedunt, ac species antecedunt ea, quæ non species, sed privationes potius judicantur. Quæstione rursus dignum est, quonam modo bonum sit malo contrarium. Forte enim, quoniam illud quidem primum est, hoc vero postremum: aut certe illud velut species, hoc ceu privatio. Sed de his opportunius in sequentibus.

II. *Descriptio boni: et quousque bona sint pura: et quomodo intellectus proxime fruatur bono, anima vero per intellectum.*

In præsentia vero nobis dicendum est, quæ sit boni natura, quantum præsens disputatio postulat. Est autem hoc a quo omnia pendent, quodve omnia appetunt, accipientia ab ipso principium, ejusque penitus indiga: ipsum vero nullius egenum, ipsum sibi sufficiens, nihil penitus appetens, mensura omnium atque terminus, ex seipso producens intellectum, essentiam, animam, vitam: rursus actionem circa intellectum. Hucusque pulchra sunt omnia, ipsum vero pulchrum, et super ea, quæ sunt optima, in mundo regnant intelligibili: qui sane intellectus est: intellectus, inquam, non qualem quis forte putaret, existimans similem esse horum, qui apud nos intellec-

νους, καὶ τῶν λεγομένων συνιέναι δυναμένους, λογιζομένους τε καὶ 73 τοῦ ἀκολούθου θεωρίαν ποιουμένους, ὡς ἐξ ἀκολουθίας τὰ ὄντα θεωμένους, ὡς πρότερον οὐκ ἔχοντας, ἀλλὰ κενοὺς ἔτι πρὶν μαθεῖν ὄντας, καίτοι νοῦς ὄντας. Οὐ δὴ ἐκεῖνος ὁ νοῦς τοιοῦτος, ἀλλ' ἔχει πάντα, καὶ ἔστι πάντα, καὶ σύνεστιν αὑτῷ συνὼν, καὶ ἔχει πάντα οὐκ ἔχων· οὐ γὰρ ἄλλα, ὁ δὲ ἄλλος· οὐδὲ χωρὶς ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ· B ὅλον τε γάρ ἐστιν ἕκαστον, καὶ πανταχῇ πᾶν, καὶ οὐ συγκέχυται, ἀλλὰ αὖ χωρίς. Τὸ γοῦν μεταλαμβάνον, οὐχ ὁμοῦ πάντων, ἀλλ' ὅτου δύναται μεταλαμβάνει. Καὶ ἔστι πρώτη ἐνέργεια ἐκείνου, καὶ πρώτη οὐσία, ἐκείνου μένοντος ἐν ἑαυτῷ. Ἐνεργεῖ μέντοι περὶ ἐκεῖνον, οἷον περὶ ἐκεῖνον ζῶν. Ἡ δὲ ἔξωθεν περὶ τοῦτον χορεύουσα ψυχὴ, περὶ αὐτὸν βλέπουσα, καὶ τὸ εἴσω αὐτοῦ θεωμένη, τὸν θεὸν C δι' αὐτοῦ βλέπει· καὶ οὗτος θεῶν ἀπήμων καὶ μακάριος ὁ βίος, καὶ τὸ κακὸν οὐδαμοῦ ἐνταῦθα· καὶ εἰ ἐνταῦθα ἔστη, κακὸν οὐδὲν ἂν ἦν. Ἀλλὰ πρῶτα καὶ δεύτερα τἀγαθὰ καὶ τρίτα περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων καλῶν, καὶ πάντα ἐστὶν ἐκείνου. Καὶ δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα.

2. *τὰ ὄντα*] Cod. Darm. omittit *τά*.

3. *ἔτι πρὶν*] Cod. Ciz. *ὅτι πρίν*.

4. *Οὐδ' ἐκεῖνος*] Codd. Darm. Marc. A.B. C. Mon. C. Par. A. Vat. Vind. A. *οὐ δὴ ἐκεῖνος*, quod probum videtur: quare recepi.

5. *ἔστι πάντα καὶ*] Hæc tria vocabula, quæ legit etiam Fic., addidimus ex Codd. nostris omnibus, excepto Vind. A. qui ea, ut Ed., omittit. Deinde post *σύνεστιν* scribendum fuit ex Cod. Marc. A. *αὑτῷ* pro *αὐτῷ*, qui item post hanc vocem, cum Codd. Mon. C. Leid., addit *πάντα*. Cod. Ciz. post *συνὼν* habet *ἀλλ'* pro *καί*.

6. *ὁ δὲ ἄλλος*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B. Mon. C. Med. A. Vat. Vind. A. *οὐ δὲ ἄλλος*.

8. *ἀλλὰ αὖ*] Cod. Leid. interponit *καί*.

ib. *ἀλλ' ὅτου δύναται*] Hic in Cod. Ciz. lacuna est relicta duorum fere versiculorum, ut videatur aliquid deesse; sed mox sequitur, ut in Ed., *μεταλαμβάνει*.

9. *Καὶ ἔστι*] Codd. Mon. A.C. *ἔστη*.

10. *μέντοι περὶ ἐκεῖνον*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (hic in m. ut Ed.) *ἐκείνου*. Sequens etiam *ἐκεῖνον* in Cod. Leid. scribitur *ἐκείνου*.

11. *περὶ τοῦτον χορεύουσα*] Pro *τοῦτον* est *τούτων* in Cod. Leid., *τούτου* in Codd. Marc. A. Mon. A. Quod est in Ed. *χορεύσασα*, nullus, præter Darm. et Ciz., habet ex nostris libris; omnes *χορεύουσα*, nisi quod in Cod. Leid. et marg. Vat. est *χωρεύουσα*.

12. *περὶ αὐτὸν*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vind. A. *ἐπὶ αὐτόν*.

ib. *καὶ τὸ εἴσω*] Ita Codd., exceptis Darm. Marc. B.C., omnes; sed Ed. *καὶ εἴσω*.

ib. *θεωμένη*] Cod. Marc. C. *θεωρουμένη*.

ib. *τὸν θεὸν*] Cod. Vat. *τὸ θν̄* (sic).

13. *μακάριος ὁ βίος*] Articulum omittunt, præter Med. A.B. Par. A., nostri Codd. omnes, nisi quod eum Cod. Vat. in m. habet additum.

14. *ἐνταῦθα ἔστη*] Cod. Marc. A. *ἔστη*. Vind. A. *ἔστη*, et supra lin. *ἔστι*.

ib. *οὐδὲν ἂν ἦν*] Cod. Marc. C. *ἄρ' ἦν*.

15. *Ἀλλὰ πρῶτα*] Codd. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. A. (ex corr.) B. Vat. (hic in m. ut Ed.) Vind. A. *πρῶτον*.

ib. *τῶν πάντων*] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Par. A. Vat. *τὸν πάντων*: quod recipiendum fuit.

16. *καὶ ἐκεῖνο—ἐστὶν*] Desunt hæc in Cod. Ciz.

tus esse dicuntur, qui ex propositione impleri solent, et quæ ratiocinando colliguntur [Ed. pr. *et quæ dicuntur*] percipere possunt: item ratiocinantur, quidve ex quoque sequatur excogitant, et res per consequentiam speculantur: utpote qui antea non habuerint, sed, antequam discerent, vacui fuerint, quamvis tunc etiam intellectus extiterint. Intellectus ille, inquam, non est talis, sed habet omnia, est omnia, secum habitat, sibi prorsus unitus, habet cuncta, non habens: non enim ea possidet tanquam alia, nec ipse existit alius, neque quæ sunt in eo, singula segregantur a singulis: imo vero quodlibet est universum, et ubique totum, neque tamen confunduntur cuncta, sed rursus singula discernuntur. Quod ergo hujus fit particeps, non simul omnia, sed, quod potest, participat. Est item primus actus illius, primaque essentia, illo videlicet in seipso manente. Agit sane circa illum, tanquam circa illum vivens. Proinde anima extrinsecus circa hunc se versans ipsum circumspicit: quinetiam intima ejus inspiciens, per ipsum videt et Deum: atque hæc est illæsa, felixque Deorum vita, a malis omnino semota. Quod si hic sisteret natura gradum, nusquam foret malum. At vero sunt prima bona, sunt et secunda, sunt quoque tertia: cunctaque circa regem universorum: ipseque rex bonorum omnium causa est, et illius gratia omnia. Denique circa secundum secunda sunt, et tertia circa tertium.

73 D Εἰ δὴ ταῦτά ἐστι τὰ ὄντα, καὶ τὸ ἐπέκεινα τῶν ὄντων, οὐκ ἂν ἐν
τοῖς οὖσι τὸ κακὸν ἐνείη, οὐδὲ ἐν τῷ ἐπέκεινα τῶν ὄντων· ἀγαθὰ γὰρ
ταῦτα. Λείπεται τοίνυν, εἴπερ ἔστιν, ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι, οἷον εἶδός
τι τοῦ μὴ ὄντος ὂν, καὶ περί τι τῶν μεμιγμένων τῷ μὴ ὄντι, ἢ ὁπω-
σοῦν κοινωνούντων τῷ μὴ ὄντι. Μὴ ὂν δὲ, οὔ τι τὸ παντελῶς μὴ
E ὂν, ἀλλ' ἕτερον μόνον τοῦ ὄντος. Οὐχ οὕτω δὲ μὴ ὂν, ὡς κίνησις
καὶ στάσις ἡ περὶ τὸ ὂν, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ὄντος, ἢ καὶ ἔτι μᾶλλον
μὴ ὄν. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ αἰσθητὸν πᾶν, καὶ ὅσα περὶ τὸ αἰσθητὸν
πάθη· ἢ ὕστερόν τι τούτων, καὶ ὡς συμβεβηκὸς τούτοις, ἢ ἀρχὴ
τούτων, ἢ ἕν τι τῶν συμπληρούντων τοῦτο, τοιοῦτον ὄν. ἤδη γὰρ ἄν
τις εἰς ἔννοιαν ἥκοι αὐτοῦ, οἷον ἀμετρίαν εἶναι πρὸς μέτρον, καὶ
F ἄπειρον πρὸς πέρας, καὶ ἀνείδεον πρὸς εἰδοποιητικὸν, καὶ ἀεὶ ἐνδεὲς
πρὸς αὔταρκες, ἀεὶ ἀόριστον, οὐδαμῆ ἑστὼς, παμπαθὲς, ἀκόρητον,
πενία παντελής· καὶ οὐ συμβεβηκότα ταῦτα αὐτῷ, ἀλλ' οἷον οὐσία
αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ὅ, τι ἂν αὐτοῦ μέρος ἴδῃς, καὶ αὐτὸ πάντα ταῦτα·
τὰ δ' ἄλλα ὅσα ἂν αὐτοῦ μεταλάβῃ καὶ ὁμοιωθῇ, κακὰ μὲν γίνεσθαι,
G οὐχ ὅπερ δὲ κακὰ εἶναι. Τίνι οὖν ὑποστάσει ταῦτα πάρεστιν, οὐχ
ἕτερα ὄντα ἐκείνης, ἀλλ' ἐκείνη. Καὶ γὰρ εἰ ἑτέρῳ συμβαίνει τὸ

1. Εἰ δὴ] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. (hic in m. ut Ed.) εἰ δέ.
ib. οὐκ ἂν—τῶν ὄντων] Desunt hæc in Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A.
2. ἐνείη] Cod. Darm. ἐκείνη.
ib. οὐδὲ ἐν] Cod. Marc. C. Vat. οὐδ' ἐν.
3. ἐν τοῖς μὴ οὖσιν] Ita, pro οὐ οὖσιν, excepto Par. A., Codd. nostri omnes.
4. ἢ ὁπωσοῦν—ὄντι] Desunt hæc in Cod. Ciz.
5. Μὴ ὂν δὲ] Cod. Vat. μὴ οὐδὲ, in m. ut Ed.
7. ἔτι μᾶλλον] Codd. Vat. Vind. ἔστι μ. Sed prior in m. ut Ed.
8. Τοῦτο δέ ἐστι] Cod. Vat. omittit δέ; in Codd. Marc. A.B.C. est δ' ἐστί. Quod statim subsequitur τὸ αἰσθητὸν abest a Cod. Mon. A.
9. τι τούτων] Abest τούτων in Cod. Vat., in m. add.
10. ἕν τι] Codd. Ciz. et Vat. ἔντι.
13. ἑστὼς] Codd. Marc. A. C. ἑστὸς Marc. B. ἑστῶς.
14. ταῦτα αὐτῷ] Cod. Par. A. αὐτῶν.
ib. οὐσία αὐτοῦ] Cod. Vat. οὐσία καὶ αὐτοῦ.
15. μέρος ἴδοις] Ita, cum Ed., nonnisi Codd. Ciz. Marc. C. Reliqui omnes ἴδῃς: ut rescripsimus.
17. Τίνι οὖν] Codd. Marc. A.B.C. Vind. A. τινὶ οὖν.
18. συμβαίνει] Cod. Vind. A. συμβαίνοι.

III. *Malum non est in his, quæ vere sunt, sed in his, quæ aut non vere sunt, aut ad illa quæ non vere sunt, inclinantur.*

Si hæc entia sunt, atque hoc est, quod super entia, malum certe in entibus nusquam erit, multoque minus in eo, quod entia supereminet. Bona enim hæc omnia sunt. Reliquum est igitur, sicubi malum est, in his quæ non sunt, reperiri, quasi quandam non entis speciem, et circa aliquid eorum, quæ non enti miscentur, vel quomodocunque habeant cum non ente commercium. Non ens, inquam, haudquaquam omnino non ens, sed tantum ab ente diversum. Non sic vero non ens, ut motus atque status, quæ circa ens esse dicuntur, sed tanquam entis imaginem, aut etiam ab ente remotius. Id autem est sensibile universum, et quotcunque sunt circa sensibile passiones, vel aliquid iis posterius, et quasi iis accidens, vel horum principium, vel eorum aliquid, quæ id ipsum complent, tale quidem, quale jam dicam. Licet enim id cogitare quasi quandam immoderationem si ad mensuram referatur, infinitum quoque ad terminum, informe rursus ad formatorem: item semper egenum ad sufficiens, semper indeterminatum, nusquam omnino quiescens, omnia undique patiens, insatiabile, extremam prorsus inopiam. Neque talia huic accidunt, sed tanquam ipsius essentia esse videntur: quinetiam quamcunque ipsius videris portionem, invenies in qualibet hæc cuncta summatim: cætera vero, quæcunque id participant eique assimilantur, mala quidem fieri, neque tamen ipsum esse malum. Itaque cuidam fundamento hæc insunt, non alia quædam ab ipso, sed

κακὸν, δεῖ τι πρότερον αὐτὸ εἶναι, κἂν μὴ οὐσία τις ᾖ. Ὡς γὰρ 73
ἀγαθὸν τὸ μὲν αὐτὸ, τὸ δὲ ὃ συμβέβηκεν· οὕτω καὶ κακὸν, τὸ μὲν
αὐτὸ, τὸ δὲ ἤδη κατ' ἐκεῖνο συμβεβηκὸς ἑτέρῳ. Τίς οὖν ἀμετρία, εἰ 74
μὴ ἐν τῷ ἀμέτρως τί δὲ μέτρον, εἰ μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ; Ἀλλ'
ὥσπερ ἐστὶ μέτρον μὴ ἐν τῷ μεμετρημένῳ, οὕτω καὶ ἀμετρία οὐκ ἐν
ἀμέτρῳ. Εἰ γὰρ ἐν ἄλλῳ, ἢ ἐν ἀμέτρῳ, ἀλλ' οὐ δεῖ αὐτῷ ἀμετρίας,
αὐτῷ ἀμέτρῳ ὄντι· ἢ ἐν μεμετρημένῳ, ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸ μεμετρη-
μένον ἀμετρίαν ἔχειν, καθ' ὃ μεμέτρηται. Καὶ οὖν εἶναί τι καὶ B
ἄπειρον καθ' αὑτὸ, καὶ ἀνείδεον αὖ αὐτὸ, καὶ τὰ ἄλλα, τὰ πρόσθεν,
ἃ τὴν τοῦ κακοῦ ἐχαρακτήριζε φύσιν. Καὶ εἴ τι μετ' ἐκεῖνο τοιοῦ-
τον, ἢ μεμιγμένον ἔχει τοῦτο, ἢ βλέπον πρὸς αὐτό ἐστι τοιοῦτον, ἢ
ποιητικόν ἐστι τοιούτου. Τὴν δὴ ὑποκειμένην σχήμασι, καὶ εἴδεσι,
καὶ μορφαῖς, καὶ μέτροις, καὶ πέρασι, καὶ ἀλλοτρίῳ κόσμῳ κοσμου-
μένην, μηδὲν παρ' αὑτῆς ἀγαθὸν ἔχουσαν, εἴδωλον δὲ ὡς πρὸς τὰ C
ὄντα, κακοῦ δὲ οὐσίαν, εἴ τις καὶ δύναται κακοῦ οὐσία εἶναι, ταύτην
ἀνευρίσκει ὁ λόγος κακὸν εἶναι πρῶτον, καὶ καθ' αὑτὸ κακόν.

Σωμάτων δὴ φύσις, καθόσον μετέχει ὕλης, κακὸν ἂν οὐ πρῶτον εἴη· ἔχει μὲν γὰρ εἶδός τι οὐκ ἀληθινὸν, ἐστέρηται οὔτε ζωῆς, φθείρει

2. τὸ δὲ ᾧ—αὐτὸ] Desunt hæc in Cod. Ciz. Pro ᾧ, quod est in Ed. scribitur ὃ in Codd. Darm. Marc. C. Med. A. Vat., ut in marg. Ed. Sed Vat. in marg. habet ᾧ. Illud recepi.

3. Τίς οὖν ἀμετρία] Scripsi τίς, pro τί, ex Codd. nostris, præter Darm. et Par. A., omnibus.

4. εἰ μὴ ἐν] Abest εἰ in Codd. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. Vat. Sed in Vat. in marg. additum est.

6. Εἰ γὰρ ἐν—αὐτῷ ἀμέτρῳ] Desunt hæc in Cod. Leid.

ib. ἀμετρίας] Sequitur in Cod. Vat. interrogandi signum.

10. τὴν τοῦ κακοῦ] κακοῦ legit Fic. et ita exhibent Codd. Darm. Marc. B. Mon. C.A. Med. A.B. Vat. Vind. A. Idque recepimus pro καλοῦ, quod aliquot codices et editionem fœdat.

11. αὐτό ἐστι] Cod. Marc. B. αὐτὸ, ἔστι. non male.

12. Τὴν δὴ] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. τὴν δ'.

ib. εἴδεσι] Cod. Vat. εἴδασι; in m. ε.

14. αὐτῆς ἀγαθὸν] Codd. Darm. Marc. A. αὐτῆς. Vocem ἀγαθὸν non habet Ciz.

15. δὲ οὐσίαν] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) δὴ οὖν οὐσίαν. Cod. Marc. C. δὴ οὐσίαν. Cod. Vind. A. δὴ οὖν οὐσία.

17. δὴ φύσις] Codd. Marc. A.C. Mon. C. Med. B. Vat. δέ.

18. εἶδός τι] Cod. Marc. C. εἶδός τις.

ib. ἐστέρηται οὔτε] Omnes, præter Mon. C. et Vat., habent ἐστέρηταί τε, quod probum videtur.

ib. φθείρει τε] Cod. Vind. A. φθείρετέ.

ipsum. Etenim si alteri malum accidit, oportet aliquid prius ipsum esse, etiam si nulla id essentia sit. Ut enim bonum alterum quidem ipsum existit bonum, alterum vero quod aliis accidit, sic et malum: hoc quidem ipsum malum est, illud autem secundum hoc accidit alteri. Quænam igitur immoderatio, dicet aliquis, nisi in eo, quod immoderatum. Quæ rursus mensura, nisi in re mensuræ participe? At quemadmodum mensura quædam est in nulla re mensurata, sic et immoderatio extra subjectum immoderatum. Si enim sit in alio, aut erit in eo, quod immoderatum est, sed non eget hoc immoderatione, cum sit ipsum immoderatum: aut erit in re moderata: verum nequit, quod moderatum est, quatenus moderatum, immoderationem subire. Profecto oportet esse aliquid secundum se infinitum atque informe suapte natura, taleque per singula, qualia in superioribus, commemoravimus describentia mali naturam. Præterea si quid præter illud est tale, vel ipsum habet admistum, vel saltem, quoniam ad id spectat, evadit tale: aut quoniam cujusdam talis est causa. Quamobrem naturam figuris, speciebus, formis, mensuris, terminis subditam, ornamentoque præditam alieno, nihil præterea boni ex se possidentem: simulachrum rursus, si cum entibus conferatur, quinetiam mali ipsius essentiam, si qua modo esse potest essentia mali, hanc, inquam, ratio primum esse malum, et per se malum rite convincit.

IV. *Gradus malorum tres: quomodo in anima malum: quomodo materia nihil habet boni.*

Natura corporum quantum est materiæ particeps, malum quidem est, et si non primum: ha-

74 D τε ἄλληλα, φορᾷ τε παρ᾽ αὐτῶν ἄτακτος, ἐμπόδιά τε ψυχῆς, πρὸς τὴν αὐτῆς ἐνέργειαν, φεύγει τε οὐσίαν ἀεὶ ῥέοντα, δεύτερον κακόν. Ψυχὴ δὲ καθ᾽ ἑαυτὴν μὲν οὐ κακὴ, οὐδ᾽ αὖ πᾶσα κακή. Ἀλλὰ τίς ἡ κακή; οἷον, φησὶ, δουλωσαμένῳ μὲν, ᾧ πέφυκε κακία ψυχῆς ἐγγίγνεσθαι, ὡς τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς εἴδους τὸ κακὸν δεχομένου, ἀμετρίαν, καὶ ὑπερβολὴν, καὶ ἔλλειψιν, ἐξ ὧν καὶ ἀκολασία, καὶ E δειλία, καὶ ἡ ἄλλη ψυχῆς κακία, ἀκούσια παθήματα, δόξας ψευδεῖς ἐμποιοῦντα, κακά τε νομίζειν καὶ ἀγαθὰ, ἃ φεύγει τε καὶ διώκει. Ἀλλὰ τί τὸ πεποιηκὸς τὴν κακίαν ταύτην, καὶ πῶς εἰς ἀρχὴν ἐκείνην καὶ αἰτίαν ἀνάξεις; Ἢ πρῶτον μὲν οὐκ ἔξω ὕλης, οὐδὲ κατ᾽ αὐτὴν εἶναι ἡ ψυχὴ ἡ τοιαύτη· μέμικται οὖν ἀμετρίᾳ, καὶ ἄμοιρος εἴδους τοῦ κοσμοῦντος καὶ εἰς μέτρον ἄγοντος· σώματι γὰρ ἐγκέκραται, ὕλην F ἔχοντι. Ἔπειτα δὲ καὶ τὸ λογιζόμενον εἰ βλάπτοιτο, ὁρᾷν κωλύεται, καὶ τοῖς πάθεσι, καὶ τῷ ἐπισκοτεῖσθαι τῇ ὕλῃ, καὶ πρὸς ὕλην νενευκέναι, καὶ ὅλως οὐ πρὸς οὐσίαν, ἀλλὰ πρὸς γένεσιν ὁρᾷν, ἧς ἀρχὴ ἡ ὕλης φύσις οὕτως οὖσα κακὴ, ὡς καὶ τὸ μήπω ἐν αὐτῇ, μόνον δὲ βλέψαν εἰς αὐτὴν, ἀναπιμπλάναι κακοῦ ἑαυτῆς. Ἄμοιρος γὰρ παν-

1. *φορᾷ τε*] Codd. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) *φορά τε*, Codd. Darm. Marc. B. *φθορά τε*, Cod. Med. A. *φθορᾷ τε*, Par. A. *φθορὰ* absque *τε*.

ib. *παρ᾽ αὐτῶν*] Cod. Darm. *παρ᾽ αὐτῷ*.

3. *Ἀλλὰ τίς*] Cod. Vind. *ἀλλά τις*.

4. *δουλωσαμένῳ*] Codd. Darm. (ex corr.) Marc. A.B. (a pr. m.) Mon. A.C. Med. A. (ex corr.) Vat. (a pr. m.) *δουλωσάμενοι*. Cod. Ciz. *δουλευσάμενοι*.

5. *ψυχῆς εἴδους*] Distinctionem post *εἴδους* sustulimus jubentibus Codd. Marc. A.B.C. In Cod. Vat. est *εἶδος*, in m. *ους*. In eod. sequitur *τὸ καλὸν*, sed margo habet *κακόν*.

6. *καὶ ἀκολασία*] Cod. Vind. A. *καὶ ἡ ἀκολασία*. Sequens *καὶ* omittit Cod. Darm.

7. *ἄλλη ψυχῆς*] Cod. Vat. *ἄλλης*, in m. *η*.

10. *ἀνάξεις*] Cod. Ciz. *καὶ ἄξεις*.

ib. *κατ᾽ αὐτὴν εἶναι*] Codd. Marc. A.B. C. Par. A. Darm. *καθ᾽ αὑτήν*. Abest *εἶναι* in Codd. Leid. Marc. A.C. Mon. A. Med. B. Vat. Vind. A. Sed Vat. eam vocem habet in marg.

12. *εἰς μέτρον*] Cod. Vind. A. *εἰς μέσον*.

ib. *σώματι γὰρ ἐγκέκραται, ὕλην*] Cod. Vind. A. *σώματα γὰρ ὕλην*, omisso *ἐγκέκραται*.

14. *τῷ ἐπισκοτεῖσθαι*] Cod. Mon. C. *τὸ ἐπισκ.*

ib. *νενευκέναι*] Ita Codd. ad unum omnes; in Ed. est *νενευμένον*.

16. *τὸ μήπω*] Cod. Ciz. *τὸ μήπως*.

ib. *μόνον δὲ βλέψαν*] Cod. Med. B. *βλέψαν δὲ μόνον*. Cod. Marc. A. *βλάψαν*.

bet enim speciem quandam, quamvis non veram: privatur et vita: corruptionem infert inter corpora mutuam, concussionemque ex ipsis inordinatam: impedimenta quinetiam animæ ad actionem propriam affert: præterea perpetuo fluxu aufugit essentiam, ideoque secundum obtinet mali gradum. Anima vero secundum se mala non est, neque omnis anima prava. Sed quænam prava? illa videlicet, ut inquit Plato, quæ servit illi, cui pravitas animæ naturaliter inesse potest: quasi irrationalis animæ speciem malum subeat, immoderationem et excessum atque defectum: ex quibus intemperantia et timiditas, aliaque animæ pravitas, velut passiones involuntariæ oriuntur: ex quibus et opiniones falsæ, per quas bona, vel mala quis putet, quæ prosequitur aut fugit. Verum quidnam pravitatem hanc adducit? Et quomodo in principium illud, causamque redigere poteris? Primo quidem dicetur, animam ejusmodi non esse extra materiam, neque secundum se ipsam talem esse: itaque immoderationi miscetur, speciei que ornantis et moderantis expers evadit: corpori namque materiam habenti immergitur. Præterea si vis rationalis offenditur, discernere prohibetur perturbationibus offuscata, et materiæ tenebris obruta, utpote quæ annuendo prolabitur in materiam: et omnino non ad essentiam, sed ad generationem spectat. cujus origo est natura materiæ, usque adeo mala, ut illud etiam, quod nondum est in ea, solum vero eam prospicit, suo impleat malo. Cum enim boni omnino sit expers, bonique privatio sit, purusque defectus, nimirum quicquid quomodocunque attingit eam, sibi si-

τελῶς οὖσα ἀγαθοῦ, καὶ στέρησις τούτου, καὶ ἄκρατος ἔλλειψις, 74 G ἐξομοιοῖ ἑαυτῇ πᾶν ὅ, τι ἂν αὐτῆς προσάψηται ὁπωσοῦν. Ἡ μὲν οὖν τελεία καὶ πρὸς νοῦν νεύουσα ψυχὴ, ἀεὶ καθαρὰ, καὶ ὕλην ἀπέστραπται, καὶ τὸ ἀόριστον ἅπαν, καὶ τὸ ἄμετρον καὶ κακὸν, οὔ τε ὁρᾷ, οὔτε πελάζει· καθαρὰ οὖν μένει ὁρισθεῖσα νῷ παντελῶς. Ἡ 75 δὲ μὴ μείνασα τοῦτο, ἀλλ᾽ ἐξ αὑτῆς προελθοῦσα, τὸ μὴ τελείῳ μὴ δὲ πρώτῳ, οἷον ἴνδαλμα ἐκείνης, τῷ ἐλλείμματι, καθόσον ἐνέλιπεν, ἀοριστίας πληρωθεῖσα, σκότον ὁρᾷ, καὶ ἔχει ἤδη ὕλην, βλέπουσα εἰς ὃ μὴ βλέπει, ὡς λεγόμεθα ὁρᾷν καὶ τὸ σκότος.

Ἀλλ᾽ εἰ ἡ ἔλλειψις τοῦ ἀγαθοῦ αἰτία τοῦ ὁρᾷν καὶ συνεῖναι τῷ B σκότει, τὸ κακὸν εἴη ἂν ἐν τῇ ἐλλείψει, ἢ τῷ σκότῳ τῇ ψυχῇ, καὶ πρῶτον. Δεύτερον δὲ ἔστω τὸ σκότος καὶ ἡ φύσις τοῦ κακοῦ, οὐκέτι ἐν τῇ ὕλῃ, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ὕλης· ἢ οὐκ ἐν τῇ ὁπωσοῦν ἐλλείψει, ἀλλ᾽ ἐν τῇ παντελεῖ τὸ κακόν. Τὸ γοῦν ἐλλεῖπον ὀλίγον τοῦ ἀγαθοῦ οὐ κακόν· δύναται γὰρ καὶ τέλεον εἶναι, ὡς πρὸς φύσιν τὴν αὐτοῦ. Ἀλλ᾽ ὅταν παντελῶς ἐλλείπῃ, ὅπερ ἐστὶν ἡ ὕλη, τοῦτο τὸ ὄντως C

1. ἔλλειψις] Cod. Vind. A. στέρησις, in m. ἔλλειψις.
2. πᾶν ὅ, τι] Cod. Vind. παντελῷ ὅτι (sic.)
ib. ἂν αὐτῆς] Codd. Darm. Marc. A. C. Med. A.B. et marg. Vat ἂν αὐτῆς, quod verum videtur. In contextu Cod. Vat. est αὐτοῖς.
3. νεύουσα] Cod. Vat. νέουσα, in m. ut Ed.
5. ὁρᾷ] Cod. Vat. ὁρᾷν, in m. ὁρᾷ, et mox καθαρὸς, in m. ρα΄.
6. ἐξ αὑτῆς] Cod. Marc. B. Med. A. ἐξ αὐτῆς.
ib. προελθοῦσα] Vat. προσελθοῦσα, in m. προελθ. Quod sequitur τὸ in Codd. Marc. A.B.C. Vat. scribitur τῷ.
7. τῷ ἐλλείμματι] Ita, pro τὸ ἀλλείμματι, quod est in Ed., exhibent Codd. nostri, excepto Vind. A., omnes.
ib. ἐνέλιπεν] Codd. Leid. Vat. ἐνέλειπεν. Sequens vocabulum scribitur in Ciz. ἀοριστείας, in Vat. ἀορισττείας.
8. σκότον] Scribitur σκότος, ut est paulo inferius, in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A.
ib. εἰς ὃ μὴ] Cod. Vat. ἃ, in m. ὅ.
10. Ἀλλ᾽ εἰ ἡ] Articulum, quem omittit Ed., habent, præter Darm., Codd. omnes. Verba τοῦ ἀγαθοῦ desunt in Cod. Vind. B.
14. παντελεῖ] Cod. Leid. παντελῆ.
ib. ὀλίγον] Codd., præter Med. A.B. Par. A., omnes ὀλίγῳ; sed Vat. in m. ον.
15. γὰρ καὶ τέλεον] Cod. Vat. δὲ, in m. γάρ. Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vind. A. τὸ τέλεον.
ib. ὡς πρὸς] Codd. Leid. Marc. A. Vind. A. καὶ πρός. Cod. Vat. omittit ὡς. Mox Codd. Marc. A.B. αὐτοῦ pro αὑτοῦ.
16. τοῦτο τὸ—ἡ ὕλη] Desunt hæc in Cod. Leid. Pro ὄντως Par. A. habet ὄντος.

mile reddit. Perfecta igitur anima, vergensque ad mentem, semper pura est, procul a se materiam eliminans, et omne interminatum, immoderatum, malum, neque his propinquat, neque prospicit quidem: quamobrem pura permanet, intellectu prorsus determinata. Quæ vero munus id non sustinet, sed ex seipsa progreditur, in gradu quodam existens, neque perfecto, neque primo, velut illius imago, ob ipsum defectum, quatenus deficit, indeterminata sorte repletur, tenebrasque prospectat. Jamque habet materiam, in illud aspiciens, quod non cernit: et ut dici solet, tenebras aspicit.

V. *In quo defectu consistat malum: quomodo materia sit ipsum malum: quomodo fiat malum in anima.*

Cæterum si boni defectus causa est, ut anima videat tenebras eisque mergatur, malum animæ erit in defectu tenebrisve situm, idque malum erit primum. Secundum vero sit tenebrositas ipsa malique natura, non in materia primum, sed etiam ante materiam: aut certe non in quovis defectu, sed in defectu universo consistit malum. Quod igitur parum a bono deficit, nondum est malum: potest enim pro natura sua esse perfectum: imo quod penitus deficit, qualis est materia, id re vera malum est, nullam boni possidens portionem. Materia sane neque esse habet (cujus munere bonum habere potuerit) sed esse de ipsa æquivoce dicitur. Defectus igitur sortitur, ut non sit bonum, defectus autem universus sortitur, ut sit ipsum malum: defectus vero medius est, posse in malum eadere, quod jam est malum. Unde oportet malum excogitare, non

75 κακὸν, μηδεμίαν ἔχον ἀγαθοῦ μοῖραν. Οὐδὲ γὰρ τὸ εἶναι ἔχει ἡ
ὕλη, ἵνα ἀγαθοῦ ταύτῃ μετεῖχεν, ἀλλ' ὁμώνυμον αὐτῇ τὸ εἶναι, ὡς
ἀληθῶς εἶναι λέγει αὐτὸ μὴ εἶναι. Ἡ οὖν ἔλλειψις ἔχει μὲν τὸ μὴ
ἀγαθὸν εἶναι· ἡ δὲ παντελὴς, τὸ κακόν· ἡ δὲ πλείων, τὸ πεσεῖν εἰς
τὸ κακὸν δύνασθαι, καὶ ἤδη κακόν. Τῷ χρὴ δὴ τὸ κακὸν νοεῖσθαι,
D μὴ τόδε τὸ κακόν, οἷον ἀδικίαν ἢ ἄλλην τινὰ κακίαν, ἀλλ' ἐκεῖνο ὃ
οὐδὲν μήπω τοῦτο, ταῦτα δὲ, οἷον εἴδη ἐκείνων, προσθήκαις εἰδοποιούμενα·
οἷον ἐν μὲν ψυχῇ πονηρία· καὶ ταύτης αὖ εἴδη, ἡ ὕλη περὶ
ἣν, ἢ τοῖς μέρεσι τῆς ψυχῆς, ἢ τῷ, τὸ μὲν οἷον ὁρᾷν εἶναι, τὸ δὲ
ὁρμᾷν ἢ πάσχειν. Εἰ δέ τις θεῖτο καὶ τὰ ἔξω ψυχῆς κακὰ εἶναι,
πῶς ἐπ' ἐκείνην τὴν φύσιν ἀνάξει, οἷον νόσον, πενίαν; ἢ νόσον μὲν,
E ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολὴν σωμάτων ἐνύλων, τάξιν καὶ μέτρον οὐκ
ἀνεχομένων· αἶσχος δὲ, ὕλην οὐ κρατηθεῖσαν εἴδει· πενίαν δὲ, ἔνδειαν
καὶ στέρησιν ὧν ἐν χρείᾳ ἐσμὲν, διὰ τὴν ὕλην, ᾗ συνεζεύγμεθα,
φύσιν ἔχουσαν χρησμοσύνην εἶναι. εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, οὐ
θετέον ἡμᾶς ἀρχὴν κακῶν εἶναι, κακοὺς παρ' αὐτῶν ὄντας, ἀλλὰ πρὸ
ἡμῶν ταῦτα· ἃ δ' ἂν ἀνθρώπους κατάσχῃ, κατέχειν οὐχ ἑκόντας,

2. ὁμώνυμον—τὸ εἶναι] Hæc non habet Cod. Par. A.

ib. ὡς ἀληθῶς—μὴ εἶναι] Hæc omittuntur in Codd. Darm. Marc. B. (in m. add.) Pro ἀληθῶς in Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Med. A. Vat. (in m. ὧς) Vind. A. est ἀληθὲς, pro λέγει in Codd. Marc. A. C. Mon. C. Med. A. Vind. A. scribitur λέγειν.

3. τὸ μὴ ἀγαθὸν] Cod. Vind. post ἀγαθὸν repetit μὴ, sed id ab al. m. erasum est.

5. δὴ τὸ κακὸν] Abest δὴ a Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A.

6. τόδε τὸ κακόν] Cod. Med. B. τόδε κακόν.

7. μήπω τοῦτο] Codd. omnes, ut marg. Ed., μέν πω. Pro τοῦτο Codd. Darm. Marc. A.B.C. (hi tres seq. dist. maj.) Mon. A.C. Vat. (sed hic in m. μήπω τοῦτο) Vind. A. habent τούτων.

ib. ἐκείνων] Cod. Vind. A. supra lin. habet ab al. m. ἐκείνου.

ib. εἰδοποιούμενα] Cod. Ciz. εἰδοποιούμεθα.

8. πονηρία] Codd. Ciz. Marc. A.B. (a pr. m.) C. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. (in m. ut Ed.) Par. A. Vind. A. habent πονηρίαν.

ib. αὖ εἴδη] Cod. Vat. in m. μὲν αὖ εἴδη.

ib. ἡ ὕλη περὶ] Codd. Leid. Marc. A. B.C. Par. A. ἢ pro ἡ.

9. τὸ μὲν—τὸ δὲ] Vat. in m. τῷ—τῷ.

ib. τὸ δὲ—εἶναι] Desunt hæc in Cod. Mon. A.

10. ὁρᾷν ἢ πάσχειν] Codd. ad unum omnes, ut marg. Ed., ὁρμᾷν. Ita et Fic. Quare correxi.

13. ἀν ἐχομένων] Codd. præter Leid. Darm. Mon. A. Vind. A., ἀνεχομένων, ut legit Fic. utque rescripsimus.

ib. αἶσχος δε] Cod. Darm. αἴσχου δε.

ib. εἴδει] Codd. Ciz. et Vind. A. (hic ex corr.) εἴδη. Mox Ciz. συνεζευγμένα.

16. παρ' αὐτῶν] Cod. Marc. A. αὐτῶν. Paulo ante Vat. εἰ δὲ, in m. εἰ δή.

ib. πρὸ ἡμῶν] Cod. Mon. A. πρὸς ἡμῶν.

17. κατάσχοι] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Med. B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. κατάσχῃ.

hoc quidem malum, velut injustitiam, vel aliam quandam pravitatem, sed illud, quod nondum horum quicquam est: sed hæc quasi illius species sunt additamentis quibusdam distinctæ: velut in anima quidem pravitas: rursusque hujus species vel secundum materiam, circa quam est: vel secundum quasdam animæ partes: ut ex eo, quod partim quidem aspicit, partim vero appetendo incitatur, partim denique patitur. Siquis autem extra animam quoque mala posuerit, quærendum est, quomodo ad naturam illam mali reducat ceu morbum, deformitatem, paupertatem? Forte vero morbum dicent esse defectum, aut excessum in corporibus compositis ex materia, ordinem et mensuram non sustinentibus: deformitatem vero esse materiam forma minime superatam: paupertatem denique, egestatem, privationemque eorum quibus egemus, ob materiam cui conjungimur, sic natura institutam, ut ipsa sit indigentia. Proinde si hæc recte dicuntur, non est dicendum, nos malorum esse principium, quasi ex natura propria mali simus, sed ante nos hæc esse. quæ vero vitia [*vitia* non habet Ed. pr., neque, quod sequitur, *his ipsos*; scribiturque *detinere*.] homines occupant, detineri his ipsos nolentes: attamen præstari malorum

ἀλλ᾽ εἶναι μὲν ἀποφυγὴν κακῶν τῶν ἐν ψυχῇ τοῖς δυνηθεῖσι, πάντας 75 F
δὲ οὐ δύνασθαι. Θέσις δὲ, ὕλης παρούσης τοῖς αἰσθητοῖς, τὸ κακὸν
μὴ παρεῖναι τὴν κακίαν ἣν ἄνθρωποι ἔχουσιν, ὅτι μηδὲ ἀνθρώποις
ἅπασι. (κρατεῖν γὰρ αὐτῆς) ἀμείνους δὲ, οἷς μὴ πάρεστι καὶ τούτῳ·
κρατεῖν δὲ τῷ μὴ ἐν ὕλῃ ἐν αὐτοῖς ὄντι.

Ἐπισκεπτέον δὲ, καὶ πῶς λέγεται, μὴ ἂν ἀπολέσθαι τὰ κακὰ, G
ἀλλ᾽ εἶναι ἐξ ἀνάγκης· καὶ ἐν θεοῖς μὲν οὐκ εἶναι περιπολεῖν δὲ τὴν
θνητὴν φύσιν, καὶ τόνδε τὸν τόπον ἀεί. Ἆρ᾽ οὖν οὕτως εἴρηται, ὡς
τοῦ μὲν οὐρανοῦ καθαροῦ κακῶν ὄντος, ἀεὶ ἐν τάξει ἰόντος, καὶ 76
κόσμῳ φερομένου, καὶ μήτε ἀδικίας ἐκεῖ οὔσης, μήτε ἄλλης κακίας,
μήτε ἀδικοῦντα ἄλληλα, κόσμῳ δὲ φερόμενα· ἐν γῇ δὲ τῆς ἀδικίας
καὶ τῆς ἀταξίας οὔσης, τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ θνητὴ φύσις, καὶ ὅδε ὁ
τόπος. Ἀλλὰ τὸ ἐντεῦθεν φεύγειν δεῖν, οὐκέτι περὶ τῶν ἐπὶ γῆς
λέγεται. Φυγὴ γάρ, φησιν, οὐ τὸ ἐκ γῆς ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ ὄντα B
ἐπὶ γῆς δίκαιον καὶ ὅσιον εἶναι μετὰ φρονήσεως, ὡς εἶναι τὸ λεγό-
μενον, φεύγειν κακίαν δεῖν, ὥστε τὰ κακὰ αὐτῷ ἡ κακία, καὶ ὅσα ἐκ
κακίας· καὶ τοῦ προσδιαλεγομένου δὲ ἀναίρεσιν λέγοντος κακῶν

1. εἶναι μὲν] Cod. Vind. A. οἶμαι μέν.
ib. ἐν ψυχῇ] Codd. Darm. Marc. A. Med. A.B. (a pr. m.) Vind. A. ἐν τῇ ψυχῇ.
3. ὅτι μηδὲ] Codd. Darm. Marc. A.B. μηδ. Marc. C. μὴ δέ.
4. κρατεῖν γὰρ] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. κρατεῖ.
5. μὴ ἐν ὕλῃ] Codd. Darm. (ex corr.) Marc. A. Med. A. (a pr. m.) Med. B. Par. A. μὴ ἐνύλῳ. Cod. Marc. B. ἐνύλῃ. Placet ἐνύλῳ. Sed et ἐν ὕλῃ potest ferri.
6. ἐπισκεπτέον] In marg. Cod. Marc. B. adscriptum est τὸ ἐν Θεαιτήτῳ περὶ τοῦ κακοῦ εἰρημένον.
ib. τὰ κακὰ] Desunt hæc in Cod. Leid.
7. περιπλεῖν] Codd. Leid. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. Vind. A. περιπολεῖν. atque ita scripsimus.
ib. δὴ τὴν γεννητὴν] δὴ abest a Codd. Ciz. Leid. Mon. C. Med. A.B. Vat. Vind. A. Scribitur autem θνητὴν in Codd. Ciz. Darm. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat. Vind. A. Et est certe apud Platonem in Theæteto p. 176. a Steph. p. 400. Heindf.) τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ (τὰ κακὰ) ἐξ ἀνάγκης. Quod in ordinem recepimus.
13. φεύγειν δεῖ] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. φ. δεῖν et ita Ficinus. recte.
ib. οὐκέτι περὶ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. Vind. A. omittunt περὶ, sed Vat. in m. additum habet; in eodem sequitur τῆς, sed in m. est τῶν.
16. φεύγειν] Ed. perperam φύγειν, sed φεύγειν, præter Ciz. Darm. Par. A., habent Codd. omnes.
17. καὶ τοῦ] Abest τοῦ a Cod. Vind. B.
ib. λέγοντος] Ponitur hæc vox post ἔσεσθαι in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A. C. Vat. Vind. A.

animi fugam, animis videlicet id potentibus, non omnes autem posse. Positio vero materiæ corporum, naturæ præsentis malum est: neque enim ipsum malum est pravitas hominum: quandoquidem non omnibus inest hominibus (datur enim ejus superandæ facultas) præstantiores certe sunt, quibus id quoque non accidit. Superant denique eo, quod in ipsis est a materia segregatum.

VI. *Quomodo aliquid bono contrarium sit, quomodo formæ a materia separatæ sint contrariæ.*

Operæ pretium est intelligere, qua ratione potissimum a Platone dictum sit, Mala omnia deleri non posse, sed ex necessitate venire. Neque apud Deos esse, sed apud mortalem naturam, inferioremque hunc locum assidue circumvolvi. Nunquid igitur ita dictum est, quoniam cœlum quidem semper liberum sit a malis? Quippe cum ordine perpetuo moveatur, et ornamento feratur, neque injustitia neque iniquitas alia ibi sit, neque cœlestia sibi invicem injuriam inferant, ornata moderatione perducta: in terra vero injustitia, ordinisque expers sit iniquitas: hæc enim est natura mortalis, locusque inferior. Verum quod inquit, hinc aufugiendum esse, nequaquam de terrenis locis est dictum. Fuga enim est, inquit, non a terra discedere, sed hominem etiam in terra viventem justum et sanctum una cum prudentia fieri: perinde ac si dicatur,

76 ἔσεσθαι, εἰ πείθοι τοὺς ἀνθρώπους ἃ λέγει. ὁ δέ φησι, μὴ δύνασθαι
τοῦτο γενέσθαι, τὰ γὰρ κακὰ εἶναι ἀνάγκῃ· ἐπείπερ τοὐναντίον τι
C δεῖ εἶναι τῷ ἀγαθῷ. Τὴν μὲν οὖν κακίαν τὴν περὶ ἄνθρωπον, πῶς
οἷόν τε ἐναντίον εἶναι ἐκείνῳ τῷ ἀγαθῷ; ἐναντίον γὰρ τοῦτο τῇ
ἀρετῇ, αὕτη δὲ, οὐ τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ ἀγαθὸν ὃ κρατεῖν τῆς ὕλης
ποιεῖ. Ἐκείνῳ δὲ τῷ ἀγαθῷ, πῶς ἄντι εἴη ἐναντίον; οὐ γὰρ δὴ
ποιόν· εἶτα τίς ἀνάγκη πανταχοῦ, εἰ θάτερον τῶν ἐναντίων, καὶ
θάτερον; ἐνδεχέσθω μὲν γὰρ, καὶ ἔστω γε καὶ τὸ ἐναντίον, τοῦ
D ἐναντίου αὐτῷ ὄντος· οἷον ὑγιείας οὔσης, ἐνδέχεται καὶ νόσον εἶναι,
οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης. Ἢ οὐκ ἀνάγκη λέγειν αὐτὸν ὡς ἐπὶ παντὸς
ἐναντίου τοῦτο ἀληθὲς, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἀγαθοῦ εἴρηται. Ἀλλ' εἰ
οὐσία τἀγαθὸν, πῶς ἐστιν αὐτῷ τι ἐναντίον, ἢ τῷ ἐπέκεινα οὐσίας;
Τὸ μὲν οὖν μὴ εἶναι μηδὲν οὐσίᾳ ἐναντίον, ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα
οὐσιῶν ἐστι πιστὸν, τῇ ἐπαγωγῇ δεδειγμένον· ὅλως δὲ [οὐσία] οὐκ
E ἔστι δεδειγμένον. Ἀλλὰ τί τῇ καθόλου οὐσίᾳ ἔσται ἐναντίον, καὶ
ὅλως τοῖς πρώτοις; ἢ τῇ μὲν οὐσίᾳ ἡ μὴ οὐσία· τῇ δὲ ἀγαθοῦ
φύσει, ἥτις ἐστὶ κακοῦ φύσις καὶ ἀρχή. Ἀρχαὶ γὰρ ἄμφω, ἡ μὲν

1. πείθοι] Codd. Ciz. Leid. Mon. A. (a pr. m.) Vat. πάθοι, Codd. Darm. et Marc. B. πείθει.
ib. ἃ λέγει] Codd. Ciz. Mon. C. Med. A. ἃ λέγοι.
2. ἀνάγκῃ] Ita Cod. Vat. pro vitioso ἀνάγκη, quod est in Ed.
7. ἀνάγκη πανταχοῦ, εἰ] Cod. Marc. C. ἀνάγκη· πανταχοῦ εἰ.
8. ἐνδεχέσθω] Codd. Marc. C. Med. A. (a pr. m.) Par. A. ἐνδέχεσθαι.
9. ὑγιείας] Codd. Marc. A. Mon. A. C. Vat. Vind. A. ὑγείας.
10. ἀνάγκη] Cod. Mon. A. ἀνάγκης.
ib. αὐτὸ] Ita, ut Ed., habent nonnisi Cod. Mon. C. et marg. Vat., omnes αὐτὸν sc. τὸν Πλάτωνα, ut legit Fic. utque rescripsimus.
11. ἐναντίου] Cod. Marc. A. τοῦ ἐναντίου.
12. τῷ ἐπέκεινα] Cod. Marc. B. τὸ ἐπέκεινα.
13. μὴ εἶναι] Cod. Darm. μεῖναι.
ib. ἐπὶ τῶν — οὐκ ἔστι] Desunt hæc omnia in Cod. Vind. A.
14. πιστὸν] Cod. Vat. πιστῶν, in m. ὄν.
ib. ὅλως δὲ—δεδειγμένον] Omittuntur hæc in Codd. Marc. B. et Vat.
15. τῇ καθόλου] Cod. Darm. τῆς καθόλου.
16. ἀγαθοῦ φύσει] Cod. Marc. C. τοῦ ἀγ. φ.

aufugiendam pravitatem esse, quasi mala homini sint tum pravitas, tum quæ ex pravitate nascuntur. Tum vero cum Theodorus diceret, posse mala de medio tolli, si modo quæ dicat, hominibus persuaserit, Socrates fieri id posse negavit: mala enim ait necessario evenire: quippe cum necessarium sit aliquid bono subcontrarium esse. At vero qua ratione fieri potest, ut humanum malum, id est, pravitas, ipsi bono contrarium sit? nempe contrarium hoc est virtuti. Virtus autem non ipsum bonum est, sed quoddam bonum, quod quidem efficit, ut materiæ dominemur. Ipsi autem bono quomodo aliquid contrarium erit? non enim est quale. Præterea quidnam cogit ubique si alterum contrariorum extat, alterum rursus extare? Verum esse quidem possit, atque sit contrarium, quandoquidem et contrarium ejus existat: velut existente sanitate, potest et morbus esse, neque tamen necessario provenit. Forte non putat Plato, in quolibet contrariorum ordine ejusmodi necessitatem esse veram, sed in ipso boni contrario. At si ipsum bonum essentia est, vel potius super essentiam, quidnam potest ei esse contrarium? Quod igitur nihil essentiæ sit contrarium, id in singulis essentiis per inductionem satis est manifestum. Utrum vero ipsi simpliciter essentiæ contrarium aliquid sit, nondum est demonstratum. Sed quidnam ipsi universali essentiæ contrarium esse poterit, atque omnino primis universi principiis? Forte vero ipsi quidem essentiæ erit contrarium non essentia: boni vero naturæ contrarium, si qua est mali natura atque principium. Principia enim utraque sunt, id quidem bonorum, illud

κακῶν, ἡ δὲ ἀγαθῶν· καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ φύσει ἑκατέρᾳ ἐναντία· 76 ὥστε καὶ τὰ ὅλα ἐναντία, καὶ μᾶλλον ἐναντία, ἢ τὰ ἄλλα. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἐναντία, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει ὄντα, ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένει, καὶ F κοινοῦ τινός ἐστι μετειληφότα ἐν οἷς ἐστιν· ὅσα δὲ χωρίς ἐστι, καὶ ἃ τῷ ἑτέρῳ ἐστὶ, συμπληρώσει τοῦ ὅ ἐστι, τούτων τἀναντία ἐν τῷ ἑτέρῳ ἐστὶ, πῶς οὐ μάλιστα ἂν εἴη ἐναντία, εἴπερ ἐναντία τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστηκότα; πέρατι δὴ καὶ μέτρῳ, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἔνεστιν ἐν τῇ θείᾳ φύσει, ἀπειρία καὶ ἀμετρία, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἔχει ἡ κακὴ φύσις ἐναντία· ὥστε καὶ τὸ ὅλον τῷ ὅλῳ ἐναντίον. G Καὶ τὸ εἶναι δὲ ψευδόμενον ἔχει, καὶ πρώτως καὶ ὄντως ψεῦδος· τῷ δὲ τὸ εἶναι τὸ ἀληθὲς εἶναι· ὥστε καὶ ἀληθῶς κατὰ τὸ ψεῦδος τῷ ἀληθεῖ ἐναντίον, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν τῷ κατ' οὐσίαν αὐτῆς ἐναντίον· ὥστε ἡμῖν ἀναπέφαιται, τὸ μὴ πανταχοῦ οὐσίᾳ μηδὲν εἶναι ἐναντίον· 77 ἐπεὶ καὶ ἐπὶ πυρὸς καὶ ὕδατος, ἐδεξάμεθα ἂν εἶναι ἐναντία, εἰ μὴ κοινὸν ἦν ἡ ὕλη ἐν αὐτοῖς, ἐφ' ἧς τὸ θερμὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν, καὶ ψυχρὸν συμβεβηκότα ἐγίγνετο. Εἰ δ' ἐπ' αὐτῶν ἦν μόνα τὴν οὐσίαν αὐτῶν συμπληροῦντα ἄνευ τοῦ κοινοῦ, ἐγίγνετο ἂν ἐναντίον,

1. ἑκάτερα] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. ἕτερα. Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. ἑτέρα. Ante hoc vocabulum est dist. min. in Codd. Marc. A.B. Dedimus ἑκατέρᾳ cum Ficino. Ibidem verborum in editionis margine: οὐκ αὐτό in libris MSS. nec vola nec vestigium.

5. τἀναντία] Codd. Darm. Marc. B. Vat. τὰ ἐναντία.

7. δὴ καὶ] Codd. Ciz. et Vat. δὲ καί.

8. ἀμετρία] Cod. Vat. ἀμετρίᾳ.

10. πρώτως καὶ ὄντως] Cod. Darm. πρώτως καὶ οὕτως, et supra lin. πρώτης καὶ ὄντως.

11. τὸ εἶναι] Abest τὸ a Codd. Leid. Marc. A.B. Mon. A. Vat. Vind. A. In Cod. Par. A. est τῷ εἶναι.

ib. το ἀληθὲς] Scribitur τὸ ἀληθῶς omisso, quod post καὶ sequitur, eodem vocabulo in Codd. nostris (excepto Par. A.) omnibus. Sed Vat. in marg. alterum ἀληθῶς additum habet, A. Cod. Par. A. absunt verba ἀληθὲς εἶναι ὥστε.

12. τῷ κατ' οὐσίαν] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed hic in m. addita habet.

13. ὥστε ἡμῖν—ἐναντίον] Desunt hæc in Cod. Vind. A.

ib. οὐσίαν,] Ita, sed sine dist., Codd. Marc. B.C. Vat. (in marg.), sed οὐσίᾳ Codd. reliqui omnes.

15. κοινὸν ἦν] Cod. Marc. A. ἦν κοινόν.

ib. ἐφ' ἧς] Codd. Ciz. Darm. Marc .A. B. Med. A. Par. A. ἐφ' οἷς.

16. ψυχρὸν] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. post hanc vocem addunt καί.

ib. ἐπ' αὐτῶν] Vat. αὐτῷ, in m. ut Ed.

vero malorum: atque omnia, quæ in alterutra natura sunt, inter se contraria sunt. Quocirca et ipsa tota contraria, magisque contraria sunt quam cætera. Alia namque contraria vel in eadem specie, vel in eodem genere collocantur, et in quibuscunque sunt, communi quodam conveniunt: quæ vero sunt seorsum, atque ita se habent, ut, quæ naturam implent alterius, contraria sint eorum, quæ naturam alterius implent: quidnam prohibet maxime inter se esse contraria? si modo contraria sunt, quæ intervallo a se invicem longissimo distant. Termino sane, atque mensuræ et cæteris, quæ divinæ naturæ sunt propria, contraria sunt infinitudo, immoderatioque, et reliqua quotcunque in natura mali esse dicuntur: quapropter universum est universo contrarium. Alterum profecto esse fallacissimum habet, ac primo vereque falsum atque mendacium: alterius autem esse est vere esse: itaque illius falsitas hujus veritati repugnat. Rursus quod secundum illius essentiam est, ei, quod secundum hujus essentiam est, opponitur. Quas ob res satis constat, non ubique videri verum, nihil essentiæ contrarium esse, quoniam ignem et aquam confiteremur esse contraria, etiam si non subesset illis communis materia: in quibus calor, frigus, humor, siccitas accidentia sunt. Si autem in se ipsis essent sola, essentiam ipsorum absque communi subjecto complentia, tunc quoque contraria forent, essentia videlicet essentiæ. Quæ igitur segregata inter se sunt omnino, communeque nihil habent, ac intervallum habent

77 καὶ ἐνταῦθα οὐσία οὐσίᾳ ἐναντίον. Τὰ ἄρα πάντῃ κεχωρισμένα,
B καὶ μηδὲν ἔχοντα κοινὸν, καὶ πλείστην ἀπόστασιν ἔχοντα, ἐν τῇ
φύσει αὐτῶν ἐναντία· ἐπείπερ ἡ ἐναντίωσις οὐχ ᾗ ποιόν τι, οὐδὲ
ὅλως ὁτιοῦν γένος τῶν ὄντων, ἀλλ' ᾗ πλεῖστον ἀλλήλων κεχώρισται,
καὶ ἐξ ἀντιθέτων συνέστηκε, καὶ τὰ ἐναντία ποιεῖ.

Ἀλλὰ πῶς οὖν ἐξ ἀνάγκης, εἰ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακόν; ἆρα οὖν
C οὕτως, ὅτι ἐν τῷ παντὶ δεῖ τὴν ὕλην εἶναι; ἐξ ἐναντίων γὰρ ἐξ
ἀνάγκης τόδε τὸ πᾶν· ἢ οὐδ' ἂν εἴη, μὴ ὕλης οὔσης. Μεμιγμένη
γὰρ οὖν δὴ ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου φύσις, ἔκ τε νοῦ καὶ ἀνάγκης. Καὶ
ὅσα παρὰ θεοῦ εἰς αὐτὸν ἥκει, ἀγαθά· τὰ δὲ κακὰ, ἐκ τῆς ἀρχαίας
φύσεως, τὴν ὕλην λέγων τὴν ὑποκειμένην, οὔπω κοσμηθεῖσαν εἰ
θεῷτο. Ἀλλὰ πῶς θνητὴν φύσιν; τὸ μὲν γὰρ τόνδε τὸν τόπον,
ἔστω δεικνύειν τὸ πᾶν· ἢ τὸ, Ἀλλ' ἐπείπερ ἐγένεσθε, ἀθάνατοι μὲν
UTRUM quandoque liceat animam vi a corpore solvere necne, quidam inter se Platonici litigant: et utrimque pro causa sua patronos adducunt Platonem atque Plotinum; præcipue vero duo, Olympiodorus atque Macrobius dissidere videntur. Macrobii quidem parti favent argumentationes quædam Socratis in Phædone, pluresque Plotini. Argumentatio Socratis auctoritate potissimum Orphica nititur. Orpheus sub universali providentia Jovis, id est, animæ mundanæ Dionysi collocat providentiam, id est, naturam: cui Titanes, id est, Dæmones subministrent: qui persuasi a Junone, id est, processionis generationisque cura, laniare Dionysum finguntur: quia commune illius in cunctis æque gignendis et movendis officium differentes, inter se partiuntur in sortes, rerumque species ad singula generando deducunt. Fingit præterea Orpheus Titanas, quia laniatum Dionysum devoraverint, fulminatos: id est, a Jove ad alta conversos, atque homines ex illorum incendio genitos, id est, eorum divino ministerio procreatos. Et quia homines geniti sint ex Titanibus, qui Dionysi corpore nutriti fuerant: ideo eos nominat Dionysiacos, quasi quædam Dionysi membra sint ex Titanibus germinantibus inde repullulantia: adeo ut et corpus humanum sit pars Dionysiaci, id est, mundani corporis: et humana natura vitaque sit portio quædam naturæ vitæque illius. Et si quid in nobis propriæ formæ inest, munerisque proprii, quod et prorsus existit, debeat obtemperare communi. Quam ob rem Dionysi, id est universalis naturæ, providentia custoditi, debemus in hac custodia permanere: neque, antequam Deus jubeat, hinc abire: item servare, quod accepimus inde, quatenus accepimus conservandum: neque dissolvere, quod Deus ipse ligavit: neque vim ipsi Dei membris inferre. Hanc Orphicam sententiam Socrates in Phædone primo quidem adducit, deinde Philolai Pythagorici auctoritate confirmat. Ait enim Philolaus, Ne dividas in via lignum, id est, ne dividas corpus ab anima in ipso vitæ spatio viam adhuc ad finem habente. Rursum cum in sacrum perveneris, ne spectes a tergo: id est, vitam summum contemplationis jam adeptam ne iterum ad inferiora deflectas. In primo quidem præcepto jubet, ut, quemadmodum natura corpus animæ alligavit, ita permittas naturæ solvendum corpus ab anima. In secundo vero præcipit, ut, sicut voluntas nostra ligavit intentionem animæ corpori, ita intentionem hanc voluntas solvat a corpore, et solutam semel non permittat ulterius alligari. Hæc autem Pythagorica, Platonicaque mysteria Plotinus sequitur, primam clausulam texens carmine Zoroastris, atque ita confirmat: Anima tanquam divina debet divinorum more dignitatem quidem propriam retinere: atque interea nulla invidia, vel perturbatione alia prohibere, quo minus, quod ei subest, id est, corpus nonnihil ab ipsa muneris, id est, vitæ aliquid, utcunque potest, accipiat. Anima igitur in se ipsa permaneat, nec ulla unquam perturbatione socium suum corpus a se disjungat: nam eadem perturbatione mox vel circa corpus idem, vel circa simile quiddam revolveretur: quoniam et motus ipse trahit ad corpora, et perturbatus motus ad corpora inferiora præcipitat. At si anima secum pro viribus habitet, nec interea invideat qualemcunque corpori vitam, expectetque, donec ipsum corpus defectu duntaxat proprio vitam amplius acceptam conservare non possit, ipsa profecto nullo in se distracta motu, nulloque inferius impetu rapta in se ipsa penitus extra corpus extabit, non amplius de corpore hoc in illud oberrans, sed de animali in intellectualem jam translata naturam. Interrogat post hæc Plotinus, quomodo corpus desciscat ab anima? Respondet hunc in modum: Quando corpus certam quandam amittit propor-

tionem, per quam sub anima vitam sibi conciliabat, tunc ab anima deficit: sicut lignum aliquod solidum, virideque, cui ex speculo concavo ad solis radios flamma quædam per oleum adhibita fuerat: interdum oleo jam consumpto, mox amittit et flammam: lumen vero solis, sicut anima, remanet in se ipso. Universalis profecto natura in seminalem hominis generandi materiam universalis causæ more magis prius diutius agit, quam particularis hæc humana natura. Natura enim hæc propria scilicet virtus humana agit in ipsa communis naturæ virtute. Ac natura vicissim universalis ad humani corporis hujus proprietatem a propria hominis natura dirigitur. In fœtu igitur hujus hominis nascituri natura universalis per propriam parentum directa naturam agitat materiam seminalem, atque format, proportione quadam humorum et qualitatum vitalique vi afficiens: per quam velut escam fœtus vitam quandam ab anima rationali jam præsente sibi conciliat: per quæ vim eandem retinet, et eandem. Retinere autem posse ad certum spatium ferme est ab initio datum: quatenus videlicet vis illa conciliatrix viget in corpore. Quæ quidem idcirco ab universali natura inserta est, ut ad hunc temporis cursum congruum universo vita illic hominis prorogetur. Si quis interea virtute hac per se ulterius regnatura, servaturaque adhuc in corpore vitam, vinculum hoc violenter abrumpit, quantum in se est, consilium universalis naturæ frustratur, dum medium naturæ intercipit cursum, certo quodam ordine ulterius percursuræ. Peccat igitur in Dionysum Deum, id est, in ipsam universi naturam: et in Jovem mundi animam communem, scilicet communis naturæ rectorem: peccat et in Saturnum, id est, divinam mentem, quæ animum nostrum jubet esse tranquillum. Hic vero contra perturbatione aliqua concitus sævit in corpus: vel saltem dum circa ministerium ejusmodi occupatur, a simplici et excelsa contemplatione distrahitur: peccat rursus in Cælum Saturni patrem, id est, in ipsum bonum: dum corpori sibi commendato corporeum invidet bonum: peccat denique in se ipsum, tum quoniam animal hoc anima fabricaverat, ac subinde hanc suam fabricam diruit, nondum proprio vitio ruituram: tum quia longo nobis tempore opus est ad expurgandas ab animo vitiorum maculas a teneris annis inustas, ut purus decedat a corpore, purumque sic deinde vitæ statum adipiscatur. Nemo itaque debet spatium sibimet adimere: quo purgare animum et probare magis magisque possit, moralique virtute et disciplina proficere. Tradunt enim antiqui Theologi in arcanis de animæ reditu, animos in hac vita peccantes, eorum esse persimiles, qui super solum æquale ceciderint: quibus denuo absque difficultate præsto datur surgendi facultas: animos autem, qui ex hac vita delictorum sordibus gravati recesserint, his potius comparandos, qui, in abruptum ex alto præcipitique delapsi, facultate careant resurgendi. Monent itaque concessis vitæ spatiis uti, ne desit perfectæ purgationis occasio. His ergo Platonis, Plotinique rationibus Macrobius persuasus, sic utriusque mentem interpretatur, ut nulla conditione cuiquam concessuri sint sibimet manus inferre: idem Porphyrius in libro de Abstinentia sentire videtur: easdem Olympiodorus rationes intelligit atque comprobat, sed ex eorundem verbis et hic et alibi vult id aliquando posse permitti. Ad id vero convincendum adducit in medium verba quædam Socratis in Phædone. Primum quidem, quod inquit: Philosophus vim sibi forte non inferet: ubi hoc ipsum forte dixit, suspicionem reliquisse videtur, id quandoque licere. Deinde quod subjunxit hunc in modum: Philosophi non debent sibi mortem consciscere, nisi Deus ingentem necessitatem invexerit, qualem mihi in præsentia intulit. Quasi dicat: Philosophus in simili quadam constitutus necessitate jure se inde obitu potest eximere. Adducit rursus Platonis testimonium in Republica, ubi permittere videtur homini diuturno incurabilique morbo prorsus oppresso se hinc absolvere, propterea, quod sit inutilis civitati. Oportere enim cives ait, non sibi, sed civitati vivere. Item subjungit Platonis in Legibus testimonium dicentis: hominem insanabili scelere comprehensum, velut libidine in matrem, vel concupiscentia sacrilegii, vel impetu simili, quem videat cohibere non posse, decere, se ipsum hinc e medio tollere. Similiter nonnulla Plotini verba Olympiodorus accepisse videtur: Primum quidem ubi ait Plotinus: Si quis insaniam persenserit imminentem, eliget tunc hoc ipsum non tanquam per se expetendum, sed hac conditione necessaria eligendum. Hoc ipsum Olympiodorus accepisse videtur, quasi dicat, animum hinc abigere potius, quam cum insania vivere: qua quidem perseverante, neque vivat homo, sed brutum: neque ulla proficiendi detur occasio. Confirmabit hæc insuper aliquis per id, quod Plotinus ait *in libro de Beatitudine* hunc in modum: Si vir felix captivus forte ducatur, parata via est ad exitum: si non, datur ibi felicem vivere. Poterit ad hæc ita Macrobius respondere: principio quidem Platonem ea dictione forte (ut solet) modestiæ gratia usum: deinde quod ait, nisi necessitatem Deus invexerit: tunc dicet licere Philosopho non necare se ipsum, sed e pluribus cædis conditionibus in sua optione positis, quam malit, eligere. Præterea Platonis verba in Republica et Legibus sic exponet: ut Plato non tam sui cuipiam cædem permittere ve-

lit, quam et ad ingentem charitatem patriæ provocare, et ab impio scelere acriter revocare. Plotini quoque verba sic accipiet, ut in libro de Beatitudine solvat felicem hominem e compedibus, mentem potius a sensibus sevocando, quam a corpore vitam. Denique quod hoc in libro ait, tanquam necessarium eligendum, exponet aliquis scilicet insaniam perpeti, tanquam rem necessario perferendam, potius quam vim inferre naturæ. Confirmabitur hæc sententia rursus Plotini verbis *in fine disputationis contra Gnosticos:* ubi prohibet, ante naturale tempus hinc exire. Afferet contra hæc rursum Olympiodorus, extorqueri sic nimium Platonis Plotinique verba: imo vero decere pro salute patriæ, pro honestate, pro veritate servanda certam subire mortem, vel propria manu. Item inedia quandoque animam a corpore segregare potius, quam permittere, ut per insaniam diuturnam, morbumque penitus insanabilem inutiliter, imo cum detrimento sui cæterorumque, et procul ab omni rationis officio vivat. Sic enim quamvis aliquis inferioris naturæ ordinem non sequatur, superioris tamen ordinem sequuturum, semper autem imperfectiori perfectius: et id quidem non impetu, sed consilio præferendum. Hæc illi ultro citroque afferunt, et adhuc sub judice lis est.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Α.

### ΛΟΓΟΣ Θ.

# PLOTINI

## ENNEAD. PRIMÆ

### LIBER IX.

## ΠΕΡΙ ΕΞΑΓΩΓΗΣ.

De eductione animæ a corpore.

85 ΟΥΚ ἐξάξει, ἵνα μὴ ἐξίῃ. ἐξελεύσεται γὰρ ἔχουσά τι, ἵνα καὶ ἐξέλθῃ. Τό, τε ἐξελθεῖν ἐστι μεταβῆναι εἰς ἄλλον τόπον. Ἀλλὰ μενεῖ τὸ σῶμα ἀποστῆναι πᾶν αὐτῆς, ὅτε μὴ δεῖται μετελθεῖν, ἀλλ' ἔστι πάντῃ ἔξω. Πῶς οὖν ἀφίσταται τὸ σῶμα; ὅταν μηδὲν ἔτι δεδεμέ-
B νον ᾖ τῆς ψυχῆς, ἀδυνατοῦντος ἔτι τοῦ σώματος συνδεῖν, τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ οὐκέτι οὔσης, ἣν ἔχον, εἶχε τὴν ψυχήν. Τί οὖν, εἰ μη-

9. ἐξάγει] Codd. Ciz. Darm. Marc. B. (in Catalogo ἐξάξεις) C. Med. A.B. Vat. (hic in marg.) ἐξάξει, atque ita correxi. Marc. A. quidem ἐξάγει, sed in Catalogo ἐξάξεις. In Cod. Ciz. ad marg. hoc adnotatum est: "Zoroaster in Orac. Mag. μὴ ἐξάξῃς ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι: vid. ibi Psellum et Vict. var. l. 6. c. 11." Cod. Leid. ἐξάξεις. Atque ita hunc locum laudat Lobeck. in Aglaophamo pag. 109. not. (x.)

ib. ἐξίῃ] Cod. Ciz. omittit. hanc vocem.

ib. ἵνα καὶ] Cod. Vat. ἕνα, in m. ἵνα.

ib. ἐξέλθῃ] Cod. Par. A. ἐξέλθοι.

10. μεταστῆναι] Ita cum Ed. solus Cod. Marc. C. Reliqui omnes μεταβῆναι. Quod recepimus.

ib. μενεῖ] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Par. A. Vat. μένει; sed Vat. in m. μενεῖ.

11. πᾶν ἀποστῆναι] Cum marg. Ed. ἀποστῆναι πᾶν habent Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Med. A.B. Mon. A. C. Par. A. Bene. In Cod. Marc. C. omissum est ἀποστῆναι.

ib. ὅτε μὴ δεῖται] Cod. Marc. C. ὅτε μὴ δεῖ τε.

ib. ἀλλ' ἔστι] Codd. Leid. Marc. A. ἔστη.

12. Πῶς οὖν] Abest οὖν a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed hic habet οὖν in Marg.

ib. ὅταν μηδὲν] Cod. Dario. ὅτα (sic).

13. συνδεῖν] Cod. Vat. συνιδεῖν.

14. οὐκέτι] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. οὐκέτ'. Vat. οὐκ ἔτ'.

NEMO extrudat per vim e corpore animam: ne forte exeat in locum similem migratura: alioquin exibit corporei nonnihil deferens, quo per similia emigrabit. *Emigrare* enim est a loco in locum alium pertransire. sed expectare debet quoad corpus totum ab anima ipsa deficiat: quando transmigratione non indiget anima, sed extra est omnino. Quo igitur pacto corpus ab anima deficit? quando videlicet nulla vis animæ amplius in ipso ligatur: quippe cum corpus jam ipsam ligare non possit, perdita videlicet harmonia, quam olim habens, habebat et animam. Quid

χανήσαιτό τις λυθῆναι τὸ σῶμα; ἢ ἐβιάσατο, καὶ ἀπέστη αὐτὸς, 85
οὐκ ἐκεῖνο ἀφῆκε· καὶ ὅτε λύει οὐκ ἀπαθὴς, ἀλλ' ἢ δυσχέρανσις, ἢ
λύπη, ἢ θυμός. Δεῖ δὲ μηδὲν πράττειν. Εἰ οὖν ἀρχὴν αἴσθοιτο τοῦ
ληρεῖν; ἢ τάχα μὲν οὐ περὶ σπουδαῖον· εἰ δὲ καὶ γένοιτο, τάττοιτο C
ἂν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις τοῦτο, καὶ ἐκ περιστάσεως αἱρετοῖς, οὐχ ἁπλῶς
αἱρετοῖς. Καὶ γὰρ ἡ τῶν φαρμάκων προσαγωγὴ πρὸς ἔξοδον ψυχῆς,
τάχα ἂν ψυχῇ οὐ πρόσφορος· καὶ εἰ εἱμαρμένος χρόνος ὁ δοθεὶς ἑκά-
στῳ, πρὸ τούτου οὐκ εὐτυχὲς, εἰ μὴ ὥσπερ φαμὲν ἀναγκαῖον. Εἰ
δὲ οἷος ἕκαστος ἔξεισι, ταύτην ἴσχει ἐκεῖ τάξιν εἰς τὸ προκόπτειν,
οὔσης ἐπιδόσεως, οὐκ ἐξακτέον.

2. ἀφῆκε] Cod. Vat. φαμὲν, in m. ἀφῆκεν.
ib. ὅτε λύει] Codd. Marc. A. Mon. C. ὅτι λύει.
3. ἀρχὴν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) ἀρχῆς.
ib. αἴσθοιτο] Pro αἴσθητο, ut est in Ed., quod nihili est, ex Codd., præter Ciz. et Mon. A., omnibus scribendum fuit, ut rescripsimus.
4. τάττοιτο ἂν] Codd. Marc. A.B.C. Vat. τάττοιτ' ἄν.
5. περιστάσεως] Cod. Marc. B. περὶ στασεως.
ib. οὐχ ἁπλῶς αἱρετοῖς] Codd. Leid. Mon. A.C. Vat. hæc omittunt. Vat. in m. add.
6. προσαγωγὴ] Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. Par. A. Vat., ut marg. Ed., προσεξαγωγή. Cod. Marc. C. ἐξαγωγή.
ib. ἔξοδον] Cod. Vat. ἔνδοξον, in m. ut Ed. Sequens vocabulum in Cod. Marc. C. scribitur ψυχή.
7. ψυχῇ οὐ] Codd. Marc. A.C. Mon. C. ψυχη οὐ.
8. πρὸ τούτου] Cod. Mon. A. προς τοῦτο.
ib. ὥσπερ] Codd. Marc. A. Mon. C. ὡς, Leid. ὅς.
9. οἷος] Cod. Marc. C. οἷς.
10. ἐπιδόσεως] Ita, pro ἐπιδώσεως, scripsi ex Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Par. A. Vat. In Cod. Marc. B. subjicitur enumeratio librorum Enn. Sec. iisdem titulis, quibus ad calcem Vitæ Plotini, nisi quod titulus ultimus hujus Enneadis h. l. scribitur προς τους γνωστοὺς, supra περὶ τῶν γνωστῶν.

ergo, si quis det operam, ut corpus dissolvatur ab anima? verum sic vim inferet: neque corpus tunc dimitteret animam, sed ipsum anima destitueret. Accedit ad hæc, quod, quando quis dissolvit corpus, non est a passione liber, sed vel angustia, vel dolore, vel ira compellitur. Nihil vero ejusmodi est agendum. At si insaniam quis persenserit imminentem, quidnam aget? Forte vero id probo non accidet. Quod si acciderit, reponendum erit in eorum genere, quæ necessaria nuncupantur: atque ob ea, quæ circumstant, non autem simpliciter eligenda. Etenim venenorum excogitatio ad exitum animæ compellentium, forte non expedit animæ. Atqui etsi fatale tempus unicuique datum est, ante ipsum haud feliciter id fiet, nisi (ut diximus) id tanquam necessarium habeatur. Si denique, qualis quisque exit, talem ibi quoque retinet ordinem, non est e corpore animus extrahendus, cum adhuc proficiendi esse possit accessus.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBRUM I. ENNEAD. SECUNDÆ.

## DE CÆLO,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

DISPUTATIO Plotini de Cælo octo habet capita. In primo quidem et secundo dubitationes nonnullas movet, et interim adducit quædam solvendis quæstionibus conferentia. In tertio dubitationes resumens dubia paulatim incipit enodare, similiterque in cæteris, summatimque concludit ex omnibus, cælum esse ignem, et hunc quidem purum atque solum, cujus forma sensibilis sit. Primo quidem lumen, deinde vero calor innoxius et vitalis: sed geminam hanc formam vult ab insensibili proficisci ejusdem cæli forma: calorem quidem a vita, lumen ab intellectu. Esse hujus substantiam sempiternam, motumque perpetuum. Immortalitatis hujus causam esse vult vitam illam intellectualem, id est, animam ejus a divinitate nunquam digredientem. Ipsam vero corpoream cæli naturam, quamvis non sit immortalitatis proprie causa, tamen accommodatione quadam ad perseverantiam conferre perpetuam, dum conservanti semper causæ, apte, opportune, libenter obtemperat. Hæc hactenus totius libri sit summa.

*Mundus, quoniam est corporeus, neque ex se est, neque per se sempiternus, sed per causam penitus incorpoream.*

I. Principio igitur mirari videtur, quo pacto mundus, cum sit corpus, esse valeat sempiternus: quemadmodum sapientes plurimi consenserunt. Neque enim potest universum corpus hoc per se esse perpetuum, quandoquidem neque per se esse potest: quod satis in Theologia probamus. Neque facile convincitur, quomodo per aliam sit causam sempiternum: præsertim sub ejusdem singularitate substantiæ, quod dimensione motioneque sua videri potest: divisionem denique, mutationemque substantiæ subiturum. Una præterea totius mundi materia. Unius enim Opificis est opus unum. Unum, inquam, per unam materiam atque formam, et undique sibi consentiens, atque compatiens. Quam quidem agendi patiendique omnium inter se communionem unitas ipsa formæ ac materiæ conficit. Denique cum ipsa natura materiæ sit prorsus informis, atque per formas distinctio fieri soleat, nulla videtur ratio, cum a materia usquam materia distinguatur. Materia vero quoniam infimum omnium est subjectum, omnino informe, formarum omnium etiam inter se repugnantium pariter avidum, est perpetuo permutabilis. Quam ob rem sicut sub luna, sic et in cælo potentia quædam ad mutationem formæ semper in materia latet, cum eadem sit ubique materia. Quod quidem ita conjicimus: cum motus, qui viget in anima, sit motus primus: ideoque ibi sit actio: motus autem in corpore sit secundus, ideoque passio: nimirum passio hæc corpori minatur interitum, præsertim quia motus in anima, tanquam in re individua, non tendit ad dissolvendum: in corpore vero velut dividuo quodammodo tendit. Neque licet alicui more Averrois dimensiones in cælo sine materia ponere. Nam si formæ omnium primæ, id est, ideales, quasi materiale nonnihil habent adjunctum formabilem, inquam, mentis essentiam, multo magis formæ omnium infimæ, id est, dimensiones materiale aliquid, imo prorsus materiale ubique secum habent. Ac si formæ substantiales in subjecto ponuntur, multo magis indiget subjecto dimensio: quæ potius accidentalis est ac prorsus inefficax. Jam vero neque forma quælibet corporalis est aliud, quam materiæ passio, dum materia hæc afficitur aliunde, neque dimensio rursus aliud, quam materiæ ipsius extensio, dum ab eodem

extenditur, a quo formatur, ut distinctius uberiusque formari queat. Est igitur fundamentum mundi materia simul, atque dimensio: a materia quidem mutabile, a dimensione dividuum, ab utroque inefficax et passivum, necessarioque aliunde dependens. Mundus igitur non est facultate sui corporis propria sempiternus, sed tum ab anima velut a causa immortalitatis intrinseca, tum a voluntate divina velut ab extrinseco principio atque fine. Si in Deo consideratur natura ejus in actu semper eodem existens ac penitus immutabilis, mundus videtur inde fuisse semper et fore. Hinc Mercurius, et Plotinus, quia divinorum esse sit idem, atque agere, et actionem illam statim sequatur effectus, mundum omnino judicant sempiternum. Sin autem consideratur libera in Deo voluntas, atque hæc mundi principium judicatur, quod Mercurius, Plato, Plotinus existimant, videtur mundus a Deo novus sine novitate divinæ naturæ, sine voluntate nova fieri posse. Sic ergo Plutarchus, et Severus, et Atticus novum mundum existimant, hoc sensu Timæi Locri dictum accipientes, ubi ait: "Deus animam mundi creavit, suo corpore priorem tum potestate, tum tempore." Unde Plato etiam in Timæo dicit, "Animam mundi, corpore suo priorem, tum virtute, tum generatione creatam." Quanquam hæc Timæi Platonisque verba Plotinus, et Porphyrius, Proculusque, et alii sic exponunt; ut tempus, et generatio, quibus anima præcedit corpus, non sit extrinsecum intervallum; sed ut successio quædam in anima in ipsa formarum discursione antecedat origine mundi motum: ut hic sit motus ab illo, atque ille sit seculum seculorum. Mitto nunc opinionem Heracliti, quodlibet mundi corpus etiam sphærarum stellarumque effluere semper atque refluere; ideoque vel desinere, vel perpetuo renovari: quod et Plato tetigit, ubi mundum ait fieri quidem semper, esse nunquam: et Plotinus hic, et Proculus in Timæo: quod et Plethon non negat esse probabile, nosque idem in Theologia fieri posse probamus. Quod si ita universum mundi corpus fluat semper et refluat, animæ vero substantia maneat, non immerito sic quoque anima tempore, generationeque prior erit novo quolibet mundi corpore, si mundus semper fiat ex vetere novus. Hinc forte Propheta et Evangelista dicit: "Vidi cælum novum et terram novam." Item Evangelista: "mundus quidem transit." Sed redeamus jam ad Plotinum. Cum eadem sit in cælo, quæ et sub cælo materia, quærit Plotinus utrum cælestia sicut et alia permutentur, ac species quidem sphæræ stellæque cujuslibet semper maneat, dum singularis cujusque natura permutetur paulatim, et quodammodo renovetur, quasi sicut accidit infra lunam? Ad hæc si quis respondeat, universum ob id esse perpetuum, quod neque ex eo quicquam effluere, neque influere possit, cum sit, cum omnia complectatur: is, quare sphæræ quælibet et stellæ sempiternæ sint, nondum satis invenerit: non enim sphæra et stella quælibet omnia continet: sed neque etiam sufficientem æternitatem toti mundo tradiderit. Poterit enim forsan adhuc mundus, etsi non extra, tamen intra se adeo commutari, ut, quasi animalium nostrorum more, singularem sæpe substantiam mutet, dum tamen speciei suæ naturam retineat sempiternam. Denique dubitatio restat: utrum vel totum hoc, vel saltem cæleste aliquid sit sempiternum: et quam ob causam: et cur in cælo species simul et individuum: sub cælo autem duntaxat species ipsa maneat, dum singula permutantur.

*Anima quidem causa est, ut cælum sit immortale: cælum vero ad hoc animæ non repugnat.*

II. In secundo itaque capite dubitat idem innuens ubique, mundanum nihil suapte natura perpetuum posse manere: ut memineris, omnia hæc aliunde fieri, atque servari. Quod autem Peripatetici dicunt, sempiternum esse cælum, quia sit quintum corpus præter quatuor elementa, hic præterit negligenter. Eo enim ipso, quod corpus est, cum neque per se ipsum simpliciter sit, certe neque est per se ipsum semper: præsertim cum sua sit natura dividuum, atque mutabile. Denique significat immortalitatis vitæ causam esse cælo animam ipsam, quæ et simpliciter est vitæ causa: sed ad immortalem vitam etsi non efficiendam, saltem suscipiendam cæleste corpus et universum esse naturaliter præparatum: aut saltem, quo minus accipiat, minime repugnare.

*Causæ quibus mundus sit sempiternus: atque elementorum quatuor distributio.*

III. Sed in tertio quærit, quomodo corpus hoc conducat ad statum, quod naturaliter inclinatur ad motum? Respondet autem, quia non extra profluit, sed refluit intro. Idcirco perpetuæ in ejusmodi motu perseverantiæ non repugnare quidem, imo conducere. Quod si quodlibet animal, quamdiu vivit, dicitur esse idem, propterea quod sub eadem anima ferme similis natura et figura servatur, quamvis inde quotidie fiat effluxus, multo magis et mundus permanere idem in substantia dici potest, quamdiu sub eadem anima figura eadem perseverat, cum nihil profluat extra: etiam si quis fingat in qualibet mundi parte effluxu vicissim atque refluxu substantiam propriam commutari: dum videlicet neque quicquam extra totum fluit, neque influit aliunde: sic ergo totum mundi corpus ad sempiternam perseverantiam conferre videtur. Videntur ad eandem partes quoque conducere. Nam ipsæ

etiam elementorum sphæræ mole sua saltem permanent et figura. Conducunt ad idem quatuor ipsæ elementorum sedes singulæ seorsum in mundo dispositæ: ad quas natura duce diffugiunt: adeo ut elementa, quamvis contraria, tamen ita secreta nunquam invicem se disperdant, atque confundant. Esse vero quatuor elementa mundi, et ignem purum esse cælum, et qualis ibi sit ignis, in compendio Timæi, et in Theologiæ libro quarto, et iterum quartodecimo abunde tractamus. Cum igitur ignis plurimis a terra qualitatibus distet, merito ab eadem distat loco quam plurimum. Sicut igitur in sphæra mundi terra in medium cogitur, sic in ambitum totius extimum ignis extenditur. Ac si terra est semper stabilis, ille profecto maxime distans semper est mobilis: nullus autem in rectum motus sempiternus est. Ignis ergo natura sua mobilis est semper in orbem: denique si igni propria sunt maxima a terra distantia, et perpetuus circuitus atque lumen est procul dubio cælum. Proinde sicut ipsa mundi natura virtusque sub causa quadam superiore terminata est, sic et amplitudo ejus, atque figura: quæ ab invisibili mentis et animæ circulo coacta similiter est in circulum. Sic et figura sibimet æqualior et similior est, item capacior aptiorque ad motum. Ignis igitur dum videtur ascendere, imo dum se ipsum undique a medio porrigit, cogitur alicubi sursum, id est, per ambitum sistere gradum, ibique in circum protendi, atque revolvi: ut figura motuque referat causæ suæ circuitum. Figura quidem circuitum in essentia causæ consistentem: motu vero circuitum in causæ actione peractum. Conducit autem ignis ad mundi ambitus faciendos propter naturam ejus amplificabilem: facultatem vero amplificabilem sibi vindicat vis ignis admodum efficax, naturaliter rara, lucida, mobilis, a resistente et cohibente soliditate admodum aliena. Soliditas vero maxima, quæ terræ propria est, amplificationi obstat quam maxime. Unde terra confert ad mundi medium faciendum: aër vero et aqua tanquam per naturam media medium compleverunt. Nemo vero diffidat, ignem, quia maxime cedat, ideoque pati facillime videatur, conficere cælum passionibus nullis obnoxium. Quod enim agilitate mirabili cedere videtur ad summum, dum dividi videtur, penetrat atque dividit, et omnem ictum protinus aufugit. Memento denique, divinam mentem formas in opere suo plurimas voluisse: tum quia et ipsa est omniformis, tum vero ut ex multis non materiis dico, sed formis opus unum maxime formale summatim conficeretur: voluisse in hoc formas longe inter se natura distantes, ut ex earum conflatione varii admodum formalesque rerum gradus in longo spatio coalescerent. Cogita igitur hæc tum raritate, tum qualitate inter se diversa simul ab initio facta. Hæc ergo repente se fugant invicem, atque fugiunt. Tunc subtilissima quæque prius citiusque effugiunt: tum quia ad motum, penetrationemque agiliora sunt, tum quia liquidiora super solidiora commodius possunt enatare, quam contra. Sic rerum protinus est facta distinctio, consilio videlicet Auctoris obediente materia. Sed interim spiritalis subtiliorum portio intra densissima quæque est ubique servata, non tam densitudine coërcente, quam ipsa totius anima suum ubique spiritum continente, animabusque cæteris ad idem spirationis officium conspirantibus.

*Cælum est spiritus, et flatus, et verbum animæ mundanæ: atque est ubique, quamvis occultum.*

Latius hic nos spiritus ejusmodi provehit. Principio cælestis anima non conjungitur cælo quasi jam facto, sed ipsa potius fœcunditate sua, quæ et superior est, et proxima cælo adhuc inde futuro, parit ubique cælum, dum ipsa tanquam maxime vivens spirat ubique: Sed quidnam spirat? Vitalem scilicet flatum, atque sensualem: non qui necessario sentiatur ab aliis, sed quo ipsa tum vivificet, tum sentiat alia. Flatus ejusmodi quoniam prodit ex anima, imitatur et virtutem animæ penetrantem, quatenus ipse penetrans universum omnibus est infusus. Hinc illud: Spiritus intus alit. Imitatur rursus et virtutem animæ continentem, quatenus ipse suo quodam (ut ita loquar) visco velut oleum super alia natat et ambit. Huc forsan tendit et illud: Spiritus Dei ferebatur super aquas, vel incumbebat aquis, fovens videlicet materias per se frigidas, quæ ipso vitaliter quamvis occulte calent: atque hinc calefaciendi vim sortiuntur quamvis occultam. Hoc flatu, hoc animæ primæ verbo (quantum Platonice loqui licet), factum est cælum, imo ejusmodi spiritus est ipsum cælum. Spiritus, id est, ignis, tanto saltem nostro hoc igne subtilior atque efficacior, quanto noster ignis acutior et valentior aëre. Spiritus hic quasi visus quidam est tactusque naturæ, nullam habens ad visum tactumque nostrum proportionem. Est et ipsius animæ verbum jam extra prolatum. Primum enim animæ verbum est in mente, simplex omnino: secundum in ratione, jam ibi distinctum: tertium in imaginatione naturaque, motum jam affectumque accipiens: quartum in prolatione, id est, cælum admittens jam una cum motu dimensionem. Magnitudo siquidem virtutis in anima in viribus ejus inter se longe distantibus magnitudinem dimensionis facit in cælo. Motio animæ facit in cælo motum. Affectus efficaciam ad effectum. Virtus quidem rationalis alias gignit formas in cælo: intellectualis autem claritas præstat lumen. Est ergo cælum quasi spiritus efflatus ex ore divinioris animæ: ideoque

omnia vivificans atque nutriens. Est iterum quasi oculus quidam, visusque animæ, quo sæpe affectus animæ nobis et consilium indicatur: hujus radiis et intuitu omnia coalescunt. Lumen in cælo, quantum est in perspicuo, intellectum animæ repræsentat, quantum in motu, lætitiam. Solum quidem lumen est intelligentiæ ipsius imago: cæteræ vero formæ sive in cælo sint, sive in aliis sint per cælum, alias ideas referunt in ipso intellectu conceptas, quæ ita per intelligentiam illic concipiuntur, et discernuntur, sicut per lumen hic cæteræ qualitates. Et sicut per totum mundum intelligibilem est idem actus intelligentiæ, ita per hunc totum perspicuus quidam, lucidusque spiritus illius imago, formas passim efficiens atque discernens sicut ille. Hinc *Julianus Platonicus* ait, "ex Theologia Phœnicum diffusam esse per universum, et omnibus insitam naturam quandam tralucidam atque lucentem in se ipsa, quasi ex diaphano et lumine temperatam, neque mixtioni unquam alienæ, neque passionibus ullis obnoxiam: quæ sane sit actus quidam puræ intelligentiæ, purus quidem, sed quodammodo extra procedens, habeatque invisibile lumen et incorporeum luminis hujus visibilis quidem, sed incorporei causam." Hæc ille. Ejusmodi ferme lumen anima mundi sub actu mentis primæ propria mente conceptum parit in natura sua, ibique cum motu copulat et affectu: atque inde quasi spiritum foras efflat, et jam dimensione protendit, neque dispergit tamen, sed suo quodam circuitu in orbem penes se cohibet, et quatenus ipsa se fundit, eatenus circumfundit, atque promit origine prima continuum quasi spiritum unum spirantis unius. Sed aliæ animam hanc subinde comitantes animæ, sua quæque similiter spiritali virtute spirantes in spiritum hunc jam ubique vigentem, singulæ ad intimi propriique circuitus formam redigunt et figuram. Quam ob rem aliæ deinceps alibi inter se distinguuntur sphæræ: sic ferme dispositæ situ, sicut spirantes animæ dispositæ sunt natura. Sed cunctæ semper animæ in communi perpetuaque primæ animæ spiratione conspirant: ejusmodi vero spiritales orbes prope mundi medium angustia situs densiores evadunt, et densiora rursus circa se generant. Et qui densissimus est, orbi terræ restat infusus. At si comparetur ad terram, tenuis admodum judicabitur, et ad motum agilis ac densa vivificans. Ne quæras igitur quam ob causam ad medium densa descendant. Hæc enim ideo densa sunt, quoniam ab initio sortita sunt medium. Rursus quantum rarefactio, et condensatio in gignendis invicem valeat elementis considera, ne forte neges, pro varia primi spiritus densitate, varia præter ipsum elementa contingere. Sed interim memento, raritatem et densitatem in rebus generandis idearum actionibus, formationibusque servire. Conclude, animalem quendam spiritum semper ab anima mundi quasi interioris vitæ propaginem pullulare, ignemque hunc esse et quasi animale lumen ipsum in dimensiones jam porrectum, spiritum actu lucidum, potentia calidum, generationis omnium ubique fomitem: cælum, inquam, non circumfusum solum, sed etiam cunctis infusum, cælumque cælorum. Flatum divinioris animæ sub forma quadam animæ proxima, id est, cælesti, id est, ignea: hoc est tralucida, lucida, calida protinus evolantem, mox in aërem aliquanto dissimiliorem animæ tumescentem, subinde in aquam terramque compactum. His autem tribus, cælestem spiritum passim inesse effectorem omnium, atque servatorem: proximum quidem flamen, et velamen animæ: et omnium alimentum. Ubicunque igitur alia sunt, ibidem cælestem subesse spiritum: non tamen ubicunque hic est, alia statim adesse. Sic itaque cælo proxime reguntur omnia, ipsa, inquam, cæli substantia non solum virtute cælesti, quæ suam ubique substantiam necessario postulat. Sic etiam sub terra quædam quasi cælestia generantur. Sic solo calore vivunt omnia, et occulto quodam calore vivunt, quæ manifestus calor destituisse videtur. Sic ubi extremum apparet frigus, ignis accenditur: et in frigidorum collisione mutua procreatur, cælo videlicet procreante. Similiter in quolibet animali anima continue profert spiritum membris quidem cunctis infusum, sed alicubi etiam solum, alicubi vero humoribus, alibi membris insuper involutum. Sed animæ particulares spiritum hunc qui vapor sanguinis est, quo regunt corpus, ex sanguine calefacto producunt: spiritum vero cælestem rationales animæ, quo quasi proxime se involvunt, ab ipsa cæli substantia ubique præsente suscipiunt: quem Plotinus alibi confitetur accipi etiam ab anima terræ: quo et hic nostras involvi Aristotelem etiam putavisse testis est Plutarchus, Joannes Grammaticus, et Proculus atque Plethon. Ex quo patet ubique cælum esse, ut et totum singulaque perfecte, continuataque serie ac mira facilitate regantur a cælo: et animæ rationales ubicunque cæleste corpus accipiunt, aut possident, in loco cælestibus naturali habeant, atque possideant. Verum cælestis hic ignis, de quo ille inquit: "*Igneus est ollis vigor: et cælestis origo:*" quamvis cunctis infusus, nullis tamen est mixtus: quando neque visibile lumen inde procedens alicubi commiscetur: neque manifestus ignis facile patitur mixtionem. Est autem cælestis ignis solus purusque ignis, neque vim patiens neque inferens: mirifice lucens, sed super aspectum suavissime calens, si quo modo tangatur. Manifestus autem ignis atque comburens, non ignis est purus, sed ignitum potius elementum: qui sane, quod facilius, quam alia, generetur,

generetque et amplificet semet ipsum, et longissime luceat, et ad se omnia trahat, et nascatur ubique totum habet a cælo, quod viget ubique. Hinc Theophrastus integro libro ignis potentiam admiratur. Hinc forsan est ille spiritus, quem Ægyptii rebus infusum omnibus appellant naturalium genitorem. Maxime vero qualis sit hic spiritus apparebit, si quis finxerit, quod et forte licet, non multas esse cælorum sphæras, sed unicam, tum implentem omnia, tum etiam circumfusam, quæ motum illum habeat, quem primi mobilis esse volunt. Stellæ vero omnes tum hujus motu ducantur, tum etiam propria progressione percurrant, cedente ubique sine ulla offensione cælo, si modo cessione sit opus. Sic potissimum stellæ habere vitas proprias videbuntur, si animalium more progrediantur, non plantarum modo figantur. Sic et præter illarum animas unica erit sphæræ totius anima. Ego vero hæc forte defenderem ut probabilia, nisi me magnorum virorum auctoritas contineret.

*Cælum est imago animæ, et singula, quæ sunt in cælo, singula referunt, quæ sunt in anima.*

Sed rem omnem ab alio rursus principio repetamus. Si cælum, quod totum implet mundum, in forma sua motuque procul ab extensa materia cogitaveris, ipsam procul dubio mundi animam cogitabis: cujus cælum quidem imago est, reliquum duntaxat est umbra. Illa igitur cælum est individuum: cælum vero est anima jam extensa. Redde itaque tanquam ab imagine ad exemplar singula singulis. Illa quidem est forma simplex: hoc similiter corpus est simplex. Illa non habet partes: hoc nunquam separatur in partes. Illa unico actu, id est, animadversione sui præcipuum complet officium: hoc perpetua in se ipsum conversione omnia peragit. Anima rursus immutabilis est essentia, quamvis mutabilis quodammodo sit quadam discursionis sphæricæ mutatione formali. Cælum similiter substantia non mutatur, dum actione revolvitur. Anima semper similiter agit: atque in ipsa etiam formarum suarum dissimilitudine revolutionum vices restituit similes. Cælum quoque movetur immutabiliter, ac dum configurationes quasdam et extrinsecos habitus commutare videtur, interea centrum circumferentiamque conservat, eisdemque curriculis temporum et repetit eadem et similia recreat. In anima prius est intelligentiæ lumen: deinde quasi calor est voluntatis affectus, in cælo lumen præcedit ubique calorem. Et quemadmodum ibi voluntas quasi est ipsemet terminus intellectus et intelligere velle: ita et hic calor quasi quidam lucis est terminus, et lucere, et calere, sed quam pure lucet et late, tam calet innoxie. Hinc itaque fit, ut in materiis cælo similibus, id est, diaphanis et tralucidis, calefactionem præcedat illuminatio, in opacis vero vicissim. Has enim calefieri oportet prius, et calore purgari, et quasi tralucidas effici, quam lucidæ fiant. Ignis autem hujus cælestis occulti ubique vigentis, et actus quidam manifesti sunt stellarum radii, et imago quædam est æther, id est, sublimis ille lunæ proximus aër, igneus inquam aër. Solum namque cælum solus est ignis: reliqua dicuntur ignita: sed cælum et aër, præsertim ille sublimis, ubi vel nihil vel minimum quidem est solidi resistentis, latitudinis vero plurimum lucet purius, caletque suavius. Aqua vero et terra, terrestriaque calefacta quidem violenter, calefaciunt violenter. Quoniam vero ignis apud nos accensus cælo similius adhuc est, quam reliqua, idcirco luminis, quod incorporeum quiddam est, factus est particeps et omnium potentissimus, et quasi sit vivens motu perpetuus, dividens omnia, non divisus, omnia in se prorsus assumens, alienam fugiens mixtionem: et subito cum expeditur, in cælestem refugiens ignem ubique latentem. Hinc forte veteres adducti ignem verebantur extinguere, ne naturæ cælitus vivæ vim viderentur inferre. Proinde sicut ignitæ materiæ in ipsum ignis actum formamque subito convertuntur, ita et hic ignis hinc refugit in cæli formam, et forma cæli in formam actumque vitæ semper conversa censetur: materia vero cæli conversa videtur in formam. Profecto quemadmodum in vapore quodam ardente, ceu cometa, ipsa vaporis materia adeo redacta est ad proprium ignis actum, ut nulla jam appareat ibi conditio vel actio, nisi ignea: sic forma cælestis usque adeo materiam suam superat et absorbet, ut nulla materiæ manifesta conditio videatur. Id itaque plerique volunt quando cælum aiunt carere materia, id est, manifestis passionibus conditionibusque materiæ. Similiter qui aiunt cælestis animæ nostræ vehiculum expers esse materiæ. Quod Iamblichus et Proculus arbitrantur. Jam vero cum natura formæ denique sit potentior, quam materia, merito sicut formarum infima, id est quantitas, sic in materiam absorbetur, ut ipsa videatur esse materia, agatque nihil, et infinitam patiatur divisionem: imo nihil aliud sit, quam passiva quædam materiæ ipsius extensio: sic forma formarum corporalium præstantissima, id est, cælestis, materiam suam occupat penitus atque occulit, totumque ibi resultat ut forma: forma inquam corporea, sed ita corporea, ut sit quasi non corpus, et incorporeæ vitæ, occultiorisque virtutis quasi coruscatio quædam foras emicans, præsertim per cæli oculos, id est, stellas. Non igitur injuria Iamblichus ait cæleste corpus sic in vitam esse redactum, ut ipsa sit vita, et natura jam quodammodo incorporea, hoc tantum corporis habens, quod partes a partibus distare putantur.

Sane sicut in nobis corpus hoc tractabile multum ab anima discrepat, sed spiritus ipse, quem multi vaporem sanguinis subtilissimum nominant, est quasi anima quædam, ita ut Epicurei, et alii quidam vicinitate decepti hunc esse animam judicarent: sic reliquum mundi corpus ab ipsa mundi anima discrepat manifestius, sed natura cælestis ubique vigens, quidam scilicet omnia fovens spiritus almus: sic Stoicos, et Stratonem propinquitate fefellit, ut divinam animam Deumque esse putarent. Rectius admodum Platonicus ille Maro judicavisse videtur. Cum enim dixisset: "Omnia spiritus intus alit: ut spiritus per se dissipabilis et fortuitus a natura stabili ordinatriceque regeretur," adjunxit: "Totamque infusa per artus mens agitat molem." Et cum nominavit artus, et membra, mundum esse animal unum significavit, uno quodam ubique spiritu vivens, una similiter intelligentia rectum. Rectum, inquam, facillime atque semper: nam et spiritus ille quanto per puritatem est vicinior animæ, tanto facilius diutiusque animæ ad perseverantiam ordinemque obtemperat. Et reliquum corpus spiritu facile penetratum inde fulcitur, atque ipsum naturali loco digredi nescit, dum anima longe præpotens suis quæque locis digerit atque continet: motuque suo motus omnes anticipat, et ad revolutionis suæ normam certis singula locis, temporibusque revolvit.

*Mundus, etsi perseverantia dicitur infinitus, non tamen virtute, magnitudine, numero est infinitus.*

Universum igitur per tempus permanet infinitum, quamvis ipsum magnitudine non sit infinitum. Si enim ipsa mundi anima æternitati, id est, divinæ menti quam proxima est, ideoque æterna est, atque essentiali vita vivificat, certe et ipsa vitam suggerit semper, et corpus inde suum vitam continue haurit sempiternam. Præterea si anima semper conformat hoc ipsis divinæ mentis ideis, certe sicut species rerum omnes conservat idearum instar immobiles, singulis continue commutatis, ita et totum hoc opus exemplaris totius instar indissolubile continet. Sicut enim quælibet in universo rerum species ad suas referuntur ideas, sic totum hoc ad hoc totum refertur exemplar. Mutantur vero hic sub specie singula ob vicissitudinem quandam seminalium rationum, quæ in natura et imaginatione quadam conjuncta naturæ penes animam mundi peragitur, motu interim cælesti ad idem assidue conferente. Conservatur tamen eadem ubique species, ob æternam perseverantiam idearum in mente, formarumque similium, in anima quoque vigentium, adjuvante ad idem simili semper restitutione cælesti. Mundum vero quamvis tempore infinitum, non tamen vel numero, vel magnitudine infinitum, sic breviter conjectamus. Quadruplicem cogitamus infinitatem. Primam virtutis simul atque perseverantiæ in Deo præcipue summo: Secundam perseverantiæ saltem in divinis operibus inde perpetuo permanentibus: Tertiam numeri: Quartam denique molis. Infinitas quidem numeri perpetua quadam rerum singularum successione paulatim provenire videtur, nunquam tamen actu simul existere. Nam et ipsa speciei unitate tanquam termino definitur, et multitudo innumerabilis actu nullum suscipit ordinem. Omnia tamen sub primo tum communi omnium, tum proprio aliquorum principio ordine quodam definiuntur. Quod si non est turba ordinis expers in rebus infimis, multo minus reperitur in summis, ubi summus est ordo. Quam ob rem neque sunt innumerabiles mundi: neque mundi partes unius innumeræ. Tum vero infinita moles longius distat a mente divina, quam numerus infinitus. Cum igitur divina mens innumerabilem numerum minime velit, multo minus molem patietur immensam: alioquin nullum hæc ordinem a Deo terminumque acceperit. Neque vero fingere licet molem corpoream ex se ipsa prorsus existere: vel ex causis pluribus inter se omnino diversis. Quod in Theologia sæpius confutamus. Neque sub una omnium causa opus esse non unum: neque mundos plures, alium disjunctum ab alio. Id enim refellimus in Timæo. Neque rursus unius mundi molem prorsus immensam: alioquin vel in plura membra divideretur, vel unica passim moles existeret. Si in plura innumerabiliter secaretur, nulla foret usquam molis infinitudo, sed numeri: neque foret opus unum vel ordinatum, sed disgregatum prorsus atque fortuitum. Sin unica foret immensaque moles, varietas omnino rerum nulla restaret: et hæc ipsa moles ordinem non acciperet vel figuram. Ac si fingatur ejusmodi machina per immensum undique ambitum versus excrescere saltem versus medium: si quod fingi medium possit, paulatim redigitur in angustum. Igitur si moveatur, circuli in ea mole signati innumerabiles ita se habebunt, ut circa medium semper alius alio tardius revolvatur: versus ambitum vero vicissim alius alio continue velocius agitetur. Itaque inde quidem in tarditatem infinitam, hinc in velocitatem similiter infinitam motio pervagabitur. Hinc ergo immensæ molis circuitus momento complebitur. Inde ne movebitur quidem: imo nullus erit motus. Nam infinita tum velocitas, tum tarditas concurrere demum videtur in statum. Objiciet et alius aliter: Immensum fore undique spatium tum totius, tum partium ad partes, quæ per lineas a medio productas in longum, continue latiores et distantiores evadunt. Itaque neque peragi unquam spatium vel partium, vel totius. Ideoque frustra moveri, imo neque moveri.

Quid plura? Mundanam molem habere in se membrorum distinctionem, ipsa palam formarum differentia, repugnantia qualitatum, motionum oppositio manifesta declarat. Non esse machinam hanc immensam ostendit tum uniuscujusque revolutionis terminus, tum definitus ordo totius. Esse in summo sphæricam, interiores ejus sphæræ demonstrant, amplissimam videlicet imitantes. Cunctas ab una causa inter se connecti, mira discordium rerum concordia probat. Una denique vita vivere spirituque afflari discimus ex mutua quadam agendi patiendique communione, per quam et inferiora facile a superioribus dona ubique suscipiunt, et superiora videntur inferiorum preces audire votisque prospicere, et a qualibet mundi parte quamvis longe distantem in quamlibet rite paratam sæpe motio resultare.

*Confirmatur cœlum esse sempiternum, primum animæ, deinde quodam corporis beneficio.*

IV. In quarto libri capite dubia rejiciens in sequentia, immortalitatem cæli tum ratione animæ, tum ratione corporis comprobat. Nempe ordinis corporei summitas, id est, cælum, cum incorporea natura divinorum ultima, id est, anima, ita conspirat, ut dissolvi non possit: sicut et summus aër tangens ignem est semper ignitus: ipsaque animæ vita cum proxime ab æternitate pendeat, neque inde discedat, est æterna. Atque cum ipsa ob naturalem propinquitatem sit vinculum temporalium, quod in Theologia monstramus, merito, quæ mox devincit, æterne conglutinat. Item cum jam tot seculis in hac mole regenda, movendaque defatigata non fuerit, quod ostendit idem tenor agendi, nunquam defatigabitur: præsertim cum neque ipsa per violentiam agitet corpus, naturaliter ad motum ita libratum, neque huc aliunde violentiam possit inferri, neque partes mundi conterantur, sed invicem commutentur. Denique si anima per æternam ipsius vitam, cujus natura est semper vivificare, mundo semper præstitit vitam, præstabit et semper. Neque pœnitebit unquam animam divinissimam benefecisse mundo: quasi vel peccaverit cum incepit benefacere, vel sit peccatura cum desinet: quod in libro contra Gnosticos hæreticos confutavit. Quod autem de igne partim Aristotelica, partim propria sententia dicit, sic accipito. Ignis hic noster edacitate quadam omnem subito materiam devorat, mox inde luxurians evomit flammam, quasi fervorem: qua etiam longius consumit objecta. Cum enim ignis ob naturam tenuem, amplificabilem, mobilem, inter aliena positus atque permixtus facile dispergatur, ne mox intereat, natura sibi tributum est, ut facile propinquantia devoret. Rursus ne tanquam potentissimus omnia perdat, datum est vicissim, ut citius extinguatur. At vero ne desit mundo natura tam nobilis, factum est, ut passim omnium facillime recreetur, citoque ex minimis excrescat in amplum. Ignis vero cælestis consumit nihil: quia nec ipse consumitur: quia minime dissipatur: quoniam neque locum aliquando suum mutat: neque unquam a vita deseritur.

*Cur cœlestia tum secundum speciem, tum secundum individuum maneant sempiterna. Composita vero solum secundum speciem: item de geminis animabus.*

V. Caput vero quintum significat pro ipso mundi partiumve ejus opifice non modo judicandum esse intellectum primum, sed etiam mundi animam: animasque sphærarum quatenus et intellectuales sunt omnino, et proxime semperque velut collegæ ad opus hoc una cum intellectu primo consentiunt. Significat rursus, si corpora composita proxime ab ipsa cujuslibet cælestis animæ substantia fierent, indissolubilia fore: Ibi enim et substantia et actio, id est, intelligentia manet: a causa vero penitus stabili, stabilis fit effectus. Quoniam vero talis quælibet anima aliam ex se insitam quasi animam imaginemque sui foras effundit, insinuatque materiæ, unde jam ejusmodi vita fit debilis: idcirco vita hæc cælestia quidem et simplicia corpora semper indissoluta conservat, utpote quæ conciliationi perseverantiæque repugnare minime videantur, composita vero adversus repugnantium impetus coercere non potest. Hic notabis sphæras quidem cælestes tum toto permanere tum partibus: sphæras autem alias simplices non omnibus jam undique partibus, sed toto manere: composita denique neque toto, neque partibus permanere debere. Neque objiciat aliquis in animalibus præsertim rationalibus restante post obitum anima, primaque materia, partes animalis apud Plotinicos restituras. Nam et anima hæc non tam pars, quam causa est animalis, et materia prima subjectum est potius, in quo fit animal. Fit, inquam, proprie ex propria quadam materia ad propriam formam jam prorsus accommodata. Ubi vero dicit, quæ sunt infra cælum, non esse cœli partes: intellige, infra, non tam loco, quam ordine. Cælum enim, etsi ubique viget, nusquam tamen a se ipso sejungitur. Ubi ait, cælum usque ad lunam protendi, intellige, usque ad lunarem conditionem. Sors namque lunaris est in cælestis dignitatis gradibus ultima. Regionem enim super lunam antiqui totam solarem nominant, sequentem vero lunarem. Declarat denique in fœtu hominum, in matrice jam figurato infundi vitam ab animalibus sphærarum, animaque totius ad idem scilicet, ipsa matris anima simul cum virtute paterna interim conferente, per quam vitam velut escam rationalis anima trahatur ad corpus, ipsamque ad se vitam quodammodo contrahat, sub actuque conservet

ducatque suo, si quando desinat iterum genitura. Ibi quidem esse simpliciter animal per modum formæ dat inferior anima: Esse vero rationale animal, superior ipsa largitur parum admodum modo formæ ad esse conducens. Et id quidem ex rationali potentia sive actu, quoniam non ad ipsum simpliciter esse ratione formæ, sed ad esse tale conferre videtur. Atque eatenus ad esse tale, quatenus ad esse simpliciter altera confertur. Dici vero fortasse potest per modum efficientis ad esse conferre.

*Singula elementa in se ipsis pura sunt. Cælum est solus ignis. Item de metallis atque dæmonibus.*

VI. Sextum caput dubitationes iterum duas adducit: Utrum solus in cælo sit ignis: et utrum inde defluat aliquid. Primam quidem solvit in hoc sexto simul et septimo, alteram in octavo. Esse in eo ignem, simulque non terram dico, imo soliditatem quandam, vel resistentiam, sive consistentiam quasi terream Timæus existimat, ut per igneam quidem claritatem videri, per soliditatem vero quasi terream tangi possit: sed a quonam ita sentiri? non ab aliis præcipue. Non enim totus mundus est partium particulariumque gratia constitutus, cum sit horum omnium perfectissimus atque finis, sed ut primum posset a se ipso sentiri. Cum enim animæ mundanæ prius quodammodo natæ corpus subjungeretur quasi propago, probabile fuit tale fore, ut cognatissimum animæ foret atque notissimum. Cognosci vero corpus proprie cognateque, et sub ipsa corporis conditione, nihil est aliud, quam sentiri. Corpus itaque cæli tum ex igne lucem est adeptum, ut ab anima sua per modum intelligentiæ sentiretur, quod est videri: habuit quoque ex soliditate vel consistentia quasi terrea resistentiam quandam, ut per modum essentialis vitæ iterum sentiretur: quod est tangi scilicet a se ipso primum, consequenter ab aliis: quin etiam neque videri posset per lumen, nisi soliditas quoque subesset, visuales quodammodo radios repercutiens: neque tangi per soliditatem, nisi igne rursus vivificaret. Significat inter hæc Plotinus, si cælum tangatur vel a se ipso vel ab alio, blandum sentiri calorem: soliditatem vero quasi terrenam adesse ratione potius conjectari: ipsam denique terræ naturam, quæ et opaca est, ideoque opposita luci, et densissima: atque idcirco ad motum præcipue talem, omnium ineptissima, nullo modo inesse vult cælo lucidissimo prorsus atque celerrimo: item, neque aquam, quæ ob frigiditatem est contraria cælo, quod est primum calidum: rursum neque aërem. Nihil enim facilius, quam aër in aliud permutatur. Itaque si propinquet cælo tam valido, in cæli formam subito permutabitur. Inter hæc dum convincere studet, nihil esse in cælo aliud præter ignem, in dubitationem adducit illam Timæi sententiam: Duo scilicet solida, et extrema duobus semper mediis indigere. Forte enim id in numeris et dimensionibus mathematicorum solidis manifestius est, quod in argumento in Timæum jam explanavimus. In elementis autem non adeo manifestum, nisi forsan in ipsa totius mundi compositione disposita locisque distincta. Significat tamen Plotinus, posse et ignem vel aërem penetrare terram sine aqua, et aquam penetrare terram, inque eam illabi sine ignis et aëris beneficio. Quod si quis convincat, tum terræ tum aquæ reliqua duo semper inesse, respondet Plotinus, non tamen duo hæc ad conciliandum necessaria fore. Sed dum ita Plotinus hic quasi ludit, meminisse debemus, aquam procul ab aëris ignis [Ed. pr. ignisque] fomento concrescere gelu, fierique crystallum: itaque non posse absque illis terram facile penetrare. Sed hæc ad Plotinum nihil: cujus consilium est confutare, quod fertur, ita quodlibet in quolibet esse, quasi ex Anaxagoræ mente, ut nusquam sit purum aliquid in se ipso, neque ipsa rei cujusque essentia in se sine alterius essentia constitui, vel consistere possit: ceu si quis dixerit, non esse terram, nisi intra se ipsam aquæ humore conglutinata sit: non esse aquam, nisi liquida per aërem: non esse aërem, nisi per ignem intus sit rarus et levis: atque vicissim nusquam vivere ignem, nisi alatur humore: non consistere rursus humorem, nisi intus terra cohibitum. Sed profecto videtur ipsa formalis uniuscujusque ratio idque ipsum, quod aliquid est, absque alienæ naturæ additamento posse consistere. Quandoquidem et sine hoc rite potest ac debet intelligi: alioquin si res non sint aliquid in se ipsis, consequenter nec aliquid in aliis erunt: nec erit quicquam ex rebus pluribus constitutum. Præterea cum imperfecta, quoniam per se non sunt, a perfectis, quæ per se sunt, dependeant: sit autem forma totius perfectior, quam formæ partium, merito super elementa, quæ sunt, ut partes in mistis, sunt elementa in se ipsis, ut tota scorsumque disposita: sunt, inquam, ut tota elementa, quamvis non ut totum corpus. Ibi ergo rursum forma totius corporis tanquam perfectior antecedit, ac si minus præcedit in opere, in opifice saltem: in quo sane communius ipsa formæ totius intentio intentionem partium ad illam consequentiam antecedit: sicut constat in arte. Denique sicut in exemplari mundi forma uniuscujusque speciei ratio distincta est ab alia, sic inter se res in opere distinguuntur: distinguuntur, inquam, ratione et existentia simul, præsertim cum major sit hic quam ibi diversitas. Quod quidem sensibus quoque patet, cum se invicem contraria fugiant, quatenus ut contraria vigent. Corpora ergo composita sicut simplicibus elementis intrinsecus componuntur, ita sim-

plicibus reguntur extrinsecus. Multa quoque simplicia, id est, æther, aër, aqua, terra, uno, id est, igne cœlesti reguntur omnium simplicissimo. Unum hoc proxime regitur anima: perque hoc quasi spiritum reliqua corpora sive simplicia primum, sive subinde composita reguntur ab anima. Oportet enim ab una mundi anima corpora multa, et hæc quidem dissimiliora animæ per corpus unum, idque similius, inspirari prorsus atque moveri. Sed ut redeamus ad institutum, oportet elementum quodlibet etiam sine alterius mistione intus saltem in se aliquid esse. Aut enim datur aliqua saltem portiuncula terræ, quæ proprie sit id ipsum, quod terra, aut nulla. Si datur aliqua, licet terram sine aqua consistere: Si nulla, tunc terra erit nusquam, atque aqua terram, quæ nusquam reperitur, colligare non poterit. Item alia est aëris, alia terræ natura, imo etiam natura valde diversa. Si quis ergo dicat terram, ut terra sit, aëre intrinsecus indigere, dicet frigus siccitatem, densitudinem, gravitatem, ut sint id, quod sunt, egere contrariis. Rursus aër prius in se aliquid est, quam infundatur in terram: terra similiter prius aliquid est in se, quam hauriat aërem. Tum vero aër in raritate propria prius existit, quam condensetur in terram: ac terra prius in se consistit, quam condenset aërem: qui si condensetur ab alio, scilicet aqua, transibit in aquam. Quam ob rem Timæus non dixit terram, ut terra sit, egere igne: ne frigus et gravitas, ut frigus gravitasque sint, calore levitateque ridicule dicantur egere, imo dixit, ut sit visibilis. Per lumen enim et oculi vident, et res ipsæ videntur, quæ sunt etiam participatione quadam luminis coloratæ. Lumen vero ignis est proprium. Cum enim terra nuturaliter opaca neque per se luceat, neque lumen intus accipiat: aqua vero et aër tanquam diaphana, id est, tralucida et lumini pervia, non habeant quidem ipsa lucem, sed subito capiant: sequitur, ignem mox per se lucem habere: præsertim cum manifeste ab hoc alia lumen habeant, atque ipse lumen ipsum quasi proprium dum abit, relinquat in nullo, quamvis calorem relinquat ad tempus. Unde constat, ignem esse cælum. Cum vero ignis prius et citius longiusque lumen quasi præcipuum projiciat, quam calorem, potest nimirum actum hunc suum, id est, lumen, et passionem ex hoc effectam, id est, colorem præcipue clarum cæteris adhibere, per quæ videantur, quamvis se ipsum non admisceat illis. Præstat quidem humidioribus magis lumen atque nitorem, tanquam cælo similioribus: siccioribus vero calorem, et hunc quidem jam edacem, talem siccitate, angustia, violentia factum. Hactenus terram esse hoc ipsum quod est, absque intima ignis, aëris, aquæ commistione monstravimus. Aquam rursus sine participatione terræ posse aquam esse, per similia patet. Aqua sane cum ad terrenam cogitur densitatem, desinit esse jam aqua, fitque crystallum: postquam videlicet novam acceperit substantialemque formam: nam ante fit glacies. Terra igitur non efficit eam esse aquam, sed potius esse non aquam. Aërem rursus non esse terræ participem deprehendet quisquis consideraverit, nihil esse mollius, cedentius, penetrabilius aëre: nihil vero ad hæc ineptius esse quam terram. Non igitur ut aër ipse sit aër, terra facit: cum proprietatem habeat repugnantem. Quod si inferiora seorsum ab aliis ipsa per se sunt aliquid, multo magis ignis, mistionis impatiens, et omnium præstantissimus, id est, cælum. Neque indiget terra, ut dimensiones inde continuitatemque acquirat: nam, ob naturam suam in materia efficacissimam, materiam ipse suam mirum in modum in dimensiones amplificat. Item, quum mistionem minime patiatur, continuitatem suam ipse sibi conservat: resistentiam vero quandam, et consistentiam, quam soliditatem in eo vocant, neque propter terram, neque ob trinam dimensionem simpliciter habet: sed per quandam sibi propriam alicubi densitatem, qua non solum repercutiat radios oculorum, sed etiam superiorum vires inferioribus magis cognatiusque accommodet: nihil vero terrenum cælestibus subesse luminibus patet: quia nusquam in cælo videtur ejusmodi rubor, qualis in colore nubium, quæ terrenum aliquid habent: sed talis potius, qualem vel flamma frequentior, vel congregatus croci pallor reddere solet. Soliditatem sane quocunque modo resistentem Plotinus aliter esse vult in terra, in aliis aliter. In terra quidem una cum aspera quadam siccaque duritia propria terræ, quatenus maxime distat a cælo lenissimo quidem omnium et agillimo: Alibi rursus proprio quodam pacto: in igne nimirum esse suam soliditatem non per terram, sed per solam alicubi sibi propriam densitatem: sicut in aqua sæpe non per terram, sed per propriam cohærentiam coitumque crystallum fiat, atque metallum, scilicet aurum. Quod hic existimare videtur non esse terræ particeps, sed ex aqua tantum fieri more crystalli, sed arctius in se coacta, in qua sit viscus aliquis oleo similis: unde contingat, ut aurum tum propter arctissimam concretionem indissolubile sit: tum propter viscosum humorem fundatur ad ignem atque liquescat: tum quia non est terræ particeps, rubiginem non obducat: fulgorem vero sortitur a specie ideaque solari. Argentum ferme similiter se habere, nisi quod Lunam potius sequitur. Soli enim aurum attribuunt auctores alchimiæ: argentum vero Lunæ: Saturno plumbum: stannum Jovi: Marti ferrum: æs Veneri: Mercurio argentum, quod nominant vivum. Hanc vero distributionem in præsenti magis approbo, quam illam, quam in compendio Critiæ sum sequutus.

Videtur vero Plotinus hanc de metallis opinionem ex Timæo potissimum accepisse, ubi metalla nominantur concretæ fusilesque aquæ: et aurum ex aqua inter adamantinas venas compacta, velut florem emergere dicitur. Additur æs, quia sit terræ particeps, in rubiginem vetustate conteri, dum terra secernitur. Plato igitur etsi videtur terræ nihil in auro similiter et in argento ponere, potest tamen probabiliter ex aliorum sententia sic intelligi, ut quod terrenum est in auro, sit adeo cum elementis aliis temperatum, et exacte commixtum, ut secerni ab aliis nunquam possit. Dicatur autem et aurum et omne metallum aqua ab humore quodam glutinoso, ex quo velut ex matre metalla omnia fiunt, quod et primum occultumque argentum vivum nominant, quod a sulphure quasi metallorum patre coqui formarique putant: atque inde metalla omnia fieri, eaque diversa, quatenus in ejusmodi coitu plus est alterius vel alterius: et prout hoc duorum aut illud est ibi purius vel impurius, ac prout minor majorve fit coctio. Duo igitur hæc in auro esse purissima, æqualissima, contemperata, commista summopere, ferme similiter in argento: in cæteris hæc longe aliter se habere. Metalla quidem ad ignem omnia liquefieri: quoniam mater eorum sit humor multus, et oleosus, atque viscosus. Saxa vero non liquescere, quoniam terræ plurimum habeant, humorem tamen non habeant adeo pinguem, nec instar olei glutinosum: sic exponere Platonem possumus. Et ubi Plotinus ait: *Aurum, quum sit aqua, cogi in se sine terra, sic accipi potest:* id est, quum ad ignem funditur velut aqua, iterum ab igne remotum in se sine adjunctione terræ concrescit. Sed hæc uteunque quis vult accipiat. Ad institutum denique revertamur. Si condensatio sola in humore vel conficit crystalli, vel reficit metalli formam, cur non anima quasi gluten continuet ignem, sibique connectat, et sub vitæ forma contineat? Jam vero sunt et ignea dæmonum corpora, non per terram, non per concretionem quasi gelu coacta, sed per virtutem animæ connectentem in propriam cohibita formam, et sphæricam redacta figuram. Sunt enim supra nos dæmones in sua quisque sphæra quasi stellæ: quamvis plurimum nobis occultæ, figuramque naturaliter orbicularem per interiorem mentis orbem conferente ad idem affectu, locoque in suis corporibus exprimunt. Quamvis quascunque libet figuras sæpe nobis ostendant, dum vel materiam sui corporis agilem modis facile variis transfigurant, et mox in priorem formam facillime refigurant: vel per imaginationis affectusque vehementiam, prægnantium instar, in teneriori corpore quaslibet formas effingunt. Mitto, quod sæpe non tam proprium corpus mutant, quam imagines in nostra imaginatione varias suscitant. Quamvis autem dæmones propria animalia sint aërea, tamen et igneos et aqueos sæpe cognominant. Tres enim proprie sunt ordines dæmonum tribus plagis aëris assignati: Primi sublimem colunt aërem Lunæ proximum, cœli calore motuque et luce calentem atque lucentem, quem ignem ætheremque appellant: Secundi medium: Tertii tertium. Summus aër nominatur igneus: medius aër aërius: infimus aër est aqueus: dæmonesque similiter. Aëri rursus ita distributo præest (ut aiunt) aëria quædam astrorum triplicitas. Summo quidem aëri Gemini: medio Libra, Aquarius infimo: similiterque dæmonibus. Hos antiqui nonnunquam appellant deos: non quidem simpliciter, sed divinos dæmones. Sicut et animalia similia in cælo quidam appellant dæmones, non simpliciter, sed dæmonicos deos. Arbitror equidem, cælestes dæmones non esse in stellarum fixarum, sed planetarum, regione, quasi comites planetarum stellas: ac proportione servata, sequi stellarum planetarumque motus: similiterque dæmones in aëre puro cæleste choream competenti progressione complere. Forte enim sicut dæmones, sic stellas planetasque propriis per cælum motibus more animalium gradi quis putabit.

*Cælum est solus ignis. Item quodlibet elementum est alicubi in se purum, quamvis in quolibet sint qualitates quædam etiam aliorum. Item cælum est ubique. Item qualis sit Hierusalem illa cælestis.*

VII. Septimum caput responsionem ad dubium superiorem confirmat auctoritate Platonica: cælum scilicet esse purum ignem: et quodlibet elementum alicubi esse purum, scilicet ad ipsum, quod est, etiam sine aliis esse: quamvis invicem suas dotes quasi ab extrinseco mutuentur et mutuent. Item in quolibet elemento esse non dico ipsam aliorum naturam, alioquin confusa prorsus omnia forent, sed qualitatem quandam, aliorum elementorum qualitatibus quodammodo similem. Cum enim mundus sit animal unum, una ubique primum anima vivens, unaque materia factum, necessario membrum quodlibet ob ejusmodi unionem habet aliquid commune cum aliis: et aliorum qualitatis est particeps. Sicut in corpore humano apud medicos est compertum. Sic cælestis ignis, non terram, non aërem, non aquam, sed consistentiam, vel aliquam resistentiam habet terræ quodammodo similem: item facilem liquiditatem sive agilitatem aëri congruam: denique lenem blandamque et lubricam æqualitatem aquæ persimilem, cæteraque similiter reliquorum aliquid possidere: neque tamen ea mistionis ratione confundi, in qua ipsum totum soleat cum toto misceri: nec qualitates tantum quædam, sed ipsæ quoque naturæ materiæque conflari. Sic Plato, ubi ait in Timæo: Accendit Deus lumen circa secundam a terra sphæram, declaravit esse

in cælestibus solum ignem, et ex ignis qualitatibus solum lumen. Lumen, inquam, solum, id est, primum atque præcipuum. Sub hoc enim ibi sunt cæteræ, quæcunque ibi sunt qualitates, scilicet calor vitalis et blandus, in quo actio motrix omnium et formatrix. Ac dum Plato dicit *lumen*, corpus ipsum solis intelligit, per se lucens, lumine scilicet manifesto: per *lucem* videlicet intimam, quæ alterius generis est a lumine, quod inde velut imago solis per omnia manat. Sed et lux ejus intima rursus ab incorporea luce proxime micat: alioquin nec ipsa incorporea foret, nec lumen inde manans incorporeum esse posset. Quod enim incorporeum est in corpore, sive circa corpus quale lumen existit, ab incorporeo fit, quod in se ipso consistit. Lumen vero non esse corporeum patet, quia totum subito prorsus illuminat, et sine offensione totum implet: pluraque in unum statim absque resistentia lumina coeunt, nec sordibus inquinantur. Item solis lumen nullius subjecti fit proprium: in nullo enim restat ad tempus, nec propriam elementi qualitatem in subjecto requirit ut adsit, sed puritatem cælo animæque persimilem. Idemque lumen absque collisione, condensatione, rarefactione, mora, tam facile per spatium se fundit amplissimum, quam refundit se protinus in angustum. Sic ergo a carbone ad flammam ascenditur, jam a crassiore materia discedentem: a flamma rursus pervenitur ad lumen, quod tenuem quoque relinquit materiam: non enim jam infunditur in materiam, sed funditur potius per materiam. Demum ab hoc lumine, quod videtur, proceditur ad cælestis animæ lumen: cujus vigore motuque et materia dimensione protenditur, et per dimensiones ejus lumen effunditur, perinde ac si a scintillæ cujusdam rotatu, orbis statim lucidus emicet. Sed de hoc in Theologia satis. Quod autem solis globum proxime collocat super lunam, non solum Platonis opinio est, sed Aristotelis Ægyptiorumque et multorum insuper tum antiquorum, tum etiam posteriorum philosophorum. Magnam esse distantiam inter Saturnum et Jovem, et inter Jovem atque Martem, patet ex eo, quod Saturnus circulum suum peragit annis XXX. Jupiter XII. Mars vero duobus. Magnum quoque intervallum esse a Marte ad planetas, qui anno percurrunt, similiter est manifestum. Magnum denique inter hos atque lunam, quæ mense cursum implet, plane compertum habemus. Cum igitur Sol et Mercurius atque Venus annuo tempore revolvantur, ideoque inter se sint proximi, quæritur, quis horum trium sit Lunæ propinquior. Probabile quidem est, illum esse propinquiorem, in cujus sphæra longior est diameter, unde maxima distantia sit ad Lunam. Longiorem vero esse in sphæra Solis verisimile est, ut grandiori planetæ magis accommodetur. Verum quid de his mathematica ratio velit, satis alii pertractarunt. Physica certe ratio postulare videtur, ut fons caloris et fons humoris scilicet vitalis, id est, Sol et Luna proxime conjungantur super hanc mundi plagam generationi dicatam, quæ in primis humorem velut materiam et calorem exigit quasi fomentum. Præterea Sol et Luna contigua possident domicilia: Luna Cancrum, Sol vero Leonem. Exaltationes quoque contiguas: Luna Taurum, Sol Arietem. Jure igitur sphæras quoque contiguas habent. Hoc denique ordine Mercurius inter planetas quasi sapiens medium obtinebit. et merito, cum debeat in omnes æque converti, et facile conformari, ut celerius omnium actiones expediat. Si quid insuper oculis credendum foret, dicerem, solem ac lunam propterea, quod nobis utrique sint proximi, maximos apparere. Usus vero declarare videtur propinquitatem: propterea quod manifeste in nos agant quam plurimum: adeo, ut reliqua ad hæc comparata fere nihil agere videantur. Denique Luna, quæ stellarum infima sola lucem non possidet manifestam, merito sola est sub sole, ac proxima soli, ut a lucidissimo manifestum lumen commodius mutuetur. Mutuatur autem speculi more, similiterque reddit lucis imaginem. Appellant autem cæleste corpus album, id est, luminosum: ac dum album dicunt, significant nitidissimum. Quod enim est inter colores albedo, id plane est ibi nitor. Per hæc innuit formam palloris aut ruboris non esse quidem in stellis, sed ob vapores quosdam nobis ita videri. Scimus enim ignis lumen, quo purius est, eo esse nitidius. Contra vero rubet in materia crassa, pallet in media: sed in tenuissima nitet. Subdit urentem flammam nec in cælestibus esse, nec ad cælum usque percurrere: sed vel extingui vento, vel si sit in materia sicciore atque tenaci, in fulgure reflecti deorsum: vel si altius insuper evolaverit, creare cometas: sin autem diutius ibi flamma restiterit, amplificari per ætherem, mitioremque evadere, lumenque a cœlo sortiri. Post hæc totum cælum dicit esse lumen, quamvis ob tenuitatem nostris oculis invisibile, in quo tamen stellarum lumina propter densitatem aliquam apparere. Lumen profecto purum prorsus videri non potest, sed mistum: vel sub cælo materiis alienis, vel in cælo soliditati cuidam et resistentiæ quasi terrenæ, non dico soliditatem in cælo more quorundam, quæ tangenti resistat, (hæc enim re vera est propria terræ) sed quæ radios vel congreget vel reflectat. Protenditur vero lumen hoc etiam invisibile, ut in X. de Repub. traditur, per mundum undique universum, quasi mundanæ animæ visus, quo suum id totum cernat, et tangat, et foveat. Putant Platonici sphæram quoque Solis esse suæ animæ visum, et alias item

sphæras globosque, visus aliarum cælestium animarum. Unde videmus in omnium oculis nihil aliud visum esse, quam radium, et oculorum figuras qualitatesque esse cælo simillimas, quodve videtur esse lumen, vel luminis apprime particeps, id est, colores. Sed stellæ planetæque oculi sunt non visuales tantum, sed visibiles: quibus et animalia videant, atque inde regantur: nam per radios densiores virtutes eorum nobis magis accommodantur. Sphæræ vero reliquæ oculis sunt invisibiles, oculis dico terrenis: nam æthereis oculis, id est, sensu, qui in nostro viget æthereo corpore, perspici possunt. Esse vero lumen hoc occultum, sive ignem spiritumque vitalem diffusum per universum, Plato comprobat in Timæo. Universæ, inquit, naturæ circuitus, cum circulari ambitu suo reliqua rerum genera sit complexus, secumque in ipso congredi studeat, constringit omnia, locumque vacuum relinqui nusquam patitur. Quocirca ignis per omnia maxime penetravit: deinde aër, utpote qui igni tenuitate sit proximus: et alia simili ratione deinceps. Hic existimare videtur primam ipsam ignis occulti naturam a spiratione quadam mundanæ animæ prodiisse, atque ab intimo circuitu animæ in circulum prosiliisse, cujus virtute elementa reliqua coaluerint: quæ mox ignis ipsius ambitu comprehensa, et quasi cohibita, vacui nihil intra se reliquerint. Item cum ignis ille amplificatus in orbem cuperet, tum intus ubique secum ipso congredi, tum nihil usquam relinquere vacuum, penitus omnia penetrasse minime penetratum: subinde aërem penetravisse similiter aquam, aquam denique terram: adeo ut, si a centro gradatim medios per orbes ascendas, ubi terra est, sis tria reliqua reperturus, præsentia sibi invicem potius, quam confusa. Deinde ubi aqua, ibi cætera duo: ubi aër, illic et ignem: sic quatuor elementorum orbes inter se comparantur, ut angustissimus orbis sit terrenus: latior aqueus, tum implens intrinsecus terram, tum terræ superficiem supereminens. Aërius quoque terra similiter et aqua sit latior: igneus denique ratione simili omnium sit latissimus, cuncta tum extra fovens, tum intrinsecus alens. Hunc igneum spiritum et vitalem Arnaldus et Raimundus putantes rebus omnibus insitum, et quintam appellantes essentiam, diligentissime perscrutantur, quibus machinis ab aliena materia separent, et segregatum qua potissimum custodia sibi conservent ad usus, ut sperant, omnium saluberrimos. Mitto, quod sperant, si hunc ex vino tanquam valde cælesti diligenter acceperint, eum se adhibituros auro cælesti quam maxime: quem mox aurum combibat ut cognatissimum, semperque retineat fiatque potabile. Sed hæc illi viderint. Equidem certo scio, nisi spiritus ejusmodi rebus omnibus insit, non posse multos præstare, quæ pollicentur: neque verum esse Platonicum illud, posse scilicet mundi umbilicum esse ignem. Probabile quidem est centrum cardinemque universi non facem esse terrenam, sed potius ignem. Quod rursus scribitur in Phædone, ubi de montibus nubes superantibus agitur, scilicet terram puram in puro jacere cælo, in quo sunt astra, verum esse non potest: nisi vel cælum illic aëri puro sit infusum, vel solum ibi sit cælum, quasi unicus sit orbis super nubes. Sed orbis unitatem in præsentia dimittamus. Forsan vero summus ille Theologus, ubi civitatem inquit cælestem habere duodecim fundamenta, civitatem intelligit vitalem hunc spiritum ubique regnantem: fundamenta vero duodecim, sphæras mundi duodecim: octo scilicet cælos super ætherem: rursusque cælos quatuor per ætherem, scilicet aërem, aquam, terramque suffusos. Describit et portas duodecim: tres ab Oriente, tres item ab Occidente, tres a Meridie, tres rursum ab Aquilone, ut quatuor signorum ostendat triplicitates: quarum una sit Orientalis, id est, ignea: Arietem, Leonem, Sagittarium continens. Alia rursum Occidentalis, id est, aëria: comprehendens Libram, et Geminos, et Aquarium. Alia item Meridionalis terrea: Taurum et Virginem habens et Capricornum. Alia demum Septentrionalis, Pisces et Cancrum Scorpiumque complectens. Proinde ubi totam civitatem ait factam ex auro puro, fulgorem hunc igneum per omnia vult esse diffusum. Addit hoc aurum esse simile vitro puro atque perlucido, id est, diaphano simul atque lucenti. Si enim aut vitri perspicuitati perviæ lucem quasi propriam adhibueris, aut auri naturali fulgori perspicuitatem adjunxeris velut propriam, habebis jam cæli substantiam: quæ quidem est ubique tralucida simul et lucida: etsi nobis non apparet ubique. Ubi vero theologus addit lapidum pretiosorum varietatem, stellarum significat lumina, vel apparentium nobis, vel non apparentium. In qualibet enim supra nos sphæra mundi suæ quædam stellæ sunt magnitudine potentiaque mirabili, quamvis non ubique conspicuæ. Totum vero in se ipso lucere necessarium est, si cælum est ubique, si lux est propria cælo, si lux est qualitas præstantissima reliquarum origo formarum. Quod autem diversis in stellis aliter aliterque fulgeat, non alia quidem, et alia mistione contingit sicut in coloribus nostris accidere solet: sed propriis quibusdam raritatis, densitatis, distantiæ gradibus. Sic et croci color congregatus quidem rubet, diffusus vero pallet, diffusissimus denique nitet. Mitto quantum in his e longinquo et per media diversa nos fallat aspectus. Sed præter lumina, cælestibus adde virtutes quoque diversas, ex quibus et colores ibi varii, et actiones inde proveniant: non quales ab elementis, sed proprietate quadam occultiori,

scilicet speciali ferme, quali ferrum trahitur a magnete. Nam, quæ apud nos sic agunt, agere dicuntur virtute cælesti.

*Confirmatur cælum esse tum ex anima, tum ex corpore sempiternum: et quamvis sit ignis, tamen in orbem natura moveri.*

VIII. Octavum caput dubitationi respondet quærenti, Utrum cælo quicquam defluat aut influat? respondet, effluere nihil. Nam et anima suum ubique continere spiritum potest, et spiritus libenter obtemperat animæ: neque in hoc velut potentissimum inferri aliunde violentia potest: omniaque prius est in se conversurum, quam ipsum convertatur in aliud. Cum igitur nihil defluat inde, merito nihil oportet affluere, quo servetur. Neque licet fingere cælum esse aliud præter ignem, ut circuitus ei sit naturalis. Circuitus enim naturalis est omni corpori sphærico in suo loco posito, quotiens moveatur: rectus vero motus, aut violenta quædam e naturali loco deturbatio est, aut subitus in locum reditus naturalem. Inter hæc ubi ait potissimam ignis actionem calefactionem esse, intellige ignis elementalis commistique actionem. Præcipua enim cælestis ignis actio est ea, quæ præcipuam actionem actionem cælestis animæ refert, id est, intelligentiam: ejusmodi vero illuminatio est. Postremo in fine libri notabis, naturam in rebus sub luna compositis quasi, vel debiliorem, vel in loco debiliori, vel inter debiliora non conservare perpetuam in singulari composito vitam: imitari tamen per continuam generationis successionem, qua servat speciem quoad potest cælestem virtutem: quæ speciem simul individuaque conservat: Conservat inquam procul a substantiali motu, neque tamen seorsum a motu locali. Sola enim intellectualis natura omnem a se motum procul expellit.

## LIBRORUM SECUNDÆ ENNEADIS PLOTINI PHILOSOPHI SERIES

### MARSILIO FICINO FLORENTINO INTERPRETE.


I. *De cælo.*
II. *De motu cæli.*
III. *Utrum stellæ aliquid agant.*
IV. *De materia.*
V. *De eo, quod in potentia, et eo, quod in actu.*
VI. *De essentia et qualitate.*
VII. *De mixtione per omnia.*
VIII. *De visu, et quare, quæ procul sunt, parva videantur.*
IX. *Contra Gnosticos hæreticos.*

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ Α.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER I.

## ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ.

### De Cælo.

ΤΟΝ κόσμον ἀεὶ λέγοντες καὶ πρόσθεν εἶναι καὶ ἔσεσθαι σῶμα, 96
ἔχοντα, εἰ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν ἀνάγοιμεν τὴν αἰτίαν,
πρῶτον μὲν ἀληθὲς μὲν ἂν ἴσως λέγοιμεν, σαφήνειαν δὲ οὐδεμίαν B
ἂν παρεχοίμεθα. Ἔπειτα τῶν στοιχείων ἡ μεταβολὴ, καὶ τῶν ζώων τῶν περὶ γῆν ἡ φθορὰ τὸ εἶδος σώζουσα, μήποτε τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἀξιώσοι γίγνεσθαι, ὡς τῆς βουλήσεως τοῦτο δυναμένης, ἀεὶ

10. ἔχοντα] Cod. Vat. ἔσχοντα, in m. ut Ed.
ib. τοῦ θεοῦ βούλησιν] Codd., præter Leid. Marc. C. et Par. A., omnes βούλησιν τοῦ θεοῦ.
11. μὲν ἂν ἴσως] Cod. Ciz. omittit μὲν, Cod. Mon. C. idem nonnisi supra lineam habet; in Codd. Marc. A. et Med. A. scribitur ἴσως ἄν.
ib. οὐδεμίαν] Omnes, exceptis Codd. Leid. et Par. A., habent οὐδεμιαν ἄν. Recte: quare addidi, quod deerat in Ed.
13. μήποτε τοῦτο] Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Mon. A. Med. A.B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. cum marg. Ed. οὕτω.
14. ἀξιώσοι] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A. Med. A.B. Vat. (in m. ut Ed.) ἀξιώσει Cod. Vind. A. ἀξιῶ^σει (sic).

*Quærit utrum cælum sit sempiternum, tam in qualibet singulari ejus substantia, quam in specie.*

CUM mundum corpus habentem fuisse semper ac fore dicamus, si perpetuitatis hujus causam divinæ voluntati attribuamus, primo quidem verum forte dicemus, nihil tamen perspicuum afferemus. Deinde cum elementorum mutua commutatio animaliumque terrenorum interitus sempiternam interim retineat speciem, ambiguum erit, num forte similiter fiat in universo: quasi divina voluntas id possit, videlicet subterfugiente semper fluitanteque corpore, speciem alias aliis eandem imprimere: adeo ut non numero, sed specie unum perpetuo maneat. Nec injuria dubitatur, quam ob causam alia quidem in mundo solam speciem habeant sempiternam: quæ vero

96 ὑπεκφεύγοντος καὶ ῥέοντος τοῦ σώματος, ἐπιτιθέναι τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ,
ἄλλοτε ἄλλῳ, ὡς μὴ σώζεσθαι τὸ ἓν ἀριθμῷ εἰς τὸ ἀεὶ, ἀλλὰ τὸ ἓν
C τῷ εἴδει· ἐπεὶ διατί τὰ μὲν οὕτω κατὰ τὸ εἶδος μόνον τὸ ἀεὶ ἕξει, τὰ
δὲ ἐν οὐρανῷ, καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς, κατὰ τόδε ἕξει τὸ ἀεί. Εἰ δὲ
τῷ πάντα συνειληφέναι, καὶ μὴ εἶναι εἰς ὃ τὴν μεταβολὴν ποιήσεται, μηδὲ τῷ ἔξωθεν ἂν προσπεσὸν φθεῖραι δύνασθαι, τούτῳ δώσομεν
τὴν αἰτίαν τῆς οὐ φθορᾶς, τῷ μὲν ὅλῳ καὶ παντὶ δώσομεν ἐκ τοῦ
D λόγου, τὸ μὴ ἂν φθαρῆναι. Ὁ δὲ ἥλιος ἡμῖν καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων
ἡ οὐσία, τῷ μέρη καὶ μὴ ὅλον ἕκαστον εἶναι καὶ πᾶν, οὐχ ἕξει τὴν
πίστιν παρὰ τοῦ λόγου, ὅτι εἰς ἅπαντα μένει τὸν χρόνον. τὸ δὲ κατὰ
εἶδος τὴν μονὴν αὐτοῖς εἶναι, ὥσπερ καὶ πυρὶ καὶ τοῖς τοιούτοις
μόνον ἂν δόξειε παρεῖναι, καὶ αὐτῷ δὲ παντὶ τῷ κόσμῳ. Οὐδὲν γὰρ
κωλύει ὑπ' ἄλλου ἔξωθεν μὴ φθειρόμενον τῶν μερῶν ἄλληλα φθει-
E ρόντων, οὕτω φθορὰν ἀεὶ ἔχοντα, τῷ εἴδει μόνον περιμένειν· καὶ
ῥεούσης ἀεὶ τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου, τὸ εἶδος ἄλλου διδόντος,

1. ἐπιτιθέναι] Codd. Marc. B. et Med. B. ἐπιτιθεῖναι.
ib. τὸ εἶδος] Abest in Cod. Vat., in m. add.
2. τὸ ἓν ἀριθμῷ] ἓν scribendum fuit, pro ἐν, ex Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. Vind. A.
ib. ἓν τῷ εἴδει] Codd. Ciz. Marc. A. Vat. ἐν τῷ εἴδει.
3. κατὰ τὸ] Cod. Vind. A. καλὰ, τό.
ib. τὰ δὲ ἐν] Codd. Marc. A.C. Vat. τὰ δ' ἐν.
4. ὁ οὐρανός] Codd. Marc. A. Mon. C. omittunt ὁ.
5. καὶ μὴ εἶναι] Bis scribuntur hæc in Cod. Leid.
6. τῷ ἔξωθεν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. C. Mon. C. Par. A. Vat. τό. Fortasse τῷ τὸ ἔξωθεν.
ib. προσπεσόν] Cod. Marc. A. προσπεσών.
ib. δώσομεν] Cod. Par. A. δώσωμεν.
7. οὐ φθορᾶς] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. συμφορᾶς.
9. ἡ οὐσία] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A. ἡ συνουσία.
ib. τῷ μέρη] Codd. Marc. A. Mon. C. Med. B. μέρει. Vind. A. μέρος.
ib. καὶ πᾶν] Cod. Vat. τὸ πᾶν, in m. καὶ πᾶν.
10. εἰς τὰ πάντα] Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. Vat. (in marg.) ut marg. Ed. εἰς ἅπαντα. Scribitur εἰς πάντα in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vind. A. Illud recipiendum duximus.
ib. μένει τὸν] Cod. Marc. C. μένεῖ (sic) τόν.
ib. κατὰ εἶδος] Codd. Darm. Marc. A. B.C. Mon. C. Vat. κατ' εἶδος.
τὴν μονὴν] Ita, pro μόνην, exhibuerunt Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Par. A. Vat.
11. αὐτοῖς εἶναι] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) Par. A. αὐτήν.
ib. καὶ πυρὶ] Desunt hæc in Cod. Ciz.
12. δόξειε] Cod. Vat. δόξει in m. δόξειε.
ib. Οὐδὲν γὰρ] Ed. οὐδέ. Codd. Ciz. Leid. Darm. Mon. A.C. Vind. A. Vat. οὐδέν. Sed ultima litera in Cod. Vat. deleta est. In Cod. Vind. A. deest γάρ. Scripsi οὐδὲν cum Ficino.
13. ὑπ' ἄλλου] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) ἄλλων.
ib. τῶν μερῶν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. Par. A. Vat. Vind. A. ὑπ' αὐτοῦ τῶν μερῶν. Sed Vat. in m. habet obelum. In Med. A. autem ante τῶν lacuna est. Fortasse excidit τὸν κόσμον.
14. οὕτω φθορὰν] Codd. Darm. Marc. B. Mon. C. Med. A. οὕτω τὴν φθ. Sed τὴν absque οὕτω habent Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A. Med. B. Par. A. Vat. In Vat. τὴν in m. add. Recte.
ib. μόνον] Cod. Vind. A. μόνον μέν.
ib. περιμένειν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. Par. A. Vat. m. ut Ed. μένειν.

in cælo sunt, ipsumque cælum, per singula quoque semper manere dicantur. Si autem ex eo, quod mundus in se omnia complectatur, neque supersit quicquam, in quod aliquando valeat permutari, neque rursus in hunc externum aliquid, quo disperdatur, incidere queat, perpetuitatis ejus causam adducamus, toti quidem et omni causam salutis æternæ congruam assignabimus. Sol autem stellarumque reliquarum substantia cum singula partes quædam sint, non autem totum et omne, nondum ab ejusmodi ratione certam reportabit fidem: quod in omne tempus valeat perdurare: sed quemadmodum igni cæterisque talibus convenit secundum speciem tantum perseverare: sic et iis convenire videbitur, imo vero etiam universo. Nihil enim prohibet, etsi ab extrinseco non lædatur, partibus tamen se mutuo destruentibus interitum perpeti sempiternum, et interea eandem sibi speciem conservare: atque, fluente semper natura subjecti, ab alio quodam suscipere speciem, fierique idem in universo hoc animali, quod et in homine et equo cæterisque afficitur. Semper enim homo est, et equus, quamvis non idem. Non igitur aliud qui-

γίγνεσθαι τὸ αὐτὸ ἐπὶ τοῦ παντὸς ζώου, ὅπερ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου καὶ 96 ἵππου, καὶ τῶν ἄλλων. Ἀεὶ γὰρ ἄνθρωπος καὶ ἵππος, ἀλλ' οὐχ ὁ 97 αὐτός. Οὐ τοίνυν ἔσται τὸ μὲν μένον αὐτοῦ ἀεὶ, ὥσπερ ὁ οὐρανὸς, τὰ δὲ περὶ γῆν φθειρόμενα· ἀλλ' ὁμοίως ἅπαντα τὴν διαφορὰν ἔχοντα μόνῳ τῷ χρόνῳ. Ἔστω γὰρ πολυχρονιώτερα τὰ ἐν οὐρανῷ. Εἰ μὲν οὖν οὕτω συγχωρησόμεθα τὸ ἀεὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς καὶ ἐπὶ τῶν μερῶν εἶναι, ἧττον ἂν τὸ ἄπορον τῇ δόξῃ προσείη· μᾶλλον δὲ παντάπασιν ἔξω ἀπορίας ἂν γιγνοίμεθα, εἰ τὸ τῆς βουλήσεως τοῦ θεοῦ B ἱκανὸν εἶναι δεικνύοιτο, κἂν οὕτω καὶ τοῦτον τὸν τρόπον συνέχειν τὸ πᾶν. Εἰ δὲ καὶ τόδε τι αὐτοῦ ὁποσονοῦν λέγοιμεν ἔχειν τὸ ἀεὶ, ἥτε βούλησις δεικτέα, εἰ ἱκανὴ ποιεῖν τοῦτο· τό, τε ἄπορον μένει, διατί τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῷ εἴδει μόνον· τά τε μέρη τὰ ἐν οὐρανῷ, πῶς καὶ αὐτά· ἐπειδὴ οὕτω καὶ αὐτὰ τὰ πάντα εἶναι. C

Εἰ οὖν ταύτην παραδεξόμεθα τὴν δόξαν, καὶ φαμὲν τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, κατὰ τὸ τόδε τι ἔχειν τὸ ἀεὶ, τὰ δὲ ὑπὸ τῇ τῆς σελήνης σφαίρᾳ τὸ κατ' εἶδος, δεικτέον πῶς σῶμα ἔχων ἕξει τὸ

1. ἐπὶ ἀνθρώπου] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vind. A. ἐπ' ἀνθρώπου.
3. μένον] Codd. Marc. A. (sed literis subobscuris) Mon. C. Vind. A. μόνον.
ib. ὁ οὐρανὸς] Abest ὁ Cod. Vat.
4. τὰ δὲ] Cod. Ciz. omittit δέ.
ib. διαφορὰν] Cod. Vind. A. διαφορὰν (sic ex corr. forte ex διαφθοράν ? K.)
5. μόνῳ τῷ] Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Par. A. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A.
ib. Ἔστω] Nullus ex nostris libris cum marg. Ed. habet ἔστι. Cod. Vat. ἔστω, et in marg. ἴσως ἔσται. Bene.
6. μὲν οὖν] Cod. Marc. B. οὖν supra lineam habet.
ib. οὕτω] Ita, pro οὕτως, Codd. Marc. A. Vat. Vind. A.
ib. συγχωρησόμεθα] Cod. Darm. συγχωρησαμεθα, Codd. Marc. B. (a pr. m.) Par. A. συγχωρησαίμεθα.
7. προσείη] Cod. Darm. προσίῃ.
8. γιγνοίμεθα] Codd. Ciz. Leid. Marc. B. Mon. A.C. Vat. (in m. vulg.) Vind. γινοίμεθα.
ib. εἰ τὸ] Codd. Ciz. Marc. B. Mon. A. C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. ἀπό.
9. συνέχειν] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. συνέχει. Sed Vat. in m. ειν. Codd. Leid. Marc. A. Vind. A. συνέχοι.
10. τόδε τι] Codd. Marc. C. Med. B. Par. A. τὸ τόδέ τι. Non male excepto accentu.
ib. ὁποσονοῦν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. ὁπωσοῦν.
ib. λέγοιμεν] Cod. Marc. B. λέγομεν.
12. δὲ οὐχ οὕτως] Codd. Marc. A.C. δ' οὐχ. Ex iisdem et Ciz. Vat. scripsi οὕτως pro οὕτω, quod est in Ed.
ib. μέρη] Cod. Med. B. μέρει.
13. ἐν οὐρανῷ] Codd. Ciz. et Vat. τῷ interserunt. Bene.
14. παραδεξόμεθα] Ita cum Ed. solus Leid. et marg. Vat.; reliqui omnes παραδεχόμεθα.
15. ἐν αὐτῷ] Cod. Vind. A. ἐν οὐνῳ, in m. αὐτῷ.
ib. τὸ τόδε ἔχειν] τὸ τόδε τι rectius est in Codd. Ciz. Leid. Mon. A.C. Vat. Vind. A. In Cod. Marc. A. est τόδέ τι. In Cod. Marc. B. est ἔχει. Illud recepi.
16. σῶμα ἔχων] Codd. Marc. B. (a pr. m.) et Par. A. ἔχον.

dem in mundo sempiternum perseverabit scilicet cælum, aliud autem videlicet terrenorum genus interitum patietur: sed similiter omnia se habebunt, solo autem spatio temporis discrepabunt: sunt enim diuturniora cælestia. Si igitur hac conditione sempiternum tam in universo quam in partibus ejus acciperemus, minor opinionem hanc ambiguitas sequeretur: imo vero omnis procul aberit dubitatio, si divinam voluntatem sufficientem esse demonstraverimus, et si ita talique pacto ad universum perpetuo continendum. At si quid in mundo perpetuitatem in substantia insuper propria possidere dicamus, reliquum erit, ut demonstremus, nunquid divina voluntas id possit efficere. Perseverabit etiam dubitatio, cur nam alia quidem specie simul et numero, alia vero specie tantum sempiterna permaneant: quin etiam partes, quæ in cælo sunt, qua ratione eædem perpetuo sint: quandoquidem sic et omnia futura sint eadem.

II. *Similiter dubitat et tentat viam ad respondendum.*

Si opinionem hanc admiserimus, dixerimusque cælum quidem et cælestia omnia secundum singularem cujusque substantiam sempiternam habere perseverantiam: quæ vero sub luna sunt, id ipsum duntaxat secundum speciem possidere, demonstrandum erit, quomodo possit, quod habet corpus, eandem semper sub singulari proprie-

97 τόδε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυρίως, ὡς τὸ καθ' ἕκαστον, καὶ τὸ ὡσαύτως,
τῆς φύσεως τοῦ σώματος ῥεούσης ἀεί. Τοῦτο γὰρ δοκεῖ τοῖς τε
D ἄλλοις τοῖς περὶ φύσεως εἰρηκόσι, καὶ αὐτῷ τῷ Πλάτωνι, οὐ μόνον
περὶ τῶν ἄλλων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν οὐρανίων αὐτῶν. Πῶς
γὰρ ἄν, φησι, σώματα ἔχοντα καὶ ὁρώμενα, ἀπαραλλάκτως ἕξει καὶ
τὸ ὡσαύτως; συγχωρῶν καὶ ἐπὶ τούτων δηλονότι τῷ Ἡρακλείτῳ, ὃς
ἔφη ἀεὶ καὶ τὸν ἥλιον γίγνεσθαι. Ἀριστοτέλει μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν
πρᾶγμα εἴη, εἴ τις αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις τοῦ πέμπτου παραδέξαιτο
E σώματος. Τοῖς δὲ μὴ τοῦτο τιθεμένοις, τοῦ σώματος δὲ ἐκ τούτων
ὄντος τοῦ οὐρανοῦ, ἐξ ὧνπερ καὶ τὰ τῇδε ζῶα, πῶς τὸ τόδ' ἂν ἔχοι;
ἔτι δὲ μᾶλλον, πῶς ἥλιος καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν οὐρανῷ μόρια ὄντα;
συγκειμένου δὴ παντὸς ζώου ἐκ ψυχῆς καὶ τῆς σώματος φύσεως,
ἀνάγκη τὸν οὐρανὸν, εἴπερ ἀεὶ κατ' ἀριθμὸν ἔσται, ἢ δι' ἄμφω
F ἔσεσθαι, ἢ διὰ θάτερον τῶν ἐνόντων, οἷον ψυχὴν, ἢ σῶμα. Ὁ μὲν
δὴ τῷ σώματι διδοὺς τὸ ἄφθαρτον, οὐδὲν ἂν εἰς τοῦτο τῆς ψυχῆς
δέοιτο, ἢ τοῦ ὁμοῦ ἀεὶ εἶναι πρὸς ζώου σύστασιν. Τῷ δὲ τὸ σῶμα
παρ' αὐτοῦ φθαρτὸν εἶναι λέγοντι, καὶ τῇ ψυχῇ διδόντι τὴν αἰτίαν,
πειρατέον καὶ τὴν τοῦ σώματος ἕξιν μηδ' αὐτὴν ἐναντιουμένην τῇ

1. τοῦ αὐτοῦ] In Cod. Vat. omissum est τοῦ, in m. add.
ib. ἕκαστον, καὶ] Cod. Marc. C. ἕκαστον ὃ καί. Jo. Philoponus ἕκαστον καίτοι.
3. περὶ φύσεως] Cod. Mon. A. περὶ τῆς φύσεως. Mox Philop. ὄντα pro ἔχοντα.
5. ἕξει καὶ] Cod. Mon. A. ἔχει καί. Jo. Philoponus proxime σώματα ὄντα.
6. ὡς ἔφη] Ed. Sed Codd. Darm. Marc. A.B.C. ὃς ἔφη. Atque ita scripsi cum Philopon.
9. σώματος. Τοῖς] Cod. Med. B. σώματα τοῖς.
10. τὸ τόδ' ἂν ἔχοι] Cod. Marc. C. ut marg. Ed. τό δε ἄν. Ciz. τὸ δὲ ἄν. Marc. A.B. Vat. τὸ τόδε ἄν, sed Vat. in m. obelum habet. Jo. Philop. πῶς τόδε ἂν ἔχοι Cod. Mon. A. ἔχει.
11. πῶς ἥλιος] Inter hæc verba Cod. Marc. B. rasuram habet, quasi articulus interpositus fuisset.
ib. τὰ ἄλλα τὰ ἐν] Omittitur τὰ ἄλλα in Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Vat. Par. A. Vind. A. Scribitur τὰ ἐν τῷ in Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Par. A. Vat. Vind. A.
12. δὴ παντός] Cod. Marc. C. δὴ τοῦ παντός.
ib. καὶ τῆς σώματος] Deest τῆς in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. (in m. add.) Vind. A.
14. οἷον ψυχήν] Cod. Vind. A. ψυχή.
15. τὸ ἄφθαρτον] Cod. Vat. τῷ, in m. τό.
16. ἢ τοῦ ὁμοῦ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. ἢ τό.
ib. σύστασιν] στάσιν cum Ed. solus Leid. et marg. Vat. Reliqui omnes σύστασιν.
ib. Τῷ δὲ τὸ] Cod. Vat. τῶν, in m. τῷ.
17. παρ' αὐτοῦ] Abest a Cod. Ciz.

tate servare naturam, cum ipsius corporis natura continue perfluat. Vetus enim hæc sententia est, cum aliorum qui de natura disputaverunt, tum Platonis ipsius, non solum circa alia, verum etiam circa cælestia corpora, fluxum esse perpetuum. Ait enim: quonam pacto cum corpora sint atque visibilia, naturam immutabilem, semperque eandem conservare valebunt? una cum Heraclito hac in re consentiens, dicente ipsum quoque solem assidue fieri. Apud Aristotelem quidem haud admodum id difficile fuerit, si quis suppositiones ejus de quinto corpore jam concesserit. Apud illos autem, qui id minime ponunt, quanam ratione cæleste corpus sub singulari proprietate substantiæ esse poterit sempiternum? cum tamen penes illos ex eisdem elementis cælum constituatur, ex quibus etiam illa, quæ hîc sunt, animalia. Præterea multo magis dubitandum id erit de sole et cæteris, quæ in cælo sunt, partibus. Profecto cum omne animal ex anima naturaque corporis componatur, necesse est, cælum siquidem semper idem numero fuerit, vel secundum utrumque, vel secundum alterutrum eorum, quæ in ipso sunt scilicet, vel per corpus, vel per animam id ipsum habere. Quicunque igitur, quod sit incorruptibile, attribuit corpori, nihilo ad id anima indigebit, nisi forte ad hoc unum, ut semper anima sit cum corpore ad animal ipsum constituendum. Ei vero, qui corpus quidem ex se ipso posuerit corruptibile, animæ autem æternæ salutis causam attribuerit, conandum erit ostendere, ipsam quoque naturam cor-

συστάσει καὶ τῇ διαμονῇ δεικνύναι· ὅτι μηδὲν ἀσύμφωνον ἐν τοῖς 97 G
συνεστηκόσιν ἐστὶ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ πρόσφορον καὶ τὴν ὕλην πρὸς τὸ βούλημα τοῦ ἀποτελέσματος ὑπάρχειν προσήκει.

Πῶς οὖν ἡ ὕλη καὶ τὸ σῶμα τοῦ παντὸς συνεργὸν ἂν εἴη πρὸς τὴν 98
τοῦ κόσμου ἀθανασίαν, ἀεὶ ῥέον; Ἢ ὅτι φαμὲν ἄν· ῥεῖ γὰρ οὐκ ἔξω. Εἰ οὖν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἀπ᾽ αὐτοῦ, μένον τὸ αὐτὸ, οὔτ᾽ ἂν αὔξοιτο, οὔτε φθίνοι· οὐ τοίνυν οὐδὲ γηράσκει. Ὁρᾷν δὲ δεῖ καὶ γῆν μένουσαν ἀεὶ ἐν σχήματι τῷ αὐτῷ ἐξ ἀϊδίου καὶ ὄγκῳ· καὶ ἀὴρ οὐ μήποτ᾽ ἐπιλείπει, οὐδὲ ἡ ὕδατος φύσις· καὶ τοίνυν ὅσον μετα- B
βάλλει αὐτῶν, οὐκ ἠλλοίωσε τὴν τοῦ ὅλου ζώου φύσιν. Καὶ γὰρ ἡμῖν ἀεὶ μεταβαλλόντων μορίων, καὶ εἰς τὸ ἔξω ἀπιόντων, μένει ἕκαστος εἰς πολύ· ᾧ δὲ ἔξω μηδὲν, οὐκ ἀσύμφωνος ἂν τούτῳ ἡ σώματος φύσις πρὸς ψυχὴν, πρὸς τὸ τὸ αὐτὸ εἶναι ζῶον, καὶ ἀεὶ μένον· πῦρ δὲ, ὀξὺ μὲν καὶ ταχὺ, τῷ μὴ ὧδε μένειν· ὥσπερ καὶ γῆ τῷ μὴ ἄνω· γενόμενον δὲ ἐκεῖ, οὗ στῆναι δεῖ, οὔτοι δεῖ νομίζειν οὕτως
ἔχειν ἐν τῷ οἰκείῳ ἱδρυμένον, ὡς μὴ καὶ αὐτὸ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, C
στάσιν ἐπ᾽ ἄμφω ζητεῖν. Ἀνωτέρω μὲν γὰρ οὐκ ἂν φέροιτο· οὐδὲν γὰρ ἔτι· κάτω δ᾽ οὐ πέφυκε· λείπεται δὲ αὐτῷ εὐαγώγῳ τε εἶναι,

2. ἀλλὰ πρόσφορον] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vind. A. ἀλλὰ καὶ πρόσφορον.
4. ἂν εἴη] Cod. Mon. A. omittit ἄν.
5. Ἢ ὅτι] Ita in quæstione, cum non sit disjunctio, scribendum fuit pro ἢ ὅτι.
ib. φαμὲν] Omnes, præter Par. A., habent φαῖμεν; sed Vat. in m. ut Ed.
7. γηράσκει] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A. (ex corr.) C. Med. B. Vind A. γηράσκοι.
8. ἀϊδίου] Cod. Vat. ἀϊδνοῦ, in m. ut Ed.
ib. καὶ ἀὴρ] Cod. Leid. καὶ ἀεί.
9. οὐ μήποτ᾽] Codd. Darm. Marc. A. B.C. Vat. Vind. οὐ μήποτε.
ib. ἐπιλείπει] Codd. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. A.B. Med. A.B. Vind. A. ἐπιλείπῃ.
ib. ὅσον] Cod. Vat. ὅσῳ, in m. ὅσον.
ib. μεταβάλλει] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Vat. μεταβάλλοι.
10. ζώου φύσιν] Cod. Vat. ζώου ὅλου φύσιν. Sed in marg. est obelus.
11. μορίων] Cod. Ciz. τῶν μορίων.
12. ἂν τούτῳ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A. ἀεὶ pro ἄν. Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B. (a pr. m.) C. Mon. C. Med. B. Vat. (a pr. m.) Vind. A. τούτων.
13. πρὸς τὸ τὸ αὐτὸ] Codd. Marc. A. Mon. C. Med. B. Vat. Vind. A. πρὸς τὸ αὐτό.
15. οὔτοι δεῖ] Codd. Marc. A. Mon. A. Par. A. Vat. (a pr. m.) δεῖν.
17. στάσιν] Cod. Ciz. στάσις.

poris ejusmodi constitutioni perseverantiæque minime repugnare: quippe cum in his, quæ natura constituuntur, nihil sit dissonum: sed ipsam quoque materiam ad effectus ipsius intentionem esse oporteat prorsus accommodatam.

*Respondet, cœlum esse sempiternum, tum animæ, tum corporis beneficio.*

Quo igitur modo materia corpusque universi ad immortalitatem mundi conducet, cum perpetuo fluat? An forte ob id conferre dicemus, quod non effluat extra? Si igitur in se ipso, non autem a se ipso fluit, nimirum permanens idem, nec augetur neque minuitur: neque igitur consenescit. Operæ pretium est, contemplari terram in eadem semper figura moleque permanentem, aërem quoque nunquam deficientem, aquamque similiter. Atqui, quod commutatur in ipsis, totius viventis naturam non permutat. Nam et in nobis dum partes assidue permutantur, effluuntque foras, diu quilibet interea vivit: ubi vero extra nihil exhalat, natura corporis non dissentit ab anima, quo minus unum ex utrisque conficiatur animal semperque permaneat. Conducit ad hoc ipsum ignis, acutus quidem et velox, quatenus non quiescit in terra: quemadmodum et terra, quatenus non quiescit in alio. Postquam vero ignis ad alta conscendit, ubi sistere transitum oportet, nimirum torpere non debet. Neque enim existimandum est, sic eum se habere in sede propria collocatum, ut ipse minus, quam alia, amplificationem suam undique quærat. Ad superiora quidem nequit ascendere, (nihil enim superius extat) ad inferiora vero ferri natura non patitur. Quam ob rem reliquum est, ut ductu facilis sit in amplum, tractuque naturali ab anima perduca-

98 καὶ κατὰ φυσικὴν ὁλκὴν ἑλκομένῳ ὑπὸ ψυχῆς πρὸς τὸ ζῆν, εὖ μάλα
ἐν καλῷ τόπῳ κινεῖσθαι ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ γὰρ εἴ τῳ φόβος, μὴ πέσῃ,
D θαῤῥεῖν δεῖ· φθάνει γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς περιαγωγὴ πᾶσαν νεῦσιν ὡς
κρατοῦσαν ἀνέχειν. Εἰ δὲ μὴ ῥοπὴν πρὸς τὸ κάτω ἔχει παρ' αὐτοῦ,
οὐκ ἀντιτεῖνον μένει. Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα μέρη ἐν μορφῇ γενόμενα
οὐ στέγοντα αὐτῶν τὴν σύστασιν, ἀπαιτεῖ ἀπ' ἄλλων μόρια, ἵνα
μένῃ. Εἰ δ' ἐκεῖθεν μὴ ἀποῤῥέοι, οὐδὲν δεῖ τρέφεσθαι· εἰ δὲ ἀποῤ-
ῥέοι ἀποσβεννύμενον ἐκεῖθεν, πῦρ δεῖ ἕτερον ἐξάπτεσθαι· καὶ εἰ
E ἄλλου τινὸς ἔχοι, καὶ ἐκεῖθεν ἀποῤῥέοι, δεῖ καὶ ἀντ' ἐκείνου, ἄλλου.
Ἀλλὰ διὰ τοῦτο οὐ μένοι ἂν τὸ πᾶν ζῶον τὸ αὐτὸ, εἰ καὶ οὕτως.

Ἀλλ' αὐτό γ' ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐχ ὡς πρὸς τὸ ζητούμενον, σκεπτέον,
εἴτέ τι ἀποῤῥεῖ ἐκεῖθεν, ὥστε δεῖσθαι κἀκεῖνα τῆς λεγομένης οὐ κυ-
ρίως τροφῆς; ἢ ἅπαξ τὰ ἐκεῖ ταχθέντα κατὰ φύσιν μένοντα, οὐδε-
F μίαν πάσχει ἀποῤῥοήν; καὶ πότερον πῦρ μόνον, ἢ πλέον τὸ πῦρ,
καὶ ἔστι τοῖς ἄλλοις αἰωρεῖσθαι, καὶ μετεωρίζεσθαι ὑπὸ τοῦ κρατοῦν-
τος; εἰ γάρ τις προσθείη καὶ τὴν κυριωτάτην αἰτίαν τὴν ψυχὴν,
μετὰ τῶν οὕτω σωμάτων καθαρῶν καὶ πάντως ἀμεινόνων, ἐπεὶ καὶ

2. ἐν τῇ ψυχῇ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. Vind. A. omittunt τῇ: sed Vat. in m. additum habet.

ib. μὴ πέσῃ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. μὴ πέσοι.

3. περιαγωγὴ πᾶσαν νεῦσιν] Cod. Vind. A. περιαγωγὴ νεῦσιν. Sed paginam novam inchoabat librarius, ergo potuit credere, se jam scripsisse πᾶσαν. κ.

4. ἀνέχειν] Cod. Med. B. ἔχειν.

ib. μὴ ῥοπὴν] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A. Par. A. Vat. Vind. A. μηδέ; sed marg. Vat. obelum adpictum habet.

5. ἀντιτεῖνον] Cod. Vat. in fine paginæ vertendæ ἀντιτεινομένει. Deinde pagina recta ἀντιτεινομένει, in marg. ἀντιτεῖνον.

6. στέγοντα] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C.A. Vat. Vind. A. στέργοντα.

ib. ἵνα μένῃ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C.A. Med. B. μένοι.

7. ἀποῤῥέοι] Cod. Marc. C. ἀποῤῥέει.

8. πῦρ δεῖ] Cod. Mon. A. πῦρ δέ.

9. τινὸς ἔχοι] Ed. ἔχει. Sed Codd. Ciz. Darm. Mon. C.A. Med. A.B. Par. A. Vat. Vind. A. habent ἔχοι.

11. Ἀλλ' αὐτό γ'] Codd. Marc. A. Vind. A. Vat. καὶ (in m. ἀλλ') αὐτό γε. Codd. etiam Ciz. Marc. B.C. habent αὐτό γε, Cod. Mon. A. καὶ αὐτό γ'.

12. ἀποῤῥεῖ] Cod. Leid. ἀποῤῥοῖ.

13. ταχθέντα] Cod. Mon. A. τεχθέντα.

ib. οὐδεμίαν πάσχει] Litera ν male transposita habet Ed. οὐδεμία πάσχειν, sed ita, ut nos scripsimus, est in Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A. Med. A. B. In Codd. Ciz. Vind. A. est οὐδεμίαν πάσχειν, in Cod. Vat. οὐδεμίαν πάσχοι.

15. κρατοῦντος ;] Cod. Vat. non habet interrogandi signum. Ad seqq. in marg. Codd. Marc. B.C. adscriptum est : τὸ τῆς ἀθανασίας τοῦ οὐρανοῦ αἴτιον.

tur ad vitam, ideoque in pulchra admodum regione, in ipsa videlicet anima moveatur. Si quis autem forsan metuat, ne ruat ignis, is etiam inveniet, unde confidat, si modo consideraverit, quemadmodum illic circuitus animæ inclinationem omnem prævenit, circumducens fortiter atque sustinens. Sin autem nihil penitus ad descensum naturaliter habet momenti, certe, quo minus ibi maneat, non repugnat. Partes quidem, quæ sunt in nobis in nostram compositæ formam, cum constitutionem suam continere non possint, appetunt partes insuper ab aliis mutuari, quibus in suo habitu conserventur. At si e cælo nihil defluit, nullo prorsus opus est nutrimento: sin autem defluit inde aliquid et extinguitur: ignem oportet vicissim alterum illic accendi. Quod si quid habet ab alio, quod decidat inde, oportet et aliud ejus vice suppleri. Verum ob id non manebit idem animal universum, si et ita res ipsa se habeat.

IV. *Iterum ratione animæ atque corporis mundum ostendit esse perpetuum.*

Veruntamen hoc ipsum jam non tam quoad quæsitum, quam quoad se ipsum spectat, videtur seorsum considerandum, an aliquid exhalet inde: ideoque cælestia nutritione quadam, et si non proprie dicta, videantur egere? an forte, quo ordine illic semel disposita sunt, naturaliter conquiescant, neque defluxum aliquem patiantur? item, nunquid ibi solus sit ignis, vel potius ignis quidem sit quam plurimus, cætera vero illic ele-

ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἐν τοῖς κυρίοις αὐτῶν τὰ ἀμείνω ἐκλέγεται ἡ 98
φύσις, πάγιον ἂν τὴν δόξαν περὶ τοῦ οὐρανοῦ τῆς ἀθανασίας λάβοι. G
Ὀρθῶς γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης τὴν φλόγα ζέσιν τινὰ καὶ πῦρ οἷον διὰ 99
κόρον ὑβρίζον· τὸ δὲ ἐκεῖ, ὁμαλὸν καὶ ἠρεμαῖον, καὶ τῇ τῶν ἄστρων
πρόσφορον φύσει. Τὸ δὲ δὴ μέγιστον, τὴν ψυχὴν ἐφεξῆς τοῖς ἀρί-
στοις κινουμένην, δυνάμει θαυμαστῇ κειμένην, πῶς ἐκφεύξεταί τι
αὐτὴν εἰς τὸ μὴ εἶναι, τῶν ἅπαξ ἐν αὐτῇ τεθέντων; μὴ παντὸς δὲ
δεσμοῦ οἴεσθαι κρείττονα εἶναι ἐκ θεοῦ ὡρμημένην, ἀνθρώπων ἀπεί-
ρων ἐστὶν αἰτίας τῆς συνεχούσης τὰ πάντα. Ἄτοπον γὰρ τὴν καὶ B
ὁποσονοῦν χρόνον δυνηθεῖσαν συνέχειν, μὴ καὶ ἀεὶ ποιεῖν τοῦτο,
ὥσπερ βίᾳ τοῦ συνέχειν γεγονότος, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἄλλου, ἢ
τούτου ὄντος, ὃ ἐν τῇ τοῦ παντός ἐστι φύσει, καὶ ἐν τοῖς καλῶς
τεθεῖσιν· ἢ ὄντος τινὸς τοῦ βιασομένου καὶ διαλύσοντος τὴν σύστα-
σιν, καὶ οἷον βασιλείας τινὸς καὶ ἀρχῆς, καταλύσοντος τὴν ψυχῆς
φύσιν. Τό, τε μήποτε ἄρξασθαι (ἄτοπον γὰρ καὶ ἤδη εἴρηται) πί- C
στιν καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἔχει. Διατί γὰρ ἔσται ὅτε καὶ οὐκ
ἤδη; οὐ γὰρ ἐκτέτριπται τὰ στοιχεῖα, ὥσπερ ξύλα καὶ τὰ τοιαῦτα·
μενόντων δ' ἀεὶ, καὶ τὸ πᾶν μένει· καὶ εἰ μεταβάλλει ἀεὶ, καὶ τὸ

1. *κυρίοις αὐτῶν*] Cod. Marc. B. *αὐτῷ*.
2. *πάγιον*] Cod. Marc. C. *πάλιν*.
ib. *τῆς ἀθανασίας*] Cod. Med. B. *καὶ τῆς ἀθανασίας*.
3. *τὴν φλόγα*] Desunt hæc in Cod. Mon. A.
5. *Τὸ δὲ δή*] In Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A. omissum est *δή*; pro eo scribitur in Codd. Ciz. Mon. A. Vat. *μή*.
6. *κινουμένην*] Abest hæc vox in Codd. Darm. et Marc. B. Sed hic in m. annotatum habet *τοῦτο εὕρηται ἐν ἄλλῳ*.
ib. *δυνάμει—κειμένην*] Desunt hæc in Cod. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A.
7. *τεθέντων*] Cod. Darm. *τι θέντων*.
8. *κρείττονα*] Cod. Med. B. *κρεῖττον*.
ib. *ἀνθρώπων*] Cod. Vat. *αὐτῶν*, errore solenni ex male lecto scribendi compendio.
9. *συνεχούσης*] Cod. Vind. A. *ξυνεχούσης*.
10. *ὁποσονοῦν*] Cod. Ciz. *ὁπωσοῦν*.
11. *ἢ τούτου*] Cod. Mon. A. *ἢ τόπου*. Cod. Vat. *ἢ ἀτόπου*, in m. ut Ed.
13. *βιασομένου*] Cod. Leid. *βιαζομένου*, Vind. A. *βιασαμένου*.
14. *καὶ ἀρχῆς*] Cod. Marc. A. *ἢ ἀρχῆς*, Mon. A. *καὶ ἀρχαῖς*.
15. *ἄτοπον*] Cod. Mon. A. *ἄτροπον*.
17. *ξύλα*] Cod. Ciz. *ξύλον*.
18. *καὶ εἰ—μένει*] Desunt hæc in Codd. Leid. et Vind. A. Scribitur *μεταβάλλοι* in Codd. Ciz. Darm. Med. A. Par. A. Abest *καὶ* post *ἀεὶ* in Codd. Ciz. Mon. A. Med. B. Vat. Sed Vat. in m. add.

menta ab igne penitus superante et attollantur in altum et per sublimia transferantur. Si quis enim adjunxerit potissimam causam scilicet animam una cum corporibus adeo puris omninoque melioribus: quandoquidem et in cæteris animalibus natura pro membris principalibus eligit meliora: is certe solidam de immortalitate cæli sententiam in medium adduxisse videbitur. Recte enim et Aristoteles ait, flammam esse fervorem quendam, et ignem velut ob satietatem injuriosum atque luxuriantem. Ignis autem cælestis æqualis est atque quietus, naturæque astrorum accommodatus. Quod vero maximum est, cum anima optimis proxima, mirabili potentia prædita sit, quanam via quicquam eorum, quæ in ea semel posita sunt, hanc ipsam versus interitum subterfugere poterit? Si quis autem animam ex Deo manantem non judicaverit omni vinculo fortiorem, is profecto causam omnia continentem ignorare videbitur. Absurdum certe est opinari, animam, quæ ad tempus cælum continere potest, non etiam id semper efficere: perinde ac si per violentiam continuerit, quodve naturæ consentaneum est, aliud quicquam præter hoc ipsum, quod in universi natura situm est, atque in his, quæ pulcherrime disposita sunt, consistit. Item quasi quicquam possit vi quadam illata constitutionem mundi dissolvere, ac veluti regnum et principatum animæ naturam labefactare. Proinde hoc ipsum, quod nunquam mundus inceperit (alioquin absurdum fuerit) de futura ejus perseverantia facit fidem. Quid enim in causa esse potest, ut mundus aliquando desinat? non enim elementa mundi instar lignorum reliquorumque ta-

99 πᾶν μένει, μένει γὰρ καὶ ἡ τῆς μεταβολῆς αἰτία. Ἡ δὲ μετάνοια
D τῆς ψυχῆς, ὅτι κενόν ἐστι, δέδεικται, ὅτι ἄπονος καὶ ἀβλαβὴς ἡ
διοίκησις· καὶ εἰ πᾶν οἷόν τε σῶμα ἀπολέσθαι, οὐδὲν ἂν ἀλλοιότερον
αὐτῇ γίγνοιτο.

Πῶς οὖν τὰ ἐκεῖ μέρη μένει, τὰ δὲ ἐνταῦθα στοιχεῖά τε καὶ ζῶα
οὐ μένει; ἢ φησὶν ὁ Πλάτων, τὰ μὲν παρὰ θεοῦ γεγένηται, τὰ δὲ
ἐνταῦθα ζῶα, παρὰ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῦ θεῶν· γενόμενα δὲ
E παρ' ἐκείνου οὐ θεμιτὸν φθείρεσθαι. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἐφεξῆς
μὲν τῷ δημιουργῷ εἶναι τὴν ψυχὴν τὴν οὐρανίαν, καὶ τὰς ἡμετέρας
δέ· ἀπὸ δὲ τῆς οὐρανίας ἴνδαλμα αὐτῆς ἰὸν, καὶ οἷον ἀποῤῥέον ἀπὸ
τῶν ἄνω, τὰ ἐπὶ γῆς ζῶα ποιεῖν. Ψυχῆς οὖν μιμουμένης τοιαύτης
τὴν ἐκεῖ, ἀδυνατούσης δὲ τῷ καὶ χείροσι σώμασι χρῆσθαι πρὸς τὴν
F ποίησιν, καὶ ἐν τόπῳ χείρονι, καὶ τῶν εἰς τὴν σύστασιν ληφθέντων,
οὐκ ἐθελόντων μένειν, τά τε ζῶα ἐνταῦθα οὐκ ἀεὶ δύναται μένειν, τά
τε σώματα οὐχ ὁμοίως κρατοῖτο ἂν, ὡς ἂν ἄλλης ψυχῆς αὐτῶν προσ-
εχῶς ἀρχούσης. Τὸν δὲ ὅλον οὐρανὸν εἴπερ ἔδει μένειν, καὶ τὰ μό-
ρια αὐτοῦ, τὰ ἄστρα, τὰ ἐν αὐτῷ ἔδει· ἢ πῶς ἂν ἔμεινε, μὴ ὁμοίως
καὶ τούτων μενόντων; τὰ γὰρ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, οὐκ ἔτι οὐρανοῦ
G μέρη· ἢ οὐ μέχρι σελήνης ὁ οὐρανός· ἡμεῖς δὲ πλασθέντες ὑπὸ τῆς

2. κενόν ἐστι] Cod. Ciz. μένον ἐστί.
ib. ἄπονος] Codd. Darm. Marc. A. (a pr. m.) ἄτοπος. Cod. Vat. in marg. ut marg. Ed. ἄτονος.
4. αὐτῇ γίγνοιτο] Codd. Ciz. Darm. αὐτῷ.
5. τὰ δὲ] Codd. Marc. A.B.C. Vat. τά δ'. Et sic paulo inferius.
10. ἀπὸ δὲ τῆς] Abest δὲ a Cod. Vind. A.
ib. αὐτῆς ἰὸν] Cod. Ciz. αὐτοῖς ἰόν.
12. τὴν ἐκεῖ] Cod. Ciz. τῆς ἐκεῖ.
16. ἀρχούσης] Cod. Ciz. ἐχούσης.
17. τὰ ἄστρα] Cod. Ciz. τὰ στρατά. Sequitur in Cod. Mon. A. τὰ δὲ ἐν.
18. τὸν οὐρανόν] Cod. Marc. B. a pr. m. τῶν οὐρανῶν. Altera correxit.
19. οὐ μέχρι—ὁ οὐρανός] Desunt hæc in Codd. Leid. Marc. A. (qui neque antecedens ἢ habet.) Mon. C. et Vind. A. (uterque ut Marc. A.)
ib. ὑπὸ τῆς] Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. παρὰ τῆς. In Cod. Vind. A. desunt hæc vocabula cum sequente.

lium conteruntur. Cum igitur semper maneant, nimirum manet universum. Manet quinetiam si continue commutantur, nihilominus permanet universum: quippe cum mutationis causa perseveret. Mutationem vero mundi futuram aliquando ob quandam animæ pœnitentiam opinari, vanum esse, alibi demonstravimus: præsertim cum gubernatio mundi procul ab omni labore et detrimento sit posita. Quinetiam, si quando corpus totum disperdi queat, nihil tamen ex hoc animæ accidet alienum.

V. *Solvit dubium, cur cælestia maneant potius, quam subcælestia.*

At curnam partes in cælo consistunt? elementa vero apud nos, et animalia minime? Forsan, ut inquit Plato, propterea, quod illa quidem ab ipso Deo sunt facta, sed hæc apud nos animalia a diis Deo genitis sunt effecta: facta vero ab ipso Deo nefas est interire. Id autem idem est, ac si dicatur, proximam post mundi architectum animam esse cælestem nostrasque similiter: ab ipsa vero cælesti imaginem quandam produci, ac velut a superis defluentem terrena animalia facere. Cum igitur imaginaria hæc anima superiorem pro viribus imitetur, neque tamen omnino id assequi possit, propterea, quod deterioribus ad opus suum utatur corporibus, locoque rursus deteriori, eaque in unum conciliare contendat, quæ vix congrediuntur, et congressa in unum invita manent, nimirum animalia hæc non semper vivere possunt. Et corpora hæc haud similiter valida potestate tenentur: quippe cum alia his anima proxime dominetur. Proinde si totum cælum perseverare debet, ejus quoque partes, scilicet stellas, oportet perseverare: alio-

*διδομένης παρὰ τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν ψυχῆς, καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ* 99 *κατ᾽ ἐκείνην, καὶ σύνεσμεν τοῖς σώμασιν· ἡ γὰρ ἄλλη ψυχὴ, καθ᾽ ἣν ἡμεῖς, τοῦ εὖ εἶναι, οὐ τοῦ εἶναι αἰτία. Ἤδη γοῦν τοῦ σώματος* 100 *ἔρχεται γενομένου, μικρὰ ἐκ λογισμοῦ πρὸς τὸ εἶναι συλλαμβανομένη.*

*Ἀλλὰ πότερον πῦρ μόνον, καὶ εἰ ἀποῤῥεῖ ἐκεῖθεν καὶ δεῖται τροφῆς, νῦν σκεπτέον. Τῷ μὲν οὖν Τιμαίῳ τὸ τοῦ παντὸς σῶμα πεποιηκότος πρῶτον ἐκ γῆς καὶ πυρὸς, ἵνα ὁρατόν τε ᾖ, διὰ τὸ πῦρ, στερεὸν δὲ διὰ τὴν γῆν, ἀκολουθεῖν ἔδοξε καὶ τὰ ἄστρα ποιεῖν οὐ πᾶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον πυρὸς ἔχειν· ἐπειδὴ τὰ ἄστρα τὸ στερεὸν* B *φαίνεται ἔχοντα. Καὶ ἴσως ὀρθῶς ἂν ἔχοι, συνεπικρίναντος καὶ Πλάτωνος τῷ εἰκότι τὴν γνώμην ταύτην. Παρὰ μὲν γὰρ τῆς αἰσθήσεως, κατά τε τὴν ὄψιν, κατά τε τὴν τῆς ἁφῆς ἀντίληψιν, πυρὸς ἔχειν τὸ πλεῖστον ἢ τὸ πᾶν φαίνεται· διὰ δὲ τοῦ λόγου ἐπισκοποῦσιν, εἰ τὸ στερεὸν ἄνευ γῆς οὐκ ἂν γένοιτο, καὶ γῆς ἂν ἔχοι. Ὕδα-* C *τος δὲ καὶ ἀέρος τί ἂν δέοιτο; ἄτοπόν τε γὰρ δόξει ὕδατος εἶναι ἐν τοσούτῳ πυρί· ὅ, τε ἀὴρ εἰ ἐνείη, μεταβάλλοι ἂν εἰς πυρὸς φύσιν.*

1. *τοῦ οὐρανοῦ*] Codd. Marc. A.B.C. h. l. ponunt dist. min., eamque post *ἐκείνην* tollunt.
2. *σύνεσμεν*] Cod. Vind. A. *σύνεστιν.*
3. *Ἤδη γοῦν*] Cod. Mon. A. *ἤδη γάρ,* Paulo ante Cod. Vat. a pr. m. habet *ἐν εἶναι*, sed in m. *εὖ εἶναι.*
4. *συλλαμβανομένη*] Codd. Darm. Marc. B. Par. A. ut marg. Ed. *συνεκλαμβανομένη.* Cujus verbi compositi nihil exemplorum in Lexicis. In Cod. Vat. bis scribitur *λαμβανομένη* in vertenda pagina. In marg. est: *συνεκλαμβαν.* al. *συλλαμβ.* In eod. Cod. abest proximum *εἰ*, in m. add.
7. *νῦν σκεπτέον*] Abest *νῦν* a Cod. Vind. A.
8. *πεποιηκότι*] Ita, pro *πεποιηκότος*, scribendum esse visum est ex Codd. Darm. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A. B. Vat. Jo. Philopono adv. Proclum.
ib. *καὶ πυρὸς*] Abest *καὶ* a Codd. Leid. Marc. A. Mon. C.
ib. *ἵνα ὁρατόν τε*] Cod. Darm. *τίνα* pro *ἵνα*; Vind. A. omittit *τε.*
9. *στερεὸν δὲ*] Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Par. A. Vat. *στεῤῥὸν*, Vind. A. *τὸ στεῤῥόν.*
ib. *ἄστρα ποιεῖν*] Cod. Darm. *ἄτορα ποιεῖν.* Codd. Marc. A.B.C. post *ποιεῖν* habent distinctionem majorem. Mox Philoponus *ἐπεὶ τὰ ἄστρα τὸ στερ.*
10. *τὸ στερεὸν*] Codd. Marc. B. Mon. C. *στεῤῥεὸν*, et sic paulo inferius.
14. *ἔχειν τὸ*] Edit. *ἔχει.* Sed Codd., præter Ciz., omnes *ἔχειν τό.* Sed Vat. in m. ut Ed. Jo. Philopon. *ἔχειν.*
ib. *ἢ τὸ πᾶν*] Cod. Vat. *ἢ τὸ πᾶν.*
15. *εἰ τὸ*] Edit. *εἰς.* Sed Ficin. et Codd. Darm. Marc. A.B.C. Med. A.B. (ex corr.) Vat. et Philop. habent *εἰ.* Sed Vat. in m. *εἰς.*
16. *δέοιτο*] Codd. Darm. et Par. A. *γίνοιτο.* Mox Philopon. *ἄτοπόν τε γὰρ δόξειεν ὕδατος εἶναι ἐκτὸς οὐ τῷ πυρί.*
17. *ἀὴρ εἰ ἐνείη*] Codd. Marc. C. Mon. C. omittunt *εἰ.* In Cod. Vat. scribitur *ἀνῆρεν εἴη*: in m. ut in Ed. Jo. Philopon. *ὅτι ἀὴρ εἴεν ἢ μεταβ.* in Schol. Paris. *ὅτε ἀήρ τε εἴεν, ἢ μ.* in edit.

quin quonam pacto maneret, nisi illæ similiter perdurarent? Quæ enim sunt infra cælum, non amplius sunt cæli partes: alioquin non usque ad lunam duntaxat cælum protenderetur. Nos autem formati ab anima, quæ a diis cælestibus tradita est, ipsoque cælo secundum illam corporibus cohæremus. Alia namque anima, per quam ipsi sumus, non ipsius esse, sed bene esse, causa est. Accedit enim facto jam corpore, parum ratione simul ad esse conducens.

VI. *Solum in cælo esse ignem, et quodlibet in se purum esse, sed in quolibet esse qualitates quasdam etiam aliorum.*

Deinceps considerandum restat, utrum solus in cælo sit ignis et nunquid inde defluat aliquid, unde indigeat nutrimento? Cum igitur Timæus mundi corpus ex igne primum terraque componat, ut per ignem quidem videri, per terram vero solidum esse tangique valeat: consentaneum esse videtur, ut et astra non totum quidem, sed plurimum habeant igneum: quandoquidem astra soliditatem habere videntur (apparent). Forsan vero recte se id habebit, quippe cum Plato sententiam hanc probabili et apparenti ratione confirmet. Nempe ab ipso sensu tum per aspectum, tum per tactum plurimum, vel totum, igneum apparet (videtur) habere: per ipsam vero rationem considerantibus, terram insuper habere putabitur, siquidem solidum absque terra esse non possit. Sed curnam aqua et aëre indiget? Absurdum enim videri potest in igne tanto esse

100 Ἀλλ᾽ εἰ δύο στερεὰ, ἄκρων λόγον ἔχοντα, δύο μέσων δεῖται, ἀπορή-
σειεν ἄν τις, εἰ καὶ ἐν φυσικοῖς οὕτως· ἐπεὶ καὶ γῆν ἄν τις ὕδατι
μίξειεν, οὐδενὸς δεηθεὶς μέσου; Εἰ δὲ λέγοιμεν, ἐνυπάρχει γὰρ ἤδη
D ἐν τῇ γῇ καὶ τῷ ὕδατι τὰ ἄλλα, δόξομεν ἴσως τι λέγειν· εἴποι δ᾽ ἂν
τις, ἀλλ᾽ οὐ πρὸς τὸ συνδῆσαι συνιόντα τὰ δύο. Ἀλλ᾽ ὅμως ἐροῦμεν
ἤδη συνδεῖσθαι, τῷ ἔχειν ἑκάτερον πάντα. Ἀλλ᾽ ἐπισκεπτέον εἰ
ἄνευ πυρὸς οὐχ ὁρατὸν γῆ, καὶ ἄνευ γῆς, οὐ στερεὸν πῦρ· εἰ γὰρ
τοῦτο, τάχα ἂν οὐδὲν ἔχοι ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ἀλλὰ πάντα
μὲν μέμικται. Λέγεται δὲ κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν ἕκαστον, ἐπεὶ οὐδὲ
E τὴν γῆν ἄνευ ὑγροῦ φασι συστῆναι δύνασθαι· κόλλαν γὰρ εἶναι τῇ
γῇ, τὴν ὕδατος ὑγρότητα. Ἀλλ᾽ εἰ καὶ δώσομεν οὕτως, ἀλλ᾽ ἕκα-
στόν γε ἄτοπον λέγοντα εἶναί τι, ἐφ᾽ ἑαυτοῦ μὲν μὴ διδόναι σύστασιν
αὐτῷ, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων ὁμοῦ, οὐδενὸς ἑκάστου ὄντος. Πῶς γὰρ
ἂν εἴη γῆς φύσις, καὶ τό τι ἦν εἶναι γῇ, μηδενὸς ὄντος μορίου γῆς,
ὃ γῆ ἐστιν, εἰ μὴ καὶ ὕδωρ ἐνείη εἰς κόλλησιν; τί δ᾽ ἂν κολλήσειε
F μὴ ὄντος ὅλως μεγέθους, ὃ πρὸς ἄλλο μόριον συνεχὲς συνάψει; εἰ
γὰρ καὶ ὁτιοῦν μέγεθος γῆς αὐτῆς ἔσται, ἔσται γῆν φύσει καὶ ἄνευ
ὕδατος εἶναι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, οὐδὲν ἔσται ὃ κολλήσεται ὑπὸ τοῦ

1. ἄκρων λόγον] Edit. λόγων, sed Codd. Ciz. Mon. A.C. Vind. A. λόγου, Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Vat. λόγον. Sed Vat. in m. ων. Jo. Philopon. ἄκρων λόγον ἔχοντα δύο μέσον ὄντα in Schol. Parisino sed δύο μέσων δεῖται in editione.

2. φυσικοῖς] Cod. Vind. A. φυτοῖς, sed correctum in φυσικοῖς. Jo. Philop. φυσικοῖς οὕτω.

ib. ἐπεὶ καὶ] Ita, pro ἐπὶ, Codd. præter Par. A. et Vind. A., omnes.

ib. ὕδατι μίξειεν] Cod. Marc. C. omittit ὕδατι.

4. τὰ ἄλλα] Codd. Marc. A. Mon. A. C. Vat. Vind. καὶ τὰ ἄλλα. Sed Vat. in m. obelum habet.

ib. δόξομεν] Cod. Par. A. δόξωμεν.

7. ὁρατὸν γῆ] Cod. Marc. C. ἡ γῆ.

8. τάχα ἂν] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. τάχ᾽ ἂν lenius.

ib. ἐφ᾽ ἑαυτοῦ] Codd. Leid. Vind. A. ἀφ᾽.

ib. τὴν αὐτοῦ] Cod. Med. B. αὑτοῦ.

11. τὴν ὕδατος] Cod. Mon. A. τοῦ.

ib. ἀλλ᾽ ἕκαστον] Codd. Marc. A.B.C. Vat. ἀλλά.

12. σύστασιν αὐτῷ] Cod. Marc. C. αὐτοῦ. Pro μετὰ Vat. κατά.

ib. ἐφ᾽ ἑαυτοῦ—ἑκάστου] Desunt hæc in Cod. Leid.

14. τι ἦν εἶναι] Codd. Marc. B.C. Vat. τί ἦν, bene; reliqui τὶ ἦν. Pro γῇ Cod. Ciz. γῆν.

15. ὃ γῆ ἐστιν] Cod. Marc. C. ὅ ἐστι γῆ.

ib. τί δ᾽ ἂν κολλήσειε] Desunt hæc in Codd. Ciz. Edit. κωλύσεις. Sed Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind. A. In Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. scribitur κολλήσεις, ut legit Fic. et legendum utique est.

16. συνάψει] Cod. Par. A. συνάψοι.

17. αὐτῆς ἔσται] Cod. Par. A. αὐτή. Vat. omittit ἔσται alterum.

18 εἶναι· ἢ—τοῦ ὕδατος] Desunt hæc in Cod. Ciz.

aquam. Aër autem si illic insit, in naturam ignis subito permutabitur. Verum si solida duo rationem habentia extremorum, duobus indigent mediis, ambiget forte quispiam, nunquid in rebus etiam naturalibus res ita se habeat: quandoquidem terram quis aquæ permisceat, nullo ad hæc concilianda medio indigens? Quod si dixerimus, terræ et aquæ inesse jam reliqua, nonnihil forsan afferre videbimur: sed objiciet alius, reliqua illa ad duo concilianda minime conspirare. Veruntamen dicemus jam invicem colligari, quoniam utrunque possideat omnia. Cæterum considerandum est, an absque igne terra videri non possit: et rursus sine terra ignis solidus esse non valeat. Si enim ita natura sit institutum, forsan nihil in se ipso suam habebit essentiam, sed erunt cuncta confusa. Appellabitur autem quodlibet ex eo, quod prævalebit in ipso: siquidem aiunt terram absque humore sibimet cohærere non posse: aquæ namque humorem terræ glutinum esse. Verum si et ita id concesserimus, attamen absurdum fuerit, dicere quidem, quodlibet aliquid esse, neque tamen in se ipso constitutionem sibi ipsi suppeditare: sed duntaxat una cum cæteris, ubi videlicet nullum in se aliquid sit futurum. Quo enim pacto terræ natura erit, atque ipsa essentia terræ, cum nulla terræ portio sit id ipsum quod terra est, nisi et aqua insit ibi pro glutino? Præterea quidnam ibi conglutinabit, ubi nulla sit magnitudo, quam ad proximam par-

ὕδατος. Ἀέρος δὲ τί ἂν δέοιτο γῆς ὄγκος πρὸς τὸ εἶναι, ἔτι ἀέρος 100
μένοντος, πρὶν μεταβάλλειν; περὶ δὲ πυρὸς, εἰς μὲν τὸ γῆ εἶναι,
οὐκ εἴρηται· εἰς δὲ τὸ ὁρατὴ εἶναι, καὶ αὐτὴ καὶ τὰ ἄλλα· εὔλογον G
μὲν γὰρ συγχωρεῖν, παρὰ φωτὸς τὸ ὁρᾶσθαι γίγνεσθαι. Οὐ γὰρ δὴ
τὸ σκότος ὁρᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ ὁρᾶσθαι φατέον· ὥσπερ τὴν ἀψοφίαν
μὴ ἀκούεσθαι. Ἀλλὰ πῦρ γε ἐν αὐτῇ οὐκ ἀνάγκη παρεῖναι, φῶς
γὰρ ἀρκεῖ· χιὼν γοῦν καὶ τὰ ψυχρότατα πολλὰ, λαμπρὰ πυρὸς ἄνευ·
ἀλλ᾽ ἐνεγένετο φήσει τις, καὶ ἔχρωσε πρὶν ἀπελθεῖν. Καὶ περὶ 101
ὕδατος δὲ ἀπορητέον, εἰ μὴ ἔστιν ὕδωρ, εἰ μὴ γῆς λάβοι; ἀὴρ δὲ
πῶς ἂν λέγοιτο μετέχειν γῆς, εὔθρυπτος ὤν; Περὶ δὲ πυρὸς, εἰ γῆς
δεῖ αὐτῷ, τὸ συνεχὲς παρ᾽ αὐτοῦ οὐκ ἔχοντι, οὐδὲ τὸ διάστατον τρι-
χῆ· ἡ δὲ στερεότης αὐτῷ, οὐ κατὰ τὴν διάστασιν τὴν τριχῆ, ἀλλὰ
κατὰ τὴν ἀντέρεισιν δηλονότι, διὰ τί οὐκ ἔσται, ᾗ φυσικὸν σῶμα· B
σκληρότης δὲ, γῇ μόνῃ· ἐπεὶ καὶ τὸ πυκνὸν τῷ χρυσῷ ὕδατι ὄντι
προσγίνεται, οὐ γῆς προσγενομένης, ἀλλὰ πυκνότητος ἢ πήξεως.
Καὶ πῦρ δὲ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, διὰ τί ψυχῆς παρούσης, οὐ συστήσεται πρὸς
τὴν δύναμιν αὐτῆς; καὶ ζῶα δὲ πύρινά ἐστι δαιμόνων. Ἀλλὰ
κινήσωμεν τὸ πᾶν ζῶον ἐκ πάντων τὴν σύστασιν ἔχειν; ἢ τὰ ἐπὶ

2. δὲ πυρὸς] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A. δὲ τοῦ πυρός.
3. καὶ αὐτὴ] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A., marg. Vat., ut marg. Ed. αὐτό.
8. ἀλλ᾽ ἐνεγένετο] Edit. ἐγένετο. Sed Cod. Vat. ἀλλά. Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Vind. A. (ex corr. cum antea scriptum fuisset ἐνεγίνετο) habent ἐνεγένετο. Legit etiam Fic.
9. ἀπορητέον] Codd. Marc. A. Mon. C. ἀποῤῥητέον.
ib. λάβοι] Cod. Marc. C. λάβῃ.
10. εὔθρυπτος] Ed. ἄθρυπτος. Sed Codd., præter Mon. A., omnes cum marg. Ed. εὔθρυπτος, quod legit etiam Fic.
11. τριχῆ] Cod. Vat. τριχή.
12. ἡ δὲ—τὴν τριχῆ] Desunt hæc in Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A.
13. ἀντέρεισιν] Cod. Vat. ἀντέρισιν, in m. ut Ed.
ib. ᾗ φυσικὸν] Cod. Par. A. ἤ.
15. προσγενομένης] Codd. Med. B. Vat. προσγινομένης.
16. ἐφ᾽ ἑαυτοῦ] Codd. Marc. B.C. Darm. Med. A.B. ἐφ᾽ αὐτοῦ.
17. την δύναμιν] Post hanc vocem abrumpitur Cod. Vind. A. deficiente folio dimidio usque ad λευκότατον.
ib. ἐστι δαιμόνων] Cod. Vat. δαιμόνων ἐστίν.
18. κινήσωμεν] Codd. Marc. A.C. Mon. A.C. Par. A. (ex corr.) Vat. κινήσομεν.

tem continuatione connectat? Si enim quantalibet terræ ipsius fuerit magnitudo, licebit terram suapte natura sine aqua consistere: alioquin nihil amplius erit, quod ab aqua conglutinetur. Item terræ moles quidnam ad hoc, ut terra sit, aëre indigebit, aëre adhuc manente antequam transmutetur? Igne vero terram ad hoc, ut terra sit, egere non est dictum: sed ad hoc ipsum ut et hæc alia spectari possint, igne indigere concessum. Rationi namque consentaneum est concedere, aspectum a lumine fieri. Neque enim videri tenebras, sed non videri dicendum, quemadmodum silentium non audiri. At vero ignem inesse terræ nequaquam necessarium est: sufficit enim lumen. Si quidem nix et frigidissima multa absque igne sunt lucida: quamvis dixerit aliquis affuisse illic ignem et illa, antequam discederet, colorasse. De aqua insuper est ambigendum, an nequeat esse aquam, nisi terræ sit particeps? Aër item quanam ratione terræ particeps appellabitur, cum sit mollissimus, et penetrantibus quam facillime cedat? De igne autem dubitatur, num ipsi opus sit terra, quasi videlicet continuitatem ex se ipso non habeat, neque trinam dimensionem, [quatenus corpus est naturale]: soliditas vero in ipso non per trinam dimensionem, sed per quandam repercussionem forte ponetur (quam ob rem non erit, quatenus est corpus naturale). Durities autem aspera tantum convenit terræ: quandoquidem densitudo auro, quod aqua est, competit, non ob terram quidem, sed propter densitudinem glutinumque concretum. Proinde ipse quidem in se ipso ignis cur non præsente anima secum ipso ad animæ potentiam connectatur? Sunt

101
C γῆς τις ἐρεῖ, γῆν δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν αἴρειν παρὰ φύσιν εἶναι, καὶ
ἐναντίον τοῖς ὑπ' αὐτῆς τεταγμένοις· συμπεριάγειν δὲ τὴν ταχίστην
φορὰν, γεηρὰ σώματα, οὐ πιθανὸν εἶναι· ἐμπόδιόν τε καὶ πρὸς τὸ
φανὸν καὶ λευκὸν τοῦ ἐκεῖ πυρός.

Ἴσως οὖν βέλτιον χρὴ ἀκούειν τοῦ Πλάτωνος λέγοντος, ἐν μὲν τῷ
παντὶ κόσμῳ δεῖν εἶναι τὸ τοιοῦτον στερεὸν, τὸ ἀντίτυπον ὂν, ἵνα τε
D ἡ γῆ ἐν μέσῳ ἱδρυμένη ἐπιβάθρα καὶ τοῖς ἐπ' αὐτῆς βεβηκόσιν ἑδραία
ᾖ. τά τε ζῶα τὰ ἐπ' αὐτῆς, ἐξ ἀνάγκης τὸ τοιοῦτον στερεὸν ἔχῃ· ἡ
δὲ γῆ τὸ μὲν εἶναι συνεχὴς, παρ' αὐτῆς ἔχῃ, ἐπιλάμποιτο δὲ ὑπὸ
πυρός· μετέχειν δὲ ὕδατος, πρὸς τὸ μὴ αὐχμηρόν· ἔχῃ δὲ καὶ μερῶν
πρὸς μέρη μὴ κωλύεσθαι συναγωγὴν, ἀέρα δὲ κουφίζειν γῆς ὄγκους.
μεμίχθαι δὲ τῷ ἄνω πυρὶ, οὐκ ἐν τῇ συστάσει τῶν ἄστρων τὴν γῆν,
E ἀλλ' ἐν κόσμῳ γενομένου ἑκάστου, καὶ τὸ πῦρ ἀπολαῦσαί τι τῆς γῆς,
ὥσπερ καὶ τὴν γῆν τοῦ πυρός· καὶ ἕκαστον ἑκάστων, οὐχ ὡς τὸ
ἀπολαῦσαν γενέσθαι ἐξ ἀμφοῖν, ἑαυτοῦ τε καὶ οὗ μετέσχεν, ἀλλὰ
κατὰ τὴν ἐν κόσμῳ κοινωνίαν ὂν, ὅ ἐστι, λαβεῖν οὐκ αὐτὸ, ἀλλά τι

1. τις ἐρεῖ] Cod. Ciz. τι ἐρεῖ.
2. ὑπ' αὐτῆς] Edit. ὑπ' αὐτοῖς, sed Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A. Med. A. B. Par. A. αὐτῆς. In Cod. Vat. scriptum quidem est αὐτοῖς, sed literæ οι punctis infra lineam notatæ sunt.
3. γεηρὰ σώματα] Ita cum marg. Ed. pro νεκρὰ, quod est in Ed., Codices exhibent ad unum omnes, nisi quod Vat. νεκρὰ in marg. habet.
7. ἐπιβάθρα] Codd. Marc. A.C. Vat. ἐπὶ βάθρα.
ib. τοῖς ἐπ' αὐτῆς] Ita, pro τῆς, Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. A. Med. A.B. In Vat. est τοῖς ἐπ' αὐτοῖς, sed in marg. αὐτῆς. in Cod. quoque Med. A. correctum est αὐτοῖς.
ib. βεβηκόσιν—ἐπ' αὐτῆς] Desunt hæc in Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. Sed Vat. in m. habet addita.
8. τοιοῦτον] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. τοιοῦτο.
ib. στερεὸν ἔχῃ] Edit. ἔχοι, sed Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. ἔχῃ. Vat. ἔχει, in m. ἔχοι.
9. παρ' αὐτῆς ἔχῃ] Edit. ἔχοι, sed Codd. Leid. Mon. A. Med. A.B. καὶ παρ'. Sed in Cod. Med. A. vox καὶ, ut spuria, punctorum circulo circumdata est. In Codd. Ciz. Leid. est ἔχῃ. Mox conjicias μετέχῃ, sed libri omnes μετέχειν et Infinitivi recurrunt.
ib. ἔχῃ δὲ] Codd. Ciz. (hic sine δὲ) Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. (a pr. m. ἔχει) Med. A.B. Par. A. ἔχοι δέ.
11. πρὸς μέρη] Codd. Darm. Marc. B. Par. A. πρὸς τὰ μέρη.
ib. συναγωγὴν] Cod. Ciz. συναγωγῇ.
ib. ἀέρα δὲ] Cod. Vat. αὔρα.
12. τὴν γῆν] Cod. Ciz. τῆς γῆς.
14. ἕκαστον ἑκάστων] Deest vox posterior in Cod. Darm.
15. ἀπολαῦσαν] Cod. Marc. C. ἀπολαῦσαι.
ib. καὶ οὗ μετέσχεν] Cod. Ciz. καὶ τοῖς οὖν μ. In marg. γράφε τις pro τοῖς. Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. καὶ τοῖς οὗ. Vat. autem in m. habet obelum.
16. ἐν κόσμῳ] Cod. Vat. ἐν τῷ κόσμῳ.
ib. ὂν, ὅ ἐστι] Edit. ὄν, sed Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. C. Vat., ut marg. Ed., ὂν pro ὄν, et ita etiam Ficin.

enim et ignea dæmonum animalia. At ita immutabimus id, quod dicitur universum animal ex universis esse compositum? Forte vero quis animalia terrena composita sic esse concesserit: terram vero in cælum attollere, contra naturam esse dicet, contrariumque his, quæ in naturæ ordine disponuntur. Jam vero nulla ratione videri probabile, ut celerrimus cælestium cursus terrena in se corpora perferat. Denique terram nitori splendorique cælestis ignis impedimento futuram.

VII. *Confirmat idem auctoritate Platonica.*

Forte operæ pretium est audire Platonem dicentem, oportere in universo esse tale quiddam solidum, quod videlicet sit resistens, ut terra in medio collocata fundamentum sit omnibus per eam incedentibus stabilissimum: animaliaque terrena necessario talem quandam habeant soliditatem: terra vero hoc ipsum, quod continua sit, ex se ipsa possideat: illustretur autem ab igne, particeps quoque sit aquæ, ad ariditatem nimiam devitandam: habeat insuper facultatem, qua non prohibeantur partes ejus cum partibus conspirare: aër denique terræ molem quadam levitate suffulciat. Meminisse vero oportet, terram non ita misceri igni sublimi, ut in ipsa stellarum compositione connumeretur: sed cum in uno mundi corpore singula collocentur, nimirum et ignem aliquid habere terreni: quemadmodum et terra ignei aliquid habet. Ac summatim singula habere aliquid singulorum, non adeo quidem, ut, quod dicitur alia possidere, ex utrisque consti-

αὐτοῦ· οἷον οὐκ ἀέρα, ἀλλ' ἀέρος τὴν ἁπαλότητα· καὶ τὴν γῆν, 101
πυρὸς τὴν λαμπρότητα· τὴν δὲ μίξιν, πάντα διδόναι, καὶ τὸ συναμ- F
φότερον τότε ποιεῖν, οὐχὶ γῆν μόνον καὶ τὴν πυρὸς φύσιν, τὴν στε-
ρεότητα ταύτην καὶ τὴν πυκνότητα. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸς τούτοις,
εἰπών· Φῶς ἀνῆψεν ὁ θεὸς περὶ τὴν δευτέραν ἀπὸ γῆς περιφοράν·
τὸν ἥλιον λέγων, καὶ λαμπρότατόν που λέγει ἀλλαχοῦ τὸν ἥλιον, τὸν
αὐτὸν δὲ λευκότατον· ἀπάγων ἡμᾶς τοῦ ἄλλό τι νομίζειν, ἢ πυρὸς
εἶναι. πυρὸς δὲ οὐδετέρων τῶν εἰδῶν αὐτοῦ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ τὸ φῶς, G
ὅ φησιν, ἕτερον φλογὸς εἶναι· θερμὸν δὲ, προσηνῶς μόνον· τοῦτο δὲ
τὸ φῶς σῶμα εἶναι· ἀποστίλβειν δὲ ἀπ' αὐτοῦ, τὸ ὁμώνυμον αὐτῷ
φῶς, ὃ δὴ φαμὲν καὶ ἀσώματον εἶναι· τοῦτο δὲ ἀπ' ἐκείνου τοῦ 102
φωτὸς παρέχεσθαι, ἐκλάμπον ἐξ ἐκείνου ὥσπερ ἄνθος ἐκείνου καὶ
στιλπνότητα, ὃ δὴ καὶ εἶναι τὸ ὄντως λευκὸν σῶμα. ἡμεῖς δὲ τὸ γεη-
ρὸν πρὸς τὸ χεῖρον λαμβάνοντες, τοῦ Πλάτωνος κατὰ τὴν στερεό-
τητα λαβόντος τὴν γῆν, ἕν τι γοῦν δὴ γῆν ὀνομάζομεν ἡμεῖς, δια-
φορὰς γῆς ἐκείνου τιθεμένου. Τοῦ δὴ τοιούτου πυρὸς τὸ φῶς παρέ-
χοντος τὸ καθαρώτατον, ἐν τῷ ἄνω τόπῳ κειμένου, καὶ κατὰ φύσιν B
ἐκεῖ ἱδρυμένου, ταύτην τὴν φλόγα οὐκ ἐπιμίγνυσθαι τοῖς ἐκεῖ ὑπο-

2. *πάντως διδόναι*] Omnes Codd. ut marg. Ed. *πάντα*. Ita et Ficin.

3. *οὐχὶ γῆν*] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Vat. *οὐ γῆν*. Ficinus plenius hæc reddit, quasi additum sit *ἢ πῦρ μόνον καὶ γῆς φύσιν*.

6. *ἀλλαχοῦ τὸν*] Cod. Vat. *ἀλλὰ τοῦτον*, in m. ut Ed.

7. *λευκότατον*] Cod. Ciz. *λευκότητι*. Inde ab h. l. pergit Cod. Vind. A.

8. *οὐδετέρων*] Cod. Marc. C. *οὐδετέραν*.

9. *ὅ φησιν—το φῶς*] Desunt hæc in Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind. A.

10. *ἀποστίλβειν*] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vind. A. *ἀποστίλβον*.

ib. *αὐτῷ*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. Vat. (in marg.) ut marg. Ed. *αὐτοῦ*.

12. *ἐκλάμπον*] Cod. Vat. *ἐκλάμπων*, in m. *ον*.

13. *ὄντως*] Ita, pro *οὕτως*, ex marg. Ed. scripsi, cum id exhibeant Codd. omnes.

14. *την στερεότητα*] Abest *την* a Codd. Darm. et Marc. B.

15. *γοῦν δὴ γῆν*] Abest *γοῦν* a Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Scribitur *τι* pro *δὴ* in Cod. Vind. A. Abest *γῆν* a Codd. Marc. A. Mon. A. Vat. Sed Vat. habet eam vocem in marg.

16. *τὸ φῶς*] Codd. Marc. A. Mon. C. Med. B. Vind. A. *τοῦ φῶς*. Vat. *τοῦ φωτός*, in m. ut Ed.

tuatur, videlicet ex se ipso atque ex eo cujus est particeps: imo in ipsa mundi communione rite situm, non tam alterum, quam alterius nonnihil accipiat: velut non ipsum aërem, sed aëris ipsius liquiditatem: sic et terra non tam ignem, quam igneam claritatem. Mixtio autem ipsa adhibet omnia et utrumque conflat in unum, non terram quidem tantum, atque naturam ignis, vel ignem tantum, atque terræ naturam, videlicet soliditatem quandam densitatemque ejusmodi. Testimonium his Plato ipse perhibet dicens: "Accedit Deus lumen circa secundam a terra sphæram:" solem certe significans, quem alibi nuncupat splendidissimum, eundemque nitidissimum. Quibus in verbis omnem a nobis opinionem abigit suspicantem, aliquid illic esse aliud præter ignem. Significat quoque, nullam adesse ignis aliam qualitatem præter lumen, quod quidem esse ait a flamma diversum: calorem vero lenem tantum atque suavem. Item lumen hoc esse corpus: emicare autem ab ipso lumen æquivocum, quod esse dicimus incorporeum: quod quidem ab illo lumine pendet, ex illo micans quasi flos ejus atque nitor, quod utique vere dicitur corpus album existere. Nos autem, quod terrenum dicitur, in deterius accipere consuevimus: quippe cum Plato terram pro soliditate quadam accipiat; nos vero unum aliquid tantum terram appellare solemus, cum tamen ille differentes in terra consideret qualitates. Cum igitur talis ignis purissimum præbeat lumen, ipseque in sede sublimi resideat, ibique naturaliter habitet, non est putandum nostram hanc flammam superioribus esse permistam, sed ad certum spatium percurren-

102 ληπτέον, ἀλλὰ φθάνουσαν μέχρι τινὸς, ἀποσβέννυσθαι, πλείονι ἐντυχοῦσαν ἀέρι, ἀνελθοῦσάν τε μετὰ γῆς ῥίπτεσθαι κάτω, οὐ δυναμένην ὑπερβαίνειν πρὸς τὸ ἄνω, κάτω δὲ τῆς σελήνης ἵστασθαι,
C ὥστε καὶ λεπτότερον ποιεῖν τὸν ἐκεῖ ἀέρα, καὶ φλόγα, εἰ μένοι, μαραινομένην, εἰς τὸ πραότερον γίγνεσθαι, καὶ τὸ λαμπρὸν μὴ ἔχειν, ὅσον εἰς τὴν ζέσιν, ἀλλ' ἢ ὅσον παρὰ τοῦ φωτὸς τοῦ ἄνω ἐναυγάζεσθαι. Τὸ δὲ φῶς ἐκεῖ, τὸ μὲν ποικιλθὲν ἐν λόγοις τοῖς ἄστροις, ὥσπερ ἐν τοῖς μεγέθεσιν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς χρόαις τὴν διαφορὰν ἐργάσασθαι· τὸν δ' ἄλλον οὐρανὸν, εἶναι καὶ αὐτὸν τοιούτου φωτός·
D μὴ ὁρᾶσθαι δὲ, λεπτότητι τοῦ σώματος, καὶ διαφανείᾳ οὐκ ἀντιτύπῳ, ὥσπερ καὶ τὸν καθαρὸν ἀέρα· πρόσεστι δὲ τούτοις καὶ τὸ πόῤῥω.

Τούτου δὴ μείναντος ἄνω τοῦ τοιούτου φωτὸς ἐν ᾧ τέτακται, καθαροῦ, ἐν καθαρωτάτῳ, τίς ἂν τρόπος ἀποῤῥοῆς ἀπ' αὐτοῦ ἂν γένοιτο; οὐ γὰρ δὴ πρὸς τὸ κάτω πέφυκεν ἀποῤῥεῖν, ἡ ἄνω τοιαύτη φύσις· οὐ δ' αὖ τί ἐστιν ἐκεῖ τῶν βιαζομένων ὠθεῖν πρὸς τὸ κάτω·
E πᾶν δὲ σῶμα μετὰ ψυχῆς ἄλλο, καὶ οὐ ταὐτὸν οἷον μόνον ἦν· τοιοῦτον δὲ τὸ ἐκεῖ, οὐχ' οἷον τὸ μόνον· τό, τε γειτονοῦν, εἴτε ἀὴρ εἴτε πῦρ εἴη· ἀὴρ μὲν, τί ἂν ποιήσειε; πυρὸς δὲ, οὐ δ' ἂν ἐναρμόσειε

1. πλείονι ἐντυχοῦσαν] Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. ἐντυχοῦσαν πλείονι.

2. μετὰ γῆς] Loco horum verborum in Cod. Vind. A. lacunam habet punctis expletam.

3. τὸ ἄνω] Cod. Vind. τὰ ἄνω.

4. εἰ μένοι] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C.A. εἰ μένοις. Cod. Vat. εἰμένοις, in m. ut Ed. Cod. Vind. A. εἰμένοις, et in marg. pallidiore atramento ἡμμένοις.

5. πραότερον] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. πρότερον.

6. ζέσιν] Cod. Ciz. ζεῦσιν.

8. ὥσπερ ἐν τοῖς] Cod. Marc. C. omittit ἐν. Cod. Vat. habet ταῖς, in m. τοῖς. Ego illud ἐν omittendum crediderim cum Cod. Marc. C. et legendum ὥσπερ τοῖς μεγέθεσιν. Sed tum quoque pergendum est: οὕτω καὶ ταῖς χρόαις.

9. ἐργάσασθαι] Cod. Med. B. ἐργάζεσθαι.

ib. τοιούτου] Edit. τοιοῦτον, sed quod est in marg. Ed. τοιούτου, habent Codd., excepto Leid., omnes, sed Vat. tantummodo in marg.

10. λεπτότητι τοῦ σώματος] Cod. Med. B. τοῦ σώμ. λεπτ.

ib. διαφανείᾳ] Cod. Par. A. διαφανίᾳ.

11. πρόσεστι δὲ] Cod. Vat. δὴ pro δέ.

12. Τούτου δὴ] Edit. δὲ, sed Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A. B. Vat. δή.

ib. ἐν ᾧ] ᾧ scripsi, pro τῷ, ex Codd. Leid. Marc. A.B.C. Med. A.B. Vat.

13. καθαρωτάτῳ] Cod. Ciz. καθαρώτητι (sic).

14. ἡ ἄνω] Abest ἄνω a Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. Vind. A. Sed Vat. eam vocem habet in marg. et Ficinus expressit. Mihi displicet.

16. ταὐτὸν] Cod. Ciz. τ' αὐτό.

18. ἐναρμόσειε] Codd. Leid. Marc. A. ἐναρμόσοις, Ciz. ἐναρμόσαις, Mon. A.C. Vat.

tem prorsus extingui, aëre quam plurimo videlicet occurrente: procedentem vero sæpe cum terra deorsum præcipitari: quippe cum superius transcendere nequeat, sed subsideat infra lunam, ubi aërem extenuat proximum: ac si maneat ibi flamma, certe facta subtilior, evadit et mitior, splendoremque habet non quo ad fervorem spectat, sed quatenus a superiori lumine perlustratur. Lumen vero cæleste, partim quidem varia ratione distributum est in stellis, in quibus tam colorum quam magnitudinum differentia discrepat: partim vero in reliquo præter stellas cælo simili ratione viget. Et si oculis non apparet propter corporis tenuitatem perspicuitatemque aspectui minime resistentem, quemadmodum in aëre quoque puro contingit: accedit ad hæc intervalli etiam longitudo.

VIII. *Quod cælo nihil effluat, nihil influat.*

Cum itaque tale lumen vigeat in excelso, ubi est naturaliter constitutum, purum videlicet in sede purissima, quanam via potest defluxus inde ullus accidere? neque enim natura talis tamque sublimis sua sponte defluit: neque rursus est ibi quicquam, quo impellente deorsum præcipitetur. Adde, quod omne corpus longe se aliter habet, quando animæ conjunctum est, quam si esset ab anima separatum: corpus vero cæleste nullo modo est ab anima destitutum. Item quicquid propinquat cælo, aut aër est, aut ignis. Primo quidem, si aër est, non video, quo pacto agat in cælum. Deinde si est ignis, nequaquam ad id congruit, tangitque cælum, ut agat in ipsum. Accedit, quod repente ad cælestem permutatur naturam, priusquam cælum patiatur ab ipso.

πρὸς τὸ ποιῆσαι, οὐδ' ἂν ἐφάψαιτο εἰς τὸ δρᾶσαι· τῇ ῥύμῃ τε γὰρ 102
καὶ παραλλάξειεν ἂν, πρὶν παθεῖν ἐκεῖνο· ἔλαττόν τε τοῦτο ἰσχνόν
τε, οὐκ ἴσα τοῖς ἐνθάδε· εἶτα καὶ τὸ ποιῆσαι θερμῆναί ἐστι. Δεῖ
τε τὸ θερμανθησόμενον μὴ θερμὸν παρ' αὑτοῦ εἶναι· εἰ δέ τι φθαρή- F
σεται παρὰ πυρὸς, θερμανθῆναι δεῖ πρότερον αὐτὸ, καὶ παρὰ φύσιν
αὐτὸ ἐν τῷ θερμαίνεσθαι γίνεσθαι· οὐδὲν δεῖ τοίνυν ἄλλου σώματος
τῷ οὐρανῷ, ἵνα μένῃ· οὐδ' αὖ, ἵνα κατὰ φύσιν ἡ περιφορά· οὐ γάρ
πω δέδεικται οὐδὲ ἐπ' εὐθείας οὖσα, ἡ κατὰ φύσιν αὐτῷ φορά· ἢ
γὰρ μένειν ἢ περιφέρεσθαι κατὰ φύσιν αὐτοῖς· αἱ δ' ἄλλαι βιασθέν-
των. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τροφῆς δεῖσθαι φατέον τὰ ἐκεῖ, οὐδὲ ἀπὸ τῶν G
τῇδε περὶ ἐκείνων ἀποφαντέον· οὔτε ψυχὴν τὴν αὐτὴν τὴν συνέ-
χουσαν ἐχόντων, οὔτε τὸν αὐτὸν τόπον, οὔτε αἰτίας οὔσης ἐκεῖ, δι'
ἣν τὰ τῇδε τρέφεται συγκρίματα ἀεὶ ῥέοντα· τήν τε μεταβολὴν τῶν
τῇδε σωμάτων ἀφ' ἑαυτῶν μεταβάλλειν, ἄλλης ἐπιστατούσης φύ- 103
σεως αὐτοῖς, ἣ ὑπ' ἀσθενείας οὐκ οἶδε κατέχειν ἐν τῷ εἶναι, μιμεῖ-
ται δὲ ἐν τῷ γίγνεσθαι ἢ γεννᾶν τὴν πρὸ αὐτῆς φύσιν· τὸ δὲ μὴ
ὡσαύτως πάντῃ, ὥσπερ τὰ νοητὰ, εἴρηται.

ἐναρμόσεις, sed Mon. A. superscripto οι, Vat. in m. ut Ed. in Cod. Vind. A. est ἐναρμόσοι.

1. τῇ ῥύμῃ] Ita, cum marg. Ed., Codd. omnes pro ῥώμῃ, quod habet Ed. Sequens καὶ abest a Codd. Marc. A.B.C. Mon. A. Med. A.B. Vind. A. In Cod. Vat. est γὰρ ἂν παραλλάξειε πρίν; idem ἐκεῖνα, in m. νο.

2. ἰσχνόν τε] Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. Vat. ἰσχύον. Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. δέ. Cod. Marc. A. τά. Cod. Vind. A. ἰσχύοντα. ἰσχύον legit et Ficin. Ego in ejusmodi loco manum abstineo.

3. θερμῆναι] Cod. Vat. θερμῇ, in m. θερμῆναι.

ib. Δεῖ δέ] Cod. Marc. C. δεῖ δὲ καί.

7. τῷ οὐρανῷ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. ἐν τῷ.

8. ἐπ' εὐθείας] Ita, cum marg. Ed., Codd. nostri omnes, sed Cod. Med. B. a pr. m. ut Ed. εὐπαθείας; in Cod. Mon. A. desunt verba οὐ γὰρ—αὐτῷ φορά. Pro hoc vocabulo habet Cod. Vind. A. φθορά, sed litera θ punctis notata est.

9. φύσιν αὐτοῖς] Vat. αὐτῆς, in m. οῖς.

11 ἀποφαντέον] Codd. Marc. A. Mon. C. ἀποφατέον.

12. τόπον] Ita cum marg. Ed., pro τρόπον, Codd. nostri ad unum omnes.

13. τρέφεται] Cod. Ciz. περιφέρεται, Marc. C. τρέφεσθαι, Mon. A. Vat. φέρεται, sed Vat. in m. ut Ed.

14. ἑαυτῶν] Codd. Darm. Marc. A.B.C. Med. A.B. Vat. Vind. A. αὐτῶν.

15. αὐτοῖς] Cod. Marc. C. αὐτῆς. Tum Cod. Darm. ἣ pro ἢ, et ita dedi cum Ficino.

16. δὲ ἐν] Cod. Marc. A. δ' ἐν.

17. πάντῃ] Cod. Ciz. πάντως. Idem mox νοήματα.

ib. εἴρηται] Ad calcem hujus libri manu eadem, quæ totum Codicem Vind. A. scripsit, hæc posita sunt: ἀντεγράφη ἀπὸ πάνυ ἐσφαλμένου.

Item et magnitudine admodum minor est, et robore longissime cedit. Præterea ignis actio potissima est calefactio. Oportet autem quod calefaciendum est, non esse calidum ex se ipso. Siquid vero dissolvatur ab igne, calefieri omnino prius oportet, atque in ipsa calefactione ex naturali ejus habitu dimoveri. Quamobrem nullo prorsus alio corpore ad id opus est cælo, ut suam servet naturam: neque rursus ut circuitus ejus sit naturalis, quamvis nondum de hoc sit demonstratum. Neque in rectum vergit cæli motio naturalis: nempe vel quiescere, vel revolvi natura propria cælestia jubet: reliqui vero motus ad violentiam pertinerent: neque igitur alimonia cælestia indigent. Proinde non decet ex nostrarum rerum conditione sublimia judicare: quippe cum neque animam prorsus eandem habeant continentem, neque similem regionem, neque illic ea sit causa, ob quam inferiora composita continue profluentia nutrimento indigere coguntur. Absit ergo permutatio ab illis ea, quæ in his corporibus dominans ex habitu naturæ deturbat: quippe cum alia quædam his natura præsideat, quæ propter debilitatem in ipso suo esse continere non potest, imitatur tamen in eo, quod generari est atque generare naturam, quoad potest, superiorem: de qua dictum est alibi, non posse et ipsam eodem prorsus modo, quo intelligibilia, se semper habere.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBRUM II. ENNEAD. SECUNDÆ,

## DE MOTU CÆLI,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

Cælum movetur ab anima propria, rationali, intellectuali, et in orbem agitur: quoniam anima et intellectus in se ipsis circuitus agunt.

MOVERI cælum non a natura quadam tanquam elementali vel simili, sed a vita: non a vita quidem externa, sed interna: per quam cælum vivat, vita, inquam, rationali, imo etiam intellectuali. Item cur moveatur in orbem, atque quo pacto, et Plotinus in præsentia disputat, et nos in Theologia latius pertractamus. Satis igitur nunc fuerit breviter attigisse. Cælum vivere demonstrat materia formaque illius viventium omnium præstantissima: motus maxime sibi naturalis et intimus, nunquam deserens semet ipsum: actio perpetua naturaliter cuncta vivificans. Item rationali vita cælum vivere, ordo in motibus rebusque omnibus inde genitis mirabilis indicat: Rursus intellectuali virtute vigere declarat constantia in rebus motibusque tam diversis efficiendis semper immobilis. Neque igitur vel temerario quodam casu opus tam miranda perpetuaque ratione dispositum agi moverique putabis: vel forte ratione quidem agi regique, sed quasi cæca quadam tantum nudaque ratione naturæ, quemadmodum a vegetali virtute per seminarias rationes tum in animali membra, tum partes in planta formantur. Ejusmodi enim ratio naturalis duntaxat, irrationalis (ut ita dixerim) est et cæca, cum nullam sui ipsius habeat rationem, neque se ipsam aliquando se animadvertendo possideat. Tanquam igitur imperfecta regitur a ratione quadam perfectiore, quæ in virtute animæ viget, si opus sit, rationaliter discurrente: atque hæc rursus velut mobilis a perfectissima regitur, quæ in mente regnat immobilis. Illa tandem ratio est, verbumque Dei, quo tanquam primo quodam cardine cælum agitatum simul est atque firmatum. Sed jam redeamus ad animam. Anima mundi mater, ex intellectu divino mundi patre per intellectum prægnans, mundum per rationem concipit in natura. Ex naturali denique fœtu dum ad partum confert imaginatio quædam affectusque simul, mundus nascitur, imago mentis, rationis expressio, vitæ propago necessario vivens. Hinc Orpheus Jovem mundi fabrum et masculum appellat et fœminam. Plato etiam mundi architectum alicubi mentem intelligit simul et animam, tanquam patrem simul matremque mundi. Animam esse quinque rerum generibus constitutam, et qua ratione, in Theologia Timæoque diximus, et dicemus: essentia videlicet et eodem et diverso statuque et motu. Essentiam igitur animæ mundi essentia refert: ipsum quoque animæ idem, eadem in mundo materia communis et forma. Rursus diversum animæ repræsentat hîc materiæ hujus extensio distinctioque formarum. Motum animæ similiter mundi motus: animæ quoque statum mundi status in motu. Cum enim mundi motus sic stare debeat, ut neque substantiam mutet, neque naturalem relinquat locum, merito revolvitur circa idem. Ita prorsus etiam dum movetur, minime discedit a statu, et revolutionem animæ repræsentat. Anima enim exordiens a bono simul atque intellectu, ad idem rursus per intellectum voluntatemque revolvitur, ac si ratione discurrat, ad easdem formas unde discur-

rere cœpit, per easdem denique redit. Genitalis quoque natura imaginatioque naturæ comes sic ex potentia in actum in se rerum motionumque generandarum semina promit, ut et ordinatissima perpetuaque successio fiat, et tandem ad eadem vel similia certis temporum curriculis redeatur. Hanc revolutionem tam facile saltem mundi revolutio sequitur, quam facile motio formatioque in spiritu nostro sequitur efficacem naturæ præpotentis instinctum, similisque imaginationis affectum. Hæc autem libri totius est summa.

*Cælum, dum movetur in circum, quantum potest, in qualibet sui parte fit totum, atque ita ubique totam assequitur animam. Manet autem per indivisibile centrum, sicut anima per intellectum atque substantiam.*

I. Tradit vero Plotinus in capite libri primo ex Platonis nostri sententia, cælum moveri per orbem, quoniam intelligentiam imitetur: proxime quidem intelligentiam cælestis animæ, altius insuper divinæ mentis intelligentiam. Hæc enim primus circuitus est tum a bono retortus in bonum per ipsam boni lucem, tum ex intellectu in eundem intellectum per formas proprias revolutus. Circuitus ergo et in anima fit virtute mentis, et in cælo mentis imitatione peragitur. Sed in mente quidem et quavis intelligentia momento fit æterno: in discursione vero animæ propria saltem particulari fit tempore: in cælo tandem non corpore tantum, sed loco etiam cogitur indigere, qualiscunque sit locus. Quæritur autem, quidnam edat ejusmodi motum? Non corpus ipsum cæli, corpus enim, qua ratione corpus, nihil agit: anima igitur motum ex se producit in corpus, neque tamen generis ejusdem est motus in anima simul et corpore. Nam et in corpore nostro spirituque per voluptatem quidem fit dilatatio, contractio per dolorem ad quendam animi motum, qui neque dilatatio, neque contractio in animo tanquam individuo esse potest. Est autem anima scilicet secunda, ex qua fit proxime motus, ita quasi continua corpori, ut ex ea et corpore animal unum, scilicet cælum, efficiatur. Ac dum ipsa quodam motu formali, id est, ab actu quodam formæ in alium formæ actum affectumque volvitur, iterumque revolvitur, interim cælum motu quasi locali aliter et aliter figuratur. Si ergo staret anima, staret et corpus: quamvis ad motum animæ corpus aliter moveatur. Jam vero corpus qua corpus est, quatenus per diversas dimensionis partes extenditur, id nactum est, ut per diversas quoque partes corporis perducatur. Haberet etiam, ut traheretur in rectum, atque ita forsan dissiparetur, nisi in figuram sphæricam fuisset ab anima intellectuali redactum: unde factum est ad circuitum natura propensum. Itaque corpus cæli cogita quasi spiritum ab expirante anima prosilire velut in rectum, dispersioni sic prorsus obnoxium, sed vicissim anima respirante protinus cohiberi: atque cum stante anima quiescere nequeat, in orbem circa animam, imo intra animam necessario retorqueri. Hujus ergo motum non omnino localem esse memento. Locum enim, quem nactum est ab initio, nunquam mutat: neque totum hinc illud aliquando transit, sed partibus quodammodo transeuntibus totum interea conquiescit. Motus ergo circularis cæli localis est per accidens, id est, secundum sui partes pertransit loci partes per accidens, id est, non ex proposito animæ principali. Quidnam est principale propositum animæ simul, et præcipuus corporis hujus instinctus? Motus certe in anima est transitus quidam de alio semper in aliud. Quum enim pars ejus inferior non sit adeo potens, ut sicut superior cuncta simul in se promat in actum, velit autem in actum sua omnia promere, successione perpetua facit, quod semel consequi nequit: quum vero terminatæ sint species actuum, omnes postremo consumat, sed cunctas adhuc similiter appetens, vicissim replicat omnes: idque quam celerrime peragit, ut ipsa resumendi celeritate videatur quasi nondum amisisse. Eadem ratione atque similitudine cælum configurationes omnes perpetua successione vicissitudineque commutat. In hoc itaque tum animæ tum cæli nixu præcipuum votum non est transire, sed semel quoad fieri possit actu cuncta complecti: ac si pertranseant quam primum transacta resumere, actumque cunctorum continuare. Est igitur animæ motio vitalis, sentiens, excogitans: sed ita simul, ut affectet omnes vivendi, sentiendi, cogitandi ictus, et formas simul habere, et absolute omnes animadvertere. Item similiter per totam se convivere, simul undique sua mutuo omnia persentire: simul quoque cognoscere: ut ubique totius sit vita, sensus, conscientia sui, non extra sed intra procedens. Similis huic fit motio cæli. Finge spatium quoddam æquale cælo, in quo rotetur, sive spatium hoc sit aliud præter cælum, sive potius id ipsa sit cæli natura: idque spatium sicut et cælum in centum divide portiones, a circumferentia scilicet ad medium productas in longum, lineis undique designatas ab amplo videlicet in angustum paulatim ordine desinentes. Hoc itaque tanquam fundamentum naturam [ed. pr. naturamve] suam cælum se toto, totum appetit possidere, se toto, inquam, id est, cunctis undique partibus suis unamquamque partem ejus attingere. Nequit autem contingere simul: id enim spatii protensio prohibet: properat itaque celeriter succedendo per omnes sui partes, mox partes ejus attingere singulas, ut totum ubique toto naturali spatio, imo tota sui natura pariter

perfruatur. Atque hoc est quasi communis et mutua ubique conspiratio vitæ, et quasi quædam intimi sensus cognitionisque communio. Jam vero et ita videtur animam, quæ per hoc ipsum spatium tota est simul ubique, pro viribus imitari, dum ipsum quoque quam celerrime ubique fit, totum totamque ubique sic assequitur animam, motu scilicet quodam animam quæ movetur: movetur, inquam, anima non solum formali intimoque, sicut dixi, motu: sed quodammodo etiam motione locali, quatenus ipsa non residet in angusto, sed per totum undique spatium se diffundit. Non enim posset corpus et extensum et mobile aliter vita formare, quam sui quadam diffusione motuque. Est enim vita corporis motio quædam: nam et corpus solidum vivit eatenus, quatenus per ipsum spiritus se diffundit et agit: et spiritus ipse vivit, quatenus per ipsum similiter anima se propagat. Quod igitur in animali sive particulari, sive mundano præcipuum est, id est, anima, connectit reliqua, id est, spiritum suum proxime, id est, cælum: connectit, inquam, tum sibimet animæ, tum sibi ipsi cælum: per cælum quoque velut spiritum connectit, similiter reliqua insuper elementa simul et mixta. Vult autem Plotinus circuitum igni ex providentia naturæ necessitate competere. Mens enim divina prævidens ignem fore corpus, et corpus, quia per substantiam in partes extenditur extra partes, ideo per actionem in momenta secundum prius atque posterius processurum, quod quidem est moveri, et id quidem ex prima corporis natura, recte moveri: et idcirco igneum corpus dissipabile fore cognoscens, merito, ut caveret interitum, primæ corporis naturæ, id est, dimensioni naturaliter mobili, mox quasi secundam adjunxit naturam, id est, sphæricam dimensionis figuram. Tota igitur igni natura a providentia tributa est per primam, si quando extra naturalem locum fuerit constitutus, recto velut breviori tramite sedem propriam repetit per secundam simul et primam: postquam in sedem propriam se recepit, libentissime conquiescit. Cum vero dum in loco proprio permanet, permaneat etiam in natura, quæ quidem est moveri, merito illic quiescit in motu. Quod sane nihil est aliud, quam circa idem centrum ambitumque revolvi, conferente videlicet ad hoc tum hac ipsa natura, quæ est moveri, et in loco proprio in motu quiescere: tum etiam circulari figura. Ad idem præterea confert ipsa necessitas naturam et providentiam sequens: nempe quum ibi quoque moveri appetat naturaliter, vel etiam si forte velit in rectum ex natura videlicet prima, neque tamen possit in rectum, per eadem necessitate relabitur. In rectum, inquam, non posse, neque enim datur ejusmodi spatium infinitum. Nam in ejusmodi spatio in rectum sparso per partes extra partes naturalis paulatim spatii virtus debilitata per immensum vigere non potest. Neque putandum est, per certum quoddam spatium in longum recte productum corpus cæleste vices hinc inde repetere. Oppositi enim motus illi inter se forent, ideoque inter illos undique media quies interveniret. Primus itaque motus non uniformis perpetuusque foret, sed difformis statim et interruptus. Ignis ergo cælestis in loco proprio positus perfecto semper perpetuoque orbe rotatur: præsertim quoniam moveri huic in loco non est aliud, quam in se ipso moveri. Partes enim universi corporis in alio præter se ipsas loco sunt. Universum vero corpus præcipue per extimum ejus ambitum locus est universus: quemadmodum singuli quidem motus in temporibus certis aguntur: primus autem universusque motus, idem ferme est atque tempus: sicut et status primus æternitas. Proinde quod in hoc orbe perfecto continuoque et perfecte moto per orbem aliquid ipsius maneat, inde patet, quia neque quicquam rectæ motionis habet, neque totum ipsum alicunde mutat locum. Item non posse aliquam hujus orbicularis et solidæ dimensionis partem, quæ dimensionem habeat, permanere, dum tota movetur, constat ex eo, quod motu non frangitur, sed ubique permanet integra simul atque continua. Hoc ipsum ergo, quod manet in orbe, dum agitatur, est individuum: et id quidem orbis est medium. Nam quum medium versus crescat tarditas paulatim, constat ipsum medium penitus conquiescere. Ac si fingas dimensionem aliquam in medio positam esse centrum: certe hæc, quum comprehendatur, sphærice figurabitur. Tum vero quæram: utrum sphærula hæc tota maneat nec ne? Si totam dixeris permanere, universus jam fractus est orbis: sin per circumferentiam quidem volvi, per centrum vero quiescere, de centro rursus interrogabo. Si divisibile dixeris, redibit quæstio prior: atque infinite cogeris errare, neque medium invenies unquam: sin individuum confiteberis, fatearis oportet, solum indivisibile aliquid in sphæra continua quietem agere. Idque non tam signum esse aliquod atque punctum, quam ipsum sphæræ cor animæque virtutem, aut ipsam potius animam. Quum vero ad hoc individuum, quasi vivificum fundamentum totius orbis naturali desiderio properet, neque ad individuum cogi velit, ne naturalem perdat figuram, merito circumvolvitur. Sic enim per omne punctum lineamque in sphæra signatam tota sphæra se inserit paulatim, ut sic saltem quasi videatur individua fieri, et tota ubique sicut et anima, atque undique tota totam animam contueri. Jam vero non negabis, ut arbitror, totum hoc vivere, dum considerabis in hujus alvo, hujusque virtute minima quæque vivere. Si autem totum vivit, vivit maxime cælum, quod pars

totius maxima est, et totum. Quod si cælum vitæ divinioris dixeris instrumentum ad viventia generanda, confiteberis adhuc naturale hoc et proximum vitæ divinioris quasi genitale, ut ita dixerim, instrumentum, vita jam propria vivere, cujus fomento, et [*et* abest ab ed. pr.] in cujus utero in vitam omnia coalescunt. Siquidem non aliter, quam per hoc jam factum inde vivum, in reliqua beneficium vivendi traducitur. Vita hæc cælo propria, est ipsa cæli et universi natura, per quam cæli motus velut primus et naturalium motionum ductor, est maxime naturalis et intimus, voluntariusque quam maxime, ut tam libenter cælum ita moveri velit, quam studiose vel vita superior, vel propria cæli vita cum superiore consentiens movere decernit. Hinc fit, ut motio hæc facillima sit atque perpetua: tum quia in sphæra ejusque motu quodcunque signaveris quasi finem, erit similiter ut principium: tum quia virtus actusque movendi in anima est ipsamet naturalis animæ vita. Hac itaque vita, hac anima quæ ubique tota est, et, quasi moveatur, reddit totam se ubique præsentem, sicut in momento lumen: cælum quoque utcunque potest revolutione duntaxat ubique fit totum, perque motum fruitur anima mobili, neque assequuturum est, quam sequitur, animam, aliquando aliter, quam momento quolibet assequatur. Itaque ad animam, imo etiam intra animam suo quodam pacto perpetuo revolutam, cælum suo quoque modo sempiterne convolvitur. Sic et totus orbis per quaslibet sui partes quibuslibet fruitur sui spatii naturæque partibus, et quælibet sphæra minor per totum undique convexum toto superioris concavo assidue fruitur, dum revolutione perpetua cunctas sui partes ad partes amplioris singulas adhibet: idque semper agit amore. Sic et ampliores orbes per omnes sui plagas quaslibet inferiorum plagas aspiciunt atque fovent. Sic tandem variatis superne motu figuris, apud nos variantur et formæ, multiplicanturque singula, et per similes revolutionum reditus similibus apud nos redeuntibus cunctæ rerum species conservantur.

*Anima rationalis libero motu movetur, irrationalis sequitur universum. Item in universo circumferentia desiderat centrum, eoque fruitur per circuitum. Item ex circuitu animæ mentisque circa Deum provenit in cælo circuitus.*

II. In secundo capite quæstiones circa superiora movet et solvit. In prima quæstione notabis, cælum quidem per omnia esse diffusum, corporaque omnia vel proprias cæli partes esse, vel partibus ejus annexa, ideoque cæli tractu moveri. In quæstione secunda considerabis, omnem rationalem animam existere aliquid in se totum, nec esse universæ animæ partem: quod quidem præcipue patet ex tribus. Primo, quia nulla pars toti continua motu proprio reflectitur in se ipsam: nulla rursus toti æquare se potest: nulla denique toti repugnat. Anima vero rationalis in se ipsam sui ipsius animadversione convertitur: ordinem universi metitur, ipsumque transcendit ad causam universi procedens: se ipsam aliter sæpe ducit, quam trahat natura totius, sive surgat in melius, sive labatur in pejus. Quod autem apud nos est, sive corpus, sive vita propria corporis, pars quædam est mundani corporis mundanæque vitæ: ideoque plurimum tractum sequitur universi. In tertia quæstione tractatur, mundi corpus idcirco perpetuo pervagari, ut pro viribus ubique sit totum, sicut ubique tota simul est anima, et ubique similiter anima perfruatur. Hinc conclusiones quædam in medium adducuntur: Prima ejusmodi: Quum potestas animæ scilicet vitalis in centro mundi velut in animalis corde maxime vigeat, atque inde per totum undique se diffundat, merito corpus hoc mundanum vitæ cupidum circa medium sese versat: ad idem videlicet ab anima ductum. Sic enim ad quaslibet lineas a circumferentia deductas ad centrum sese totum conferens, per easdem centrum undique videtur attingere. Neque vero injuria a centro fit tum molis extensio, tum propagatio vitæ. Hoc enim est necessario primum, quoniam individuum est ac prorsus immobile. Unumquodque vero prius in se hoc ipsum, quod est, cogitatur esse, quam extendatur: atque quod est individuum atque stabile, dividua omnia mobiliaque præcedit. Secunda conclusio: Sicut in corpore mundi medium est, a quo cætera pendent, sic in anima medium est intellectualis ipsa substantia: a qua tum reliqua virtus omnis, tum vita secunda procedit. Atque sicut in anima, quod reliquum est, circa præcipuum ejus velut medium retorquetur, sic tota machina circa centrum. Ubi notabis, ipsam cæli substantiam non minus, imo magis in centro ac penes ipsum, quam in circumferentia esse ponendam. Conclusio tertia: Sicut corpus circa animam, sic anima volvitur circa Deum: volvitur, inquam, tum perpetuo quodam naturalique instinctu, quamvis nobis occulto, tum meditationis studio et amore, tum vero, etsi non assidue quælibet anima permanet penes Deum, quælibet tamen certo circuitu quandoque redit ad Deum. Item si qua non possit unico vel intuitu contueri, vel tactu tangere Deum, saltem intuitu tactuque multiplici vicissim se versat in Deum. Post hæc quæritur: Utrum idem rationales animæ omnes efficiant? Respondet statim, Omnes semper efficere: omnes enim perpetuo quodam intelligentiæ actu, quamvis nobis occulto, divina mente Deoque fruuntur. Omnes rationali quadam discursione idem vel agunt, vel agere moliuntur. Hic autem anim-

advertes omnem actum ab alio termino in alium procedentem, etiam si fiat subito ac sine medio, motum posse vocari: sic intelligentiam ex mente divina procedentem in ipsum Deum, motum et circuitum quodammodo nominabis. Actum vero ab alio in aliud subito quidem, sed per medium procedentem, motum nomine magis proprio poteris appellare: hoc, inquam, motu intellectus animæ per divinum intellectum quasi medium vertitur circa Deum. Actum denique ab alio in aliud tum per medium tum tempore transeuntem, nomine maxime proprio motum rite vocabis. Hoc rationalis natura circuitu, tum in se volvitur circa formas, tum ex se ad intellectum suum, perque divinum se vertit ad Deum. Quæritur deinde, Utrum corpora nostra sic ad revolutionem animæ nostræ, sicut mundi corpus ad animæ suæ ambitum, revolvantur? Respondetur: Corpus quidem solidum et compositum id minime facere, quia potius moveatur in rectum, tum quoniam, quæ in eo sunt, extra locum sunt posita naturalem: tum quoniam ob indigentiam trahitur ad externa. Corpus vero cæleste, quod est in nobis occultum, orbicularem sui figuram ad figuram terreni corporis, cui insinuatum est, ab initio redegisse, quum hinc exierit eam subito recepturum: interea vero orbicularem motum quodammodo impediri posse: quin etiam tentari pro viribus atque agi, quatenus fert corporis terreni figura: At quum primum anima terrenum exit corpus, quolibet animæ nutu corpus illud agillimum similiter agitari. Est etiam quasi quidam animæ oculus, sed facilius animæ nutu rotatur, quam oculus noster visualis virtutis aspectu. Subdit, Deum cunctis inesse velut centrum suaque velut esca mentes et animas ad se prorsus allicere: atque has quidem non tam notitia, quam affectu se vertere circa Deum, eodemque affectu pro viribus ad idem convertere corpus. Non enim notitia, sed affectus est movendi principium. Illa enim quasi imaginaria, hic autem substantialis potius esse videtur: illa rursus in se potius requiescit, hic vero transfertur ad aliud. Inter hæc si de motu stellarum quæsiveris, Plotinus cum Platone respondet: eas non tantum a sphæra moveri, verum etiam proprio circa suum centrum motu versari. Quoniam, quæ quasi sejunctæ propriam substantiam vitamque possident, motum quoque proprium habeant. Moveri quidem stellæ globum ad animæ motum: ita, ut, quemadmodum anima circuit circa Deum, sic et globus circa suam animam revolvatur. Ubi dicit, animam Deo fruentem gaudio protinus exultare, significat globum ibi cælestem non tam animæ cupiditate, quam gaudio volui: sicut et animi nostri gaudio spiritus dilatantur, membraque gestiunt. Quod autem dicit, circuitum ibi fieri non consilio, sed necessitate naturæ, intellige tum ipsum bonum necessario quodam tractu rapere animas intuentes: quoniam ipsum bonum, quod omne bonum est, in quo omnis volendi ratio continetur, nolle non possit: tum quoniam animæ id intuentes, non consultent deinde, utrum eligant nec ne, et utrum sic corpus aliterve moveant, sed primo subitoque instinctu appetant, gaudeantque, et moveantur, et moveant? præsertim quoniam in qualibet mente, idem est esse naturale suum atque intelligere: idem ferme intelligere, quod et velle. Similiter in vegetali natura, quæ ibi mentem sequitur, idem est vivere, vivificare, movere. Triaque hæc tria illa necessario comitantur.

*Quod vires sunt in anima mundi, et quomodo ad orbem superiorum inferiores orbes moventur, atque ad circuitum infime cælum denique circuit.*

III. Tertium libri caput hunc in modum superiora confirmat: Anima prima in mundo tanquam animali suo regnans, vitalem quidem virtutem a centro velut corde per totum propagare videtur, sensualem vero motricemque a sphæris superioribus, velut a capite inchoans, cæteris inde communicare, rationem exercere in se, mentem in mente divina. Quod quidem mysterium ab Orpheo videtur acceptum. Jam vero quemadmodum sphæram videmus superiorem continere inferiorem atque movere: sic animæ mundanæ substantia vitam corpori suo communicatam complectitur atque circumducit. Similiter vires in ipsa substantia vires in hac vita convolvunt. Est in ipsa substantia intellectus, ratio, imaginatio prima, quæ sensus primus est et communis et omnis: quæ rationi conjuncta sæpe nominatur opinio: sicut et ratio imaginationi conjuncta vicissim opinio nuncupatur. Hæc ratio, hæc imaginatio suapte natura tales sunt, ut officia sua discurrendo tempore transigant, nisi mente corroboratæ regantur: suos tamen, quamvis momento, circuitus agunt, sicut et radius visualis, et quilibet momento ferme eodem foras emicat atque reflectitur. Ab hac igitur animæ mundanæ substantia, quæ natura sua dignitate naturæ separata est a corpore, non aliter mundanum corpus alitur atque nutritur, quam per vitam (ut diximus) inde corpori prorsus addictam: quæ quidem vita a superiori substantia, quantum substantia est, habet ut alat, moveatque alendo: quantum vero illa substantia est cognoscens, habet rursus ut imaginando cognoscat. In hac itaque vita officium geniture ita cum imaginatione concurrit, ut sese mutuo moveant. Sicut ad genituram parata est, sic prorsus imaginatur: sicut vicissim imaginatur, ita fit promptior ad gignendum. In nobis quidem virtus ejusmodi neque paret superiori virtuti nostræ, eamque

latet agendo, siquidem non tam inde, quam a mundi natura, dependet: tum quia, cum anima nostra primum descendit in corpus, corpus jam alia vita vivit: tum quia hæc vita corporis, etiamsi ab anima nostra dependeat, quum tamen evadat propria corpori, corpus vero nostrum sit pars corporis universi, merito et ipsa vitam sequitur universi. At vero in mundi vita et natura comitatur imaginationem sibi conjunctam, atque vicissim, et vita hæc cum virtute simul utraque ex animæ substantia prodit, et micat ex animæ viribus, atque inde movetur. Sed quoniam vita hæc singula genitura est, imaginatur et singula: atque ut ipsum universi ordinem rite queat imaginari, ducitur ab imaginatione priori rationaliter singula cogitante, utpote quæ proxime sit rationi conjuncta. Ratio vero universa vicissim contuetur et singula: intellectus denique in universis singula comprehendit. Quam ob rem cæli motus in orbem sequitur suæ vitæ motum, quatenus ejusmodi vita a superiori virtute substantiaque velut orbe comprehenditur et retorquetur in orbem. Siquidem in qualibet sphæra corporea, quæcunque pars toti continua movetur, secum trahit et totam, dum partes quidem anteriores motu propellit, et posteriores interea trahit. Itaque et sphæra nimirum superior motu suo vibrat inferiorem. Denique sicut dum animus noster lætatur, suoque modo movetur opinione boni subito, corpus præsertim, spiritus suo etiam modo, quamvis alio scilicet locali movetur, sic et genitalis in mundo vita per imaginationem suam ab imaginatione rectam superiore bono fruens, atque gestiens, et exultans corpus subito suum concitat, ducitque tripudio. Imaginatio quoque superior tum a ratione directa in bonum, tum ipsa bono jam reperto congratulans exultatione movetur: quumque circa bonum se versare desideret, ipsumque bonum sit ubique, nimirum choream agit ubique. Similiter agit et ratio ad bonum intellectu directa: similiter intellectus bono proxime concitus. Sed quoniam bono proximus est, neque dum agit ad ipsum formali quopiam indiget medio, multoque minus medio temporali, idcirco dum movetur, id est, agit circa bonum, dicitur et patitur conquiescere. In quo certe primus esse status existimatur, per quem consistit in primo: et idcirco quæcunque dum moventur, stare simul dicuntur in motu, quod est orbe moveri, id muneris ab intellectu nacta censentur. Sed argumentum jam hac animadversione conclude, ut memineris substantiam et virtutem animæ superiorem, si eum inferiore vita virtuteque comparetur, tum centrum, tum circumferentiam judicari. Centrum quidem quantum superior hæc stabilior est, atque simplicior ab hac reliqua prodit, ad hanc appetitu revertitur. Circumferentia vero quantum superior procul dubio multis inferiorem gradibus virtutis excedit. Quo quidem virtutis excessu, velut ambitu quopiam ampliore, inferiorem illam, velut angustiorem supereminet, et complectitur atque conservat, et ducit pariter atque reducit.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ Β.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER II.

## ΠΕΡΙ ΚΙΝΗΣΕΩΣ ΟΥΡΑΝΟΥ,

### De motu cæli.

107 ΔΙΑ τί κύκλῳ κινεῖται; ὅτι νοῦν μιμεῖται. καὶ τίνος ἡ κίνησις; ψυχῆς ἢ σώματος; τί οὖν; ὅτι ψυχὴ ἐν αὐτῇ ἐστι καὶ πρὸς αὐτὴν ἀεὶ σπεύδει ἰέναι; ἢ ἔστιν ἐν αὐτῇ οὐ συνεχεῖ οὖσα, ἢ φερομένη
B συμφέρει; ἀλλ' ἔδει συμφέρουσαν μηκέτι φέρειν, ἀλλ' ἐνηνοχέναι, τουτέστι, στῆναι μᾶλλον ποιῆσαι, καὶ μὴ ἀεὶ κύκλῳ· ἢ καὶ αὐτὴ στήσεται, ἢ εἰ κινεῖται, οὔτι γε τοπικῶς. Πῶς οὖν τοπικῶς κινεῖ,

9. Διὰ τί δὲ κύκλῳ κ.] Jo. Philopon. in Aristot. Meteorolog. p. 78. b. Sed δὲ fortasse de suo adjecit.

11. ἀεὶ σπεύδει] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. Vat. habent ἢ; sed Vat. in m. ἀεί.

ib. συνεχεῖ] Ita vult Ed., neque vero, ut expressum est, συνχεῖ. Sed illud habent nonnisi Codd. Leid. Marc. A.B. (a pr. m.) C. Mon. C. Par. A. Vat. (a pr. m.). Sed cum marg. Ed habent συνεχὴς Codd. Darm. Marc. B. (a sec. m.) Med. A. Vat. (in marg.). Cod. Ciz. habet συνέχεια, Cod. Med. B. συνεχῆ.

14. ἢ εἰ] In Cod. Med. B. omissum est εἰ.

ib. οὔτι γε] Cod. Leid. οὔτοιγε.

ib. Πῶς οὖν] Cod. Ciz. πῶς ἄνω. Mox idem ἄλλως pro ἄλλον.

I. *Motus cæli fit ab anima intellectuali, et fit in circulum, tum quia et anima et intellectus circuitum quendam in se ipsis faciunt: tum quia ad circuitum confert circularis figura cæli.*

QUARE cælum movetur circulo? quia mentem imitatur. Sed cujusnam est ille motus? animæne an corporis? Quid ergo? num quoniam anima in sphæra est, atque hæc circa ipsam procedere properat? Item nunquid est in ea quasi non continua, an potius ita, ut ipsa mota commoveat? At forsitan oportebat animam commoventem haud ultra movere, sed jam movisse. Id autem est efficere potius, ut permaneat, neque agitare semper in gyrum. Forte enim et ipsa stabit, aut, si moveatur, non tamen loco mutabitur. Quo igitur modo movet loco, quum ipsa

αὐτὴ ἄλλον τρόπον κινουμένη; ἢ ἴσως οὐδὲ τοπική, ἡ κύκλῳ. Ἀλλ' 107
εἰ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς, ποία οὖν τις; εἰς αὐτὴν συναισθητικὴ καὶ
συννοητικὴ καὶ ζωτικὴ, καὶ οὐδαμοῦ ἔξω, οὐδ' ἄλλοθι, καὶ τὸ πάντα
δεῖν περιλαμβάνειν. Τοῦ γὰρ ζώου τὸ κύριον περιληπτικὸν καὶ ποι- C
οῦν ἕν· οὐ περιλήψεται δὲ ζωτικῶς, ἢ τοπικῶς, εἰ μένοι· οὐδὲ σώσει
τὰ ἔνδον, σῶμα ἔχον· καὶ γὰρ σώματος ζωὴ κίνησις. Εἰ οὖν καὶ
τοπικὴ, ὡς δυνήσεται κινήσεται· καὶ οὐχ ὡς ψυχὴ μόνον, ἀλλ' ὡς
σῶμα ἔμψυχον, καὶ ὡς ζῶον, ὥστε εἶναι μικτὴν ἐκ σωματικῆς καὶ
ψυχικῆς, τοῦ μὲν σώματος εὐθὺ φερομένου φύσει, τῆς δὲ ψυχῆς 108
κατεχούσης· ἐκ δ' ἀμφοῖν γενομένου, φερομένου τε καὶ μένοντος.
Εἰ δὲ σώματος ἡ κύκλῳ λέγοιτο, πῶς, παντὸς εὐθυποροῦντος καὶ τοῦ
πυρός; ἢ εὐθυπορεῖ, ἕως ἂν ἥκοι εἰς τὸ, οὗ τέτακται. Ὡς γὰρ ἂν
ταχθῇ, οὕτω δοκεῖ καὶ ἑστάναι κατὰ φύσιν, καὶ φέρεσθαι, εἰς ὃ
ἐτάχθη. Διὰ τί οὖν οὐ μένει ἐλθόν; ἆρα ὅτι ἡ φύσις τῷ πυρὶ ἐν B
κινήσει; εἰ οὖν μὴ κύκλῳ, σκεδασθήσεται ἐπ' εὐθὺ, δεῖ ἄρα κύκλῳ;
Ἀλλὰ τοῦτο, προνοίας; ἀλλ' ἐν αὐτῷ, παρὰ τῆς προνοίας· ὥστε εἰ
ἐκεῖ γένοιτο, κύκλῳ κινεῖσθαι ἐξ αὑτοῦ· ἢ ἐφιέμενον τοῦ εὐθέως, οὐχ

1. κινουμένη] Codd. Ciz. Leid. συγκρινουμένη. Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. συγκινουμένη. Sed Vat. in m. ut Ed.
ib. Ἀλλ' εἰ] Ed. ἤ. Sed εἰ, cum marg. Ed., Codd. ad unum omnes.
2. εἰς αὐτὴν] Codd. Marc. A.C. εἰς αὐτήν. Hoc posterius accepi.
ib. καὶ συννοητικὴ] Cod. Vat. omittit καὶ, in m. add.
3. καὶ τὸ πάντα] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. omittunt τό.
4. κύριον] Cod. Ciz. αὔριον.
5. ζωτικῶς, ἢ τοπικῶς] In Cod. Darm. Med. A. (in m. add.) Par. A. abest ζωτικῶς ἤ, in Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. B. Vat. deest ἢ τοπικῶς, sed Vat. habet in marg. Sed Marsilius non expressit.
5. σώσει] Cod. Marc. A. σώσοι.
8. μικτὴν] Ed. et solus Cod. Par. A. μικτόν. Reliqui omnes μικτήν.
ib. καὶ ψυχικῆς] Desunt hæc verba in Cod. Leid.
9. φύσει] Codd. Mon. A. Vat. φύσα, Vat. in m. φύσει.
11. Εἰ δὲ] Codd. Mon. A. Med. B. Vat. ἡ δέ. Vat. in m. εἰ.
ib. λέγοιτο] Vat. λείποιτο, in m. λέγοιτο.
12. ἥκοι εἰς τὸ οὗ] Codd. Ciz. Marc. C. Med. B. ἥκῃ. Mon. A. ἥκει. Cod. Ciz. omittit εἰς τό.
14. ἡ φύσις] Abest ἡ a Cod. Marc. A.
15. κινήσει] Cod. Mon. C. κινήσῃ.
16. ἀλλ'—τῆς προνοίας] Desunt hæc in Codd. Mon. A. et Vat. In Cod. Marc. A. est ἐν αὐτᾷ, atque ita correxi pro αὐτῷ, quod est in edit.
17. ἐξ αὑτοῦ] Cod. Marc. B. ἐξ αὐτοῦ. In edit. erat ἐξ αὐτοῦ.
ib. εὐθέως] Codd. Marc. A.B. (a pr. m.) C. Mon. C. Par. A. εὐθέος.

modo quodam alio moveatur? Forsitan circularis motus non videatur alicui esse localis. Quod si secundum accidens sit motus ejusmodi, qualisnam igitur per se est hic motus? Profecto conspiratio quædam in se ipsam consentiens, suorumque conscia atque vitalis, nec extra ullo modo vel usquam nec alio vergens, in qua oportet cuncta comprehendi. Quod enim in animali principale est, comprehendit in se cuncta, et conflat in unum. Non complectetur autem vitaliter, si quiescat: neque quum habeat corpus interiora servabit, etenim vita corporis est motio quædam. Quod si motus ejusmodi etiam sit localis, utcunque poterit agitabitur. Neque tanquam anima solum, sed tanquam corpus animatum atque vivens, adeo ut agitatio talis ex motione corporea simul et animali sit mixta: quippe quum corpus quidem suapte natura feratur in rectum, anima vero contineat, atque ita ex utrisque conficiatur motio quædam, in qua ferri simul sit atque manere. Si autem circuitus motio corporis esse dicatur, quonam modo rite dicetur, quum omne corpus vel ipse ignis recta motione feratur? Forte vero dicendum est, via recta procedere, donec eo perveniat, ubi esse est naturaliter institutum. Ut enim ordine institutum est, ita videtur et manere secundum naturam, et ferri in quod est ordinatum. Curnam igitur non quiescit ignis, postquam fuerit sedem propriam consequutus? Nunquid, quoniam ipsa natura ignis est in motu versari? Itaque nisi volvatur, nimirum distractus in rectum protinus dissipabitur:

108 ἔχον οὐκέτι τόπον, ὥσπερ περιολισθάνον ἀνακάμπτει ἐν οἷς τόποις
C δύναται· οὐ γὰρ ἔχει τόπον μεθ᾽ ἑαυτὸ, οὗτος γὰρ ἔσχατος. Θεῖ οὖν
ἐν ᾧ ἔχει, καὶ αὐτὸς αὑτοῦ τόπος, οὐχ ἵνα μένῃ γεγενημένος, ἀλλ᾽
ἵνα φέρηται. καὶ κύκλου δὲ τὸ μὲν κέντρον μένει κατὰ φύσιν, ἡ δὲ
ἔξωθεν περιφέρεια εἰ μένοι, κέντρον ἔσται μέγα· μᾶλλον οὖν ἔσται
περὶ τὸ κέντρον, καὶ ζῶντι, καὶ κατὰ φύσιν δὲ ἔχοντι σώματι· οὕτω
γὰρ συννεύσει πρὸς τὸ κέντρον, οὐ τῇ συνιζήσει· ἀπολεῖ γὰρ τὸν
D κύκλον· ἀλλ᾽ ἐπεὶ τοῦτο οὐ δύναται τῇ περιδινήσει· οὕτω γὰρ μόνως
ἀποπληρώσει τὴν ἔφεσιν· εἰ ψυχὴ δὲ περιάγοι, οὐ καμεῖται· οὐ γὰρ
ἕλκει, οὐδὲ παρὰ φύσιν· ἡ γὰρ φύσις τὸ ὑπὸ ψυχῆς τῆς πάσης
ταχθὲν, ἔτι πανταχοῦ οὖσα ἡ ψυχὴ ὅλη. Καὶ οὐ διειλημμένη ἡ τοῦ
παντὸς κατὰ μέρος δίδωσι καὶ τῷ οὐρανῷ, ὡς δύναται, πανταχοῦ
εἶναι· δύναται δὲ τῷ πάντα μετιέναι καὶ ἐπιπορεύεσθαι. Ἔστη μὲν
E γὰρ, εἴ που ἑστῶσα ἦν ἡ ψυχὴ, ἐλθὸν ἐκεῖ· νῦν δὲ, ἐπειδὴ πᾶσά
ἐστιν αὐτῆς, παντὸς ἐφίεται· τί οὖν οὐδέποτε τεύξεται; ἢ οὕτως ἀεὶ

1. ἀνακάμπτει] Edit. ἀνακάμπτῃ, sed omnes, præter Cod. Par. A., habent ἀνακάμπτει; sed Vat. in m. ῃ.
2. ἔσχατος] Omissum in Cod. Mon. A.
3. αὑτοῦ τόπος] Codd. Marc. A.C. Med. A.B. Vat. αὐτοῦ τόπος.
ib. μένῃ γεγενημένος] Ita, pro μένοι γενημένος, scribendum fuit ex Codd. Marc. A. C. Mon. A.C. Vat. Scribitur etiam μένῃ in Codd. Ciz. Med. A.B. Par. et γεγενημένος in Cod. Marc. B. Codex autem Ciz. habet γεγεννημένος.
4. ἡ δὲ ἔξωθεν] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. habent εἰ δὲ, sed Vat. in m. ἡ δέ.
5. περιφέρεια] Cod. Vat. syllabæ ει superscriptum habet οι: tum ἀεὶ pro εἰ, quod in m. restitutum est. Legitur etiam ἀεὶ in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C.
ib. μένοι] Codd. Marc. C. Vat. μένει.
ib. οὖν ἔσται] Cod. Ciz. οὖν μὲν ἔσται.
7. οὐ τῇ] Cod. Mon. C. οὔ τῇ.
ib. ἀπολεῖ] Ita cum Fic. omnes Codd., præter Marc. C.; in Ed. est ἀπειλεῖ.
8. ἐπεὶ τοῦτο] Cod. Leid. ἐπὶ τοῦτο.
ib. γὰρ μόνως] Cod. Vat. μόνος.
9. ἔφεσιν] Codd. omnes, excepto Ciz., cum Fic. faciunt, qui legit ἔφεσιν. In Ed. est ἄφεσιν.
ib. εἰ ψυχὴ δὲ περιάγοι] εἰ pro ἡ Editionis cum marg. Ed. habent Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. Vat. (in marg.). Item cum marg. περιάγοι habent Codd. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. A. C. Vat. pro περιάγει, quod edit. habet.
ib. οὐ καμεῖται] Ita, pro vitioso οὐκ ἀμεῖται, scripsi ex Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Par. A. Vat.
10. τῆς πάσης] Editio ἁπάσης, sed Codd., præter Ciz. Par. A., omnes τῆς πάσης. Cod. Vat. ex corr. habet τῆς ἁπάσης. Illos secuti sumus.
11. ταχθὲν] Cod. Ciz. τεχθέν.
ib. διειλημμένη] Ita, pro διειλημένη, scribendum fuit ex Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B.
13. τῷ πάντα] Cod. Ciz. τὸ πάντα.
ib. Ἔστη μὲν] Cod. Marc. A. ἔστι μέν.
14. πᾶσα] Edit. habet ταῦτα: sed cum marg. Ed. omnes libri, præter Marc. C., habent πᾶσα.
15. ἢ οὕτως] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. οὕτω.

restat igitur, ut agitetur in orbem? At vero id jam est providentiæ munus? Esto id quidem: nam et ipse ignis in se ipso est ab ipsa providentia positus? Quapropter, si ibi fiat, ex se circulariter revolvetur: aut forsan, si rectum cupit motum, ubi non habeat ultra locum ad quem feratur, necessario quasi circumlabens, quibus in locis potest, jam revolvitur. Nullus enim huic ultra se ipsum patet locus. Hic namque est locus extremus. Itaque circumcurrit ea in sede quam possidet: imo ipse sui ipsius est locus sic naturaliter institutus, non quidem ut maneat, sed feratur. Proinde in circulo centrum quidem natura quiescit: exterior vero circumferentia si quiescat, centrum erit ingens. Potius igitur aderit circa centrum, corpori videlicet viventi, atque naturaliter se habenti. Sic enim ad ipsum medium nutu continuo conspirabit, non videlicet considendo, alioquin orbem perderet, sed quando id non valet, saltem circumvagando. Hac enim ratione duntaxat appetitum prorsus explebit. Quod si anima circumvolvat, nunquam defatigatur: neque enim vel ipsa trahit, vel corpus præter naturam agitur. Id namque ipsum natura est, quod ab anima universi est ordinatum. Præterea mundi anima ubique existens non divisa per partes, sed ubique tota, dat et cælo, ut et ipsum, quoad potest, sit ubique. Potest autem duntaxat ex eo, quod pertranseat progrediaturque per omnia. Quiesceret sane ipsum, sicubi quiesceret anima, quum tandem ad animam pervenisset. Nunc vero, quum anima ipsa, quam appetit, totam se per totum fundat, nimirum ipsum quoque passim sequitur animam. Quid igitur, an nunquam animam assequetur? Forsan vero sic eam semper assequitur, imo ipsa potius

τυγχάνει, μᾶλλον δὲ αὐτὴ πρὸς αὐτὴν ἄγουσα ἀεί, ἐν τῷ ἀεὶ ἄγειν, 108
ἀεὶ κινεῖ, καὶ οὐκ ἀλλαχοῦ κινοῦσα, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν ἐν τῷ αὐτῷ,
οὐκ ἐπ' εὐθὺ, ἀλλὰ κύκλῳ ἄγουσα, δίδωσιν αὐτῷ, οὗ ἂν ἥκῃ, ἐκεῖ
ἔχειν αὐτήν. Εἰ δὲ μένοι ὡς ἐκεῖ οὔσης μόνον, οὗ ἕκαστον μένει,
στήσεται· εἰ οὖν μὴ ἐκεῖ μόνον ὁπουοῦν, πανταχοῦ οἰσθήσεται καὶ F
οὐκ ἔξω· κύκλῳ ἄρα.

Τὰ οὖν ἄλλα, πῶς; ἢ οὐχ ὅλον ἕκαστον· μέρος δὲ καὶ κατεχόμε-
νον μερικῷ τόπῳ· ἐκεῖνο δὲ ὅλον, καὶ οἷον τόπος, καὶ οὐδὲν κωλύει·
αὐτὸ γὰρ τὸ πᾶν. Πῶς οὖν ἄνθρωποι; ἢ ὅσον παρὰ τοῦ παντὸς
μέρος· ὅσον δὲ αὐτοὶ, οἰκεῖον ὅλον· εἰ οὖν πανταχοῦ, οὗ ἂν ᾖ, ἔχει G
αὐτὴν, τί δεῖ περιϊέναι; ἢ ὅτι μὴ μόνον ἐκεῖ· εἰ δὲ ἡ δύναμις αὐτῆς 109
περὶ τὸ μέσον, καὶ ταύτῃ ἂν κύκλῳ· μέσον δὲ οὐχ ὡσαύτως σώμα-
τος, καὶ φύσεως ψυχῆς ληπτέον· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν μέσον, ἀφ' οὗ ἡ
ἄλλη, τοπικῶς δὲ, σώματος· ἀνάλογον οὖν δεῖ τὸ μέσον· ὡς γὰρ
ἐκεῖ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα μέσον δεῖ εἶναι, ὃ μόνως ἐστὶ μέσον σώματος

1. *πρὸς αὐτὴν*] Codd. Marc. C. Med. A. Vat. *αὐτήν*.
ib. *ἄγειν, ἀεὶ κινεῖν*] Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.C. Mon. C. *ἀεὶ ἄγειν ἀεὶ κινεῖ*. Legitur etiam *κινεῖ* in Codd. Mon. A. Par. A. et *ἀεὶ ἄγειν ἀεὶ κινεῖν* in Cod. Marc. B. In Cod. Vat. est *ἄγειν ἀεί. ἀεὶ κινεῖ*, in m. *ἀεὶ κινεῖν*.
2. *αὐτὴν ἐν*] Cod. Marc. C. *αὐτὴν ἐν*.
3. *ἂν ἥκῃ*] Edit. *ἐὰν ἥκοι* Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. *ἄν*. Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Mon. A. Par. A. Vat. *ἥκῃ*. Sed Vat. in m. ut Ed.
4. *μένοι ὡς*] Codd. Marc. C. Med. B. *μένει*, sed posterior supra lineam habet *οι*.
ib. *οὔσης μόνον*] Cod. Marc. C. *οὔσης μέσον*.
5. *οἰσθήσεται*] Ita, pro *εἰσθήσεται*, scribendum fuit ex Codd. omnibus cum marg. Ed. In Cod. Vat. a pr. m. est *ἠσθήσεται*, in m. *οἰσθ.*
6. *κύκλῳ ἄρα*] Cod. Marc. C. *κύκλου ἄρα*.
7. *δὲ καὶ*] Abest *καὶ* a Cod. Marc. A.
8. *δὲ ὅλον*] Cod. Mon. A. *δὲ ὅσον*.
ib. *οἷον τόπος*] Codd. Marc. A.C. Mon. C. *οἷος τόπος*.
10. *δὲ αὐτοὶ*] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. *δ' αὐτοί*.
11. *εἰ δὲ*] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. Vat. *ἡ δέ*. Sed in iisdem abest articulus post *δέ*.
12. *ὡσαύτως*] Cum marg. Ed. habent *ὡς αὐτοῦ* Codd. Darm. Marc. B. (in marg.) Med. A. (a pr. m.) Vat. (in marg.). Vocem *οὐχ* non habent Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. (in m. add.). Vox *σώματος* abest a Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Med. A. Vat. Sed Vat. in m. ut Ed.
13. *ληπτέον*] Cod. Darm. *κληπτέον*.
ib. *ἐκεῖ μὲν*] In Cod. Vat. omissum est *μὲν*, in m. add.
ib. *ἡ ἄλλη*] Edit. habet *ὕλη*, sed cum marg. Ed. habent *ἄλλη* Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. A. Med. A.B. Par. A.
14. *οὖν δεῖ*] Abest *δεῖ* a Cod. Med. B.
15. *οὕτω καὶ*] Codd. Darm. et Marc. B. *οὕτως καί*.
ib. *ὃ μόνως*] Edit. *μόνον*, sed Codd., præter Leid., omnes *ὃ μόνως*. Sed Vat. in m. ut Ed.

cælum ad se semper agens, semper agendo, movet et semper. Non alio quidem movens, sed ad se ipsam et in eodem, non quidem in rectum, sed circulo ducens, ideoque tradit illi, ut quocunque pervenerit, ibi reperiat ipsam. Quod si quieverit anima, tanquam hac duntaxat illic manente, ubi quodlibet requiescit, conquiescit et cælum. Si ergo non alicubi tantum est anima, sed ubique, nimirum per omnia movetur cælum. Quumque non feratur extra, merito retorquetur in orbem.

II. *Solvuntur quæstiones: Quomodo moveatur anima, et corpus hominis. Rursus, Quomodo cælum in circulum.*

Cætera vero quanam ratione moventur? Profecto non quodlibet est totum, sed pars unumquodque et proprio loco contentum: cælum vero totum est ac veluti locus, neque quicquam prohibet: ipsum enim est universum. Quo igitur modo moventur homines? Forte, qua ratione a toto dependent, pars est unusquisque: qua vero ipsi nos sumus, quilibet totum est proprium. Item si, ubicunque sit corpus, reperit animam, quidnam cogitur pervagari? Forte quia neque solum alicubi viget anima, neque solum alicubi eam assequi corpus affectat. Si autem potestas animæ circa medium viget, hac etiam ratione fit motus in circulum. Medium vero non eadem ratione in anima, qua et in corpore est ponendum: sed in anima quidem medium est, a quo alia dependet vita, in corpore vero medium est conditione locali. Quam ob rem proportione quadam medium hic esse oportet: ut enim ibi, ita et hic medium esse debet: quod quidem duntaxat medium est corporis, atque hujus quidem

109 καὶ σφαιρικοῦ· ὡς γὰρ ἐκεῖνο περὶ αὐτὸ, οὕτω καὶ τοῦτο. εἰ δὴ ψυ-
χῆς ἐστι περιθέουσα τὸν θεὸν, ἀμφαγαπάζεται, καὶ περὶ αὐτὸν ὡς
B οἷόν τε, αὐτὴ ἔχει· ἐξήρτηται γὰρ αὐτοῦ πάντα. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔστι
πρὸς αὐτὸν, περὶ αὐτὸν, πῶς οὖν οὐ πᾶσαι οὕτως; ἢ ἑκάστη, ὅπου
ἐστὶν, οὕτως. Διὰ τί οὖν οὐ καὶ τὰ σώματα ἡμῶν οὕτως; ὅτι τὸ
εὐθύπορον προσήρτηται καὶ πρὸς ἄλλα αἱ ὁρμαὶ, καὶ τὸ σφαιροειδὲς
ἡμῶν οὐκ εὔτροχον· γεηρὸν γάρ· ἐκεῖ δὲ συνέπεται λεπτὸν καὶ εὐκί-
νητον. Διὰ τί γὰρ ἂν καὶ σταίη, ἡντιναοῦν κίνησιν τῆς ψυχῆς κινου-
C μένης; ἴσως δὲ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πνεῦμα τὸ περὶ τὴν ψυχὴν τοῦτο
ποιεῖ. Εἰ γάρ ἐστιν ὁ θεὸς ἐν πᾶσι, τὴν συνεῖναι βουλομένην ψυ-
χὴν περὶ αὐτὸν δεῖ γίγνεσθαι· οὐ γὰρ πῇ. Καὶ Πλάτων δὲ τοῖς
ἄστροις οὐ μόνον τὴν μετὰ τοῦ ὅλου σφαιρικὴν κίνησιν, ἀλλὰ καὶ
ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν· ἕκαστον γὰρ οὗ ἐστι
περιειληφὸς τὸν θεὸν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῷ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνά-
γκαις.

D Ἔστω δὲ καὶ ᾧδε τῆς ψυχῆς, ἡ μέν τις δύναμις ἡ ἐσχάτη, ἀπὸ
γῆς ἀρξαμένη, καὶ διόλου διαπλακεῖσα ἐστίν· ἡ δὲ αἰσθάνεσθαι

1. περὶ αὐτὸ] Codd. Darm. Marc. B. Mon. C. περὶ αὐτό. Ed. περὶ αὐτό.
ib. δὴ ψυχῆς] Cod. Ciz. δέ, Cod. Vat. ψυχή.
2. αὐτὸν ὡς] Codd. Ciz. Leid. Vat. αὐτὸ ὡς.
4. περὶ αὐτὸν] Cod. Ciz. τὰ δ' αὐτόν. Codd. Marc. A. Mon. A. περὶ αὐτό.
ib. ἢ ἑκάστη—οὕτως] Cod. Mon. A. hæc omittit.
6. προσήρτηται] Cod. Ciz. προσήρηται.
ib. ἄλλα] Edit. ἄλληλα, præter Cod. Marc. C. omnes cum marg. Ed. ἄλλα. et ita Fic.
7. λεπτὸν] Codd. Marc. A. Mon. C. λευκόν.
8. ἡντιναοῦν] Codd. omnes, præter Leid. Marc. C. Par. A., ἡντινοῦν.
9. περὶ τὴν ψυχὴν] Cum marg. Ed. habent ἐν τῇ ψυχῇ Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) Par. A. Vat. (in marg.).
10. ὁ θεὸς] Bis scribitur in Cod. Ciz. distinctione minore interposita.
ib. ἐν πᾶσι] Scribitur, ut est in marg. Ed., ἐν πᾶσι in Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. Vat. (in contextu et marg.). Et ita legit Fic. Edit. ἐν πάσῃ.
11. αὐτὸν] Edit. αὐτὴν, sed Codd., præter Leid. et marg. Vat., omnes αὐτόν.
16. ᾧδε τῆς[ Cod. Leid. ᾧδε· τῆς, omissa dist. min. post ψυχῆς. Bene et ita Fic.
17. διόλου διαπλακεῖσα] Vat. δόλον, in m. διόλου. Tum Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. διαπλεκεῖσα. Sed Vat. in m. ut Ed.
ib. αἰσθάνεσθαι] Cod. Vat. αἰσθάνεται, in m. σθαι. Mox Leid. δοξαστόν.

sphærici: nam sicut illud, ita et hoc circa se ipsum. Quod si ita est, anima rursus revolvitur circa Deum, affectatque complecti, et utcunque potest circa ipsum sese habet, cuncta enim a Deo dependent. Quoniam vero non permanet penes ipsum, saltem se versat circa ipsum: curnam igitur non omnes id efficiunt? Imo vero quælibet, ubicunque est, id agit. Sed curnam corpora quoque nostra idem minime faciunt? Quoniam videlicet adjunctum est, quod recta motione progreditur, et impetus insuper ad alia vergunt. Quod rursus sphæricum est in nobis, in orbem facile retorqueri nequit: terrenum namque jam evasit: ibi vero consequitur, quod tenue est et facile mobile. Qua enim ratione quiescat, non satis video, quocunque motu anima moveatur. Forte in nobis etiam spiritale corpus, quod circa animam est diffusum, efficit idem. Si enim est Deus in cunctis, oportet animam cum illo congredi cupientem, sese fundere circa ipsum. Non enim est duntaxat alicubi. Proinde Plato stellis non solum attribuit motum una cum toto orbicularem, verum etiam singulis motionem circa centrum proprium revolutam. Quilibet enim globus ubicunque est, Deum quodammodo circumplectens prorsus exultat, non utique consilio quodam: sed naturali quadam necessitate commotus.

III. *Confirmantur superiora, quoniam anima mundi per superiorem ejus vim in orbem retorquet inferiorem: rursusque per inferiorem rotat cælum.*

Idem hac insuper ratione consideretur. Postrema quidem vis animæ a terra exordiens, sese fundit per universum: vis autem animæ sensualis, et quæ opinantem possidet rationem, penes

109

πεφυκυῖα, καὶ ἡ λόγον δοξαστικὸν δεχομένη, πρὸς τὸ ἄνω ἐν ταῖς σφαίραις ἑαυτὴν ἔχει, ἐποχουμένη καὶ τῇ προτέρᾳ, καὶ δύναμιν διδοῦσα παρ' αὐτῆς, εἰς τὸ ποιεῖν ζωτικωτέραν. Κινεῖται οὖν ὑπ' αὐτῆς, κύκλῳ περιεχούσης, καὶ ἐφιδρυμένης παντὶ, ὅσον αὐτῆς εἰς τὰς σφαίρας ἀνέδραμε. Κύκλῳ οὖν ἐκείνης περιεχούσης, συννεύουσα E ἐπιστρέφεται πρὸς αὐτήν· ἡ δὲ ἐπιστροφὴ αὐτῆς περιάγει τὸ σῶμα, ἐν ᾧ ἐμπέπλεκται. Ἑκάστου γὰρ μορίου κἂν ὁπωσοῦν κινηθέντος ἐν σφαίρᾳ, εἰ μένον κινοῖτο, ἔσεισεν ἐν ᾧ ἐστι, καὶ τῇ σφαίρᾳ κίνησις γίνεται. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων τῶν ἡμετέρων, τῆς ψυχῆς ἄλλως κινουμένης, οἷον ἐν χαραῖς, καὶ τῷ φανέντι ἀγαθῷ τοῦ σώματος ἡ κίνησις καὶ τοπικὴ γίγνεται. Ἐκεῖ δὴ ἐν ἀγαθῷ γινομένη, καὶ F αἰσθητικωτέρα γενομένη, κινεῖται πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ σείει ὡς πέφυκεν ἐκεῖ τοπικῶς τὸ σῶμα. Ἥτε αἰσθητικὴ, ἀπὸ τοῦ ἄνω αὖ καὶ αὐτὴ τὸ ἀγαθὸν λαβοῦσα, καὶ τὰ αὐτῆς, ἡσθεῖσα, διώκουσα αὐτὸ ὂν πανταχοῦ, πρὸς τὸ πανταχοῦ συμφέρεται. Ὁ δὲ νοῦς οὕτω κινεῖται· ἕστηκε γὰρ καὶ κινεῖται· περὶ αὐτὸν γάρ· οὕτως οὖν καὶ τὸ πᾶν, τῷ κύκλῳ κινεῖται ἅμα, καὶ ἕστηκεν.

2. ἐποχουμένη] Cod. Ciz. ἐπεχουμένη. Paulo ante Cod. Marc. B. τῷ ἄνω, et Vat. αὐτὴν pro ἑαυτήν.
3. παρ' αὐτῆς] Codd. Marc. A.C. Vat. παρ' αὐτῆς.
ib. ζωτικωτέραν] Cod. Marc. C. ζητικωτέραν.
6. ἐπιστρέφεται] Codd. omnes ita ut Ed. Sed marg. Vat. ut marg. Ed. ἐμπλέκεται. Mox Cod. Marc. B. αὐτὴν pro αὐτήν.
7. ἐμπέπλεκται] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. ἐμπέπλησται. Cod. Darm. ἐμπλέκεται: Cod. Vat. πέπλησται, in m. ut Ed.
8. κινοῖτο] Cod. Ciz. κινεῖτο.
10. ἀγαθῷ] In Codd. Marc. A.C. est post hoc vocabulum dist. minor, in Cod. Vat. dist. major, omissa distinctione post σώματος. Ex utroque profecimus.
11. γινομένη] Codd. Ciz. Marc. A. Vat. κινουμένη ψυχὴ, Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. γινομένη ψυχή. Cod. Mon. C. habet κινουμένη absque ψυχὴ, Cod. Vat. in m. γινομένη, et vox ψυχὴ obelo transfigitur.
13. αὖ καὶ] Cod. Darm. omittit αὖ.
14. τὰ αὐτῆς] Cod. Marc. B. τά αὐτῆς. Vere credo, et ita legisse videtur Fic.
ib. ἡσθεῖσα] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. (a pr. m.) A. Vat. οἰσθεῖσα. Sed Vat. in m. ut Ed.
15. πρὸς το] Cod. Vat. καὶ πρὸς τό. Sed in m. obelus est.
ib. νοῦς οὕτω] Cod. Ciz. νοῦς καὶ οὕτω.
16. περὶ αὐτὸν] Editio αὐτὸν, sed Cod. Marc. B. περὶ αὐτὸν, et ita Ficinus.

superiora viget in sphæris, incubans inferiori potentiæ, atque ex se ipsa vim huic porrigens vitalem magis atque vivificam. Agitatur igitur hæc ab illa circulariter complectente totique insidente, quantum ipsius recurrit in sphæras. Itaque cum illa hanc circulo comprehendat, merito hæc connivens reflectitur in se ipsam. Hujus vero reflexio corpus una, cui est infusa, contorquet. In sphæra enim quantacumque pars moveatur, si modo permanens moveatur, sphæram in qua est, necessario concutit, unde motus sphæræ procedit. In nostris enim corporibus, quando movetur animus, etsi longe aliter moveatur, velut lætitia gestiens opinione boni, motus inde corporis etiam localis efficitur. Illinc igitur anima, evadens bono proxima, effectaque sensu sagacior, movetur circa bonum, corpusque pro natura sua secundum localem concitat motionem. Sensualis virtus a superiori rursus concita, ipsaque suum percipiens bonum, secumque congratulans id prosequitur: cumque ubique sit, merito se per omnia confert. Intellectus autem quidnam agit? Sic certe movetur. Manet enim simul atque movetur: nam reflectitur in se ipsum. Ratione itaque simili universum circulo movetur simul et permanet.

# MARSILII FICINI

IN

## LIB. III. ENNEAD. SECUNDÆ,

## UTRUM STELLÆ ALIQUID AGANT.

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

Species et singula in speciebus generari, præcipue a virtutibus seminalibus in speciebus et singulis: cælestia vero materiam aliter, aliterve disponere.

PORPHYRIUS in Vita Plotini scribit: eum, cum diligentem operam astrologiæ dedisset, deprehendisse astrologorum judiciis non esse credendum: eaque tum sermone, tum literis sæpe confutavisse. Quod quidem in libro de *Fato* atque in libris de *Providentia* fecit. Sed *in hoc denique libro,* Utrum stellæ aliquid agant, diligentius effecisse videtur. In quo sane Plotini consilium est, in primis asserere, quæcunque natura gignuntur, atque moventur, præcipue fieri atque duci, tum a seminariis rationibus universæ naturæ, tum a rationibus plurimum seminibusque propriis universæ naturæ minime dissonantibus: ideoque disputat, neque stellarum influxus naturasque duntaxat, tanquam nimis universales: neque præsentes cælestium inter se habitudines, velut mobilissimas, rursusque communes singula hæc proprie facere: sed interdum forte significare: et id quidem ita, ut ex indiciis valde communibus atque confusis conjectura sit fallax, et judicium contingat incertum. Oportet profecto tum communia distingui per propria, tum mobilia regi ducique per firma, aut saltem per firmiora quædam, ne passim res casu contingant. Fatetur autem per quotidianum concursum cælestium inferiorumque causarum, res dum sunt, qualitate mutari non specie: similiter quoque per artem atque usum. Rerum vero nostrarum causas partim in superiora, partim in ea, quæ circa nos sunt, partim in consilium et usum occasionemque refert. Existimat præterea, sicut corpus ab anima regitur, sic animam ab intellectu regi, posseque hanc intelligentiæ munere a communibus fati fortunæque impulsibus liberari.

*Natura planetarum non est malefica, neque mutabilis mutatione loci, neque ex eorum radiis et motibus naturalia præcipue generantur, sed ex propriis ubique naturis, et communi natura.*

I. In primo igitur capite narrat quemadmodum astrologi, non omnes inquam, sed multi putant, a viribus motibusque stellarum et significari et fieri singula, tum ad externa, tum ad corpus, tum ad animum actionesque animi pertinentia, sive bona honestaque sint, sive mala rursus et turpia. Tu vero memento, non auctores quidem astrologiæ præcipuos hæc tradere, sed plebeios quosdam astrologos astronomiæ prorsus ignaros, talia divulgare. Animadverte præterea, Plotinum statim a principio forsan gratia disputandi concedere, significari quædam motu cælesti, non omnia: fieri quoque inde multa, non omnia, et, quæ significantur, vix posse discerni. Inter hæc dum narrat, in duobus deridet astrologos. Primo quidem, quod aiunt, stellas pro mutatione locorum et aspectuum mutare naturas. Qualis certe mutatio nec in rebus quidem terrenis, quæ mutabilissimæ sunt, ex sola mox mutatione locorum atque intuendi diversitate solet accidere. Secundo, quod aiunt, stellas, et quæ optimæ sunt, effici malas, et quæ benefico funguntur providentiæ munere, hominibus innocentibus sæpe nocere. Detestatur in primis, quod, cum stellæ omnes animatæ sint, et intelli-

gentia præditæ, Deoque obsequantur ad nutum, quod Ptolemæus ipse fatetur: alias tamen bonas, alias vero malas appellare non dubitent. Item quod planetas, etiam quos appellant malos, tamen asserant sæpe bona largiri: ceu Saturnum quidem: et nonnunquam stabilire bona, quæ tribuuntur ab aliis, et ipsum in æde vel exaltatione sua positum prodesse Saturniis: et Martem animi magnitudinem fortitudinemque præstare, et, cum aliis noceat, parcere suis. Deridet iterum, quod planetas quos appellant bonos, nocere aliquando fateantur, scilicet et Venerem Mercurio mixtam obesse prudentiæ, et Jovem Marti conjunctum tyrannidem constituere. Tum vero planetas sic, aiunt, vel se vicissim aspiciendo, vel non aspiciendo mutari, ut mirum sit, res æternas usque adeo ex actu tam exiguo permutari. Sic opinantur, Lunam, si Mercurium aspicit, appetitum præbere rationis legibus obsequentem: si non aspexerit, concupiscentiam effrænatam: præsertim si Venerem aspiciat interim aut Martem. Deridet, quod Mercurium dicant, dum aspicit Saturnum, aut Martem, Martium Saturniumque evadere: mox aspiciendo Jovem effici Jovialem: quasi Chamæleontis instar nihil habeat propriæ constantisque naturæ: cum tamen res apud nos nulla adeo sit incerta prorsusque mutabilis. Miratur præterea, quo pacto verum sit, quod tradunt, intuitum quoque inter se planetarum adeo instabilem esse, ut quoties alia se figura conspiciunt, intuitus ille cogatur mutare naturam: Quanta certe mutatione in nostro quidem intuitu provenit, dum nos mutuo nunc ex alio, mox ex alio situ conspicimus. Concessurus tamen videtur propter varios aspectus siderum, etsi minus in illis, tamen in rebus naturalem aliquam varietatem posse contingere: quod inquirimus in lib. de Vita. Denique quod volunt ex cunctorum cælestium radiorum conclusione formam virtutemque in radiis ipsis simul junctis effici novam, eamque aliter et aliter differentem pro diversitate temporum et locorum: quemadmodum ex diversis simul liquoribus forma fit una, id Plotinus idcirco damnare videtur, quod radii neque corpora sunt, sicut liquores, neque qualitates in corporibus, sicut naturæ liquorum: sed actus quidam stellarum vitales atque sensuales, ceu visuales quidam radii ex stellis, velut ex Argi cælestis oculis emicantes, et conspicientes mirabiliter omnia, qui in nullo foris subjecto qualitatum more suscipiuntur: ideoque neque inficiuntur inde, neque e priori habitu permutantur, neque igitur in communem cunctis formam aliam commutantur: sicut neque et radii visuales animalium multorum nocte videntium, vel subjecto alicui redduntur proprii, vel multi in unam formam invicem confunduntur. Sed quamvis Plotinus astrologos hucusque non probet, probabit tamen forte, si dixerint, ex radiis passim diffusis, etsi nulli usquam subjecto propriis, qualitates tamen jam proprias procreari, sicut ex lumine calor, easque in unam in subjecto redigi formam: atque sicut in commixtione liquorum tanto citius nova fit forma, quanto potentior est causa, quæ commiscet: ita subito ex communi radiorum concursu subjectis tribui qualitates, easque in unum conciliari: quia et causæ ingentes sunt atque potentes, et motus efficacissimus atque celerrimus. Concedet quidem Plotinus, qualitates in formam ejusmodi concurrentes ab una quadam causa stabili prorsus et ubique vigente perduci, virtute videlicet seminaria, quæ viget in mundi vita, ne vel fortuito, vel instabiliter perveniatur ad unum. Radios autem aliter vel aliter confluentes, aut materiam aliter aliterve allicere, aut agentem causam, id est, seminariam rationem ad effectum proprium provocare. Neque posse tamen ex radiorum confluxu, qui alio momento semper est alius, novam formam ex pluribus effici, quæ certo indiget tempore, et forsitan inchoari, talemque perfici, non qualis duntaxat est ille confluxus, sed qualis etiam præcedens materiæ dispositio: ac denique qualem pro ejusmodi conditione decernit ratio seminalis, tum propriæ tum universæ naturæ. Denique quomodocumque se res habeat, de futuris difficile admodum judicabitur. Nam si nobis occultum est, quid novi ex commixtione naturalium oriatur, quæ quotidie pertractamus. multo nimirum occultius erit, quid novæ communionis et formæ radiorum jactu confletur. Profecto cum fateantur, ex duorum cælestium radiorum coitu aliud quam ex unius tantum radii jactu confici, fatentur et procul dubio ex quadam planetarum omnium copula aliud effici, quam e duobus: itaque et aliud longe diversum ex omnium stellarum confluxu contingere. Sed quanto plures ad agendum causæ confluunt, tanto judicium difficilius: quia neque causæ omnes comprehenduntur, neque, si comprehendantur, statim perpenditur, quid novi præterea conficiatur ex cunctis: præsertim cum ad judicandum non tantum cælestium, sed etiam elementalium causarum, rerumque contingentium confluentiam oporteat circumspicere, quod etiam Ptolemæus fatetur et præcipit.

*Quomodo cælestia significent etiam, quæ non faciunt. Cælestia sunt animata. Multa sunt, quæ non possunt cælestibus corporibus motibusque fieri.*

II. In secundo capite tractat, a cælestibus non omnia fieri: sive enim inanimata sunt, non facere, quæ ad animam proprie pertinent, sive sint animata, divina videlicet anima, non facere mala. Esse quidem animata cælestia auctores nobis astronomiæ concedunt: præsertim Ptolemæus et

Abumasar atque Zaeles. Quod et Hali confirmat, deridens illos ex sententia Ptolemæi, qui diffidunt cælestia vivere, propterea quod non more animalium nostrorum vagabunda pererrent: ait enim una cum Ptolemæo: Animalia cælestia optimum tenorem motus semel electum perpetuo conservare. Similiter Aratus atque Mallius arbitrantur. Intelligebant, arbitror, illa, si modo in animam agant, non posse in illam agere, nisi per animam, et eam sane superiorem. Rursus, si per illa nobis significentur aliqua, quæ ad causam corpoream referri non possunt, non aliter id fieri posse, nisi in cælestibus animis descripta sit rerum series futurarum: quam nobis quandoque stellarum quasi oculorum nutibus explicent. Quam Plotinus explicationem, si quando fiat, in multis etiam fieri opinatur: quorum non stellæ, sed nos nostrique causa futuri sumus. Neque vero ubi signa sunt, continuo sunt et causæ: sicut neque propitius paterni oculi nutus in filium, beneficii causa est futuri, sed signum. Sic ergo, quando per Mercurium certo modo positum astrologi natum sapientem fore prædicunt, corpus ipsum planetæ non est causa sapientiæ. Quod enim non facit animum, neque rursus sapientiam efficit animi propriam: sed et velut in causa simul atque signum nobis indicat corpus nascentis fore ad obsequium sapientiæ temperatum. Et tanquam signum portendit animum (ut Platonice loquar) in corpus eo tempore descendentem, familiarem esse Mercurialis animi atque numinis, et Mercuriali quodam vel simili dæmone gubernari. Porphyrius quidem ait: Qualem quis dæmonem nactus fuerit, cogniturum, si figuram suæ generationis agnoverit, et quis in ea dominator extiterit. Qui vero præcipuus sit dominus in figura, etsi nonnulli cognituros se profitentur, Porphyrius tamen in quæstionibus ad Anebonem Chæremonis astronomorumque aliorum testimonio esse dicit incertum. Si qui vero negent corpora cælestia vivere: fateri cogentur corporeas eorum naturas non aliter aliquid apud nos efficere, quam elementalium corporum ministerio. Ideoque solas corporum qualitates afferre, ultra vero nequaquam. Sed neque etiam omnes corporum qualitates: sicut enim in arte forma operis artificiosa, etsi fieri videtur per instrumentum, efficitur tamen artificiosæ intelligentiæ forma, quam solam et imitatur: sic et formæ rerum naturalium plusquam artificiosa ratione dispositæ, non tam cælestium corporum vel moles vel qualitates, quam animorum cælestium notiones imitantur atque sequuntur. Jam vero nec calor in animali cibum redigit in vitæ formam, quantum calor est, cujus officium est dissolvere, sed quantum ductus a vita: neque calor humorque in mundo vel alia qualitas certo quodam ordine opus ad finem peragunt electissimum, quatenus vel suapte natura vel cælestis molis trahuntur impulsu, sed quatenus ab ipsa motorum cælestium ratione in se et inter se temperantur, et ad præscriptum finem commode diriguntur. Quam ob rem Plotinus ait: Singulorum cælestium defluxum eundem esse scilicet, et qua ratione corpora sunt esse ubique corporeum: et qua ignea calore foventem: quamvis aliæ præterea stellæ cum calore adducant humorem, aliæ raritatem, aliæ aliquam densitatem, aliæ celeritatem, aliæ firmitatem, cæteraque similiter. Hinc ergo et communi conditione stellæ omnes quodammodo calefaciunt, et ratione propria quæ humefacit, et quæ rarefacit, humefacit semper vel rarefacit: quamvis, quicquid inde vel communi vel propria fit ratione, magis minusve alibi fiat et alibi: Non alia igitur inde varietas provenit quam in quibusdam materiæ qualitatibus accidentibusque duntaxat et gradibus accidentium. Varietas autem figurarum specialiumque formarum atque virtutum, non erit præcipue ex naturali intentione cælestium, sed, quantum ad illa pertinet, casu continget, aut saltem dabitur aliunde. Quod enim artificiosa fit ratione, solum ab arte fit et ratione vivente: præsertim si vivat et ipsum. Neque vero concedemus astrologis, si qui dicant, stellarum quidem fixarum corpora speciales rerum tradere differentias: planetarum vero quotidianas constitutiones afferre differentias singulares, etiamsi animam cælestia nullam habeant. Stellarum namque fixarum corpora largiri quidem possunt, alias passim corporum qualitates, sic uniformes quemadmodum et ipsa sunt uniformia. Figuras vero proprias speciebus ordinemque ad finem ita demum tribuere possunt, si animam habeant atque mentem: præsertim quia in multis herbarum lapillorumque speciebus preciosorum vires quædam singulares insunt: quibus mirabiliter agant in spiritum, perque spiritum dotes quoque animo miras videantur afferre. Tantum vero muneris nequeunt corpora hæc a corporibus duntaxat cælestibus, sed ab eorum animis accepisse. Jam vero ipsa stellarum corpora multo minus eas nobis differentias inferre possunt, quæ ad artes et fortunas, et necessarios pertinent. Sicut enim nulla tui corporis natura fit, sic et cælestis corporis nulla natura: ut Theologus sit potius quam orator: et certo tempore Prætor inscius designeris, et patrem talem habeas aut fratrem: sed horum causas alibi protinus investigare compellimur. Denique stellæ omnes et a rebus infimis longe segregatæ sunt, et inter se valde diversæ: et quicquid inde hucusque diffunditur, accidens esse videtur. Quoniam vero ad generandam apud nos substantiam, substantiali opus est causa: et ad perfecte generandam causa proxima, et ad vivam omnino vivente: item ad concilianda in

unum agentia inter se diversa duce communi, nimirum existimamus vitam unam ubique regnare, præcipue facientem omnia, atque ad id cælestibus et terrenis instrumentis utentem.

*Planetæ non mutant naturam loco, neque mali fiunt. Item confutantur, quæ astrologi dicunt de angulis, domiciliis, proprietatibus planetarum. Item tractatur, quomodo significatio fiat, judiciumque fallatur.*

III. Caput tertium eadem ita prosequitur: Admittent forsan astrologi planetas quidem vivere, nec malos esse natura, sed ex quodam signorum gradu, et quadam inter se conspiciendi figura maleficos effici, atque una cum loco mutare naturam. Id autem quinque de causis improbatur. Prima: quoniam gradus ille signorum saltem, et ille iterum, qui sic aspicitur, foret natura malus: si planeta vel in eo gradu positus, vel planetam illum aspiciens malus evaderet. Hunc tamen fatentur nullum cælestium naturaliter esse malum. Secunda: si gradus figuraque ejusmodi malum natura in se haberet, planetæ omnes in eo gradu eaque figura constituti mali similiter redderentur. Quod tamen astrologi non concedent. Tertia: nempe quærendum est, quo possit planeta hic aut ille in diversis gradibus diversus evadere: adeoque diversus, ut sit maleficus. Primo quidem planeta nullus est in gradu Zodiaci, sed longissime distat: ut etiamsi forte noxius foret ille gradus, planeta non adeo illinc infici possit. Deinde ubicunque sit, est in cælo. Cælum corpus est optimum, divinitati quam proximum. Itaque pars unaquæque cæli optima est prorsus atque divina. Quarta: cum cælum sit plurimum uniforme, motusque localis non necessario terrenum mobile soleat natura mutare: ridiculum est, planetam in alia rursusque alia cæli plaga, aliam subire naturam: præsertim et subito cum sit substantia potens atque sempiterna: et in malum cum ubicunque sit, necessario sit in patria vivente divinitus. Quinta: absurdum quoque dictu est: quod aiunt planetam, cum est in angulo, aliam habere naturam: aliam, cum declinat ab angulo. Eodem namque tempore planeta idem nobis est angularis, longinquis vero nationibus est declinans, atque e converso: diversas igitur eodem tempore naturas haberet. Quatuor astrologi fingunt angulos in figura cælesti, in Oriente, in Occidente, in medio sursum cælo, atque deorsum. Atque angularem planetam dicunt, quando ad quinque vel saltem ad tres utrinque signi gradus tenet angulum: ut puta ipsum Orientis punctum, vel Occidentis, vel medii utrimque cæli: ipsum, inquam, punctum, aut certum spatium prope punctum. Mox vero cum inde progreditur, cadere ab angulo dicunt. Martem præ cæteris horrent in angulis, præsertim in Occidente. Saturnum quoque non eligunt angularem. Cum enim noxios opinentur, ne potentiores sint, non censent in angulis collocandos, nisi forte Saturnus in ascendente Aquario sit domicilio suo, vel Libra exaltatione sua, præsertim in nativitate diurna. Saturnum igitur in duodecima figuræ domo: Martem vero in sexta constituunt. Nominant vero duodecimam cæli plagam, quæ partem antecedit Orientalem, ipsamque duodecimam volunt esse cadentem, cum tamen re vera surgat in altum. Sextam vero nominant, quæ videtur ab Occidentis angulo cadere. Mitto nunc alia, sed quod Saturnum quidem in duodecima, Martem vero in sexta constituunt, sibimet repugnare videntur. Sic enim eos inter se oppositos faciunt, quorum oppositionem solent acriter detestari. Adde, quod ita sextam domum, qua morbi significantur, tum oppositione Saturni, tum præsentia Martis infestant, ut morbi omnes sint incurabiles. Omnino vero cum a fortissimo ad debilissimum absque medio transire ratio non permittat, nemo dicere audeat, planetam, si in angulo sit fortissimus, mox fore post angulum debilissimum. Præterea cum sidus quo diutius agit in nos, eo et absolutius agat, signum vero, quod duodecimum nominant, diutiorem super nos moram, quam ascendens angularis particula traxerit: fateri cogentur magis in nos agere, quam ascendens, scilicet angularis: quod tamen fateri non solent. Rursus, cum planetam vel signum in medio cælo Ptolemæus dicere soleat potentissimum, quonam pacto Zaelis illud verum erit, scilicet, ascendens esse fortissimum, quod procul a medio? Quin imo duodecima cæli plaga simul atque undecima, quæ inter ascendens mediumque cælum mediæ sunt, videbuntur forte potentiores, quo propinquiores sunt medio, si modo medium sit fortissimum. Præterea cum lumina dicant in duodecima et octava terræ simul et aquæ vaporibus obfuscari, et idcirco debilitari: ita enim octava ferme est Occidenti, sicut duodecima Orienti propinqua, Dicere etiam compelluntur multo magis in angulis Orientis et Occidentis obtenebrari: magisque terrenis passim obstaculis impediri. Sed neque unquam assignare rationem poterunt, cur angulum quemlibet plurimi faciant, qui et fugacissimi sunt: et vix ad nos pertinere videntur: cæteræ vero partes ad nos diutius attinent: triginta enim gradus quælibet occupat. Quid vero? quod cum angulos admirentur, planetas interim quos putant esse beneficos, alibi quam in angulis gaudere confirmant? Solem in nona: Lunam in tertia: Jovem in undecima: in quinta denique Venerem. Nonam vocant, quæ cæli medium ad nos super terram prope præcedit aliquantum versus occasum: Undecimam, quæ medium mox sequitur versus ortum: Tertium, quæ cæli medium ad nos sub terram ad ortum prope præcedit: Quin-

tam, quæ medium e vestigio sequitur, et occasui propinquior est, quam medium. Nonam quidem magnæ religionis ædem. Tertiam vero minoris appellant, et Deum atque Deam: neque tamen sunt angulares: Undecimam spei et amicitiæ fundamentum: Quintam gaudii sedem atque filiorum. Mitto, quod, dum solem quidem in nona, Lunam vero in tertia gaudere volunt, interim oppositos faciunt: oppositionem vero formidare consueverunt. Mitto, quod cum Mercurium dicant, gaudere ortu potius quam occasu: Venerem vero vicissim occasu potius quam ortu lætari, gaudere simul eos ac mœrere pariter fatebuntur. Nam planeta dum aliis hominibus oritur, aliis occidit, atque e converso: cum Orientis angulum esse vitæ incipientis angulum arbitrentur: vitæque mors sit opposita: cur non angulum Occidentis Orienti oppositum morti designant? Huic enim assignant octavam sedem occidenti propinquam: eamque Saturno committunt. Sed cur etiam primam domum, vitæque originem Saturno commendant? quasi in manu ejus sit mors pariter atque vita. Sed video, quo confugient. Saturno planetarum primo primam attribuent domum: Jovi planetarum secundo, secundam, ascendenti in Oriente signo e vestigio succedentem: Marti tertiam: quartam Soli: Veneri quintam: Mercurio sextam: septimam denique Lunæ, id est signum in Occidente locatum. Rursum igitur a Saturno exordium planetarum repetent in octava, sed cum iterum post Saturnum nonam Jovi tribuerint, Marti decimam, Soli undecimam, Veneri duodecimam, nihil jam erit reliqui, quod Mercurio Lunæque successione simili dedicent: quorum tamen duorum effectus manifestissime omnium post Solem apud nos apparent: nisi forsan ascendens iterum sicut Saturno, sic Mercurio, Lunæque accommodent, quod fingentis erit potius, quam docentis. Proinde cur ætates hominis jam nati non eodem tenore designant? Nempe ordine converso primam Lunæ, secundam Mercurio destinant, similiterque deinceps. Verum enimvero hæc omnia perbella sunt, ac penitus arbitraria, nullis omnino rationibus confirmata. Similiter arbitrarium est, quod Mercurium, quem facile ad malum sicut ad bonum converti putant, in loco vitæ exordientis velut in gaudio collocant: cur non Solem potius, aut Venerem, aut Jovem? Cur item Mercurium et rationis auctorem simul, et ad malum adeo lubricum arbitrantur? Sed frustra ab iis rationem diutius hac in re vel illa requiro, qui nulla unquam ratione, sæpissime vero similitudine quadam imaginaria et inani comparatione nituntur. Quis non videat eos inepte nimium comparare? quum Saturnum, quia sit altissimus planetarum, significetque tenebras et absentiam, signo accommodent ascendenti: nam et propter altitudinem convenit ei medium cælum potius, quam ascendens, et propter tenebras et absentiam, cum Saturno congruunt potius signa sub terra, quam e terris ascendens. Jam vero puerile nimium est, Saturnum idcirco portendere nobis rei alicujus absentiam, quia ipse sit distans: perinde ac si Luna stultitia simili referat rem præsentem, quia propinqua, mediique planetæ gradu simili medias. Neque minus insanum est, tenebras assignare Saturno, qui innumeris ingentibusque stellis quam proximus, mira necessario cunctarum luce coruscat: potius vero fatendum est, oculum in ejus lumine judicando decipi, quam minus lucere Saturnum. Summatim vero in omnibus (ut dicebam) ad inanem mox similitudinem confugiunt, nulla causarum habita ratione. Curnam ascendens ab Oriente sidus principium vitæ significat? Quia simul et e tenebris terræ sidus emergit, et e tenebris alvi natus egreditur. O vanum prorsus machinamentum! Similiter dicet aliquis: Pater nunc egrediens civitate, filium significat domo simul egredientem, atque insuper filio conducit egredienti. Verum si quid ita significandum sit, sidus illud potius, quod tunc ascendit, quum primum vivere incipit fœtus in alvo, significet vitam, vitæque principium: quod neque observant, neque observare ulla ratione possunt. Cur item media cæli regio portendit nascentibus dignitatem: num, quoniam altissima sedes dignitatis significat altitudinem? Sic et domicilium quartum, quia sit angulus subterraneus, somniant thesauros sub terra latentes significare. Si adeo hac ficta similitudine delectantur, conjugium quoque per conjunctum ascendenti signum describere debuerunt. Quod tamen per septimum prænuntiant longe ab ascendente remotum: sed quidnam Occidenti cum Oriente conjugii? Quoniam, inquiunt, e regione utrimque radii conjunguntur. Sit ita sane. Verum cur etiam per septimam hanc domum inimicos significat manifestos? Planetas, aiunt, ascendenti propinquiores juvenilem ætatem regere, remotiores vero senilem. Sane nimium pueriliter: quasi localis hic transitus velut chorea ludentium repente per actus efficiat, ut hi quidem dominentur prius, illi vero differant, et tunc demum agant, quando jam sunt a priori habitu remotissimi. Dicant præterea, quandoquidem similitudini student, curnam duodecima plaga, in quam ad lucem pervenit ascendens, significet carcerem, et occulta potius, quam secunda, ex qua velut e tenebris est emergendum? In omnibus denique similiter ita delirant, coguntque cæteros vel credentes illis, vel cum eis diutius disputantes, ferme similiter delirare, quod Abumasar vel invitus ostendit. Ubi enim causas, cur ita duodecim domus una cum officiis suis distribuantur, assignare contendit: ait inter se astrologos dissi-

dere, et alios longe aliter designare: tum vero in rationibus assignandis, quibus talia signa talium planetarum domicilia sint, inter se longe dissentiunt: aliter enim antiqui, aliter Ptolemæus, aliter Aimon, aliter Hermes assignat: quia videlicet figmenta sunt potius, quam rationes. Abumasar Jovem tradit significare divitias, Mercurium sapientiam. Quoniam vero harum rerum cupiditates oppositæ sunt, ideo ambas Jovis Mercuriique domus oppositas esse, scilicet Virgini Pisces, Geminis Sagittarium. O Abumasar, si ita distribuere placet, cur non etiam Veneris domos atque Mercurii inter se opponis? quum libido Venerea Mercurialisque contemplatio multo magis opponantur, quam quæ diximus: sed invicem consonantes esse fateris, Libram Geminis, Virgini Taurum. Item cum Jovialis æquitas et violentia Martialis maxime invicem adversentur: cur non et horum sedes pugnare concedis? sed omnino congruere Arietem Sagittario, Piscibus Scorpionem? Proinde ubi alias terræ plagas aliis signis adscribunt, incerta opinione feruntur. Non enim ita distribuunt, quia signum ad perpendiculum super talem transeat regionem: quia, si ita sit, Cancer nihil in Europa significabit: quippe cum tota existat ultra Cancrum, vergens ad Aquilonem, neque etiam ob aliquam concordem proprietatem. [Virginem?] Virgo enim signum esse frigidum aiunt, præesse tamen Hispaniæ judicant calidæ regioni. Simili quadam temeritate membris signa præficiunt: nam et calida frigidis sæpe præponunt, et frigida calidis. Conjungunt quoque planetis eisdem significata inter se nimium repugnantia. Saturnum unius Dei cultum et voracitatem significare volunt: Jovem pietatem et coitus intemperantiam: Mercurium sapientiam et oracula prophetarum, atque insuper oblectamenta superflua. Mitto quam plurima temeritate simul divulgata: ut puta Saturnum pluviam designare, quem tamen siccum esse fatentur. Item masculinum cognominant, quem aiunt esse frigidum. Denique portendere tarditatem, videlicet, quoniam ipse sit tardus, qui certe est pro longitudine spatii velocissimus. Quid vero, quod caput Draconis somniant atque caudam? Hæc enim solum imaginaria sunt. Caput quidem cogitatur linea quædam imaginaria in animo nostro relicta ex motu Lunæ a Meridie in Aquilonem, quod quidem fingi potest in quolibet Zodiaci gradu. Et ubi nunc caput fingitur, ibi aliquando fingetur et cauda. Quidnam imaginaria illa poterit linea? Cum inde Luna discesserit, cur cauda mala potius est, quam caput? Cur cauda est frigida atque fœminina, cum aquilonaris plaga sit meridiana frigidior? Atque ita caput, in quo Luna declinat ad Aquilonem, frigidum potius debeat esse, quam calidum: cauda vero contra. Appellant planetam retrogradum, quando in inferiore sui epicycli parte pergit ad Orientem. Ex hac similitudine somniant retardari negotia hominum, atque rursus accelerari, quasi non æque naturalis sit motus uterque planetis. Proinde dicere solent: quia Taurus aut Leo tales in se vires habent, ideo, qui sub his nascuntur sideribus, naturam similem sortiuntur. Tametsi hæc animalia falso finguntur in cælo: neque ibi ejusmodi figura vel natura similis est atque in nostris Tauris et Leonibus. Taurum antiqui inter sidera collocarunt in Jovis honorem: quia in bovem sit fabulose conversus. Leonem Hercules occidit ingentem: eum (ut fertur) inter signa constituerunt. Arietem signorum caput designaverunt propter Jovem Amonem, cujus in capite Arietis cornua prisci fingebant. Post Arietem mox Taurum effinxisse ferunt, quia tunc terra arabilis esset, aptaque culturæ. Geminos, quia tunc germinando omnia geminantur. Cancrum nominavisse: quia inde Sol Cancri more regreditur. Leonem vero, quia Sol ibi vehementissime calefacit. Virginem, quia terra tunc exusta Solis ardoribus nihil pariat. Libram, quia Sol tunc noctes diebus adæquat. Scorpium, quoniam tunc aër primo frigore pungit. Sagittarium, propter vehementioris jam frigoris ventorumque aculeos, cæteraque similiter. Quid ergo stultius, quam certas animalium naturas propriosque eventus hominibus sub hoc signo vel illo nascentibus aut agentibus attribuere? cum nihil ejusmodi sit in cælo, sed longe diversa ratione confictum? Non dabis igitur medicinam ascendente Tauro vel Capricorno: quoniam cum hæc animalia ruminent, potio vomitum concitabit. Quasi vero capra ruminans sit in cælo, ac non potius Capricornus ibi sit fictus: quia Sol inde in morem Capræ incipiat rursus ascendere. Et post hæc Aquarius atque Pisces, quia tunc uberiores pluviæ profunduntur, et tunc Pisces maxime generantur. Fabricabit ergo quispiam Piscis imaginem in argento, cum fuerit Luna sub Piscibus ascendentibus, capturus Pisces ad votum, confisus videlicet falsa figura Piscium in cælo fictaque natura. Sed ut ad Plotinum tandem regrediamur: cælestia quidem corpora vult anima duci, animam vero vivere prorsus intellectu divino, neque affectum ad inferiora ullum habere: quandoquidem neque corpora quidem illa rebus inferioribus, vel indigent, vel turbantur: neque igitur, vel dolore, vel nova unquam lætitia tangi, neque odio malefacere cuiquam, neque simpliciter malefacere, neque electione significare nobis, si qua significent: sed forte ad illorum choream se ipsa contentam significationem nobis aliquando consequi. Si enim aves nobis natura locoque propinquiores nulla nobis electione significant (si forte aliquid est in augurio veri) sed ad earum volatum atque garritum

agentem sua interim significatio nostra contingit: multo minus astra portendere nostra deliberant. Profecto, ni frustra augurium vani docuere parentes, cultu duntaxat dæmonum, auspicia, auguria, aruspicia, exta constabant. Dæmones enim aëris caliginosi rectores quondam cultores suos hac vel divinatione, vel fallacia potius, detinebant. Verum si qua ad siderum motus futurorum conjectura contingit, ubinam sunt præscripta futura, ad quorum præscriptionem talis, aut talis consequatur, vel comitatur constitutio cæli? Profecto præscripta sunt in cælestibus animis, cælestem, id est, suam moventibus faciem, vultibusque suis aliter atque aliter indicantibus cogitata: sed in eorum mentibus notæ sunt æternæ, non eorum tantum, quæ ipsi vel per se, vel per cælestia facturi sunt: sed eorum etiam, quæ causæ quoque elementales consequentur, facturæ sunt suapte natura: atque eorum insuper, quæ rationales animæ animorum germanæ cælestium communi, vel natura, vel sorte, vel consilio sunt acturæ. Communi inquam: quia non sunt hæc in illis pro inferiorum conditione designata per singula et usque ad minimum distributa: sed pro communi illorum providentia disposita summatim per capita rerum, quæ deinceps per proprias inferiorum naturas, affectus, occasiones, consilia, dividuntur ulterius: et in qualitatem quodammodo aliam deducuntur. Quam ob rem singula prorsus inde pro comperto sciri non possunt: sed plurimum communia quædam: quod et asserit Ptolemæus. Proprias vero singulorum conditiones in singulorum naturis imaginationibusque oportet inspicere. Itaque et inde simul et hinc in dies ejusmodi aucupari præsagia (ut Origeni Porphyrioque credamus) non hominum est, sed dæmonum: dæmonum inquam sagaciorum. Nam plerosque circa hæc dæmones conjectura sæpe falli putant, nobisque mentiri. Quibus ergo de rebus e cælo nobis significatio fiat, astrologi veteres dubitarunt. Itaque Abumasar, ubi de judiciis agit, nonnullos inquit astrologos arbitrari planetas de rebus tantum universalibus signa præbere, scilicet de elementis rerumque naturalium speciebus. At vero de singulis et singulorum partibus atque actibus, scilicet moveri, quieſcere, similiaque nihil penitus demonstrare. Alios autem putare stellas ostendere tantum, quæ necessaria sunt scilicet, ignem quidem calidum esse, aquam vero frigidam, non tamen, quæ sint contingentia, scilicet homo loquitur aut tacet: Alios denique opinari, planetas portendere tantum mutationes temporum, et quatenus per eas corporibus accidat. Addit Abumasar, *Omnes posteriores astrologos sequi veteres: nec ulla veterum dicta intentioni huic scilicet judicandi conducere: quoniam dicerent, impossibile fore sapientibus etiam astronomis quicquam de judiciorum scientia invenire.* In his Abumasar fatetur, judiciorum causas regulasque nondum inventas, qui et Ptolemæo fuit longe posterior, et in judiciis ipse nullam affert in medium rationem, sed pueriles tantum similitudines. Ptolemæus quoque in libro de Judiciis exiguum quid veritatis esse in judiciis innuit dicens: *Etsi contingat prædictionem majori ex parte nos fallere, tamen operæ pretium fuerit hæc subtiliter indagare, propterea, quod veri aliquid inest.*

*De quinque aspectibus planetarum, et quomodo in his errant astrologi, et in cælestium qualitatibus actionibusque falluntur.*

IV. Post hæc descendit ad amores et odia planetarum, et aspectus quodammodo et effectus. Prolixum foret, nimisque absurdum narrare amores inter se et odia planetarum, et quod turpius est, recensere quemadmodum hic quidem amat illum, ille vero non redamat hunc, sed potius odit. Quasi vero non omnes cognati sint, et optimi tanquam in regione uniformi divinaque collocati. Nempe, cum similitudo in rebus nostris mutua amorem æqua utrimque ratione procreat mutuum, multo magis charitatem mutuam procreat in cælestibus, ubi arctior similitudo viget et copula. Ut autem, quæ de aspectibus loquitur, planius cognoscamus, meminisse oportet, astrologos aspectus quinque sic afferre, ut conjunctio quidem sit quando planeta ad perpendicularem ferme lineam planetam subit, oppositio vero, quando maxime distant: ceu si alter in Ariete sit, alter vero in Libra, septimo ab Ariete signo. Sextilis autem aspectus quando sexta inter hunc et illum duodecim signorum portio cadit, id est, duorum mensura signorum: Ut si Sol in medio Ariete, Luna in mediis Geminis videatur, vel ille in Arietis principio, illa in principio sit Geminorum. Cadit enim inter hunc et illam Taurus quidem totus, et pars insuper Arietis atque Geminorum. Aspectus deinde quartus, ubi quarta Zodiaci pars inter hunc cadit et illum, id est, signa tria: ceu quando Sol in medio Ariete, Luna in medio Cancro, velut diximus. Nam tria inter Solem Lunamque signa videntur: Taurus integer, atque Gemini, partesque insuper Arietis, et Cancri. Tria vero signa quartam duodecim signorum possident portionem. Trinus aspectus quando similiter quatuor intersunt signa, quæ pars est Zodiaci tertia, ceu si Sol sub Ariete sit, Luna similiter sub Leone. Ptolemæus causam, cur tot solum sint aspectus, hanc esse dicit: quia ex duodecim signis fieri figura potest sex angulos habens, ut in quolibet latere signa sint duo: ubi aspectus anguli unius ad alterum sextilis erit, sextam continens figuræ partem. Potest etiam describi figura quadran-

gularis: item triangularis. In illa quadratus: in hac trinus surget aspectus. Non potest autem figura quinque angulos habens ex integris signis duodecim fieri. Verum aliter præterea fieri aspectus posse videntur. Nam tercentum et sexaginta gradus sunt in Zodiaco, qui in partes quinque divisi figuram conficient quinque angulos possidentem: eodemque modo angulus aspiciet angulum, quo in trigono aspectu fit atque tetragono: igitur pentagonus ibi potest aspectus considerari. Rursus ex gradibus Zodiaci cunctis fieri figura potest octo angulorum, aut novem, aut decem: atque ita erit illic aspectus octavus, et nonus, et decimus. Quam ob rem aspectus quinque solos afferre, fingentis est potius, quam vere dinumerantis. Continuus profecto est orbis ipse Zodiaci, ubique stellæ et signa invicem signis inserta: ut non solum per signa duodecim quasi sint inter se secreta, facere possimus aspectus, sed per gradus ubique Zodiaci. Proinde, si vere loquimur, non dicimus sidus hoc illud aspicere, vel planeta planetam, ob aliam rationem, nisi quia hoc radios jacit in illud. Quælibet autem stella radios jacit in quamlibet: quælibet igitur, ubicunque sit, quamlibet intuetur. Atque ex hujusmodi radiorum intuitu attingit magis, aspicitque proximam, quam remotam: quod quidem in candelis patet accensis. Nemo itaque dicat signum hoc non aspici proximum: sed spatio certo remotum: et stellam non proximam aspicit, sed remotam. Hæc enim opinio, imo hic error inde contingit, quod cælestia quidam metiuntur, imo mentiuntur ex nostris. Solet enim homo in chorea propinquum sibi ad latus hominem difficilius intueri, quam separatum: quoniam caput non undique habet oculos, quibus æqua facilitate conspiciat undique. At in cælesti facie quæcunque sunt, sunt oculi, et oculus quilibet totus est oculus, totus undique visus. Aiunt aspectum quidem sextilem esse mediocris amoris, trinum vero perfecti: aspectum rursus quadratum odii mediocris, oppositum vero summi: conjunctionem cum bonis bonam, malam vero cum malis. Atqui causam, ob quam aspectus alius ab aspectu in bono differat aut malo, solum ex figura vel numero assignare non possunt. Bonum enim malumve non ad quantitatem pertinet, sed qualitatem. Præterea non ad figuram vel numerum actio pertinet aut passio, sed ad formas et qualitates. Has vero figuræ quædam vel numeri, vel consequuntur, vel comitantur. Neque rursus licet dicere, Arietem esse qualitate quadam Cancro contrarium, ideoque quadratum ex hoc et illo contuitum planetarum esse contrarium et hostilem. Nulla enim in cælo sunt contraria, ubi non pugna, non transgressio, non interitus. Imo vero si figuræ, quæ sunt in opere quodammodo inter se repugnantes, in artificis animo non repugnant: si formæ naturales inter se pugnaces in contemplatoris mente non dissident: si membra inter se adversa non adversantur in semine, certe in cælo non dissident inter se virtutes harum efficaces formarum, quæ certant in viliori materia non potente videlicet conciliare, quæ capit. Jam vero non solum non dissonat Cancer ab Ariete, sed consonat: partes enim utræque sunt corporis plurimum uniformis, et suapte natura, quæ apud nos dissonant, harmonice temperantis: neque minus in cælo, quam in musico cantu, inter se omnia consonant. Sic et nobis forsitan excogitare licebit humanam musicam ex harmonia cælesti: cælum namque Pythagorici Dei lyram appellaverunt. Coitum igitur planetarum apud nos octavæ vocis consonantia referat: hæc enim cum prima coire videtur: oppositionem vero cælestium, quæ fit in septimo, vox quoque apud nos septima similiter omnium dissonantissima repræsentat sextilem aspectum: qui fit in tertio signo vox tertia: quadratum quarta: trinum, qui in quinto fit, quinta. Sicut ergo in consonantia nostra inde pendente quarta vox, vel interdum septima, quæ per se dissonarent, tamen una cum cæteris ad gratiam consonantiæ conferunt: sic et multo magis in harmonia cælesti aspectus omnes ad absolutam concordiam necessarii judicantur. Hinc fit, ut sapientiores astronomi quartum aspectum adjunctum vel sextili vel trino, non solum non horreant, sed exoptent: fit etiam, ut per septenarios vel dierum in morbis, vel annorum in vita, quibus quadraturæ vel Lunæ vel Saturni mox veniunt, mutationes in nobis non semper in pejus, sed in melius quandoque contingant. Interea ridere juvat astrologos, qui cum Cancrum dicunt magis quam Libram Arieti qualitate contrarium, aspectum tamen oppositum, qualis ex Libra resultat ad Arietem, magis quam quadratum detestari consueverint. Sed quid Cancrum garriunt frigidum atque humidum, in quo Sol constitutus calorem nobis exauget? Quid calidum Sagittarium? sub quo sol terras a frigore vel imbribus non tuetur? Ex quo patet, ex accessu solis potius atque discessu, quam ex siderum qualitate, calorem et frigus intendi vicissim atque remitti. Neque nobis objiciant Lunam, vel Mercurium in alio atque alio signo aërem qualitate mutare, quia videlicet ibi alia sit et alia qualitas, nam primo quidem non ubique id efficiunt, neque enim vel æstus inde Scythis oritur unquam, vel frigiditas et humiditas Indis. Deinde etsi forte mutent, non statim convincitur, esse illic ejusmodi qualitates inter se æque pugnantes: alia enim virtute longeque a nostris diversa hæc inde proveniunt. Nonne tum ex variis affectibus animæ, tum ex contractione et dilatatione quadam spiritus, contrariæ statim oriuntur in corpore qualitates, quæ

non sunt in animo spirituque vel contrariæ vel qualitates? Ex lumine nimium repercusso fit æstus, qui non existit in lumine: Ex lumine liquor in cera simul, siccitasque in luto: neque tamen in lumine sicca est vel liquida passio. Item certa stellarum positione, sive impulsione in terris elevantur vapores et venti, neque tamen illic aut venti perflant, aut vapores obnubilant. Quod autem virtutes in cælo valde ab his, quæ pugnant in elementis, alienæ sint, conjectamus ex eo, quod omnibus in rebus, quæ ex elementorum qualitatibus commiscentur, insunt mirificæ quædam vires, et præter et super naturas elementorum, quas speciales proprietates appellant, speciebus his cælitus attributas. Mitto cætera: innumerabilia enim sunt. Sic magnes polum suum sequitur Arcticum, ferrum vero magnetem: sic paleæ succinum, Hoc vero polum fortassis Antarcticum. Per tales ergo virtutes, quales hæ sunt, et quales in scammonea purgant bilem, et in elleboro atram bilem, Abumasar probat præcipuas cælestium actiones expleri: sive fixæ virtutes ejusmodi sint in stellis, sive quotidianis earum aspectibus ab eis sibi invicem comparentur, atque inde ad inferiora mittantur. Merito igitur Abumasar et Albius Ptolemæum ubique reprehendunt, quod qualitates stellis elementales et inter se repugnantes sæpe tribuerit, probantque, non esse tales in cælo naturas. Mitto nunc, quod non solum ii quos dixi, a Ptolemæo dissident atque aliis, sed Ptolemæus ipse dissentit ab aliis, ubi de terminis loquitur planetarum, narratque alios inter se dissidere. Ægyptios enim a dominis domorum maxime solitos accipere terminos: Chaldæos autem a dominis triplicitatum, idque latissime confutat. Mitto, quod in aspectibus exaltationibusque dissentiunt. Ptolemæus enim a signo simpliciter ad signum: alii quidam a gradu metiuntur ad gradum. Exaltationes quoque planetarum Ptolemæus in toto quodam signo putat accipiendas: alii vero nonnulli a certo quodam spatio signi. Similiter de significatore vitæ et de annorum datore dissentiunt. Redeo parumper ad qualitates. Cum Martem igneum esse arbitrentur, cur non in Piscibus cadere tradunt potius, quam in Libra? An quia Libra maxime distat ab Ariete domicilio Martis. Sed profecto major est distantia naturæ, quam situs: magis itaque discrepant ab Ariete pisces, ut aiunt aquei, quam aëria Libra. Curnam in Libra volunt exaltari Saturnum, quem terreum esse putant? Prolixum foret ejusdem generis cætera recensere. Redeamus jam ad Plotini conclusionem, Refert quidem primum, astrologos arbitrari unamquamque per se stellam suum aliquid agere: ex cunctis vero invicem conspirantibus novum aliquid præterea confici. Ex quo patet, ex his, quid potissimum proveniat, judicare neminem perspicue posse. Deinde significat, astrologos non habere modum, quo planetæ agant, quæcunque dicuntur efficere. Neque enim vel proprio quisque vel communi cuncti consilio indigent ad agendum: siquidem naturales infra lunam causæ natura sua sufficiunt ad agendum, neque consilium exigunt ullum ultra naturam. Neque rursus cum stellæ faciant hæc more naturæ, aliter, vel alia faciunt, quam fieri possit tenore naturæ, quamvis præstantius atque præstantiora faciant, videlicet præstantiore natura. Non ergo prophetas efficiunt, non miracula, quæ fieri debent divinitate: non theologos: non geometras, qui mente fiunt, et arte: non divites: non reges: non his oppositos, qui prudentia, occasione, favore fiunt, vel impediuntur oppositis.

*Errata astrologorum de Saturno, et Marte, et Luna.*

V. In capite libri quinto errores astrologorum prosequitur latius et insequitur. Saturnum tradunt, quia sit frigidus, obesse naturæ, ideoque separant ab ascendente (ut aiunt) vitæ principio. Atque ut inde maxime separent, stulte nimium in duodecima collocant. Quæ quidem sedes, etsi quodam illorum computandi more videtur a prima omnium remotissima, re vera tamen est proxima. Est enim Orienti continua sursum, quodve ascendit sidus mox properat in duodecimam: itaque Saturnum in septima tanquam omnium distantissima probabilius collocassent. Sed ne id quidem volunt, ne nascentibus opponatur: sed in utroque sibimet repugnare videntur: nam Saturno et ascendens alia ratione solent accommodare, et primi conceptus exordium. Præterea dicunt Saturnum Martemque tum conjunctos, tum oppositos inter se nobis obesse. Rectius forte dixissent, ita maxime Saturni frigiditatem calore Martis, hujusque fervorem illius frigore temperari. Adjungunt, Saturnum quidem, si die nascentibus sit super terram, aut prope Orientem, diurno calore temperatum, tunc propitium nobis evadere. Atque etiam si sic ascendat, præcipue in Aquario non obesse naturæ. Martem vero tanquam igneum esse in nocte ponendum, sive sub terras, ne calore solis ferveat vehementius: atque in hoc similiter, ut sæpe, delirant. Cum enim umbra terræ, unde nox provenit, vix ad lunam usque perveniat, omnia omnium supra lunam stellarum lumina continue se nullo interveniente contingunt: similiterque semper in die sunt, nunquam vero sub nocte. Maxime vero omnium ab umbra et frigiditate, quæ duo terræ propria sunt, Saturnus separatus existit: ut nihil absurdius videatur, quam hunc obscurum frigidumque vocare. Præterea concursum Lunæ cum Saturno, vel Marte vituperare solent. Quanquam si vel plena lumine Saturnum subeat, vel vacua Martem, damnare non

audent. Nam si plena coëat cum Saturno, tum hanc illum suo fovere lumine, tum illum non frigefacere plenam. Contra vero si plena Marti se subdat, aduri inde simul atque comburere: Si vacua, temperari vicissim atque temperare. Hic quoque, ut alibi, audentius errant. Primo quidem, neque se cælestia tanquam concordia semper, comburunt unquam, vel frigefaciunt: deinde, si id forsitan concedatur, contra foret agendum. Luna enim cum semicirculo ad nos spectante plena est, interim est altero vacua, atque vicissim, ideo, ut incommodum illud devitaretur, subjicere hanc potius Saturno debebant. Quando nobis est vacua, tunc enim offert illi se plenam, Marti vero, quando nobis est plena: nam tunc ostendit illi se vacuam. Inter hæc expedit admonere multas in codice Græco clausulas videri transpositas: verbaque sæpius permutata: hæc equidem diligenter pro viribus emendavi, vatis (ut ita dixerim) potius, quam interpretis, officio fretus. Quæ igitur mox in textu sequuntur, sensum duplicem admittere possunt. Aut enim significant, Saturnum non admodum opitulari nobis interdum, quia sit procul: ideoque Lunam saltem esse tunc oportere erga nos plenam, ut saltem illa nos adjuvet: aut potius significant, Saturnum non opitulari Lunæ, quia sit procul a Luna, neque illam illi vicissim si quando vacua sit ad illum: ideoque oportere hanc illi se porrigere plenam: satisque nobis tunc illam facere suo erga nos orbe dimidio, quamvis erga nos vacuo. Item quamvis Saturnus sit procul a nobis. Primus quidem sensus verba manifestius sequi videtur: quæ vereor esse perversa. Neque enim antecedentibus neque sequentibus Plotini dictis sententiisque convenire, sed potius repugnare videtur.

*Quod in cælo sit tantum lumen, et calor, et humor: frigus autem et siccitas circa centrum: nec aliquid cælestium per se frigus afferat, vel siccitatem, vel aliquid vitæ noxium.*

Cum cælum vitæ sit proximum, ideoque quam maxime vivens maximeque vivificum: putandum est per se primoque calefacere atque humectare. Duo enim hæc proprie conducunt ad vitam: nunquam vero per se frigefacere vel exsiccare, quæ suapte natura sunt contraria vitæ. Atque si conferant, ex accidenti quodammodo conferunt: frigus quidem ne nimium calor excrescens repente dissolvat humorem: siccitas autem, ne nimium defluat humor. Hæc autem duo satis nobis suppeditantur a terra. Id autem inde insuper confirmabitur, si verum fuerit, quod plerique putant. Sicut mors nihil aliud est, quam privatio vitæ: ita frigus et siccum mortiferas qualitates non aliud esse, quam caloris, et humoris privationes: quod alibi Plotinus ipse significat. Probabile quoque est: sicut tenebræ in longissima a cælo distantia luminis tantum privationi contingunt: ita frigus et siccitatem ex nimia a cælo distantia propter caloris humorisque absentiam forte contingere. Totum vero cælum esse calidum patet, quia totum est ignis: totum iterum esse ignem, ostendit sublimitas, mobilitas, lumen, calor vel occultus omnia fovens. Calor autem amplissimus spatio nullam patiens violentiam familiarem habet humorem. Profecto in anima cæli tria potissima sunt, vita, et intellectus, et motus. Est enim anima vita quædam et intellectualis et mobilis, totumque hoc est unum. Quod igitur est in anima vita, in cælo calor existit. Quod rursum illic intellectus, hic est lumen. Quod tandem illic motus vitalis est, hic vitalis est humor. Itaque non aliud humor est, quam agilitas (ut ita loquar) ad motum. Ignis ergo cælestis non solum calidus dici potest, sed insuper humidus, id est, liquidus, fluidus, agilis, atque lubricus, et lenis, et blandus: siquidem in siccitate rigiditatem asperam intelligimus: qualem etiam frigiditas vehementior infert. Quam ob rem nihil aliud est in cælo nostris ullo modo qualitatibus simile, nisi calor, humor, lumen. Lumen, inquam, illic est intelligentiæ loco: calor illic efficacia vitæ: humor vitæ motus et pabulum. Nec aliter ibi calor ille sentitur, quam tanquam favor, fomentum, recreatio, vigor: nec aliter humor, quam ut augmentum, et amplificatio, agilitasque suavis. Inde hæc et similia quædam apud nos sunt. Illi rursus calori humido humorique temperate calenti, similis est quodammodo spiritus et calor humorque vitalis, vel manifestus in animalibus vel occultus in plantis passim a cælo insitus: a cælo, inquam, omnibus insito. Siccitas autem atque frigus rebus nostris hinc certe, non inde, contingit: siccitas quidem ob ipsam loci hujus angustiam, densamque naturam, asperam, resistentem, percutientem, formationi motuique ineptam: frigus autem ob distantiam tum per naturam a toto cælo, tum per situm a stellis quam maximam. Quantum igitur ad frigus pertinet, Averroëm valde probamus dicentem: *cælestia nulla frigus inferunt, sed calorem omnia: quæ vero dicuntur afferre frigus, ea sunt, quæ calefaciunt minus.* Hæc in libro de Cælo ex sua Aristotelisque sententia Abraham Avenazara appellat Saturnum frigidum, qui calorem affert nostro remissiorem. Cælum itaque totum est calor lucidus, humens: id est, vita quædam efficax cum favore amplificabilis, agilis, atque formabilis. Formabilis, inquam, facile per humorem, tralucidum ab archetypo: rursus per calorem lucidum inferiora facile formans. Sed alicubi est in cælo plus caloris aliquantulum, quam humoris: alicubi vero vicissim, alicubi portio est æqualis utrimque lumi-

nisque similiter. Atque horum trium diversa inter se proportione sunt ibi diversa, quemadmodum hic ex varia caloris humorisque mistione passim sub cæli radiis varia coalescunt: siccitate interim atque frigore magis minusve forsan impediente, vel etiam adjuvante nonnihil. Meminisse vero oportet, calorem humoremque cælestem esse a nostris genere longe diversum: multo etiam magis, quam vel calor naturalis in vivo ab ardore fornacis, vel ab hac ipsa flamma ipse Solis tepor in amplo. Ex quo tamen in concavum quandoque coacto in materia dura, in materiam siccam flamma prorsus accenditur. Denique humor est in cælestibus non distillans, calor quoque non edax. Humor ab humore aërio saltem tantum differens, quantum aërius humor ab aqueo. Temere igitur in cælo fingitur frigus et siccum, sive dura soliditas. Quippe cum dum a terra sursum ascenditur, siccitas fugiatur, et frigus omnisque duritia: ac perveniatur mox in humorem et lenitatem, simulque in auspicium blandi caloris ex lumine. Frigidum igitur atque siccum simul et durum ex naturali et extrema ad cælum distantia provenit, et interea, quæ media sunt, ad cæli similitudinem humida sunt atque tralucida, facileque mobilia. In cælo autem maxime mobili nihil est frigoris atque sicci, nihil duri motum impedientis, et lumen. Si quid ergo fingi sub cælo potest simile substantiæ cæli, tractabile manibus oculisque conspicuum, id argentum vivum esse videtur: in quo calor vegetus cum humore multo quidem, sed tenaci motum procreat inquietum. Si rursum subtiliorem et tralucidam huic adhibueris lucidamque naturam, habebis et cælum. Quod quidem non esse durum ex eo confirmari videtur, quod inter physicos et astronomos in eo duritiam asserentes, ubi de circulis, centris, distantiis, motibus disputant, multiplex et insolubilis oritur controversia. Physici quidem astronomos criminantur, quod impossibilia fingant: astronomi physicos, quod rationes de his nequeant assignare. Mitto quomodo Theologi corpora gloriosa cælis inserant, nisi cesserint. Mitto vehicula apud veteres animarum. Felicitatem vero cedendi subito conjunctam reditu, ubi nulla naturalis substantiæ, vel qualitatis, vel ordinis inde perturbatio sequitur, malam appellare non decet. Sed ad alias cælestium qualitates jam redeamus. Etsi nihil est ibi frigidum aut siccum, stellam tamen, quæ calefacit minus, frigidam appellamus: forsan et quia, dum illa meatus nostros radiis tepentibus aperit, facilius ingreditur terrena frigiditas. Siccam quoque stellam, quæ humefacit minus, possumus nuncupare: forte et quoniam humectando parum, sæpe pabulum suggerit igni, inde materiam ferventius siccaturo. Calefaciunt autem omnes ubique stellæ, non motu tantum, sed etiam ipsa natura, natura præcipue luminis. Quod probat et Avicenna dicens: Ubi plus est luminis, etiam plus esse caloris. Hinc Hippocrates ait: Aërem nocturnum stellarum luminibus subtiliorem fieri et calidum aliquantum, generationique et vitæ accommodatum. Aristoteles etiam, ubi de partibus animalium dubitat, ait: noctes in plenilunio esse calidiores propter Lunæ lumen. Luna quidem minime calida est, humida multum. Quæ si ideo duntaxat dicatur non calefacere, quia tardius, quam Sol, moveatur, deberet forsan tarditatem motus cum propinquitate ad nos quodammodo compensare, ideoque quodammodo sicut Sol, calefacere motu. Item si stellæ fixæ, quamvis velocissime moveantur, tamen dicantur non calefacere motu, quia maxime distent, deberent forsan distantiam cum motu celerrimo compensare, et idcirco similiter calefacere. Verum si motus ipse simpliciter causa sit caloris, nec motus ullus calorem extinguet et flammam, ac saltem velocior quidem vehementioris, tardior vere tepidioris erit origo. Rursum si non motus ipse simpliciter calorem gignit, sed certa velocitas, primo quidem re vera non video, quidnam distantia valeat vel propinquitas, dummodo motus ipse sit velox: deinde hic satis patet caloris effectum in aliam, præter motum, causam referendum: et merito, quoniam motus sive sit voluntatis, exigit ante se imaginationis formam atque naturæ: sive sit naturalis inclinationis, naturæ formam exigit præcedentem. Non ergo motus ipse calorem aliamve generat formam: sed forma quandoque per motum, talisque forma talem: quamvis forma prior sit natura præstantior. Denique quisnam asserat localem motum, qui et omni forma deterior est, atque pertinet ad externa, suapte natura generare calorem profecto vel excutit calorem sæpe latentem, vel ex durorum collisione corporum medium confringit aërem, solumque rarefacit: sic extenuatus aër ad competentem ignis conditionem, ab idea seminalique ignis ratione, quasi fomite formam ignis induitur. Luna igitur calefacit minus, quam Sol, quia calida minus. Superiores stellæ minus quoque, quam Sol, quia vel calidæ minus, vel minores Sole, vel longe distantiores, vel inter se admodum separatæ. Videtur autem Sol secundum accidens exsiccare: non quia in eo sit vel sicca natura, vel vis alia desiccandi, alioquin nec omnia naturaliter augeret, imo ignis more minueret, sed quoniam radii Solis vel in concavis nimium duris nimium coarctentur, vel ex directo percutientes fortius ad nos reflectantur: tunc enim vis per ejusmodi violentiam nova contingit. Omnino vero quia radii tanquam immateriales, liquidissimi, immaculati, neque colligunt, neque confringunt proprie, neque confringuntur, sed vel congregantur, vel e regione redduntur, ap-

paret calorem illis inesse natura, qui congregatione propria intendatur, ac vehementius agat. Luna quoque frigus ex accidenti videtur afferre, quia et meatus lumen ejus nostros aperiat, et nocturnum interim frigus extenuet: quo fit, ut frigus inde subtilius per patefactos aditus liberius intret. Frigoris quidem natura est interimere atque comprimere: lumen vero Lunæ gignit prorsus et auget: utpote quod habet cum humore calorem. Similiter Solis lumen ex accidenti causa frigoris est nonnunquam: sive naturalem corporis nostri calorem foras provocet: sive post calorem Solis mox calori ventoque corpus exponas. Saturnum præterea nefas est frigidum ullo modo et propterea mortiferum appellare. Nihil enim in igne tanto tamque vitali vel ullo modo frigidum, vel lætiferum esse potest: Satis esto, apud Saturnum ab humore vinci calorem: cumque talis sit, et a nobis insuper remotissimus, parum admodum caloris afferre, humoris quoque non multum: quia præter hæc duo vis est in eo naturaliter contrahendi, sistendi, continendi, cogendi. Unde quamvis exsiccet nunquam, sicut neque Luna, videtur tamen quodammodo desiccare, dum in se ipsum cogit humorem: sicut et Luna dum decrescit lumine, vel descendit. Difficile vero Saturnum esse humidum negare possunt, ubi aiunt illum sæpe pluvias augere, et fluxum alvi citare: pestiferum vero hunc appellare non licet: quippe cum providentia cuncta disponens sphæra tam ampla hunc honoraverit, proximumque vitalibus stellarum innumerabilium radiis esse voluerit. Mitto, quod Theologi veteres mentem ipsam attribuere Saturno, ipsique menti vitam primam æternitatemque dicaverunt. Nonne cum hoc Astrologi ascendens computant vitæ principium? Nonne primum conceptionis mensem Saturno commendant? numquid a mortifero vitam auspicari decebat? Quid ergo? Primum ei mensem idcirco committunt, ut sicco frigore suo cogat semen, sistatque ne diffluat. Sistit profecto, cogitque non frigida potestate vel sicca, alioquin exordium vitæ peteretur a contrario vitæ, sed mira quadam contrahendi et colligendi et continendi virtute. Multa enim sunt, quæ lac aliosque liquores alia cogunt virtute, quam frigida. Itaque Saturnus non frigiditate vel siccitate conglutinat, alioquin statim ab initio redderet generationi vitæque prorsus ineptum: sed virtute potius a circumferentia ad centrum omnia redigente: nec modo frigoris, sed more manus, et pugni: vel natura coaguli arctius comprimente, sicut et Mars vicissim ad circumferentiam a centro protendit. Quod autem natus octavo mense non vivat, si modo ita semper accidat (accidit enim aliter in Ægypto, et alicubi apud Græcos) causa erit non frigiditas, siccitasve Saturni, sed violentia quædam aliunde tunc illata, quæ nasci eo tempore compellit eum, quo adhuc Saturnus in visceribus detinebat. Non enim dum hic retinet, nascitur aliquis, nisi violenta nimium causa expulsus ex alvo. Nam et Peripatetici medicique aliunde, quam a Saturno, rationes assignant: et astrologi tradunt, in regionibus Indiæ Saturno subjectas vitas esse longissimas. Sed nonne ex accidenti saltem a Saturno siccam frigidamve naturam nonnunquam evenire dicemus? Tunc ita forte videri, si quando Saturni radius in frigida et sicca materia capiatur: eam enim et per se paulum calefacere potest vel humefacere, et sistit nimium, unde cogitur materia gelu. Sed tum in humidiore, tum vel maxime in calidiore quam plurimum conferre videtur. Nam et humore suo temperat caloris excessum, et ipsa conglutinandi virtute cohibet humoris effluxum. Mars vero contra in materia frigidiore vel humidiore moderatur effectum: calidiorem vero præcipitat, non tam in caloris excessu, quam vigore movendi. Sed quoniam de seminali nunc materia fecimus mentionem, operæ pretium est admonere, vim in fœtu Solis et Lunæ universalem esse in calorem humoremque vitalem. Vim Saturni esse, seminalem materiam colligere penitus atque firmare: Jovis officium, movere deinceps, intusque fovere: Martis actio [actionem ?] ad externa movere: Mercurii munus, figurare ad sensum spiritus atque membra: Veneris ministerium, ad affectum et propaginem omnia conformare. Hæ vero sunt dotes præcipue pertinentes ad corpus, ex planetarum signorumque corporibus. Ex eorum iterum animabus in nostris animis a Saturno contemplatio cautioque et conservatio diligens augetur: ab Jove civilis et prudens potissimum gubernatio: a Marte magnanimitas malorum injuriarumque expultrix: a Mercurio inquisitio quælibet et expressio: a Venere charitas et humanitas: a Sole honestatis cura pudorque et gloriæ studium verioris: a Luna denique rerum vitæ necessariarum cura et providentia diligens. Sed ne quis nos forte damnet planetas sic ordine Platonico disponentes, memento divinam providentiam statuisse Solem per latitudinem Zodiaci minime pervagari: tota enim hujus evagatio sub unius portionis æstimationem venit. Quoniam vero Sol planetas sibi nimium et altitudine et latitudine propinquantes forte confunderet, et virtutis excellentia penitus occuparet, ideo decretum est, Lunam atque Venerem, quarum medius Sol incedit, latius evagari: nam ad duodecim fere portiones pervagari veteres voluerunt. Mercurius tanquam remotior a Sole quam Venus, angustiori se pervagatione defendit: nam fere ad portiones octo percurrit, Mars et Jupiter ad quinque. Saturnus, utpote remotissimus, ad tres in latum portiones excurrit. Sic eorum

opinio confirmatur, qui Veneri Mercurium anteponunt: quanquam et qui contra faciunt, ordine signorum se defendunt. Sicut enim domus procedunt, ita planetas disponi volunt. Cancer ergo primam ponit Lunam: Leo Solem secundum: Virgo Mercurium tertium: Libra Venerem quartam: Scorpius quintum Martem: Sagittarius sextum Jovem: Capricornus Saturnum septimum. Deinde versa vice ponuntur; sed hæc illi viderint.

*Compositiones in naturis planetarum, ac diversæ vires: et actiones, et ex cunctis mira cæli contemperatio.*

Sed redeo ad Plotinum. Cum asserat, omnia in cælo calere, frigere nihil, et tamen in quibusdam magis minusve temperari calorem, videtur humorem illic cum calore conjungere: cujus commixtione temperatio fiat. Non enim illic calor frigiditate reprimitur, neque se ipso insuper refrænatur, neque merus ibi regnat atque solus: alioquin non alibi magis, quam alibi dominabitur. Humor igitur illic, id est, lenis et agilis teneritudo quædam, et velut uncta liquiditas, et alma fœcunditas: humor, inquam, hujusmodi ibi tum calorem alit, ut nectar, sicut calor alit lumen velut ambrosia: tum coercet incendium, ne vel ex incendio calor insuper ipse perdatur: tum collisionem sphærarum mutuam prohibet, alioquin ex rapidissimo motu futuram, sphærasque et alia protinus exusturam: tum denique motus radiosque lenit et mulcet, quo blandius inferiora contingant. Hæc omnia perficit humor: humor, inquam, familiari calori suo adeo necessarius, ut nunquam destillet inde vel diffluat, vel calorem ipsum obtundat et suffocet. Profecto sicut in anima vitalis motus ab animali vita, hæc autem ab intellectu dependet, et servatur, atque vicissim: sic in cælo liquiditas a calore, calorque a lumine. Ita igitur vel exempli causa compone cælestia: in Saturno calorem valde superat humor: In Marte longe calor humorem: Jupiter horum medius calorem quasi pariter cum humore contemperat: Marti deinceps, ut more Platonico digeram, succedit Mercurius referens Saturni naturam: huic Venus quasi mistionem Joviam repræsentans. Dico autem quasi, propter eorum opinionem, qui putant Jovem quidem declinare aliquantulum ad calorem, Venerem vero potius ad humorem, sed ex ambobus temperiem confici perfectissimam. Sol deinde sicut et Mars calore valde vincit humorem: Luna tandem quemadmodum Saturnus atque Mercurius, plus admodum humoris possidet, quam caloris. Sed horum trium humor ita se invicem habere videtur: Saturni quidem humor semper recurrit ad centrum: Lunæ vero ad circumferentiam potius lumine crescente dilatat: Mercurii denique mediocriter facit utrumque. Sed ut Lunam repetam, hanc, cum decrescit lumine, astrologi doctiores aiunt, non minuere quidem humoris substantiam, sed ad centrum potius cohibere sicut crescendo dilatat, quod apparet in mari, cujus dilatatur etiam amplitudo, dum Luna medium cælum petit ab Oriente: dum vero a medio ad Occasum tendit, refluit in angustum. Neque interim verisimile est tam facile, tam subito per substantiam augeri, vel minui. Præterea calor Solis, et Martis differenti conditione moventur et movent: Martis quidem, velut in pyramidem: Solis, in orbem. In duobus igitur, id est, Jove simul et Venere, quasi par est humoris portio atque caloris: sed enim cum in duobus vicissim, id est Sole Marteque longe calor exsuperet, curnam tria sunt, Saturnus scilicet, et Mercurius atque Luna, in quibus humor excedat? Quia et calor efficacior est, quam humor, et Solis Martisque simul moles est ingens. Ideo jure conjuncti duo, e regione trium opera temperantur. Tanta quin etiam caloris est efficacia in humorem, ut faber ipse mundi voluerit in ipsis sphærarum molibus, quæ stellas continent, humorem librata portione superare calorem: ut portione saltem quasi pondere, naturam humor suam ad efficaciam caloris adæquet. Hac itaque ratione sphæræ omnes supra terram aquæ vocantur, atque sicut mare ad terram aqua est et liquor, sic aër est humor ad mare: sic Lunæ circuitus est liquor ad aërem: sic superiores ad hunc et ad se deinceps habere videntur, ut superiora semper inferiora foveant et feliciter alant. Sunt igitur aquæ sub firmamento: sunt et in firmamento, tum in ipsa firmamenti temperie, tum in stellis firmamento nitentibus, eaque invicem, qua planetæ, proportione compositis: sunt et aquæ super ipsum etiam firmamentum, quas et astronomi posuerunt, ut motus omnino simplex duplicem et oppositum firmamenti motum regat et ducat. Super has item aquas ignem Theologi posuerunt, id est, empyreum cælum amplius crystallino. Atque hoc fortassis est lumen, quod apud Moysen Deus ante Solem et Lunam et stellas accendit. Cælum hoc ea ratione crystallinum præcedere judicatur, qua et status motum, et calor humorem. Sed numquid in empyreo calorem comitatur et humor? Comitatur quidem sed absorptus in ipsum. Nunquid rursus in crystallino calor comitatur humorem? Comitatur sane, sed tractus ad ipsum. Atque ita deinceps paulatim crescit humor in sphæris, donec sub media tandem aëris regione humor, et velut superfluus, et tanquam a calore jam alienus diffluat et spargatur. Superius autem usque adeo est alter alteri necessarius atque domesticus, ut et humor calorem nutriat atque moderetur, et calor humorem foveat atque con-

servet: utroque vero custoditur et lumen. Sed ubi plus est caloris, ibi lumen est efficacius, et oculis admodum manifestius: ubi vero humor abundat, lumen et minus est efficax, et albedinis instar quasi spargens intuitum minus sese oculis offert. Interea meminisse te volo, lumen et calorem in stellis humidioribus, etsi, quantum ad stellam solam pertinet, nos minus afficiat, tamen paulatim deinceps afficere plurimum atque diutius, nisi forte aliunde supervacuus affluat humor ab initio sive frigus: tum quia non fiat in materia resolutio cita: tum maxime, quia, cum hæc stella ejusdem ferme temperationis sit, atque sphæra, qua regitur, nimirum una cum propria sui dote contrahit ad nos abundantius sphæræ totius influxum. Atque ita quantum cæteræ propria sunt virtute potentes, tantum hæ præpotentes virtute communi: maximæ vero stellæ, quæ in sphæris sunt amplioribus. Semper enim circus amplior tanquam continens et ducens præstantior est, virtutemque suæ stellæ mirabilem inserit, sed occultam. Sed ut ad Plotinum regrediamur: Mars quidem non nocet caloris acumine, sed humidiorem materiam temperat: Neque etiam Saturnus est noxius, sed quoniam remotissimus est, idcirco influxus ejus quasi peregrinus nobiscum non facile congruit, præsertim juvenibus: nisi vel cæteris luminibus rite commisceatur, vel ipse in sidere sedens humano, in quo vel habeat domicilium, vel exaltetur, quodammodo fit operis auctor. Neque Mercurius fit aliquando malus, sed cum sit medius omnium, facile omnibus fit persimilis. Denique sicut in animali singula membra quamvis qualitate diversa, et invicem, et toti conducunt ad bonum: sic in cælo, quod communi etiam vita vivit, Sol quasi cordis obtinet locum: Mars vero fellis, Jupiter jecoris, Venus et Luna membrorum (ut ita dixerim) genitalium: Mercurius linguæ vultusque, Saturnus capitis atque splenis et stomachi: Stellæ fixæ vicem referunt oculorum, et quæ diversa videntur, conferunt ad temperiem. Dixi equidem universum vita quadam communi vigere, per quam omnia mundi membra vicissim passione communicant, id est, ab alio in aliud facile transfertur influxus, et occultus passim excitatur sensus, et incitatur affectus. Quando vero communem dico vitam, una cum Plotino irrationalem intelligo vitam, ab anima mundi universo tributam: in cujus communione in omnibus quædam actionis et passionis consensio nascitur. Sed huic vitæ non confusas, sed conjunctas esse volumus similes quoque stellarum et dæmonum hominumque vitas: quasi varias membrorum vitas cum communi totius animalis vita penitus conspirantes: ut non mirum sit, hæc invicem per proportionem quandam fieri signa, id est, ex aliis mundani animalis membris simili proportione, qua in nobis judicia nonnulla præberi ad aliorum judicandos effectus.

*Indicia quinque, quod stellæ non omnia faciant.*

VI. Caput sextum indiciis quinque confirmat, stellas non omnia facere. Primum constat sane tum dignitate naturæ, tum sublimitate loci, tum amplitudine potestatis, quamlibet stellarum vel minime bonam, viro vel optimo meliorem prorsus existimandam. Quam ob rem scelera, quæ vir optimus non patraret, stellæ minime perpetrant: præsertim quia cælestia omnia viva divini artificis sunt instrumenta. Quod asserit et Ptolemæus, et ratio docet: tum quia per illa hic singula tam artificiosa ratione formantur, ut ars quidem omnis hæc pro viribus imitetur, sed nulla unquam assequi possit: tum quia cælestia quamvis tanta potestate prædita sint, nunquam tamen liberius pervagari videntur, sed instrumentorum conditione certo quodam tractu ac limite ad præscriptum directa finem ducuntur per eadem semper, et similiter reducuntur. Quicquid igitur per cælestia divini artificis instrumenta peragitur, ab ipso Deo præcipue provenit: cum vero a summo bono malum ab ordine cadens fieri nequeat, certe quod astrologi quidam garriunt, per Martem Veneremque in Ariete vel Tauro coëuntes, nunquam apud nos adulteria committuntur. Indicium secundum: Cum divina quidem cælo superiora neque natura neque modo mutentur: quæ vero inferiora sunt cælo, mutentur utrisque, consequens fore videtur, cælestia tanquam media, etsi modo quodam semper mutari videntur, nunquam tamen natura mutari. Delirat ergo, qui dicit, planetas hac hora, ex hoc ipso conspectu talem sortiri naturam: hora vero sequenti, naturam rursus aliam ex alio conspectu subire: similiterque deinceps: neque terminum, vel naturæ suæ proprium vel ad alios in tempore certum prorsus ullum habere, sed more Chamæleontis semper ad objecta mutari. Tertium: stellæ sunt a nostris admodum separatæ, sunt communissimæ causæ, sunt natura et numero terminatæ: influxus quoque stellarum quacunque ad nos cælestium motionum constitutione mittantur, communiores ad nostra veniunt atque definiti. Incerta igitur effectuum multitudo, et infinita diversitas nequit ex illis sine medio peragi, sed inter cælestia inferioresque effectus oportet causas occasionesque cadere medias, tum magis natura diversas, tum sorte quotidie varias, quibus ad minimos quosque et innumerabiles descendatur effectus. Stellæ igitur neque consilio terrenis minima quæque disponunt, alioquin tanta forent sollicitudine miseræ: neque naturali conditione, mox ex communissima ipsarum natura ad distinctissima quæque descendunt. Quartum solent astrologi dicere, planetam in certo

signi termino positum, nonnulla promittere, quæ non antea præstet, quam vel ad eundem terminum revertatur, vel totidem anni prætereant, per quot gradus ascenderit. Item quod promisit non prius absolvere, quam signum idem in natali revolutione nobis rursum ascenderit: et quot ab initio gradibus nobis ascenderat, annis totidem in natali revolutione ascendere rursus. Præterea, planetas singulos, aliasque stellas prout alibi vel alibi nascentibus imminent, effectum magis minusve differre. Totum quidem hoc hominis est pro arbitrio numerantis, ac fingentis potius quam docentis. Etsi planetam probabilius fingere licet, quando redit ad idem, facere similiter idem, tamen, quod facere primo non potuit, efficere secundo non poterit: neque plane perspicio, curnam ex prima positione non faciat, quæ fortior admodum in nobis est secunda. Quod idem de dilatione simpliciter dicitur ad agendum, penitus est confictum: nam si causa ipsa dum præsens est, non efficit, multo minus peragit absens. Afferent forte certam hujus causæ vim eo usque servari: ego vero, ubi servetur, exquiram. Aut enim in causis nobis propinquioribus, aut in materia, aut utrobique servatur. Esto igitur, ita servetur. Ita certe servata, pro eorum, quæ servant, conditione servatur, atque ad ipsorum naturam trahitur paulatim, et pro eorum distinctione distinguitur. Quod ergo denique fiet, sub proprietate nostra potius, quam communi, continget. Quintum: quemadmodum in Theologia probavimus, ac rursus alibi repetemus: omnis causarum turba ex una primaque dependet causa, adeo ut inde sit et servetur atque ducatur, alioquin diversitas causarum non conducet ad unum, nisi et deducatur ab uno. Quæcunque igitur fiunt desuper, tanquam a summo bono pendentia, et ornatissime fiunt, et optima veniunt. Nemo igitur stellas vel solas omnia, vel mala etiam facere audeat confiteri.

*Indicia quinque, quod stellæ significant potius nostra, quam agant.*

VII. Plotinus et Origenes condiscipuli sub Ammonio Alexandrino, ac semper amici, hac in re sicut in plerisque consentiunt: stellas neque omnia facere, neque, ubi agunt, omnino peragere. Item multa significare, quæ ipsæ non faciant: non omnia, inquam, facere, ne si mala fecerint, vel Deus non provideat, vel sit injustus, stellæque simul injustæ. Neque rursus omnino, ne si ad exactissimum ipsæ singula peragant, naturalium rerum actio vacet, et liberum cesset arbitrium. Simili quoque consensu frequentem stellis significationem vel ubi non agant, libenter idcirco concedunt: quoniam ex hoc divina providentia maxime confirmatur: neque enim possent in præsenti hac universi facie præferri indicia præteritorum atque futurorum, nisi res passim rebus, tempora temporibus certo quodam et consequenti ordine necterentur. Ex quo perspicue patet, non incerto quidem casu cuncta vagari, sed ratione quadam et providentia regi. Si perpetua consideres stellarum lumina, et accessus ad nos atque recessus, concedent Plotinus et Origenes ex his tantum apud nos effici, quantum ordine naturali procedit, et ad corporum spectat affectiones, et id quidem conditione communi, quæ per propinqua nobis valeat permutari. Si spectes iterum situs stellarum quotidianos mutuosque aspectus, scito ex his apud hos philosophos nostra potius significari, quam agi. Quod quidem Origenes in Genesis commentariis, ubi dicitur stellas fuisse factas in signa: et Plotinus hic simul et in libro de Fato, quinque potissimum argumentantur indiciis. Primum: Non potest, quod posterius est, efficiens causa præcedentis existere. Astrologi vero ex nativitatis hora non solum, quæ eventura sunt nato, sed quæ jam evenerunt, judicare promittunt: utrum masculus sit, an fœmina: utrum mancus, an integer. Imo vero et altius in hodierna stellarum positione multa nobis aperire præterita profitentur, quæ non nativitatem solum, sed nati conceptionem etiam antecesserint: parentum et avorum naturas atque fortunas, fratrum quoque majorum atque reliquorum nobis necessitudine conjunctorum. Ad hæc autem quasi priora non potest causa esse cæli figura posterior, sed esto signum, si quid modo declarat. Quod si quis concedat præterita quidem ex his tantum repræsentari, futura vero insuper effici: is cogetur nobis ostendere differentiam, et discriminis hujus causam assignare. Curnam, si ad præterita figura præsens causa non est, ad futura sit causa? Ac si positio Martis in quarta demonstrat, et parentes cito mori, et natum patrimonium dissipare: sicut neque positura hæc parentes necat, ita neque dilapidat patrimonium. Jam vero et futura quædam per hanc astrologi prædicere pollicentur, quorum figura hæc causa esse non potest: scilicet uxoris, et fratrum, et amicorum sortes: quæ suas non in hac figura, sed alibi causas habent. Denique per præsentem cælestium habitudinem, quæ post annos triginta contingent, si modo portendi possunt, perfici certe non possunt. Merito igitur plerumque dicunt, natus hic ipse sibimet causa erit incommodorum suorum, alius commodorum. Secundum indicium: Si patibulo moriturum aliquem dixerint, non à nativitate sua id solummodo, verum etiam parentum, fratrum, filiorum, aliorumque necessariorum: imo vero etiam ex nativitate necantium intelligi posse putant. Si qua vero patibuli hujus causa est, vel una est, vel si plures, certe conjunctæ sunt, et in ipso: ubi vero in diversis

hæc dispersa sunt, non causæ, sed signa videntur. Denique si per cæli in nativitate figuram fatum pueri jam pridem facti prædicitur, hæc ipsa figura fatum non efficit, sed declarat: sicut et puer non tunc efficitur, sed declaratur effectus. Sed et ante conceptionem fatum Platonici dicent fuisse conceptum, quando videlicet anima corpus elegit. Indicium tertium: Cum multæ prævidendi rationes esse putentur, oraculum, augurium, aruspicium, interpretatio somniorum, medicorum agricolarumque præsagia, omen, physionomia: in quibus omnibus signa perpenduntur, non causæ futurorum: curnam in sola figuræ cælestis inspectione non indicium tantum putant esse, sed causam? An videlicet nobis est illa figura superior? Sed avium quoque volatus, et tonitrus superiores sunt, neque tamen per hæc, ut per causas, sed tanquam per indicia solent aucupari futura. Denique quid et quomodo efficientis ad hæc causæ sit in cælo, jam constitit. Nonne et Deus mentesque divinæ superiores sunt? Oracula tamen et prophetarum verba divino afflatu pronuntiata vel scripta, futurorum prodigia non causæ judicantur. Similiter poterit et cæli facies esse liber, in quo figuræ scriptæ divinitus præferant ventura, non agant: præsertim si consideratione cælestium corporum prænoscantur ea, quæ fieri nequeunt corporalis illius naturæ tenore, scilicet certæ certis temporibus hominum dignitates atque depressiones, inventiones thesaurorum, cogitata consiliorum, mutationes fortunæque propriæ atque nostrorum. Indicium quartum: Si per præsentem stellarum constitutionem vel immania scelera, vel opera divinitatis propria portenduntur, probabilius valde dicetur, stellas utraque potius declarare, quam vel, cum optimæ sint, pessima perpetrare, vel, cum sint corpora, incorporea facere: et, quæ vel contra vel supra naturam corpoream sunt, efficere. Indicium quintum: Interrogationes, quæ quotidie apud astrologos fiunt, sive de præteritis, numquid talia facta sint? vel de futuris, numquid fient? vel de præsentibus, utrum fiant? de rebus et alienis a nobis, et longe distantibus, confirmant, quicquid ex præsenti interrogationis hora respondetur, non per causam responderi, sed signum. Superiora hinc iterum confirmantur, quod omnium, quæ nobis accidunt fiuntve a nobis, manifestas sufficientesque apud nos causas reperimus, in propria generis nostri natura, in consuetudine, affectu, consilio, actione, concursu circumstantium causarum, neque unquam sine his causis e cælo fit aliquid: ut nil opus sit horum in cælo causas perscrutari, quæ sæpe in terra patent, neque tamen inveniuntur in cælo. Atqui si præsentes semper in horas cæli figuras aliquid in nobis facere concedamus, ad affectiones corporum primosque impetus tantum pertinere dicemus: atque id quidem parvi esse momenti, si quidem per causam agitur momentaneam: Rursusque pro natura propria suscipi, et ad nostra quasi firmiora mutari. Ex eo autem quod constitutio siderum non quæcunque significat, efficit, propria divinitatis, et naturæ, et artis actio confirmatur. Sive igitur Jovis et Saturni conjunctio novam portendit religionem, potest nihilominus vel vera interim religio à Deo perfici, vel ab homine falsa confingi: sive per cælestes motus, quæ infra Lunam natura contingunt, aliquando designentur, nihilominus natura talia facit, et efficit tenore naturæ: sive per eosdem motus portendantur actiones humanæ, consilio tamen humano et pro arbitrio nostro procedunt, signaque interdum vana fiunt, quando efficiens causa in se causam permutat significantem. Proinde quod Plotinus, et Origenes aiunt, futurorum quasi literas in cælo vel scriptas esse ab initio, paulatimque explicari, vel perpetuo scribi, intelligunt stellas, figurasque tum confectas ex stellis, tum imaginarias: Item signorum gradus partesque minutas: denique planetarum aspectus et motus, et quæ consequuntur hæc ubilibet, vel comitantur. Tu vero cælum hic intellige universum. Est enim ubique cælum: et Timæus cælum nominat universum. Supra Lunam quidem sicut rerum inferiorum causæ sunt communes, ita et communia signa: infra Lunam vero sunt causæ propriæ, quibus cognitis communia in propria derivantur indicia, totumque hoc quasi animalis unius corpus existit. Oportet igitur in mundano hoc animali tum supra Lunam, tum infra circumspicere cuncta, atque invicem pensitare. Sicut enim diversa inter se agentia sunt, tum supra, tum infra, tum superiora ad inferiora nonnunquam: sic et signa passim inter se sunt sæpe diversa: quemadmodum in quolibet animali tum naturæ inter se contrariæ sunt, tum membra diversa, tum in aliis ad alia repugnantia signa. Jubet itaque Rasis physiognomonem non uni credere signo, sed cuncta comprehendere, invicemque librare: atque ubi contraria sunt, sequi plura simul atque certiora. Idem observare debet in mundo divinaturus ex mundo: quem in judicando cautum esse debere Aristoteles in libro de Somno et Vigilia his admonet verbis: *Sæpe sunt in corporibus signa etiam cælitus, velut imbrium et ventorum, neque tamen evenit significatus eventus, cum motus hoc alius vehementior accidit.* Quam ob rem divinationem ejusmodi Origenes atque Porphyrius hominibus abstulerunt, concessere dæmonibus, quibus pateat cælestis liber ille legendus. Non dæmonibus, inquam, æque omnibus: nam Porphyrius in libro de Oraculis[a], postquam probavit quæcun-

[a] Münterus V. C. in Dissertatione: *Die Christen im heidnischen Hause.* Havn. 1828. p. 57. Porphyrii opus περὶ τῆς ἐκ

que Dii oraculis fatalia nuntiant, stellarum observatione prædicere, subjungit, Deos quoque sæpe mentiri, atque exquisitam futurorum cognitionem non hominibus solum, sed multis etiam Deorum esse prorsus incertam: et quibus Deorum innotescere potest, non qualibet hora ad plenum esse perspectam. Sic itaque dæmones, quantum spectat ad præsens, disponere libet. Ætherei dæmones aërem colentes sublimiorem, cælestia magis, quam terrena, contemplantur ostenta: aquei vero dæmones aërem scilicet infimum habitantes, ex nostris magis, quam ex cælestibus, rerum argumenta venantur: Medii denique commodius utrobique signa conspiciunt: ideo vaticinio apud nos sunt admodum aptiores. Ab his utique Origenes ait, homines nonnunquam accepisse præsagia: veruntamen sive ab his acceperint, sive observatione didicerint, confusa prospicere, et caligine quadam hallucinari.

*Multis de causis judicium de futuris est difficillimum.*

Quod autem nec homo nec dæmon sola inspectione cælestium minutissima quæque apud nos perspicere valeat, hunc in modum argumentamur. Sicut quælibet natura cælestis terrena qualibet natura communior est: ita quilibet cæli motus terreno quolibet est motu communior. Non possunt igitur e cælo ad terram ad minutissimum quodque reddi singula singulis: neque igitur possunt hic minima quæque perspicue inde discerni. Semper enim cælestis motio quasi communior, ad plures hic est motiones indifferens: ut nisi præter cælum insuper hæc nostra conspexeris, perpendere nequeas, qua potissimum conditione hic cælestis motio capiatur, et utram potius in partem definiatur. Suscipe, si placet, in tua genesi cæli figuram: definitas quasdam et numero paucas in ea notas inspicies, quibus communes quosdam, et paucos in te notare inde queas effectus. Motus itaque tuos omnes, qui non in tota solum vita, sed anno quolibet atque mense innumerabiles sunt, nunquam potes inde perspicere: nec etiamsi quolibet anno revolutionem tuæ nativitatis evolvas: neque rursum, si quotidie diligenter observes. Mitto in præsentia, quid dæmones possint, homines certe non possunt. Sapiens nemo negabit, stellas omnes, quæ nobis innumerabiles sunt, ad effectum quemlibet conferre nonnihil, ex earumque confluxu commune aliquid, et id quidem pro natura loci et materiæ, confici: astrologi vero stellas tantum mille vigintique et duas, vel ad summum, super mille quatercentum septuaginta sex duntaxat observant. Quo fit, ut cum minorem causarum numerum teneant, atque eas nondum perfectissime calleant, absolutam effectus conditionem judicare non possint: præsertim cum super planetas stellæ sint quam plurimæ, tum magnitudine, tum splendore mirabiles. Sint etiam innumerabiles in orbe lacteo oculis omnino nostris occultæ: planetas vero ad stellarum aspectus aliter atque aliter affici, negare ex eorum doctrina non poterunt. Mitto, quod Phavorinus philosophus non solum alias stellas præter notas existere, verum etiam planetas alios disputat esse posse, ignotos vel propter splendoris copiam, vel propter exsuperantiam altitudinis: sine quorum observatione haberi forsan perfecta rerum notitia nequeat. Ad hæc si quis objiciat, stellas quidem hemisphærii nostri agere in hominem sub hoc ipso horizonte nascentem, in alios alias: Respondemus: stellas, ubicunque sint, omnes in sese invicem conjicere radios, terræ umbra hoc nunquam impediente, eosque undique ad nos usque trajicere: item paucas admodum hemisphærii stellas hominibus esse notatas: imo etiam si stellarum numerus ad minimum computatus esset, virtus certe non omnis adhuc est nota: imo nec deprehensæ adhuc singulæ motiones, nec oculo, nec instrumento, nec ætate ad omnes sufficiente. Quid? quod difficillimum creditu est: Mercurii magnitudinem, altitudinem, motionem, ad unguem esse perspectam, si quidem et rarissime videtur, et tunc obscure se objicit, ac fere momento, neque diligentiam suspicientis expectat. Cum ergo, quid sit, quid fiat in cælo, nondum perspectum sit: nimirum neque etiam quid fiat e cælo. Præterea non ratione astrologi, sed experientia et usu nituntur, experientia vero, nisi cuncta, quæ utrobique circumstant similia sint, sæpissime fallit. An vero, quia nascente Romulo Mars in Ariete angulum Orientis habebat, talia gessit? Stellis videlicet humano notis ingenio ferme sic eo tempore concurrentibus. Quoniam igitur talis sub tali quondam cælo Romulus extitit, numquid et Annibal, cui Mars quoque ascendit in Ariete, eundem omnino consequetur eventum? Nequaquam. Quoniam etsi fingas planetas insuper omnes similiter in utroque dispositos, aliæ tamen stellæ firmamentique partes non eodem, quo olim, habitu sese habent. Signa enim oculis quodammodo manifesta a Romulo ad Annibalem situm ad ortum jam mutaverunt, dum sub signis occultis stabilioribusque currentia gradum annis centum unum peragunt: quo quidem in tempore signorum positio permutatur sidusque visibile ad occulta signa aliter aliterque se habens nimirum alia quoque facit et alia. Nam et astronomi confitentur ad invisibile signum omnia referenda: Forsan enim Aries manifestus, qui tunc cum Ariete concurrebat occulto, nunc cum Tauro congruit, aut saltem cum alio Arietis illius gradu sive minuto: Sic et cætera

λογίων φιλοσοφίας etiam tum a Ficino lectum fuisse arbitratur, et probabiliter hodieque in aliqua Bibliotheca Florentina latitare.

signa signis aliter ordine consequenti respondent. Unde si signa vires per signa permutant, planetæ quoque per signa commutant. Quamdiu vero mundus cucurrerit, et quo habitu signa hæc comparentur ad illa, ne suspicari quidem homini licet. Quantum vero diversitas circa octavam sphæram valeat, ex eo perspicimus, quod multis jam annorum millibus planetæ frequentius inter se revertuntur ad idem: neque dum tamen similes omnino revertuntur effectus: nondum pristina mundi facies renovatur: non redeunt imperia eadem et ibidem: non leges similes atque mores. Diversitatem autem octavæ sphæræ dicimus, non solum, quæ fit ab occasu ad ortum, sed etiam accessum ejus atque recessum, per quem imagines aliis sæculis ad septentrionem accedunt, aliis ad meridiem. Non possunt igitur Astrologi certas pro experientia confirmanda regulas posuisse, dum de hominibus tempore diverso nascentibus, similemque tamen quodammodo quarundam stellarum habentibus posituram, similes opinarentur effectus. Non prius enim eadem prorsus universi facies revertetur, quam annorum triginta sex millia consumentur. Accedit ad hæc, quod, quemadmodum regulæ medicorum aliter alibi sunt observandæ, si modo futuræ sint salutares: sic et Astrologorum regulæ mutationem sub regionibus diversis admittunt. Non enim potest observationis Chaldæorum ratio consistere, si quis sub diversis cæli regionibus uti eadem ratione voluerit. Eædem namque stellæ, sicut non ubique pruinas cient, similiter vel calores ventosque et pluvias, sed mutant et variant, tempestatesque eodem tempore alibi placidas movent, alibi violentas, alibi nullas: cur non eventa quoque humanarum rerum alia Chaldæis, alia Gætulis, et Scythis efficiunt? Profecto, sicut sub alio curvamine cæli alius est corporis habitus: ita in cæteris omnino rebus humanis non idem prorsus conjicere potes, si stellas ex quacunque terra conspexeris. Sed esto: observent in singulis astrologi regionibus, quid potissimum certis sæculis fieri e cælo conveniat, quod ad hunc usque diem rite nullus observat, figuram certe cælestem, quam destinare fatalem unicuique solent, ad summum explorare non possunt. Primo quidem cum nascentis fatum non a figura propria tantum, sed parentum atque avorum figura simul et proavorum, et ab ipso nuptiarum tempore dependere concedant: neque tot configurationes explorare licet, neque fatales nati causas tam late dispersas et signa distracta colligere datur: neque, sicubi sibimet adversentur, momenta rerum graviora perpendere: ac si quis ista comprehendat, non tamen ex his duntaxat omnem in nato videbit eventum. Veniunt enim, aiunt, sæpe universales causæ tam potentes, ut propria cujusque permutent, in deterius videlicet, aut melius. Sed redeamus ad figuras quodammodo pertinentes ad natum. Ptolemæus in Quadripartito inquit: *Breve tempus maximam in re ipsa mutationem facere, ideoque difficile admodum esse judicium.* Hinc et Abumasar in libro de Judiciis, *Necessarium*, inquit, *est ad judicium, qualibet hora optime callere planetarum cursus, et gradus atque minuta signorum tenere certissime.* Profecto signa sex a Cancro exordientia, quia recta procedunt, horas duas, vel paulo plus occupant ascendendo: sex reliqua, quæ a Capricorno incipiunt, quoniam exoriuntur obliqua, citra duas horas ascendunt. Dividenda igitur hora est utrobique partesque horæ partibus signi distribuendæ. In rectis quidem gradus quinque signorum quintamdecimam ferme exigit horæ partem, in obliquis ferme vigesimam. Verum sicut in signis triginta sunt gradus, et in quolibet gradu sexaginta minuta, et in quolibet minuto sexaginta secunda: ita partem horæ utrobique vel quintamdecimam, vel vigesimam, necesse est in partes sexaginta, et iterum sexaginta similiter distribuere, et singula singulis prorsus accommodare. Cum igitur asserant (ut et Origenes inquit) astrologi, non solum gradus, sed et minuta minutorumque minuta necessario cognosci debere, in quibus planetæ sint, et quæ ascendant, sive descendant (nam in minimo maximum est discrimen: quod et Nigidius in volvenda figuli rota monstravit) quisnam minutias ejusmodi deprehendere potest? Jam vero cum ut plurimum media signi pars unam ascendendo occupet horam, quonam pacto minutum ascendentis invenies, cum tam minutam divisionem temporis nequeas observare? Scire namque expedit non solum quota hora, sed etiam quotis minutis horæ ex utero sit puer effusus. In Piscibus vero atque Ariete propter obliquam horum ascensionem (hora enim et tertia horæ parte ascendere pene videntur) minimam temporis partem magnam mutationem afferre non dubitant, ut vel vigesima horæ unius pars gradum ascendentis immutet. Quoniam igitur asserunt tempus, vel exiguum, quod cadit inter nativitatem, vel geminorum, vel duorum quorumlibet hominum, ex diversis quidem parentibus, sed eadem pene temporis parte nascentium, diversitatem afferre, quæ inter illos effectu deprehenditur: Ideo sic eos Augustinus interrogat: Aut illud exiguum intervallum exiguam inter illos discrepantiam affert, aut magnam. Si exiguam dixerint, objiciemus Jacob et Esau geminos sine intervallo temporis editos in magnis fuisse dissimiles. Si magnam, cum illæ minutiæ nullo possint instrumento deprehendi scilicet secunda, tertia, quarta, certe judicare non possunt. Magnam vero afferre, in meis necessariis sum expertus. Natæ sunt in familia nostra geminæ sine intervallo sorores:

alteram post hebdomadas septem proprius interemit morbus: alteram post septem menses nutrix inscia suffocavit. Nati sunt et gemini similiter: alterum intra paucos dies ignis occidit, alterum aqua post annos quatuordecim suffocavit. Nati sunt et in vicinia mea sine intermissione gemini, qui adulti jam sunt, et corporibus, ingeniis, casibus diversissimi. Mitto, quam diversa sit sors brutorum una nascentium plurimorum, præsertim ubi simul foventur in ovis. Profecto si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, in quo nascens homo accipit fatum, ut in eodem illo puncto sub eodem penitus circulo cæli plures simul vix ad eandem competentiam nasci queant: ac si idcirco gemini quoque non eadem vitæ sorte sunt, quoniam non eodem momento sunt orti, respondeant quæso, ut cum Phavorino interrogem: cursum illum temporis transvolantis, qui vix cogitatione animi comprehendi potest, quonam pacto deprehendant, cum tam in præcipiti cæli vertigine minima quæque momenta ingentes dicant mutationes afferre? Jam vero major mora est nativitatis in uno, quam inter geminos mox sibi succedentes in partu. Si igitur in ictu quodam oculi cælestis constitutio permutatur et fatum, necesse jam erit, ut totidem fata dicant, quot sunt et nascentia membra. Hic quoque peropportune quæritur, utrum fati series explicetur, quo primum momento incipit egredi puer ex alvo? an potius, quo jam medius exit? an forte cum totus? nam et hoc inter se dissentiunt. Verum altius ab exordio fœtus repetenda res esse videtur: Etsi nonnulli ipsam tunc cæli figuram inventuros se profitentur: atque id quidem ex figura nativitatis, tamen cum hanc incertam habeant, nimirum et illam multo magis incertam. Sed condonemus eis, ut hanc compertam habeant, quibus tandem regulis ex hac illam aucupari poterunt? Dicent forte nonnulli, gradum Lunæ in nativitate ascendentis gradum in conceptu fuisse, ac vicissim gradum ascendentis in ortu gradum extitisse Lunæ, cum fœtus conciperetur in utero: sed neque hoc compertum firmiter esse potest, imo vero arbitrarium est omnino. Jam vero et alii aliunde quærunt, atque ut refert Iamblichus, alii quinque ad id legibus uti solent, alii paucioribus, alii vero pluribus. Porphyrius autem id astronomis etiam concedentibus ait esse prorsus incertum. Sed esto, reperiat forte quispiam primordia fœtus: quærimus, Utrum prima illa temperatio cæli, quando primum inchoatur opus humanum, solum conducat ad opus, an et reliquæ deinceps harmoniæ cælestes, quæ sicut et prima momentanea fuit, momentis singulis variantur? Si prima solum dicatur efficere, mirum est, momentaneam cæli figuram diuturnum opus absolvere: et cum jam amplius non est, continue facere. Sed afferent ex prima figura vim quandam in fœtu relictam quasi superstitem et agentem. Sit ita sane, quamvis etiam sit adeo mirum, at certe, quæ continuo deinceps figuræ sequuntur, num agunt in fœtu nihil? imo et agunt hæ quoque, et suas notas inurunt. Et quamquam pro natura prioris excipiantur, influunt tamen etiam pro natura sua, ac paulatim priora permutant, confundunt indicia, judicia fallunt. Maxima vero et antecedentium permutatio fit, et sequentium inchoatio, cum primum corpusculo fœtus jam ad animam præparato influit anima: quod sane momentum, vel dæmonibus est incertum. Iamblichus ex mente Platonis probat, sortem ducemque vitæ dæmonem animæ tribui etiam ante conceptionem ab universali totius mundi dispositione: prout anima, cum primum appetit corpus, se habet ad universum, atque e converso. Id ergo tempus primo scire oporteret atque perpendere, quod sola inspiratione divina putat posse comprehendi. Præter hæc insuper in judicandis hominum effectibus siqua tempora observanda sunt, quinque observanda videntur. Primo quidem serendi tempus, quando semen jacitur in matricem: hujus jactus conditio sequitur voluntarium parentum motum, et ipsam præsentem utriusque naturam, imaginationemque comitantem potius, quam præsentem constitutionem cæli. Principium enim motus fuit utriusque voluntas: sors vero in ejusmodi motu potissimum pro eorum natura et imaginatione contingit, interea nonnihil favente cælo. Quantum imaginatio possit, apparet ex aviditate prægnantium, et in animalibus, quæ alba nascuntur ex genitoribus imaginantibus alba: sicut de pavonibus fertur. Secundo, tempus, quo cessante jam motu prædicto semen in matrice collectum firmumque, jam ex eo quod erat, incipit permutari, et forsan primo conglutinari. Exordium et fons conglutinationis actionisque ejusmodi sequitur conditionem seminis et parentum magis, quam cæli, quia admodum materiale est, quod efficitur, et id quidem erat, fitque pars parentum. Pars vero propinquum propriumque suum sequitur totum. Unde videmus ex tali specie individuoque talem speciem et individuum ejusmodi semenque coalescere: confert tamen interea cælum. Tertio: tempus, quo primum fœtus formatur in vitam. Idque fieri aiunt secundo mense, quo potissimum Jupiter agit. Verum incertum est, utrum adsit vita, cum primum sui mensis impleverit medium, an aliquot post dies, quum ad quadragesimum nonum a conceptione diem pervenerit, quia natura frequenter in rebus nostris septenario gaudeat. et omnino, an fiat aliter, est obscurum. Forte enim sicut in nono mense, quem Jovi rursus attribuunt, non similiter in lucem omnis editur infans, ita neque pariter in secundo vitam quilibet accipit: nam et fœminas

non similiter atque mares accipere compertum esse ferunt: sic et mares inter se et fœminas probabile est non eisdem intervallis accipere. Quid? quod rationalem animam descendere alii forte dicent, non mense Jovis, in quo vim vegetalem tribui dicent, non mense Martis, in quo vim potius sensualem: sed mense Solis, aut forte Mercurii. Sed opinionibus his obmissis consideremus simpliciter propriæ vitæ principium. Auspicium vitæ ab hoc die et hora maxime ducitur: Nam a conceptione auspicium potius essentiæ fuit et molis hactenus non alia vita vixit, quam parentum, parsque alterius extitit: nunc vero propriam sibi vindicat vitam, fitque jam totum, motuque mox proprio utitur. Ejusmodi ergo vita vitam jam exteriorem, id est, universi secuta videtur mentemve divinam. Sors quoque vitæ, in corpore, inquam, sequitur maxime præsentem cæli constitutionem. Deinde etiam corporis habitum: præsentem dico habitum: alius enim jam est, quam in conceptione fuerit. Et merito sicut, quod erat materiale magis, materialem magis causam sequebatur: ita, quod maxime est, fitque formale, causam in primis formalem, id est, cælestem, et supercælestem præcipue sequitur. Quarto: tempus, quo adultus infans in utero se a maternis vinculis absolvere toto impetu nititur. Solutionis ejusmodi sors sequitur, primo quidem præsentem virtutem pueri ac matris conditionem: deinde cæli habitum magis minusve ad id conferentem. Quinto: tempus, quo solutus omnino puer erumpit ex alvo. Erumpentis quidem conditio præcedentem conditionem sequitur annitentis. Qualis autem futura sit hujus conditio, qui ex alvo jam prodiit, si modo judicatur ex constitutione cælesti, qua prodiit, non tanquam ex causa, sed velut ex signo perpenditur: probabile enim esse dicent, præcedentem cæli prosperitatem ad consequentem cæli perduxisse prosperitatem. Sed memento, sortem omnino perpendi non posse, tum quia ignorantur tempora, tum quia ignorantur et causæ, quot qualesve sint, tum quia nescitur, quid potissimum ex omnium concursu confletur. Concursu, inquam, tum præsentium inter se, tum consequentium cum præcedentibus causarum. Aliud enim stellarum agmen fuit, quo primum tempore conciperetur homo, aliud postea cum infunderetur anima, aliud cum ederetur in lucem. Quod si alius atque alius stellarum situs et ductus differentes promittit fortunas, quisnam sortem in judicando ex his potissimum eliget? Quisnam in quavis temperatione cæli perspiciet quantum boni, vel mali hinc aut inde ex diversorum comparatione afferatur, auferatur, augeatur, minuatur? Quid denique novi ex omnium mistione confletur, in qua vim maximam esse non dubitant? Nam et aspectus, qui forsan per se dissonare putantur, conjuncti tamen cum consonantibus concentum conficiunt gratiorem. Cum vero ex omnium mistione dico, non lumina tantum cælestia, sed etiam inferiorum vires materiamque et locum ad misturam talem arbitror conferre quam plurimum. Quæ quidem omnia certe complecti divinitatis est proprium. Hinc Esaias ait: *Dicite mihi ventura, atque ego vos Deos dicam.* Hinc Plato Deo quidem scientiam tribuit, nobis opinionem. Hinc Ptolemæus judicia de futuris inter necessarium et contingens ait media cadere, neque pro certo aliquid proprieque comperto affirmari debere. Hinc Avicenna in metaphysicis negat, astrologis esse credendum, quia neque cuncta cælestia teneant, neque naturas inferiorum ad judicium necessarias, neque nitantur demonstratione, sed experientia quadam, vel vaticinio probationibusque oratoriis atque poëticis. Humanum namque ingenium tum causarum numerus et qualitas latet, tum experientia fallit, tum signa decipiunt. Sane cum multæ sæpe ad idem concurrere causæ possint: vix discernitur a qua potissimum causa effectus talis talisve provenerit. Præterea experimentum non est simile, nisi in materiis temporibusque omnino similibus. Auget quoque in judicando fallaciam, quod frequenter ejusdem effectus ob causas differentes multa sunt et dissimilia signa: atque vicissim dissimilis nonnunquam eventus quodammodo signa similia: in diversis postremo temporibus rerum variantur indicia: sic astrologus saltem quolibet anno revolutionem cogitur observare: sic medicus quavis hora ægrotantis accidentia circumspicere, futurum prædicturus eventum. Similiter auspex et aruspex, si quid in hoc est veri, ostenta passim et omnia singulis aucupari momentis. Similiter et physiognomus, siquid modo in hoc est veritatis, singulis ætatis humanæ septenariis argumenta valetudinis morumque perspicere. Sicut enim septimo quoque die in ægrotantibus nova potissimum captantur indicia: ita septimo quoque anno nova quædam accidentia et lineamenta, novæ figuræ, novi colores, et gestus vel suboriuntur nobis, vel saltem apertius demonstrantur. Sed memento quocunque modo, vel ritu circa futura, vel quomodocunque abstrusa hominibus vera dicantur, id sæpe casu contingere, apud eos præsertim, qui plurima dicunt: sæpe etiam, quod et huic simile est, id evenire, quia multa sunt in vita omnibus ferme communia: multisque undique modis quotidie contingentia: nonnunquam quod vel casu, vel arte videtur esse perspectum, instinctu potius naturali, sive dæmonico, sive divino fuisse prolatum. Naturali, inquam, instinctu, quando natura in nobis sic temperata est, ut ab universali natura facile moveatur. Dæmonico, quando imaginatio sic affecta, ut opportune pulsetur a dæ-

mone. Divino, quando ratio vel intelligentia ita se habet, ut accommodatissime tunc divinæ menti subdatur, etiam si nos id lateat. Quinque sunt igitur prædicendi modi: arte, casu, natura, dæmone, Deo. Hinc efficitur, ut plerique, vel inertes, vel minus in artibus eruditi præsagio doctiores excellant. Hinc Porphyrius antequam narraret Plotinum vaticinio Socratis instar mirabiliter polluisse, ait, eum aliquid ipsa natura mirabile præter cæteros homines habuisse, nec solum dæmonem, sed et Deum habuisse magistrum. Hinc astrologicum illud judicium ex stellis non solum fit per earum inspectionem, sed etiam ex ipsius natura, qui judicat. Hinc Ptolemæus: Judicia hujus ambigua sunt ei, qui rerum naturas stellasque considerat: illi vero, qui ex meliori parte futura cognoscunt, propinquiores sunt veritati propter vim animæ in eis dominantem, quamvis non multam hujus artis peritiam habeant. Conclude tandem, si agricultores ac medici in re certiore sæpius prædicendo falluntur, cæteros prædictores sæpissime falli. Quam fallaciam doctissimi quique astronomi deprehendentes, judicia neglexerunt: Mitto cæteros mihi etiam notos. Paulus Florentinus astronomus singularis, hæc ridere solebat, qui et annos vitæ quinque super octoginta implevit, suam tamen genesim diligentissime contemplatus, nihil ad ætatem conferens longam potuit invenire.

*Quanta sit rerum in universo communio: et quomodo in rebus sint latentium indicia quædam.*

Quamvis autem futurorum atque latentium judicium sit fallacissimum: et si quando veridicum est, sæpius naturali, dæmonico, divino quodam instinctu, quam arte procedat: tamen insita rebus sunt quædam indicia rerum, quibus admonitus natura sagacior animus sua jam vel altiori explicat facultate, quod indicia leviter admonent. Esse vero signa vicissim ad res indita rebus Plotinus ab ipsa vult cunctorum communione naturæ: ex qua tum res alia eventum significat alium, tum res altera mutuo significat alteri, similiter in mundo, similiter et in nobis. Profecto si in rebus perfecte mistis, quod elementum est in quolibet: multo magis in animali, quod ita ferme compositum est ex membris: sicut ex elementis conflatur et mistum, in quolibet membro sunt cuncta. Compositum enim, quod natura melius est, nimirum est et meliori ratione compactum. Compositum vero nullum natura est perfecte connexum, nisi sicut in toto sunt partes, ita vicissim in partibus sit et totum. Non est autem totum in partibus, si per aliquam, vel aliquas duntaxat partes partibus aliis insit: imo si per cunctas omnino partes in parte sit qualibet: id est, si in quavis parte sint omnes. Accedit ad hæc, quod in genitali animæ facultate ita simul totus est homo, ut in quolibet membro sit totus. Similiter in virtute seminis formatrice ubicunque membrum aliquod cogitatur, simul et reliqua consequuntur: hactenus nulla est inter membra loci distinctio, sed rationis. Cum igitur animal oculis manifestum sub hac unionis conditione, tum ex anima tum ex semine pullulet, consequens est, unionem quodammodo similem inde suscipiat. Quam ob rem etsi alibi caput esse videtur, alibi rursum manus et pedes, communi tamen participatione quadam forte sunt in omnibus omnia: sic in cerebro aliquid est cordis et jecoris: sic in corde jecoris nonnihil et capitis: sic in jecore fit vicissim: in vultu, manus et pedes: in manibus forsan et vultus et pedes: in pedibus forsitan vultusque manusque. In quolibet itaque membro, sicut aliquid naturaliter est aliorum, sic præter indicia propria, aliorum quoque nonnunquam indicia latent. Tu ergo postquam frontem in primis et oculos præcipue fueris contemplatus, omnia passim circumspice signa. Quod enim alicubi vel te latet, vel propter impedimentum minime prodiit, forsan invenies alibi. Animal simili ratione mundanum ex anima quondam sua, ex suo semine pullulavit, ea videlicet ratione, ut in quolibet ejus membro sit totum: sic in qualibet sphæra suo quodam pacto sphæræ sunt omnes. Stellæ in quavis stella sunt cunctæ, in animantibus animantes, mixta in mixtis omnia latent: adeo ut facile tum ex omnibus in omnia fiat influxus, tum ferme in singulis præter propria signa indicia quædam ad reliqua lateant. Mitto, quod in Saturno non solum natura quædam est Mercurii atque Lunæ, sed etiam reliquorum. In Jove non modo natura Veneris, sed insuper aliorum. In Sole Martis atque cunctorum. Mitto, quod similiter in nobis ad caput pulmones referuntur et stomachus, reliquave deinceps: ad cor spiritus atque bilis, et reliqua: ad jecur sanguis et genitalia membra, et cætera consequenter. Collige tandem, sicut in corpore nostro partes partibus obsecundant ad officium prorsus, et forsan ad argumentum: ita totum mundum, cujus pars est corpus humanum, suis passim indiciis ad nostra conducere. Sicut enim in nobis omnia membra virtutem unam sequuntur genitalem atque formatricem, quæ in ipsis etiam conservatur: sic omnia corpora una cum ejusmodi virtutibus ipsum universi corpus similemque virtutem ejus pariter comitantur, ut nihil fortasse sit mirum, ex universo signa nobis accommodata percipi posse. Sed ea quidem, ut inde præstantur, communiora videntur: in nobis autem ad humanam accedunt proprietatem. Inde enim ad omnia quodammodo pertinent, apud nos trahuntur ad hominem. Verum sicut in cælo designata non semper eveniunt, obstante nonnunquam vel diversa causa, vel adversa materia:

ita signa nobis indita fraudantur eventu, causis videlicet aliis vel palam, vel clam repugnantibus impedita. Quamvis enim causæ indicationesque in nobis homini magis propriæ sint, plerumque tamen incertissimæ sunt, tum quia multiplices nimium jam evaserunt, ac propria turba et oppositione confusæ: tum quia nostra materia non solum quam plurimis est subjecta, sed instabilis et impedita sæpius atque fallax: tum quoniam nostrorum similitudines imaginationesque reliqua sæpe confundunt: tum denique quoniam animæ virtus, tam naturalis, quam acquisita, sæpe multa permutat. Sed quoniam ad animam peropportune pervenimus, id est, nostram, notare in verbis Plotini debemus, non una tantum anima omnia vivere. Siquidem ait: Si membra nostra vires et actiones singula proprias habent, cum tamen non tota quædam sint, sed partes, multo magis eas habere animalia, quæ in mundo rationalia sunt: quoniam et majora sunt, et non partes solum, sed insuper sunt et tota. Unde patet, præter commune fatum his munera quædam vel in dispensatione fatali, vel præter fatum propria convenire. Confirmat denique in universo non fortuitam congeriem pervagationemque, sed perpetuam rerum motionumque seriem esse naturali et divina quadam arte dispositam: propterea, quod ad certum finem singula dirigantur, et cuncta conferant ad communem, et consequens ubique successionis ordo semper agatur similiter atque repetatur.

*Quæ sint principia rerum, et quomodo anima nostra etiam habeat principii rationem, superet fatum, cedat fato, puniatur lege divina. Item, quomodo possit mirabilia facere, et corpus etiam a fato quodammodo liberare.*

VIII. Tria sunt potissima mundi principia: bonum et intellectus et anima. Mundus itaque sub bono institutus ad bonum, intellectuali animalique ad id providentia ducitur. Animæ rursus omnes, quæ per intelligentiam et rationem tum in se ipsis efficiunt orbes, tum animæ mundanæ orbes et imitantur et assequuntur, ipsæ quoque principii rationem habere putantur: præsertim quia velut collegæ ad ipsam dispensationem mundi recipiuntur, quamvis officium ipsum, quod anima mundi revolutione unica peragit, reliquæ rationales animæ multis, quoad possunt, revolutionibus impleant. Rationalis igitur anima non solum in mundi chorea ducitur, sed et ducit. Exorditur enim opus proprium velut agens, quando ex se ipsa tum ad intelligibile contemplandum, tum ad sensibile gubernandum rite procedit: Rite, inquam, progreditur ad sensibile, quando ad hoc ita se gerit, ut hujus gratia intelligibile minime permittat: hoc autem est recta procedere: sic enim ad finem illum proprie tendit, quorsum providentia prorsus intendit: per obliqua vero prævaricatur, quotiens sensibile bonum intelligibili nimium anteponit. Videtur autem hic Plotinus more Platonis per nomen recti atque obliqui tangere vim rectitudinis in mensuris. Recta quidem columna grandia sustinet pondera: non recta vero frangitur aut cadit. Radii perpendiculo recti dum videntur repercuti, non per diversa labuntur, sed redeunt ad se ipsos: et cum ex aëre facili in difficultatem aquæ merguntur, non franguntur quidem, sed recta procedunt, neque a tenore detorquentur incepto. Obliqui vero, et in solidis a se discedunt, ubi reflecti coguntur, et in liquidis descendentes ex aëre vel e converso franguntur. Hæc tu singula ad animi rectitudinem vel obliquitatem rite admodum transferre potes. Ego jam redeo ad inceptum. Nempe interim providentiæ divinæ judicium animam deteriori se conformantem, in deterius jure transformat: ad quem sane in ordine gradum providentiæ, etsi non primo, tamen consequenter intenderat: ut quisquis ex primo digreditur, in secundum jure progrediatur. Et anima, quæ libera quodammodo fuerat hactenus, deinceps quasi serva infelixque sequatur illa, quæ ardentius adamavit, quoad ab amoris ardore se solvat. Judicium vero divinum nusquam, vel abest, vel effugitur unquam. Ejusdem namque præpotentis providentiæ lege, qua sua cuique naturalibus ubique rebus accommodantur, animabus quoque consentanea, et sua quibusque redduntur. Huic autem providentiæ legi ad tria potissimum stellæ servire videntur. Primo quidem universum hoc ita ferme pulchrum efficiunt, sicut stellis divina mens idealibus pulchrum prius excogitavit. Secundo ad effectus conferunt naturales, quos stellarum radiis manifeste foveri videmus. Tertio dæmonibus hominibusque dæmonicis signa futurorum, latentiumque indicia præstant. Quæ si dicantur portendere cuncta, quæ in mundo sensibili oriuntur, cuncta intellige notione communi, cuncta præcipue, quæ sensibili ratione procedunt. Cuncta denique dæmonibus potius, quam hominibus: illis enim cæleste volumen Deus legendum proposuisse videtur. Quod si quid inde ad nos vel per instinctum, vel per argumentum et ostenta transfertur, patet id quoque factum institutione divina. Ac si non frustra inde sumus admoniti, constat nos tum mala plerumque vitare, tum bona, quæ præmonstrantur, nostra etiam industria consequi posse. Hinc Albumasar contra illos, qui dicunt inutilem esse scientiam futurorum, sic ait: *Poterit sibi forsitan præcavere mutando locum, in quo futura est pestis, poterit etiam aliquando totum a se repellere, ac prævidens futuram infirmitatem, vel invasionem hostium et similia devitare.* Hinc etiam Ptolemæus ait: *Sa-*

*piens dominabitur astris*, quatenus admonitus potest imminens declinare discrimen. Item sapiens adjuvabit opus astrorum, sicut agricola prudens naturalem terræ virtutem, quatenus bona nonnunquam cælitus indicata ipse sua industria peragit. Sicut enim se habet agricola prudens ad terram atque cælum, sic ad utrumque medicus atque prudens. Sicut ergo et quæ natura inchoavit agricola perficit: et quæ vicissim exorditur agricola, cælum prorsus absolvit. Item mutat agricola multa præter cæli Solisque naturam: et quædam tum ariditate sæpius irrigando, tum a frigore protegendo, tum a casu fulciendo defendit: ita medicus atque prudens sigillatim erga cælum corpusque nostrum se gerere potest. Quantum vero ad hæc medicinæ diligentia valeat, compertum habeo, et sæpe alias, et in puero: qui natus octavo conceptionis mense nocte sub Saturno stationario statione prima in Sagittario ascendente, semianimis profecto et vix, ut videbatur, victurus ad triduum, tamen diligentissime curatus a nobis paulatim recepit vires, et jam plures annos implevit. Mitto, quot modis foverim nato cor, cerebrum, et jecur, et stomachum, rebus tum ipsi, tum nutrici et extra et intus adhibitis: observans interea feliciores in adhibendo dies et horas. Existimat vero Plotinus, rationalem animam non artibus ejusmodi tantum corpus suum et sibi commendata frequenter a communi sorte defendere, verum etiam instar cælestium animarum, imperium exercere posse nonnunquam in inferiores mundi materias: utpote quæ germana sit cælestium animarum, atque ita cuncta faciat, tanquam habens quandam principii rationem. Quando vero id possit, et quomodo possit, in Theologia latius disputamus. Mitto, quid per magiam valeat astronomicam simul et physicam: quomodo vires astrorum mirificas certis imaginibus hauriat, et quemadmodum in speculo sæpe concavo Solis radios congregat: unde in lignum e regione positum reflectit atque comburit, et nonnunquam excæcat intuentes: sic in materiis quibusdam tum natura, tum arte paratis ad stellas certos stellarum radios concipiat et influxus, quos et servare sibi et contorquere possit in alios, quod *Olympum* Alexandrinum Porphyrius narrat efficere solitum: ubi et Plotini animam tanta inquit virtute pollere, ut stellarum aculeos in se conjectos aliorsum detorquere valeret. Posse vero fatalem sæpe sortem cælitus imminentem frangi, Judæi per sapientiam Kabbalisticam, et intimum sacrarum literarum spiritum confitentur: Iamblichus per efficacem Deorum sublimium cultum: Porphyrius per magicam sapientiam, Apollinis oraculo teste. Ait enim in libro De Oraculis: Cum quæreret aliquis, cur ineptus ad rem quampiam fuisset ab Apolline judicatus, quidve faciendum foret, ut quasi aptus susciperetur: Respondit oraculum: eum fatorum vi impediri, quam magicis artibus effugere poterat. Unde aperte patet, magicam hominibus artem divinitus esse concessam, ut aliquo modo fatum repellerent. Hæc Porphyrius. Posse vero per magiam valetudinem animi corporisque curari, et immortalitatem denique comparari, in Charmide Plato significat, temperantia, præsertim per virtutem sapientiæ comparata: nam ab animæ sanitate sanitatem corporis proficisci, magorum testimonio comprobat. Sed audiamus Zoroastrem divinè canentem: *Si ardentem ad pietatis officia mentem prorsus intenderis, labile quoque corpus servabis.* Hinc traditum est, Pythagoricos sacris consuevisse carminibus morbos animorum corporumque expellere. Si tantam habet animus potestatem, quid mirum naturaliter esse liberum a servitute fatali, donec ipsemet corpus ultra providentiæ modum amore nimio complectatur? Nam deinceps et animus obsequitur corpori, et corpus servit legi fatali, quoad animus iterum amorem a corpore convertat ad mentem. Unde primo quidem se ipsum a fato eximit fugiendo: deinde et corpus, utpote qui jam corroboratur ex mente, a fato plerumque defendit, tum occulta quadam virtute germana cælestibus, tum arte nonnunquam divinitus patefacta. Conclude capitulum: stellas plurima significare, non facere. Non ergo divitias facere, vel inopiam, quæ nobis ex diversarum apud nos causarum concursu et occasione contingunt: non virtutes, quæ in sensu fiunt a ratione, in ratione perficiuntur ex mente: non vitia, quorum nulla proprie causa est efficiens, sed forte deficiens: quatenus videlicet et sensualis vita a ratione deficit, et ratio a mente degenerat. Contingere quidem ex stellis defectu quodam materiæ potest in corpore vivo incitamentum aliquod vitiorum: vitii vero hinc concipiendi occasionem præstat animæ superioris amor ad animal. Quæ quidem anima alioquin eatenus libera vivit a fato, quatenus menti dedita per mentem suam cum prima divinæ mentis lege consentit. Hinc propheticum illud: *Anima mea in manibus meis semper, quando legem tuam non sum oblitus.*

*Quomodo anima rationalis non subest fato, irrationalis vero subest: quomodo vita corporis nostri propria dependet a vita cælestium et ab anima nostra. Item in omnibus cælestibus animas esse geminas. Item de dæmonibus, et unde mala contingant.*

IX. Superioribus vero quibus asseritur, stellas non omnia nobis efficere, quamvis multa significare possint, objiceret forte quispiam verba Platonis in Repub. præsertim atque Timæo. Ait enim in Repub. *Sub fatalibus Necessitatis Deæ filiarumque ejus Parcarum revolutionibus animas in corpora proficisci.* Ait et in Timæo:

*Vitam nobis corpoream infundi:* quibus in verbis videtur nos cælo subjicere. Respondetur ad prima: animas quondam vitam hanc vivendique formam elegisse sponte, priusquam in corpus venirent sub revolutione fatali: ideoque pristinam virtutem suique rectricem auctoritatem non tam amisisse, quam ad tempus intermisisse: quam denique, cum partim ipsæ decreverint, partim fuerint adjutæ divinitus, partim admonitæ legibus, recipere possint. Respondetur etiam ad secunda: sicut in Timæo, vita nobis corporea datur a stellis, ex qua perturbationes exoriuntur: sic ab intellectu divino intellectualem animum procreari hujus vitæ rectorem, qui sicut dum nimium vitam hanc amat in hoc mundo, se ipsum una cum hac perdit in fato: sic eandem amando quam minime, interim super fatum in æternitate se recipit. Posse vero animam rationalem fato se mancipare atque vicissim emancipare, docet Zoroastris sententia ita præcipiens: *Ne tu augeas fatum.* Ubi Plotinus ait: nos, id est, ipsum hominem, esse animum ipsum rationalem, qui naturali jure præsideat animali, subjunxit: cavendum esse, ne forte nos efficiamur hoc animal. Existimat enim, per consummatum imaginationis affectusque consensum fieri posse vivens unum ex animo simul et animali: quando videlicet utrumque imaginatur idem atque similiter, atque ad idem similiterque afficitur, ferme quemadmodum ex igne ac ligno fit unum communione luminis et ardoris. Subjungit rursus in animali, id est animato corpore, naturam corporis prævalere. Ibi enim corpus est verum corpus, quia formale quam maxime, et ad summum corporalis formæ perductum, vita vero ejus propria, non est anima vera, non vera vita, quia corporea multum, quia ferme ultimum tenet in ordine vitæ. Sicut ergo vita hæc agit in corpus naturaliter id formando, vel potius agitur in corpore dum hoc ea formatur ex alto, sic et corpus quodammodo agit in vitam dum hanc ipsam sibi conformat. Quam ob rem sicut in corpore quatuor potissimum alterationes esse videntur, per calorem et frigus, per humorem et siccitatem: sic in vita corporea perturbationes præcipue quatuor oriuntur. Item, quod est in corpore dilatatio vicissim atque contractio, id in vita corporis voluptas et dolor. Verum quemadmodum rationalis animus, per imaginationem affectumque cum animali conjunctus, hujus passionibus tangitur, et fatali sorte pulsatur, sic, cum demum sibi animal hoc rationis legibus subjugaverit, primum quidem se ipsum a perturbationibus fatoque resolvit, dum aliud quidem se, aliud animal esse cognoscit, ideoque fatum ad aliud pertinere: deinde animal hoc sibi naturaliter commendatum ab atrocissimis nonnunquam vulneribus fati vel fortunæ defendit. Ubi vero Plotinus ait, e geminis hominum animabus superiorem quidem mitti ab intellectu divino, inferiorem vero a Diis, qui perferuntur, infundi, intellige hic Deos esse animas sphærarum stellarumque cum anima mundi consentientes. Omnes enim moveri dicuntur, sive locali quodam motu, sive formali ferantur. Sed quonam pacto ex omnium conspiratione vita redundat in corpus? Num sicut ex pluribus concinentibus concentus unus sub concavo reboat? Rursumque sicut e lampadibus multis communis quidam fit splendor in aula? Non sic omnino. Hic enim et concentus et splendor coitu quodam unum potius est, quam forma: anima vero quæcunque sit, simpliciter substantia est, formaque animalis unius una: etsi, ad præstantiorem animam comparata, quasi accidens judicatur. Quo igitur pacto? Forte quemadmodum ex pluribus intra nos vocalibus instrumentis ab imaginatione una vox una prodit significatione distincta, rursumque sicut ex uno sole lumen unum, per vitra variis infecta coloribus penetrans, non in multa subinde lumina desinit, sed in unum, quamvis variorum colorum virtute formatum: ita ferme una quædam vitæ forma virtute multiplex resultat in corpore, una videlicet ex mundi vita: virtute quoque multiplex ex multarum præter hanc animarum ad spirandam vitam communione. Character vero animali maxime proprius plurimum in spiritu ab anima generantis imprimitur: cujus quidem proprietate vel cunctorum spiraculum ad familiarem redigitur animam, vel corpus saltem tali quadam potissimum anima fit animabile. Vitam quidem infundi nobis posse ab anima animabusque communibus absque animæ propriæ beneficio conjectare forsan posset aliquis ex animantibus, quæ sponte nascuntur, et quæ ex ovis absque animalis sui fomento. Contra vero oportere animam nostram videlicet superiorem una cum superioribus ad spirandam animam conspirare, ratio dictare videtur, tum quia humanum est perfectissimum, paretque rationi: tum quia sicut plurimum naturæ communes per proprias definiuntur naturas ad effectus in natura proprios absolvendos: sic ad propriam vitam, si modo perfecta pro viribus distinctaque figura sit, præter communes animas, officio proprie quidem, quamvis superioris animæ opus esse videtur. Ergo dicere quis forte poterit, alicubi præter communem influxum accedere proprium, alicubi vero nequaquam. Et ibi quidem humanum animal esse perfectius, et rationi magis obtemperans, hic vero minus: ubi videlicet rationalis anima corpus aliunde jam reperit vivum. Mitto, quod, si forte ad corpus ita vivens rationalis anima non accedat, brutum animal sub hominis figura nascetur, eritque anima monstrum, sicut quandoque corpore monstra nascuntur. Quod ergo Ploti-

nus alibi secundam inquit vitam a prima nostraque manare, alibi aliunde, potes, ut diximus, intelligere. Memento vero, quæ Plotinus de geminis disserit animabus, confirmari ab Iamblicho ex mente Mercurii, ubi addit superiorem in nobis animam, quoniam a summo intelligibili fiat, habere in mundana vim opificiam, ac vim qua mundum transgrediatur, et a fato se solvat, et sua, præsertim Diis adjutam: atque hanc solutionem quatenus fatalem ordinem videtur transgredi, eatenus in ordine providentiæ contineri. Proinde ubi Plotinus animam alteram distinguit ab altera, inquit: Quæcunque sunt inferioris animæ ministeria esse corporea: quoniam omnes hujus affectiones et motiones incitantur a corpore, corpori serviunt, motionem corporis comitantur, atque vicissim: officium vero alterius, quæ extrinsecus extat, esse se ipsam altius elevare. Hoc tu in loco animadverte, Plotinum legitimo sensu Aristotelicum illud interpretari: Intellectus venit forinsecus: Intellectus, id est, superior anima, non intellectus interpretatione Averrois unicus, sed unaquæque intellectualis anima. Forinsecus item, id est, non a seminali spiritu, vel calore, non a vita hac intima mundi: sed a mente divina, quæ quasi exterior, id est, non conjuncta velut forma, omnibus dominatur. Hinc efficitur, ut intellectualis anima tum cogitatione, tum etiam voluntate possit, quæ super corpus, et naturam, et corpoream vitam sunt, pro arbitrio petere, atque corpus, naturam, fatum quotiens omnino decreverit superare. Quatenus enim a temporaneis segregatur, eatenus æternis conjuncta, una cum his quodammodo temporaneis dominatur. Utrumque vero fit tum cogitatione, tum maxime voluntate. Sicut enim temporalibus, sic et æternis non tam illa considerando, quam amando conjungimur: et merito, quoniam consideratio potius manet intus, amor autem in amatum convertit amantem: sic et materia quævis ad ignis naturam pervenit, calorem potius subeundo, quam lumen. Ex eo itaque maxime fit anima tum æternorum compos, tum una cum illis adversum temporalia dominatrix: quod illa et amat ardenter, et amando pro viribus imitatur in vita, et imitata vivendo consequitur, et consequuta rursum auctoritate operis imitatur. Hinc tandem stupenda in corpus opera præter consuetum fati tenorem quandoque proveniunt. Quo in statu anima in fato computatur, ut agens, neque tam fatalem frangit seriem, quam sibi vindicat: nam et hoc quoque in providentiæ legibus, unde dependet fatum, invenias designatum. Ergo si artificiosæ intelligentiæ beneficio per artem, scilicet imaginum atque medicinæ animus in fatali cohorte nonnunquam velut collega actorque recipitur, multo magis id, vel divinioris intelligentiæ, vel potissimum voluntatis ardore consequi potest. Voluntatis enim actus efficacior est, quam cognitio, atque liberior: et actionis principium, mediumque et finis: ideo mera quidem cogitatione fit nihil: mero autem affectu, vel occulto et naturali plurima fiunt. Est autem appetitio naturalis, quæ voluntatem utcunque potest æmulari videtur assidua et imaginatione prior et naturalior, substantiæque propinquior: efficaciam vero artis in fato in superioribus quidem tetigimus, sed alibi demonstrabimus. Verum ut ad superiora jam redeam: animus quidem, in quo animal ratione formatur, ratio vero mente: mens denique Deo vivit in providentia super fatum. In quo vero vicissim formatio fit, sub providentiæ judicio vivit in fato, neque ut agens, sed velut patiens in fatalium numero computatur. Si quid ergo huic portendatur ex stellis nimirum, ex eisdem effici potest simpliciter ut portenditur, nihil ad hæc animo resistente. Ac si mala fiant, non ex alto mala mittuntur, sed in infimo mala resultant. Ait vero Plotinus, animam in nobis inferiorem, esse partem quodammodo universi, quoniam et ab universa dependet anima, et communem sequitur ejus instinctum: ferme sicut et nostrum corpus membrum est quodammodo corporis universi. Animal itaque nostrum mundano connectitur animali, et inde conficitur. Veruntamen superior in nobis anima plurimum una cum mundana cæterisque mundanis ad inferiorem in nobis vitam concurrit efficiendam: quæ quidem neque fit a matris anima: Sicut enim maternum semen nascituri corpus nequit efficere, ita nec materna similiter anima potest animam procreare. Neque rursum anima nascituri vel fit ab anima patris tunc procul absentis, vel ipsa seminis virtute procedit: quæ et inferior est, et accidens. Reliquum est igitur, ut a mundi anima procreetur concurrentibus videlicet cælestibus animabus: concurrente et plurimum superiore nascituri hominis anima: siquidem fœtui vivificando jam adsit. Sicubi vero Plotinus ait, animam rationalem ad ipsum animalis esse non conferre vel minimum, non efficientis quidem, sed formæ modum negat. Quamvis enim erga animal sit in causa vitæ, non tamen est propria forma corporis: etsi forma quandoque dicitur animalis ad bene esse conferens animali. Qualis præterea in nobis ex animabus geminis et corpore conspiratio est, talem in ipso mundo, in sphæris, in stellis esse judicat: Ubique enim intellectualis anima regit corpus per propinquiorem corpori vitam ex anima profluentem. Nam quantum intellectualis est separata, et superiora petens, nimium distat a corpore: corpori vero per aliquid appropinquat, quod in ipsa, vel ex ipsa jam ab intellectu degenerat. Ex ipsa dico: quoniam si natura elementalis, velut ignis, subjecto propinquans non solum substan-

tiam illi suam admovet, sed aliquam sibi similem inserit qualitatem, multo magis anima tanquam natura potentior, vitalis substantiæ suæ præsentia vitalem quandam infundit corpori facultatem. Sint ergo in mundo, in sphæris, in stellis animæ passim geminæ: Primæ angelorum ubique bonorum locum teneant atque Deorum: sequentes vero angelorum, qui ceciderunt in corpora, dæmonumque vicem gerere judicentur. Angeli omnes ejusmodi primum, id est, animæ mundanæ angelum comitantur Deo semper hærentem. Dæmones similiter omnes ejusmodi primum, id est, mundanæ animæ dæmonem a Deo longius discedentem corporique penitus incumbentem ubique sectantur. Angeli rursum ad incorporea dæmones ad corporea vergunt plurimum, animasque alliciunt. Ideoque angeli a fato solvunt animas: dæmones autem eas fato devinciunt. In dæmonibus positum est propinquum corporei mundi hujus imperium. Unde fit, ut, si hinc ad angelos comparatio fiat, mundus hic jure dicatur positus in maligno. Hinc et facile Manicheorum est error exortus. Proinde sicut intellectum nostrum asserit divinis semper incumbere, quamvis ratio interim occupetur humanis: ita rationem totamque superiorem in cælestibus animam affirmat divinorum contemplatione perpetua perfrui, dum inferiores cælestium animæ corpora regunt, imaginantur et corpora. In his ergo affectus esse dæmonicos arbitratur. Affectus quidem divini sunt in primis: humani sunt in nostris, ac sæpe ferini: at vero illic dæmoniaci quales sunt? Finge sapientem assidue divinis contemplationibus occupatum: sed in eo interim in vegetali natura vigere affectum ad corporis alimoniam, subrepere nonnunquam pruritum famis in stomacho, naturalem generandi libidinem titillare: sed sapientis animi rationem separatis interea deditam affectus ejusmodi nequaquam animadvertere: imaginationem quoque vix stupideque sentire: ferme sicut in eo solet accidere, apud quem in somno hæc fere absque insomniis incitantur: tales itaque sint affectus ad hæc in cælo dæmonici. Nihil ergo ex prioribus animabus mali provenit, aut vilis: ex sequentibus autem non mala quidem re vera, sed vilia quædam minusque bona sequuntur: quatenus ex illis tum in corporibus minus interdum ordinate mutationes eveniunt, tum in animabus natura corpori mancipatis incitamenta frequenter suboriuntur, per quæ etsi animæ non iniquæ necessario fiant, licentius tamen corporis incitamentis indulgeant, aut saltem corpus et propensius foveant, et accuratius quotidie curent. Ait autem superiores stellarum animas non esse hujus universi partes: Cum enim ad intellectualem mundum omnino conversæ sint, illius potius dici partes posse videntur. Inferiores vero stellarum animas universi hujus partes appellat, quoniam mancipatæ sunt mundi corporibus, quæ, cum ex eadem inter se materia sint, et sub eadem communi totius forma, universi partes esse putantur. In hac ergo communi mundi materia simul et forma, animæ omnes ejusmodi in unum opus tum inter se, tum cum anima mundi ubique conspirant, communique inter se sensu quamvis occulto, et latenti quadam compassione communicant. Tum vero quæcunque ab iis opera fiunt, sigillatim mundi partes existunt, vel ad partes attinent atque totum. Nihil vero ab iis alicubi provenit a naturali mundi hujus conditione secretum: faciunt autem quicquid agunt, ferme sic animali natura, sicut natura elementali elementa, et vegetali plantæ animaliaque, nulla prorsus electione. Cum enim aliud electio sit, quam vita, sitque vita posterior, si inferiorum vita per se sine electionis officio sua peragit, multo magis vita superiorum per se sua prorsus absolvit. Si qua vero illic intellectualis et rationalis electio est, non ministerium quidem hoc, sed officium superius eligit. Atqui et ante electionem illam forsan aliquid intus ex vita priori absque electione procedit: omnino vero absque ulla necessitate consilii, etiamsi quædam opus imaginatio comitetur, et ab anima illic prima secunda procedit, et a secunda similiter virtus singularis in corpore, et a corpore lumen, et in lumine virtus inferiora generans atque gubernans. Multis itaque gradibus a mundo intelligibili distant, quæ in hoc mundo quotidie generantur et accidunt, ut mirum videri non debeat, nostra hæc non ad summum ordinatissima non felicissima provenire. Talia namque succederent, si ab intellectu divino, aut saltem ab intellectualibus animabus proxime fierent: nunc vero ex corporibus irrationali viventibus anima, perque vires a corporibus emanantes aguntur. Si quid igitur occurrit in mundo, quod molestum sit, quod laboriosum, quod non probes, memento, id totum a fœmina nobis accidere, id est, ab anima corpori mancipata, a materia corporis, a contrarietate rursus elementalium qualitatum.

*Quæ a stellis fiant, quæ non, et quomodo significatio fiat. Quo instinctu anima corpus ingrediatur, quo fato, et quomodo ante fatum corpus amat.*

X. Decimum libri caput, mundo et sphæris et stellis ita compositis, prosequitur significandi agendique sortem, docens a stellis earumque motibus, quatenus in eis corporea vita duntaxat consideratur et corpus, fieri, quæ naturaliter generantur. Neque proprie fieri hæc a primis stellarum animis omnino ad separata tendentibus: neque hic a stellis omnia fieri. Non enim, quæ corpoream vitam superant, effici posse a stellarum corpore, vitaque corporea: non rursus, quæ consilio et arte, vel occasione fortuita nobis aguntur,

illinc peragi, unde, quicquid agitur, per corporeas agitur qualitates, duciturque tenore naturæ: non denique quicquam re vera malum per divinorum instrumenta committi. Faciant ergo stellæ non omnia, sed solum, quæ mundani corporis sunt passiones et motus, et quæ ex his necessario generantur. Faciant autem hæc conditione communi: conditio namque propria ad causas rerum proprias pertinere videtur: significent quoque multa, neque tamen pariter omnia. Probabile enim est, si plurima stellarum efficientiam superant, vel effugiunt, nonnulla quin etiam earum significantiam superare. Probabile rursus, et quæ per communes causas portenduntur, communi tantum conditione portendi: Animam vero ad corpus hoc accedere Plotinus existimat, non certa quadam siderum constitutione coactam: siquidem ante quamlibet novam cæli figuram in antiqua ipsius animæ natura est animare corpus, est et supergredi corporeum temporaleque fatum. Omnis enim anima, quæ rationis sibi naturalis officio potest totam naturam corpoream in essentiam incorpoream, totumque tempus in æternitatem resolvere tanquam in principium atque finem: nimirum et ante et post quodlibet corpus et tempus corporeamque et temporalem quamlibet motionem existere potest. Non igitur positio siderum animam impellit ad corpus: sed primum quidem ad hoc adducit naturalis quædam ad hoc animæ cura: deinde affectio quædam ex antecedentibus actionibus acquisita: postremo rationis electio cum natura tandem et affectione consentiens. Natura quidem et affectio tunc potissimum vergit ad corpus, cum opportunius consonat universæ naturæ, neque tamen vi cogitur consonare: sicut et saltantes in tripudio cum cantu consonant atque sono, neque tamen necessitate sunt, sed voluntate, concordes. Talem vero potius aut talem vitæ formam accipere in ipsa animæ electione consistit: sed utcunque id fiat passio vel affectus ingens, quo anima inclinatur ad corpus, non a sideribus irritatur, sed exorditur ab anima. Quo vero tempore novum corpus ingreditur, ex præsente siderum positura fortunam hanc aut illam sortiri putatur, electæ jam vitæ, utcunque potest, aliter et aliter accedentem. Tunc ergo præsens siderum harmonia in nobis efficit aliquid, suo videlicet ministerio conferens ad eam vitæ sortem implendam, quæ maxime congruit universo. Quælibet enim in dies configuratio cæli pars est harmoniæ totius, et ut pars obsecundat universi naturæ, cum qua simul congruit unaquæque natura, et corporea simul et animalis. Quam ob rem ab ipsa mundi natura simul cum propria uniuscujusque natura res singulæ peraguntur: a motu vero et figura cælestium aliter et aliter quodammodo disponuntur atque ex quadam ad naturam concordia portenduntur. Quoniam vero ad quemvis effectum naturæ propriæ una cum universa natura concurrunt, idcirco de eventus proprietate obscure admodum per indicia judicatur.

*Quæ hic mala contingunt, non mittuntur e cælo mala.*

XI. Caput undecimum dignitatem cæli tuetur in omnibus, quæ inde fieri vel significari dicuntur, ex eo, quod, quæ hic inde fiunt, nec talia ibi sunt, nec talia in se veniunt, qualia hic subinde resultant. Ignem hunc nostrum dices ab igne cælesti quodammodo procreari. Hic tamen ab illo adeo diversus est, ut nihil perseverantius illo: nihil vicissim hoc instabilius, qui vix momentum sine alieno pabulo permanet. Nihil salubrius illo, nihil pestilentius isto, qui omnia rapacissime devorat. Mitto, quod ille fere totus est lumen: hic fere totus est fumus. Profecto quantum ad ignis appellationem pertinet, poteris forsitan intelligere. quicquid ex igne cælesti datur, esse in se aliquid igneum, sed apud nos degenerans exile resultare. Potes et aliter Plotini verba contexere, ut ignea intra nos natura degenerans a cælesti simul cum hac nostra affectione ad diligendum, etiam a cælesti benevolentiæ ratione longe deficiente, citet sæpe libidinem minus honestam, et hoc quantum ad naturam spectat concupiscendi. Mox adducit exemplum ad naturam iracundiæ pertinens: deinde ad rationem in actione positam: denique ad rationem quodammodo contemplantem, ut ostendat ubique aliter in nobis accipi, quod a cælo aliter est tributum. Sic Venus necessariam vel suppeditans, vel augens charitatem sæpius incusatur, quasi libidinosos effecerit, cum tamen per eam oblata charitas in libidinem apud nos evadat lasciviorem. Sic Mars, quod vel indomitus ferociores effecerit, vel mansuefactus timidiores: ita Sol et Jupiter quod ambitiosos et vanos: ita Mercurius, quod astutos nimium atque seductores: ita Saturnus, quod segregatiores atque tardiores: cum tamen et Mars magnanimitatem, et Jupiter atque Sol studium honestatis, Mercurius industriam, Saturnus contemplationem et gravitatem præstare voluerint: nos autem hæc vel natura, vel consuetudine depravata contaminaverimus. Inter hæc autem animi dotes non a motibus vel corporibus planetarum, sed ab eorum animis vel dari, vel augeri, vel foveri memento. Mala vero neque ab animis, neque a corporibus cælestium nobis inferri. Nefas enim dictu est, stellas ullas reguli serpentis more nobis aspectu nocere: pium vero, credere, stellas naturaliter omnes struthi more radiorum intuitu cuncta fovere, perinde atque in animali ipsa totius membrorumque principalium vita membra omnia fovet et adjuvat. Sic solis lumen suapte

natura confert ad vitam atque ad sensum, quamvis interdum ob subjecti debilitatem humorisve defectum videatur obesse: sicut et calor jecoris stomachum naturaliter adjuvat: sed eum, in quo vel parum sit humoris, vel liquidi nutrimenti quam minimum, nonnunquam forte debilitat. Videtur itaque falso vel Mars furorem, vel contra stuporem, sive pavorem adduxisse Saturnus. Deme nimium bilis excessum, tolle copiam atræ bilis, neque Martis aspectus, neque Saturni furibundum faciet, aut stupidum, atque pavidum. Ea rursus in Martem atque Saturnum calumnia, quod infortunatos faciant, contingit ex eo, quod Saturnii cum vel contemplatores sint, externa negligant, vel ad expeditionem sint tardiores: præsertim si in frigidiore materia illius influxum acceperint: quo fit, ut opportune nihil aggrediantur. Martii contra, si in calidiore materia susceperint Martis instinctum, præcipiti omnia motu perturbant. Forte etiam Saturnii dæmones, tanquam contemplatores, si eis commendati simus, nostra negligentius agunt: Martii vero dæmones suorum animos importunius urgent. Perinde quantum natura differt inferior a superiori natura, tantum discrepat suscipiendi conditio. Sic ergo virtutem Saturni continentem atque sistentem materia sæpe inferior, quando calore deseritur, conditione quadam excipit compacta nimium, geluve concreta. Sic vim Martis motricem, subjectum aliquanto calidius per inflammationis concitationisque suscipit impetum. Quid plura? Quis non intelligat et blandum cæli calorem evadere apud nos edacem, et humorem cælitus almum apud nos fieri suffocantem ac protinus diluentem? Ut ergo summatim dicam: Sicut se habet cælum nobis conspicuum ad intellectuale cælum: sic tractabilis hæc nostra regio ad visibile cælum. Formæ rerum in cælo intelligibili a materia, dimensione, motu, sunt liberæ: in cælo autem visibili tria hæc necessario subeunt. Sed ibi materia quidem est procul a passione: dimensio quoque sine divisione: motus similiter seorsum a transgressione ordinis et transmutatione substantiæ: in regione denique nostra res tria hæc naturaliter patiuntur. Ergo quod in primo cælo integra participatione undique bonum, in cælo secundo fit minus bonum, in nostra regione jam malum. Nemo igitur malum cælestibus imputet. Sicut enim, quod loquaris, quod eas, habes ab anima et virtute motrice, quod autem inepte loquaris et eas, a vitio linguæ vel pedis: sic, quicquid ex anima corporeque cælesti ad te demittitur, ordine recto procedit, sed in te sæpe claudicare compellitur. Id vero totum una cum Plotino et Iamblicho ita concludimus. Quinque de causis munera cælitus attributa degenerant. Prima, quia, quod prodit ex causa præsertim superiore, eo ipso, quod exit, etiam deficit inde. Secunda: quoniam, dum id accipitur in viliore materia, pro vilitate materiæ capitur. Tertia: cum accipientis natura longe diversa sit, jure quod accipit, non deterius tantum reddit, sed nimium ratione diversum. Quarta: dum subjectum præter cæleste munus varia insuper capiat aliunde, tum inter se repugnantia, tum a cælo diversa: merito non solum inficit cæleste donum, sed valde confundit, redditque secum passionibus frequenter obnoxium. Quinta: quoniam ex omnibus inter se confusis resultat novum aliquid priori origini dissimillimum, omnino vero inferioris naturæ debilitas obnoxia passioni sæpe bonum cæleste non sustinet, et competenti ad illud proportione carens ægre patitur, sub eo etiam, quod salubriter agit.

*Quæ hic generantur, naturam propriam magis habent ex causis propriis, quam ex cælestibus.*

XII. Duodecimum caput ostendit varios e cælo venientes influxus in unum apud nos confluere, quamvis aliter alibi: et ex eo confluxu quicquid sub illo gignitur aliquid reportare. Profecto, quod nascitur, ex communi quidem cæli favore communiter adjuvatur ad ortum: ut autem oriatur homo vel equus, nec ex communi influxu nanciscitur, qui omnibus æque favet, neque ex hoc aut illo sortitur influxu. Sub quolibet enim homines pariter nascuntur et equi. Homo igitur provenit, quia ex homine nascitur, et equus quoniam fit ex equo: ut autem homo sit talis ceu sanguineus vel cholericus, magis minusve pulcher, procerus, vel brevis, et reliqua: partim quidem habere videtur e cælo, ex parentibus certe quam plurimum: quod Ptolemæus confitetur effectu compulsus. Unde prohibet ex solo cælestium intuitu judicare de nato: jubet autem parentum ejus et nutrimenti et loci naturam et consuetudinem diligenter considerare. Mitto in præsentia, quantum varietatis imaginatio generantium filiis afferat. Certe ad ipsam substantiæ naturalisque qualitatis proprietatem natura tum speciei tum individui generantis multo plus valet, quam cælestis influxus: quod manifesta in omnibus experientia docet, ex ipsa præsertim similitudine, qua nascens generantis speciem refert simul atque personam. Communes itaque cælestesque causæ plurimam circa communissimas conditiones auctoritatem habent: propinquæ vero propriæque causæ circa proprias plus admodum procul dubio possunt: præsertim quoniam, quæ a superioribus causis afferuntur pro natura subjecti locique, et pro determinatione causarum propinquiorum accipiantur, et in formam aliam transmutentur. Hinc Ptolemæus ait, teste etiam Aristotele, cælestes effectus ob materiam naturamque inferiorum posse mutari, neque inevitabiliter evenire. Homo igitur velut

a causa fit ex seminaria hominis ratione, quæ quidem est in anima naturaque propria, regiturque sub ideali hominis ratione, quæ in natura animaque communi vigens, regitur tandem ab ipsa divinæ mentis idea. Dum vero ex ipsa virtute seminis concipitur homo, interea potest vel e cælo, vel ex propinqua sive circumstanti materia, vel impedimentum aliquod afferri, vel adjumentum, quo nasciturus aut deteriorem inde aut absolutiorem accipiat qualitatem. Prodit tamen plurimum similis generanti, specie semper, et persona frequenter. Cum vero impedimentum vel ex cælo vel ex materia contingere possit, majus admodum est, quod accidit ex materia: nam manca quædam sæpe producit. Maximum vero quod imaginatione contingit: hæc enim monstra proferre solet. Si ergo majus impedimentum ex materia, et loco, et causis prope nos circumstantibus advenit, nimirum et hinc potissimum provenit adjumentum: et omnino nullus cælestis influxus, sed ratio seminalis auctoritatem possidet generandi: nam et ubi sponte sub Sole pariter et humore animantes exoriri videntur, necessario ex seminali virtute, quam vita mundi possidet, oriuntur: quod in Theologia latius declaramus.

*Ex vita mundi communi ejusque rationibus seminalibus simul et a rationibus cujusque propriis omnia generantur. Item præter actionem animæ mundi communem sunt in plerisque propriæ actiones: influxus vero cælestium motionum quasi extrinsecus videntur accedere.*

XIII. Quoniam ad rerum causas tum communes tum proprias jam descenderat, idcirco in tertio decimo libri capite principia rerum rite prosequitur. Sicut igitur in omni viventi, sic in mundo tanquam animali quam maximo a seminali ratione, quæ est in vegetali virtute animæ, naturalique spiritu et vitali formatur totum corpus sub forma totius: formantur et membra propriis membrorum formis, conformantur et singula, tum mutua inter se communione, tum ad totius formam et finem relatione. Cum igitur in ipsa totius forma contineantur formaliter omnia, in formis vero singulorum non comprehendantur formaliter alia, quamvis participatione quadam videantur adesse, merito, quicquid agitur vel agit, patiturve in mundo, tanquam familiare propriumque ipsius, ipsi conducit ad bonum: non tamen, quicquid ex parte accedit, ad partem venit æque domesticum. Quod enim a parte mundi venit ad partem longe vel situ vel natura distantem, tanquam alienius videtur offendere: quod venit aliter, adjuvare. Cuncta vero, quicquid in se invicem agant, semper præter id, quod in se consistunt, quodve agunt propria facultate, procul dubio ad communem totius vitæ spiritum ubique conspirant. Quam ob rem de agentibus ita distingue: Quæ in vivente hoc mundi corpore, præter exiguum quoddam communis vitæ vestigium, nihil vitæ proprie possident, non proprie quidem agentia sunt, sed agentium instrumenta, ipsius scilicet mundi principaliumque partium mundanarum. Neque id quidem injuria: Naturalis enim actio pendet ex motu: principium vero motionis est vita. Vita namque sicut est primus, intimus, perpetuus essentiæ motus, sic est principium cujuslibet motionis, sic est et naturalis actionis origo. Quibus ergo propria vita deest, nimirum et motio abest et actio propria: ubi ergo agere videntur, aguntur. Sic gravia leviaque et calefacientia et similia trahuntur ad motiones et actiones ab ipsa mundi vita, non aliter quam a magnete ferrum, et calor vel humor in animali a vitali virtute ducitur atque trahitur. Quæ vero ultra communem mundi vitam nacta sunt aliquod vitæ proprie donum, hæc motionis actionisque quasi propriæ nonnihil habere videntur. Sed viventia hæc distingue. Cum viventibus omnibus principium motus insit, ad motiones, inquam, inter se differentes indifferens, aut ad certam motus conditionem determinatur ab alio, aut potius ex se ipso. Ab alio quidem plantæ scilicet ab universa natura et a quotidiana quadam indigentia, opportunitate, occasione, concursu circumstantium causarum. Ab alio rursum bruta scilicet ab eorum occursu, quæ sentiuntur, dum imaginationem huc vel illuc impellunt, necessitati naturæ præterea servientem. Animal vero rationale intimum motionis suæ principium sæpe ad certos motus sua quadam per se concepta notione et electione definit: et quo magis incedit intelligentia, eo magis in agentium ordine computatur, et a patientibus segregatur. Utraque vero animalia scilicet et rationem habentia, et carentia ratione tanquam partes quædam mundi ad decus mundi conducunt. Animalia rursus ita distingue. Animalia quidem cælestia atque ætheria simpliciter agere potius, quam pati dicuntur. Bruta vero minimum actionis habent, plurimum passionis. At aërii dæmones hominesque medium ferme inter actionem obtinent atque passionem. Ex tribus his generibus animalium animalis mundani decus officiumque expletur. Et summum quidem genus ita se habet in mundo, sicut in nobis intelligentia: medium vero quemadmodum ratio sive universalis, sive particularis in nobis: infimum denique sicut quod infimum in nobis existit. Ubique autem in universo superiores sphærarum stellarumque animæ universo præstantiora præbent, quam animæ earundem inferiores, dicunturque a Platone Jovis, id est, intelligentiæ mundanæ, collegæ. Omnino vero quicquid usquam est in

mundo, quodammodo vivit, seu vita propria, sive communi, non minus, quam quicquid est in quolibet animali. Vivunt, inquam, et viventia fiunt omnia secundum vitam, dico corpoream: principaliter quodam mundanæ animæ beneficio, in cujus seminaria ratione rationes omnes viventium continentur. Et ubique ratio seminalis in anima vigens, tum in anima communi, tum in propria quavis præcipuum est motionis et generationis formationisque principium. Quod enim in rebus speciales quædam virtutes insint, quæ ad causas elementales referri non possunt, hoc evenit simpliciter ex confluxu multorum: alioquin vel casu contingerent, vel firmæ non forent, provenit igitur ex animali seminariaque ratione. Sic Pæonia suspensa collo caducis opitulatur: Polypodium atram bilem purgat: Corallus timorem pellit: Laurus pellit fulgur: Torpedo piscis stupefacit hominem etiam virga tangentem: echinus pisciculus sistit navem: jam vero speciales ejusmodi vires illinc existunt, unde sunt species. Referuntur autem variæ species naturalium non solum ad differentes dæmones atque stellas, sed etiam ad ipsarum seminarias rationes in ipsa mundi vita, ubique regnantes. Circa enim quamlibet speciem ad ipsius effectum agentia passim multa concurrunt, quæ nunquam communi firmoque ordine ad unum rite conducerent, nisi uno quodam duce regerentur ubique præsente. Profecto sicut species complurimæ rerum ad genera quædam, et hæc tandem ad unum ubique genus: sic agentia multa gradatim ad unum ubique agens necessario rediguntur. Agentia, inquam, sive tanquam instrumenta, ut corpora inferiora ad superiora, illa fortassis ad Solem beneficio luminis ubique præsentem: sive tanquam agentia principalia, velut animæ rationales inferioris ordinis ad rationales superioris ordinis animas, et illæ tandem ad unam ubique pariter dominantem. Tantam vero in animali natura ejusque rationibus seminariis esse vult potestatem, ut nullam vel ingentem mundi partem et motionem posse putet eas ex ordine suo penitus deturbare, quo minus ex specialibus rationibus certæ rerum species proprietatesque ita proveniant, quemadmodum et totius naturæ animalis ordo præscribit, et natura quælibet illius pedissequa rite prosequitur. Quid ergo stellæ? quid earum quotidianus motus efficiet? Certe nec faciet species, neque mutabit, neque earum eventus detorquebit a specie: sed qualitatibus forte quibusdam in deterius meliusve afficiet, sive secundum corpus, sive secundum animam corpori prorsus immersam: sive secundum actiones quasdam: quibus explendis superior anima indiget instrumentis. Id vero totum cælestis influxus ex accidenti quodam dicitur agere: quia tum ex opportunitate, quam nanciscitur ex inferiorum concursibus, agit, tum non agit proprio tenore deformia, tum non movet animam, nisi forsan moto per cælum corpore anima vel per accidens moveatur, vel motioni consentiat: Si quis autem propter monstruosos interdum fœtus dubitet vel rationes seminarias vel species permutari, animadvertat, semper in eis partem præcipuam et radicem speciei propriæ conservari, quamvis vel adjunctum sit aliquid vel ademptum. Adjunctum, inquam, vel ademptum, non tam influxu cælesti, quam vel materiæ locique imaginationisve vitio, vel concursu quodam fortuito diversorum. Conservatur autem principale semper, aut certe quam plurimum, quia principale continuumque illic agens est ratio seminalis: qua quidem sublata res casu potius, quam natura, contingerent. Quam esse necessariam etiam in his, quæ sponte nasci videntur, in Theologia probamus. Cum enim hæc sic artificiose formentur, sic vita sensuque donentur, sicut illa, quæ propagatione gignuntur, certe hæc sicut et illa a viva occulti seminis ratione formantur. Quæ ubique in vita mundi regnans, materiam passim opportune paratam, et artificiosissime simul et citissime format: utpote quæ potestatem habet excellentissimam atque divinam, per quam ex vilissimis agit momento pulcherrima, dum et agentia inter se diversa ad unum dirigit finem, et generales influxus ad speciales et proprios pro affectione materiæ distinguit effectus.

*In singulis, quæ hominibus accidunt, sufficientes apud nos præter cælestes motus causas reperimus.*

XIV. Hactenus cælestes influxus in rebus, quæ ad corpus et animam pertinent, non multum auctoritatis habere disseruit: deinceps parum insuper valere declarat ad illa, quæ nominantur externa. In omnibus vero summatim causas sub cælo sufficientes manifestasque adducit in medium: sive determinatæ rerum causæ sint, sive occasiones quædam ex multorum concursibus contingentes, sive artes et electiones humanæ. Inter hæc nota, generantium naturam et qualitatem loci atque nutrimenti plus admodum valere ad corporis valetudinem, quam communes et remotas et momentaneas cælestium motiones: per has igitur significari potius interdum illa, quam effici, quæ ex causis propinquis sufficienter aguntur. Ait præterea, mutuam consequentiam rebus inesse, per quam mutua præstare indicia possint, præstare, inquam, quantum ad ipsam pertinet universi connexionem, et apud illum duntaxat certe significare, qui omnia circumspiciens, omnium conspiciat consequentiam: tum vero in homine generando rationem virtutemque seminalem esse dicit causam principalem, imo vero totam

causam ex propinquo. Quod enim certæ species ex certis seminibus modisque propriis oriantur, neque confusio fiat invicem, neque transgressio, totum in seminalibus consistit naturis: declaratque totam eas auctoritatem generationis habere: ubi si nihil impedit, fœtus ad rationis seminariæ normam rite formatur. Impedire vero dicitur, quod non absolutam exprimi sinit seminariæ virtutis imaginem. Id autem impedimentum non tam ex motibus proprie planetarum tanquam remotis et momentaneis, quam vel ex vitio matris vel ex aëris qualitate conceptui dissonante procedere judicat.

*De fato, et fatis: et quomodo anima priusquam fato tangatur, tangitur amore corporis. De dæmone vitæ duce. De liberatione a fato. De principiis entium. Quomodo anima nostra etiam habeat principii rationem.*

XV. Postquam, quid fati pars, id est, ipsa tantum in dies revolutio cæli valeat, explicavit, jam quid totum fatum valeat, explicat. Est autem fatum universum tota mobilium omnium series causarum, sive animales causæ sint, sive corporeæ, seu superiores, sive inferiores. Cum igitur consequens deinceps mobilium causarum connexio fatum sit, nimirum rationalis anima, quatenus ab intellectuali stabilitate digrediens latius explicatur in motum, eatenus fati laqueis implicatur. Contra vero dum totus animus stabili prorsus intelligentia vivit, nullis fati retibus irretitur. Cogita igitur rationalem in anima facultatem, postquam diu quondam vixit in mente, tandem novo quodam motu vergere ad naturam sub se vegetalem, imaginationemque quodammodo naturæ conjunctam, quando videlicet in natura imaginationeque ejusmodi affectus ad corpoream nobilemque vitam acrius invalescit. Tunc animus novo quodam sui motu propensius ad mobilia vergens, atque ita mobilem vitam eligens in fatum inde prolabitur, quodammodo etiam, antequam terrenum corpus ingrediatur, et priusquam id corpus concipiatur in utero. Forte enim subito corpus subit aërium, ea potissimum sorte fatali, quam et ipse paulo ante partim elegerat, et partim harmonia totius, et tunc ita, et nunc potius ita sonans accommodavit. Dæmonem vero vitæ ducem tunc primum sortitur, cum primum ejusmodi vitam affectavit simulque elegit. Similiter quando deinceps terrenum corpus affectat et eligit, tunc vitæ formam partim pro electione, partim pro harmonia cæli, dum eligit ac dum ingreditur, regnante, sortiri putatur, similiterque in his a dæmone duci. Dæmonem vero dari nobis Ægyptii volunt, ab ipso dæmonum præside Deo ad electæ jam vitæ normam, atque ad consonantiam universi electionis tempori concinentem: non ab astro quodam, non a planeta, ut putat Porphyrius, qui in ipsa generationis figura plus possit: ideoque proprie dæmonem, quoniam ad concentum mundi tribuitur, fato animam (ut ita loquar) accommodare. Quia vero datur a Deo et ad animæ ipsius electionem: daturque divinus a fato rursus quodammodo animam liberare, animam, inquam, in dæmonem, perque dæmonem in Deum quandoque conversam. Idcirco Pythagoricus ille cantus orat Jovem, ut vel ipse nos ab his malis absolvat, vel saltem, quo dæmone utamur, ostendat. Respondet denique solutionem sperandam esse per divinitatem quandam nobis insitam, nobisque malorum remedia subgesturam. In primis autem memoriæ commendabis: primo quidem vitæ sortem formamque vivendi non a fato, sed ab affectione et electione animæ exordiri, perque acceptum mox dæmonem quodammodo expediri. Secundo, sortem formamque, ut dixi, vivendi accipi sive peragi vel compleri quodammodo etiam a tota dispositione mundana, quæ concurrit undique, tum quando anima corpus affectat et eligit, tum quando corpus ingreditur. Tertio, dispositionem vitæ non talem duntaxat fore, qualem sola cælestia forte decernerent: sed qualem potius inferioris materiæ præparatio, et locus, et natura parentum, imaginatioque, et cætera, quæ circumstant, una cum cælestibus conjuncta conficiunt. Quarto, ex his omnibus sequi, ut multi sub eadem omnino cæli dispositione nascentes dissimilem sortiantur eventum: quoniam et altius ante nativitatem, vel etiam ante conceptionem trahuntur fati primordia, et pro inferiorum concursu expletur fati conditio. Quinto, neminem posse vel superiora suspicere, vel hæc omnia intueri, vel hæc una cum illis rite complecti, vel, quid ex eorum complexione velut ex causa sequatur, perfecte cognoscere. Sexto, judicium per signa prorsus inde confundi, quod ex diversis sortis nostræ primordiis, causisque inter se oppositis, rebusque contrariis complurima inter se discrepantia trahuntur indicia: imo et ex aliis quasi vestigiis alia confunduntur, ut, vere judicare de sorte, sit sortis cujusdam potius, quam scientiæ. Post hæc autem Lachesis quidem nomine sortes formasque vivendi dicit significari: nomine Clotho convolutionem earum evolutionemque ostendi per universum: Atropos denique necessarium hujus explicationis effectum: necessarium, inquam, quatenus consistit in natura fati et quantum huic anima cedit. In fato, inquam, quia fatorum regnum Plato proprie ponit in cælo: ideoque ibidem inter ipsa cælestia eventus semper est necessarius. At si cælestium concentui, inferiorum quoque inter se confluentia penitus consonaret [Ed. pr. *consonet:*] necessario proveniret et hic fati decretum: sed fortasse non consonat. Forte enim accidit inferiora et ita intra se confluere, et

ita rursum congredi cum cælestibus. Hic ergo quispiam fortunam cum fato miscebit. Præterea si quando et cælestia et inferiora corpora ad eundem conspirent eventum, ideoque eventus, quantum est in hac corporum omnium conspiratione, inevitabilis videatur, et fortuna jam fatis serviente fatalis: tamen ubi jus habet animus, in quo motus est primus ac liber, non necessario provenit homini, quod mundo necessitas destinabat. Nam sicut in cælo fati regnum duntaxat, sub cælo autem fortunæ insuper potestatem plerique collocant: sic in ratione æque per opposita discurrente consilii et electionis arbitrium collocabunt. Sic Plato virtutem animi vel in fato semper liberam confitetur. Fatetur et Ptolemæus fortunæ consiliique occursu cæleste decretum posse mutari. De necessitate quidem tribusque Parcis in commentario decimi de Repub. satis diximus: nunc censemus considerandum, quod mox Plotinus adducit: alios quidem homines fieri tales, scilicet vel natura, vel usu, vel utroque, ut trahantur illecebris universi: alios vero tales, ut inde quandoque se retrahant. Fiunt vero natura tales, tum animo per priorem electionem atque vitam, tum corpore per causas naturales: fiunt quoque tales ex usu. Quod autem ait, plerosque a mundo more quodam magico fascinari, declarat, animam non alio hamo, quam amore vel naturali, vel novo, atque esca voluptatis illaqueari. Declarat, et ipsum universi naturam quasi magnam corporibus omnibus non solum pulchram formam, sed vitam etiam quandam inseruisse. Qua forma tanquam ideæ simili, qua vita ipsi animæ quasi cognata, anima velut esca quadam alliciatur, inferioribusque pellecta provideat. Significat interim, animos, ob intellectualem naturam corpore toto corporeaque vita superiorem, posse quandoque se contemptis mundi hujus illecebris a fato resolvere, quo non aliter quam illecebris detinetur. Hinc vero se solvit quatenus mundum amat superiorem, quem amando in pristinam præcipuamque naturam animus suam revertitur: in mentem dico, vel in rationem mente formatam. Profecto cum omnia etiam naturalia propriam habent in se naturam et actionem, præter conditiones quotidie acceptas extrinsecus, multo magis id muneris possidet anima, quæ habet principii rationem. Principii dico rerum naturalium atque mobilium: ab anima enim natura motusque dependet: ab anima dico intellectuali: principium enim sub bono rerum efficiens est intellectus, sub quo intellectualis anima principium est efficiens et quasi jam formans. Anima quidem universi naturalium omnium principium est summatim: aliæ quodammodo sigillatim. Illa rursus omnium in universi forma: aliæ omnium in formis partium universi. Omnis ergo rationalis anima, prout habet principii rationem, sicut format hoc corpus, ita quodammodo potest saltem aliter alia. Tum vero quemadmodum ut principium format ducitque id corpus et tantum, sic non alia solum, sed et majora potest, dummodo similiter afficiatur ad illa: ceu anima cubitale corpus vivificans, potest similiter et tricubitum. Sed hæc in Theologia latius explicamus. Quantum vero ad principium spectat, animadvertendum est, ipsam entis naturam considerari, vel prout est in actu primo per formam, vel prout in actu secundo per motum. Ubi vero non reperitur proprie motus pro actu secundo, qui et actio est, ibi ipsum esse formæ locum obtinet actionis, ac motus quodammodo dicitur. Sed consideremus ens aut in actu per formam simpliciter, aut in actu per motum. Primo quidem modo entium principium est intellectus: secundo autem modo, eorundem principium anima judicatur. Intellectus igitur entis principium est, qua ratione ens est actuale, ut ita dixerim, aliquid et formale: anima vero entis principium est, qua mobile. Ac si principium est formarum, earum præcipue origo est, quæ motu proveniunt: aliarum vero si est principium, non tam, ut animalis est, id habet, quam ut intellectualis existit. Ipsum autem unum bonumque, intellectu superius principium est entium atque finis, quomodocunque ens ipsum accipiatur, sive in potentia quadam, sive in actu: seu in actu primo, sive secundo, sive nondum mobile, sive jam mobile. Præcipue vero principium est entis et finis, qua ens unum est et bonum. Potissime quoque principium entis, ut et ipsum et ens est unum, finis ejusdem, ut et ipsum et hoc est bonum. Sed de hoc alibi. Redeamus ad animam. Solemus argumentari, rationalem animam esse essentiam, scilicet formam ac speciem in se firmiter consistentem, suumque esse atque existere in se prorsus habentem, ex eo, quod appetitiones actionesque quasdam proprias habeat, tum segregatas a corpore tum corpori frequenter oppositas. Plotinus vero vicissim hic velut ratum accipit, animam essentiam sic existere, per hoc autem argumentatur, eam munera quædam propria possidere. Sed undenam id habet ratum? Ex eo forsan, quod est principium entis mobilis ordinate ac perpetuo mobilis. Est igitur essentia fixa, ac si mobilis, ex se mobilis, propriaque vita vivens, sicut proprio motu et intimo mobilis. Vita enim motus et actus est intimus. Quam ob rem si anima quasi movetur interdum ab externis atque formatur, idcirco contingit, quoniam ipsa jam sponte cessit ceditque corporibus: sed ipsa interim propriam habet firmamque tenet in essentia formam, simul et esse: siquidem ab initio naturaliterque ad corpus, non ut mobilis atque patiens, sed ut motor accessit et agens. Quomodo autem anima etiam nostra sit principium motus, et in ratione

principii sit animæ mundanæ collega, in Theologia probamus. Nunc vero concedamus, animam in officio motionis æque ferme cum cælestibus convenire, quæ cum eisdem in superiori officio, id est, contemplationis munere convenit: quo et transcendit motum ad æterna resurgens. Concludit postremo Plotinus, nostrum animal ex animali mundo pendere, scilicet ab initio, quemadmodum alias declaravi, et quotidie plurimum. Verum sicut et quotidie etiam ex anima nostra dependet, sic ab initio a nostra quoque pendebat, atque vicissim sicut ab initio, sic et in dies. Tale igitur plurimum in nobis est animal, quale animal est mundanum, scilicet animam habens corporis usui naturaliter consulentem, et cum corpore simul agentem, et in nobis saltem quodammodo patientem. Item quotidie in nostrum animal instinctus quidam mundani mirabilesque resultant pro diversa dispositione mundi, tum dormientibus, tum etiam vigilantibus. Et hoc animal mundano sæpe consentit et compatitur animali, nisi quatenus anima in nobis superior hujus quoque domina, hincque separabilis et animæ mundanæ germana, animal hoc aliter movet et sistit. Hæc enim et separata est ab initio per essentiam atque esse, et separari etiam magis studio potest per oppositum affectum simul et actum, actionesque proprias habet, ac si animal sibi commendatum mansuefacere potest, et ad se ita convertere, quod alibi Plotinus ait: potest etiam id nonnunquam virtute mirabili ab his malis eruere, sicut et ipsa se eruit, dum, quæ ad animal pertinent, tanquam aliena nonnunquam nihili pendit.

*De duabus animabus in nobis. Item quomodo a communi seminario mundi omnia generentur: et quomodo in eo comprehendantur: et quæ gignuntur, tum semel exeundo degenerent, tum per secula deficiant a primordiis.*

XVI. Postquam in superioribus et, quæ non veræ sint rerum causæ, demonstravit, et, quæ sint veræ, quodammodo designavit, in tribus jam sequentibus libri capitibus, quæ sint causæ veræ definit. Tu vero in primis ubi dicit, *quod inseparabile est quando est in corpore*, nota, forte Plotinum velle, vitam corpori dedicatam, quam sæpe animam secundam nominat, inseparabilem esse a corpore, id est, inseparabiliter agere, id est, singula simul cum hoc corpore videlicet dum est in eo: veruntamen posse tandem una cum superiori anima hinc abire: nam et ab ea pendet velut actus ejus assiduus, quamvis hic actus per actum animæ mundanæ corpori conjungatur, sicut radius visualis per radii solaris actum aëri se insinuat: atque sicut neuter radius evanescit apud Plotinum, sed uterque in fontem proprium replicatur: ita et actus vitalis uterque, tum communis ab anima mundi, tum proprius a nostra redit in suum. Neque forte prohibet unionem vitæ, unitatemque animalis ejusmodi vitæ duplicitas: cum altera quidem communis sit, altera propria, et, quæ propria est, naturaliter cum communi conspiret ad idem, tum ad propria illam determinans, tum ab illa rursum adjuta ad opus proprium communi totius operi consentaneum. Sed de hoc alibi diligentius. Præcipuas naturalium causas esse vult seminales earum rationes in vegetali animæ mundanæ natura, quibus semper ordine certo respondeant seminales in speciebus singulis rationes. Sed quonam pacto ex universo seminario mundi omnia pullulent, multis quæstionibus perscrutatur. Principio quærit, numquid anima mundi singula faciat, quasi recta quadam successione scilicet in ordine graduum occasionumque temporalium prius quidem elementa secundum originem, deinde quæ ex his componuntur: item hominem primum secundum dignitatem, deinde bruta: utrum, inquam hæc faciat, eisque provideat usque ad species duntaxat rerum, earumque propaginem et salutem: quæ vero singulis in dies accidant, non attendat. Quæstio secunda: Utrum anima etiam singulorum, quæ in dies singulis accidunt, propterea causa sit, quod, quæ generantur ab ipsa, deinceps agant, et quæ sequuntur: quasi sic anima mundi dicatur contingentia quælibet, etsi non per se, tamen per medias ubique causas agere. Quæstio tertia: Num anima in seminalibus penes se rationibus præscriptas habeat singulas singulorum actiones atque passiones, nihilque casu contingat, sed omnia fatali necessitate ducantur. Quarta quæstio: Si anima sic in se singula continet, utrum rationes animæ seminales hæc efficiant, an solum vel ipsæ cognoscant, vel per eas anima ipsa cognoscat: adeo ut ita quotidie circumspiciant non solum res singulas, quæ quodammodo generantur ab ipsa, sed etiam actiones, passionesque earum, omnesque eventus: dum videlicet præsentia omnia comprehendens, quicquid ad illa sequitur, quasi argumentando concludit. Sive complurima in antecedentibus simul quasi præsentia contempletur: sive nunquam summatim sequentia complectatur, sed singula semper in horas prosequi compellatur. Quæstio quinta: Utrum animam mundi nefas omnino sit adeo sollicitam ponere: sed putandum sit totius in ejus notionibus hæc omnia semel esse præscita, aut etiam in rationibus seminalibus destinata. Sexta quæstio: Utrum vita defectusque naturarum ex rationibus naturæ seminalibus destinari et fieri possint. Forte namque et, quæ sigillatim mala videntur, ad bonum universo conducunt. Solvit denique quæstiones, negans in rationibus rerum naturalium seminalibus quicquam in actu contra naturæ ordinem contineri: sicut neque in rationibus artis, qua-

tenus tales sunt, præter artem aliquid continetur. Quicquid igitur formale in rebus est atque formosum, in rationibus per se continetur, et ab eis proprie proficiscitur: quicquid vero deforme contingit, id ex informi materia primum, vel ab eis, quæ hac infecta sunt, consequenter evenire videtur. Sed quidnam sibi vult, quod ait, Rerum defectus non secundum actum, sed secundum potentiam in rationibus contineri? Certe non secundum actum, quoniam non efficiuntur inde defectus: quoniam nulla est ibi propria forma defectus, sed ibi saltem secundum potentiam esse dicitur: quoniam ex integra forma, velut exemplari, conjectari potest, quo pacto quove gradu aliquid inde deficere possit. Quæ igitur mala vel minus bona sunt, præscita quidem illic esse possunt, prædestinata non possunt. Quicquid enim determinatur inde, definitur ex forma: quod vero fit inde, non tale provenit in materia, quale possidetur ab anima: sed et quoniam extra fit, degenerat: et quoniam in materia fit informi, fit deforme, ac rursum diversorum mistione confunditur. Anima igitur eousque agit per rationes, quousque res formositate congruunt rationibus, quamvis ulterius etiam, id est, deformitatem conjicere possit, generatim quidem intelligentia, sigillatim vero ratione, vel imaginatione quadam naturæ conjuncta: sed in ea quoque non tam discurrendo per singula, quam summatim. Ait vero et hic, formas in materia a formis naturæ deficere concussione quadam, id est, tum quia extra rationes discedere videntur ab eis, tum quia informi materia deformes evadunt, tum quia miscentur oppositis, tum quoniam paulatim a pristina dignitate degenerant: naturalia vero paulatim degenerare per sæcula Plotinus in superioribus ait, et Plato in Politico, Protagora, Critia, Menexeno: nosque ibidem causas assignavimus, et hic ita breviter assignamus. Degeneratio rerum quædam est diuturnior, ab initio scilicet mundani circuitus ad finem usque se porrigens: quædam diuturna, minus ab ingenti terrarum illuvione, ad illuvionem alteram perseverans. Cogita igitur signa duodecim, quæ in firmamento videntur signis subesse duodecim in nona sphæra signatis: quam Plato sphæram, etsi non manifeste posuit, posse tamen existere cogitavit: quandoquidem esse posse non negat. Respondebant itaque quondam signa undique signis: Aries Arieti, Taurus Tauro, Gemini Geminis, Cancro Cancer, Leo Leoni, Virgini Virgo, Libræ Libra, Scorpius Scorpioni, Sagittarius Sagittario, Capricornus Capricorno, Aquarius Aquario, Pisces denique Piscibus. Tunc felix auspicium fuit sæculi sæculorum, tamdiu felix, quamdiu eisdem eadem congruebant. Transgressus autem est deinde per motum ad ortum Aries Arietem, sequentiaque transgressa sunt reliqua consequenter. Naturales interea res simili quodam gradu degenerare cœperunt. Quamquam etiam quibusdam sæculis pristini vigoris nonnihil ad tempus recipere posse videntur: quando signa hæc, etsi non ad illa prorsus eadem, saltem ad similia veniant. Aries ad Leonem, aut saltem ad Geminos: vel Leo ad Sagittarium, vel ad Libram: Gemini ad Libram, vel Libra ad Aquarium, cæteraque similiter: aut saltem aspectus illic oriantur, quos Astronomi tradunt magis esse concordes. Conferunt interea magnæ quædam planetarum conjunctiones, quamvis et vicissim nonnunquam nocere contingat. Similiter ad rerum mutationes conducit motus imaginum per accessum ad meridiem atque recessum multis sæculis restitutus: verum non prius pristinam res felicitatem recuperabunt, quam eadem revertantur ad eadem. Motus quidem signorum nobis manifestorum ad ortum vergens, annis centum gradum unum præterit signorum superiorum. Annorum itaque triginta sex millibus explebitur sæculum sæculorum. Interea sæculi altera quædam fit mutatio, quando tellus vel aquarum illuvione diluitur, vel flammarum incendio devastatur. Sive igitur post aquas solis calor præpotens humoribus incumbet: sive post incendia vicissim imber exuberet, terra mox utrobique calore et humore fœcundior pulcherrima parit, donec ob siccitatem sterilior in dies evadens, minus pulchra parturiat, redeatque tandem remedii gratia illuvium simile vel incendium. Memento vero, cælestium motiones et situs non tam ad ipsam formarum generationem, quæ proprie fit seminalibus rationibus, quam ad materiam pertinere aliter vel aliter disponendam. Tertia degenerandi causa est præsertim pertinens ad humana: quod in ipsa novitate mundi, sive per creationem fiat novus, sive per exitium prius novus effici videatur, homines superiorum numinum quasi pastorum sedula providentia gubernantur. Debiles enim nudique natura et arte rudes superiorum prorsus indigent gubernaculis. Providentia vero in rebus necessariis sua nunquam deserit. Unde factum est, ut et natura in necessariis non deficiat. Quapropter in corpore animalis pro majori membri alicujus necessitate magis natura laborat. Igitur res humanæ diu quondam omnino rectæ divinitus, nimirum divinius procedebant: at cum primum humanum ingenium tempore satis excultum, minus indigere visum est assidua solicitudine dæmonum, cœptum est gubernari negligentius a dæmonibus, seu mavis angelis: unde humanæ res in deterius quotidie dilabuntur, donec incurabilis per se morbus humanus necessariam ad se curam provocet divinorum. Qua vero ratione ex variis etiam degenerantium gradibus mundus continue sit vel ex aliqua partium deformitate formosior, alibi satis et diximus et dicemus.

*Rationes naturæ seminales non sunt notiones, quamvis in natura fiant a mente. Item degenerant in natura primum a mente: deinde in materia deficiunt a natura. Rursus quale futurum sit animal mundanum, si sublata ratione consideratur.*

XVII. Rationes vero seminales sicut in qualibet anima non sunt notiones quædam: alioquin cognoscendo continue generarent, et generando cognoscerent: sic neque in anima universi, cujus vita est vita quælibet [Ed. pr. *qualibet*] efficacior, ideoque simplici vitæ virtute potest absque notionis auxilio generare. Primo quidem rationes ejusmodi intelligentiæ non existunt: Intelligentia enim et se ipsam, et, si opus sit, rem intelligendam segregat a materia. Vis autem efficax qualis est seminis naturalis, quum in materia duntaxat genitura sit, materiam in primis aggreditur, penitusque ingreditur. Deinde neque ratiocinationes sunt: hæ namque quasi accidentales et imaginariæ sunt, ideoque substantialia et vitalia facere nequeunt. Facere vero more artis solent extrinsecus externorumque instrumentorum adminiculo, et imaginaria quædam: rationes vero seminales intrinsecus agunt, perque se ipsas ac per instrumenta conjuncta more cujuscunque naturæ, faciuntque substantias. Præterea neque imaginationes sunt: hæ namque, ut in nobis apparet, absque affectus efficacia in corpore nihil efficiunt: quin imo neque affectus imaginationi ad formas sufficit generandas, sed ad motum forte localem. Nam ex imaginatione affectu corroborata localis e vestigio motus in spiritu fit et corde. Ex hoc motu deinceps qualitates, quæ jamdiu sunt in corpore, jam excitantur, unde vel aliam insuper faciunt qualitatem, vel passionem. Similiter in anima mundi imaginatio non formas quidem primo rerum generat, quippe cum ipsa magis etiam quam ratiocinatio imaginarium quiddam esse videatur: sed cum affectu conjuncta ad localem motum mundi conducit: ante quem motum formæ rerum in mundo jam existunt, ibi videlicet jam diu genitæ virtute mundi genitali per seminales scilicet rationes. Quam ob rem ex rationibus ejusmodi naturæ huic infusis primæ rerum formæ procreantur in mundo: subinde vero ex imaginationibus spectantibus singula generanda, per motus quodammodo singulos quotidiani motus et singuli fiunt, quibus formæ rerum ad alterationem mutuam concitantur: qua quidem alteratione perpetua materia passim ad novas quotidie formas a rationibus suscipiendas rite paratur. Comites ergo in anima quidem imaginatio naturaque sunt: comites similiter in universo alteratio semper atque generatio. Nec injuria natura genitrix singulorum imaginationem comitatur, atque vicissim, quæ se per singula distrahit, neque tamen rationem proxime, quæ ad universalia denique refugit: neque intelligentiam in universalibus semper perseverantem: ac si intelligentia, sive ratio singula perspicit, consequenter id agit: Præcipuum vero habet interim ad universalia studium. Generatio igitur vel alteratio atque motio, quæ duntaxat est singulorum, post naturam mox esse videtur imaginationi propinquam, circa singula solum, et præcipue se versanti. Omnino vero, quum generatio sit prorsus circa materiam, si inventuri simus virtutem proxime generantem, descendere cogimur infra virtutem quamlibet cognoscentem. Quælibet enim cognoscendi virtus formam et actionem, qua cognoscit, habet a materia separatam. Quemadmodum igitur, quod in summo sui ipsius est lumen, et in medio splendor, id in infimo sui fit calor, atque ut calor generat, non ut splendor, nec ut lumen: sic in anima, quæ in suo quodam summo intellectualis existit, in medio vero discurrens, in infimo denique vitalis tantum atque vivifica, non ut intellectualis, nec ut discurrens, sed ut vitalis, generat atque vivificat. Et si quæ facit, interea et cognoscit, non tamen quia cognoscit, sed quia ita se habet, et ita afficitur naturaliter, ideo sic et talia facit. Dixi equidem, non quia cognoscat, cognitione, inquam, aliqua præter essentiam: nam in ipso ejus summo idem est intelligere, quod et esse: ideoque essentiali hac vitalique intelligentia per essentiales idealesque notiones naturaliter formas, id est, seminales rationes efficit in natura, sicut natura per eas in materia formas effingit. Sicut ergo ex circulo, qui jactu lapilli fit in aqua, mox alter circulus oritur, deincepsque similiter: sic ex orbe quodam idealis divinæ mentis pendet ferme similis orbis in animæ mundanæ mentem: hinc vero mox in naturam, ex natura similiter in materiam. Ut igitur formulæ ab animæ intelligentia impressæ in naturam animæ genitalem essentiales sint efficacesque, et substantialia faciant, oportet, et formas tum in divina mente, tum etiam in animæ mente ita essentiales existere, ut ibi ita sit idem intelligere, quod et esse: atque etiam intelligere, quod intelligendo formare naturam, sicut in natura idem est esse atque vivere, et quodammodo idem materiam vivificare, quod vivere. Sed quæritur, Numquid animalis intelligentia naturam formet rationali, vel imaginali quadam discursione, sicut artifex sæpe materiam? Nequaquam: nam et ars perfectissima non consultat ulterius, sed agit jam more naturæ, quam jam assequitur, hactenus quoad potuit imitata. Præterea si qua cogitationis discursione naturam formare statuerit, jam formas efficiendas ad alias retulit, ut exemplar firmumque spectaculum, in quod aciem vagabundæ rationis intendat, circa quod stabile discursio peragatur, ad quod comparare queat inventa. Quæritur igitur, Utrum spectacula quædam externa prospiciat,

an firmas ejusmodi formas habeat intus. Non externa quidem atque corporea (hæc enim nondum existunt adhuc per naturam videlicet generanda, per naturam, inquam, adhuc intellectu formandam) formas ergo possidet intus. Quod vero intrinsecus et naturaliter possidetur, non est pervagatione quærendum. Si ergo natura absque ullo consilii ministerio materiam continue format, multo magis mens naturam sibi conjunctam format absque consilio, atque vicissim. Conclude, ipsam per momentaneos actus discursionem esse ubique aliquid præter essentiam, et accidentale quiddam coruscationum instar: deinceps dum apparet per partes subito evanescens, itaque non posse per se firma et substantialia facere, sed ad effectionem ejusmodi opus esse firma et essentiali naturæ alterius efficacia. Sic non solicitudine, non labore, sed indefessa facilitate, tum naturalia ab ipsa natura, tum naturæ semina ab intelligentia pullulabunt. Conclude rursum: sicut in cælo nativa lux caliditasque stabilissima permanet, dum configurationes in dies circuitu commutantur: sic in vita mundi intelligentiam, et naturam in suis rationibus permanere, stabiliterque per eas efficere, etiam si quis illic vel universalis vel particularis discursus agatur. Quum vero anima mundi secunda, id est, vita quædam per se irrationalis, ab intellectuali mundi anima corpori mundano tributa sit ultimum vestigium divinorum, similiterque semina velut ultima quædam vestigia possideat idearum, nimirum et mundus ex hac vita corporeque compositus longe a divinitate degenerat: et sæpe tum semina sua impediri videntur in opere, tum animal ejusmodi ad superiora collatum videbitur imperfectum. Quamvis enim perpetua quadam intellectualis animæ suæ præsentia mundanum hoc animal mansuetum atque beatum dici possit, tamen quoniam aliud et posterius est hoc animal, quam intellectualis anima, cogitare licet animam ipsam ab animali sejunctam: quod Plato in Politico, in Timæo, in Legibus cogitavit. Dic age, quale mox futurum sit vastum hoc animal atque robustissimum sublatis intelligentiæ frænis? Ferrum quidem, etsi nunc ignitum, aërem quoque, etsi nunc luminosum, tamen appellare possumus natura frigidum et obscurum. Nam et ferrum paulo post frigiditatem suam, et aër obscuritatem mox manifeste declarat. Tali quadam conditione Plotinus mundanum hoc animal quasi ferox videtur effingere. Finge et tu sapientem, si placet, virum, corpore nimium cholerico vel melancholico, introspice corporis habitudinem, inspicies animal hoc sub animo sapiente quasi frænis cohibitum quietem agere, mansuetumque videri, sed interim paratissimum ad excandescentiam atque mœrorem: ac si sanguineum fuerit, ad libidinem, quam quidem affectionem etsi vigilando vix, facilius tamen in somniis indicat: tale ferme animal finge mundanum, ex igne tanquam bile propensum ad iracundiam atque superbiam, ex terra velut atra bile pronius ad mœrorem: ex aëre quasi sanguine ad lasciviam et libidinem, ex aqua tanquam pituita proclivius ad torporem, ex materia prima, quæ quasi fæx quædam est naturalibus subsidens, tibi occurret amarum pariter atque acre. Fæx enim ob siccitatem frigiditatemque et amara et acida cogitatur. Videbitur ergo hoc animal tum ex viribus grandioribus ferocissimum, tum ex materia inops, et pusillanime nimis, et invidum, et de vilitate ac mutabilitate propria querulum. Denique mirari jam desines ex animali sic affecto, in quo non omnia sint ad votum, multa etiam accidere aliis præter votum.

*Unde mala: unde omnia: tres sub bono totius artifices: mundi quatuor.*

XVIII. In ultimo libri capite, primo quidem breviter prosequitur malorum causam ex præcedentibus orientem deinde causas universi comprehendit. Causa vero malorum, altera consequentiæ ratione, altera ratione finis consideratur. Nam sicut ad bonum majus consequitur minus bonum, rursumque ad minus longo ordine minimum: sic et ad minimum mala contingunt. Præterea sicut in concentu musico quarta vox, imo et secunda et septima, quæ seorsum non consonarent, una cum consonantibus gratiorem conficiunt consonantiam: sic in ordine rerum minora bona cum majoribus, minima cum minoribus, mala cum minimis bonum totius commune reddunt admirabilius. Quid vero? Quod, quæ in hoc aut ad hoc mala videntur, eadem in illo, aut ad illud esse bona reperias, cuncta denique ad commune conducunt universi bonum. Post hæc tres mundi ponit artifices. Primum quidem intellectum divinum: secundum vero intellectum animalem animamque intellectualem: tertium animæ hujus imaginem, id est, vitam, inde corpori dedicatam. Qua in re, teste Proculo, Porphyrius cum Plotino consentit. Sed cur ipsum bonum non vocat artificem? Quoniam in artifice operum exemplaria sunt. At in ipso bono quum sit unitas simplicissima, exemplar mundi, quod est multiplex, collocare non audet: sed ipsum bonum Plato Plotinusque nominant tum artificis mundani patrem, tum mundani operis finem: quasi filius amore paterni boni prægnans, mundum procreet gratia boni, et conformet ad bonum. Ipsum itaque bonum intellectualem generat mundum: hic vero procreat animalem: hic similiter naturalem: naturalis vero corporeum. Alius autem sic ferme ex alio profluit, sicut in aqua circulus dependet a circulo: et sicut ex luce lumen, ex lumine splendor, ex splendore calor, ex calore generatio provenit. Intellectus quidem in

intellectuali anima procreanda nullo modo discedit a patre: imo per conjunctionem ad patrem potestatem habet creationis et actum. Similiter intellectualis anima, quatenus incumbit intellectui summo, abundat inde, et exundat in alteram. Altera rursum, id est, vita corporea, quatenus dependet ex anima cujus est imago, impletur seminibus, simulque formis implet hujus mundi materiam. Ipsum quidem bonum excedit statum: status enim in bono fit atque gratia boni: intellectus autem ipse status existit: intellectualis anima primum stabile judicatur. Vita vero hujus imago stabilis quidem est, quantum existit inde, mobilis vero per accidens, quatenus corpori proprie mobili copulatur. Appellat vero Plotinus vitam ejusmodi mundum proprie seminarium: quem veteres appellarunt imaginem, quæ semper in assimilatione versetur. Hæc enim non tam anima, quam animæ imago vocatur. Quantum enim accedit ad materiam alienam ab intellectuali fonte, tantum ab anima intellectuali degenerat. Semina quoque in ea non tam rationes sunt, quam imagines rationum. Si enim ratio proprie secundum formam in anima intellectuali consistit, merito in vita inferiori tantum est rationis imago. Quis enim veram nominet rationem, quæ sui ipsius ignara nullam sui habeat rationem? Hæc itaque vita imago quædam est, imaginum solummodo plena: imago hæc semper est assecuta similitudinem exemplaris, ac semper assequitur. Rursum et semper est ficta, et perpetuo fingitur, qua videlicet ratione actus ipsi seminum aliter temporibus aliis vigere videntur: semper tamen congruunt exemplari: qua rursus quasi una cum mundi corpore vita volvitur: qua denique simul cum revolutione cælesti aliter aliterque et mens afficitur imaginaturque, et extra aliis quodammodo semper figuris induitur. Forte etiam Plotinus his verbis sententiam Heracliti tangit atque Timæi, dicentium, mundum hunc oculis manifestum esse quidem nunquam, sed perpetuo fieri. Omnino vero sicut sub sigillo figuratur aqua, neque figura restat remoto sigillo: ideoque figura non tam semel facta videtur, quam fieri semper, præsertim si jugiter subterfluat aqua: sic ferme se habet et materia ad naturam, et natura rursus ad animam intellectu fœcundam. Eatenus autem mundum hunc fieri Plotinus vult, vel esse, quatenus et imago animæ fluit ab anima, et anima prodit ex mente, ac mens generatur ex bono, et bonum denique quamdiu hoc ipsum est, quod bonum: intellectus deinceps quamdiu id ipsum quod intellectus existit. Quibus ita manentibus, sequentia naturaliter inde semper aut maneant aut profluant, quemadmodum et lumen ex sole, et deinceps ex lumine lumen. Nos autem circa hæc pro religione dicere possumus: Si in divinis consideremus æternitatem, sic mundi processionem inde æternam jure videri: si autem voluntatem, eo termino procedere mundum, quo decreverit divina voluntas, cujus arbitrio sicut est in mundo terminus virtutis atque magnitudinis, sic exordium et extremum.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ Γ.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER III.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙ ΠΟΙΕΙ ΤΑ ΑΣΤΡΑ.

### Utrum stellæ aliquid agant.

ΟΤΙ ἡ τῶν ἄστρων φορὰ σημαίνει περὶ ἕκαστον τὰ ἐσόμενα, ἀλλ' 137
οὐκ αὐτὴ πάντα ποιεῖ, ὡς τοῖς πολλοῖς δοξάζεται, εἴρηται μὲν πρότερον ἐν ἄλλοις, καὶ πίστεις τινὰς παρείχετο ὁ λόγος· λεκτέον δὲ καὶ νῦν ἀκριβέστερον διὰ πλειόνων. Οὐ γὰρ μικρὸν, τὸ ἢ ὧδε, ἢ ὧδε ἔχειν, δοξάζειν. Τοὺς δὴ πλανήτας φερομένους ποιεῖν λέγουσιν, B
οὐ μόνον τὰ ἄλλα, πενίας, καὶ πλούτους, καὶ ὑγιείας, καὶ νόσους, ἀλλὰ καὶ αἴσχη, καὶ κάλλη αὖ, καὶ δὴ τὸ μέγιστον, καὶ κακίας, καὶ

9. ἡ τῶν] Cod. Vat. οἱ τῶν, in m. ἡ.
12. ἢ ὧδε, ἢ ὧδε] Bis scribendum fuit, quod semel scriptum est in Ed., jubentibus Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Mon. A. Med. A.B. Vat. Et ita quoque Fic.
13. Τοὺς δὴ] Cod. Marc. C. τοὺς δέ.
14. τὰ ἄλλα] Cod. Vat. ὄντα ἄλλα, in m. τά.
ib. καὶ νόσους] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. Vind. A. καὶ δόξας.
15. καὶ δὴ] Cod. Marc. A. καὶ δὴ καί.

*Narrat opiniones astrologorum de motibus et virtutibus planetarum.*

STELLARUM motum circa unum quodque significare quidem futura, non autem facere omnia, ut opinantur multi, alibi diximus persuasiones aliquas adducentes: dicendum autem in præsentia exactioribus jam et pluribus argumentis. Non enim parum refert, hoc vel illo modo de his opinari. Tradunt astrologi multi, planetas suis motibus facere non solum cætera velut inopias et divitias, valetudinemque prosperam vel adversam: verum etiam turpia atque pulchra, atque

137 ἀρετὰς, καὶ δὴ καὶ τὰς ἀπὸ τούτων πράξεις καθ' ἕκαστα, ἐπὶ καιρῶν
ἑκάστων, ὥσπερ θυμουμένους εἰς ἀνθρώπους, ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτοὶ οἱ
ἄνθρωποι ἀδικοῦσιν, οὕτω παρ' αὐτῶν κατεσκευασμένοι ὡς ἔχουσι·
C καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ διδόναι, οὐκ ἀγασθέντας τῶν λαμβανόντων,
ἀλλ' αὐτοὺς ἢ κακουμένους κατὰ τοὺς τόπους τῆς φορᾶς, ἢ αὖ, εὐ-
παθοῦντας. καὶ αὖ ἄλλους αὐτοὺς ταῖς διανοίαις γιγνομένους· ὅταν τε
ἐπὶ κέντρων ὦσι, καὶ ἀποκλίνοντας, ἄλλους· τὸ δὲ μέγιστον, τοὺς
μὲν κακοὺς αὐτῶν λέγοντες, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς εἶναι, ὅμως καὶ τοὺς
D κακοὺς αὐτῶν λεγομένους, ἀγαθὰ διδόναι, τοὺς δὲ ἀγαθοὺς, φαύλους
γίγνεσθαι· ἔτι δὲ ἀλλήλους ἰδόντας, ποιεῖν ἕτερα, μὴ ἰδόντας δὲ,
ἄλλα, ὥσπερ οὐχ αὐτῶν ὄντας, ἀλλὰ ἰδόντας μὲν, ἄλλους, μὴ ἰδόν-
τας δὲ, ἑτέρους· καὶ τόνδε μὲν ἰδόντα, ἀγαθὸν εἶναι, εἰ δ' ἄλλον
ἴδοι, ἀλλοιοῦσθαι· καὶ ἄλλως μὲν ὁρᾷν, εἰ κατὰ σχῆμα τόδε ἡ ὄψις,
E ἄλλως δὲ, εἰ κατὰ τόδε· ὁμοῦ τε πάντων τὴν κρᾶσιν ἑτέραν γίγνε-
σθαι· ὥσπερ ἐξ ὑγρῶν διαφόρων, τὸ κρᾶμα ἕτερον παρὰ τὰ μεμιγ-
μένα. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα δοξαζόντων, περὶ ἑκάστου
λέγειν ἐπισκοπουμένους προσήκει. Ἀρχὴ δ' ἂν εἴη προσήκουσα
αὕτη.

1. *καιρῶν ἑκάστων*] Cod. Ciz. *καιρῷ ἑκάστῳ.*
2. *ἐφ' οἷς*] Ita, pro *ὑφ' οἷς*, cum marg. Ed. Codices nostri omnes.
ib. *αὐτοὶ*] Præter Codd. Leid. Darm. Mon. A. omnes habent *αὐτοί*, sed Vat. in m. *αὐτοῖς*, ut Ed. Illud recepi cum Ficino. Est quodammodo *sponte*.
3. *κατεσκευασμένοι*] Cod. Vat. *κατεσκευασμένων*, in m. *οι*.
4. *ἀγασθέντας*] Cod. Vat. *ἀγαθέντας*, in m. *σθ*.
ib. *λαμβανόντων*] Cod. Vind. A. *ἀγασθέντων*, in m. ut Ed.
5. *κακουμένους*] Hoc necessario, pro *καλουμένους*, ex marg. Ed. recipiendum fuit, legiturque in Codd., præter Marc. C. et Par. A., omnibus.
ib. *κατὰ τοὺς τόπους*] Ed. *τρόπους* Codd. omnes *τόπους*, cui præponunt *τοὺς* Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (a pr. m.) et Vat. in marg. Illud recepi cum Ficino.
ib. *φορᾶς*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. habent *συμφορᾶς*.
7. *ἀποκλίνοντας*] Cod. Med. B. *ἀποκλίναντας*.
8. *κακοὺς*] Cod. Marc. C. *καλούς*. In Cod. Vind. A. sequitur *αὐτοὺς* pro *αὐτῶν*.
ib. *λέγοντες*] Cod. Med. B. *λέγοντας*.
ib. *δὲ ἀγαθοὺς*] Codd. Ciz. Marc. A. Vat. *δ' ἀγαθούς*.
12. *ἰδόντα*] Cod. Ciz. *ἰδόντας*.
13. *ἡ ὄψις*] Cod. Par. A. *εἰ ὄψις*.
15. *μεμιγμένα*] Cod. Ciz. *κεκραμένα*.
16. *μὲν οὖν*] Vocem *μὲν* omittunt, præter Leid. et Marc. C., omnes.
ib. *ἑκάστου*] Cod. Marc. A. *ἑκάστους*.

id, quod maximum est, vitia insuper et virtutes. Item singulas in temporibus singulis actiones ab his orientes, perinde ac si adversus homines sint irati, in his videlicet, in quibus homines ipsi injuriam nullam inferunt: utpote qui tales sunt, quales a planetis fuerint instituti. Addunt præterea, illos, quæ bona dicuntur afferre, non propterea, quod diligant accepturos, sed quoniam ipsi pro diversitate motus atque loci, vel bene vel male prorsus afficiantur. Rursus adducantur mutare sententias pro mutatione cursus, diversique a se ipsis evadant, quando vel sunt in angulis, vel quando declinant. Quod vero maximum est, cum dicant, alios quidem inter illos esse malos, alios vero bonos, nihilo minus tum malos sæpe bona largiri, tum bonos nonnunquam evadere malos. Adjungunt, planetas quando mutuo se conspiciunt, alia, quando non conspiciunt alia facere, quasi sui juris minime sint, sed aspiciendo quidem alii, non aspiciendo autem alii fiant. Postremo, planetam cum certum aliquem intuetur, evadere bonum: cum vero intuetur alium, repente mutari. Afferunt quin etiam, eos aliter contueri, si certa quadam figura fiat intuitus, aliter autem, si intuendi figura mutetur: deinde ex cunctis una invicem conspirantibus aliam confici mistionem: quemadmodum ex liquoribus variis diversa quædam præter mista singula mistura conflatur. Cum hæc igitur hunc in modum et alia similiter opinentur, operæ pretium est de singulis accurate disserere. Conveniens autem exordium erit hujusmodi.

138

Πότερα ἔμψυχα νομιστέον, ἢ ἄψυχα ταῦτα τὰ φερόμενα. Εἰ μὲν γὰρ ἄψυχα, οὐδέν· ἀλλ' ἢ θερμὰ καὶ ψυχρὰ παρεχόμενα, εἰ δὴ καὶ ψυχρὰ ἄττα τῶν ἄστρων φήσομεν. Ἀλλ' οὖν ἐν τῇ τῶν σωμάτων ἡμῶν φύσει στήσουσι τὴν δόσιν, φορᾶς δηλονότι σωματικῆς εἰς ἡμᾶς γινομένης, ὡς μηδὲ πολλὴν τὴν παραλλαγὴν τῶν σωμάτων γίγνεσθαι, τῆς τ' ἀποῤῥοῆς ἑκάστων τῆς αὐτῆς οὔσης· καὶ δὴ καὶ ὁμοῦ εἰς ἓν ἐπὶ B γῆς μιγνυμένων, ὡς μόνον κατὰ τοὺς τόπους τὰς διαφορὰς γίγνεσθαι, ἐκ τοῦ ἐγγύθεν καὶ πόῤῥωθεν, πρὸς τὴν διαφορὰν διδόντος· καὶ τοῦ ψυχροῦ ὡσαύτως. Σοφοὺς δὲ καὶ ἀμαθεῖς, καὶ γραμματικοὺς ἄλλους, τοὺς δὲ ῥήτορας, τοὺς δὲ κιθαριστὰς, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας· ἔτι δὲ πλουσίους καὶ πένητας, πῶς; καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα μὴ ἐκ σωμά- C των κράσεως τὴν αἰτίαν ἔχει τοῦ γίγνεσθαι· οἷον καὶ ἀδελφὸν τοιόνδε καὶ πατέρα, καὶ υἱὸν, γυναῖκά τε· καὶ τὸ νῦν εὐτυχῆσαι, καὶ στρατηγὸν, καὶ βασιλέα γενέσθαι. Εἰ δ' ἔμψυχα ὄντα προαιρέσει ποιεῖ, τί παρ' ἡμῶν παθόντα, κακὰ ἡμᾶς ποιεῖ ἑκόντα; καὶ ταῦτα ἐν θείῳ τόπῳ ἱδρυμένα, καὶ αὐτὰ θεῖα ὄντα. Οὐδὲ γὰρ δι' ἃ ἄνθρωποι γίνονται κακοὶ, ταῦτα ἐκείνοις ὑπάρχει, οὐδέ γε ὅλως γίνεται ἢ D ἀγαθὸν ἢ κακὸν αὐτοῖς, ἡμῶν ἢ εὐπαθούντων, ἢ κακὰ πασχόντων.

1. τὰ φερόμενα] Cod. Vat. non habet τά.
2. θερμὰ καὶ ψυχρὰ] Cod. Vind. A. ψυχρὰ καὶ θερμά.
ib. παρεχόμενα] Cum marg. Ed. habent παραδεχόμενα Codd. Darm. Marc. B. (in marg.) Med. A. (a pr. m.) Par. A. Vat. (in marg.).
3. ψυχρὰ ἄττα] Ita nonnisi Codd. Mon. C. et Vat.; reliqui cum Ed. ψυχρά, ἄττα.
ib. Ἀλλ' οὖν] Cod. Ciz. ἀλλ' οὐ. Idem statim omittit ἡμῶν.
5. γινομένης] Ed. γενομένης, sed omnes, præter Cod. Vind. A., habent γινομένης.
6. τῆς τ'] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. τῆς τε.
ib. ἑκάστων] Cod. Ciz. ἑκάστῳ. Vind. A. τῆς ἑκάστων.
ib. καὶ ὁμοῦ] Abest καὶ a Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Mon. A. Med. A.B. Vat.
7. μιγνυμένων] Cod. Vat. μιγνομένων, in m. ut Ed.
ib. τόπους] Ita, pro τρόπους, cum marg. Ed. habent Codd. ad unum omnes.
9. Σοφοὺς δὲ] Cod. Vat. σοφούς τε.
10. τοὺς δὲ ῥήτορας] Hæc verba, quæ legit etiam Fic., addidimus ex Codd., præter Leid. Par. A., omnibus.
11. πένητας, πῶς; καὶ] Cod. Vat. πένητας. πῶς καί.
ib. ὅσα μὴ] Cod. Vat. ὅσα μέν.
12. ἔχει] Cod. Ciz. ἔχειν. Pro τοῦ Cod. Leid. τῷ.
13. γυναῖκά τε] Cod. Vat. δὲ, in m. τε.
ib. καὶ τὸ νῦν] Ita, pro τὸν, Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. Vat. A.
15. τί παρ'] Cod. Mon. A. εἰ παρ'.
17. ὑπάρχει] Codd. Darm. Marc. B. Par. A. ὑπάρχειν.

II. *Si stellæ inanimatæ sunt non faciunt nisi corporea: si animatæ, non faciunt mala.*

Principio considerandum est, utrum cælestia sint animata vel contra. Si enim, quæ ita feruntur, anima careant, nihil aliud, præter caliditatem et frigiditatem atque similia quædam, adducere poterunt, si modo stellas ullas esse frigidas concesserimus. Jam igitur usque ad corporum nostrorum naturas tantum actiones suas et munera propagabunt: quippe cum corporeus duntaxat impulsus in nos inde proveniat, adeo ut neque etiam multa inde corporum diversitas accidat: quandoquidem defluxus idem sit singulorum, atque simul in terra commisceantur in unum, ubi solum pro varietate locorum diversitas orietur: diversitate videlicet nata ex eo, quod aut propinquius aliquid, aut remotius exponatur ad influxum sic aliter capiendum. Eadem quoque ratio erit, si frigus inter hæc admittatur. Sapientes autem et ignorantes, item alios quidem grammaticos, alios autem rhetores, alios citharædos (citharistas), cæterisque artibus discrepantes: item alios quidem divites, alios vero pauperes qua ratione faciant, minime video. Similiterque et alia, quæ nullo modo ex ipsa corporum mistione causam, per quam fiant, habere possunt· veluti quod talem habeas fratrem, talem et patrem, atque filium et uxorem: postremo, quod aliquando prosperæ tibi res succedant, et nunc dux exercitus designeris, regnoque potiaris. Sin autem animata cælestia sint, agantque consilio, dic amabo, quidnam injuriæ a nobis acceperint, unde nobis sponte quotidie noceant? præsertim cum et in sede divina collocata sint, et ipsa divina. Non enim illis hæc accidunt, quorum causa homines mali fiunt: neque omnino ex humana sive prosperitate sive adversitate boni quicquam vel mali illis accidit.

138 Ἀλλ᾽ οὐχ ἑκόντες ταῦτα, ἀλλ᾽ ἠναγκασμένοι τοῖς τόποις καὶ τοῖς
σχήμασιν. Ἀλλ᾽ εἰ ἠναγκασμένοι, τὰ αὐτὰ δήπουθεν ἐχρῆν ἅπαν-
τας ποιεῖν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων καὶ σχημάτων γιγνομένους. Νῦν
δὲ τί διάφορον πέπονθεν ὅδε, τόδε τὸ τμῆμα τοῦ τῶν ζωδίων κύκλου
E παριών; καὶ αὖ τόδε; οὐ γὰρ δή, οὐδ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ ζωδίῳ γίγνεται,
rali appetitui adversantur, partim vero consentanea sunt: ipsi tamen toti cuncta tanquam ipsius membra undique concinunt, naturam quidem nacta, quam possident, simulque implentia impetu proprio totam universi vitam. Quæ igitur inanimata sunt in mundo, omnino aliorum sunt instrumenta, et quasi ab extrinseco impelluntur ad actionem. Quæ vero animata sunt, si ratione carent, motum indeterminatum habent: quemadmodum equi trahentes currum, priusquam auriga præscribat eis cursum, quippe cum quasi flagello quodam agantur. Rationalis autem animantis natura ex se ipsa aurigam habet: quod si hunc peritum habeat, plurimum fertur in rectum, neque, ut fieri solet, casu vagatur. Utraque vero sunt intra mundum, ad totumque conducunt: et quæ inter hæc majora sunt graduque præstantiora, multa magnaque faciunt, ad ipsamque totius vitam undique conferunt, ordinem agendi potius, quam patiendi sortita: multa vero in patiendo versantur exiguam vim habentia ad agendum. Horum vero media patiuntur quidem ab aliis, agunt autem frequenter in alia, utpote quæ agendi et faciendi principium habent in se ipsis. Quam ob rem totus mundus vita fit universa atque perfecta, dum, quæ optima sunt, agunt et optima, quatenus est in quolibet optimum. Quod quidem ipsi totius duci quasi collega est adhibendum, ceu commilitones exercitus duci, qui a Platone dicuntur sequi Jovem in naturam intelligibilem incedentem. At vero, quæ in inferiori naturæ gradu sunt constituta, secundum universi locum obtinent, taliaque ferme sunt, quales in nobis secundæ sunt animæ vires:

τε ἐν οὐρανῷ πάντα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα εἰς τὸ ὅλον μεμέρισται· καὶ 144 οὐδὲν τῶν μερῶν, οὐδ᾽ εἰ μέγα, δύναμιν ἔχει τοῦ ἐξαλλαγὴν ἐργάσασθαι τῶν λόγων, οὐδὲ τῶν κατὰ τοὺς λόγους γενομένων. Ἀλλοίωσιν δὲ ἐπ᾽ ἀμφότερα χείρονός τε καὶ βελτίονος ἐργάσασθαι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκστῆσαί γε τῆς οἰκείας φύσεως, δύναται. Χεῖρον δὲ ἐργάζεται, E ἢ κατὰ σῶμα ἀσθένειαν διδὸν, ἢ τῇ ψυχῇ τῇ συμπαθεῖ καὶ παρ᾽ αὐτοῦ δοθείσῃ εἰς τὸ κάτω κατὰ συμβεβηκὸς, φαυλότητος αἴτιον γιγνόμενον, ἢ σώματος κακῶς συντεθέντος, ἐμπόδιον τὴν εἰς αὐτὸ ἐνέργειαν δι᾽ αὐτὸ ποιῆσαι· οἷον οὐχ οὕτως ἁρμοσθείσης λύρας, ὡς δέξασθαι τὸ ἀκριβὲς ἁρμονίας εἰς τὸ μουσικοὺς ἀποτελεῖν τοὺς φθόγγους.

Περὶ δὲ πενίας, καὶ πλούτους, καὶ δόξας, καὶ ἀρχὰς, πῶς; ἢ εἰ F μὲν παρὰ πατέρων οἱ πλοῦτοι, ἐσήμηναν τὸν πλούσιον· ὥσπερ καὶ εὐγενῆ τὸν ἐκ τοιούτων, διὰ τὸ γένος τὸ ἔνδοξον ἔχοντα, ἐδήλωσαν μόνον. Εἰ δ᾽ ἐξ ἀνδραγαθίας, εἰ σῶμα συνεργὸν γεγένηται, συμβάλλοιντο ἂν οἱ τὴν σώματος ἰσχὺν ἐργασάμενοι· γονεῖς μὲν πρῶτον· εἶτα εἴ τις ἄρα τῶν τόπων ἔσχε τὰ οὐράνια, καὶ ἡ γῆ. Εἰ δὲ G ἄνευ σώματος ἡ ἀρετὴ, αὐτῇ μόνῃ δοτέον τὸ πλεῖστον, καὶ ὅσα θεὰ

2. ἐξαλλαγὴν ἐργάσασθαι] Codd. Ciz. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. Vind. A. ἐξαλλαγὴν ἐργάσασθαι, et ita ordinavi. Edit. habet ἐργάσασθαι ἐξ.

3. τῶν λόγων] Cod. Vind. a pr. m. τῶν ὅλων.

6. τῇ συμπαθεῖ] Codd. Ciz. Leid. Mon. C. Vat. omittunt τῇ, sed Vat. habet in marg.

7. κατὰ συμβεβηκὸς] Dist. min. ante κατὰ posita et post συμβ. omissa est in Codd. Marc. A.B.C.

ib. γιγνόμενον] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Par. A. Vat. Vind. A. γινόμενον, Codd. Darm. Marc. B. γιγνομενον, et ita scripsi pro vulgato γινόμενον.

8. εἰς αὐτὸ] sc. τὸ σῶμα. Quare pro αὐτὸν recepi lectionem Codicum, præter Marc. B. Par. A., omnium. Ex omnibus item, præter Leid. et Darm., recepimus δι᾽ pro εἰς post ἐνέργειαν.

9. ποιῆσαι] Cod. Vat. ποιεῖσαι, in m. ποιῆσαι.

ib. ἁρμοσθείσης] Ita, præter Marc. C., habent cum marg. Ed.; sed Ed. in contextu ἁρπασθείσης. Ad marg. Mon. C. Schegkius adnotavit: "Quomodo malum se immisceat rebus a Deo bene creatis."

12. ἐσήμηναν] ἐσημήναντο cum Ed., Codd. Darm. Marc. C. Mon. A. Vat. (in marg.) Vind. A.; reliqui omnes ἐσήμηναν. Quod recepi vel propter sequens ἐδήλωσαν.

14. εἰ σῶμα] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Vat. εἰ σῶμα. Sed Vat. in m. εἰς, et ita Edit. Nos cum Fic. illud recepimus.

ib. συμβάλλοιντο] Codd. Ciz. Med. B. συμβάλοιντο.

17. ὅσα θεὰ] Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A. Vat. ὅσα καὶ θέα, Codd. Mon. C. Vat. (in marg.) Vind. A. ὅσα καὶ θεά. Cod. Marc. B. ὅσα θέα. Cod. Med. B. omisit θεά. Cum Ed. faciunt Codd. Darm. Med. A. Par. A. Ego in ejusmodi loco manum abstineo. θεὰ si verum est, referendum ad Virtutem (Ἀρετὴν) quæ Dea habita antiquitus.

cætera quoque similiter perinde se habent atque partes in nobis ultimæ: neque enim in nobis omnia æqualia sunt. Viventia igitur omnia sunt, vel fiunt secundum totam universi rationem, et quæ in cælo sunt omnia, et quæcunque per totum distribuuntur. Neque pars ulla, etiam ingens, potentiam habet, vel ad rationes mundi seminarias ex suo ordine deturbandas, vel ad res, quæ secundum ejusmodi rationes proficiscuntur e sua specie, permutandas. Et quamvis mutationem quandam, tum in melius, tum in pejus, possit afferre, non tamen a natura propria extrudere potest. Facit vero deterius, vel secundum corpus debilitatem inferens, vel secundum animam, quatenus videlicet ex accidenti quodam pravitatis causa fit in anima illa compatiente, et a superiori tradita inferiori: vel quando corpore male composito impedimentum affertur ad actionem animæ per corpus explendam, ceu si lyra non ita composita temperataque sit, ut queat perfectam suscipere harmoniam ad musicos tonos perficiendos.

XIV. *Assignat causas rerum humanarum præter stellas, etiam ubi significentur a stellis.* [Ed. pr. *significantur a stellis.*]

De paupertate vero atque divitiis, et gloria, et imperio, quidnam dicendum? Forte si divitiæ a parentibus provenerunt, cælestia divitem futurum significarunt: quemadmodum et generosum qui ex genere trahit gloriam duntaxat declaraverunt. Ubi autem divitiæ virtutis præstantia com-

παρὰ τῶν ἀμειψαμένων συνεβάλλετο, οἱ δὲ δόντες, εἰ μὲν ἀγαθοὶ,
145 εἰς ἀρετὴν ἀνακτέον καὶ οὕτω τὴν αἰτίαν. Εἰ δὲ φαῦλοι, δικαίως δὲ
δόντες, τῷ ἐν αὐτοῖς βελτίστῳ ἐνεργήσαντι τοῦτο γεγονέναι. Εἰ δὲ
πονηρὸς ὁ πλουτήσας, τὴν μὲν πονηρίαν προηγουμένην, καί τι τὸ
αἴτιον τῆς πονηρίας· προσληπτέον δὲ καὶ τοὺς δόντας, συναιτίους
ὡσαύτως γενομένους. Εἰ δ' ἐκ πόνων οἷον ἐκ γεωργίας, ἐπὶ τὸν γε-
B ωργὸν, συνεργὸν τὸ περιέχον γεγενημένον. Εἰ δὲ θησαυρὸν εὗρε,
συμπεσεῖν τι τῶν ἐκ τοῦ παντός· εἰ δὲ σημαίνεται, πάντως γὰρ
ἀκολουθεῖ ἀλλήλοις πάντα, διὸ καὶ πάντως. Εἰ δὲ ἀπέβαλέ τις
πλοῦτον, ἢ ἀφαιρεθεὶς, ἐπὶ τὸν ἀφελόμενον, κἀκεῖνον, ἐπὶ τὴν οἰ-
κείαν ἀρχήν· εἰ δὲ ἐν θαλάττῃ, τὰ συμπεσόντα. Τὸ δ' ἔνδοξον, ἢ
δικαίως ἢ οὔ. Εἰ οὖν δικαίως, τὰ ἔργα, καὶ τὸ παρὰ τοῖς δοξάζουσι
C βέλτιον· εἰ δ' οὐ δικαίως, ἐπὶ τὴν τῶν τιμώντων ἀδικίαν. Καὶ ἀρ-
χῆς δὲ πέρι, ὁ αὐτὸς λόγος· ἢ γὰρ προσηκόντως, ἢ οὔ· καὶ θάτερον
μὲν, ἐπὶ τὸ βέλτιον τῶν ἑλομένων, ἢ ἐπ' αὐτὸν διαπραξάμενον, ἑτέ-
ρων συστάσει, καὶ ὁπωσοῦν ἄλλως. Περὶ δὲ γάμων, ἢ προαίρεσις,
ἢ συντυχία, καὶ σύμπτωσις ἐκ τῶν ὅλων. Παίδων δὲ γενέσεις ἀκό-
λουθοι τούτοις, καὶ ἢ πέπλασται κατὰ λόγον ἐμποδίσαντος οὐδενὸς,

2. αἰτίαν] Cod. Vind. A. a pr. m. ἀρετήν.

ib. Εἰ δὲ] Cod. Ciz. οἱ δέ.

8. ἐκ τοῦ παντός] τοῦ in Cod. Vat. omissum, in m. additum est.

9. ἀλλήλοις πάντα] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A. ἀλλήλοις τὰ πάντα.

ib. Εἰ δὲ ἀπέβαλε] εἰ δ' est in Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. A. Med. A.B. Vat. Scripsi autem ἀπέβαλε pro ἐπέβαλε et sensu flagitante et jubentibus Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. A. Med. A.B. Vat. In Cod. Mon. C. est ἀπέβαλλε.

10. ἢ ἀφαιρεθεὶς] Codd. Marc. A.B. Med. A. (ex corr. ab al. m.) Vat. εἰ, sed Vat. in marg. habet ἤ. Fortasse pro κἀκεῖνον scribendum κἀκεῖνος, ut referatur ad verba εἰ δέ τις ἀπέβαλε.

11. εἰ δὲ ἐν] Codd. Marc. A.B.C. Vat. εἰ δ' ἐν.

ib. Τὸ δ'] Cod. Ciz. τὰ δ'. Marc. B. τὸν δ'.

12. δικαίως] Cod. Vat. δίκαιον, in m. δικαίως.

13. εἰ δ' οὐ] Cod. Mon. A. ἢ δ' οὐ.

15. ἑτέρων] Cod. Ciz. ἑτέρῳ, Vat. ἑτέρᾳ. Ficinus legit ἑταίρων. Sed h. l. tamen ferri potest ἑτέρων propter præcedentia ἢ αὐτὸν διαπρ.

17. Παίδων δὲ] δὲ, quod aberat, addidimus ex Codd. nostris omnibus.

ib. ἀκόλουθοι] Cod. Vind. A. ἀκόλουθος.

18. καὶ ἢ] Cod. Leid. καὶ εἰ.

paratæ sunt, si corpus ad idem vires suppeditavit, profecto, qui vires corpori præbuerunt, ad divitias conferunt cumulandas. Parentes quidem primum, deinde si qua regio cælum habet propitium: accedit et salubris terræ fertilitas. Sin autem virtus absque beneficio corporis pecunias auxit, virtuti hac in re soli plurimum tribuendum, et quotcunque divina quadam sorte ex his quæ vicissim commutantur rependunturque, contigere. Ubi vero homines dedere divitias, siquidem boni sint, ad virtutem quoque similiter harum causa referenda. Si vero pravi, sed tamen juste dederunt, existimandum est ex quodam, quod in eis agit optimo, id beneficii provenisse. At si malus sit, qui divitias congregavit, judicandum est, præcipuam esse causam pravitatem, et si qua fuit causa pravitatis. Assumendi præterea sunt similiter in ordine causarum, si qui divitias contulerunt. Proinde si laboribus, sicut in agricultura contingit, bonorum copia provenit, in agricultorem causa referenda, nec non in soli fertilitatem cælique clementiam. At si thesaurum reperit, putandum est, aliquid ex universo ad id concurrisse: neque mirum est, si hæc quibusdam significantur indiciis. Omnia enim omninò invicem consequuntur, ideoque possunt passim significari. Si quis projecerit divitias, ipsemet causa est: si subripiantur, raptor causa est: si naufragio facta est jactura, multa, quæ confluunt, causam damni dederunt. Gloria vel juste habetur, vel injuste: si juste, tum officiis, tum existimantium æquitate comparata est: si injuste, ex honorantium injustitia proficiscitur. Eadem est de imperio ratio. Aut enim honeste posside-

145

ἢ χεῖρον ἔσχε, γενομένου ἔνδον κωλύματός τινος ἢ παρ' αὐτὴν τὴν D κύουσαν, ἢ τοῦ περιέχοντος οὕτω διατεθέντος, ὡς ἀσυμμέτρως πρὸς τήνδε τὴν κύησιν ἐσχηκότος.

Ὁ δὲ Πλάτων πρὸ τῆς περιφορᾶς τοῦ ἀτράκτου δοὺς κλήρους, καὶ προαιρέσεις συνεργοὺς, ὕστερον δίδωσιν τοὺς ἐν τῷ ἀτράκτῳ, ὡς πάντως τὰ αἱρεθέντα συναποτελοῦντας· ἐπεὶ καὶ ὁ δαίμων συνεργὸς E εἰς πλήρωσιν αὐτῶν. Ἀλλ' οἱ κλῆροι, τίνες; ἢ τοῦ παντὸς, ἔχοντος οὕτως, ὡς τότε εἶχεν, ὅτε εἰσῄεσαν εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι, καὶ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τόδε τὸ σῶμα, καὶ τῶνδε τῶν γονέων, καὶ ἐν τοιούτοις τόποις γίγνεσθαι, καὶ ὅλως ὡς εἴπομεν τὰ ἔξω· πάντα δὲ ὁμοῦ γενόμενα, καὶ οἷον συγκλωσθέντα, διὰ τῆς μιᾶς τῶν λεγομένων Μοιρῶν δεδήλωται ἐπί τε ἑκάστων, ἐπί τε τῶν ὅλων. Ἡ δὲ Λάχε- F σις, τοὺς κλήρους· καὶ τὰ συμπεσόντα τάδε πάντως ἀναγκαῖον τὴν Ἄτροπον ἐπάγειν. Τῶν δὲ ἀνθρώπων οἱ μὲν γίγνονται τῶν ἐκ τοῦ ὅλου καὶ τῶν ἔξω ὥσπερ γοητευθέντες, καὶ ὀλίγα ἢ οὐδὲν αὐτοί· οἱ δὲ κρατοῦντες τούτων καὶ ὑπεραίροντες οἷον τῇ κεφαλῇ πρὸς τὸ ἄνω καὶ ἐκτὸς, ψυχῆς ἀποσῴζουσι τὸ ἄριστον καὶ ἀρχαῖον τῆς ψυχικῆς οὐσίας. Οὐ γὰρ δὴ νομιστέον, τοιοῦτον εἶναι ψυχὴν, οἷον ὅ, τι ἂν G

4. Ὁ δὲ] Codd. Leid. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. εἰ δέ.
ib. πρὸ τῆς] Codd. Leid. et Vind. A. πρὸς τῆς.
5. προαιρέσεις] Ita Ficin. et Codd. præter Leid. Med. A.B. Vind. A., omnes. Ed. προαιρέσει.
6. συναποτελοῦντας] Cod. Ciz. συναποτελοῦνται.
7. πλήρωσιν] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. ποίησιν.
9. καὶ τῶνδε τῶν] Cod. Marc. C. τῶνδε τῶν. Edit. τῶνδε γον.
ib. ἐν τοιούτοις] Edit. ἐν τούτοις, sed omnes libri τοιούτοις, quod recepi.
10. ὡς εἴπομεν τὰ ἔξω] Desunt hæc in Cod. Vind. A. In Cod. Ciz. scribitur τοῦ ἔξω, in Codd. Marc. A. Mon. A.C. desunt verba τὰ ἔξω.
11. συγκλωσθέντα] Ita, pro συγκλωθέντα, scripsi ex Codd. Ciz. Darm. Mon. A.C. Par. A. Vat. Vind.
12. Μοιρῶν] Abest a Cod. Ciz.
14. δὲ ἀνθρώπων] Codd. Marc. A.B.C. δ' ἀνθρώπων.
ib. ἐκ τοῦ ὅλου καὶ τῶν] Cod. Ciz. αὐτοῦ ὅλου καὶ τοῦ. Fortasse legendum τῷ ἐκ τοῦ ὅλου vel τοῖς ἐκ τ. ὅ. vel ἐκ τῶν τοῦ ὅλου.
18. Οὐ γὰρ δὴ] Cod. Ciz. δέ.

tur, aut contra. Et alterum quidem ex eorum, qui elegerunt, æquitate causam habet, vel ad eum pertinet, qui id aliorum concursu amicorumque favore est consequutus, vel quomodocunque aliter id se habeat. Matrimonium procreat vel electio, vel contingentia, concursusque ex omnibus. Generatio filiorum hæc sequitur, atque vel secundum seminariam rationem fœtus, nullo impediente, formatur, vel evadit deterior aliquo intus impediente, vel concipientis vitio, vel continentis dispositione conceptui huic adversante.

XV. *Anima priusquam subeat fatum, appetit corpus: quid fatum, quid fortuna. Anima proprium habet esse, quo etiam in fato habet propriam actionem, et potest a fato se solvere.*

Plato, cum ante mundani fusi circuitum sortes quasdam electionesque simul adjuvantes in medium adduxisset, deinceps vires sortesve in ipso fuso descripsit, quibus, quæ electa fuerant consumantur: quandoquidem et dæmon ad eadem implenda confirmator accedit. Sortes vero quænam sunt? Forte per sortes significatur dispositio universi, qualis tunc erat, quando animæ aggressæ sunt ingredi corpus. Item significatur in hoc et ejusmodi corpus ingredi, et sub talibus quibusdam parentibus. Præterea in tali quadam regione nasci, quodve summatim dicebam, concursio externorum: cuncta vero simul facta, et quasi convoluta per unam Parcarum, Clotho nominatam, tam in cunctis, quam in singulis demonstratur. Lachesis autem sortes ipsas adducit in medium. Postremo Atropos efficit necessario, ut concurrentia hæc omnia peragantur. Inter homines autem alii quidem ita fiunt, ut

146 ἔξωθεν πάθη, ταύτην φύσιν ἴσχειν μόνην τῶν πάντων, οἰκείαν φύσιν
οὐκ ἔχουσαν. Ἀλλὰ χρὴ πολὺ πρότερον αὐτὴν, ἢ τὰ ἄλλα, ἅτε
ἀρχῆς λόγον ἔχουσαν, πολλὰς οἰκείας δυνάμεις πρὸς ἐνεργείας τὰς
A κατὰ φύσιν ἔχειν. Οὐ γὰρ δὴ οἷόν τε οὐσίαν οὖσαν, μὴ μετὰ τοῦ
εἶναι καὶ ὀρέξεις καὶ πράξεις καὶ τὸ πρὸς τὸ εὖ κεκτῆσθαι. Τὸ μὲν
οὖν συναμφότερον, ἐκ τοῦ συναμφοτέρου τῆς φύσεως, καὶ τοιόνδε,
καὶ ἔργα ἔχει τοιάδε. Ψυχὴ δὲ, εἴ τις χωρίζεται, χωριστὰ καὶ ἴδια
ἐνεργεῖ, τὰ τοῦ σώματος πάθη οὐκ αὐτῆς τιθεμένη· ἅτε ἤδη ὁρῶσα,
ὡς τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο.

B Ἀλλὰ τί τὸ μικτὸν, καὶ τί τὸ μὴ, καὶ τί τὸ χωριστὸν, καὶ ἀχώ-
ριστον, ὅταν ἐν σώματι ᾖ, καὶ ὅλως τί τὸ ζῶον, ἀρχὴν ἑτέραν ὕστε-
ρον λαβοῦσι ζητητέον· οὐ γὰρ ἅπαντες τὴν αὐτὴν δόξαν ἔσχον περὶ
τούτου. Νῦν δὲ ἔτι λέγωμεν, τὸ πῶς κατὰ λόγον ψυχῆς διοικούσης
τὸ πᾶν, εἴποιμεν· πότερον γὰρ ἕκαστα οἷον ἐπ' εὐθείας ποιοῦσα ἄν-
θρωπον, εἶτα ἵππον, καὶ ἄλλο ζῶον, καὶ δὴ καὶ θηρία; πῦρ δὲ καὶ
C γῆν πρότερον, εἶτα συμπεσόντα ταῦτα ἰδοῦσα, καὶ φθείροντα ἄλ-
ληλα, ἢ καὶ ὠφελοῦντα, τὴν συμπλοκὴν τὴν ἐκ τούτων ἰδοῦσα μόνον·
καὶ τὰ ὕστερον συμβαίνοντα αὐτῇ ἀεὶ γίγνεσθαι οὐδὲν ἔτι συμβαλ-

1. πάθη] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Med. A.B. πάθη, Vat. in m. πάθοι, ut Edit. Illud tamen recepi, itemque scripsi ὅ, τι pro ὅτι.
2. πολὺ πρότερον] Omnes Codd., ut etiam Fic. legit, πολὺ πρότερον, et ita locum explevi. In edit. deerat πολύ.
4. Οὐ γὰρ δὴ] Abest δὴ a Cod. Ciz.
ib. τοῦ εἶναι] Cod. Vat. τὸ, in m. τοῦ.
5. τὸ πρὸς] Abest τὸ a Codd. Marc. B. (sed supra lin. add.) C. Mon. A. Med. A.B.
6. συναμφοτέρου] Cod. Ciz. ἀμφοτέρου.
7. ἔργα ἔχει] Omissum est ἔχει in Cod. Vat.
ib. δὲ εἴ τις] Cod. Vat. δὲ ἥτις.
8. οὐκ αὐτῆς] Cod. Leid. οὐκ αὐτῇ. Edit. οὐκ αὐτῆς.
ib. ὁρῶσα] Cod. Vat. ὁρῷτο, in m. ut Ed.
12. ἔσχον] Cod. Darm. ἔχον.
13. λέγωμεν] Codd. Ciz. Darm. Marc. C. Med. A. (a pr. m.) λέγομεν. Fortasse ordinandum πῶς τὸ pro τὸ πῶς.
14. εἴπομεν] Edit. εἴποιμεν, verum ita nonnisi Cod. Darm. Reliqui omnes εἴπομεν, sed Vat. in m. ut Ed.
ib. πότερον] Ita, cum Ed., habent nonnisi Ciz. Leid. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. Reliqui πότερα. Sed Vat. in marg. πότερον.
ib. ἐπ' εὐθείας] Ita, pro εὐπαθείας, quod est in Ed. et sensu caret, cum marg. Ed. libri nostri omnes.
15. εἶτα ἵππον] Cod. Vat. ἢ ἵππον. Ibid. mox omissum γῆν, in m. add.
16. εἶτα συμπεσόντα ταῦτα] Ed. εἶτα ταῦτα συμπεσόντα ταῦτα. Sed prius ταῦτα omittunt Codd. omnes præter Darm. et Marc. C. Hic autem omittit posterius.
18. αὐτῇ ἀεί] Abest αὐτῇ in Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Par. A. Vat. Vind. A. Sed Marc. B. et Vat. in marg. habent additum. In Cod. Darm. abest ἀεὶ, Cod. Ciz. omittit proximum ἔτι. Ficinus legisse videtur αὐτοῖς, quod placet.

quasi ab universo externisque fascinati, vel in paucis, vel in nonnullis sint sui juris. Alii vero dominantur externis, attollentesque ad sublimia caput, nimirum id, quod optimum est in anima, antiquitatemque ipsius essentiæ servant. Non enim existimandum est, animam esse talem, ut ipsa duntaxat, qualemcunque ab externis acceperit passionem, talem reportet naturam, perinde ac si naturam propriam non possideat: sed oportet ipsam multo prius, quam alia, utpote quæ principii habeat rationem, multas merito vires proprias ad naturales actiones explendas habere. Fieri namque non potest, ut, cum essentia sit, non possideat insuper una cum esse appetitiones et actiones, facultatemque ad bene vivendum. Quod igitur conjunctum est, ex ipso naturæ conjuncto dependet, taleque evadit, et tales nanciscitur actiones. Anima vero siqua sejungitur, sejuncta nimirum et propria peragit, passionesque corporis non esse suas existimat: quippe cum jam aliud quiddam se existere, aliud esse vivum corpus animadvertat.

XVI. *Utrum anima mundi, dum omnia seminalibus generat rationibus, interim imaginatione per singula distrahatur.*

Cæterum quidnam sit mistum, quidve non, quid item separabile, et quid inseparabile, quando sit in corpore, et omnino quid animal, quærendum est nobis deinceps exordium alterum facientibus. Non enim omnes idem hac de re senserunt. In præsentia igitur repetamus quod in

λομένη πρὸς τὰ ἐφεξῆς, ἀλλ' ἢ μόνον ζώων γενέσεις τῶν ἐξ ἀρχῆς 146
πάλιν ποιοῦσα, καὶ τοῖς πάθεσι τοῖς δι' ἀλλήλων αὐτὰ συγχωροῦσα·
ἢ αἰτίαν λέγοντες καὶ τῶν οὕτω γινομένων, ὅτι παρ' αὐτῆς γενόμενα D
τὰ ἐφεξῆς ἐργάζεται; ἢ καὶ τὸ τόδε τόδε ποιῆσαι ἢ παθεῖν ἔχει ὁ
λόγος; οὐκ εἰκῇ, οὐδὲ κατ' ἐπιτυχίαν οὐδὲν τῶνδε γιγνομένων, ἀλλ'
ἐξ ἀνάγκης οὕτως; ἆρ' οὖν τῶν λόγων αὐτὰ ποιούντων; ἢ ὄντων
μὲν τῶν λόγων, οὐχ ὡς ποιούντων δὲ, ἀλλ' ὡς εἰδότων; μᾶλλον δὲ
τῆς ψυχῆς τῆς τοὺς λόγους τοὺς γεννητικοὺς ἐχούσης, εἰδυίας τὰ ἐκ E
τῶν ἔργων συμβαίνοντα αὐτῆς ἁπάντων; τῶν γὰρ αὐτῶν συμπιπ-
τόντων καὶ περιεστηκότων τὰ αὐτὰ πάντως προσήκει ἀποτελεῖσ-
θαι· ἃ δὴ παραλαβοῦσα ἢ προϊδοῦσα ἡ ψυχὴ, ἐπὶ τούτοις τὰ ἐφεξῆς
περαίνει καὶ συνείρει. Προηγούμενα οὖν καὶ ἐπακολουθοῦντα πάν-
τως, καὶ πάλιν ἐπὶ τούτοις τὰ ἐφεξῆς προηγούμενα, ὡς ἐκ τῶν παρ-
όντων· ὅθεν ἴσως ἀεὶ χείρω τὰ ἐφεξῆς· οἷον ἄνδρες ἄλλοι πάλαι, F
νῦν δ' ἄλλοι, τῷ μεταξὺ καὶ ἀεὶ ἀναγκαίῳ τῶν λόγων εἰκόντων τοῖς
τῆς ὕλης παθήμασι. Συνορῶσα οὖν ἀεὶ ἄλλα, τὰ δ' ἄλλα, καὶ
παρακολουθοῦσα τοῖς τῶν αὐτῆς ἔργων παθήμασι, τὸν βίον τοιοῦτον

3. παρ' αὐτῆς] Cod. Marc. A. αὐτοῖς.
ib. γενόμενα] Cod. Ciz. et Vind. A. (hic a pr. m.) γινόμενα.
4. καὶ τὸ τόδε τόδε] Abest καὶ et repetitum τόδε a Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Abest tantummodo καὶ a Cod. Vind. A. Omissum alterum modo τόδε in Codd. Ciz. Mon. A. Vat. In Codd. Darm. et marg. Vat. scriptum est ut in m. Ed. τὸ τόδε τὶ παθεῖν, ἤ τι ποιῆσαι ἔχει ὁ λόγος. Eodem modo, sed non omisso καὶ, scribitur in Codd. Marc. B. (qui lectionem contextus expressi in margine habet) Med. A. Par. A.
5. τῶνδε γιγν.] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. Vind. A. τῶν γιγν. Placet.
6. ἆρ' οὖν] Cod. Darm. ἆρ' γοῦν.
8. λόγους τοὺς] τοὺς habet Ciz. nonnisi ab al. m.
9. ἁπάντων] Cod. Ciz. πάντων.
12. πάντως] Cum marg. Ed. πάντα habent, nonnisi Darm. Marc. B. Med. A.
ib. οὖν καὶ] Cod. Marc. B. γοῦν καί.
15. δ' ἄλλοι] Codd. Marc. A.B.C. Vat. δὲ ἄλλοι.
ib. ἀεὶ] Ita pro forma poetica et Ionica, quæ est in Ed., scripsi ex Codd. Marc. A. C. Med. A.B. Vat.
ib. εἰκόντων] Codd. Marc. A.B. (a pr. m.) Mon. C. Vat. Vind. A. εἰκότων.
16. οὖν ἀεὶ] Cod. Ciz. omittit hæc, eorumque loco exhibet δέ. Vox ἀεὶ abest a Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind.
17. τῶν αὐτῆς] Cod. Vat. αὐτοῖς, in m. ut Ed. quæ αὐτῆς habebat.
ib. παθήμασι] Cod. Vind. A. μαθήμασι.
ib. τοιοῦτον] Codd. Marc. A. Mon. A. C. τοῦτον.

superioribus quærebamus: quemadmodum videlicet, anima per seminariam rationem omnia gubernante, ordo rerum progrediatur. Nunquid ergo singula quasi recta quadam successione anima facit scilicet hominem, deinde equum, aliudque animal, ferasque omnes? Prius autem ignem, atque terram, deinde concurrentia hæc omnia videns, invicemque vel interimentia, vel adjuvantia, complicationem ex his omnibus factam, summatimque accidentia solum conspicit. Quæ vero deinceps his sigillatim contingere consueverunt, nequaquam animadvertit vel agit, sed duntaxat animalia rursus priora regenerat, et quæ genita sunt, passionibus mutuo inter se inferendis subjecta relinquit. An dicemus, animam effectuum etiam ita provenientium causam esse, propterea quod, quæ ab ipsa gignuntur, agunt, et quæ sequuntur? Num forte seminalis animæ ratio in se etiam continet hoc tale quidam sigillatim talia quædam facere, et talia pati? Atque ita neque temere, neque ex contingenti horum aliquid accidit, sed ita necessario pervenit. Quod si ita est, num rationes ipsæ hæc agunt? Vel potius rationes non tanquam agentes sunt, sed veluti cognoscentes? Imo vero anima ejusmodi rationes continens genitales, cognoscit, quæcunque ex omnibus operibus suis proficiscuntur? Eisdem namque concidentibus atque circumstantibus eosdem omnino effectus fieri consentaneum est. Quæ quidem comprehendens aut prævidens anima, in his illa etiam, quæ sequuntur, determinat atque connectit. Præcedentia igitur et sequentia prorsus animadvertit et curat, rursusque in illis etiam quæ deinceps præcedentia, et quæ sequentia, quasi ex præcedentibus contuetur: unde forsan deteriora fiunt continue, quæ sequuntur: ceu homines alii quondam, nunc autem alii, dum interea perpetua quadam dis-

146 ἔχει; καὶ οὐκ ἀπήλλακται τῆς ἐπὶ τῷ ἔργῳ φροντίδος, τέλος ἐπι-
G θεῖσα τῷ ποιήματι· καὶ ὅπως ἕξει καλῶς καὶ εἰς ἀεὶ ἅπαξ μηχανη-
σαμένη· οἷα δέ τις γεωργὸς σπείρας ἢ καὶ φυτεύσας ἀεὶ διορθοῦται
ὅσα χειμῶνες ἔβλαψαν ὑέτιοι, ἢ κρυμῶν συνέχεια, ἢ ζάλαι ἀνέμων;
ἀλλ' εἰ ταῦτα ἄτοπα, ἐκεῖνο δεῖ λέγειν, ὅτι ἤδη ἔγνωσται, ἢ καὶ
147 κεῖται ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἡ φθορὰ, καὶ τὰ ἀπὸ κακίας ἔργα. Ἀλλ'
εἰ τοῦτο, καὶ τὰς κακίας τοὺς λόγους ποιεῖν φήσομεν, καίτοι ἐν ταῖς
τέχναις καὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν, οὐκ ἔνι ἁμαρτία, οὐδὲ παρὰ τὴν
τέχνην, οὐδ' ἡ φθορὰ τοῦ κατὰ τέχνην. Ἀλλ' ἐνταῦθά τις ἐρεῖ, μὴ
εἶναι μηδὲν κατὰ φύσιν μὴ δὲ κακὸν τῷ ὅλῳ· ἀλλ' ὅμως τὸ χεῖρον
B καὶ τὸ βέλτιον συγχωρήσεται. Τί οὖν, εἰ τῷ ὅλῳ καὶ τὸ χεῖρον
συνεργὸν, καὶ οὐ δεῖ πάντα καλὰ εἶναι; ἐπεὶ καὶ τὰ ἐναντία συντε-
λεῖ, καὶ οὐκ ἄνευ τούτων κόσμος· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα ζώων
οὕτω· καὶ τὰ μὲν βελτίω ἀναγκάζει καὶ πλάττει ὁ λόγος, ὅσα δὲ μὴ
τοιαῦτα, δυνάμει κεῖται ἐν τοῖς λόγοις, ἐνεργείᾳ δὲ ἐν τοῖς γενομέ-
νοις, οὐδὲν ἔτι δεομένης ἐκείνης ποιεῖν, οὐδὲ ἀνακινεῖν τοὺς λόγους·
C ἤδη τῆς ὕλης τῷ σεισμῷ τῶν ἐκ προηγουμένων λόγων καὶ τὰ παρ'
αὐτῆς ποιούσης τὰ χείρω, κρατουμένης δ' αὖ οὐδὲν ἧττον πρὸς τὰ

1. τῷ ἔργῳ] Omnes, præter Cod. Ciz. et Fic., cum marg. Ed. habent τῷ ἔργῳ et ita scripsi Ed. ἐπὶ τῶν ἔργων.
2. καὶ ὅπως] Abest καὶ a Cod. Leid.
3. οἷα] Codd. omnes præter Mon. C. habent οἷα. Edit. οἷος, quod etiam est in m. Cod. Vat.
ib. καὶ φυτεύσας] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. καταφυτεύσας.
4. ὑέτιοι] Cod. Vat. ὑετοὶ, in m. ut Ed.
ib. κρυμῶν] Vitiosum κρυμνῶν, quod est in Ed., habent nonnisi Codd. Ciz. Leid. Darm. Mon. A.
ib. ζάλαι ἀνέμων] Codd. Ciz. Marc. A. B. Mon. C. Med. A.B. Vat. Vind. A. ἀνέμων ζάλαι.
8. οὐκ ἔνι] Cod. Vat. οὐκ ἐνὶ, in m. ἔνι.
9. οὐδ' ἡ—τέχνην] Desunt hæc in Cod. Vat. Miror in nullo libro legi: ἁμαρτία οὐδὲ τὸ παρὰ τέχνην.
12. πάντα] Ed. πάντως. Sed Codd. omnes cum marg. Ed. πάντα.
ib. συντελεῖ] Cod. Ciz. συνστελεῖ.
14. οὕτω] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Vind. A. οὕτως.
ib. ἀναγκάζει] Cod. Leid. ἀνάγκη.
16. δεομένης ἐκείνης] Codd. Leid. Vat. δεομένοις, ille etiam ἐκείνοις, hic ἐκείνως, sed in m. ης. Est etiam ἐκείνως in Codd. Marc. A.C.
ib. οὐδὲ ἀνακινεῖν] Codd. Marc. A.B. οὐδ' ἀνακινεῖν.
17. τῶν ἐκ προηγουμένων] Ita cum Edit. et Ficino. Solus Cod. Vat. in marg. In Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vind. A. est αὐτῶν προηγουμένων, in Codd. Darm. Marc. B.C. Par. A. ἐκ τῶν προη-γουμένων, in Codd. Med. A.B. τῷ ἐκ τῶν πρ. in Cod. Vat. τῷ νῦν πρ. Sed vox νῦν in marg. obelo notata est. In Ed. operarum errore, scriptum est προηγομένων. scribendum videtur τῶν ἐκ τῶν προηγουμένων.

tantiæ degenerationisque necessitate rationes passionibus materiæ cedunt. An igitur contuetur alia semper et alia, subsequiturque assidue singulas suorum operum passiones, ac talem agit vitam? Neque unquam ab instanti propter opus [singulorum operum suorum] cura fit libera, neque imponit præscriptum operi suo finem, utpote quæ non semel excogitaverit, qua ratione opificium suum semper recte progrediatur: sed similis sit agricultori, qui non solum serit et plantat, sed assidue corrigit et instaurat quæ hyemales imbres, vel frigora, vel ventorum turbines devastarunt? Verum si hæc absurda sunt, forte dicendum erit, hæc jam esse præscita, aut etiam in rationibus destinata, interitus videlicet et effectus vitio procedentes. At vero si res ita se habeat, dicturi sumus, et rationibus ipsis etiam vitia provenire, etsi in artibus artiumque rationibus nullus est error, neque quicquam artis expers, neque rei artificiosæ destructio. Respondebit ad hæc aliquis, nihil universo malum ac præter naturam accidere, sed, quod videtur deterius, etiam fore melius concedendum. Quid ergo, si etiam quod deterius est universo conducat, neque oporteat omnia esse pulchra? Quandoquidem contraria etiam ad perficiendum conferunt universum, neque absque his mundus esse potest: siquidem et in singulis viventibus natura se similiter habet. Profecto quæ meliora sunt, ratio ipsa necessario adducit et format: quæ vero minus bona, secundum potentiam quandam jacent in rationibus: secundum vero actum in his, quæ gignuntur. Itaque animæ nihil jam opus est ultra facere, rationesve suscitare: quippe cum

βελτίω· ὥστε ἓν ἐκ πάντων ἄλλως ἑκατέρως γιγνομένων, καὶ ἄλλως αὖ ἐν τοῖς λόγοις. 147

Πότερα δὲ οἱ λόγοι οὗτοι οἱ ἐν ψυχῇ νοήματα; ἀλλὰ πῶς κατὰ τὰ νοήματα ποιήσει; ὁ γὰρ λόγος ἐν ὕλῃ ποιεῖ, καὶ τὸ ποιοῦν φυσικῶς, οὐ νόησις, οὐδὲ ὅρασις, ἀλλά δύναμις τρεπτικὴ τῆς ὕλης, οὐκ D εἰδυῖα, ἀλλὰ δρῶσα μόνον, οἷον τύπον καὶ σχῆμα ἐν ὕδατι, ὥσπερ κύκλος, ἄλλου ἐνδόντος εἰς τοῦτο τῆς φυσικῆς δυνάμεως, καὶ γεννητικῆς λεγομένης τὸ ποιεῖν, εἰ τοῦτο ποιήσει τὸ ἡγούμενον τῆς ψυχῆς, τῷ τρέφειν τὴν ἔνυλον καὶ γεννητικὴν ψυχήν. Τρέφει οὖν λογισαμένη αὕτη; ἀλλ' εἰ λογισαμένη ἀναφορὰν ἕξει, πότερον εἰς E ἄλλο, ἢ εἰς τὰ ἐν αὐτῇ; ἀλλ' εἰς τὰ ἐν αὐτῇ, οὐδὲν δεῖ λογισμῶν. Οὐ γὰρ οὗτος τρέψει, ἀλλὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἔχον τοὺς λόγους· τοῦτο γὰρ καὶ δυνατώτερον, καὶ ποιεῖν ἐν ψυχῇ δυνάμενον· κατ' εἴδη ἄρα ποιεῖ. Δεῖ τοίνυν καὶ αὐτὴν, παρὰ νοῦ ἔχουσαν διδόναι· νοῦς δὴ, ψυχῇ δίδωσι τῇ τοῦ παντός· ψυχὴ δὲ παρ' αὐτῆς ἡ μετὰ νοῦν, τῇ μετ'

1. ὥστε ἓν] Cum Ed. tantummodo Cod. Marc. C. ἑνός. Reliqui omnes cum marg. Ed. ἓν, atque ita scripsi. Cæterum cf. Annot. ad h.l.

3. οὗτοι οἱ] Cod. Leid. omittit οἱ.

5. τρεπτικὴ] Ita nonnisi Codd. Marc. C. Med. B. Par. A. et ex Corr. Med. A. et Vat. Reliqui omnes προτρεπτική. Male.

7. κύκλος] Cod. Leid. κύκλου.

ib. εἰς τοῦτο] Codd. Ciz. Leid. Mon. A. Vat. εἰ τοῦτο, et, ut videtur, Ficin. Recte. Sed distinctio per colon facienda post ἐνδόντος.

ib. φυσικῆς] Codd. Marc. B.C. Med. A. (ex corr.) B. Par. A. Vat. (in marg.) ut marg. Ed. φυτικῆς. Ficin. legit φυσικῆς. De hac confusione vid. supra ad p. 36 A. et 37 F.

8. εἰ τοῦτο] Codd. Mon. C. Vind. A. εἰς τοῦτο. Proxime Fic. legit τρέπειν pro τρέφειν.

9. Τρέφει—αὕτη] Cum marg. Ed. habent τρέψει—αὐτὴ Codd. Marc. A. (ubi prima vocis τρέψει litera angulo notata est) B.C. Mon. C. (ubi ex corr. est θρέψει) Med. A. et Vat. in marg. In Cod. Ciz. est τρέψει—αὐτὰ, in Cod. Leid. τρέψει—αὕτη, in Cod. Darm. θρέψει—αὐτὴ, in Cod. Mon. A. τρέψει—αὕτη, in Codd. Med. B. Par. A. τρέψει—αὐτῇ, in Cod. Vat. τρέφει—αὐτῇ, in Cod. Vind. θρέψει—αὕτη. Fic. τρέψει αὕτη, quod verum videtur.

10. πότερον] Codd. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. πρότερον.

11. ἢ εἰς] Abest εἰς a Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A.

ib. ἀλλ' εἰς τὰ ἐν αὐτῇ] Omissa hæc in Cod. Vat., in m. add. Pro ἐν αὐτῇ Cod. Par. A. habet ἑαυτῇ.

12. οὗτος τρέψει] Cod. Ciz. οὕτως. Codd. Darm. et Med. A. θρέψει. Male opinor Ficin. rursus τρέψει. Cæterum ego in hujusmodi indolis locis nihil mutando peccare malo, quam nimium mutando.

ib. γὰρ καὶ] καὶ omissum in Cod. Vat. in m. add.

13. κατ' εἴδη] Cod. Vind. A. ἀλλ' εἴδη.

14. νοῦς δὴ] Cod. Marc. A. δέ.

15. τῇ τοῦ παντός] Abest τοῦ a Cod. Med. B. Scribitur παρόντος cum marg. Ed. in Codd. Darm. Marc. B. (a sec. m.) Med. A. (a pr. m.) Par. A. Vat. (in marg.). Male, ut vidit etiam Fic.

ib. μετὰ νοῦν] Cod. Marc. μετὰ νοῦ.

materia jam concussione quadam rationum a præcedentibus venientium, quæ penes ipsam sunt reddat deteriora: rursusque nihilominus ad meliora concipienda rationibus superetur. Quapropter unus ex cunctis decor efficitur, dum singula aliter ex materia ipsa resultant, aliter in rationibus ipsis continentur et fiunt.

XVII. *Utrum seminales rationes sint intelligentiæ, vel quælibet motiones.*

Quærendum vero, Utrum seminales hæ rationes, quæ animæ insunt, intelligentiæ sint. Atenim quonam modo per intelligentias faciet? Ratio enim in materia facit: et quod naturaliter efficit, neque intellectio est, neque visio, sed vis quædam materiæ agitatrix haud sane cognoscens, sed agens tantum velut formam figuramque in aqua: quemadmodum ex circulo quodam aliunde facto redundat circulus alter: quippe cum naturalis potentiæ atque genitalis officium sit efficere, si modo præcipua potestas animæ ad id conducat, quatenus materialem genitalemque animam movet et format. Sed nunquid movet et format quadam rationis discursione? At si rationali discursu id egerit, jam referetur. Nunquid ergo in aliud quiddam? an potius in ea, quæ sunt in ipsa? Verum si in ea quæ insunt, nihil opus est rationis discursione. Non enim hæc movendo formabit, sed quod in ipsa continet rationes: id namque potentius est atque ad agendum in anima efficacius: quam ob rem secundum species efficit. Oportet igitur et animam ipsam ab intellectu accipientem species tradere. Intellectus enim eas animæ universi largitur: anima

147
F αὐτὴν ἐλλάμπουσα καὶ τοποῦσα· ἡ δὲ, ὡς περιέπει ταχθεῖσα ἤδη
ποιεῖ· ποιεῖ δὲ, τὰ μὲν ἀνεμποδίστως· τὰ δὲ, ἐμποδισθεῖσα, χείρω.
Ἅτε δὲ δύναμιν εἰς τὸ ποιεῖν λαβοῦσα, καὶ λόγων οὐ τῶν πρώτων πλη-
ρωθεῖσα, οὐ μόνον καθ' ἃ ἔλαβε ποιήσει, ἀλλὰ γένοιτο ἄν τι καὶ παρ'
αὐτῆς, καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι χεῖρον· καὶ ζῶον μὲν, ζῶον δὲ ἀτελέ-
στερον, καὶ δυσχεραῖνον τὴν αὐτοῦ ζωὴν, ἅτε χείριστον καὶ δύσκο-
G λον δὴ καὶ ἄγριον, καὶ ἐξ ὕλης χείρονος οἷον ὑποστάθμης τῶν προη-
γουμένων πικρᾶς, καὶ πικρὰ ποιούσης, καὶ ταῦτα παρέξει καὶ αὐτὴ
τῷ ὅλῳ.

Ἆρ' οὖν τὰ κακὰ τὰ ἐν τῷ παντὶ ἀναγκαῖα, ὅτι ἕπεται τοῖς προη-
148 γουμένοις; ἢ ὅτι καὶ εἰ μὴ ταῦτα ἦν, ἀτελὲς ἂν ἦν τὸ πᾶν. Καὶ
γὰρ χρείαν τὰ πολλὰ αὐτῶν, ἢ καὶ πάντα, παρέχεται τῷ ὅλῳ, οἷα
τὰ τῶν ἰοβόλων· λανθάνει δὲ τὰ πλεῖστα, διὰ τί. Ἐπεὶ καὶ τὴν
κακίαν αὐτὴν ἔχειν πολλὰ χρήσιμα, καὶ πολλῶν ποιητικὴν καλῶν,
οἷον κάλλους τεχνητοῦ παντός· καὶ κινεῖν εἰς φρόνησιν, μὴ ἐῶσαν

1. *ὡς περιέπει*] Ita hæc et seqq. cum Ed. nonnisi Marc. C. Mon. A. Med. B. Vind. A. Vat. (in contextu). Cum margine Ed. (*ὡσπερεὶ ἐπιταχθεῖσα, εἴδη τοῦτο ποιεῖ*) faciunt Codd. Darm. et marg. Vat. In Cod. Ciz. est *ὡς περιέπειν ταχθ. ὁδοποιεῖ*, in Cod. Leid. *ὥσπερ ἐπιταχθεῖσα ἤδη ποιεῖ*, in Cod. Marc. A. *ὡς περιεπιταχθεῖσα ἤ. π.*, in Codd. Marc. B. et Med. A. *ὡς περὶ ἐπιταχθεῖσα τοῦτο ποιεῖ*, Marc. B. in marg. habet *ἔδει*. In Cod. Mon. C. est *ὡς περὶ ἔπει*, sed accentus rasura deleti sunt; in Cod. Par. A. scribitur *ὡς περιεπιταχθεῖσα τοῦτο ποιεῖ*. Fic. marginis ed. lectionem expressit. Mihi vera videtur Leidensis lectio.

3. *πληρωθεῖσα*] Supra hanc vocem prope evanido atramento a Schegkio, ut videtur, scriptum est *τριάδα δηλονότι*.

6. *δυσχεραῖνον*] Cod. Vat. *δυσχεραίνων*, in m. ut Ed.

ib. *τὴν αὐτοῦ*] Cod. Marc. A. *τὴν αὑτοῦ*, ut correxi. Edit. *τ. αὐτοῦ*.

7. *ὑποστάθμης*] Edit. *ὑποσταμένης*, sed ita nonnisi Med. A.B. et marg. Vat.; reliqui omnes *ὑποστάθμης*.

10. *τὰ ἐν τῷ*] Abest *τὰ* a Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. Sed Vat. habet in marg.

ib. *ὅτι*] Codd. Leid. Marc. A. *ὅτε*.

ib. *προηγουμένοις*] Cod. Vat. *προηγουμένης*.

12. *καὶ πάντα*] Cod. Ciz. *καὶ τὰ πάντα*.

ib. *ὅλῳ, οἷα*] *ὅλῳ*, ut in m. Ed. est in Codd. omnibus, *οἷα* legitur in Codd. Leid. Mon. A.C. Vat. Vind. A. et ita correximus. Edit. *τῷ λόγῳ οἷον*.

14. *ποιητικὴν*] Codd. ad unum omnes cum marg. Ed *ποιητικήν*, quamquam ibi perperam expressum est *ποιηθηκήν*. Edit. in text. habet *ποιητικά*.

15. *κάλλους*] Codd. Darm. Mon. C. *κάλλος*.

ib. *τεχνητοῦ*] Ed. male *τεχνη τοῦ*; Codd. Darm. Mon. C. *τεχνήτου*, Cod. Vat. *τεχνίτου*, sed in m. *τεχνητοῦ*.

vero intellectui proxima ex se tradit animæ, quæ post ipsam sequitur illustrans eam atque formans. Hæc autem tanquam superioris ordine ducta species facit: facit autem alias quidem expedita, alias impedita, atque idcirco deteriores. Cum igitur potentiam susceperit ad agendum, rationibusque non primis imbuta sit, non solum quatenus acceperat agit, sed fit etiam ex ipsa nonnihil, idque proculdubio fit deterius. Et vivens quidem, vivens autem jam imperfectius suamque vitam graviter ferens, quasi sit deterrimum, et difficile, et agreste: compositumque ex deteriori materia, quasi fæce quadam præcedentium subsidente. Quæ quidem amara est, facitque amara: et talia quædam ipsa quoque inferet universo.

XVIII. *Unde mala, et quæ sint causæ universis, et quomodo.*

Nunquid ergo mala, quæ in mundo fiunt, necessario fiunt, propterea quod præcedentia consequuntur? Forte etiam quia, nisi hæc essent, imperfectum foret et totum. Plurima namque malorum, vel cuncta potius, quandam toti præstant utilitatem: quemadmodum venenosa, quamvis plurimorum usus et ratio lateat. Jam vero pravitatem quoque ipsam multa constat utilia continere, multaque reddere pulchra pulchritudinis artificiosæ more. Suscitat sæpe homines ad prudentiam, neque securiori licentia torpere permittit. Si hæc igitur recte dicta sunt, animam totius oportet assidue optima contemplari, ad naturam intelligibilem Deumque surgentem.

148

ἐπ᾽ ἀδείας εὕδειν. Εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς εἴρηται, δεῖ τὴν τοῦ παντὸς B ψυχὴν θεωρεῖν μὲν τὰ ἄριστα ἀεὶ, ἱεμένην πρὸς τὴν νοητὴν φύσιν καὶ τὸν θεόν· πληρουμένης δὲ αὐτῆς καὶ πεπληρωμένης, οἷον ἀπομεστουμένης αὐτῆς, τὸ ἐξ αὐτῆς ἴνδαλμα καὶ τὸ ἔσχατον αὐτῆς πρὸς τὸ κάτω τὸ ποιοῦν τοῦτο εἶναι· ποιητὴς οὖν ἔσχατος οὗτος· ἐπὶ δ᾽ αὐτῷ τῆς ψυχῆς τὸ πρώτως πληρούμενον, παρὰ νοῦ. ἐπὶ πᾶσι δὲ νοῦς δημιουργὸς, ὃς καὶ τῇ ψυχῇ τῇ μετ᾽ αὐτὸν δίδωσιν, ὧν ἴχνη ἐν C τῇ τρίτῃ. Εἰκότως οὖν λέγεται οὗτος ὁ κόσμος εἰκὼν, ἀεὶ εἰκονιζόμενος. Ἑστηκότων μὲν τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου· τοῦ δὲ τρίτου, ἑστηκότος μὲν καὶ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ὕλῃ, καὶ κατὰ συμβεβηκὸς κινουμένου. ἕως γὰρ ἂν ᾖ νοῦς καὶ ψυχὴ, ῥεύσονται οἱ λόγοι εἰς τοῦτο τὸ εἶδος τῆς ψυχῆς· ὥσπερ ἕως ἂν ᾖ ἥλιος, πάντα τὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ φῶτα.

1. ἐπ᾽ ἀδείας] Cod. Leid. ὑπ᾽ ἀδείας. Non male. Cod. Marc. A. ἐπαδείας.
2. τὰ ἄριστα] Abest τὰ a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A.
3. πεπληρωμένης] Cod. Ciz. a pr. m. πληρουμένης, altera præposuit πε.
ib. ἀπομεστουμένης] Cod. Vind. A. ἀπὸ γεμιστουμένης.
4. τὸ ἐξ] Codd. Ciz. Leid. τὸ δὲ ἐξ.
5. ἐπὶ δ᾽ αὐτῷ] Edit.: ἐπεὶ δ᾽ αὖ τὸ, sed ita nonnisi Codd. Par. A. et Vind. A., Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. marg. Vat. ut marg. Ed. ἐπὶ δ᾽ αὐτό. Reliqui ἐπὶ δ᾽ αὐτῷ, et ita scripsi. Sequitur enim ἐπὶ πᾶσι.
7. ὃς καὶ] Cod. Vat. ὃ, in m. ὅς.
8. τρίτῃ] Cod. Vat. τρίτῃ δίδωσιν. Sed in m. est obelus.
9. μὲν τοῦ] Cod. Darm. δὲ τοῦ.
10. καὶ αὐτοῦ] Cod. Marc. B. καὶ αὐτοῦ.
12. τῆς ψυχῆς] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vind. A. omittunt τῆς.
ib. ὥσπερ ἕως] Cod. Ciz. ἑώσπερ.
ib. ᾖ ἥλιος] Cod. Leid. ᾖ ὁ ἥλιος.
ib. ἀπ᾽ αὐτοῦ] Abest ἀπ᾽ a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat.

Cumque ipsa impleatur plenaque jam sit, exundare deinceps in simulachrum suum, atque postremum: idque infimum quendam esse factorem. Quamobrem hic jam effector est ultimus: huic vero præsidet, quod primo in anima impletur ab intellectu. Cunctis denique præsidet intellectus artifex universi, qui sane et animæ sibi proximæ formas infundit, quarum vestigia imprimuntur in tertia. Merito igitur mundus hic appellatur imago, quæ semper in assimilatione versatur. Consistit utique primum atque secundum: consistit quoque tertium, sed in materia: ideoque tanquam ex accidente fit mobile. Quamdiu enim intellectus est atque anima, tamdiu in hoc animæ simulachrum seminales effluunt rationes. Quemadmodum quamdiu sol ipse viget, omnia ab eo lumina profluunt.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM IV. ENNEAD. SECUNDÆ,

# DE MATERIA,

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI.

QUONIAM Plotinus neque formosius, neque clarius, neque distinctius usquam loquitur, quam ubi de informi, et obscuro, et indistincto rerum subjecto disputat: idcirco liber hic de materia disputans, non tam commentaria exacturus videtur a nobis, quam admonitionibus quibusdam fore contentus. Probabit igitur in utroque mundo tam intellectuali, quam corporeo suam quandam esse materiam, et utrobique sub omnibus unam: atque hanc tantum ab illa distare, quantum forma differt hic mundus ab illo. Confutabit opiniones de materia falsas: confirmabit diligentissime veras: concludet materiam quidem utrobique esse infinitatem quandam, id est, naturam sive potentiam, nullum formæ terminum suis visceribus includentem, sed aliunde duntaxat terminabilem, aliunde formabilem: materiam rursus in mundo divino esse ens quidem, sed actu intellectuali formabile: materiam vero in mundo sensibili non re vera ens judicari, sed entis illius umbram, formis naturalibus tanquam illius entis imaginibus capiendis perpetuo subditam.

*Diversæ opiniones philosophorum de materia, et quod materia quædam sit etiam in rebus incorporeis.*

I. In primo capite descriptionem materiæ ponit valde communem, per relationem scilicet ad formas: qua omnes materiam esse formarum susceptaculum consenserunt, sed aliter alii, quæ sequuntur, expedierunt. Stoici, Cynici, Cyrenaici, supra corpus nihil excogitantes, materiam duntaxat esse substantiam voluerunt: formas vero nihil aliud esse, præter quasdam materiæ passiones, ipsamque materiam esse corpus trina dimensione porrectum: quos in primis Theologiæ libris latissime confutamus: Pythagorici vero et Platonici, atque Peripatetici supra corpus aliquid cogitantes, materiam quoque cogitare potuerunt esse non corpus: ideoque in rebus etiam incorporeis materiam quandam intellexerunt. Sicut enim formale aliquid ponunt in corporibus atque divinum, sic quodammodo concedunt materiale aliquid in divinis, ut aptius accommodentur hæc illis, et ab eorum ordine existat hic ordo. Excogitamus enim naturam corpoream ab animali natura, animalem ab intellectuali deductam, et simili quadam proportione compositam: compositionem vero in corporibus perfectissimam esse compertum habemus, quæ ex materia formaque conficitur. In hac enim sola est unio maxima: siquidem et materia est aliquid formæ, et forma vicissim aliquid est materiæ: imo et materia quasi forma est in potentia, et forma quasi materia est in actu. Itaque similis hic unio est atque in Diapason consonantia ex dupla proportione nascente: ubi vox acuta cum gravi quasi forma cum materia coit in unum. Si qua igitur in animali et intellectuali natura compositio est, quæ certe est, cum post unum ipsum existant, certe compositio est ejusmodi, in qua sit et forma, et insuper aliquid quasi materia. Qua quidem de re in decimo septimo Theologiæ libro, et in commentariis in Philebum latius disputamus.

*Quod non sint principia plura æque prima, et quod materia sit a Deo.*

II. In secundo capite quærit, Utrum ulla sit materia in intellectuali natura? et quinque rationes adducit, quibus non esse materia videatur, quas in sequentibus confutabit. Tu vero inter hæc notabis, esse non posse principia plura omnium æque summa. Id nos quantum commu-

niter ad principia pertinet, satis in Theologia monstramus. Quantum vero ad Deum pertinet et materiam, quod æque principia esse non possint, hic attende. Atticus, ejusque sectatores, et quodammodo etiam Plutarchus, materiam posuerunt non aliter ex se ipsa ab æterno fuisse, atque artificem mundi Deum, et illam quidem vivam, sed vacuam ratione, ideoque per se inordinate jactatam: demum vero rationem divinitus accepisse, unde formari, moverique cœpit ratione, mundumque sic fuisse aliquando constitutum, qui et antea fuerit antequam redigeretur in chaos, ac vicissim in chaos sit aliquando rediturus, a Deo quondam reformatus, et a Deo iterum reformandus. Hi sane in hanc sententiam inciderunt, qui verba Platonis in Timæo atque Politico, non aliter, quam auribus sonant, accepisse videntur. Hos abunde Porphyrius confutat in Timæo: sed e multis, quæ adducit in medium, tria duntaxat argumenta in præsentia referenda sunt, quibus confutatur, materiam instar Dei ex se prorsus existere: quasi duo hæc æqua omnium principia sint, velut e regione sibi invicem occurrentia. Sic igitur ait: Si neque Deus ex materia, neque materia existit ex Deo, sed ambo æque principia sunt: quærimus, quænam his differentiæ causa sit, qua ita differunt? ut Deus quidem sit bonus et agens, materia vero mala sit atque patiens. Causa quidem differentiæ hujus, neque ex alterutro est ad alterum, cum neutrum fieri dicatur ab altero: neque rursum ex tertio quopiam ad utrumque: quippe cum nihil superius collocetur. Cum igitur differant quidem inter se omnino, nec ulla sit ratio et causa differentiæ, casu differunt: concursusque principiorum talium irrationali sorte contingit. Casu certe accidit esse duo, casu accidit esse principia. Horum namque concursus ad hoc ipsum quod æque principia sint, causam non habet, vel ex alterutro ad alterum, vel ex tertio quodam determinatam: ergo casu concurrunt: itaque post hæc concurrent omnia casu. Præterea, si Deus aptus est ad materiam exornandam, materia vero apta, ut exornetur a Deo: quærimus, unde nam eis hæc mutua sit aptitudo? Oportet enim esse aliquid, quod inter se rite consiliet: nam cum hæc valde inter se discrepantia et opposita sint, nunquam ex se ipsis ad congressum apta reddentur. Non a tertio quidem dices conciliari: nec ego fortunam admitto conciliatricem. Denique cum materia non sit ex se ipsa ad bene esse sufficiens, sed ad hoc Deo prorsus indigeat, Deus autem et ad esse et ad bene esse sibi ipsi sufficiat, quis non videat, Deum superiorem esse materia: ipsamque materiam sibimet ad esse nullo modo suppetere? Alioquin ad bene esse sibi quoque suppeteret. Igitur ab eodem effici Deo, a quo perfici non negatur.

*Quomodo Deus sit infinitus: et quomodo sit in rebus omnibus post Deum infinitudo quædam, quasi materia: et quomodo diversa sit compositio in rebus incorporeis atque corporeis.*

III. Rationes vero negantes, in mundo incorporeo esse materiam, solvit in capite tertio. Ipsum bonum sæpe dicitur infinitum, quia neque ex partibus constituitur, quarum alia terminetur in aliam, neque desuper superatur, neque subjecti alicujus limitibus coërcetur, neque terminum potestatis admittit: unde neque patitur perseverantiæ terminum. Dicitur et infinita materia, non quidem velut superans terminos sicut Deus, sed tanquam terminis indigens, eosque ab alio postulans. Rursum bonum ipsum dici solet informe, quia forma superius; informis quoque materia, quia forma deterior neque tamen omnino nihilum: siquidem ordo formarum sicut superne non in nihilum desinit, sed in actum omnino purum effectoremque formarum: sic ex infimo desinit proxime non in nihilum, sed in potentiam similiter puram capacemque formarum. Potentiam ejusmodi subesse cogitamus non in mundo corporeo tantum formis corporum, sed in mundo etiam incorporeo formis ibi subditam incorporeis. Hanc ibi per se appellamus indefinitam, neque ibi id nomen horremus, cum et obedientissima sit formatori, et semper ex toto formata. Sic affectionem irrationalis animæ laudare solemus, quando rationali se præbet rite formandam. Laudamus et rationalem, quando similiter mente formatur. Compositio quoque aliter ibi atque apud nos esse censetur. Hic forma sæpius materialis efficitur, ibi vero contra, semper materia fit formalis. Præterea compositionem illam ibi merito damnaremus, in qua ex partibus forma quædam post partes exoriretur: sicut plurimum in corporibus fieri consuevit. Quod autem ibi sint plura, quæ non tam faciant unum, quam sequantur unum, damnare non decet. Materia quidem illic et forma non tertiam rem efficiunt, neque forma sic proprie ad materiam comparatur, sicut habitus ad potentiam, vel qualitas ad subjectum: sed sicut actus ad habitum, et actio rursus ad qualitatem. Ideæ illic non constituunt mentem quasi partes, sed actus quidam mentis existunt, in quos ipsa mens prodiit ab æterno. Illic ergo forma non tam accidit materiæ, quam ipsamet materia est in actum æterne procedens. Proinde sicut totius forma viventis est una, in qua plures formæ partium continentur: sic et virtus seminalis est una totius, sed in ea virtutes sunt plures membrorum multiplicium formatrices. Interea vero aliter corpus, aliter seminaria virtus composita est: nam in corpore ex particularibus formis fit forma communis: in virtute vero genitali forma totius

in formas partium propagatur. Hic ergo non tam fit unum ex multis, quam multa propagantur ex uno: alioquin in corpore multa nunquam rationabiliter perducerentur ad unum, nisi in ratione seminali unum multa præcederet, similiterque in mente. Qualem sane compositionem neque in anima, neque in mente reprobare debemus. Tu hic interim, ubi Plotinus de compositione ejusmodi loquitur, sensum ejus specta, non verba. Innuit super vim genitalem esse mentem, eamque similiter ferme compositam. Cum enim vis ejusmodi non tam in se ipsa concipiat, quam in materia pariat, neque tam in se sit et agat, quam in materia et circa materiam, patet, eam circa aliam pendentem, nimirum ab alio quodam superiore, id est, intellectu pendere: atque inde non solum existere semel more substantiæ, sed more imaginis assidue conservari, multiplicemque formarum rationem ac vim a multiplici illius intelligentia, quamvis quodammodo mobilem ab immobili mutuari. Concludit denique, quod locum materiæ tenet in mundo divino; nunquam formas idcirco mutare, quoniam simul habeat omnes: simul, inquam, tum in eodem ævi momento, tum in eodem (ut ita dixerim) sui signo. Quo factum est, ut tota ubique sit omnium possessione quieta. Præterea cum ipsa materia propter extremam inopiam et inexplebilem appetitum apud nos mutabilitatis origo, merito hic talis est, ubi formæ materiales evadunt: ibi vero non talis, ubi materia penitus est formalis. Neque vero ex eo, quod simul tempore materia illic est et forma, minus ob hoc ibi ordo est (ut ita loquar) originis, quo materia formam antecedere cogitetur. Ordo enim et aliud est, quam tempus, et tempore prius: nam tempus ordinem in motu a priori in posterius exigit. Potest igitur in supernis esse ordo quidam originalis hujus ad illud, velut materiæ cujusdam ad formam: sicut in sole ordo substantiæ ad lucem intimam nullo interveniente temporis intervallo. Neque rursum, quia materia apud nos corporea videatur, horrere debes apud superos materiæ nomen: nam et in corporibus, cum et formas corporum et dimensiones præcedat origine, neque corpus ipsa est, neque re vera corporea judicatur.

*In mundo intelligibili esse aliquid materiæ simile, et de ideis.*

IV. In capite quarto probat in mundo intellectuali esse nonnihil materiæ quodam modo simile. Ratum quidem haberi vult illic ideas existere, quod in Theologia nos abunde probamus. Profecto ex eo, quod plures in mente sunt species, constat mentis essentiam, quæ unius mentis est una, aliud quiddam præter ideas existere, ideoque idealibus formis subesse quasi materiam. Esse vero differentes inter se rationes ibi formales patet, quia inde, id est, ex prima formarum origine, formalis in ordine rerum distinctio provenit, non autem ex informi materia: non rursum casu ordinis omnis experte: non denique ex diversis agentibus, nisi uno quodam ducti duce dirigantur ad unum. In ipso autem duce tanquam uniformi simul et omniformi mente rerum omnium ad necessarium universi ordinem pertinentium et destinata unio est, et descripta distinctio. Sed quonam pacto? hoc autem alibi dictum est, atque dicendum. Nunc animadverte, Plotini ideas menti non tanquam tabulæ picturas ascribere, sed tanquam generi species adhibere: alioquin non tam unio illic, quam congregatio et aggregatio foret. Una igitur ibi intellectualis natura est, quam intellectualitatem (ut ita dixerim) aliquis appellabit, in qua omnes species, id est, ideæ conveniunt tanquam generali natura. Differunt vero inter se per varios intellectualitatis sive intelligentiæ modos, non tamen (ut ita loquar) notionales, sed etiam efficaces, seminariæ virtutis instar. Formales autem ejusmodi modi differentiæque velut formæ quædam particulares accedunt ad naturam ipsam intelligentiæ generalem ad species ideales concipiendas. Dialectica vero, quæ genus (ut ita dicam) illud in species digerit, non externa, sed intima est: non quæsita. sed naturalis. Ibi enim, quod distribuitur, vitalis essentia est quasi animal. In quod distribuitur, sunt ideæ velut animalia quædam. Quod vero distribuit, est ipsa intelligentiæ virtus roborata bono, quasi virtus concipiendi viro. Quod si proprietates ibi variæ, quia distinguunt in actumque edunt absolutissimum, quasi formæ sunt, certe natura ipsa communis ad has sicut materia sese habet. Sic itaque mundus corporeus superioris imago est, incorporeum mundum referens velut exemplar: si multiformis referatur ad multiformem, si materia hæc referatur ad illam. Sed in hoc partes quidem sunt in toto, non totum partibus inest. Illic autem tota intellectualis illa natura in qualibet continetur idea, sed aliter atque aliter, ut alibi declarabitur. Tum vero si mundum illum seces in partes postea inter se distinctas, eandem habebit materiam, quam et noster. Sectio enim est hujus nostræ materiæ passio. Sed nota, materiam proprie quantam admittere sectionem: neque materiam, si expers sit quantitatis, admittere: neque quantitatem rursus id passuram, si a materia procul fuerit patiente primo. Sic ergo materia quanta secatur potius, quam quantitas vel materia sola. Sin autem quodlibet eorum, quæ illic concipiuntur, ut multa intra se ipsum reliqua complectatur, adeo ut totum ipsum nusquam videatur per sectionem fuisse disjunctum, materiam quidem hanc nostram illic esse negabis: sed aliquid in-

terim invenies illic quasi materiam, cum multa primo intuitu contemplatus, mox sub multis inveneris unum. Offert quidem primo se tibi ut multiplex atque multiforme. Prius enim in notitiam formale venit ut movens, quamvis ibidem origine quadam ipsum materiale sit prius. Quo rursus materiali prius est ipse boni ipsius actus, quo hoc materiale fit actu. Jam vero cum esse simpliciter antecedat esse hoc, et esse tale, merito prius et ibi consideratur esse, quam esse multiplex atque formale.

*Confirmatio superiorum de virtute mentis penetrativa et resolutiva: quæ similitudo sit materiæ inferioris ad superiorem, et quæ dissimilitudo, et quomodo constituatur ex alteritate et motu.*

V. In quinto capite solvit quæ dictis objici possent, simulque dicta confirmat: admonens ne ob hoc neges in supernis aliquam esse materiam, quod essentia illic suas semper habeat formas, simulque sit unum, quando et apud nos materia semper et formata est, et cum forma conficit unum. Neque mirum est ibi latere materiam, si et hic semper materia latet. Hanc ibi intellectus excogitat, hanc et hic resolvendo invenit intellectus. Profecto intelligentiæ virtus, utpote quæ efficacissima est, ignis instar naturaliter omnia penetrat et resolvit: et quia similiter simplicissima, quiescit nunquam, donec ad simplicissima resolvendo pervenerit. Hæc in naturalibus resolvendis, quod sub rationibus rerum formalibus tanquam minime ens latere conjectat, dicit esse materiam quasi profundum: rationem vero, formalem esse dicit sublimitatem: quæ autem circumstant, quasi inter sublime collocat et profundum. Siquando vero rationes rerum formales omnino segregatas a materia videris, et tamen efficaciam suam ad materiam convertentes, has ipsas in natura videbis, ipsamque naturam. Si præterea formales ejusmodi rationes non solum segregatas, sed suam ad se efficaciam convertentes excogitaveris, mentem protinus contemplabere. Mens enim divina est universi ratio exemplaris et efficax per conversionem ad se cognoscens omnia simul et faciens. Tum vero mens quælibet inde nata rationum est plena formalium, aspicitque formas in rebus, formalesque rationes, velut quosdam divinæ intelligentiæ radios, suis quoque rationibus congruentes. Sicut igitur oculus sole creatus atque solaris, in solari lumine solares ubique spectat colores, quodve sub eis latet, appellare admonet tenebrosum: sic intellectus quilibet divina mente creatus, atque inde imbutus luminibus idearum, ideales similitudines in rationibus rerum formalibus semper aucupatur, et libenter agnoscit: atque sub formis velut quibusdam intelligentiæ divinæ luminibus vaticinabat, latere materiam velut in rebus infimum: et quia per se formarum tanquam idealium radiorum expers, ideo tenebrosum. Materiam vero corporum cum illa incorporei mundi materia non genere quidem convenire memento, sed habitudine quadam. Similiter enim utraque tum ad formas suas, tum ad ipsum unum se habere videtur. Utraque ferme similiter per formas suas definitur in actum: utraque quasi similiter refertur ad unum: siquidem eodem inde modo dependet scilicet per merum processionis modum e vestigio super nihilum, per modum indeterminati determinabilisque cujusdam. Commutant rursus inter se nonnihil materia hæc et illa. Sicut enim hæc dona quædam incorporeæ naturæ sortitur, sic et illa vicissim tum in mente habet ideales corporum rationes, tum in anima præter rationes ejusmodi subit et motiones, et affectus quosdam, ad materiam hanc velut passiones. Quæ rursus et hic et ibi formarum locum tenent, similiter ferme et materias suas spectant et unum. Nam ab uno conversionis et aspectus et termini modo dependent, et materias utrobique suas terminare videntur. Differunt vero formæ mundi hujus ab illis: quoniam hæ quidem ab anima proxime fiunt, illæ ab intellectu, vel Deo. Differt et materia hæc ab illa: quoniam hæc quidem profundum est imaginum, illa vero formarum est profundum, quarum hæ videntur imagines. Sicut igitur forma illic vera res est, sic et materia est essentia. Sicut hic forma est imago formæ, sic et materia hæc essentiæ est imago. Atque tantum abest, quod materiam hanc appellet essentiam, ut illam quoque vix audeat essentiam appellare, videlicet si ad sequentem perfectionem essentiæ comparetur. Post hæc observabis, mundum intelligibilem esse quidem semper, sed existere semper ex bono, ferme sicut lux illa conjuncta soli immobiliter est ex sole: mundum vero sensibilem non tam esse, vel existere, quam fieri semper ex illo, sicut ex sole, mobile, ut aiunt, in aëre lumen: quæ autem sunt infra lunam, aliquando fieri. Ille itaque mundus totam implet æternitatem, hic totum tempus: quæ vero subjiciuntur lunæ, partem temporis explent. Consideremus [Ed. pr. Consideramus] in mundo intelligibili essentiam, ut formabilem, se ipsam præcedere, ut formatam, ordine quodam dico non tempore, formam vero ejus esse plenitudinem ac seriem idearum: consideramus et illius mundi patrem tanquam unum et tanquam bonum: in unitate, eminentissimam simplicitatem: in bonitate, fœcunditatem prorsus communicabilem. Ab unitate mirabiliter ab omnibus segregata, cogitamus pendere, quod in mundo intelligibili est loco materiæ solitarium indefinitumque adhuc, et a formis sequentibus segregatum: a bonitate vero, quod est formale jam atque exuberanti illius communicatione fœcundum.

Penes mundi illius patrem, unitatem et bonitatem sola relatione distinguimus, sed in mundo illius filio essentiam formabilem ab ideali forma, formasque inter se ideales distinguimus ratione formali. In mundo autem sensibili ad formalem distinctionem desuper venientem accedit materialis, et localis, temporalisque distinctio. Materia in hoc illius materiam sequitur, forma formam. Sed ad illam rursus materiam redeamus. Postquam posuimus ipsum unum, cogitare solemus nonnihil inde pendere, quod non sit ipsum. Hoc ergo et quia pendet inde, non est ipsum, et quia non est ipsum unum, vicissim pendet ex uno. Pendere quidem inde, motio quædam esse videtur: non esse vero ipsum, esse videtur alteritas atque diversitas. Duo igitur hæc se invicem consequuntur, quamvis ratio non sit eadem utriusque. Non enim ubique, quicquid non est aliquid, statim pendet ex illo. Tum vero materia rationem quidem formalem vel idealem nullam habet, sed duntaxat materialem. Ratio vero hæc hoc ipsum præcipue cogitatur scilicet pendere inde, nec illud esse, atque e converso. Hanc ob causam Pythagorici materiam binarium nominabant. Sicut enim binarius est primus a naturali unitate processus, sic superioris mundi materia prima est a divina unitate processio. Constat etiam quodammodo geminis elementis qualiacunque sint, scilicet dependentia, negationeque simul tanquam motione alteritateque prima: quicquid autem his adjunxeris, jam est formale, idque materia reportare videtur per appetitum illuc, unde processerat, convertentem: qui sane appetitus ternarium jam implere videtur. Quamvis autem materia per se careat efficacia formæ, non tamen conversione caret, si modo conversio ipsa sit appetitio: quippe cum appetitio egestatem sequatur materiæ propriam. Quod vero per appetitum hunc acquiritur, implet jam quaternarium, qui proprie spectat ad formam. Post hunc quinarius sequitur ad actionem præcipue pertinens: Senarius ad finem intimum actionis: Septenarius ad externum finem actione superiorem. His certe numeris consumatur [consummatur?] superior mundus: et in agente quiescit: eisdem absolvitur et inferior, et agit in superiore quietem. Sed ne forte dicta te turbent, memento ubi jam est ens aliquod actu, considerari formalem ejus idealemque rationem, qua est hoc ipsum, quod esse censetur, priusquam prout sit ab alio, vel non sit aliud. Ipsa vero materia quia ratione formali idealique caret, cogitari prius tanquam aliunde pendens, et tanquam non illud unde pendet, quam sub ratione quapiam absoluta. Nam et hæc ipsius ratio est, ipsa videlicet dependentia, ipsaque negatio, ideoque omnium vilissimum existimatur. Quod igitur Plotinus ait, materiam motione alteritateque conflari, quemadmodum diximus, intelligere potes. Potes et aliter intelligere: nempe, ex eo, quod in re quapiam motus est, cognoscitur conditionem ejus nondum determinatam perfectamque existere, alioquin nihil ultra requireret. Conditio vero indeterminata et imperfecta proprie pertinet ad materiam: quin etiam ex eo, quod in re aliqua est alteritas et diversitas, si modo illic fit unio vera, est aliud quidem loco actus et formæ: aliud vero loco potentiæ atque materiæ: imo et esse alterum, quam illud, est, non esse illud. Hoc ipsum vero, quod dicitur non esse illud, tanquam ad negativam indeterminatamque conditionem vergens pertinet ad materiam.

*Probatur in corporibus esse materiam.*

VI. Caput sextum argumentis quatuor ostendit in corporibus esse materiam. Primum ex commutatione elementorum mutua, quæ nec ex nihilo facit aliquid, neque quicquam deducit in nihilum: ideoque necesse est utrinque materiam formarum mutationi subesse. Secundum ex quadam dissolutione compositi: Tertium ex resolutione ad extremum usque redacta: Quartum idem ex elementorum natura confirmat. Profecto cum ex aqua fit aër, formæ quædam ibi mutantur: neque totum, quicquid erat in aqua, perit, ne aliquid deducatur in nihilum, cum naturæ intentio non sit ad malum, neve alioquin cogatur aër ex nihilo fieri. Cum enim non quodlibet fiat ex quolibet, multo minus aliquid naturaliter fit ex nihilo. Restat igitur aquæ aliquid, quod aquæ formam exuens, vicissim aëris induat formam, sitque continuæ motioni subjectum, quam neque quod abit, neque quod accedit, sustinere potest, et tamen mutatio, tanquam accidens debilissimum, indiget fundamento. Verum ne neges naturalibus formis subesse materiam, memento, formam cum sit principium actionis, actum quendam merito judicari: actum vero, qua ratione actus, cum proprie agat, pati non posse. Cum igitur naturalia invicem patiantur, constat præter formas, quibus agunt materiam, id est, essentialem potentiam, qua patiantur, habere, et hanc subesse omnibus unam, ut facilius compatiantur invicem, atque commutentur. Sed hæc quidem nos simili quadam via in Theologiæ quinto probamus, et nova hic ratione sic iterum confirmamus. Corpus, sicut apud Mathematicos, in terminos, quasi externos desinit, scilicet in superficies duas, alteram profunditatis, alteram altitudinis, quæ neque corpora sunt, et aliud certe sunt, quam nihilum: sic apud Physicos in terminos finitur internos, qui neque corpora sunt, neque etiam nihilum, scilicet ex alto in formam, ex infimo in materiam. Decet enim entium ordinem in descensu, antequam desinere cogitetur ad nihilum, quod extremum videtur externum,

finiri in terminum quendam sibi conjunctum. Id autem est non actus aliquis entium: nam infra quemlibet actum subest, quod fieri et quod pati possit ab actu. Est igitur extremum hoc potentia capax actuum, atque patiens. Potentia vero ad entia, vel ad eorum actus non quidem omnino nihilum, sed entium potius infimum judicatur. Infimum hoc velut indefinitum, terminosque ab alio expetens; refert mundi superioris infinitatem atque materiam. Infinitatem etiam in quolibet intellectu, infinitatem rursus in anima mundi et in ipsa natura: quam, teste Iamblicho, materialem ubique infinitatem Ægyptii sapientes ipsam (ut ejus verbis utar) essentialitatem nominant, per quam ipsum unum materiam producit in corpore: atque ut concedit et Proculus, ad hoc ipsum etiam agente natura, quod et alibi declaravimus. Denique cum ad ideales rationes referri non possint nisi formalia, ideoque materiæ non sit idea, constat eam mundano operi necessariam ab aliquo saltem super ideas et opificem idealem principio originem primam ducere, ab ipsa scilicet essentia ejusdem opificis, quatenus ordine quodam ideas et proprietatem opificiam antecedit, ac tandem ab ipso super essentiam uno, quatenus simplicissimum est, et mirabiliter ab omnibus segregatum. Sed et hoc ipsum unum non modo per essentiam adhuc formabilem in opifice, sed etiam per formabilem essentiam in mundi anima et natura per continuatam seriem producere materiam judicatur: materiam, inquam, velut unum inferius non solum illis, quæ sunt, sed his etiam, quæ gignuntur, sicut et ipsum unum est utrisque superius. Sic in Parmenide, quæcunque de ipso simpliciter uno propter excellentiam ejus rite negantur, de uno interim, quod est in his, quæ vere sunt, per formalem affirmantur proprietatem: et interea de uno, quod est in his, quæ gignuntur, partim secundum formam, partim secundum participationem affirmari videntur. Sed eadem rursus de materiali uno omnium infimo tanquam per oppositum respondenti primo, ob defectum negantur extremum: adeo ut nihil reperiri queat (ut ita dicam) primo similius uni, quam postremum hoc unum: si modo per dissimilitudinem cogitetur assimilatio, et per negationem comparatio fiat, infinitusque defectus ad infinitum referatur excessum.

*Opiniones falsæ de materia confutantur.*

VII. Opiniones quatuor de materia falsas in septimo capite reprobat: Primo equidem Empedoclis, materiam et compositionis primam, et resolutionis ultimam putantis quatuor elementa. Quod ideo falsum est, quoniam elementum dissolvitur, materia vero nequaquam: quod satis in Theologiæ quinto probamus. Secunda vero, quæ Anaxagoræ solet adscribi. Ferunt enim nonnulli (si credere fas est), Anaxagoram posuisse duo principia rerum, intellectum scilicet et materiam, quæ neque ab intellectu sit, neque ab eo novas accipiat formas, sed ipsa in se cunctas habeat, sed confusas: discernantur autem per intellectum: verum in mistura ejusmodi formæ omnes imperfectæ sunt et invicem impeditæ. Est et imperfecta materia, quæ sua expedire non valet. Cum igitur essentia hæc imperfecta sit, ideoque nec per se, sed per participationem quandam habeat esse, sequitur super hanc essentiam esse perfectam, neque simili conditione confusam, ne rursum superiori quodam indigere cogatur. Jam vero hæc intellectualis opificis essentia est superior, quam materia, ut dominari materiæ possit, ac dominando perfecte formare. Multo vero imperiosius, et facilius, et exactius movebit materiam, artificiosiusque formabit, si formas ipse in se præscriptas habeat, et imprimat in materiam per se prorsus informem, ideoque ad omnia mira facilitate cedentem, quam si informis ipse casu materiam tractet, et in discernendis confusis quasi quadam sorte laboret. Confutat post hæc Anaximenis, vel Anaximandri (ut fertur) opinionem, esse dicentis materiam infinitam. Si infinitum hoc appellant, quod nequeat pertransiri: aut hoc primo et per se et in se infinitum erit, id est, ipsa formalis infinitudo: aut quasi accidens erit in alio. Non primo utique modo; quod enim sic est infinitum, ex toto est sigillatim pariter infinitum: atque ita in corpore non esset totum parte majus, neque pars a parte differens vel a toto. Non etiam secundo modo: sic enim illud, cui accidit infinitum, per se ante hunc accessum non foret immensum: itaque non caperet infinitum. Et quicquid sit, non est materia id, quod accidit, quoniam est in alio. Non rursus materia est illud, cui id accidit, si non sit infinitum ex opinione jam posita: neque totum hoc compositum est prima materia, quia non simplex, sed in prius aliquid resolubile. Tum vero refellit Democritum ponentem pro materia rerum atomos, id est, corpuscula quædam individua prorsusque disjuncta. Sed neque corpus aliquod individuum est, neque ex individuorum numero magnitudo concrescit: neque ex discretis viscoque carentibus continuitas humorque corporum coalescit: neque ex vita carentibus vita creatur: neque ex casu fit ordo perpetuus ad intelligentiam pertinens atque artem: neque ars, vel naturalis vel quæsita ex materiis continuitatem naturaliter fugientibus aliquid unquam conficere potest.

*Materia non est quantitas: nec habet propriam quantitatem. Item quod ratio formalis trahit secum quantitatem certam, non e converso.*

VIII. De hac ipsa materia, quæ mundi unius

est una, est et continua, id est, ubique per se tota; neque similis atomis disgregatis: est et formarum omnium expers, inquirit, quidnam sit præcipue: ut si quid modo sit, ita demum quid sit potissimum cognoscatur. Principio non est corpus, si caret forma: si corpus, resolvitur in materiam: si materia, prorsus eadem quasi corpora penetrat, non habere hanc si modo prima materia est, neque materia quædam, sed simpliciter proprias qualitates, et ego satis alibi, et Plotinus hic perspicue tractat. Denique quanto agens ipsum prius est, tanto ei subest et materia prior: sicut naturæ, quæ prior est arte, subjicitur materia prior. Artifici ergo divino tanquam primo subditur materia prima: ergo prorsus informis, sicut ille est omniformis. Quoniam vero quantitas parum admodum formalis est, et materiæ instar inefficax, patiensque quam plurimum, ideoque difficile discernitur a materia. Idcirco diligentius et hic et in sequentibus perscrutatur, utrum materia vel sit quantitas, vel propriam saltem habeat quantitatem. Non habere quidem propriam quantitatem patet: quoniam indifferenter se habet ad magnum atque parvum: et quia alioquin quanta foret. Cum vero aliud sit quantitas, aliud vero quantum: sitque quantum duplex aliquid: materia si quanta fuerit, compositum aliquid judicabitur, atque ita in prius aliquid resolvetur. Itaque non erit materia prima: quam ut prima sit materia, primumque formabile, primumque patiens, oportet sic penitus formarum esse vacuam: sicuti necesse est auctorem formarum primum esse plenum. Qui non ex formis omnino nullis facit in materia formas: sed obsignatoris more, modoque sigilli, quas ipse formas habet, quodammodo exprimit: et imprimit in materiam. Cum formas dico, etiam intelligo quantitatem, per quam velut formale quiddam, sic materia fit, diciturque quanta, sicut et qualis per qualitatem. Sic igitur formarum auctor perfecte formabit (ut diximus) si materiæ penitus dominabitur. Ita dominabitur, si ipse quidem formas habeat omnes, sed materia nullas. Ut materia ita prorsus egena vehementius appetat, quodve porrigitur, asciscat avidius. Item ut ille omnium sit artifex, non quorundam: sitque artifex communis et primus. Item ne illa aliquando propriam qualitatem, si quam habuerit, opponat artifici, qualitatem aliam præbituro. Neve si habuerit propriam quantitatem sive figuram, resistat artifici aliam impressuro: aut saltem cogat illum pro modo sui potius, quam pro illius auctoritate, tribuere formas. Jam vero cum ille primo det, quæ tribuit, tradatque materiæ vacuæ, merito nec ullum habet obstaculum: neque qualitatem affert necessario pro qualitate præterita: neque rursus pro quantitate: siquidem ipsemet primam tribuit quantitatem. Tu vero de communi rerum artifice naturaque communi et formatione rerum prima potissimum hæc dicta putato. Memento præterea, communis artificis voluntatem non casu quodam concurrere cum certa materiæ magnitudine, atque vicissim adeo, ut ita formæ modus quantitatis modum sequi cogatur. Si enim casu fit ille concursus, fortuna erit ordinis fundamentum. Idque, quod in rebus est per accidens, erit eo ipso, quod per se est, prius atque superius. Neque rursus existimes, auctorem primum in actione præcipua, ex quadam materiæ quantitate pendere: multoque minus ex certa figura, alioquin actiones multas impeditura. Sed scito, cum artifex ipse antecedat ordine et potestate materiam, summa libertate materiæ dominari, et in formanda minime laborare: ne transgressio unquam contingat in opere. Ideoque pro natura, pro ratione, pro voluntate sua potius, quam pro quantitatis alicujus modo movere primum, et formare materiam. Cum enim non per quantitatem, sed per efficacem formam moveat atque faciat: merito actioni suæ primum in materia respondet ejusmodi forma: formamque subinde quantitas comitatur: dum videlicet ad formalis actionis impetum, formæque efficacis ingressum materia movetur atque protenditur, extenditur, inquam, eatenus proprie, quatenus tum agitat eam formæ penetrantis impetus: tum ratio idealis ipsa præscribit: tum denique ratio formalis, vel seminaria exigit. Nec immerito ad certam speciem certa consequitur quantitas, vel figura potius, quam e converso. Duo enim hæc velut minus perfecta ex specie tanquam perfectiori dependent: et, tanquam non efficacia, formæ serviunt efficaci, ipsiusque formæ ratione comprehenduntur et fiunt. Neque diffidas quantitatem specie contineri. Est enim quantitas forma quædam: ac tanquam aliquid formale minus in specie velut magis formali continetur: et velut illic implicata mox in materiam explicatur. Hinc fit, ut certæ viventium species certas habeant magnitudines et figuras. Pertinere autem quantitatem ad formam, neque esse materiam, ex eo patet, quod quantitas, ubi metitur et numerat, rationem habet determinantis. Materia vero pura determinabilis tantum esse censetur. Mitto, quantum adducantur passim formæ rerum, vel inter se differre, vel permutari sæpe pro modo mutationeque quantitatis atque figuræ. Quod sane nunquam adduceret materia pura. Taceo nunc effectus occultos, qui certis ex figuris et numeris in corpora sæpe nostra animosve resultant. Certe ante esse quantum ponitur esse simpliciter: nunquam enim aliquid esset quantum, nisi simpliciter esset. Est autem simpliciter, etiam si non sit quantum. Quando igitur ipsum simpliciter ens, quod antecedit esse quantum, primo

cogitatur extendi, tunc primum quantitas oritur ipsa, scilicet entis extensio. Hæc ipsa entis portio, quæ protenditur, materia est jam corporea facta: extensio vero quantitas. Extensio quidem subjecto indiget, siquidem est accidens, et passio quædam formalem entis actum necessario sequens. Jam vero cum aliquid extendatur, neque tamen ipsa extendatur extensio: hoc ipsum, quod protenditur, materia est extensioni subjecta, extensione necessario prior. Nisi enim quodammodo sit, protendi non valet. Neque vero suspicari licet, quantitatis subjectum esse formam. Quælibet enim alia forma tanquam incomparabiliter efficacior quantitate non subit, imo subigit quantitatem. Denique quod in mundo intelligibili copia virtutis est, potestasque per omnia præsens et inferioris excessus: per quantitatem velut illius imaginem in sensibili mundo refertur. Quod autem illic virtutis copiæ velut materia subest, per materiam hanc referri videtur. Cum igitur non ad idem spectent quantitas atque materia, nimirum neque esse eadem judicantur. Sed quis non videat et numeros in rebus etiam a materia segregatis existere? et puncta lineasque, imo et superficies, neque materiam esse, neque necessariam habere materiam? Conclude quantitatem cum sit formale aliquid, ex agente potius, quam ex materia dependere. Cumque sit inter formalia minimum, merito sic ubique tribui, ut forma præstantior exigit.

*Confirmatio superiorum.*

IX. Verum ne forte mireris quantitatem nullam in ipsa ratione materiæ contineri, materiamque ex se non esse quantam, memento, cum res præter quantitatem multæ sint, ut substantiæ et qualitates, atque similia, merito rationem entis a ratione quantitatis esse diversam, et communiorem atque priorem: ideoque multa et esse et intelligi posse, etiamsi non existant, nec intelligantur esse quanta. Sic nec anima quanta est, quæ generat quantitatem, neque materia quanta, quæ præcedit corpora: neque quantitas ipsa quanta, ne abeatur in infinitum. Siquidem quantum quantitate fit quantum: sicut aliquid qualitate fit quale. Ex quo etiam confirmatur, quantitatem aliquid esse formale. Sic ergo corpus vivens naturali colore fit coloratum: neque tamen color ipse est coloratus. Neque rursus seminaria ratio, quæ naturalem in animali colorem creat, est color, similiter neque quantitas et figura viventi congruens, quanta vel figurata est: neque seminaria virtus quantitatis ejusmodi figuræque fabricatrix est quantitas aliqua vel figura. Tum vero sicut accedens qualitas ad materiam nondum qualem reddit subito qualem: sic et quantitas accedens ad eam nondum quantam simpliciter reddit quantam. Neque tu cogitare debes, materiam in primo quantitatis adventu in amplius ex angustiori protendi. Angustia enim et amplitudo modi quidam sunt existentis jam quantitatis. Ante vero primum quantitatis accessum, neque quantitas in materia est, neque igitur ibi modi sunt quantitatis. Atqui et ipsa formalis ratio quantitatis neque magna est, alioquin non congrueret parvis: neque rursum parva, alioquin magnis se ipsam accommodare non posset. Similiter et materia neque tanta est proprie, neque tanta, ut æque sit ad omnes quantitatis modos subeundos indifferens: neque rursum quanta simpliciter, ne quid ita in se formale possideat sitque composita.

*Quomodo materia cognoscatur, quum sit informis.*

X. Dubitatur igitur, quomodo cognosci materia possit, cum formis careat omnibus, oporteat autem tum rem cognoscendam cognoscentes movere per formam, tum cognoscentes per formam ipsi rei cognoscendæ consentaneam agere circa ipsam. Cum igitur per formas cognitio fiat, videmur consequenter cogitaturi formalia, non informia, nisi forsan animo moliamur formas omnes ex animo segregantes conjectare nonnihil in rebus a formis similiter omnibus segregatum. Sed interim dum molimur, forma quadam certe molimur: ideoque inviti molimur et formam, quamvis, ut putamus, informem: dum videlicet pro viribus cogitamus indefinitam: atque sub ejusmodi forma suspicamur indefinitam quoque materiam. Sic igitur indefinitate quadam conceptionis nostræ indefinitatem materiæ cogitamus. Conducit ad idem indefinitas quædam, quasi materialis sub animi forma naturaliter actuque latens. Si fingatur circulus infinitus, ratio quidem definitioque circuli finita erit et certa: jactus autem oculi, vel similis imaginationis per circulum infinitum, infinite vagabitur. Similiter si quis omnibus sublatis formis intuentis oculi more intendat pro viribus animi aciem in materiam, nihil prorsus inspiciet: sicut nihil inspicit oculus luminibus et coloribus ubique sublatis. Sed hic animus conjectat interea subtracto lumine subesse corpus obscurum. Numquid et ibi formis ademptis subesse conjicit rem informem? Conjicit quidem utcunque potest: verum ejusmodi conjectura neque legitima ratiocinatione, quæ solet ductu mentis rationisque idealis ex formis concipere formas: neque legitima rursus imaginatio [imaginatione?], quæ solet formas, vel ex mente, vel ex sensibus intueri: conjectio itaque circa materiam ex spuria ratione et adulterina rursus imaginatione miscetur. Sed ejusmodi quidem indefinitas animi circa indefinitatem materiæ suspicandam, habet interim aliquid definiti, quatenus et per formas agit, et definit aliquid de materia: neque proprie tamen intelligit. Intellectio enim

est idearum, vel saltem idealium contemplatio. Neque rursum ratiocinatur proprie. Ratiocinatio enim est collectio quædam. Hic vero non tam colligit, quam dispergit, dum omnia de materia negat: ac si quid affirmat, interea negata confirmat. Dum enim affirmat, materiam esse formarum omnium susceptaculum, confirmat interim eam per se prorsus informem. Et quoniam anima, utpote quæ species est, et essentia vera, horret informia, et odit essentiæ casum: idcirco, dum de materia negat formas et essentiam atque esse, interea eam ad hæc omnia refert: et sicut negando prius, ita deinde referendo cognoscit. Similis in hoc esse videtur cognitio infimi rerum et cognitio summi, et utrumque (ut ita dixerim) ignorando cognosci. Tu vero, ubi Plotinus ait, Simili cognosci simile, intellige vim aliquid cognituram: tum ante cognitionem esse quodammodo illi cognatam, tum in ipsa cognitione formam illius edere, vel subire conditionem. Conclude rursus, ubi cognitio est efficacior, ibi similitudinem esse majorem. Et quoniam intelligentia ratioque non solum sicut sensus rem attingit extrinsecus, sed etiam efficacissime penetrat, idcirco hanc rationibus æternis cognatiorem existere, quam corpori sensus.

*Materia nec est quantitas, nec habet propriam quantitatem. Item susceptio formarum non ratione quantitatis, sed ratione materiæ. Item forma præcedit quantitatem.*

XI. Proinde materiam non esse quantum aliquid confirmat contra dicentes, non esse aliam in rebus materiam, præter dimensionem qualitatibus subditam, quemadmodum in cælo ponere videtur Averrois. Plerique considerantes dimensionem tum inefficacem esse, tum ad capiendum accommodatam, qualem esse materiam arbitramur, dimensionem putaverunt ipsam esse materiam. His autem respondet Plotinus, probans dimensionem non esse necessariam ad ipsum acceptionis effectum, quandoquidem mens et anima sine dimensione res capiant. Præterea cum ipsum simpliciter ens antecedat esse quantum, merito quantitas posterius ad ens accedit: quo fit, ut quantitatem sine priori quantitate recipiat. Similiter materia sine quantitate præcedente suscipit quantitatem: ergo et quod recipiat alia, habet, non quia quanta, sed quia materia: quippe cum ipsa materia primum fuerit susceptaculum. Contigit autem materiæ formas in dimensione recipere, quoniam sicut formas, sic et dimensionem accipit, ac producto spatio protenditur in ea simul et qualitas, contracto vero contrahitur. Jam vero in ipsa intentione naturæ prior esse videtur species, primaque speciei proprietas, quam ejus quantitas vel figura. Ideoque sic naturaliter instituta materia est, ut potissima præparatio ejus ad speciem sit potius, quam ad aliquam quantitatem. Materiam dico simplicem atque primam: nam secunda materia jam certo modo ad speciem aliquam præparata, magnitudinem ei convenientem jam cœpit accipere: sed et ante magnitudinem certe quandam subiit qualitatem futuræ congruam speciei: cujus quidem qualitatis virtus magnitudinem et figuram paulatim accommodat speciei. Certa igitur forma quantitatem certam quodammodo antecedit, ac si fingas quantitatem saltem interminatam certas præcedere formas, fingemus et nos similiter interminatam quantitatem ab interminata quadam forma præcedi, cujus efficacia in quantitatem materia protendatur: sic utique imperium actionemque separatæ formæ super materiam mox in materia forma sequetur antecedens, videlicet quantitatem longius a separata forma distantem. Tum vero cum agere atque movere qualitatis sit proprium, non quantitatis, merito non quantitas qualitatem, sed contra qualitas quantitatem agit, et movet trahitque secum. Sic igitur non magnitudo facit calidum, sed calor extendit in magnum. Non parvitas reddit frigidum, sed frigus cogit in parvum. Quid plura? Virtutes utique seminum absque magnitudine propria certas destinant magnitudines nascituris, quibus ipsa sua specie statim adest, eademque semper, non statim magnitudo debita vel figura. Hæc enim per virtutem speciei temporibus certis ex potentia speciei paulatim procedit in actum. Quam ob rem materia formam suscipit ob hoc ipsum, quia materia est arti subdita naturali, formamque in primis suscipit ex agente forma. Non igitur, quia sit moles, accipit formam, sed quia materia sit formabilis. Suscipit vero formam modo corporeo, quia materia fit interea moles, dum et virtute et gratia formæ quantitatem excipit formæ convenientem: atqui nisi molem habuerit, adhuc suscipiet qualitatem, quamvis nondum corpoream. Sicut enim in eodem spatio in se invicem multæ sunt qualitates, spatio eas minime distrahente: sic etiam, nisi spatium fuerit, esse simul, multoque magis simul in materia poterunt. Materiam plerique tanquam spatium cogitant, et id quidem vacuum et immensum: quoniam animus, cum aciem in hanc intendit, nequit in signum aliquod se dirigere, alioquin formam illic aliquam cogitaret. Nusquam ergo sistit intuitum: ideoque circumvagus hac et illac distractus, per intervallum videtur vacuum pervagari, ac rursus immensum. Si enim vel centrum, vel circumferentiam, vel aliter lineas designaverit, formas excogitare cogetur. Re vera enim sicut spatium ipsum sine alio quoquam spatio capacitas est ad alia: ita materia sine spatio proprio capacitas est ad spatium. Et quamvis ipsa quoque ita per se magnitudine careat, sicut et spe-

cies ideales, tamen nulla species apparet spatium contemplanti, quoniam formam sibi propriam ipsa definit, individuamque conservat. Materia vero videtur spatium, quoniam et spatio subest et nullum sibi signum ipsa definit, et nunquam secum ipsa quiescit, sed dum species induit varias semper, exuit vicissim, nimirum ad formarum cursum sic ipsa currere nobis videri solet: sicut ad navis motum littus ipsum nautis moveri videtur. Qui vero sub longo variarum ductu formarum tractum interea materiæ cogitat, merito materiam velut spatium, et id quidem mobile, cogitare compellitur.

*Confirmantur superiora.*

XII. Audisti jam sæpius, omnes rerum naturalium formas esse secundum seminarias rationes in ipsa animæ mundanæ natura. Et quoniam ibi nulla dimensio est, quaslibet in qualibet, et ubique simul cunctas existere, talemque seriem mundum seminarium et animalem, et incorporeum appellari. Finge itaque dimensionem aliquando illic oriri. Subito natura in longum latumque et profundum amplificata, protendentur et formæ, et quæ prius in natura sine spatio fuerant incorporeæ, deinde in natura eadem nacta spatium, corporeæ jam evadent locisque invicem separatæ. Talem utique mundum hunc corporeum cogita ex incorporeo propagatum, sola forsan accepta dimensione: subtrahe, si placet, dimensionem, seminales adhuc formæ restabunt, quæ dimensionem quondam in natura præcesserant: sed mundus interim ex corporeo vicissim evaserit incorporeus, sola forsan dimensione sublata. Verum admonuisse te volo, quæ jam natura est in seminario mundo, evadere in hoc corporeo mundo materiam. Sic enim ille in hunc propagari posse videtur, si statim ex natura materia pullulet, in qua duntaxat oriri dimensio possit naturæ præpotentis imperio: quam quidem dimensionem ad corpora conferre putamus: non quia ipsa sit materia corporum, quorum eadem certe materia est, quæ etiam sub dimensione dimensionisque materia. Neque rursum dimensio necessaria est, ut simpliciter formæ [sint: quæ etiam sine illa et ante illam in materia esse possunt. Sed forsan necessaria est, ut, quæ simpliciter formæ add. Ed. pr.] sunt, aliquando corporeæ fiant. Quod enim formæ sint, habent, quoniam ex seminario sunt in materia. Quod autem corporeæ sint, ex eo sortiuntur, quod in materia sunt extensa. Huc illud Plotini tendit: Formæ non circa magnitudinem proprie, sed circa materiam oriuntur: nam et magnitudine dempta formæ restare possunt, forsan in seminalibus rationibus: forsan etiam in ipsa materia, quamvis non corporeo modo. Id insuper illorum sententia confirmatur, qui disputant, in formæ substantialis adventu totum usque ad materiam primam ibi resolvi, ut forma substantialis actusque simpliciter, in ipsa substantiali simpliciterque potentia fiat. Talem itaque formam ante quantitatem, quæ est accidens, volunt adhærere materiæ: ac si quantitas ibi præcesserit, tunc saltem substantialem formam transgredi limitem quantitatis, nudoque materiæ gremio se ipsam prorsus insinuare. Ob hanc forsitan rationem formas nonnulli substantiales esse indivisibiles arbitrantur: quoniam nulla intercedente quantitate materiæ penitus se infundant, quas tamen dimensio comitetur, quæ formas præcedat accidentales. Itaque has tantum efficiat divisibiles. Videtur id tetigisse Plotinus, ubi ait: Si forma scilicet substantialis necessario in dimensione foret, subtracta hac penitus perituram: posse tamen formam ibi remanere quamvis indivisibilem, sive in materia proprie, sive in natura fundetur: sed et in materia forsan restare potest indivisibilis: nam prius etiam cogitatur esse, quam protendatur: mitto, quod quantitate diutius etiam permutata forma remanet eadem, non tamen eadem remaneret commutata materia, ex quo patet, formam non circa quantitatem fieri, sed circa materiam. Commiscentur autem facile multa corpora in corpus unum, quoniam in eadem materia congruunt ad omnia æque parata, omnium pariter avida, neque dimensionem habente suapte natura, per quam distare inter se multa coguntur. Jam vero quum dimensio quodammodo corporum impediat unionem, materia vero conciliet, constat et aliud dimensionem esse, aliud vero materiam: et materiam ipsam neque natura sua dimensionem habere, neque formas dimensione suscipere, sed potius semetipsa: præsertim quia prima suscipiendi ratio in eo consistit, quod est primum omnium susceptaculum: id profecto maxime omnium capax esse videtur, quod potest ubique omnia simul accipere. Dimensio vero facit, ut nequeant simul omnia capi, imo ut seorsum singula disponantur. Proinde materiam non esse dimensionem, sic iterum confirmamus. Si dimensio sit ipsa materia, erit omnium fundamentum, eritque substantia. Cum vero quantitas ubique sit accidens, non potest penes infimum rerum gradum quantitas esse substantia, quamvis, quæ apud nos accidentia sunt, quodammodo in superioribus substantiæ judicentur. Præterea sicut ad mutationem qualitatis, sic et ad quantitatis mutationem non necessario substantia permutatur: ex quo patet, utrumque esse pariter accidens. Hanc ob causam, ubi rem ipsam definis, non soles, quanta sit, definitione decernere: quasi quantitas ad rationem formalem non ut pars attineat, sed accedat ut accidens. Neque vero minus quantitas, quam qualitas, imo magis con-

tingens esse videtur: siquidem qualitas per efficaciam, et actum, et proprietatem magis videtur cum formali ratione congruere. Quam ob rem si quantitas non est substantia, nimirum nec est ipsa materia: quæ quidem, quum omnium sit subjectum, merito tanquam substantia judicatur. Sed quis non videat, quantitatem non esse materiam? Modo cogitet materiam prorsus indefinitam, statim per quantitatem sicut per qualitatem determinari, scilicet quanta proprie sit et qualis. Quod si dimensionem in se determinatam accipias, adhuc materiam illa determinat: saltem ad hoc ipsum, ut non solum materia sit simpliciter, sed etiam, ut in longum et profundum protendatur, et amplum ut occupet locum, ut sit divisibilis, ut tot in se habeat partes, ut pars a parte sit differens, ut pars terminetur ex parte, ut partes terminentur ad totum, ut habitudo sit inter se partium et ad totum. Denique dimensionem interminatam materiæ dare, nihil est aliud, quam confiteri, materiam ad dimensionem quamlibet se indifferenter habere, sicut et ad quamlibet qualitatem. Sicut ergo conceditur qualitate carere, similiter carere dimensione concedes. Neque vero quisquam negare debet esse materiam, quod a nobis invisibilis et indivisibilis judicetur. Nam et quantitas si in se ipsa sine qualitate consideretur invisibilis erit. Et qualitas vicissim accepta procul a quantitate statim erit indivisibilis. Sunt tamen aliquid, quamvis accidentia sint. Materia igitur, quæ substantiæ modo talia sustinet, non est omnino figmentum. Tum vero quamvis nullo sensu percipiatur, nihilominus aliquid est ponenda. Nam et naturam ipsam atque mentem esse aliquid affirmamus: quamvis sentiri non possint. Materiam vero etsi non sensu tamen ratione cognoscimus. Etsi rursum non ratiocinatione quadam intelligentiæ plena, id est, idealibus fundata formis, tamen argumentatione partim negante formas, partim ad formas materiam referente. Possunt quin etiam hic verba Plotini sic accipi: Materiam scilicet cognosci ratiocinatione quadam, non ratiocinatione, inquam, ipsius vacui, sed vacuo modo: quasi prohibeat materiam dici vacuum ipsum, vel nihil et vanum. Concedat tamen eam vacuo quodam pacto cognosci, id est, vacuam formis eam excogitando. Cum vero probatum sit materiam nec esse quantitatem, nec suapte natura quantitatem habere, vel qualitatem: constat eam nec esse corpus, nec rursum (ut ita loquar) corporeitatem: si corporeitas accipiatur pro forma quadam dimensioni mista: alioquin materia foret corpus. Neque rursum, si corporeitas ipsa accipiatur pro ratione ideali, vel seminali corporis effectrice: hæc enim a materia longe diversa est. In anima enim et mente consistit. Nemo vero dicere debet, corpus sine materia esse posse: propterea quod actio corporis sine materia videatur existere. Actiones enim nec more corporum componuntur: nec aliæ de aliis generantur ut corpora: vicem vero materiæ gerit ad illas ipsa agentis patientisve substantia, quæ componitur ex materia.

*Materia nec est qualitas, nec habet propriam qualitatem.*

XIII. Quemadmodum in superioribus ostendit materiam nec esse quantitatem, nec quantam, sic in præsentia nec qualitatem esse neque qualem. Absurdum enim dictu est, subjectum omnium esse qualitatem: cum in subjecto esse sit proprium qualitatum. Præterea sive id subjectum natura quædam definita certaque dicatur: materia, quæ necessario indefinita est, esse non poterit: sive incerta et indefinita natura, tunc materia quidem erit, qualitas vero nequaquam. Qualitatis enim proprium est determinare aliquid atque discernere. Objiciet aliquis, materiam vel esse, vel habere qualitatem ex eo, quod omnibus aliorum careat qualitatibus: quasi hæc ipsa privatio sit proprietas qualitasque materiæ, per quam a cæteris differre putetur. Concedemus autem hanc ipsam qualitatum vacationem proprietatem esse materiæ. Sed eam interim qualitatem esse negabimus. Magis enim diversa est qualitatis privatio qualitati, quam quantitas, vel substantia. Si igitur privatio qualitatum qualitas appelletur, multo probabilius substantia vel quantitas poterit qualitas nominari. Præterea stultum dictu est, aliquid fieri quale non ab ipsa qualitatis natura, sed ab opposito qualitatis, id est, ab ipsa qualitatum privatione. Sane cum dicunt materiam ob hoc ipsum, quod ab aliorum qualitatibus altera est sive diversa, esse qualem: numquid materiam tunc tanquam alteritatem esse volunt? Si ita putant, non erit ut qualis: sicut neque qualitas qualis esse censetur. An forte materiam tunc esse volunt tanquam aliquid alterum? Si ita putant, certe sicut alteritate est altera, sic etiam qualitate qualis, qualitate, inquam, alia præter se natura. Erit igitur alia quædam qualitas, per quam qualis materia fiat. Si fit alio qualis, non est materia qualitas. Tum vero sicut alicujus qualitatis privatio non est qualitas illa, sic omnium orbitas qualitatum nulla qualitas est judicanda: neque rursum qualis, siquidem qualitatibus undique vacat. Item sicut negatio non est affirmatio: sic privatio non est qualitas. Ita enim privatio in negando, sicut qualitas in affirmando consistit. Rursum non omnis proprietas esse qualitas judicanda est. Sicut enim opponitur qualitati privatio, sic et horum proprietates inter se opponuntur. Atqui sicut est aliquid proprium affirmationis et qualitatis, sic et aliquid negationis et privationis est proprium: neque tamen id qualitas erit, sed oppositum potius qualitati. Accedit ad hæc, quod, sicut proprietas

qualitatis non est materia: sic proprietas materiæ non est qualitas, sed privatio qualitatis: per quam sane privationem si quis dixerit materiam esse qualem, non minus curabit, quam qui dicat, materiam ob privationem magnitudinis esse magnam. Jam vero si materiæ proprietas foret aliquid ipsi materiæ velut appositum, absolute nimirum se haberet ut qualitas. At vero materiæ ipsius proprietas ipsamet materia judicatur: sicut et de principio rerum existimare solemus. Materia igitur non per aliam proprietatem, quam per se ipsam ab aliis diversa censetur. Est igitur materia quodammodo ipsa diversitas seu mavis alteritas. Alioquin non se ipsa quidem diversa foret, sed ipsa præter se diversitate diversa. Diversitas vero hæc quasi duo potissimum significare videtur, scilicet et communem aliorum negationem, per quam in nulla cum illis generali ratione conveniat, et universalem potentiam capiendi, ad alia se ipsam naturali quadam habitudine referentem. Utrimque sane materia perpenditur esse diversitas: tum quoniam alia nimium de ipsa negantur, tum quoniam naturaliter refertur ad alia. Sic enim necessario et aliud est quam illa, et ut actibus potentia illis opponitur. Conclude igitur in præsentia ipsammet materiam esse sui ipsius proprietatem: esse vero proprietatem hanc scilicet, quod aliud sit, quam alia, id est, quod neque sit alia, neque quicquam aliis simile. Cætera enim quadam inter se vel communione, vel similitudine congruunt. Materia vero est penitus segregata, sicut et primum principium segregatum. Cætera rursum præter id, quod vel inter se, vel a materia diversa sunt, existunt aliquid secundum speciem in se ipsis. Materia vero non per aliud quidem est: per aliud vero diversa est: sed potius est ipsa diversitas: sive mavis aliquid ab aliorum communione omnino secretum. Quoniam vero Plotinus metuit, ne pronuntiando de materia singulari numero, vel diversitatem vel aliud, materia definitum aliquid et formale nobis appareat: ideo monet numero plurali dicendum, materiam esse alia sive diversa, ut per hoc infinitatem ejus magis excogitemus.

*Materia est idem omnino atque privatio formarum omnium, si privatio significat infinitatem quandam formalemque potentiam.*

XIV. Hactenus tractatum est, quomodo materia potissimum ad illa se habeat, quæ remotiora sunt ab ea, scilicet ad qualitatem, et quantitatem. Deinceps quo pacto ad ea, quæ propinquiora sunt, comparetur, videlicet ad privationem et infinitum. Sed de privatione prius. Discutit ergo Peripateticum illud, materia et privatio sunt quidem subjecto sive re ipsa unum, ratione autem duo. Cum diceret Peripateticus, duo hæc esse ratione, rationes in primis, id est, definitiones duas assignare debebat: unam quidem privationis, alteram vero materiæ propriam. Quod quidem nisi fiat, quod sint ratione duo, convinci non poterit. Quod si duæ adducantur definitiones in medium, quæremus, utrum ita se habeant, ut neutrum duorum in alterius definitione ponatur. Si fiat ita, non erunt subjecto sive re ipsa unum: An potius utrumque in utriusque definitione locetur: sicut de naso simo dici solet atque ipso simo. Si ita: adhuc res duæ sunt: nasus scilicet atque simitas. An forte unum aliquid eorum in alterius definitione sit: neque vicissim sicut calor in definitione ignis: neque contra. Si ita dicatur, etiam res duæ sunt: subjectum atque qualitas. Post hæc discutit utrum materia et privatio res una dicantur: propterea quod privatio nihil rei materiæ insuper addat, sed cætera de materia neget. Sic autem erit ambiguum, quomodo rationes duæ sint: altera quidem ad subjectum, id est materiam, pertinens, altera vero ad relationem, quæ privatione fit ad cætera. Probabile profecto est, non solum privationis, sed etiam subjecti, rationem ad alia rite referri. Quæ supra materiam sunt, non solum referuntur ad finem, sed etiam id habent, ut fines sint aliquorum. Cum vero materia sola nullius sit finis, cui quicquam naturali ordine serviat, sed ipsa duntaxat serviat omnibus: ac totum quicquid est, vacuum quidem sit munere finis: undique vero ad finem naturaliter institutum et egenum finis semper et cupidum: merito dictum est, naturam ejus ad alia ipsa sua ratione referri. Ut quemadmodum in summo rerum tota finis ratio est, sed non ad finem: ita vicissim in infimo finis quidem ratio nulla sit, sed omnis ad finem. Noli hic interim relationes dialecticas somniare. Naturæ namque ipsius relationem hic intelligi volumus providentiæque divinæ. Nihil vero a materia est alienius, quam relatio logica. Hæc enim vel in opinione, vel in re quapiam, velut subjecto fundatur. Materia vero contra subjectum est duntaxat et fundamentum. Præterea probabile est, hic privationis nomine relationem quandam significari, id est, indefinitatem subjecti hujus, et indigentiam ad alia naturaliter institutam cupideque vergentem. Ideoque non facile quis discernat, quomodo duæ quædam sint rationes: una quidem privationis: altera vero materiæ. Non solum enim re, sed etiam ratione sunt unum. Nemo vero dixerit materiam eo modo privationem, quo privationes alias solemus dicere, id est, defectus aliquos in subjectis. Materia enim ipsa omnium est subjectum. Nullus iterum materiam privationem putet ut nihilum: quando enim corpora vel ex materia componuntur, vel in materiam resolvuntur, longe abest, ut vel de nihilo fiant, vel deducantur in nihilum.

*Infinitudo non accidit materiæ, sed est ipsa materia.*

XV. Hæc vero privatio, quæ infinitudo dicitur, vel infinitas, id est, aptitudo tantum per se formabilis, nullosque per se formales in se fines possidens: hæc, inquam, infinitudo non accidit quidem materiæ: sed est ipsa materia. Considera rationes et numeros. Rationes, inquam, formales ex seminariis idealibusque rationibus dependentes. Numeros, inquam, tum ejusmodi rationum: tum proprietatum, quæ sunt in ipsis: tum graduum virtutis earum, tum differentiarum inter ipsas. Rationes quidem finiunt: et ordinant finiendo. Numeri vero ordinant, et finiunt ordinando. Item rationes viresque formarum tum genera quasi materias in species terminant, tum vagum materiæ appetitum terminant ad effectum: numeri quoque ordinant finiuntque rerum seriem subjectam sibi materiam: vires item et motus definiunt qualitatum, atque per illas materiam quoque terminare videntur. Cum igitur rationes ejusmodi numerique finiant, certe subest eis, quod finiatur ab ipsis. Id vero primum est ipsa materia. Nam et composita per hanc habent, ut finiri debeant aliunde: et natura, vel anima, vel mens per suam quandam materiam habent, ut formarum terminis egeant. Materia igitur cum sit hoc ipsum, quod aliunde finitur, nimirum suapte natura est infinitum. Sicut, quod aliunde illuminatur, est per se tenebrosum. Alicubi ergo re vera imo ubique subest infinita natura, imo vero infinitas ipsa. Sicut enim res infinita respondet finitæ: sic et fini respondet infinitudo. Fini, inquam, substantiali, substantialis infinitudo non ficta. Infinitudo, inquam, non in alio: sicut et finis terminusque primus non est in alio. Si quis vero dicat infinitatem hanc non esse materiam ipsam, sed ipsi prorsus accidere, cogetur fateri, infinitatem nonnihil in se habere formale: siquidem sit in subjecto: subjectumque sub tali quadam conditione determinet: quod certe contra naturam infinitatis esse videtur. Jam vero infinitas ipsa non est ratio ulla formalis. Extrema enim est formabilitas. In qua si quid proprium sit formale: ex ea saltem parte non est formabilis. Veruntamen ut ad summum formatorem spectet, omnes tribuere formas: oportet subjectum huic proportione respondens nullam prorsus habere. Præterea si materia per se infinita est, non oportet infinitatem huic accidere. Sin terminata dicatur, non est materia prima. Denique si materia fingatur, velut formalis quidam terminus, illique accidere infinitatem, id est, aptitudinem duntaxat formabilem, perdetur subito, si quid formalis fingitur in materia. Nihil enim actu formale sub extrema formabilitate relinquitur. Quod autem corporei mundi materia sit infinitas, confirmatur ex eo, quod materia quoque incorporei mundi est infinitas. Non enim illi accidit infinitudo: quicquid enim est in ipsa, finis existit. Ex illa vero hæc pendet per similem infinitatis modum. Cogita igitur illic ipsum simpliciter unum uno ente superius. Considera in uno ente infinitatem, id est potentiam ab ipso uno formabilem. Quæ quidem quatenus in terminos illic formales extenditur, potentia et infinitas nominatur. Quatenus in perseverantiam extra durationis terminos ducitur, nominatur æternitas. Illa quidem infinitudo, quodammodo secundum defectum sic appellata, sequitur infinitatem unius secundum supereminentem excessum excogitatam. Et quatenus excedit altera, eatenus ferme succedit et altera quasi per relationem opposita primæ. Subinde vero ab infinitate, quæ illic formabilis est, ipsa mundanæ materiæ exorditur infinitas: ita sub natura formabilis, sicut illa sub bono. Duæ vero infinitates hic inductæ non conveniunt genere, sub quo per differentias discrepent speciales. Atqui et utraque simplicissima est: et hæc, dum pendet ex illa, tum referendo illam congruere cum ipsa videtur: tum quia non est illa, neque ad formas similes instituta, differre nimium judicatur ab illa: non quidem per differentiam sibi additam, imo se ipsa, vel insuper, quia non ad similes nata est formas: sed hoc etiam est se ipsa differre. Quoniam vero potentia illa formabilis, etsi ad ideas quasi materia est, tamen in se ipsa, et ad nostra censetur ut forma. Idcirco non adeo judicatur indefinita, sicut materia corporum. Præsertim quia formabilis illa natura semper similiterque est ad actum formæ redacta. Hæc vero redigitur paulatim: actusque disperdit. Fit quoque illic materia illa formalis. Hic vero vicissim forma materialis evadit. Conditio igitur indefinita in hac reperitur magis, quam in illa. Conditio vero termini ibi superat: hic necessario deficit. Proinde si compositum ex materia formaque consideres, dices hoc quodammodo infinitum, scilicet ratione materiæ. Non tamen dices hoc infinitum esse ipsam infinitatis naturam. Quæ quidem dicitur esse ipsius infiniti, qua ratione est infinitum: hoc enim pertinet ad materiam. Cum vero hanc ipsam materiam quasi seorsum considerans dicis hoc infinitum, idem profecto est infinitum hoc, ipsaque infinitas, quam modo appellabamus ipsum infiniti esse, quatenus infinitum. Tu vero cum de materia dicis, hæc est ipsa natura infinitatis, siste huc usque gradum: neque addas, hæc est ipsa infinitatis ratio. Ratio enim sive formam significet, sive definitionem: ideoque et terminum non convenit deformi et indefinitæ materiæ. Item cum dicis, infinitum hoc et ipsum naturale infiniti esse, idem est, cave, ne sub hoc essendi nomine intelligas aliquem indefinitæ illius essentiæ terminum sive actum, sive modum. Tria enim hæc

ad rationem pertinent, id est, ad rationalem [Ed. pr. rationem] idealem et seminariam et formalem atque formam. Nulla vero ejusmodi ratio convenit ipsius infiniti naturæ. Quam si tu definire coneris, et frustra conabere: eam enim amittes definiendo: et cogeris duntaxat per habitudinem ad terminos, quos nondum habet, infinitudinem definire: ubi infinitudo non tam habet rationem ad se et intrinsecus pertinentem, quam extrinsecus ad aliaque spectantem: quod quidem vere est infinitum esse. Si quid enim in hac ita suum ponas, ut non referatur ad aliud, hoc ipsum, quod non erit ad finem, erit finis. Finis autem repugnat infinitati. Materiam igitur existimabimus infinitam: non quidem definientes intrinsecus, sed ad rationem ipsam extrinsecus referentes. Ad rationem, inquam, (ut sæpe diximus) idealem, et seminariam, et formalem. Cui quidem velut fini et finienti materiam opponimus, velut ad finem et indefinitam atque finiendam. Opponimus, inquam, hoc illi, simplicissimum simplicissimo. Unde recte concludimus: sicut ratio ipsa non alia dote, sed se ipsa ratio est, et finis, et forma: sic materiam non alio addito, sed natura sua esse prorsus indefinitam: quicquid enim addideris, erit finis, eamque definiet.

*Solvuntur quatuor quæstiones de materia circa alteritatem, privationem, infinitum, malum.*

XVI. Caput libri ultimum quatuor de materia quæstiones movet et solvit, circa alteritatem privationemque et infinitum atque malum. Tu vero inter hæc nota alteritatem ipsam, sive diversitatem esse communem ad formalia simul atque materiam. Utrobique enim est atque inter utraque. Materia igitur idem est, quod alteritas, non quidem simpliciter, sed alteritas ab illis, quæ vere sunt, id est, rationibus idealibus longissime distans. Quæ si propterea dicitur quandoque non ens, quod ab ente primo longissime distet: interea ens quoddam dici potest, id est, aliquid a primo longissime segregatum. Similiter quoque privatio dicitur non simpliciter quasi nihilum, sed extrema ad primum ens oppositio, et ad ideales, quæ in ipso sunt, rationes. Non igitur ejusmodi privatio perditur, id est, ejusmodi natura materiæ formabilis aliunde, quando suscipit formam: sed permanet ejusmodi semper subjecta natura, perpetuoque vel formas, vel formarum modos alternat, vicissimque formatur. Si materia infinitum quantitate foret, quando acciperet terminum, naturam prorsus amitteret. Cum vero per formabilitatem sit infinita: quo magis formatur, eo magis formabilitatem exercere videtur, proprioque subjecti formabilis officio fungi. Proinde cum acceptis bonis, id est, formis adhuc restet informis: propterea quod nullam per se sibi propriam contrahat, formarumque jacturæ sit prona, merito adhuc dicitur esse malum. Denique tres hic gradus considerabis. Primum quidem ipsum unum ente superius. Secundum vero ens ipsum, in quo entis materia ponitur: quam etiam ens judicari nil prohibet. Tertium corporei mundi materiam: quæ cum per extremum gradum sit inferior ente: hac utique conditione solet appellari non ens: non dico nihilum, sed quasi non ens, si ad entis ipsius veri pulchritudinem comparetur. Ab ipso enim ente primo usque ad naturam vera entia omnia judicantur. Formæ vero corporum, quæ a natura in materiam fiunt entia non vera. Materia denique verum non ens. Quia videlicet non solum ab entis ipsius natura, sed etiam ab ejus imagine cadit. Qualis certe imago in formis naturalibus reperitur. Materia enim neque ens verum est, neque imaginis more ipsum alicubi repræsentat.

*Quamvis de materia non dicatur ens, vel essentia, vel esse proprie, tamen non debet dici nihilum, sed aliquid, et id quidem modo substantiæ.*

XVII. Apud Peripateticos quidem, si quis materiam non ens diceret, hanc omnino diceret nihilum. Sed apud Platonicos, qui ipsam unius naturam latius, quam naturam entis, longiusque sursum deorsumque protendunt: quamvis materiam dicas non ens, non tamen habes eam pro nihilo: sicut neque pro nihilo habes ipsum bonum, quamvis non ens judicetur. Sed illud quidem ita non ens, ut sit superius ente: hanc autem non ens, ita ut sit inferior ente. Sicut vero Deus summus apud plerosque dicitur purus actus, cui non subest propria formabilisque in Deo potentia, sed quasi ejusmodi potentiæ loco illi respondent actui potentiæ reliquorum. Sic cum materia sit potentia pura, cui non respondet in ea proprius actus, saltem pro hoc ipso actu cæterorum actus respondere videntur. Quamvis autem ubi actum proprio nomine nuncupamus: quia formalem vigorem significet, eum materiæ proprium minime concedamus: tamen ubi actus significaret nonnihil in sua dependente natura quodammodo præsens atque firmum, firmam hujus naturæ sive quasi præsentiæ veritatem, quasi actum quendam materiæ tribuere non verebimur: appellabimusque quodammodo ipsum esse materiæ. Qui sane actus quodve esse non prohibet materiam puram dici potentiam. Præsens namque et firma materialis potentiæ veritas eam efficit verius puriusque et firmius esse potentiam. Neque tu potentiam hanc aliarum debes conditione perpendere. Cæteræ namque potentiæ sunt in subjectis: hæc omnium naturalium est subjectum. Est ergo potentia hæc (ut ita dixerim) subjectalis atque substantialis. Addam essentialis: si modo infra entis limites nominari essentia possit. Sic enim diceremus materiam vel essen-

tiam potentialem, vel potentiam vicissim essentialem. Merito enim potentiæ et actus in rebus accidentales, et jacentes in alio, sicut rediguntur in actum primum præexistentem, sic in primam potentiam subsistentem: cujus quidem esse sit forte subesse, sicut et materialis formæ esse forsitan est inesse. Sed hic præterea theologi nonnulli dicent ipsum simpliciter esse antecedere naturaliter, sive ratione quadam et ordine esse sic aut aliter, aut hic, aut ibi. Ideoque neque formam inesse posse, nisi prius sit simpliciter in se ipsa: neque materiam recte intelligi posse subesse, nisi intelligatur quodammodo prius simpliciter esse: quod quidem esse primum appellant esse essentiæ: cui mox addunt esse existentiæ. Per primum quidem aiunt rem esse in sua essentia, atque ex ipsa. Per secundum vero, rem aiunt esse in effectu rerumque ordine, et aliunde pendere. Quam ob rem concedent materiæ primum esse per se, secundum vero per formam. Forte vero Platonici quidam etiam primum esse materiæ auferent: præsertim ubi Plotinum audiunt prohibentem assignari ipsum esse materiæ. Sicut ergo theologi multi in primo rerum principio esse ponunt sine essentia: sic et hi materiam quasi essentiam sine esse putabunt: neque tamen nihilum, sed aliquid appellabunt. Nam et Plotinus materiam imaginem appellat essentiæ. Sicut ergo res aliæ suas habent imagines, quæ quidem, quamvis res ipsæ non sint, sunt tamen aliquid: sic et imaginem essentiæ, quamvis non veram essentiam, tamen nonnihil et aliquid nominabimus. Quamvis autem materia dici possit unum, et nonnihil et aliquid: negare tamen solent, ipsam proprie aliquid esse: ne forsan animus, dum audit aliquid, suspicetur aliquid esse formale: sicut plurimum consuevit. Quippe cum ipse sit forma, atque ex formis incitetur ad cogitandum, cogitetque per formas. Re vera tamen materia judicatur re ipsa nonnihil et aliquid quasi substantiale. Unde Plotinus in superioribus ait, materiam esse corporibus necessariam. Neque vanum nomen esse, sed subjectum aliquod quamvis occultum: multoque magis subjectum hoc, quam quantitates qualitatesque subsistere. Quod et Timæus indicat, ubi ait, ante mundum fuisse architectum mundi velut patrem et materiam sicut matrem: materiamque appellat subjectum et susceptaculum atque locum. Ex quibus verbis apparet, materiam rem esse præter conceptus et relationes nostras corporibus subsidentem. Quod Peripatetici quoque confirmant: ubi substantiam distribuunt in materiam et formam atque compositum. Quamvis autem materiam substantiam nominemus, quia substat corporibus, neque jacet in alio: putamus tamen eam desuper perpetuo dependere: adeo ut nihil in ea vigoris sit ad se conservandam. Dependet igitur tum ab ipsa natura quasi nervo quodam inde devincta. Quin etiam per formas a natura in materiam continue jactas quasi per nervos assidue colligatur. Ipsa vero formam sustinet modo profundi. Atque dum cadit ab ente, id est, a natura, quæ verorum entium infimum est: interea subest ut fundamentum imaginibus entis, formis scilicet naturalibus. Quam ob rem etiam si apud quosdam materia dicatur habere quasi esse in se suæ essentiæ proprium, quod quidem in ea antecedat esse formale atque existere: tamen primum quoque esse illi tributum conservatur ipsi ab ipsa natura semel, sicut a formis corporum conservatur esse secundum atque existere: sed vicissim ab alia deinceps atque alia: quasi natura varios in horas applicet nervos, per vices ad materiam sibi cognatius vinciendam. Sed finem jam disputationi huic imponamus. Nam in libro etiam, ubi Plotinus disputat incorporea nihil pati, et alibi multa de materia tractabuntur.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ Δ.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER IV.

### ΠΕΡΙ ΥΛΗΣ,

### De Materia.

ΤΗΝ λεγομένην ὕλην ὑποκείμενόν τι καὶ ὑποδοχὴν εἰδῶν λέγοντες 159
εἶναι, κοινόν τινα τοῦτον λόγον περὶ αὐτῆς πάντες λέγουσιν, ὅσοι εἰς ἔννοιαν ἦλθον τῆς τοιαύτης φύσεως, καὶ μέχρι τούτου τὴν αὐτὴν φέρονται. Τίς δέ ἐστιν αὕτη ἡ ὑποκειμένη φύσις, καὶ πῶς δεκτικὴ, B
καὶ τίνων, τὸ ἐντεῦθεν ἤδη ζητοῦντες διέστησαν· καὶ οἱ μὲν σώματα μόνον τὰ ὄντα εἶναι θέμενοι, καὶ τὴν οὐσίαν ἐν τούτοις, μίαν τε τὴν ὕλην λέγουσι καὶ τοῖς στοιχείοις ὑποβεβλῆσθαι, καὶ αὐτὴν εἶναι τὴν οὐσίαν· τὰ δ' ἄλλα πάντα, οἷον πάθη ταύτης, καί πως ἔχουσαν

10. τοῦτον λόγον] Cod. Marc. A. τοῦτον τὸν λόγον.
ib. περὶ αὐτῆς παντες] Cod. Ciz. παντες περὶ αὐτῆς.
12. δέ ἐστιν] Cod. Vat. δ' ἔστιν.
13. ἤδη ζητοῦντες] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) Par. A. τοίνυν ζητήσαντες.
14. ὄντα εἶναι] Abest εἶναι a Cod. Vind. A.
16. καί πως ἔχουσαν αὐτὴν καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι] Ita scripsi pro vulgatis καὶ πῶς—αὐτὴν, καὶ τ. στ. εἶναι (uti etiam πως pro πῶς mox reducimus ex cod. Mon. C.) hac sententia: et elementa nihil aliud esse quam materiam aliquo modo se habentem.

*Movet dubia de materia, utrum sit in corporibus tantum, an etiam alibi.*

OMNES qui de materia disputant, si modo in notitiam ullam hujus naturæ pervenerint, communi descriptione eam subjectum quoddam et susceptaculum specierum esse asserunt: atque hactenus consentire videntur. Quid autem sit hæc ipsa subjecta natura, et quo pacto, et quæ suscipiat, inquirendo dissentiunt. Profecto quicunque res ipsas corpora solum esse putant, essentiamque in his consistere, unam in his materiam esse dicunt: quæ quidem elementis subjecta sit, ipsaque sit essentia: cætera vero omnia quasi materiæ passiones, esseque hæc materiam ipsam, sic aut sic affectam: atque esse sic etiam elementa. Audent quin etiam ipsam ad Deos usque protendere. Denique illum summum ipsorum Deum materiam hanc existere, certo modo sese habentem. Tradunt præterea ipsi corpus, dicentes eam esse corpus vacuum qualitate: tribuunt insuper magnitudinem. Qui autem incorpoream admittunt essentiam, et ipsam mate-

160 αὐτὴν καὶ τὰ στοιχεῖα εἶναι. Καὶ δὴ καὶ τολμῶσι καὶ μέχρι θεῶν
αὐτὴν ἄγειν· καὶ τέλος δὴ καὶ αὐτὸν αὐτῶν τὸν θεὸν ὕλην ταύτην
πως ἔχουσαν εἶναι. Διδόασι δὲ καὶ σῶμα αὐτῇ, ἄποιον αὐτὸ σῶμα
λέγοντες· καὶ μέγεθος δέ. Οἳ δὲ ἀσώματον λέγουσι, καὶ ταύτην,
οὐ μίαν τινὲς αὐτῶν, ἀλλὰ ταύτην μὲν τοῖς σώμασιν ὑποβεβλῆσθαι
B καὶ αὐτοὶ, περὶ ἧς οἱ πρότεροι λέγουσιν· ἑτέραν μέντοι προτέραν ἐν
τοῖς νοητοῖς, ὑποβεβλημένην τοῖς ἐκεῖ εἴδεσι, καὶ ταῖς ἀσωμάτοις
οὐσίαις.

Διὸ πρότερον ζητητέον περὶ ταύτης, εἰ ἔστι, καὶ τίς οὖσα τυγχά-
νει, καὶ πῶς ἔστιν. Εἰ δὴ ἀόριστόν τι καὶ ἄμορφον δεῖ τὸ τῆς ὕλης
εἶναι, ἐν δὲ τοῖς ἐκεῖ ἀρίστοις οὖσιν οὐδὲν ἀόριστον οὐδὲ ἄμορφον,
οὐδ' ἂν ὕλη ἐκεῖ εἴη. Καὶ εἰ ἁπλοῦν ἕκαστον, οὐδ' ἂν δέοι ὕλης,
C ἵνα ἐξ αὐτῆς καὶ ἄλλου τὸ σύνθετον. Καὶ γιγνομένοις μὲν ὕλης
δεῖ, καὶ ἐξ ἑτέρων ἕτερα ποιουμένοις, ἀφ' ὧν καὶ ἡ τῶν αἰσθητῶν
ὕλη ἐνοήθη· μὴ γιγνομένοις δὲ, οὔ. Πόθεν δὲ ἐλήλυθε καὶ ὑπέστη;
εἰ γὰρ ἐγένετο, καὶ ὑπό τινος· εἰ δὲ ἀΐδιος, καὶ ἀρχαὶ πλείους· καὶ
κατὰ συντυχίαν τὰ πρῶτα· κἂν εἶδος δὲ προσέλθῃ, τὸ σύνθετον
D ἔσται σῶμα, ὥστε κἀκεῖ σῶμα.

1. Καὶ δὴ καὶ] Alterum καὶ abest a Cod. Mon. A.

2. αὐτὸν αὐτῶν τὸν θεὸν] Cod. Vind. αὐτὸν τῶν θέον. Cod. Marc. C. αὐτῷ pro αὐτῶν. Cf. annot.

3. πῶς] Cod. Mon. C. πως, uti correxi. in editis erat πῶς. Vide proxime.

ib. καὶ σῶμα] Cod. Mon. A. καὶ τὸ σῶμα.

4. Οἳ δὲ] Codd. Marc. A.B.C. οἱ δέ.

6. πρότεροι] Codd. Darm. Marc. B. (a pr. m.) Med. A. (a pr. m.) πρότερον.

ib. λέγουσιν] Ita scripsi pro λέγουσι ex Codd. Marc. A.B.C. Med. A.B. Vat. Vind. A.

9. τυγχάνει] Post hoc verbum inseruntur in Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vind. A. verba καὶ πῶς οὖσα τυγχάνει.

10. Εἰ δὴ] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. εἰ δ'; sed Med. A. supra lin. habet adpictum ὴ.

ib. δεῖ τὸ τῆς] Cod. Vind. A. χρῆ (sic) punctis subscriptis, omisso τό. Omittitur τὸ in Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.)

11. ἐκεῖ ἀρίστοις] Edit. ἀορίστοις; sed Codd. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A. (ex corr.) Par. A. Vat. ἀρίστοις; quos secuti sumus cum Fic. et Taylor.

ib. ἀόριστον] Cod. Leid. ἄριστον.

13. ἵνα] Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Vat. ἵν'.

ib. ἐξ αὐτῆς] Edit.: ἐξ αὐτοῦ, contra omnes Codd. nostri, ut marg. Ed., ἐξ αὐτῆς. Sed Vat. in m. αὐτῶν.

ib. καὶ ἄλλου] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. ἄλλον. Vind. A. ἄλλο^υ (sic).

ib. γιγνομένοις] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. (ex corr.) Mon. C. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. γινομένης. Et sic etiam paulo inferius. Mox Codd. Marc. A. Mon. C. ποιουμένοις̈ (sic). Vat. ποιουμένης.

16. εἰ δὲ ἀΐδιος] Codd. Marc. A. et Vat. εἰ δ'. Vat. in m. additum habet δή.

17. συντυχίαν] Cod. Vind. ξυντυχίαν.

ib. κἂν] Cod. Vat. καὶ, in m. κἂν.

18. ὥστε κἀκεῖ σῶμα] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. Vind. A.

riam non unam tantum ipsorum aliqui ponunt: sed alteram quidem et ipsi corporibus esse subjectam aiunt: de qua priores illi loquuntur. Alteram tamen in rebus intelligibilibus prioremque esse materiam, speciebus, quæ sunt illic, incorporeisque essentiis subditam.

II. *Rationes probantium in mundo intelligibili non esse materiam.*

Quam ob rem de hac ipsa prius est perquirendum, an sit, quid sit, et quo pacto. Si autem materiam esse oportet indefinitum aliquid et informe, in rebus vero incorporeis utpote optimis nihil indefinitum est, nihil informe, non erit ibi materia. Præterea si quodlibet illorum est simplex, nequaquam materia indiget, ex qua et alio quodam addito compositum quoddam conficiatur. Rursus in his, quæ gignuntur, atque sub his, quæ ex aliis alia gignunt, opus est materia, illis autem, quæ non gignuntur, minime. Siquidem in rebus sensibilibus materia ex ipsa generatione mutuaque permutatione videtur inventa. Denique unde nam materia apud illa processit et subsistit? Si enim facta est, certe est ab aliquo facta: sin autem sempiterna est, plura principia sunt: atque ea, quæ prima sunt omnium secundum contingentiam sunt: ac si species illic accedit, quod ita componitur, erit corpus. Itaque corpus illic insuper erit.

160

Πρῶτον μὲν οὖν λεκτέον, ὡς οὐ πανταχοῦ τὸ ἀόριστον ἀτιμαστέον· οὐδὲ ὃ ἂν ἄμορφον ᾖ τῇ ἑαυτοῦ ἐπινοίᾳ, εἰ μέλλει παρέχειν αὑτὸ τοῖς πρὸ αὑτοῦ καὶ τοῖς ἀρίστοις. οἷόν τι καὶ ψυχὴ, πρὸς νοῦν καὶ λόγον πέφυκε, μορφουμένη παρὰ τούτων, καὶ εἰς εἶδος βέλτιον ἀγομένη. Ἔν τε τοῖς νοητοῖς τὸ σύνθετον ἑτέρως, οὐχ ὡς τὰ σώματα· E
ἐπεὶ καὶ λόγοι σύνθετοι, καὶ ἐνεργείᾳ δὲ σύνθετον ποιοῦσι, τὴν ἐνεργοῦσαν εἰς εἶδος φύσιν. Εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλο, καὶ παρ᾽ ἄλλου, καὶ μᾶλλον. Ἡ δὲ τῶν γιγνομένων ὕλη, ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο εἶδος ἴσχει· τῶν δὲ ἀϊδίων ἡ αὐτὴ ταὐτὸν ἀεί. Τάχα δ᾽ ἀνάπαλιν ἡ ἐνταῦθα· ἐνταῦθα μὲν γὰρ παρὰ μέρος πάντα, καὶ ἓν ἑκάστοτε. Διὸ οὐδὲν ἐμμένει, ἄλλου ἄλλο ἐξωθοῦντος· διὸ οὐ ταὐτὸν ἀεί· ἐκεῖ δ᾽ ἅμα F
πάντα, διὸ οὐκ ἔχει εἰς ὃ μεταβάλλοι· ἤδη γὰρ ἔχει πάντα· οὐδέποτ᾽ οὖν ἄμορφος, οὔτε ἐκεῖ ἡ ἐκεῖ· ἐπεὶ οὐδ᾽ ἡ ἐνταῦθα, ἀλλ᾽ ἕτερον τρόπον ἑκατέρα· τὸ δὲ εἴτε ἀΐδιος, εἴτε γενομένη, ἐπειδὰν ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶ λάβωμεν, δῆλον ἔσται.

Ὁ δὴ λόγος ἡμῖν ὑποθεμένοις τὸ νῦν, εἶναι τὰ εἴδη, δέδεικται γὰρ G
ἐν ἄλλοις, προΐτω. Εἰ οὖν πολλὰ τὰ εἴδη, κοινὸν μέν τι ἐν αὐτοῖς

1. μὲν οὖν] Abest μὲν a Codd. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A. B. Vind. A.

ib. ὡς οὐ] Omissum est οὐ in Codd. Ciz. et Vind. A.

2. μέλλει] Edit. μέλλοι; sed Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Mon. A. Med. A.B. Vat. (in m. ut Ed.) μέλλει.

ib. αὐτὸ τοῖς] Cod. Ciz. τοῦτο τοῖς. Edit. αὐτό. Ficinum secutus sum.

4. πέφυκε] Codd. Marc. A. (seq. dist. maj.) Vind. A. πέφυκεν.

ib. εἰς εἶδος] Cod. Mon. A. ὡς εἶδος Vind. A. εἰς εἰς εἶδος.

5. ἑτέρως] Cod. Ciz. καὶ ἑτέρως.

6. σύνθετοι] Cod. Vind. A. σύνθετον.

7. Εἰ δὲ καὶ] Abest καὶ a Cod. Ciz.; et a Cod. Vat. proxime antecedens εἰς.

8. ἀεὶ ἄλλο] Cod. Ciz. καὶ ἄλλο. Idem mox ἔχει pro ἴσχει.

10. ἐνταῦθα μὲν] Abest ἐνταῦθα a Cod. Ciz.

11. ἄλλου ἄλλο] Cod. Marc. A. Mon. A. ἄλλο ἄλλο.

ib. διὸ οὐ ταὐτόν] Cod. Med. B. διὸ καὶ οὐ τ. Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. διὸ οὐκ αὐτόν. Cod. Leid. διὸ οὐδ᾽ αὐτόν. Cod. Mon. A. οὐ καὐτόν. Vind. A. οὖν αὐτὸν correctum in οὐ ταὐτόν.

ib. δ᾽ ἅμα] Codd. Marc. B.C. Vat. δὲ ἅμα.

12. διὸ—μεταβάλλοι] Desunt hæc in Cod. Ciz. Scripsi autem μεταβάλλοι pro μεταβάλλει ex Codd. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. Vind. A. In Cod. Med. A. est μεταβάλοι.

16. τὸ νῦν] Cod. Vind. A. τὸν νοῦν, in m. ab al. m. τό.

17. μέν τι] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. μέντοι.

III. *Solvit argumenta probantia, non esse in intelligibili mundo materiam.*

Principio dicendum est, non ubique, quod indefinitum est, esse penitus contemnendum, neque quod in ipsa sui notione sit informe, si modo se ipsum superioribus et optimis sit præbiturum. Quemadmodum et anima suapte natura ad intellectum rationemque se habet: quæ quidem ab his formatur, et in speciem perducitur meliorem. Accedit ad hæc, quod in intelligibilibus, quod compositum dicitur, se aliter habet: neque certe sicut corpora. Quandoquidem et rationes ipsæ compositæ sunt, atque actu compositum quoddam faciunt, ipsam scilicet naturam, quæ agit ad speciem. Si autem fertur ad aliud, nimirum et dependet ab alio, multoque magis. Item materia eorum, quæ gignuntur aliam semper et aliam habet speciem. Sempiternorum vero materia eadem semper possidet idem. Ferme vero hæc apud nos materia contra se habet, atque illa. Hæc enim per partes et alterne fit omnia, in singulisque temporibus singula: ideoque nihil usquam permanet, dum alia ab aliis extruduntur. Idcirco nihil semper est idem. In superis autem materia simul est cuncta. Cumque jam cuncta possideat, non habet omnino, in quod valeat permutari. Nunquam igitur materia illic est informis: quando neque informis unquam est materia nostra. Sed et in hoc aliter hæc atque illa se habet. Quod insuper dicebatur: utrum sempiterna sit an genita, tunc demum nobis erit perspectum, postquam quid ipsa sit ostenderimus.

IV. *Probat esse in intelligibili mundo materiam.*

Principio cum alibi ideas esse fuerit demonstratum, admittentes in præsentia ideas esse, ad

161
ἀνάγκη εἶναι· καὶ δὴ καὶ ἴδιον, ᾧ διαφέρει ἄλλο ἄλλου. Τοῦτο δὴ
A τὸ ἴδιον καὶ ἡ διαφορὰ ἡ χωρίζουσα ἡ οἰκεία ἐστὶ μορφή· εἰ δὲ
μορφὴ, ἔστι καὶ τὸ μορφούμενον, περὶ ὃ ἡ διαφορά. Ἔστιν ἄρα καὶ
ὕλη ἡ τὴν μορφὴν δεχομένη, καὶ ἀεὶ τὸ ὑποκείμενον· ἔτι εἰ κόσμος
νοητός ἐστιν ἐκεῖ, μίμημα δὲ οὗτος ἐκείνου, οὗτος δὲ σύνθετος, καὶ ἐξ
ὕλης, κἀκεῖ δεῖ ὕλην εἶναι· ἢ πῶς προσερεῖς κόσμον, μὴ ὕλην εἰς
εἶδος ἰδών; πῶς δὲ εἶδος, μὴ ἐφ' ᾧ τὸ εἶδος λαβών; ἀμερὲς μὲν γὰρ
B παντελῶς πάντη αὐτό· μεριστὸν δὲ ὁπωσοῦν. Καὶ εἰ μὲν διασπα-
σθέντα ἀπ' ἀλλήλων τὰ μέρη, ἡ τομὴ καὶ ἡ διαφορὰ [ὕλης] ὕλης
ἐστὶ πάθος· αὕτη γὰρ ἡ τμηθεῖσα. Εἰ δὲ πολλὰ ὂν ἀμέριστόν
ἐστι· τὰ πολλὰ ἐν ἑνὶ ὄντα ἐν ὕλῃ ἐστὶ ἑνὶ, αὐτὰ μορφαὶ αὐτοῦ
ὄντα. Τὸ γὰρ ἓν τοῦτο τὸ ποικίλον, νόησον ποικίλον καὶ πολύμορ-
C φον· οὐκοῦν ἄμορφον αὐτὸ πρὸ τοῦ ποικίλου. Εἰ γὰρ τῷ νῷ ἀφέ-
λοις τὴν ποικιλίαν, καὶ τὰς μορφὰς, καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὰ νοη-

1. καὶ ἴδιον] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A. Par. A. Vat. (in m. ut Ed.) ἀΐδιον. Marc. B. ἴΐδιον, superscripto ἀΐ, in marg. γράφεται καὶ ἴδιον. Pro ᾧ Cod. Par. A. habet ὅ.

ib. ἄλλο] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. ἄλλον, sed Vat. in m. ἄλλο.

2. ἡ οἰκεία] Cod. Mon. C. ἡ. Vat. οἰκία, in m. οἰκεῖα.

3. ἔστι καὶ] Omittunt καὶ, præter Darm. Marc. B. Par. A., omnes; sed Vat. in m. add.

ib. περὶ ὅ] Cod. Vind. A. περὶ οὗ.

ib. ἡ διαφορά. Ἔστιν ἄρα] Cod. Vat. ἡ διαφορά ἐστιν· ἄρα.

6. προσερεῖς] Ita, pro προσερεῖ, quod est in Ed., habent Codd. omnes.

ib. ὕλην εἰς εἶδος ἰδών] Ita Ed. nisi quod ibi perperam expressum est εἰδών. Cum marg. Ed. habet μὴ εἰς εἴδη ἰδών Cod. Marc. B., sed in m. εἶδος. Cod. Ciz. εἰς ὕλην εἶναι ἰδών. Codd. Darm. Marc. C. Par. A. omittunt ὕλην. Cod. Leid. omittit εἰς εἶδος. Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. omittunt εἶδος. Cod. Med. A. μὴ εἰς εἶδος ἰδών, sed in m. ab al. m. γρ— (superscr. αι) εἰς εἴδη. Vat. quoque in m. habet εἴδη. Med. B. item omisit εἶδος, sed in m. ab ead. m. additum est cf. Annot.

7. μὲν γὰρ] Cod. Par. A. omittit μέν.

9. ἡ διαφορὰ ὕλης] Cum marg. Ed. faciunt (ἡ διάπασις, (sic) ὕλης ἐστι πάθος) Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A., et marg. Vat. Abest alterum ὕλης a Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vind. A. Recte. Legendum videtur ἡ τομὴ καὶ ἡ διάσπασις ὕλης ἐστὶ πάθος.

11. ἐστὶ ἑνί] Codd. præter Ciz. (ubi est ἐστὶ τὸ ἑνὶ) omnes ἐστὶ τῷ ἑνί. Sed vox τῷ duo puncta habet superscripta, et in m. obelus est adpictus. Vid. Annot.

12. νόησον] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Vat. (in m. ut Ed.) Vind. A. νόησιν.

13. ποικίλου] Cum marg. Ed. habent ποικίλον Codd., præter Ciz. et Par. A., omnes. Sed Ciz. post hoc vocabulum hæc inserit εἰ γὰρ τῷ νῷ ἀφέλοις νόησιν ποικίλον καὶ πολύμορφον, οὐκ οὖν ἄμορφον αὐτὸ πρὸ τοῦ ποικίλου. Hinc sequitur, ut in Ed., εἰ γὰρ τῷ νῷ κ. τ. λ. Vid. Annot.

ib. ἀφέλοις] Cod. Med. A. ἀφέλῃς.

institutum progrediamur. Profecto si plures ibi sunt species, commune quiddam in ipsis esse necessarium est: rursusque proprium quoad aliud ab alio distinguatur. Hoc utique proprium atque hæc separans differentia, forma certe est propria. Quod si illic est forma, est insuper et formatum, circa quod differentia est. Subest itaque materia, quæ illam accipiat formam, perpetuoque subjectum. Præterea si intelligibilis illic mundus existit, hic vero noster illius est imitatio, atque componitur ex materia, illic quoque oportet esse materiam. Alioquin quanam ratione mundum ornatumque appellabis, nisi speciem sive species contempleris? Quo autem modo contuebere speciem, nisi id quoque, in quo species est, comprehendas? Indivisibilis quidem prorsus est ubique mundus ipse superior, et quadam rursus conditione dividuus. Ac si partes ejus inter se dispersæ sint: sectio ipsa atque dispersio est quædam materiæ passio: Ipsa enim est proprie, quæ passa dicitur sectionem. Sin autem, quæ multa illic sunt, unum ens impartibile sint: nimirum multa illa in uno existentia, in uno illo sunt ceu materia, ipsaque ipsius sunt formæ. Unum namque ipsum, quod est varium, considerandum in primis est varium atque multiforme. Considerandum rursus velut informe, antequam varium. Si enim cogitatione illinc abstuleris varietatem, formas, rationes, intelligentias, procul dubio, quod hæc antecedit, informe indefinitumque occurrit: nihilque apparet eorum, quæ penes ipsum in ipsoque sunt.

161
ματα, τὸ πρὸ τούτων ἄμορφον καὶ ἀόριστον· καὶ τούτων οὐδὲν τῶν
ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐν αὐτῷ.

Εἰ δ' ὅτι ἀεὶ ἔχει ταῦτα, καὶ ὁμοῦ ἓν ἄμφω, καὶ οὐχ ὕλη ἐκεῖνο,
οὐδ' ἐνταῦθα ἔσται τῶν σωμάτων ὕλη. Οὐδέποτε γὰρ ἄνευ μορφῆς,
ἀλλ' ἀεὶ ὅλον σῶμα· σύνθετον μὴν ὅμως· καὶ νοῦς εὑρίσκει τὸ διτ- D
τόν· οὗτος γὰρ διαιρεῖ, ἕως εἰς ἁπλοῦν ἥκῃ, μηκέτι αὐτὸ ἀναλύεσθαι
δυνάμενον· ἕως δὲ δύναται, χωρεῖ αὐτοῦ εἰς τὸ βάθος. Τὸ δὲ βάθος
ἑκάστου ἡ ὕλη· διὸ καὶ σκοτεινὴ πᾶσα, ὅτι τὸ φῶς ὁ λόγος, καὶ ὁ
νοῦς λόγος. Διὸ τὸν ἐφ' ἑκάστου λόγον ὁρῶν, τὸ κάτω, ὡς ὑπὸ τὸ
φῶς, σκοτεινὸν ἥγηται· ὥσπερ ὀφθαλμὸς φωτοειδὴς ὢν, πρὸς τὸ φῶς E
βαλὼν, καὶ χρόας φῶτα ὄντα, τὰ ὑπὸ τὰ χρώματα σκοτεινὰ καὶ
ὑλικὰ εἶναι λέγει, κεκρυμμένα τοῖς χρώμασιν. Διάφορόν γε μὴν τὸ
σκοτεινὸν τό, τε ἐν τοῖς νοητοῖς, τό, τε ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὑπάρχει·
διάφορός τε ἡ ὕλη, ὅσον καὶ τὸ εἶδος τὸ ἐπικείμενον ἀμφοῖν διάφο-
ρον· ἡ μὲν γὰρ θεία, λαβοῦσα τὸ ὁρίζον αὐτὴν, ζωὴν ὡρισμένην καὶ
νοερὰν ἔχει· ἡ δὲ ὡρισμένον μέν τι γίγνεται, οὐ μὴν ζῶν, οὐδὲ F

1. ἀόριστον] Cod. Leid. ἀνίκητον.
ib. καὶ τούτων] Edit. τοῦτο, sed Codd. omnes, præter Par. A. et marg. Vat., habent καὶ τούτων, quos sequimur.
5. ἀλλ' ἀεί] Cod. Vat. ἀλλὰ εἰ, in m. ut Ed. Idem mox, μὲν, sed in m. μήν.
6. ἥκῃ] Ita nonnisi Darm. Marc. C. Mon. A. Med. A. et marg. Vat. Sed Ciz. Marc. B. Med. A. Par. A. Vat. Vind. A. ἥκει; reliqui ἥκοι. Male.
7. ἕως δὲ—ἡ ὕλη] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. (in m. add.) Vind. A.
8. καὶ ὁ νοῦς λόγος] Desunt hæc in Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. Vind. A. In Cod. Med. B. est ὁ λόγος.
9. Διὸ τὸν] Cod. Ciz. διὸ τό.
10. ἥγηται] Cod. Vat. ἡγεῖται.
11. φῶτα] καὶ ante φῶτα est nonnisi in Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Par. A. et marg. Vat. et in Edit. Delevimus.
ib. τὰ ὑπὸ—κεκρυμμένα] Absunt a Cod. Mon. C.
12. χρώμασιν] Cum marg. Ed. habent χρώμασιν Codd. Ciz. Darm. Marc. B.C. Med. B. Par. A. Vat. In Vind. A. est σώμασι, ut in Edit.
14. ὅσον καὶ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Med. B. Vat. Vind. A. ὅσῳ καί.
ib. τὸ ἐπικείμενον—ὑπολαμβάνειν λέγειν] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. Sed Vat. ea in marg. habet, ubi hæ lectiones: ὡρισμένη—μέντι; Illud pro ὡρισμένον. Desunt tamen ibidem: ὥστε καὶ τὸ ὑποκ. εἴδωλον.
15. ἡ μὲν] Cod. Darm. εἰ μέν.
ib. ὁρίζον αὐτὴν] Codd. Darm. et Med. A. ὡρισμένον αὐτῇ. Sed Med. A. in v. αὐτῇ rasuram habet, et in m. ab al. m. ὁρίζον. Cod. Par. A. ὁρισμένον αὐτοῖς.
16. μέν τι] μέντι cum marg. Ed. habent Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. et marg. Vat. Hoc recepi. Edit. habet μέντοι.

V. *Solvit, quæ objici possent superioribus: et dicta confirmat.*

Si autem ex eo, quod essentia ejusmodi semper hæc habet, simulque ambo sunt unum, dicatur, non esse ibi materiam: sequetur, ut neque etiam hic sit materia corporum. Nunquam enim materia hæc est absque forma, sed semper totum corpus: nihiloque minus est compositum. Atque intellectus duplicitatem invenit. Hic enim dividit quousque ad id, quod simplex est, pervenerit: quod videlicet ulterius resolvi non valeat. Quatenus vero referri in aliud potest, in ejus profundum penetrando progreditur. Profundum denique uniuscujusque est materia. Quapropter materia omnis est tenebrosa, quoniam ipsa ratio lumen est, et ipse intellectus est ratio. Itaque rationem in unoquoque perspiciens, id quod inferius est, quasi sub lumine obscurum esse conjectat. Quemadmodum oculus, cum sit luminosus, in lumen aspiciens simulque in colores, qui lumina quædam sunt, adducit, ut dicas, ea, quæ sub coloribus latent, obscura materialiaque restare, coloribus adoperta. Veruntamen longe discrepat, quod tenebrosum rebus intelligibilibus, quodve rebus sensibilibus subesse conjicimus: tantoque differt ab hac materia illa, quanto species inhærens illi a specie, quæ huic inhæret, est differens. Divina enim materia accipiens, quod eam terminat, vitam determinatam intellectualemque nanciscitur. Hæc autem determinatum quidem aliquid fit: neque tamen vivens, neque intellectuale quicquam, sed vita vacuum

161
νοοῦν, ἀλλὰ νεκρὸν κεκοσμημένον. Καὶ ἡ μορφὴ δὲ εἴδωλον, ὥστε
καὶ τὸ ὑποκείμενον εἴδωλον· ἐκεῖ δὲ ἡ μορφὴ ἀληθινὸν, ὥστε καὶ τὸ
ὑποκείμενον. Διὸ καὶ τοὺς λέγοντας οὐσίαν τὴν ὕλην, εἰ περὶ ἐκεί-
νης ἔλεγον, ὀρθῶς ἔδει ὑπολαμβάνειν λέγειν. Τὸ γὰρ ὑποκείμενον
ἐκεῖ οὐσία· μᾶλλον δὲ μετὰ τοῦ ἐπ' αὐτῇ νοουμένη, καὶ ὅλη οὖσα
G πεφωτισμένη οὐσία. Πότερα δὲ ἀΐδιος ἡ νοητὴ, ὁμοίως ζητητέον,
ὡς ἄν τις καὶ τὰς ἰδέας ζητοῖ· γεννητὰ μὲν γὰρ, τῷ ἀρχὴν ἔχειν·
162 ἀγέννητα δὲ, ὅτι μὴ χρόνῳ τὴν ἀρχὴν ἔχει, ἀλλ' ἀεὶ παρ' ἄλλου,
οὐχ ὡς γιγνόμενα ἀεὶ, ὥσπερ ὁ κόσμος, ἀλλὰ ὄντα ἀεὶ, ὥσπερ ὁ
ἐκεῖ κόσμος. Καὶ γὰρ ἡ ἑτερότης ἡ ἐκεῖ ἀεὶ τὴν ὕλην ποιεῖ· ἀρχὴ
γὰρ ὕλης αὕτη, ἡ κίνησις ἡ πρώτη· διὸ καὶ αὕτη ἑτερότης ἐλέγετο,
ὅτι ὁμοῦ ἐξέφυσαν κίνησις καὶ ἑτερότης. Ἀόριστον δὲ καὶ ἡ κίνησις
καὶ ἡ ἑτερότης ἡ ἀπὸ τοῦ πρώτου, κἀκείνου πρὸς τὸ ὁρισθῆναι δεό-
B μενα. Ὁρίζεται δὲ, ὅταν πρὸς αὐτὸ ἐπιστραφῇ· πρίν δὲ, ἀόριστον
καὶ ἡ ὕλη καὶ τὸ ἕτερον, καὶ οὔπω ἀγαθὸν, ἀλλὰ ἀφώτιστον ἐκείνου.
Εἰ γὰρ παρ' ἐκείνου τὸ φῶς, τὸ δεχόμενον τὸ φῶς, πρὶν δέξασθαι
φῶς, οὐκ ἔχει ἀεὶ, ἀλλὰ ἄλλο ὂν ἔχει, εἴπερ τὸ φῶς παρ' ἄλλου.

5. μετὰ τοῦ] Edit. τοῦ μετὰ, sed libri omnes præter Leid. Mon. C. et Vat. μετὰ τοῦ.

7. ζητοῖ] Codd. Ciz. Mon. C. (sed cum rasura) A. Vat. ζητεῖ. Leid. Marc. A. (sed cum punctis) C. ζητῇ.

ib. γεννητὰ] Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A. (ex corr.) B. γενητά.

8. ἀγέννητα] Codd. Marc. B.C. ἀγένητα. Cod. Med. B. ἀγενητά.

ib. χρόνῳ] Edit. χρόνον: Codd. omnes cum marg. Ed. χρόνῳ: quod recepi cum Ficin.

ib. ἔχει] Cod. Vat. ἔχειν sed ν erasum. Statim idem ἀλλὰ εἰ, in m. ἀλλ' ἀεί.

9. ὁ ἐκεῖ] Abest ὁ a Cod. Leid. In præcedentibus malim: ὥσπερ ὅδε ὁ κόσμος.

10. τὴν ὕλην] Codd. Marc. A.C. Mon. C. Par. A. ἢ τὴν ὕλην. Codd. Vat. et Vind. A. ἢ τὴν ὕλην. Sed in utroque punctis additis spurium esse significatur ἤ.

11. ὕλης αὕτη] Cod. Marc. A. et Vat. (hic a pr. m.) ὕλης αὐτή.

12. καὶ ἡ κίνησις] Abest καὶ a Cod. Marc. A. Proximum ἡ ante ἑτερότης abest a Cod. Vat.

14. πρὸς αὐτὸ ἐπιστραφῇ] Edit. πρὸς αὐτῷ, sed Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vind. A. αὐτό. Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A. (a pr. m.) ἐπιγραφῇ.

15. ἀλλὰ ἀφώτιστον] ἀλλ' ἀφώτιστον est in Codd. Marc. A.B.C. Mon. C.

16. ἐκείνου τὸ φῶς] Cod. Leid. ἐκείνου τὸ φῶς, τὸ φῶς.

ib. τὸ δεχόμενον τὸ φῶς] Cod. Ciz. hæc omittit.

ib. δέξασθαι φῶς] Codd. Marc. A.C. Mon. C. δέξασθαι, φῶς—. Vocem φῶς omittit Cod. Par. A. ἐν τοῖς νοητοῖς. Edit. νοητῆς, sed cum marg. Ed. habent ἐν τοῖς νοητοῖς Codd. Darm. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. et marg. Vat. et ita Ficin. In Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. est ἐν τοῖς αὐτοῖς.

quiddam quamvis ornatum. Forma quinetiam hæc imaginaria est: ideoque imaginarium est (etiam) subjectum. Illic autem et forma vera res est: et subjectum consequenter essentia vera. Quam ob rem, qui materiam essentiam esse dicunt, si modo de illa loquuntur, existimandi sunt recte sentire. Quod enim illic est subjectum, essentia est: imo vero una cum eo, quod est in ipso consideratum. Essentia enim re vera est id totum jam luminosum. Quod autem quæritur, utrum intelligibilis illa materia sempiterna sit necne: perinde se habet, ac si quis percontaretur, an ideæ sint sempiternæ. Genita quidem illa sunt, qua ratione principium habent: ingenita vero propterea, quod non tempore habent principium, sed sunt semper ab alio, non quasi quæ fiant inde semper, ut hic mundus, sed existentia semper, sicut ille mundus. Etenim quæ illic alteritas est materiam semper efficit. Hæc enim principium est materiæ, primaque motio. Quapropter et hæc dicta est alteritas: quoniam motio et alteritas inde sunt simul exortæ. Indeterminata vero et motio est et alteritas, quæ a primo dependent, egentque illo, quo terminentur. Terminantur autem, quando convertuntur ad ipsum. Ante vero indeterminatum id est materiaque et alterum, atque nondum est bonum, sed quiddam boni lumine vacuum. Si enim a bono lumen emicat, nimirum quod capit lumen, antequam capiat, non (semper) habet

162

Καὶ περὶ μὲν τῆς ἐν τοῖς νοητοῖς ὕλης, πλείω τῶν προσηκόντων παραγυμνωθέντα, ταύτῃ.

Περὶ δὲ τῆς τῶν σωμάτων ὑποδοχῆς ὧδε λεγέσθω. Ὅτι μὲν οὖν C δεῖ τι τοῖς σώμασιν ὑποκείμενον εἶναι, ἄλλο ὂν παρ' αὐτὰ, ἥτε εἰς ἄλληλα μεταβολὴ τῶν στοιχείων δηλοῖ. Οὐ γὰρ παντελὴς τοῦ μεταβάλλοντος ἡ φθορά· ἢ ἔσται τις οὐσία, εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπολλυμένη· οὐδ' αὖ τὸ γενόμενον ἐκ τοῦ παντελῶς μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν ἐλήλυθεν, ἀλλ' ἔστιν εἴδους μεταβολὴ, ἐξ εἴδους ἑτέρου. Μένει δὲ τὸ δεξάμενον τὸ εἶδος τοῦ γενομένου, καὶ ἀποβαλὸν θάτερον. Τοῦτό τε D οὖν δηλοῖ καὶ ὅλως ἡ φθορά· συνθέτου γάρ· εἰ δὲ τοῦτο, ἐξ ὕλης καὶ εἴδους ἕκαστον· ἥτε ἐπαγωγὴ μαρτυρεῖ, τὸ φθειρόμενον σύνθετον δεικνῦσα. Καὶ ἡ ἀνάλυσις δέ· οἷον εἰ ἡ φιάλη εἰς τὸν χρυσὸν, ὁ δὲ χρυσὸς εἰς ὕδωρ, καὶ τὸ ὕδωρ δὲ φθειρόμενον, τὸ ἀνάλογον ἀπαιτεῖ. Ἀνάγκη δὲ τὰ στοιχεῖα ἢ εἶδος εἶναι, ἢ ὕλην πρώτην, ἢ ἐξ ὕλης E καὶ εἴδους· ἀλλ' εἶδος μὲν, οὐχ οἷόν τε· πῶς γὰρ ἄνευ ὕλης, ἐν ὄγκῳ καὶ μεγέθει; ἀλλ' οὐδ' ὕλη ἡ πρώτη· φθείρεται γάρ· ἐξ ὕλης ἄρα καὶ εἴδους. Καὶ τὸ μὲν εἶδος, κατὰ τὸ ποιὸν καὶ τὴν μορφήν· ἡ δὲ, κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀόριστον, ὅτι μὴ εἶδος.

2. *παραγυμνωθέντα*] Unus Cod. Ciz. *παραγυμνασθέντα*, Vid. Annot.

4. *δεῖ τι*] Cod. Vat. *δεῖται*, in m. *δεῖ τι*.

ib. *παρ' αὐτὰ*] Codd. Marc. C. Mon. C. *παρὰ αὐτά*. Sequitur *ἦτι* in Cod. Vat. Possis etiam conjicere *ἥδε*, hæcce, *δεικτικῶς*. Sed videtur respondere membro, quod infra est: *ἥτε ἐπαγωγὴ μαρτυρεῖ*.

6. *ἢ ἔσται τις*] Cod. Mon. A. *εἰ* pro *ἢ*, Ciz. *τι* pro *τις*.

ib. *ἀπολλυμένη*] Codd., præter Darm. Mon. A. Med. A. Par. A. et marg. Vat., omnes *ἀπολομένη*.

7. *γενομενον*] Cod. Ciz. *γεννώμενον* et idem mox *γεννωμένου*.

9. *ἀποβαλὸν*] Ita scribendum fuit pro *ἀποβαλὼν* ex Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C.

10. *συνθέτου*] Codd. Marc. B. (a pr. m.) Darm. Med. A. (a pr. m.) *σύνθετον*.

ib. *εἰ δὲ τοῦτο*] Codd. Darm. et Marc. B. (hic a pr. m.) *ἡ δὲ τοῦτο*.

ib. *ὕλης καὶ εἴδους*] Codd. Marc. A. Mon. C. *εἴδους καὶ ὕλης*. Cod. Med. A. *ὕλης εἴδους*.

12. *ἀνάλυσις δὲ*] Cod. Vat. *διάλυσις*, in m. ut Ed.

14. *ἢ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους*] Cod. Marc. A. *ἢ ἐξ εἴδους*. Marc. C. *ἢ ἐξ εἴδους καὶ ὕλης*.

16. *οὐδ' ὕλη*] Codd. Marc. A.B.C. Vat. *οὐδὲ ὕλη*.

17. *ἡ δὲ*] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. *εἰ δέ*. Sed Vat. et Vind. A. ab al. m. *εἰ*.

18. *ἀόριστον*] Edit. *ἀόρατον*. Cum marg. Ed. habent *ἀοριστον* Codd. Darm. Marc. B. (in marg.) C. (a pr. m.) Med. A.B. Par. A. (in m. *ἀώρατον*) et marg. Vat. Lectionem marginis et sensus poscit et expresserunt Fic. et Taylor.

lumen: et quatenus habet, ipsum quidem velut aliud, illud habet ut aliud: si quidem lumen ipsum procedit ab alio. Hactenus de intelligibilis mundi materia forte ulterius quam disputatio hæc exigebat, fuerit disputatum.

VI. *Probat, in corporibus esse materiam primam.*

De susceptaculo vero corporum deinceps ita dicatur. Principio quod oporteat corporibus aliquid esse subjectum, quod aliud quiddam sit, præter corpora, mutua elementorum commutatio nobis ostendit. Quod enim transmutatur non omnino corrumpitur: alioquin essentia quædam in non ens penitus evanesceret: neque rursus, quod fit, ex eo, quod nullo modo est, efficitur. Sed commutatio quædam ex specie altera fit in alteram. Permanet autem, quod genitæ rei speciem induit, dum exuit alteram. Constat hoc insuper ex interitu. Hic enim pertinet ad compositum. Quod si ita est, ex materia et forma est unumquodque caducum. Inductio quoque testatur, quod dissolvitur esse compositum. Resolutio rursus idem nobis ostendit. Veluti si phiala resolvatur in aurum: aurum vero resolvatur in aquam: aqua denique simili ratione, cum perit, proportionale aliquid exigat. Præterea necesse est elementa vel speciem, vel materiam primam esse, vel ex materia simul specieque constare. Speciem quidem esse impossibile est. Quo enim pacto si absque materia sint, molem magnitudinemque habebunt? Sed neque etiam prima

162 Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὰ στοιχεῖα ἐν ὕλῃ θέμενος, ἀντιμαρτυροῦσαν
F ἔχει τὴν φθορὰν αὐτῶν. Ἀναξαγόρας δὲ τὸ μίγμα ὕδωρ ποιῶν, οὐκ
ἐπιτηδειότητα πρὸς πάντα, ἀλλὰ πάντα ἐνεργείᾳ ἔχειν λέγων, ὃν
εἰσάγει νοῦν ἀναίρει, οὐκ αὐτὸν τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος διδόντα
ποιῶν, οὐδὲ πρότερον τῆς ὕλης, ἀλλ' ἅμα. Ἀδύνατον δὲ τὸ ἅμα·
εἰ γὰρ μετέχει τὸ μίγμα τοῦ εἶναι, πρότερον τὸ ὄν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο
G ὄν, καὶ τὸ μίγμα, κἀκεῖνο, ἄλλου ἐπ' αὐτοῖς δεήσει τρίτου. Εἰ οὖν
πρότερον ἀνάγκη τὸν δημιουργὸν εἶναι, τί ἔδει τὰ εἴδη κατὰ σμικρὰ
ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι; εἶτα τὸν νοῦν διὰ πραγμάτων ἀνηνύτων διακρίνειν;
163 ἐξὸν ἀποίῳ οὔσῃ, τὴν ποιότητα καὶ τὴν μορφὴν ἐπὶ πᾶσαν ἐκτεῖναι.
Τό, τε πᾶν ἐν παντὶ εἶναι πῶς οὐκ ἀδύνατον; Ὁ δὲ τὸ ἄπειρον
ὑποθεὶς, τί ποτε τοῦτο, λεγέτω· καὶ εἰ οὕτως ἄπειρον, ὡς ἀδιεξίτητον, ὡς οὐκ ἔστι τοιοῦτόν τι ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε αὐτοάπειρον, οὔτε
ἐπ' ἄλλῃ φύσει, ὡς συμβεβηκὸς σώματί τινι. Τὸ μὲν αὐτοάπειρον,
B ὅτι καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης ἄπειρον· τὸ δὲ ὡς συμβεβηκὸς,
ὅτι τὸ ᾧ συμβέβηκεν, ἐκεῖνο οὐκ ἂν καθ' ἑαυτὸ ἄπειρον εἴη, οὐδὲ
ἁπλοῦν, οὐδὲ ὕλη ἔτι δῆλον· ἀλλ' οὐδὲ αἱ ἄτομοι τάξιν ὕλης ἕξουσιν,
αἱ τοπαράπαν οὐκ οὖσαι· τμητὸν γὰρ πᾶν σῶμα, κατὰ πᾶν, καὶ τὸ

2. *ποιῶν*] Cod. Marc. C. *πιῶν*.
3. *ἐπιτηδειότητα*] Codd. Marc. B. (supra lin.) Med. A. (a pr. m.) Par. A. *ἐπιτηδειότατα*. Proxime Steinhart de dialectica Plotini ratione p. 40. not. 153. conjicit: *Ἀναξαγόρας τὸ μίγμα ὕλην ποιῶν*: "*qui mixturam suam* (homœomeriarum) *tanquam materiam proponit.*"
4. *εἰσάγει νοῦν ἀναίρει*] Cod. Ciz. *εἰσάγειν οὖν*. Vat. *εἰσάγειν νοῦν*. Ex eodem rescripsi *ἀναίρει* pro *ἀναιρεῖ*, et mox ex Ciz. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. *πρότερον* pro *πρώτερον*, quod est in Ed.
7. *καὶ τὸ μίγμα*] Vocem *καὶ* cum Ed. solus Par. A. agnoscit. Fortasse scripsit Plotinus *εἰ δὲ καὶ ταὐτὸ καὶ τὸ μίγμα κἀκεῖνο*.
ib. *ἐπ' αὐτοῖς*] Cod. Vat. *ἐπ' αὐτῆς*, in m. ut Ed.
8. *ἔδει τὰ*] Desunt hæc in Cod. Ciz.
12. *τοῦτο*] Cod. Marc. A. *τούτῳ*.
13. *τοιοῦτον*] Cod. Leid. *τὸ τοιοῦτον*.
ib. *αὐτοάπειρον*] Cod. Ciz. *αὐτὸν ἄπειρον*. Cod. Vat. *αὐτὸ ἄπειρον*; in m. ut Ed.
15. *αὐτοῦ*] Cod. Ciz. *τοῦ*. Mox legendum videtur: *ὅτι ᾧ συμβέβηκεν ἐκεῖνο* deleto *τὸ* et commate ante *ἐκεῖνο*.
17. *ὕλη ἔτι*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (a pr. m.) Par. A. Vat. (in marg.) ut marg. Ed. *ὕλη ἐστί*.
ib. *ὕλης*] Abest a Cod. Marc. B.
ib. *ἕξουσιν*] Codd. Darm. Med. A. Par. A. Vat. Vind. A. (hic a pr. m.) *ἔχουσιν*.
18. *οὐκ οὖσαι*] Cod. Vat. *οἰκοῦσαι*, in m. ut Ed.

materia sunt: quoniam dissolvuntur. Itaque ex materia simul et specie componuntur. Ac species quidem ad qualitatem spectat et formam, materia vero pertinet ad subjectum. Et id quidem, quia non sit species, non terminatum

VII. *Confutat opiniones falsas de materia.*

Proinde contra Empedoclem pro materia elementa ponentem, elementorum corruptio ipsa reclamat. Anaxagoras autem misturam quandam inducens, velut aquam, dicensque hanc non aptitudinem quandam habere ad omnia, sed actu omnia continere: profecto intellectum, quem introduxerat, tollit e medio. Quippe cum non eum dicat formam speciemque tribuere, neque priorem esse materia, sed cum materia simul. Impossibile quidem est simul esse. Si enim mistura ipsius esse est particeps, certe ens ipsum antiquius est. Quod si et ipsum ens mistura quædam est, alio quodam his opus est tertio. Quam ob rem si necesse est rerum artificem esse priorem, quidnam oportuit species secundum exigua in materia esse? deinde intellectum inextricabili negotio confusa discernere? Cum liceat materiæ, siquidem sit non qualis, imprimere qualitatem, atque formam per totam extendere. Postremo qua ratione fieri possit, ut in quolibet omnia sint, profecto non video. Qui autem infinitum materiæ loco ponit, quid hoc ipsum sit, debet exponere. Ac si ita infinitum est, ut id pertransire quis nequeat, meminisse oportet, non posse ejusmodi quicquam in rebus existere, neque si

163

συνεχὲς δὲ τῶν σωμάτων καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ μὴ οἷόν τε ἄνευ νοῦ
ἕκαστα καὶ ψυχῆς, ἣν ἀδύνατον ἐξ ἀτόμων εἶναι, ἄλλην τε φύσιν C
παρὰ τὰς ἀτόμους ἐκ τῶν ἀτόμων δημιουργεῖν, οὐχ οἷόν τε· ἐπεὶ καὶ
οὐδεὶς δημιουργὸς ποιήσει τι ἐξ οὐχ ὕλης συνεχοῦς. Καὶ μυρία ἂν
λέγοιτο πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, καὶ εἴρηται, διὸ ἐνδιατρίβειν πε-
ριττὸν ἐν τούτοις.

Τίς οὖν ἡ μία αὕτη καὶ συνεχὴς, καὶ ἄποιος λεγομένη; καὶ ὅτι
μὲν μὴ σῶμα εἴπερ ἄποιος, δῆλον· ἢ ποιότητα ἕξει. Λέγοντες δὲ
πάντων αὐτὴν εἶναι τῶν αἰσθητῶν, καὶ οὐ τινῶν μὲν ὕλην, πρὸς D
ἄλλα δὲ εἶδος οὖσαν· οἷον τὸν πηλὸν, ὕλην τῷ κεραμεύοντι, ἁπλῶς
δὲ, οὐχ ὕλην· οὐ δὴ οὕτως, ἀλλὰ πρὸς πάντα λέγοντες, οὐδὲν ἂν
αὐτῇ προσάπτοιμεν τῇ αὐτῆς φύσει, ὅσα ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς ὁρᾶται.
εἰ δὴ τοῦτο, πρὸς ταῖς ἄλλαις ποιότησιν, οἷον χρώμασι καὶ θερμό-
τησι καὶ ψυχρότησιν, οὐδὲ τὸ κοῦφον, οὐδὲ τὸ βάρος, οὐ πυκνὸν, E
οὐχ ἀραιὸν, ἀλλ' οὐδὲ σχῆμα· οὐ τοίνυν οὐδὲ μέγεθος· ἄλλο γὰρ τὸ
μεγέθει, ἄλλο τὸ μεμεγεθυσμένῳ εἶναι· ἄλλο τὸ σχήματι, ἄλλο τὸ
ἐσχηματισμένῳ. Δεῖ δὲ αὐτὴν μὴ σύνθετον εἶναι, ἀλλὰ ἁπλοῦν καὶ

4. τι ἐξ οὐχ] Codd. Ciz. Leid. Marc. C. Mon. A.C. Vat. Vind. A. omittunt τι. Cod. Ciz. omittit etiam οὐχ.
5. διο] Cod. Ciz. διὸ καί.
7. Τίς οὖν] Cod. Mon. A. τί οὖν.
9. μὲν ὕλην] Cod. Vat. μὴ, in m. μέν. Cod. Vind. A. ὕλη et ita etiam lin. seq. cum Codd. Mon. A.C.
11. οὐ δὴ] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. (a pr. m.) οὐδέ.
12. αὐτῆς φύσει] Cod. Marc. A. αὐτῆς φύσει.
14. οὐδὲ τὸ] Edit. οὐδὲν τὸ, sed Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. Vat. Vind. A. οὐδὲ τό. Sed in Cod. Vat. vox οὐδὲ punctorum circulo circumscripta est.
ib. πυκνὸν] Ita Codd. Marc. B.C. Med. A.B. Vat., sed Cod. Marc. A. πικρόν. Reliqui cum Ed. πικνὸν, quod nihili est.
15. ἀραιὸν] Ita, forma Attica, pro ἀραιὸν (quod est in Ed. quamquam præcedit οὐχ) exhibent Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Par. A. Vat.
ib. γαρ το] Edit. τὸ, sed Codd. Marc. A.C. Mon. C. Ciz. Par. A. Vat. γὰρ τό. Tum in Vat. desunt verba μεγέθει, ἄλλο τὸ, quæ in marg. adduntur.
16. μεμεγεθυσμένῳ] Cod. Darm. μεγεθισμένῳ. Marc. B. Med. A.B. μεγεθυσμένῳ.
17. ἀλλὰ ἁπλοῦν] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. ἀλλ' ἁπλοῦν. Sequens τι deest in Vat., in m. add.

B Πῶς οὖν ἐκεῖ καὶ ἐνταῦθα; ἢ διττὸν καὶ τὸ ἄπειρον. Καὶ τί διαφέρει; ὡς ἀρχέτυπον καὶ εἴδωλον. Ἐλαττόνως οὖν ἄπειρον τοῦτο; ἢ μᾶλλον· ὅσῳ γὰρ εἴδωλον πεφευγὸς τὸ εἶναι τὸ ἀληθὲς, μᾶλλον ἄπειρον· ἡ γὰρ ἀπειρία ἐν τῷ ἧττον ὁρισθέντι μᾶλλον, τὸ γὰρ ἧττον ἐν τῷ ἀγαθῷ, μᾶλλον ἐν τῷ κακῷ. Τὸ ἐκεῖ οὖν, μᾶλλον ὂν, εἴδωλον ὡς ἄπειρον· τὸ δὲ ἐνταῦθα ἧττον, ὅσῳ πέφευγε τὸ εἶναι καὶ τὸ ἀλη-
C θὲς, εἰς δὲ εἰδώλου κατεῤῥύη φύσιν, ἀληθέστερον ἄπειρον. Τὸ αὐτὸ οὖν τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀπείρῳ εἶναι; ἢ ὅπου λόγος καὶ ὕλη, ἄλλο ἑκάτερον. ὅπου δὲ ὕλη μόνον, ἢ ταὐτὸν λεκτέον, ἢ ὅλως, ὃ καὶ βέλτιον, οὐκ εἶναι ἐνθάδε τὸ ἀπείρῳ εἶναι· λόγος γὰρ ἔσται ὃς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἀπείρῳ, ἵν᾽ ᾖ ἄπειρον. ἄπειρον μὲν δὴ παρ᾽ αὑτῆς τὴν ὕλην
D λεκτέον, ἀντιτάξει τῇ πρὸς τὸν λόγον. Καὶ γὰρ ὥσπερ ὁ λόγος, οὐκ ἄλλο τι ὢν, ἐστὶ λόγος, οὕτω καὶ τὴν ὕλην ἀντιτεταγμένην τῷ λόγῳ κατὰ τὴν ἀπειρίαν, οὐκ ἄλλο τι οὖσαν, λεκτέον ἄπειρον.

Ἆρ᾽ οὖν καὶ ἑτερότητι ταὐτὸν, ἢ οὔ ἀλλὰ μορίῳ ἑτερότητος, ἀντιταττομένῳ πρὸς τὰ ὄντα κυρίως, ἃ δὴ λόγοι. Διὸ καὶ μὴ ὂν, οὕτω

1. ἀλλὰ ποιοῦντος] Cod. Vat. ἀλλ᾽ ἀποιοῦντος.
2. ἢ διττὸν] Cod. Leid. καὶ διττόν.
ib. καὶ τὸ ἄπειρον] Codd., excepto Par. A.; omnes καὶ τὸ ἄπειρον. Ed. καὶ ἀπ.
4. ἄπειρον· ἢ—ἀγαθῷ, μᾶλλον] Desunt hæc omnia in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. Vind. A. Sed Vat. habet in marg.
7. δὲ ἐνταῦθα] Codd. Marc. A.B. Vat. δ᾽ ἐνταῦθα.
ib. τὸ εἶναι] Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. C. τὲ εἶναι et ita Fic. Edit. τῷ εἶναι.
8. εἰς δὲ—ἄπειρον] Ita, ut Ed., solus Cod. Vind. A. Cum marg. Ed. [εἰς δὲ εἴδωλον κατεῤῥύη, φύσιν ἀληθεστέρως ἄπειρον·] faciunt Codd. Ciz. (nisi quod abest ἄπειρον) Leid. (nisi quod incipit εἰ δὲ εἰς) Darm. Marc. B. Mon. C. (nisi quod scribitur εἰ δὲ) Med. A. (sed scr. εἰδώλου). In Codd. Marc. A.C. Med. B. est κατεῤῥύη—ἀληθεστέρως, posterius etiam in Cod. Mon. A. In Cod. Vat. est εἰ δὲ εἰδώλου κατεῤῥύη, φύσιν ἀληθεστέρως ἄπειρον· τὸ δέ. Ultima vox duo puncta superscripta habet. In marg. est: εἰς δὲ εἰδώλου κατεῤῥύει φύσιν, ἀληθέστερον ἄπειρον τὸ—apposito obelo. κατεῤῥύει etiam editio.
9. καὶ τὸ ἀπείρῳ] Codd. Ciz. et Med. B. τῷ pro τό.
ib. καὶ ὕλη] Codd. Ciz. Marc. C. Mon. A. Vat. καὶ ἄλλη. Sed Vat. in m. ὕλη.
15. οὖσαν, λεκτέον] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A. λεκτέον οὖσαν.
16. Ἆρ᾽ οὖν] Cod. Par. A. ἆρ᾽ αὖ.
ib. ἢ οὔ] Omnes ad unum Codd. habent, ut marg. Ed. ἢ οὔ, sed Vat. in m. ut Ed. nimirum ἢ ἕτερον.
17. καὶ μὴ ὂν] Cod. Vat. καὶ μὴ οὐ, in m. ὄν.
ib. οὕτω τι] Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. οὕτως τι, Mon. A. οὕτω τοι.

non sit infinitudo, sed ipsum sit infinitudinis auctor. Quanam igitur ratione et ibi et hic est infinitum? Forte duplex est infinitum. Sed quonam differunt? Nempe tanquam exemplar atque imago. Nunquid igitur id quod apud nos est minus est infinitum? Forte vero magis. Quatenus enim simulachrum ab existentia veritateque deficit, eatenus magis est infinitum. Infinitudo enim magis est in eo, quod minus est terminatum. Quod autem minus est in bono, majus est in malo. Quod igitur illic est, utpote quod magis existit ens, velut imaginarie est infinitum. Quod autem hic ens minus, quatenus ab ipso esse veritateque cadit, atque in naturam imaginis labitur, verius est infinitum. Proinde an idem est infinitum atque infinito esse? Forte ubi ratio est atque materia, alterum est utrunque, ubi vero materia tantum, vel idem dicendum est, vel omnino, quod quidem et rectius se habet, non est ibi ipsum esse suum infinito assignandum: alioquin ratio quædam erit, quæ tamen in infinito nulla est, si modo futurum sit infinitum. Dicendum igitur materiam ex se ipsa infinitum esse oppositione quadam ad rationem. Etenim sicut ratio non existens aliud quicquam ratio est, sic et materiam oppositam rationi secundum infinitatem, dicendum est ita infinitum esse, ut non aliud præterea sit, quam ipsa materia.

XVI. *Quæstiones de materia circa alteritatem et privationem, et infinitum et malum.*

At nunquid materia idem est atque alteritas? Forte non idem alteritati simpliciter, sed alteritatis parti videlicet oppositæ ad ipsa quæ præ-

τι ὂν καὶ στερήσει ταὐτὸν, εἰ ἡ στέρησις ἀντίθεσις πρὸς τὰ ἐν λόγῳ 169
ὄντα. Οὐκοῦν φθαρήσεται ἡ στέρησις, προσελθόντος τοῦ οὗ στέρη- E
σις; οὐδαμῶς· ὑποδοχὴ γὰρ ἕξεως, οὐχ ἕξις, ἀλλὰ στέρησις· καὶ
πέρατος, οὐ τὸ πεπερασμένον, οὐδὲ τὸ πέρας, ἀλλὰ τὸ ἄπειρον, καὶ
καθ' ὅσον ἄπειρον. Πῶς οὖν οὐκ ἀπολεῖ αὐτοῦ τὴν φύσιν τοῦ ἀπεί-
ρου προσελθὸν τὸ πέρας, καὶ ταῦτα οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντος ἀπεί-
ρου; ἢ εἰ μὲν κατὰ τὸ ποσὸν ἄπειρον, ἀνῄρει; νῦν δὲ οὐχ οὕτως,
ἀλλὰ τοὐναντίον σώζει αὐτὸ ἐν τῷ εἶναι· ὃ γὰρ πέφυκεν, εἰς ἐνέρ- F
γειαν καὶ τελείωσιν ἄγει· ὥσπερ τὸ ἄσπαρτον, ὅταν σπείρηται, καὶ
ὅταν τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, καὶ οὐκ ἀπόλλυται τὸ θῆλυ, ἀλλὰ μᾶλλον
θηλύνεται· τοῦτο δέ ἐστιν, ὅ ἐστι, μᾶλλον γίγνεται. Ἆρ' οὖν καὶ
κακὸν ἡ ὕλη μεταλαμβάνουσα ἀγαθοῦ; ἢ διὰ τοῦτο ὅτι ἐδεήθη; οὐ
γὰρ εἶχε. καὶ γὰρ ὃ μὲν ἂν δέηταί τινος τόδ' ἔχει, μέσον ἂν ἴσως G
γίγνοιτο ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, εἰ ἰσάζοι πως ἐπ' ἄμφω. Ὃ δ' ἂν μηδὲν
ἔχῃ, ἅτε ἐν πενίᾳ ὂν, μᾶλλον δὲ πενία ὂν, ἀνάγκη κακὸν εἶναι. Οὐ 170
γὰρ πλούτου πενία τοῦτο, οὐδὲ ἰσχύος, ἀλλὰ πενία μὲν φρονήσεως,
πενία δὲ ἀρετῆς, κάλλους, ἰσχύος, μορφῆς, εἴδους, ποιοῦ. Πῶς οὖν

1. στερήσει] Codd. Leid. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. B. hanc habent scriptionem; reliqui cum Ed. perperam στερίσει.
ib. εἰ ἡ] Cod. Vat. εἴη, in m. εἰ ἡ. Sequitur στέρησιν in Cod. Leid.
6. προσελθὸν—ὄντος ἀπείρου] Cod. Leid. omittit hæc.
7. τὸ ποσον] τὸ abest a Codd. Marc. A. Mon. A.C.
8. εἶναι· ὃ] Interpunctionem addidi, sensu flagitante. Eandem ob causam pro ὁ scripsi ὃ ex Codd. Marc. A.B.C. Mon. C.
11. ὅ ἐστι] Abest ἐστι a Cod. Med. B.
13. γὰρ εἶχε] Codd. Marc. A. Mon. C. Vind. A. γὰρ εἶχεν.
ib. ὃ μὲν] Iterum ὃ scripsi pro ὁ ex Codd. Marc. A.B.C.
ib. τοδ' εἶχε] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. Vat. (in m. ut Ed.) ἔχει cum marg. Ed.; reliqui ἔχῃ. Ed. τοδ' εἶχε.
14. ἰσάζοι] Edit. ἰσάζει. Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Med. A.B. Par. A. Vat. ἰσάζοι. Paulo superius scripsi ἴσως pro ἔσως ex Codd. Darm. Marc. B.C., quod plane abest a Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vind. A.
ib. μηδὲν ἔχῃ] Vat. μηδὲ, in m. μηδὲν, idem cum Darm. Marc. B. Med. A. Vat. ἔχοι. Par. A. ἔχει.
15. μᾶλλον δὲ πενία ὂν] Desunt in Cod. Vind. A.
16. ἀλλὰ—ἰσχύος] Desunt hæc in Cod. Mon. A.

cipue sunt: quæ quidem rationes existunt. Quapropter et quod ita non ens dici ens quoddam potest: atque privationi idem, si modo privatio oppositio quædam sit ad illa, quæ in ipsa ratione consistunt. Nunquid igitur privatio disperdetur accedente illo cujus dicitur esse privatio? nequaquam. Susceptaculum enim ipsius habitus, non est habitus, sed privatio. Item susceptaculum termini neque terminatum quiddam est, neque terminus, sed infinitum, quatenus infinitum. At quonam pacto fieri potest, ut accedens terminus naturam ipsam infiniti non destruat? præsertim cum infinitum hoc secundum accidens non dicatur? Forte si infinitum hoc infinitum quantitate foret, disperderet: nunc autem non ita fit, sed contra in esse conservat. Ad quod enim natura fuerat institutum, in actum perfectionemque producit: ceu quod nondum satum fuerat, quando seritur, atque velut fœmina cum potitur masculo: tunc enim fœminea natura non perditur, sed magis effœminatur, scilicet id ipsum, quod est, magis efficitur. Sed nunquid materia bonum nacta malum est? Forte ob hoc quoniam jam indiguit: neque enim habebat. Etenim, quod indiget aliquo, idque nanciscitur, medio quodam se habet bonum inter atque malum, si modo æque se habeat ad utrunque. Quod autem habet nihil, utpote inopia pressum, imo vero cum ipsa inopia sit, necesse est esse malum. Non enim vel divitiarum, vel roboris hæc est inopia, sed inopia quidem sapientiæ, inopia et virtutis, pulchritudinis, valoris, formæ, speciei, qualitatis. Quidnam igitur prohibet, quo minus deforme id sit et omnino turpe, omninoque malum? Materia

170 οὐ δυσειδές; πῶς δὲ οὐ πάντη αἰσχρόν; πῶς δὲ οὐ πάντη κακόν; ἐκείνη δὲ ἡ ὕλη, ἡ ἐκεῖ, ὄν· τὸ γὰρ πρὸ αὐτῆς, ἐπέκεινα ὄντος.
B Ἐνταῦθα δὲ τὸ πρὸ αὐτῆς, ὄν· οὐκ ὂν ἄρα αὐτὴ, ἕτερον ὂν πρὸς τῷ καλῷ τοῦ ὄντος.

1. δυσειδὲς;] Cod. Vat. δυσειδεῖς, in m. ut Ed.
ib. πῶς δὲ] Abest δὲ a Cod. Med. B. Mox Vat. omittit ἡ ante ἐκεῖ, sed in m. additum est.
2. πρὸ αὐτῆς] Codd. omnes, præter Ciz. et Par. A., habent πρό, quod cum Fic. recepimus.
3. αὐτὴ] Ita scribendum visum est ex Codd. Marc. A.C. Mon. C. pro αὐτῆ, quod est in Ed. Pro antecedente ὂν Cod. Vat. habet ἂν, sed ὂν in marg. Vind. A. eam vocem omittit.
4. τοῦ ὄντος] Abest articulus a Cod. Ciz.

vero apud superos ens dici debet. Quod enim super ipsam extat, superius ente censetur: apud nos vero, quod est super materiam, ens existit. Quapropter, cum de hac non ens dicitur, intelligitur alterum ens ad ipsius entis pulchritudinem.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM V.

## DE EO, QUOD IN ACTU, ET QUOD IN POTENTIA,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

Item de actu et potentia. Item de metallis atque lapidibus.

LIBER de potentia et actu ea summatim confirmat, quæ in libro de materia dicta sunt, et per illa planius intelligitur. Distribuitur autem in capita quinque. In primo notabis post dubitationes quasdam, quicquid esse dicitur in potentia, referri ad aliud necessario, scilicet ad illud, quod inde fit, vel est in actu. Item potentiam proprie referri ad actum. Rursum in eo, quod in potentia est ad aliquid quandoque remanere substantiam, novo quodam adveniente, quandoque mutari: sive ad melius sive ad deterius mutatio fiat. Considerabis præterea non esse potentiam in mundo intelligibili ad novum actum, vel edendum, vel comparandum: alioquin sive nunquam perveniatur ad actum, frustra esse in potentia judicabitur, sive quandoque perveniatur, erit in æternis mutatio temporalis. Ergo ne hæc sequantur absurda, omnis ibi potentia ad totum omnino suum actum est ab æterno redacta. Subinde animadvertes, potentiam faciendi non esse dicendam in potentia esse: potentiam vero patiendi, dici posse in potentia esse. Observabis denique Plotinum hic, quod et bis alibi jam aperuit, putare metallum aquam esse concretam, sive putet quasi simpliciter aquam modo cristalli, sive plurimum esse aquam. Physicorum namque sententia est, in componendis mistis, calorem et frigus, tanquam agentia, potius accedere, quam ut materiam: non enim facile ob vehementiam suam commisceri posse. Siccum vero et humidum sub his esse materiam. Ubi sane siccum prævalet humido, concrescere saxum, ubi vero siccitatem humor excedit, fingi metallum, quod propter humoris exuberantiam liquefiat ad ignem, quam liquefactionem siccitas in saxo prohibeat.

*De duabus materiis, et actu et potentia, tum in corporibus, tum in anima.*

II. In secundo capite materiam duplicem observabis. Primo quidem compositam naturalemque ad formam artis acceptam, quando ex ære fit statua. Secundo materiam quoque naturalem, sed simplicem et acceptam mox ad formam similiter naturalem, ut quando ex aqua fit aër. In primo quidem quod esse dicitur statua in potentia, æs ipsum est: cui quidem opponitur quod dicitur actu statua, quod neque æs est, neque fabricata in ære figura, sed quoddam ex utrisque compositum. Compositum hoc ut actu existens, opponitur quidem æri, quatenus erat hoc in potentia: neque sic prædicatur de ære. Non igitur æs statua fit, sed ex ære fit statua. Hic certe quamvis materia eadem, id est, ipsa æris substantia maneat sub figura, tamen aliud quiddam est, quam figura atque compositum. Multo itaque magis materia diversa est a forma atque composito, ubi in adventu novæ formæ et ad generationem novi compositi necessario prioris compositi substantia permutatur, ut quando ex

aqua fit aër: ibi enim subest materia prima, in qua nihil est formæ, ut merito dici possit esse nihil in actu. Materiæ vero secundæ tanquam compositæ aliquid formæ possident, adeo ut, dum [ed. pr. *ad aliud*] aliud in potentia sunt, secundum aliud sint in actu. In superioribus igitur, quoniam ex materia præcedente et ex forma adveniente fit aliud quiddam, id est, compositum, idque non est idem, quod et materia vel etiam forma, merito aliud quidem dicitur quod est in potentia, id est, materia: aliud vero, quod existit actu, id est, compositum. At vero in animo non ita dicendum esse videtur. Quando enim animus acquirit habitum, non evadit ex animo atque habitu composita quædam essentia tertia. Idem igitur animus, qui dicebatur potentia sciens, mox dicitur actu sciens. Fit autem actu sciens, non qua ratione fuerat inscius, sed qua rationalis et docilis: nempe cum jam est actu doctus, adhuc servat aptitudinem ad scientiam, sed non servat inscitiam: sed aliter in potentia est ad habitum comparandum, aliter habitu comparato in potentia est ad actum. Quod autem non qua ratione ignorans est, doctus evadat, patet, quoniam non quilibet ignorans facile doctus efficitur, sed qui est aptus. Neque ad habitum privatio confert, sed potentia.

Conclude ubique, quod in potentia dicitur, esse subjectum, quod vero in actu, compositum vel quasi compositum. Formam vero in subjecto nominari actum, non quidem simpliciter, sed subjecti. Denique præter formam vel habitum, qui est forma quædam, nominari etiam actum actionem ipsam, quæ a forma vel habitu provenit: actionem vero actum potissime nuncupari, quoniam et manifestior est, et hujus gratia forma vel habitus comparatur, et tota vis formæ vel habitus ad actionis producitur efficaciam. Rursum hic observa actum qui est forma, vel loco formæ, quoniam ad subjectum accedit velut adhuc informe atque impotens, indigere quodam exterioris causæ beneficio: actum vero, qui actio est, ex ipsa formæ vel habitus potestate prodire.

*Quomodo aliter se habet potentia et actus sub cælo atque in cælo, et rursum in mundo intelligibili.*

III. Post hæc autem prohibet in mundo intelligibili aliquid esse in potentia judicari: in potentia inquam, quæ et vergat ad novum actum, et res quædam naturaque alia sit, quam actus. Dicit autem, quæcunque ibi potentia fingatur, rem ipsam non solum esse semper in actu, sed actum quoque existere: tum quoniam, quæ ibi quasi materialis potentia ponitur, est forma quædam, ideoque et actus: tum quia potentia hæc et actus, quem aspicit, non duæ sunt naturæ, sed una. Neque tamen debemus ex eo, quod materia illa eandem semper habet formam, dicere prorsus idem existere: nam et si Deus in materia corporis formam in æternum continuaret, adhuc forma foret aliud, quam materia, sicut evenire in cælestibus arbitramur. Rursus, quemadmodum in eo, qui jam didicit, non perit ipsa discendi potentia: non enim per doctrinam aufertur potentia docilis, sed perficitur: sic in mundo intellectuali una cum actu formali latet etiam potentia quædam: quamvis neque per hanc dicatur illic esse aliquid in potentia, neque hæc alia substantia sit, quam actus, sed sola differat ratione. Profecto quemadmodum Aristoteles materiam et formam sub Luna duas esse naturas voluit, duasque substantias: in cælo autem fortasse unam esse corporis illius naturam, quæ sit loco materiæ vel subjecti ad lucem suam, quæ lux non sit alia quædam natura, præter naturam illius corporis, sed sit illius naturæ proprietas atque actus: ita Plotinus existimat de materia et forma in mundo corporeo atque incorporeo. Hic enim duas esse naturas, ibi unam: atque hic quidem ita differre, sicut lumen diffusum per aërem quasi forma ab aëria materia differt: ibi vero vel sicut rutilatio quædam a lumine, et lucere a luce, vel saltem sicut lumen a flamma. Lumen enim in aëre alia est natura quam aër: in flamma vero non aliam adjungit naturam, sed proprietas quædam est actusque flammæ perennis. Sicut ergo lumen hoc quasi forma et actus est ad flammam quasi potentiam, ita ferme quod formale, ad id, quod materiale in mundo intelligibili ponitur, se habere videtur. Qualis ferme distinctio inter concavum et convexum protinus apparebit, si superficiem sphæricam considerabis, cui nulla sit subjuncta profunditas. Tunc enim concava et convexa conditio neque loco subjectove different, neque natura, sed sola forsitan ratione. Unica enim superficiei natura ad illa quidem, quæ sunt extra circulum, convexa videbitur, ad interiora vero concava judicabitur: sicut et intellectus atque voluntas in animo differunt. Sed ut summatim dicam, in toto hoc mundo corporeo materia et forma duæ sunt naturæ: sed præter cælum forma est pro natura materiæ: in cælo materia vicissim pro natura formæ: In mundo autem incorporeo materia quidem est essentia et natura formæ: forma vero est esse actusque materiæ. Rursum materia nec ad formam in potentia ibi est, neque potentia est ad formam: sed est potius ipsa potentia formæ: forma vero non est actus aliquis in materia sive potentia, sed ipse potius potentiæ actus. Quoniam vero ubi mundum intelligibilem nominat, non divinum tantum intelligi vult intellectum, sed omnes insuper intellectus et animas intelligentiæ compotes, ideo animam quoque intellectualem negat esse ad novum

aliquid in potentia: sed esse ait ex parte quidem vegetali potestatem animalis procreatricem, ex parte vero rationali potestatem scientiæ productricem. Tum vero subdit, quamlibet, tum ideam, tum rem a corpore separatam esse totum quicquid est in actu, atque actum, quia totum species sit et forma ab ævo penitus absoluta. Hic et tu notabis, non solum, ubi aliquid in potentia est ad futurum, opus esse superiore quodam, quod totum possideat præsens, atque ita quod deest, adhibeat indigenti: sed etiam ubicunque potentia et actus sunt duæ naturæ, opus esse superiore quodam etiam si potentia perpetuo sit sub actu. Natura enim in se formabilis, tantum ad formalem naturam non perducitur, nisi alicujus naturæ unius et simplicis beneficio. Nam super compositum ex duabus naturis extat natura simplex, actu perpetuo fungens: quæ, quoniam suum ipsa semper ex se edit actum, merito nuncupatur et actus. Proinde ubi ait, animam scilicet intellectualem esse in mundo intelligibili, irrationalem vero in materia: animadverte, ita illam a mundo intelligibili distinctam esse natura, quamvis actione conjunctam, sicut hæc diversa natura est a materia, quamvis affectu et effectione congrediens. Quæ quidem non est actus materiæ, sed superioris quidem animæ, actus in materiam, et quasi forma materiæ. Prima quidem anima actus præcipue dicitur, quoniam non solum nihil novi naturæ ipsius accedit, sive recedit, sed etiam suum in se exserit actum: ac per intellectum æterna fruitur actione: per vim vero discurrentem nihil concipit ab externis, sed parit potius in se ipsa. Anima quoque secunda, etsi videtur actiones varias permutare, tamen quantum in se est, uno quodam actu, vel saltem vigore vivificandi materiam, format influentem atque refluentem. Sicut ignis eodem fervore diversa comburit: perinde ac si quis eodem sigillo subterfluentes undas sedula successione figuret. Mitto, quod aliqui disputant continuo quodam unoque cognitionis et voluntatis actu animam semper modo hæc, modo illa, prout in actum hunc animæ incidunt, percipere atque velle: ceu si quis eodem ad tempus intuitu oculis prorsus inconniventibus plura e conspectu non solum continuata semel, sed etiam deinceps e vestigio procedentia cernat. Post hæc quæ de ideis significat, dicens omnes esse vitas et actus, alibi tractabuntur. Essentiam certe primam, in qua sunt ideæ, memento hoc ipsum, quod est, esse vitam. Vita enim non accedit ad illam, sicut ad essentiam corpoream extrinsecus velut forma: sed prodit intrinsecus velut actus. Perfecta igitur essentia illa est, et vita perfecta: itaque per modum perfectum est in actu. Quod igitur illic est in actu, existit et actus. Sicut vero essentiæ intimus actus est vita: sic vitæ intimus actus est intellectus. Ex vita quidem illa prodit anima vera, ex illo rursus intellectu emicat in animam intellectus.

*Materia non est aliquid actu.*

IV. Quærit in capite quarto: utrum materia prima sit aliquid actu. Atqui expedit primum non esse aliquid eorum, quæ super illam sunt omnino, quæ sunt entia vera: neque aliquid rursus eorum, quæ generantur in ea, quæ entia sunt non vera. Dubitat interea: numquid ipsa possit aliud quiddam esse actu? Non certe aliquid super ens: non rursus ens verum: non iterum ens apparens. Quid ergo? Numquid materia aliud adhuc inferius erit in actu? Certe nihil. Quum enim a tota entis natura et appellatione deficiat, ideoque non habeat esse, nimirum nec esse habet in actu.

*Confirmat superiora.*

V. Ambigit iterum in capite quinto: Si materia nihil est in actu, quonam pacto de hac ipsa loqui possimus? Et quæ dicta sunt disputando confirmat. Jam vero materia idcirco entium materia nominatur, quoniam ad illa, vel ad illorum accipiendas imagines est in potentia, sive potius est ipsa potentia inde formabilis. Siquidem in qualibet arte materiam sub artifice nominare, nihil est aliud, quam aliquid introducere, nihil habens artificiosum, sed potens omnia capere. In natura vero materiam subjicere rerum omnium architecto, non tam est afferre aliquid, quod ad formas sit in potentia, quam formabilem prorsus afferre potentiam. Potentia ejusmodi etsi censetur ordine quodam effectum formæ præcedere, tamen quoniam ipsa hujus potentiæ ratio nihil est aliud quam formabilitas, necessario dependet ab actu formæ. Ubi etsi, dum forma adhuc futura videtur, jam videatur ipsa potentia præsens, expectans videlicet effectum formæ, tamen ipsa, quæ dicitur potentiæ ipsius præsentia, nihil est aliud, quam possibilitas (ut ita dixerim) et formæ futuritas: et, ut aliquis finxerit, confusa quædam inchoatio formæ. Jam vero si formam compares ad efficientem causam, quod formæ futurum est dependet a præsentia causæ: sin autem materiam conferas ad ipsam formæ naturam, quicquid præsentiæ fingitur in materia, dependet ab ipso formæ futuro: imo et jam præsenti. Siquidem in ipsa ratione materiæ includi forma videtur, dum tanquam formabilitas definitur. Item si referas infimum hoc ad universi supremum, dicasque sicut illud actus est purus formator omnium, ita et hoc puram esse potentiam sub omnibus duntaxat formabilem, tunc sane, si quid illi supremo potentiæ formabilis adhibueris, illius mox sustulisti naturam, quicquid rursum actus alicujus

huic infimo velut proprium dedicaveris, hujus quoque naturam subito perdidisti: siquidem hujus esse judicatur in potentia esse hujus actus proprie formabilitas. Hujus præsentia nihil aliud, quam formæ futuritas. Est autem materia sic ab entis natura secreta, ut neque adhæreat enti velut ejus proprietas aut passio, neque ens repræsentet velut imago, neque sub illius imagine sic imprimatur, ut afficiatur inde, contrahatque vestigium, aut servet: semper utique actus quoslibet naturaliter exuens, possibilitatem vero conservans: duntaxat ibi succurrens, ubi verorum entium gradus est ultimus, id est, ipsa natura, et ibi quidem subsidens imaginibus entium, neque familiare quicquam sibi inde reportans. Nihil autem dici de ea potest, quasi ad entia pertinens, nisi quod sit umbra naturæ. Quumque ita longius ab ente distet, quam entis imago, nullo modo vel ens, vel esse debet existimari. Jam vero de ente contra atque de non ente judicare debemus. Ens quidem in actu plus habet entis, quam ens in potentia: vicissim ergo, quod dicitur actu non ens, minus habet entis, plusve non entis, quam quod non ens in potentia nominatur. Quum igitur materia a prima essentia et veritate, ultra quam cogitari possit, remotissima sit, ideoque ipsa sit falsitas, verumque ita non ens, si hanc fingas in actu suo, magis eam non ens asseverabis. Et quanto verius erit materiam appellare possibilitatem, tanto falsius erit eandem actum existimare, atque e converso. Conclude librum hac sententia. Veritas ipsa etiam falso vim præstat, alioquin nisi verum esset, id esse falsum, non foret falsum, atque quo verius falsum est, sive quo verius est, hoc est falsum, eo est procul dubio falsius: Sic ergo, quo materia verior est materia, id est, quo verior ad entia possibilitas est, eo falsior actus, atque vicissim.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ Ε.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER V.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ Ο ΔΥΝΑΜΕΙ ΚΑΙ ΕΝΕΡΓΕΙΑΙ,

De eo quod in potentia, et de eo quod in actu.

ΛΕΓΕΤΑΙ τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ εἶναι· λέγεται δέ τι καὶ 172
ἐνέργεια ἐν τοῖς οὖσι· σκεπτέον οὖν, τί τὸ δυνάμει, καὶ τί τὸ ἐνεργείᾳ· ἆρα τὸ αὐτὸ τῷ ἐνεργείᾳ εἶναι ἡ ἐνέργεια; καὶ εἴτι ἐστὶν ἐνέργεια, τοῦτο καὶ ἐνεργείᾳ, ἢ ἕτερον ἑκάτερον; καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ὂν B
οὐκ ἀνάγκη καὶ ἐνέργειαν εἶναι; Ὅτι μὲν οὖν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ 173
δυνάμει, δῆλον· εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς, σκεπτέον. Ἢ ἐκεῖ τὸ ἐνεργείᾳ μόνον καὶ εἰ ἔστι τὸ δυνάμει, δυνάμει μόνον ἀεὶ, κἂν ἀεὶ ᾖ

7. ΠΕΡΙ ΤΟΥ Ο] Abest ὃ a Codd. Ciz. Marc. A B.C. Mon. C. Par. A. Vat.
9. ἐνεργείᾳ εἶναι] Cod. Marc. A. omittit εἶναι.
ib. λέγεται δὲ] De omissum in Cod. Vat., in m. add. Eodem modo mox ἐν ante τοῖς.
10. σκεπτέον οὖν] Cod. Ciz. δὲ pro οὖν.
11. τὸ αὐτὸ τῷ] Omnes Codd. excepto Par. A. τὸ αὐτὸ τῷ; sed Vat. in m. ᾧ ut Edit. Nos libros sequimur.
12. καὶ ἐνεργείᾳ] Cod. Vat. ἐνέργεια, in m. ut Ed.
13. καὶ ἐνέργειαν) Cod. Darm. καὶ ἐνέργεια.
ib. τὸ δυνάμει] Cod. Vat. τῷ δυνάμει.
14. δῆλον] Codd. Med. Marc. C.B. τὸ δῆλον.
15. ἐνεργείᾳ μόνον—ἔστι τὸ δυνάμει] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed Vat. ea habet in marg. Ad proxima cf. Annot.

I. *Quod dicitur esse in potentia, refertur ad illud quod in actu: Ipsa potentia refertur ad actum.*

DICI solet aliquid in potentia, aliquid rursus in actu, aliquid etiam in rerum ordine esse actus. Considerandum igitur, quidnam sit, quod in potentia: quidve quod in actu, et numquid idem sit omnino esse in actu, atque ipse actus. Item, si quid est actus, num sit etiam et in actu, an potius utrunque sit differens, adeo ut, quod actu est, non necessarium sit actum quoque existere. Esse igitur in genere sensibili aliquid in potentia, perspicuum est: utrum omnino et in genere intelligibili aliquid in potentia sit, est inquirendum. An forte ibi solum sit, quod est in actu:

173 οὐδέποτε ἂν ἔλθοι εἰς ἐνέργειαν, οὐ τῷ χρόνῳ ἐξείργεσθαι. Ἀλλὰ
τί ἐστι τὸ δυνάμει, πρῶτον λεκτέον· εἰ δὴ τὸ δυνάμει [ὂν] δεῖ μὴ
B ἁπλῶς λέγεσθαι· οὐ γάρ ἐστι τὸ δυνάμει, μηδενὸς εἶναι, οἷον δυνά-
μει ἀνδριὰς ὁ χαλκός· εἰ γὰρ μηδὲν ἐξ αὐτοῦ μηδ' ἐπ' αὐτῷ, μηδ'
ἔμελλε μηδὲν ἔσεσθαι μεθ' ὃ ἦν, μηδ' ἐνεδέχετό τι γενέσθαι, ἦν ἂν
ὃ ἦν μόνον· ὃ δὲ ἦν, ἤδη παρῆν, καὶ οὐκ ἔμελλε. Τί οὖν ἠδύνατο
ἄλλο μετὰ τὸ παρὸν αὐτό; οὐ τοίνυν ἦν ἂν δυνάμει. Δεῖ τοίνυν τὸ
δυνάμει τι ὂν, ἄλλο ἤδη τό τι, καὶ ἄλλο μετ' αὐτὸ δύνασθαι, ἤτοι
C μένον μετὰ τοῦ ἐκεῖνο ποιεῖν, ἢ παρέχον ἑαυτὸ ἐκείνῳ ὃ δύναται,
φθαρὲν αὐτὸ, δυνάμει λέγεσθαι. Ἄλλως γὰρ δυνάμει ἀνδριὰς ὁ χαλ-
κὸς, ἄλλως τὸ ὕδωρ δυνάμει χαλκὸς, καὶ ὁ ἀὴρ πῦρ. Τοιοῦτον δὴ ὂν
τὸ δυνάμει ἆρα καὶ δύναμις λέγοιτο ἂν πρὸς τὸ ἐσόμενον; οἷον ὁ
χαλκὸς, δύναμις τοῦ ἀνδριάντος; ἢ εἰ μὲν ἡ δύναμις κατὰ τὸ ποιεῖν
D λαμβάνοιτο, οὐδαμῶς. Οὐ γὰρ ἡ δύναμις ἡ κατὰ τὸ ποιεῖν λαμβα-
νομένη λέγοιτο ἂν δυνάμει. Εἰ δὲ τὸ δυνάμει μὴ μόνον πρὸς τὸ ἐν-
εργείᾳ λέγεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐνέργειαν, εἴη ἂν καὶ δύναμις δυνά-
μει. Βέλτιον δὲ καὶ σαφέστερον, τὸ μὲν δυνάμει πρὸς τὸ ἐνεργείᾳ,

2. δυνάμει [ὂν] Voculam ὂν omittunt Codd. nostri omnes; sed Vat. eam habet in marg. Ego uncinis inclusi.
5. ἔμελλε μηδὲν] Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. habent μηθέν.
ib. μηδ' ἐνεδέχετο] Cod. Vat. μηδὲν ἐδέχετο, in m. ut Ed. μὴ δὲ ἐνεδέχετό τι γίνεσθαι Simplic. τὶ recepimus.
6. ἠδύνατο] Simplic. et Codd. Leid. Ciz. Darm. Marc. A.B. Vat. ἐδύνατο. Mox Vat. μεθὰ τὸ, in m. μετά. Mox pro: οὐ τοίνυν ἦν ἂν δυνάμει Simplic.: τὶ οὖν ἂν ἦν μόνον δυνάμει.
8. τι ὂν] Codd. Darm. et Marc. B. τὸ ὄν. Sed Simplic. recte τι ὄν.
ib. τό τι] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. τό τι. Recepi. Simpl. non habet verba ἄλλο ἤδη τό τι.
ib. μετ' αὐτὸ] Codd. Darm. Marc. A. B.C. Vat. μετ' αὐτό. Dedi Simplicii lectionem.
9. μετὰ τοῦ] Cod. Ciz. μετὰ τό. Non male. Simpl. vulgatam retinet.
ib. παρέχον] Cod. Mon. C. π . . . . ον; mediæ literæ rasura deletæ sunt. ἑαυτὸ pro αὐτὸ dedi ex Simpl.
ib. ἐκείνῳ] Cod. Vat. ἐκεῖνο. In seqq. idem δὲ pro δή, in m. ut Ed. Simplic.: δυνάμει λέγεται. Cf. Annot.
10. Ἄλλως γὰρ δυνάμει ἀνδριὰς] Delevi τὸ post γὰρ cum Simplic.
12. λέγοιτο ἂν—ἡ δύναμις] Desunt hæc in Cod. Darm.
ib. ἐσόμενον;] Cod. Vat. omittit interrogandi signum, et plene distinguit post ἀνδριάντος.
13. ἢ εἰ μὲν ἡ] Pro εἰ Cod. Leid. ἡ. Vocem ἡ omittit Vat. in contextu, in m. add.
ib. κατὰ τὸ] Cod. Ciz. καὶ κατὰ τό.
ib. ποιεῖν] Codd. Marc. A. Mon. A.C. ποιόν. Idem vocabulum paulo inferius eodem modo scribitur in Codd. Marc. A. Mon. C. et ποῖον in Cod. Leid.

et si quid forsan ibi sit in potentia, num in potentia solum semper, siquidem sit et semper: neque unquam procedat in actum, propterea, quod tempore minime peragatur. Verum primo exponendum est, quid sit, quod esse dicitur in potentia: siquidem, quod in potentia est, non simpliciter est dicendum. Non enim fieri potest, ut quod in potentia dicitur, ad aliud quicquam minime referatur: sicut æs potentia dicitur ad statuam faciendam: alioquin, si neque quicquam ex ipso, neque in ipso faciendum foret, neque futurum esset aliquid ultra id, quod erat, neque possibile foret aliquid ultra fieri, esset utique, quod erat tantum. Quod autem erat jam et aderat, neque futurum erat quicquam. Quidnam igitur posset aliud præter id ipsum præsens? Itaque dici non poterat in potentia esse. Oportet igitur, quod est aliquid in potentia et jam aliquid actu, ex eo in potentia dici, quod aliquid præterea aliud fieri possit, sive quodammodo ipso priori manente, sive præbente se ipsum ei, quod inde fieri potest, adeo ut, quod prius fuerat, pereat. Aliter enim æs est in potentia statua, aliter autem aqua est in potentia æs, et aër similiter ignis. Quod igitur sic in potentia est nunquid etiam esse potentia quædam dicitur ad futurum? ceu si æs dicatur potentia quædam statuæ? Forte si potentia secundum effectionem accipiatur, nullo modo ita dicendum. Non enim potentia secundum effectionem considerata esse dicitur in potentia. Sin autem, quod in potentia est, non tantum ad id, quod in actu est, referatur, sed ad

τὴν δὲ δύναμιν πρὸς ἐνέργειαν λέγειν· τὸ μὲν δὴ δυνάμει τοιοῦτον, 173
ὥσπερ ὑποκείμενόν τι πάθεσι καὶ μορφαῖς, καὶ εἴδεσιν, ἃ μέλλει
δέχεσθαι καὶ πέφυκεν, ἢ καὶ σπεύδει ἐλθεῖν, καὶ τὰ μὲν ὡς πρὸς τὸ E
βέλτιον, τὰ δὲ πρὸς τὰ χείρω καὶ λυμαντικὰ αὐτῶν, ὧν ἕκαστον καὶ
ἐνεργείᾳ ἐστὶν ἄλλο.

Περὶ δὲ τῆς ὕλης σκεπτέον, εἰ ἕτερόν τι οὖσα ἐνεργείᾳ, δυνάμει
ἐστὶ πρὸς ἃ μορφοῦται· ἢ οὐδὲν ἐνεργείᾳ· καὶ ὅλως, καὶ τὰ ἄλλα ἃ
λέγομεν δυνάμει, λαβόντα τὸ εἶδος καὶ μένοντα αὐτὰ, ἐνεργείᾳ γίγ-
νεται. ἢ τὸ ἐνεργείᾳ κατὰ τοῦ ἀνδριάντος λεχθήσεται, ἀντιτιθεμένου F
μόνον τοῦ ἐνεργείᾳ ἀνδριάντος πρὸς τὸν δυνάμει ἀνδριάντα, ἀλλ' οὐ τοῦ
ἐνεργείᾳ κατηγορουμένου κατ' ἐκείνου, καθ' οὗ τὸ δυνάμει ἀνδριὰς
ἐλέγετο. Εἰ δὴ οὕτως, οὐ τὸ δυνάμει, γίγνεται ἐνεργείᾳ, ἀλλ' ἐκ τοῦ
δυνάμει ὄντος πρότερον, ἐγένετο τὸ ἐνεργείᾳ ὕστερον· καὶ γὰρ αὐτὸ
ἐνεργείᾳ ὂν, τὸ συναμφότερον, οὐχ ἡ ὕλη· τὸ δὲ εἶδος τὸ ἐπ' αὐτῇ· G
καὶ τοῦτο μὲν, εἰ ἑτέρα γίγνοιτο οὐσία, οἷον ἐκ χαλκοῦ ἀνδριάς·
ἄλλη γὰρ οὐσία, ὡς τὸ συναμφότερον, ὁ ἀνδριάς· ἐπὶ δὲ τῶν ὅλως
οὐ μενόντων φανερὸν ὡς τὸ δυνάμει παντάπασιν ἕτερον ἦν. Ἀλλ' 174
ὅταν ὁ δυνάμει γραμματικὸς ἐνεργείᾳ γένηται, ἐνταῦθα τὸ δυνάμει

1. τὸ μὲν δὴ] Abest δὴ a Cod. Marc. B.

3. ἢ καὶ σπεύδει] Cod. Marc. C. ἢ καὶ σπεύδει.

4. βέλτιον] Legitur βέλτιστον in Codd. Marc. B.C. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat Sed Vat. in m. ut Ed.

6. οὖσα ἐνεργείᾳ] Cod. Vat. omittit iota subscr.

7. ἐστὶ πρὸς ἃ] Ita scribendum fuit ex Codd., excepto Par. A., omnibus, cum in Ed. sine sensu sit ἐστι πολλὰ πρὸ ἅ.

10. μόνον] Codd. omnes cum marg. Ed. μόνον Edit. μόνου.

ib. ἀνδριάντος—οὐ τοῦ ἐνεργείᾳ] Desunt hæc in Cod. Mon. A.

13. ἐγένετο τὸ] Codd. Ciz. et Vat. omittunt τὸ; sed Vat. in m. add.

ib. γὰρ αὐτὸ] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A. Vat. γὰρ αὐτὸ τὸ. Sed Vat. in m. obelum habet.

14. ὄν, τὸ] Cod. Vat. οὐ τὸ, in marg. ὄν.

15. εἰ ἑτέρα] Codd. Leid. Mon. A.C. Vat. Sed Vat. in m. εἰ.

ib. οἷον—γὰρ οὐσία] Desunt hæc in Cod. Ciz.

17. μενόντων] Cod. Vat. μὲν ὄντων.

ipsum quoque actum, erit utique et potentia in potentia. Rectius autem atque apertius referre quis potest, quod quidem in potentia est, ad id, quod est in actu, ipsam vero potentiam ad ipsum similiter actum. Sane, quod est in potentia, ejusmodi est, velut subjectum quoddam passionibus atque formis et speciebus, quas suscepturum est suapte natura, vel etiam ad consequendas properat, et partim quidem ad melius, partim vero ad deteriora peremptoriaque eorum, quorum quodlibet aliud quoque est actu.

II. *Ubi ex potentia et actu fit tertia res composita, subjectum quidem esse dicitur in potentia, compositum vero in actu: Sed forma dicitur actus non simpliciter; sed subjecti. Ubi vero non fit res tertia, idem quod dicebatur in potentia, mox dicitur in actu existere.*

De materia vero perscrutandum est, an aliud quiddam existens actu, sit insuper in potentia ad illa, quibus ipsa formatur, vel potius nihil in actu. Atque omnino et alia, quæ dicimus in potentia, videlicet accipientia speciem atque manentia eadem, in actu fiunt. Forsan vero ipsum, quod est in actu, de statua dicetur: ita videlicet, ut ipsum, quod est actu statua, opponatur ei, quod sit in potentia statua: neque tamen ipsum, quod est in actu, prædicetur de illo, de quo ipsum quod in potentia statua dicebatur. Si itaque sic, neque id, quod in potentia, fit quod in actu, sed ex illo, quod in potentia prius erat, fit quod posterius est in actu. Etenim ipsum, quod in actu existens dicitur, compositum ipsum est, non autem materia: reliquum vero est, quod species est in ipsa. Atque id quidem ita se habet, si altera quædam fiat essentia, velut ex ære statua: altera enim essentia statua est velut con-

174 πῶς οὐ καὶ ἐνεργείᾳ τὸ αὐτό; ὁ γὰρ δυνάμει Σωκράτης ὁ αὐτὸς καὶ ἐνεργείᾳ σοφός. Ἆρα οὖν καὶ ὁ ἀνεπιστήμων ἐπιστήμων; δυνάμει γὰρ ἦν ἐπιστήμων· ἢ κατὰ συμβεβηκὸς ὁ ἀμαθὴς ἐπιστήμων; οὐ γὰρ ᾗ ἀμαθὴς δυνάμει ἐπιστήμων· ἀλλὰ συμβεβήκει αὐτῷ ἀμαθεῖ B εἶναι, ἡ δὲ ψυχὴ, καθ' ἑαυτὴν ἐπιτηδείως ἔχουσα, τὸ δυνάμει ἦν, ᾗπερ καὶ ἐπιστήμων, ἔτι οὖν σώζει τὸ δυνάμει· καὶ δυνάμει γραμματικὸς, ἤδη γραμματικὸς ὤν. Ἢ οὐδὲν κωλύει καὶ ἄλλον τρόπον, ἐκεῖ μὲν δυνάμει μόνον, ἐνταῦθα δὲ τῆς δυνάμεως ἐχούσης τὸ εἶδος. Εἰ οὖν ἔστι τὸ μὲν δυνάμει τὸ ὑποκείμενον, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ τὸ C συναμφότερον, ὁ ἀνδριὰς, τὸ εἶδος τὸ ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ τί ἂν λέγοιτο; ἢ οὐκ ἄτοπον τὴν ἐνέργειαν, καθ' ἣν ἐνεργείᾳ ἐστὶ, καὶ οὐ μόνον δυνάμει, τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος λέγειν, οὐχ ἁπλῶς ἐνέργειαν, ἀλλὰ τοῦδε ἐνέργειαν· ἐπεὶ καὶ ἄλλην ἐνέργειαν τάχα κυριώτερον ἂν λέγοιμεν, τὴν ἀντίθετον τῇ δυνάμει τῇ ἐπαγούσῃ ἐνέργειαν. Τὸ μὲν D γὰρ δυνάμει τὸ ἐνεργείᾳ ἔχειν παρ' ἄλλου· τῇ δὲ δυνάμει ὃ δύναται παρ' αὐτῆς ἡ ἐνέργεια, οἷον ἕξις, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν λεγομένη ἐνέργεια, ἀνδρία, καὶ τὸ ἀνδρίζεσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως.

1. πῶς οὐ καὶ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. πῶς οὐχ, omisso καί.
ib. ὁ αὐτὸς] Cod. Marc. C. omittit ὁ.
2. Ἆρα οὖν καὶ] Inde ab his verbis usque ad p. 175. F. εἰ δὴ πέφευγε omnia desunt in Codd. Darm. et Par. A. In marg. Cod. notatur λείπει. In Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. scribitur ἆρ' οὖν.
3. ἐπιστήμων] Deest hæc vox in Cod. Ciz.
ib. ἢ κατὰ] Abest ἢ a Codd. Ciz. Leid. Marc. C. Mon. A. Vat. Sed Vat. habet in marg.
ib. ὁ ἀμαθὴς] Cod. Marc. A. μαθητής.
ib. οὐ γὰρ ᾗ] Codd. Marc. A. Mon. A. C. οὐ γὰρ ἦν, Marc. B. ἤ.
4. συμβεβήκει] Cod. Vat. συμβεβήκῃ, in m. ει.
5. ἐπιτηδείως ἔχουσα] Priorem vocem, quæ abest ab Ed., addidimus ex Codd., nostris omnibus, eamque etiam Fic. legit. τὸ ante δυνάμει h.l. incommodum.
6. ᾗπερ] Cod. Marc. B. ἧπερ.
ib. τὸ δυνάμει] Codd. Ciz. Marc. A.B. C. Mon. C. Vat τὸ δυνάμει, et ita scripsi. Edit. τῷ.
7. ἄλλον τρόπον] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. ἄλλον τρόπον, quod recepi. Edit. ἄλλων.
8. μόνον] Abest a Cod. Ciz.
9. δὲ ἐνεργείᾳ] Codd. Marc. A.B.C. Vat. δ' ἐνεργείᾳ. Sed Vat. primis literis puncta superscripta habet.
10. τοῦ χαλκοῦ] Abest τοῦ a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat.
11. ἐνεργείᾳ ἐστὶ] Codd. Marc. B.C. Vat. ἐνέργειά ἐστι.
12. ἀλλὰ τοῦδε ἐνέργειαν] Desunt hæc in Cod. Vat., in m. add. In Codd. Marc. A.B.C. Mon. A.C. est τοῦδε, quod recepi. Edit. τοῦ καί.
14. τῇ ἐπαγούσῃ—γὰρ δυνάμει] Desunt hæc in Cod. Leid. Mox pro ἔχειν Fic. rectius legit ἔχει.
17. ἀνδρία] Codd. Marc. B.C. ἀνδρεία.
ib. ἀνδρίζεσθαι] Cod. Ciz. ἀνδριάζεσθαι.

junctum. In illis autem, quæ nullo modo permanent, manifestum est, illud, quod in potentia dicitur, alterum penitus esse. At quando, qui potentia grammaticus est, evadit actu grammaticus, hic illud, quod in potentia, cur non idem sit, atque id, quod existit actu? Idem namque Socrates et qui sapiens potentia et qui actu sapiens. Nunquid igitur et qui ignorans est, est et sciens? Potentia namque sciens erat: imo vero secundum accidens homo inscius fit sciens. Non enim, qua ratione inscius, est in potentia sciens, sed accidit ei, ut inscius esset. Anima vero secundum se ipsam existens apta, in potentia perdurat etiam quatenus est sciens, servatque adhuc, quod dicitur in potentia: adeo ut, qui jam est grammaticus, non desinat potentia esse grammaticus. Neque forte quicquam prohibet aliter id atque aliter se habere. Illic enim in potentia solum dicitur: hic autem in potentia speciem jam habente. Si igitur, quod in potentia dicitur, est subjectum, quod autem in actu, est conjunctum, velut statua, species quæ fit ære quomodo nuncupabitur? Forte non alienum est, actum cognominare, secundum quem in actu est subjectum, non autem in potentia solum, cognominare, inquam, formam speciemque non simpliciter actum, sed potius hujus actum. Quoniam et actum quemdam alium ratione magis præcipua possumus nominare: actum videlicet oppositum illi potentiæ, quæ educit in actum. Quod enim in potentia dicitur, ab alio id ipsum accipit, quod fiat in actu: potentia vero illa, per quam aliquid agi potest, ex se ipsa edit actum sibi [quodammodo oppositum] velut habitus, et qui secundum illum actus dicitur, fortitudo scilicet, atque fortiter agere. Sed de his hactenus.

Οὗ δ' ἕνεκα ταῦτα προείρηται, νῦν λεκτέον. Ἐν τοῖς νοητοῖς, 174
πῶς ποτε τὸ ἐνεργείᾳ λέγεται καὶ εἰ ἐνεργείᾳ μόνον ἢ καὶ ἐνέργεια
ἕκαστον· καὶ εἰ ἐνέργεια πάντα, καὶ εἰ τὸ δυνάμει κἀκεῖ· εἰ δὲ μήτε
ὕλη ἐκεῖ, ἐν ᾗ τὸ δυνάμει, μήτε τι μέλλει τῶν ἐκεῖ, ὃ μὴ ἤδη ἐστὶ,
μηδέ τι μεταβάλλον εἰς ἄλλο ἢ μένον ἕτερόν τι γεννᾷ, ἢ ἐξιστάμε- E
νον ἑαυτοῦ ἔδωκεν ἄλλῳ ἀντ' αὐτοῦ εἶναι, οὐκ ἂν εἴη ἐκεῖ τὸ δυνά-
μει, ἐν ᾧ ἐστι τῶν ὄντων, καὶ αἰῶνα οὐ χρόνον ἐχόντων. Εἴτις οὖν
καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν τοὺς τιθεμένους κἀκεῖ ὕλην ἔροιτο, εἰ μὴ κἀκεῖ
τὸ δυνάμει κατὰ τὴν ὕλην τὴν ἐκεῖ· (καὶ γὰρ εἰ ἄλλον τρόπον ἡ
ὕλη, ἀλλ' ἔσται ἐφ' ἑκάστου, τὸ μὲν ὡς ὕλη, τὸ δὲ ὡς εἶδος, τὸ δὲ F
συναμφότερον) τί ἐροῦσιν; ἢ καὶ τὸ ὡς ὕλη ἐκεῖ εἶδός ἐστιν, ἐπεὶ
καὶ ἡ ψυχὴ εἶδος ὂν, πρὸς ἕτερον ἂν εἴη ὕλη. Οὐκοῦν πρὸς ἐκεῖνο
καὶ δυνάμει; ἢ οὔ· εἶδος γὰρ ἦν αὐτῆς, καὶ οὐκ εἰς ὕστερον δὲ τὸ
εἶδος, καὶ οὐ χωρίζεται δὲ, ἀλλ' ἢ λόγῳ καὶ οὕτως ὕλην ἔχον, ὡς
διπλοῦν νοούμενον· ἄμφω δὲ μία φύσις, οἷον καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ,
τὸ πέμπτον σῶμα ἄϋλον εἶναι. περὶ δὲ ψυχῆς, πῶς ἐροῦμεν; δυνά- G

1. *νοητοῖς*] Cod. Vat. *νοητῆς*, in m. *οῖς*.
2. *εἰ ἐνεργείᾳ μόνον*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A.B. Vat. *εἰ ἐνεργ. μόνον*, nisi quod in Marc. C. est *μέσον*. In edit. est *καὶ ἐν μόνον*. Addidi *εἰ* cum Fic.
ib. *ἢ καὶ*] Solus Vat. in marg. cum marg. Ed. *οὐδὲν ἔχει*. Quod sequitur in edit. *ἐνεργείᾳ* in Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. scribitur *ἐνέργεια*, quod restitui cum Fic.
3. *κἀκεῖ·—τὸ δυνάμει*] Desunt hæc in Cod. Marc. C. In Cod. Leid. desunt septem lineæ inde ab *ἐν ᾗ τὸ* usque ad *εἰ μὴ κἀκεῖ*.
4. *μήτε τι*] Cod. Vat. *μήτ' ἔτι*.
ib. *μὴ ἤδη*] A Cod. Ciz. abest *μή*. Cod. Vat. habet *ὕλη*, in m. *ἤδη*.
5. *μηδέ τι*] Cod. Marc. A. *μὴ δέ τι*, Marc. B. *μὴ δ' ὅ τι*.
6. *ἔδωκεν ἄλλῳ*] Codd. Marc. A. Mon. C. *ἄλλο*. Quod proxime *regnum* adjecit Ficinus, in libris est.
ib. *αὐτοῦ εἶναι*] Cod. Ciz. *αὐτοῦ τὸ εἶναι*.
8. *ἔροιτο*] Cod. Ciz. *τὴν ἐκεῖ ἔροιτο*.
11. *τί ἐροῦσιν*; Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. *ἐροῦμεν*. Sed Vat. in m. ut Ed.
12. *εἶδος ὂν*] Codd. Ciz. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. *εἶδος ὄν*, quod recepi; nec insolens hæc attractio in Enneadibus. Edit. *ὤν*.
13. *γὰρ ἦν*] Cum marg. Ed. *γὰρ ἦν* omnes faciunt libri nostri. Edit. *γὰρ οὖν*.
ib. *δὲ τὸ εἶδος*] Abest *καὶ* a Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed Vat. habet in marg. Ejus loco in Codd. Marc. B. C. Med. A.B. est *δὲ*, quos sequuti sumus. Edit. *καὶ τ. εἰδ.*
14. *ἀλλ' ἢ λόγῳ*] Codd., exceptis Marc. C. et Mon. A. omnes *ἀλλ' ἢ λόγῳ*, quod legit etiam Fic., et recepi. Edit. *λόγος*.
ib. *καὶ οὕτως*] Cod. Marc. B. *καὶ οὗτος*.

III. *In mundo intelligibili non est aliquid ad aliud in potentia, quamvis sit ibi potentia quædam, sed ita semper in actu, ut totum dicatur actus existere.*

Cujus autem gratia hæc prædicta sunt, in præsentia nobis est explicandum. Huc itaque tendebant omnia, quo plane consideraremus, quonam pacto in mundo intelligibili id ipsum, quod est in actu, sit dicendum: atque utrum ibi solum sit, quod dicitur esse actu, an etiam unumquodque sit actus: ac si omnia ibi sunt actus, quanam ratione sit ibi, quod esse in potentia nominatur. Profecto si ibi neque materia est, in qua id ipsum consistit, quod esse dicitur in potentia, neque quicquam illorum aliquid, quod non jam sit, est futurum, neque permutatur in aliud, neque manens ipsum ex se generat aliud, neque a se ipso digrediens tradit alteri, ut ipsius sit vice: certe non erit illic, quod esse dicitur in potentia: ubi entium [regnum] est, non temporalium, sed æternorum. Si quis igitur ponentes in intelligibili mundo materiam, percontetur; quomodo possit ibi esse materia, si non sit ibidem secundum materiam illam, quod esse in potentia judicatur (etenim si alio modo ibi sit materia, attamen in quolibet aliud quidem tanquam materia erit, aliud tanquam species, aliud vero conjunctum) quidnam respondebunt? Forte quod ibi materia dicitur species esse, quando et anima species quidem est in se, ad aliud vero materia. Num igitur ad illud in potentia est? nequaquam. Species enim est ipsius, neque species in futurum, neque aliter, quam ratione distinguitur, atque ita materiam habet quasi duplex consideratum: sed ambo una natura, quemadmodum et Aristoteles, quintum corpus immateriale corpus asseruit. At vero de anima quid dicemus? In potentia enim animal est, quando nondum natum est animal, sed nasciturum. Item in poten-

175 μει γὰρ ζῶον, ὅταν μήπω, μέλλῃ δέ. καὶ μουσικὴ δυνάμει καὶ τὰ
A ἄλλα ὅσα γίνεται, οὐκ ἀεὶ οὖσα. Ὥστε καὶ ἐν νοητοῖς τὸ δυνά-
μει, ἢ οὐ δυνάμει ταῦτα. Ἀλλὰ δύναμις ἡ ψυχὴ τούτων· τὸ δὲ
ἐνεργείᾳ, πῶς ἐκεῖ; ἆρα ὡς ὁ ἀνδριὰς τὸ συναμφότερον ἐνεργείᾳ,
ὅτι τὸ εἶδος ἕκαστον ἀπείληφεν, ἢ ὅτι εἶδος ἕκαστον καὶ τέλειον ὅ
ἐστι; Νοῦς γὰρ οὐκ ἐκ δυνάμεως, τῆς κατὰ τὸ οἷόν τε νοεῖν, εἰς
ἐνέργειαν τοῦ νοεῖν· ἄλλου γὰρ ἂν προτέρου τοῦ οὐκ ἐκ δυνάμεως
B δέοιτο, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ τὸ πᾶν. Τὸ γὰρ δυνάμει βούλεται ἑτέρου ἐπελ-
θόντος εἰς ἐνέργειαν ἄγεσθαι, ἵνα ἐνεργείᾳ γίγνηταί τι· ὃ δ᾽ αὐτὸ
παρ᾽ αὑτοῦ τὸ ἀεὶ οὕτως ἔχει, τοῦτο ἐνέργεια ἂν εἴη. Πάντα οὖν
τὰ πρῶτα, ἐνέργεια· ἔχει γὰρ ὃ δεῖ ἔχειν, καὶ παρ᾽ αὑτῶν, καὶ ἀεί.
Καὶ ψυχὴ δὴ οὕτως, ἡ μὴ ἐν ὕλῃ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ νοητῷ· καὶ ἡ ἐν ὕλῃ
C δὲ, ἄλλη ἐνέργεια, οἷον ἡ φυτική· ἐνέργεια γὰρ καὶ αὕτη ὅ ἐστιν·
ἀλλ᾽ ἐνεργείᾳ μὲν πάντα, καὶ οὕτως, ἐνέργεια δὲ πάντα; ἢ πῶς;
εἰ δὴ καλῶς εἴρηται ἐκείνη ἡ φύσις ἄγρυπνος εἶναι, καὶ ζωὴ, καὶ

1. μέλλῃ δέ] Codd. Leid. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. μέλλῃ δέ. Edit. μέλλει δέ. In hac bonorum librorum constantia illud recepi, licet sciam (contra atque Hermann. ad Viger. p. 792. et Matth. Gr. Gr. §. 521. annot. statuunt) ὅταν cum Indicativo non usquequaque solœcum esse, nec inusitatum posterioris ætatis scriptoribus. Cf. Voemel. ad Nicolai Methonens. Anecdot. part. II. pag. 20. Francof. ad Mœn. 1826. Cf. item infr. III. 6. 4. et 5. III. 7, 12. VI. 7. 18.

2. Ὥστε καὶ—ἡ ψυχὴ τούτων] Nos versionem ad Editionis textum accommodavimus. Nec codices nostri ab eo recedunt. Ficinus vero ita legisse videtur: Ὥστε καὶ ἐν νοητοῖς τὸ δυνάμει ταῦτα. Ἀλλὰ δύναμις ἡ ψυχὴ τούτων, οὐ δυνάμει ταῦτα.

4. ὡς ὁ] Cod. Vat. omittit ὁ in contextu; in marg. additum est.

5. εἶδος ἕκαστον] Abest ἕκαστον a Cod. Ciz. et mox relativum ὅ.

6. Νοῦς γὰρ] Cod. Vat. νοῦν γάρ; in marg. νοῦς.

7. τοῦ οὐκ ἐκ] Abest οὐκ a Cod. Ciz.

8. ἐπελθόντος] Ita, pro ἀπελθόντος, sensu flagitante scribendum fuit; itaque exhibent Codd. Leid. Marc. A.B.C. Med. A. B. Vat.

9. αὐτὸ] Excepto Cod. Marc. C. (in quo est δὲ pro δ᾽) omnes cum marg. Ed. habent αὐτό. Edit. ὃ δ᾽ αὖ τό.

11. δεῖ ἔχειν] Cod. Marc. A. δὴ ἔχειν, idem mox παρ᾽ αὐτῶν. itaque correxi. Edit. αὐτῶν.

12. ἡ ἐν ὕλῃ] Abest ἐν a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. Sed Vat. habet ἐν in marg.

13. ἡ φυτικὴ] Cum marg. Ed. habent φυτικῇ Codd. Ciz. Marc. B.C. Mon. A. Med. A.B. Vat. et Ficin. quos sequor. Edit. ἡ φυσική. Cf. supra p. 36. A. ibiq. Annot.

14. ἐνεργείᾳ μὲν] Codd. Marc. A.B. (in marg. ut Ed.) et Mon. C. habent ἐνέργεια μέν.

ib. ἐνέργεια δὲ] In marg. habent Codd. Marc. B. Vat. ἐνεργεῖ δέ, ut marg. Ed.

15. εἶναι, καὶ ζωὴ] Absunt verba καὶ ζωὴ a Codd. Ciz.

tia musica est, et alia similiter quotcunque efficitur aliquando, neque est semper. Quapropter in genere intelligibili sic erit, quodque in potentia dici solet (vel quod non in potentia). Verum anima [non est hæc in potentia, imo vero anima] horum est potestas. Quod autem in actu esse nominari solet, quanam ratione apud superos esse potest? Numquid, sicut statua velut compositum est in actu, sic et ibi, quoniam intelligibile quodlibet suam possidet speciem, vel potius quoniam quodlibet species est, atque ipsum, quod est, species est perfecta? Intellectus enim nequaquam ex potentia, quæ intelligere possit in actum prodit intelligendi: alioquin alio quodam priore opus huic esset, quod ex potentia non prorumpat in actum, sed totum jam possideat in se ipso. Quod enim in potentia est, exigit alterum, quo accedente perducatur ad actum, ut aliquid tandem fiat in actu. Quod autem ipsum a se ipso semper ita se habet, est actus. Itaque omnia prima actus existunt: habent enim quicquid oportet habere, atque id quidem et a se ipsis et semper. Jam vero et anima ita se habet, præcipue quæ non in materia est, sed in intelligibili mundo. Atqui et quæ in materia est, actus est alius, scilicet vegetalis: actus enim et ipsa hoc ipsum, quod existit. Sed enim in actu sint omnia, atque ita, numquid etiam actus sunt omnia? et qua ratione? Nempe si recte dictum est, intelligibilem naturam esse pervigilem et vitam, opti-

175 ζωὴ ἀρίστη, καὶ κάλλισται ἂν εἶεν ἐκεῖ ἐνέργειαι· καὶ ἐνεργείᾳ ἄρα, καὶ ἐνέργεια τὰ πάντα, καὶ ζωαὶ τὰ πάντα· καὶ ὁ τόπος ὁ ἐκεῖ τόπος ἐστὶ ζωῆς, καὶ ἀρχὴ καὶ πηγὴ ἀληθοῦς ψυχῆς τε καὶ νοῦ.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα, ὅσα δυνάμει τί ἐστιν, ἔχει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι ἀλλό τι, ὃ ἤδη ὂν, πρὸς ἄλλο δυνάμει εἶναι λέγεται. D Περὶ δὲ τῆς λεγομένης εἶναι ὕλης, ἣν πάντα δυνάμει λέγομεν τὰ ὄντα, πῶς ἐστιν εἰπεῖν ἐνεργείᾳ τι τῶν ὄντων εἶναι; ἤδη γὰρ οὐ πάντα τὰ ὄντα δυνάμει ἂν εἴη. Εἰ οὖν μηδὲν τῶν ὄντων, ἀνάγκη μηδ' ὂν αὐτὴν εἶναι. Πῶς οὖν ἂν ἐνεργείᾳ τι εἴη, μηδὲν τῶν ὄντων οὖσα; Ἀλλ' οὐδὲν τῶν ὄντων ἂν εἴη τούτων, ἃ γίγνεται ἐπ' αὐτῆς. Ἄλλο E δέ τι οὐδὲν κωλύει εἶναι, εἴπερ μηδὲ πάντα τὰ ὄντα ἐπὶ τῇ ὕλῃ· ἢ μὲν δὴ οὐδέν ἐστι τούτων τῶν ἐπ' αὐτῇ, ταῦτα δὲ ὄντα, μὴ ὂν ἂν εἴη· οὐ μὲν δὴ, ἀνείδεόν τι φανταζομένη, εἶδος ἂν εἴη· οὐ τοίνυν οὐδ' ἐν ἐκείνοις ὂν ἀριθμηθείη· μὴ ὂν ἄρα καὶ ταύτῃ ἔσται. Ἐπ' ἄμφω ἄρα μὴ ὂν οὖσα, πλειόνως καὶ μὴ ὂν ἔσται. Εἰ δὴ πέφευγε μὲν τὴν F τῶν ὡς ἀληθῶς ὄντων φύσιν, οὐ δύναται δὲ ἐφικέσθαι, οὐδὲ τῶν ψευδῶς λεγομένων εἶναι, ὅτι μηδὲ ἴνδαλμα λόγου ἐστὶν ὡς ταῦτα, ἐν

1. *καὶ κάλλισται*] Codd. Marc. B.C. Med. A.B. *αἱ καλλίσται.*
7. *ἣν πάντα*] Codd. omnes cum Ed. *ἦν πάντα*, exceptis Leid. et Mon. C., quibus, ratione jubente, obsequendum esse duximus.
ib. *λέγομεν*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. *λεγόμενα.* Sed Vat. in m. ut Ed.
8. *ἐνεργείᾳ τι*] Cod Marc. B. *ἐνέργειά τι.*
10. *Πῶς οὖν ἂν*] Cod. Marc. C. *πῶς ἂν οὖν.*
ib. *ἐνεργείᾳ τι*] Edit. *ἐνέργειά τις.* Ita, nonnisi marg. Cod. Vat. Sed *τι* est in omnibus et *ἐνεργειᾳ* in Codd. Marc. B.C. Mon. C. Vat. Itaque correxi cum Ficino.
11. *ἐπ' αὐτῆς*] Cod. Ciz. *καὶ ἐπ' αὐτῆς.*
12. *μηδὲ πάντα*] Cod. Ciz. omittit *παντα.*
ib. *ἢ μὲν δὴ*] Codd. Marc. A. Mon. C. *ἢ*, Marc. B.C. *ἡ.* Ficinus legit vel conjecit *εἰ μεν δή.* Recte.
14. *οὐ μεν δὴ—ἂν εἴη*] Desunt hæc in Codd. Ciz. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. In Codd. Marc. B.C. legitur *ου* pro *οὐ.*
ib. *οὐδ' ἐν*] Cod. Vat. *οὐδέν.*
15. *ἄρα και*] Abest *καὶ* a Cod. Ciz.
16. *πλειόνως καὶ*] Edit. *πλεῖον και* sed Codd. omnes, ut marg. Ed., *πλειόνως.*
ib. *την τῶν ὡς*] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. Vat. omittunt *ὡς*, sed Vat. in m. add.
17. *ἐφικέσθαι*] Edit. *ὑφικέσθαι* male. Codd. ad unum omnes, cum marg. Ed., *ἐφικέσθαι.*

mamque vitam: optimi procul dubio ibi sunt actus. Ideoque et in actu et actus ibi cuncta consistunt, et vitæ sunt omnis. Locusque ille locus est vitæ, principiumque et fons animæ veræ atque mentis.

IV. *Materia prima non est aliquid in actu.*

Cætera quidem omnia, quæcunque aliquid in potentia sunt, id habent, ut etiam in actu aliud quiddam sint. Quod quidem cum jam sit, vergatque ad aliud, esse in potentia judicatur. At vero materiam ipsam, quam esse entia omnia in potentia judicamus, quanam conditione esse actu entium aliquid possumus affirmare? Alioquin non jam entia cuncta in potentia foret. Si igitur entium nullum est, necesse est, neque ens quidem ipsam esse. Itaque cum nullum sit entium, quomodo aliquid actu esse poterit? Forsan vero nullum est horum, quæ in ipsa fiunt. Quid tamen prohibet hanc aliud quiddam esse? siquidem neque omnia entia in materia sunt. Profecto si nihil sit eorum, quæ sunt in ipsa, hæc vero sint entia, non ens dicetur. Item quatenus informe aliquid cogitatur, non est species: neque igitur in illis quidem velut ens numerabitur. Ergo et hac insuper ratione non ens judicabitur. Cum igitur ad utraque comparata non sit ens, plus nimirum non ens censetur. Si ergo aufugit quidem verorum naturam entium, neque tamen id assequi potest, ut ex horum numero sit, quæ falso esse dicuntur, quandoquidem neque imago quidem rationis est, sicut hæc esse ra-

175
τίνι τῷ εἶναι ἂν ἁλοίη; εἰ δὲ ἐν μηδενὶ τῷ εἶναι, τί ἂν ἐνεργείᾳ
εἴη;
Πῶς οὖν λέγομεν περὶ αὐτῆς; πῶς δὲ τῶν ὄντων ὕλη; ἢ ὅτι δυ-
G νάμει· οὐκοῦν ὅτι ἤδη δυνάμει, ἤδη οὖν ἔστι καθ' ὃ μέλλει; ἀλλὰ
τὸ εἶναι αὐτῇ μόνον, τὸ μέλλον ἐπαγγελλόμενον· οἷον τὸ εἶναι αὐτῇ
εἰς ἐκεῖνο ἀναβάλλεται, ὃ ἔσται. Τὸ τοίνυν δυνάμει, οὔ τι, ἀλλὰ
176 δυνάμει πάντα· μηδὲν δὲ ὂν καθ' αὑτὸ, ἀλλ' ὅ ἐστιν ὕλη ὂν, οὐδὲ
ἐνεργείᾳ ἐστίν. Εἰ γὰρ ἔσται τι ἐνεργείᾳ, ἐκεῖνο ὅ ἐστιν ἐνεργείᾳ,
οὐχ ἡ ὕλη ἔσται· οὐ πάντη οὖν ὕλη, ἀλλὰ οἷον χαλκός. Εἴη ἂν οὖν
τοῦτο μὴ ὂν, οὐχ ὡς ἕτερον τοῦ ὄντος; οἷον κίνησις· αὕτη γὰρ καὶ
ἐποχεῖται τῷ ὄντι, οἷον ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ οὖσα. ἡ δὲ ἐστιν,
οἷον ἐκριφεῖσα, καὶ πάντη χωρισθεῖσα, καὶ μεταβάλλειν ἑαυτὴν οὐ
B δυναμένη, ἀλλ' ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν, μὴ ὂν δὲ ἦν, οὕτως ἀεὶ ἔχουσα.
οὔτε δὲ ἦν ἐξ ἀρχῆς ἐνεργείᾳ τι ἀποστᾶσα πάντων τῶν ὄντων, οὔτε
ἐγένετο. Ἃ γὰρ ὑποδῦναι ἠθέλησεν, οὐ δὲ χρωσθῆναι ἀπ' αὐτῶν
δεδύνηται· ἀλλὰ μένουσα πρὸς ἄλλο, δυνάμει οὖσα πρὸς τὰ ἐφεξῆς.

1. τῷ εἶναι] Codd. Marc. A.B. Mon. C. τῷ εἶναι. ita scripsi cum Fic. Edit. τὸ εἶναι.

ib. ἂν ἁλοίη] Cod. Vat. in m. ut Ed., sed in contextu ἀναλοίη.

2. εἴη] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. εἶναι.

3. ὅτι δυνάμει] δυνάμει abest a Cod. Vat. in m. add. Proximum οὖν abest a Cod. Marc. C.

5. αὐτῇ μόνον] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C.A. αὐτὸ μόνον.

ib. ἐπαγγελλόμενον] Cod. Mon. C. ἀπαγγελόμενον.

6. ἀναβάλλεται] Cod. Vat. ἀναβάλλεσται (sic). Mox Ficinus non legit δυνάμει inter ἀλλὰ et πάντα.

7. ὅ ἐστιν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vat. ὅτι ἐστιν. Sed Vat. in m. obelum habet.

8. ἐνεργείᾳ ἐστίν] Codd. Marc. A.B. Par. A. ἐνεργείᾳ ἐστὶν et ita dedi cum Fic. pro ἐνέργειά ἐστιν editionis.

9. χαλκός] Codd. Leid. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. ὁ χαλκός.

ib. οὖν τοῦτο] Abest οὖν a Cod. Par. A. Scribitur οὖν τὸ in Codd. Leid. Marc. A. Mon. A.C.

11. ἐποχεῖται] Cod. Ciz. ἐποχεῖ.

12. ἐκριφεῖσα] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. C. ἐκριφθεῖσα.

ib. ἑαυτὴν οὐ] Cod. Ciz. εἰς ἑαυτὴν οὐ Vat. μὴ pro οὐ.

14. ἐνεργείᾳ τι] Articulus abest a Codd. Darm. Marc. B.C. Scribitur ἐνεργεία in Codd. Marc. A.B.C. Et ita Fic. quem secutus sum. Edit. ἡ ἐνέργειά τι.

15. ὑποδῦναι] Cod. Marc. A. ὑποδῆναι (sic). C. ὑποδύναι.

ib. χρωσθῆναι] Ita Codd. Darm. Marc. A.B.C., marg. Mon. C., Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. In Ed. est χρωσθεῖναι, ut in Cod. Ciz. et marg. Vat.; χωρισθῆναι est in Codd. Leid. Mon. C., qui posterior, ut diximus, meliorem lectionem in marg. habet addito γρ.

16. δεδύνηται] Cod. Vat. δὲ δύνηται, sed marg. ut Ed. Mox Fic. legisse videtur: παυσαμένων, ἐκείνη φανεῖσα.

duntur: in quonam essendi genere hæc apprehendi poterit? Quod si in nullo, quidnam actu esse valebit?

V. *Confirmat superiora, et concludit esse materiæ nihil aliud dici debere, quam in potentia esse.*

Cæterum si ita est, quomodo de ipsa loquimur? et qua conditione entium materia judicatur? Forte quoniam in potentia. Nonne igitur quoniam jam in potentia, jam et est, qua ratione in ea futurum consideratur? At enim esse ipsi solum est id ipsum, quod futurum promittitur: quippe cum esse ipsius in illud, quod erit, referatur atque differatur. Quod igitur in potentia est; non quidem aliquid, imo (potentia) cuncta: neque secundum se ipsum ens aliquod est, sed ipsum, quod est, materia est, merito non est in actu. Si enim aliquid sit in actu, id ipsum, quod in actu est, non erit materia: non igitur omnino materia erit, sed tanquam æs se habebit. Judicabitur igitur id non ens, non tanquam alterum ab ente quicquam, velut motus. Hic enim adhæret enti, utpote qui ab ipso est atque in ipso. Hæc autem est quasi rejecta ac penitus segregata, neque permutare se ipsam valet: sed quod ab initio erat, erat autem non ens, ita sese semper habet. Sed neque ab initio erat actu quicquam, utpote ab entibus cunctis valde deficiens: neque etiam facta est quicquam. Nam quæ subinduere perpetuo studuit, ab his colorari nunquam potuit: sed assidue remanet vergens ad aliud, in potentia se habens ad ea continue, quæ sequun-

176

Τῶν δ' ὄντων ἤδη παυσαμένων ἐκείνων, φανεῖσα, ὑπό τε τῶν μετ' αὐτὴν γενομένων καταληφθεῖσα, ἔσχατον καὶ τούτων κατέστη· ὑπ' ἀμφοτέρων οὖν καταληφθεῖσα, ἐνεργείᾳ μὲν, οὐδετέρων ἂν εἴη· δυνάμει δὲ μόνον ἐγκαταλέλειπται εἶναι ἀσθενές τι καὶ ἀμυδρὸν εἴδωλον, C μορφοῦσθαι μὴ δυνάμενον. Οὐκοῦν ἐνεργείᾳ εἴδωλον; οὐκοῦν ἐνεργείᾳ ψεῦδος; τοῦτο δὲ ταὐτὸν τῷ ἀληθινῶς ψεῦδος· τοῦτο δὲ ὄντως μὴ ὄν. Εἰ οὖν ἐνεργείᾳ μὴ ὂν, μᾶλλον μὴ ὂν, καὶ ὄντως ἄρα μὴ ὄν. Πολλοῦ ἄρα δεῖ αὐτῷ ἐνεργείᾳ τι τῶν ὄντων εἶναι, τὸ ἀληθὲς ἔχοντι ἐν τῷ μὴ ὄντι· εἴπερ ἄρα δεῖ αὐτὸ εἶναι, δεῖ αὐτὸ ἐνεργείᾳ μὴ εἶναι, ἵνα ἐκβεβηκὸς τοῦ ἀληθῶς εἶναι, ἐν τῷ μὴ εἶναι ἔχῃ τὸ εἶναι· ἐπείπερ τοῖς ψευδῶς οὖσιν, ἐὰν ἀφέλῃς τὸ ψεῦδος αὐτῶν, ἀφεῖλες D αὐτῶν ἥντινα εἶχον οὐσίαν. καὶ τοῖς δυνάμει τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν ἔχουσιν εἰσαγαγὼν τὴν ἐνέργειαν, ἀπολώλεκας αὐτῶν τῆς ὑποστάσεως τὴν αἰτίαν, ὅτι τὸ εἶναι αὐτοῖς ἐν δυνάμει ἦν. Εἴπερ ἄρα δεῖ ἀνώλεθρον τὴν ὕλην τηρεῖν, ὕλην αὐτὴν δεῖ τηρεῖν. Δεῖ ἄρα δυνάμει ὡς ἔοικεν εἶναι λέγειν μόνον, ἵνα ᾖ ὅ ἐστιν, ἢ τούτους τοὺς λόγους ἐξελεγκτέον.

3. ἀμφοτέρων οὖν] Cod. Ciz. νοῦν pro οὖν.

ib. οὐδετέρων] Ita Marc. A.B. Mon. C. Reliqui cum Ed. οὐδ' ἑτέρων.

4. μόνον] Edit. εἶναι μόνον sed εἶναι ab omnibus Codd. Atque licet in marg. Vat. additum sit, cum sensum conturbet, delevimus.

5. μορφοῦσθαι μὴ] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. Par. A. et marg. Vat. μορφοῦσθαι μὴ δυν. Cod. Marc. C. μὴ δυνάμενον μορφοῦσθαι. Vat. in contextu μορφονᾶσθαι. Edit. μη μορφ. δυν.

ib. Οὐκοῦν—ψεῦδος] Desunt hæc in Cod. Leid.

6. τῷ ἀληθινῶς] Codd. omnes cum marg. Ed. τῷ ἀληθινῶς. Edit. ταὐτὸν ἀληθινὸν ψεῦδος.

7. ὄντως μὴ] Cod. Vat. ὄντος μὴ, in m. ut Ed. Et eodem modo in proxime subsequentibus.

9. εἶναι, δεῖ αὐτὸ] Desunt hæc in Codd. Darm. et Par. A.

11. ἀφεῖλες αὐτῶν] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. omittunt hæc.

13. εἰσαγαγὼν] Cod. Vat. in marg. εἰσαγαγόν.

16. τούτους] Cod. Ciz. τούτου. Idem mox ἐξελεκτέον.

tur. Cumque ubi entium (illorum) ordo desinit, hæc jam appareat atque ab his, quæ post ipsam fiunt, coerceatur, nimirum [illorum simul atque] horum extremitas subsidet: et cum utrisque coerceatur, in actu quidem est ad neutrum: solum vero residet in potentia relictaque est debile quiddam et umbratile simulachrum formari non valens. Nonne igitur in actu simulachrum est? Nonne igitur in actu falsitas est? Id vero idem est atque re vera falsitas, atque id enter, id est, re vera non ens. Si ergo in actu non ens, magis itaque non ens: atque non ens enter. Longe itaque abest, ut hoc in actu sit aliquid entium, quod in ipso non ente suam retinet veritatem. Quam ob rem si ipsum oportet esse, oportet ipsum in actu non esse, ut id, quod est vere, esse devitans, in ipso non esse suum habeat esse: quandoquidem, si ab his, quæ falso sunt, abstuleris falsitatem, repente quamcunque habuerant essentiam abstulisti. Similiter si illis, quæ in potentia esse essentiamque habent introduxeris actum, simul substantiæ suæ causam sustulisti: propterea, quod eorum esse erat in potentia esse. Itaque si oportet materiam incorruptibilem conservare, necesse est eam servare materiam. Oportet igitur, ut apparet, eam dicere solum in potentia esse, ut id ipsum, quod est, permaneat, aut rationes ejusmodi accurate discutere (redarguere).

# MARSILII FICINI

IN

## LIBRUM VI. ENNEAD. SECUNDÆ,

## DE ESSENTIA ET QUALITATE,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

De essentia, quomodo constituatur ex ente, motu, statu, eodem altero, et, quæ ibi sit distinctio, et de forma substantiali, et ratione formali, et de accidentibus.

DISPUTATIONEM de essentia et qualitate rite admodum a prima exordimur essentia. Illic igitur ab ipso simpliciter uno procedit, et unum non quidem simpliciter, sed unum ens: unum quidem, qua ratione fit ab uno, ens autem, qua ratione sub uno. Quoniam vero entis ipsius origo est processio quædam, non injuria jam natum in perpetua quadam processione versatur, processione inquam intima. Progressio enim intima fœcunditatem ibi significat: sed indigentiam externa significaret. Processionem ejusmodi motum quendam nominare solemus, quem non localem dicimus, sed quasi vitalem. Si motus ibi est ullus, est insuper et diversitas; quam alteritatem disputationis gratia nominari concedes. In omni siquidem motione ab altero termino in alterum terminum pertransitur. Jam igitur ipsi enti motum alteritatemque adhibuimus. Quoniam vero processio ejus neque a natura discedit sua, ideoque nec in naturam alteram transmutatur, merito status et identitas illic agnoscitur: siquidem dum non discedit, permanet, ac dum non transmutatur in aliud, permanet idem. Totam vero hanc entis ipsius progressionem, et in progressione stabilem identitatem appellamus essentiam, ab ente rite denominatam. Simili quodam pacto in sequenti quavis essentia hæc quinque reperiuntur, ens, motus, alteritas, status (ut ita dixerim) et identitas. Nam et quælibet essentia, etiam quæ procedit extrinsecus, ante processionem externam simili quodam pacto procedit intrinsecus. Hæc rursum quinque in ipsa rei cujuslibet ratione formali, quæ definitione comprehenditur, possumus designare: in ea enim genus et differentiam ponimus. Genere quidem res definita, quatenus cum aliis convenit, cæteris est quodammodo eadem: differentia vero quatenus ab aliis discrepat, altera est ab illis, atque eadem interim sibi ipsi. In hac autem principali ejus essentia per genus et differentiam designata, naturalis et propria ejus permanet virtus, qua et res ipsa duratione permanet, et suam ad agendum continuat efficaciam. In hac stabilitate non solum elucet status, sed motus insuper emicat, ipsa scilicet vel inclinatio naturalis, vel dexteritas ad agendum. Hæc omnia in definitione comprehendi videntur, quamvis alia forsan aliis manifestius. Proinde quinque a nobis enumerata, multo magis cum essentia, quam inter se, conveniunt. Nam ex ipsa essentia potius, quam ex se invicem, pullulant. Primo quidem motus atque alteritas sic ab ipso ente differunt, ut processus a termino, a quo proceditur. Status idem identitasque, quum motui alteritatique opponantur, aliud sunt, quam ens: quod quidem eisdem non sic opponitur. Esse iterum aliud motum, quam status, et identitatem, quam alteritas, nemo dubitat: siquidem opponuntur. Motum quoque ab alteritate differre constat ex eo: quod status quoque est aliud, quam identitas. Potest enim

aliquis sic in diversitate, sicut identitate manere: non tamen hæc adeo ab essentia differunt. Quodlibet enim eorum est essentia, quamvis aliter atque aliter: præsertim si ex fundamento considerentur. Nam in fundamento eodem formalibus inter se rationibus differunt. Quamvis autem motus quodammodo dicatur essentia, non tamen e converso essentia ipsa ipse motus existit: alioquin statui minime conveniret: neque rursum essentia est status: sic enim motui non congrueret. Similiter de altero et eodem licet argumentari. Una igitur essentia sit, in ea sint et multa: quæ non tam multæ sint essentiæ, quam (ut ita dixerim) essentialia multa. Essentiales, inquam, rationes, et proprietates, et actus, ferme sicut in igne lux, calorque, et levitas. Atqui (ut quidam putant) neque hæc, neque illa tanquam in subjecto qualitates sunt, sed tanquam actus quidam in agente principio, ex eodem penitus prodeuntes. Profecto quum prima essentia tanquam forma prima efficacissima fit, nimirum innumerabiles ferme vires essentiales, et actus ex ea pullulant, et in eam, ratione inter se formali et efficacia differentes: ibique omnes tanquam differentiæ quædam sunt, quæ sub una essentia videntur essentias constituere, dum essentiales species ibi constituunt. Neque vero miraberis illic esse plura, quæ quidem inter se diversa sint formaliter: quamvis fundamento sint unum, si considerabis, quam variæ sint membrorum seminariæ rationes in virtute seminis una: et quam variæ vires in anima ex anima germinantes, omnesque simul. Item quantum lineæ extra centrum inter se distent, quæ tamen in centro non distant. Cogitabis sane circulum, ut unum aliquid, in cujus centro velut essentia et fundamento lineæ unum sint, per ambitum vero quasi per formam multæ sint atque distantes: similiter primam finges essentiam. Quantum vero, quæ in causa sunt conjuncta, sint in effectu discreta, nemini dubium. Nam quæ in causa non solum sunt situ simul et tempore, sed essentia insuper una, in effectibus præter locorum distantiam et temporum intervalla, essentiis insuper distinguuntur. Essentia namque debilior non ita sicut prima potest eadem plurimis simul suppetere viribus, quæ multis insunt formis, neque sufficere pluribus actionibus, quæ variis proficiscuntur ex formis. Memento vero, quæ hic de essentia et illis quinque dicuntur, tentari potius, quam absolvi. De his enim in libris de Generibus Entis diligentius pertractabitur. Memento insuper, nullas in rebus divinis qualitates proprio nomine poni debere. Quæ enim ibi qualitates apparent, sunt et differentiæ speciales, quibus necessario species ipsæ constituuntur atque discernuntur, et intimi perpetuique actus essentiæ. Apud nos quoque differentias speciales similesque actus non debere qualitates cognominari. Qualitates enim sunt, quæ speciali naturæ accedunt in se jam absolutæ, sive accedant inseparabiliter, ut proprietates quædam, speciem vel individuum comitantes, sive separabiliter adveniant, ut quæ accidentia communia nominantur. Atque hæc quidem est appellatio recta, quamvis nonnunquam concedatur, primas illas differentias et proprietates intimas appellari qualitates quasdam essentiales. Ubi vero recte nominibus utimur, calorem in aqua appellamus qualitatem atque passionem. Item calorem sensibus manifestum in ignis mole, etiam qualitatem scilicet propriam atque actum. Virtutem vero calefactoriam, sive caloris genitricem, quæ in natura ignis substantiali et quodammodo in definitione comprehenditur, non qualitatem, sed qualitatis productricem cognominamus. Existimandum est igitur, quicquid in ipsa ratione comprehenditur, substantiale sive essentiale prorsus existere: ipsam vero rationem hic triplicem intelligimus. Primo quidem idealem in mente: Secundo seminalem in natura: Tertio formalem ubicunque sit, quæ scilicet definitione perpenditur. Cui quidem in rebus naturalibus respondet substantialis forma, specialisque in materia sua: in cujus virtute propriarum qualitatum consistit origo. Effectus autem sensibus manifesti tanquam qualitates accipiunt quæ in rationibus ipsis substantialia sunt. Hinc Plato in Epistolis ait, nos in definiendo delinquere, quoties, quid substantiale sit in rebus definituri, aspicimus in ea et adhibemus ea, quæ sensibus nostris occurrunt. Hæc enim omnia sunt accidentia. Nam substantia non tam sensu percipitur, quam ratione perquiritur, et cum substantialis forma non necessario innitatur dimensioni, plerique hanc individuam putant, et ad genus intelligibile redigunt. Quæ vero sensus palam attingunt, non essentias esse Plotinus ait, sed passiones materiæ, ab efficacia essentialis formæ provenientes, atque ita sensum inde pati quodammodo: rationem vero argumentari. Nemo itaque debet in aquæ definitione inserere frigus hoc, vel liquorem sensibus manifestum: tum quia frigidum atque liquidum, quale corpus hoc sit, designant, non, quid sit, definiunt: tum quia etiamsi calefiat, aqua est: ac si concreta gelu, liquida non appareat, adhuc est aqua. Præterea quod ex pluribus qualitatibus congregatur, non est substantia, vel essentia, vel ratio essentialis existimandum. Una enim unius est forma, ratioque formalis, accidentium cumulum antecedens. Absurdum vero est propriam ipsam rei naturam ex pluribus simul congerere qualitatibus, præsertim ubi quælibet earum seorsum sit communis: alioquin ex illis, quæ neque essentia sunt, et inferiora sunt nimium quam essentia, conficeretur essentia. At si quis interroget, quomodo prima illa omnium essentia

componatur, primo quidem respondetur, non oportere idem prorsus existere, quod constituitur, atque illa, ex quibus dicitur constitutum. Deinde non injuria illam essentiam nominari, quæ conficiatur ex ente: quod quidem ibi sit primum, atque simplicius: cui dum adjunguntur actus ipsius varii, per quos differentiæ quædam intus suboriuntur, consummatur essentia non quidem primo perfectior ente, scilicet quatenus essentia est: quippe quum ita sit processio quædam entis, sive discessio interim ab unitate prima sui, ipsum unum præcipue referente, partibusque, quibus componitur, egeat, si modo ibi compositio proprie dici possit. Hactenus de essentia ita sit dictum ad ens unumque collata. Quomodo autem ad vitam comparetur et mentem, alibi requirendum.

*Quid sit proprie in rebus essentia. Quid præterea qualitas.*

II. In capite libri secundo, quid qualitas sit, inquirit, atque utrum ullo modo ad essentialem pertineat rationem. Confitetur autem, non ad essentiam simpliciter acceptam, sed ad talem essentiam attinere. Si enim definias essentiam ignis tanquam calefactivam, merito inseres ibi calorem: sed forte ibi calor interea desinet proprie qualitas nominari. Sin autem absolutam definias ignis substantiam, quæ substantiam antecedit talem, non manifeste interpones ibi calorem. Substantiam vero ignis, non corpus tantum esse vult, sed corpus certa in specie collocatum. In cujus quidem essentia præcipuum sit substantialis forma occulta sensui, et occultis prædita viribus: secundum vero sit materia sua. Primum vero locum tenet forma, quoniam hæc rem in specie collocat, et dat esse materiæ: vocat vero substantialem formam sæpe hic et alibi, rationem: quia in primis rationi ideali seminariæque respondet, perque ipsam res ipsa tum intelligitur, tum præcipue definitur, et quia proprie ratione cognoscitur. Tangit interea nonnullorum opinionem dicentium, quæ occurrunt sensibus qualitates, non esse firmum in se aliquid, sed plerumque passiones quasdam suppositorum vel oppositorum, illatas ab actionibus substantialium formarum ubique latentium. A quibus quicquid emicat assidue in materiam propriam, esse formarum ejusmodi actus et actiones, ut calor, et lumen levitasque in igne: quicquid autem inde transit in materiam alienam, passiones existere, sicut ab igne calor in aquam. Repetit inter hæc, quæ rei ipsius essentiam necessario complent, non debere illic qualitates denominari sive essentialem talem compleant, sicut calor essentiam calefactoriam: sive essentiam simpliciter, sicut differentia specialis, vel prima virtus in igne antecedens quoque calorem. Subjungit, neque triangulum, neque triangularitatem ipsam in triangulo qualitatem, id est, accidens esse, sed ceræ vel chartæ triangularem fieri, qualitatis more contingere. Concludit qualitatem proprio nomine acceptam contingere post ipsam simpliciter essentiam jam absolutam, sive qualitas separabilis inde fit [Ed. pr. *sit*], sive rursum inseparabilis. Hæc confirmari videntur ex eo, quod Theologi nonnulli de essentia disputant, vel natura, quam nominant quidditatem, rationemve formalem. Quatuor enim circa ipsam signa constituunt: ut ecce in primo signo homo est animal rationale terrenum: quæ quidem ratio formalis est hominis. In secundo adhibentur huic rationi negationes omnium, etiam proprie consequentium. Negationes, inquam, rationibus formalibus innitentes: ut homo neque risibilis est, neque non risibilis, neque docilis, neque non docilis. In tertio signo adjunguntur homini proprietates ejus: ut homo est docilis atque risibilis. In quarto signo communia confluunt accidentia. Oportere autem ante communia esse unicuique propria patet ex eo, quod mobilia firmis necessario innituntur. Propria insuper, siquidem plura sint, rediguntur ad unum maxime proprium. Hoc iterum, si more qualitatis adhibet esse tale vel tale, etiam si tribuat id assidue, in substantialem resolvitur formam: quæ tanquam perfectior exhibet simpliciter esse. Quod quidem antecedit esse tale, sicut potentia ipsa simpliciter talem potentiam antecedit. Hucusque fit connitantium in essentiam resolutio. In ipsa quoque essentia, essentialis virtus naturaliter insita resolvitur in essentiam: quam licet cogitando virtuti præponere: a qua quidem virtute passiones propriæ oriuntur. Post hæc communia plurimum aliunde contingunt.

*Superiora confirmat.*

III. Caput tertium superiora confirmat, atque concludit, qualitatem, ubicunque sit, esse passionem quandam subjecti ab occulta quadam essentiæ virtutisque essentialis efficacia dependentem. In ipsis autem rerum essentiis rationibusque formalibus loco qualitatum esse differentias speciales proprietatesque (ut ita loquar) essentiales, quibus species ipsæ rerum tum in se ipsis constituuntur, tum ab aliis distinguuntur. Quæ quidem et actus quidam essentiales sunt, præsertim in essentiis a materia separatis. Subjungit, rationem ipsam scilicet tum seminariam, tum formæ substantialis efficaciam propagare, ex eo, quod in ipsis est proprium, et nobis occultum, manifestas sensibus in superficie qualitates: et ubi ait calorem igni innatum non esse qualitatem, sed speciem actumque ignis, in primis intellige calorem, tum formam ignis substantialem, tum ipsius

proprietatem, ex qua calor manifestus exoritur: qui non tam in ipsa ignis forma, quam in aliquo subjecto suscipitur: inter hæc ubi ait, in qualitatum principiis exemplaribusque esse actus quosdam loco qualitatum, quæ palam in subjectis apparent, potes etiam ita legere: *Qualitatum principia exemplaria actus sunt eorum, quibus primo insunt.* Neque rursum absurdum fuerit, ubi ait, naturam quidem essentiæ insitam esse speciem ipsius, aut actum, sed affectionem in aliud transeuntem, dici potius qualitatem: dictum ejusmodi dupliciter intelligere; primo quidem (ut diximus) scilicet proprietatem in specie ipsa latentem esse ipsius differentiam atque actum, apparentem vero in materia qualitatem. Deinde rursum affectionem huic speciei propriam, in materia propria vigentem assidue, sicut calor in igne, non tam qualitatem, quam actum ignis existimandam: qualitatem vero præcipue quando transit in aquam.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ ϛ.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER VI.

## ΠΕΡΙ ΟΥΣΙΑΣ ΚΑΙ ΠΟΙΟΤΗΤΟΣ,

### De essentia et qualitate.

179 ἎΡΑ τὸ ὂν καὶ ἡ οὐσία ἕτερον, καὶ τὸ μὲν ὂν, ἀπηρημωμένον τῶν ἄλλων, ἡ δὲ οὐσία τὸ ὂν μετὰ τῶν ἄλλων, κινήσεως, στάσεως, ταὐτοῦ, ἑτέρου, καὶ στοιχεῖα ταῦτα ἐκείνης; τὸ οὖν ὅλον οὐσία· ἕκαστον δὲ ἐκείνων, τὸ μὲν ὂν, τὸ δὲ κίνησις, τὸ δὲ ἄλλό τι. Κίνησις
B μὲν οὖν κατὰ συμβεβηκὸς ὂν, οὐσία δὲ ἆρα κατὰ συμβεβηκός; ἢ συμπληρωτικὸν οὐσίας; ἢ καὶ αὐτὴ ἡ οὐσία, καὶ τὰ ἐκεῖ πάντα οὐσία; Πῶς οὖν οὐ καὶ ἐνταῦθα; ἢ ἐκεῖ, ὅτι ἓν πάντα; ἐνθάδε δὲ

7. και ποιότητος] Codd. Ciz. Marc. A. B.C. Mon. C. Par. A. ἢ περὶ ποιότητος.

9. ἀπηρημωμένον] Cod. Ciz. ἀπηρημωμένων.

10. κινήσεως,] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. κινήσεως cum dist. min. Idem sine dist. Codd. Mon. A. Med. A.B. Vat. Postremus autem addito καὶ, quod in marg. obelo transfigitur. Ficinum legisse apparet κινήσεως. Et ita dedi. Edit. male ἄλλων κινήσεων· στασ.

13. δὲ ἆρα] Abest de a Codd. Marc. A. Mon. C. Iidem exhibuerunt (cum Codd. Marc. B.C.) ἄρα pro ἆρα, et interrogandi signum post συμβεβηκός.

14. συμπληρωτικὸν] Codd. Marc. A. Mon. C. συμπληρωματικόν.

ib. πάντα οὐσία] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Var. πάντα οὐσίας.

15. οὐ καὶ ἐνταῦθα ;] Edit. οὐκ ἐνταῦθα Codd. Darm. Marc. A. Mon. C.A. Med. A.B. Par. A. Vat. οὐ καὶ ἐνταῦθα (solus Marc. A. ἐνθάδε), Codd. Leid. Marc. B. καὶ ἐνταῦθα.

ib. ἐνθάδε] Cod. Mon. A. ἐνταῦθα.

I. *Movet dubia de essentia et qualitate, ac tentat solutionem.*

NUNQUID ens est alterum, quam essentia, atque ens quidem etiam seclusis aliis dicitur? Essentia vero est ens una cum aliis simul adjunctis, videlicet motu, statu, identitate, alteritate: atque hæc essentiæ sunt elementa. Totum igitur est essentia. Quodlibet autem illorum aliud quidem ens: aliud vero motus, aliaque similiter. Motus igitur ens est per accidens: sed nunquid etiam per accidens est essentia? an forte essentiam complens? quin potius et ipse est essentia, atque omnia, quæ in divinis sunt, essentia sunt. Cur non igitur et apud nos ita se res habet? Forte sic est ibi, quoniam cuncta sunt unum: hic autem, cum simulachra discreta jam sint, hoc quidem aliud, illud vero est aliud: quemadmodum in semine quidem simul omnia sunt et

διαληφθέντων τῶν εἰδώλων, τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο· ὥσπερ ἐν μὲν 179
τῷ σπέρματι ὁμοῦ πάντα, καὶ ἕκαστον πάντα· καὶ οὐ χεὶρ χωρὶς,
καὶ χωρὶς κεφαλή· ἔνθα δὲ χωρίζεται ἀλλήλων· εἴδωλα γὰρ, καὶ οὐκ
ἀληθῆ. Τὰς οὖν ποιότητας ἐκεῖ φήσομεν οὐσίας διαφορὰς περὶ οὐ- C
σίαν οὔσας, ἢ περὶ ὄν· διαφορὰς δὲ, ποιούσας ἑτέρας οὐσίας πρὸς
ἀλλήλας, καὶ ὅλως οὐσίας· ἢ οὐκ ἄτοπον, ἀλλὰ περὶ τῶν τῇδε ποιο-
τήτων, ὧν αἱ μὲν διαφοραὶ οὐσιῶν, ὡς τὸ δίπουν, καὶ τὸ τετράπουν·
αἱ δὲ οὐ διαφοραὶ οὖσαι, αὐτὸ τοῦτο μόνον, ποιότητες λέγονται, καί-
τοι τὸ αὐτὸ καὶ διαφορὰ γίγνεται συμπληροῦσα, καὶ οὐ διαφορὰ ἐν
ἄλλῳ οὐ συμπληροῦσα τὴν οὐσίαν· συμβεβηκὸς δὲ, οἷον τὸ λευκόν· D
ἐν μὲν κύκνῳ ἢ ψιμυθίῳ, συμπληροῦν, ἐν δὲ σοὶ, συμβεβηκός· ἢ τὸ
λευκὸν, τὸ μὲν ἐν τῷ λόγῳ, συμπληροῦν καὶ οὐ ποιότης, τὸ δὲ ἐν τῇ
ἐπιφανείᾳ, ποιόν· ἢ διαιρετέον τὸ ποιὸν, ὡς τὸ μὲν οὐσιῶδες, ἰδιότης
τις οὖσα τῆς οὐσίας, τὸ δὲ μόνον ποιόν· καθ' ὃ ποιὰ οὐσία τοῦ
ποιοῦ, οὐ διαλλαγὴν εἰς τὴν οὐσίαν ποιοῦντος, οὐδ' ἐκ τῆς οὐσίας,
ἀλλ' οὔσης ἤδη καὶ πεπληρωμένης, διάθεσίν τινα ἔξωθεν ποιοῦντος,
καὶ μετὰ τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος προσθήκην, εἴτε περὶ ψυχὴν, 180
εἴτε περὶ σῶμα γίγνοιτο. Ἀλλ' εἰ καὶ τὸ ὁρώμενον λευκὸν ἐπὶ τοῦ

4. φήσομεν οὐσίας διαφορὰς] Codd. Mon. C. Vat. οὐσίαν. Vat. διαφορὰν, in m. άς.
ib. περὶ οὐσίαν] Codd. Darm. Mon. C. Par. A. Vat. οὐσίαν. Edit. περὶ οὐσίας.
5. ἑτέρας οὐσίας] Hæc bis deinceps in edit. scripta non repetunt nisi Codd. Leid. Mon. C. Vat. Nos repetitionem delevimus.
9. καὶ οὐ—συμπληροῦσα] Cod. Ciz. hæc omittit.
11. ψιμυθίῳ] Ita pro ψιμμιθίῳ scripsimus jubentibus Codd. Ciz. Med. B. Par. A. et Hemsterhusio ad Aristoph. Plut. 1065. p. 393—395. Cf. Orelli ad Nicol. Damasceni Fragg. in Supplemm. pag. 18. ubi etiam de re. In Codd. Marc. A.C. Mon. C. Vat. est ψιμμυθίῳ. Et ita pag. seq.
13. διαιρετέον] Codd. Marc. A. Mon. C. διαιρέον.
15. ποιοῦντος] Cod. Vat. ποιοῦνται, in m. ος.
16. πεπληρωμένης] Cod. Vat. πληρουμένης, in m. ut Ed.

quodlibet omnia. Neque seorsum manus, caputve seorsum: in effectu vero inter se discernuntur: non enim vera sunt, sed simulachra. Qualitates igitur ibi num esse dicemus essentias? quæ quidem circa essentiam vel circa ens differentiæ sunt. Differentias, inquam, esse dicemus efficientes, ut essentiæ inter se alteræ sint, atque omnino sint essentiæ? Forte id dictu non est absurdum: sed absurde id diceretur de his, quæ apud nos sunt qualitatibus, quarum aliæ quidem essentiarum differentiæ sunt, ut bipes, et quadrupes, aliæ vero nequaquam sunt differentiæ, et ob hoc ipsum solum qualitates esse dicuntur: quanquam idem tum differentia videri potest, ubi complet essentiam, tum minime differentia in alio essentiam ibi non implens, [sed accidens]: quemadmodum albedo in cigno vel cerussa naturam complet, in homine autem duntaxat est accidens. Aut albedo quatenus in ratione est, non qualitas est, sed implens, quatenus vero in superficie, qualitas. Forte vero, quod quale dicitur, distinguendum est, adeo ut aliud quidem essentiale sit, existens videlicet proprietas quædam essentiæ: aliud autem sit solum quale, secundum quod essentia qualis denominatur: ubi hoc ipsum quale diversitatem permutationemque essentiæ non indueat, neque dimoveat ab essentia: sed cum essentia jam sit, plenaque sit, dispositionem quandam extrinsecus afferat, atque post ipsam rei essentiam additamenti nonnihil adhibeat, sive circa animam id, sive circa corpus efficiatur. Proinde, ut dixerit aliquis, albedo visibilis, [licet in cerussa compleat ipsam,] in cigno non complet essentiam: esse namque cignus potest minime albus. At vero in cerussa albedo complere essentiam dicitur: similiterque calor in

180
ψιμυθίου συμπληρωτικὸν εἴη αὐτοῦ· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ κύκνου, οὐ
συμπληρωτικὸν, γένοιτο γὰρ ἂν καὶ οὐ λευκός· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ψιμυ-
θίου καὶ τοῦ πυρὸς δὲ ἡ θερμότης. Ἀλλ' εἴ τις λέγοι τὴν πυρότητα
τὴν οὐσίαν εἶναι, καὶ ἐπὶ τοῦ ψιμυθίου τὸ ἀνάλογον, ἀλλ' ὅμως τοῦ
B ὁρωμένου πυρὸς πυρότης ἡ θερμότης συμπληροῦσα, καὶ ἡ λευκότης ἐπὶ
τοῦ ἑτέρου. Αἱ αὐταὶ τοίνυν συμπληρώσουσι, καὶ οὐ ποιότητες· καὶ
οὐ συμπληρώσουσι, καὶ ποιότητες. Καὶ ἄτοπον ἐν μὲν οἷς συμπλη-
ροῦσι λέγειν ἄλλο εἶναι, ἐν δὲ οἷς μὴ, ἄλλο, τῆς αὐτῆς φύσεως οὔ-
σης· ἀλλὰ ἄρα τοὺς μὲν λόγους τοὺς ποιήσαντας αὐτὰ οὐσιώδεις
ὅλους, τὰ δὲ ἀποτελέσματα ἔχειν ἤδη τὰ ἐκεῖ τι ἐνταῦθα ποιὰ, οὐ
C τί· ὅθεν καὶ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς ἀεὶ περὶ τὸ τί, ἀπολισθάνοντας ἐν
ταῖς ζητήσεσιν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ποιὸν καταφερομένους. Οὐ γὰρ
εἶναι τὸ πῦρ ὃ λέγομεν, εἰς τὸ ποιὸν ἀφορῶντες, ἀλλὰ τὸ μὲν, εἶναι
οὐσίαν. Ἃ δὲ νῦν βλέπομεν, εἰς ἃ καὶ ἀφορῶντες λέγομεν, ἀπάγειν
ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ τί, καὶ ὁρίζεσθαι τὸ ποιὸν, καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν,
D εὐλόγως· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οὐσίαν εἶναι, ἀλλ' αὐτῆς πάθη. Ὅθεν
κἀκεῖνο, πῶς οὐκ ἐξ οὐσιῶν οὐσία; ἐλέγετο μὲν οὖν, ὅτι οὐ δεῖ τὸ
αὐτὸ τὸ γιγνόμενον εἶναι, τοῖς ἐξ ὧν· νῦν δὲ λέγειν δεῖ, ὅτι οὐδὲ τὸ

1. εἴη αὐτοῦ—συμπληρωτικὸν] Desunt hæc in Cod. Leid. Contra Ficin. non vertit verba: ψιμυθίου—ἐπὶ μὲν γάρ. Et reapse melius absunt.

2. καὶ οὐ λευκός] Cod. Vat. καὶ λευκὸς καὶ οὐ λευκός. Sed in marg. est obelus.

3. εἴ τις λέγοι] Codd. Ciz. et Vat. λέγει.

ib. πυρότητα] Cod. Mon. A. ποιότητα.

7. καὶ ποιότητες] καὶ οὐ ποιότητες est in Codd., exceptis Darm. et Med. A., omnibus. Sed Vat. in marg. obelum habet.

ib. ἄτοπον] Cod. Ciz. ἔκτοπον.

9. ἀλλὰ ἄρα] Codd. Ciz. Marc. C. ἀλλ' ἆρα, Marc. A.B. Vat. ἀλλ' ἄρα.

ib. ποιήσαντας] Cod. Vat. ποιήσαντες.

10. ἐκεῖ τι] Codd. Mon. C. Vat. ἐκεῖ. τί.

11. ἀπολισθάνοντας] Codd. Marc. B. Med. A. ἀπολισθαίνοντας. Cf. Annot. nostr. ad II. 2. 1.

12. ζητήσεσιν] Cod. Mon. C. συζητήσεσιν.

15. ἀπὸ τοῦ τί] Cod. Vat. ἀπὸ τοῦ τί.

17. κἀκεῖνο] Cod. Vat. κἀκείνη.

ib. ἐλέγετο μὲν] Codd. Darm. Marc. B. et marg. Vat. ut marg. Ed. ἐλέγομεν et ita Fic.

ib. ὅτι οὐ δεῖ] Codd. Marc. A. Mon. A. C. Vat. ὅτι δεῖ. Sed Vat. in m. habet οὐ. In Cod. Ciz. est ὅτι δή.

18. τοῖς ἐξ ὧν] Codd. Marc. A. Mon. A.C. τοῖς ἔξωθεν.

ib. οὐδὲ τὸ] Abest οὐδὲ a Codd. Marc. A. Mon. A.C. Utrumque vocabulum omissum in Cod. Vat. in m. additum est.

igne. Quod si quis præterea dixerit ignitatem (ut ita dixerim) essentiam esse, et de cerussa similiter: veruntamen ignis hujus visibilis ignitas est caliditas essentiam complens, similiterque in cerussa est albedo. Eædem itaque res complebunt essentiam, neque qualitates erunt; rursusque non complebunt, et qualitates erunt. Et si absurdum est, ubi complent quidem esse aliud dicere, ubi vero non complent insuper aliud, quum tamen eadem sit natura. Forsan vero dicendum est, rationes quidem ipsas, quæ hæc efficiunt, totas essentiales existere: hos autem effectus illa, quæ in rationibus ipsis substantialia sunt, non jam ut substantialia, sed ut qualia reportare: atque hinc fieri, ut semper in eo, quod quid est, assignando peccemus in ipsa inquisitione substantiæ prævaricantes, atque labentes in qualitatem. Neque enim esse censendum est ignem hoc ipsum quod appellamus ignem, quando aspicimus qualitatem, imo vero ipsum essentiam esse. Quæ autem nunc aspicimus, aspicientesque pronuntiamus, nos ab eo, quod quid est, procul abducere, et quale quiddam recte in genere sensibili designari. Nihil enim horum essentiam esse, sed essentiæ passiones. Unde et illud quæritur, quomodo ex non essentiis conficiatur essentia? Diximus itaque non oportere, quod fit, idem esse atque illa ex quibus conficitur: nunc autem dicendum est, neque etiam id, quod fit, essentiam esse. At quomodo illam, quam illic essentiam nominavimus, ex non essentia dicimus constitutam? Essentiam dicemus illic principalius puriusque

γενόμενον οὐσία. Ἀλλὰ πῶς ἐκεῖ ἣν ἐλέγομεν οὐσίαν, οὐκ ἐξ 180
οὐσίας λέγοντες; τὴν γὰρ οὐσίαν φήσομεν ἐκεῖ κυριώτερον καὶ ἀμι-
γέστερον ἔχουσαν τὸ ὄν, εἶναι οὐσίαν, ὡς ἐν διαφοραῖς ὄντως, μᾶλ-
λον δὲ μετὰ προσθήκης ἐνεργειῶν, λεγομένην οὐσίαν, τελείωσιν μὲν E
δοκοῦσαν εἶναι ἐκείνου, τάχα δ' ἐνδεεστέραν τῇ προσθήκῃ, καὶ τῷ
οὐχ ἁπλῷ ἀλλ' ἤδη ἀφισταμένην τούτου.

Ἀλλὰ περὶ τῆς ποιότητος σκεπτέον τί ὅλως. Τάχα γὰρ γνωσθὲν
ὅ, τι ἐστὶ μᾶλλον παύσει τὰς ἀπορίας. Πρῶτον οὖν ἐκεῖνο ζητη-
τέον, εἰ τὸ αὐτὸ θετέον, ὁτὲ μὲν ποιὸν μόνον, ὁτὲ δὲ συμπληροῦν F
οὐσίαν, οὐ δυσχεράναντας ποιὸν συμπληρωτικὸν οὐσίας εἶναι, ἀλλὰ
ποιᾶς μᾶλλον οὐσίας. Δεῖ τοίνυν ἐπὶ τῆς ποιᾶς οὐσίας, τὴν οὐσίαν
πρὸ τοῦ ποιὰν εἶναι, καὶ τὸ τὶ ἐστί. Τί οὖν ἐπὶ τοῦ πυρὸς πρὸ τῆς
ποιᾶς οὐσίας ἡ οὐσία ἄρα τὸ σῶμα· τὸ γένος τοίνυν οὐσία ἔσται, τὸ
σῶμα, τὸ δὲ πῦρ, σῶμα θερμόν· καὶ οὐκ οὐσία τὸ ὅλον, ἀλλ' οὕτω
τὸ θερμὸν ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ ἐν σοὶ τὸ σιμόν. ἀφαιρεθείσης τοίνυν τῆς G
θερμότητος, καὶ τοῦ λαμπροῦ καὶ τοῦ κούφου, ἃ δὴ δοκεῖ ποιὰ εἶναι,
καὶ ἀντιτυπίας, τὸ τριχῇ διαστατὸν καταλείπεται, καὶ ἡ ὕλη οὐσία.
Ἀλλ' οὐ δοκεῖ· τὸ γὰρ εἶδος μᾶλλον οὐσία. Ἀλλὰ τὸ εἶδος ποιότης· 181
ἢ οὐ ποιότης, ἀλλὰ λόγος τὸ εἶδος. Τὰ οὖν ἐκ τοῦ λόγου καὶ τοῦ

2. λέγοντες;] Interrogandi signum deest in Cod. Vat.
3. ὄντως] Cod. Vat. ὄντος et ita Fic.
6. ἁπλῷ] Cod. Ciz. ἁπλῶς.
7. γνωσθὲν] Cod. Leid. γνωρισθέν.
9. ποιὸν μόνον] Cod. Vat. πληρούμενον, in m. ut Ed.
10. οὐσίας εἶναι] Edit. οὐσίαν εἶναι. Codd. Ciz. Leid. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Vat. οὐσίας, et ita correxi cum Ficino.
12. τὸ τὶ ἐστί] Cod. Vat. τὸ τί ἐστι.
15. τῆς θερμότητος] Codd. omnes, exceptis Leid. et Par. A., omittunt articulum; sed Vat. eum in marg. addit.
16. καὶ τοῦ κούφου] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C.A. Vat. καὶ τοῦ κούφου. Recepi. Ed. καὶ κούφου.
17. ἀντιτυπίας] Cod. Vat. ἀντιτυπίαν, in m. ας.
19. Τὰ οὖν ἐκ] Cod. Vat. τὸ οὖν ἐκ.

ens habentem esse essentiam, velut in entis ipsius differentiis constitutam: potius autem cum actionum additamento, essentiam nominatam esse censebimus: quæ quidem entis perfectio videatur. Forsan vero ex adjunctione facta judicanda sit indigentior: quippe cum a simplicitate degeneret, et ab ipso jam ente declinet.

II. *Quid sit qualitas, et utrum ad rationem essentialem ullo modo pertineat.*

Verum de qualitate quid sit omnino considerandum est. Forte enim quando, quid sit, cognoverimus, dubitationes ejusmodi propellemus. Principio perquirendum est, num existimandum sit aliquid idem alias quidem esse solummodo qualitatem, alias autem essentiam quoque complere, adeo ut nequaquam durius contendamus ad id convincendum, quo qualitas simpliciter essentiam compleat, sed essentiam potius talem. Oportet igitur in tali quadam essentia essentiam esse, et quod quid est, antequam sit talis. Quid ergo? num in igne ante talem essentiam simpliciter est essentia? Forte hinc sequitur, ut sit corpus. Ipsum itaque genus quod est corpus, essentia erit: ignis autem corpus erit calidum, neque totum id erit essentia, sed ita calor erit in ipso, quemadmodum in te figura sima. Quam ob rem, si auferatur calor, et splendor, et levitas, quæ videntur esse qualia, et tollatur oppositio, relinquaturque quod dicitur trina dimensione porrectum atque materia, id ipsum quod residuum est, erit essentia. At id verisimile non videtur. Species enim magis essentia est. Sed nunquid species qualitas est? Forte non qualitas, sed ratio species ipsa est. Quod igitur ex ratione subjectoque constat, quidnam est? Non enim id, quod visibile occurrit atque urens; id autem quale est: nisi quis forte dicat combustio-

181 ὑποκειμένου, τί ἐστιν; οὐ γὰρ τὸ ὁρώμενον καὶ τὸ καῖον, τοῦτο δὲ ποιόν·
εἰ μή τις λέγοι τὸ καίειν ἐνέργειαν ἐκ τοῦ λόγου, καὶ τὸ θερμαίνειν,
καὶ τὸ λευκαίνειν τοίνυν, καὶ τὰ ἄλλα ποιήσεις· ὥστε τὴν ποιότητα,
οὐχ ἕξομεν ὅπου καταλείψομεν. Ἢ ταύτας μὲν οὐ λεκτέον ποιότη-
B τας, ὅσαι λέγονται συμπληροῦν οὐσίας, εἴπερ ἐνέργειαι αὐτῶν ἀπὸ
τῶν λόγων καὶ τῶν δυνάμεων τῶν οὐσιωδῶν ἰοῦσαι· ἃ δέ ἐστιν ἔξωθεν
πάσης οὐσίας, οὐ πῇ μὲν ποιότητες, ἄλλοις δὲ οὐ ποιότητες φαντα-
ζόμεναι, τὸ δὲ περιττὸν μετὰ τὴν οὐσίαν ἔχουσαι. οἷον καὶ ἀρεταὶ
καὶ κακίαι, καὶ αἴσχη, καὶ κάλλη, καὶ ὑγίειαι, καὶ οὕτως ἐσχημα-
C τίσθαι. Καὶ τρίγωνον μὲν καὶ τετράγωνον, καθ' αὑτὸ οὐ ποιόν· τὸ
δὲ τετριγωνίσθαι, ᾗ μεμόρφωται, ποιὸν λεκτέον, καὶ οὐ τὴν τριγω-
νότητα, ἀλλὰ τὴν μόρφωσιν, καὶ τὰς τέχνας δὲ καὶ τὰς ἐπιτηδειό-
τητας· ὥστε εἶναι τὴν ποιότητα· διάθεσίν τινα ἐπὶ ταῖς οὐσίαις ἤδη
οὔσαις, εἴ τε ἐπακτὴν εἴ τε ἐξ ἀρχῆς συνοῦσαν· ἣ εἰ μὴ συνῆν,
οὐδὲν ἔλαττον εἶχεν ἡ οὐσία. ταύτην δὲ, καὶ εὐκίνητον, καὶ δυσκί-
D νητον εἶναι· ὡς διττὸν εἶναι εἶδος, τὸ μὲν εὐκίνητον, τὸ δὲ ἔμμονον
αὐτῆς.

Τὸ οὖν λευκὸν τὸ ἐπὶ σοὶ θετέον οὐ ποιότητα, ἀλλ' ἐνέργειαν δηλονότι ἐκ δυνάμεως τῆς τοῦ λευκαίνειν, κἀκεῖ πάσας τὰς λεγομένας

2. *τις λέγοι*] Cod. Marc. C. *τις λέγει.*
3. *τοίνυν*] Abest a Cod. Marc. A.
4. *Ἢ ταύτας—οὐσίας*] Desunt hæc a Cod. Leid.
5. *αὐτῶν*] Codd. Marc. A.C. Mon. A. Med. A.B. Par. A. *αἱ αὐτῶν.* Vat. *ἑαυτῶν*, in m. ut Ed.
6. *ἰοῦσαι*] Cod. Darm. *οὖσαι.*
ib. *ἃ δέ*] Codd. Marc. B.C. *ἃ δ'.*
9. *ὑγίειαι*] Cod. Ciz. *ὑγείαι.* Codd. Marc. A. Mon. C. *ὑγεῖαι.* Cf. Pierson. ad Mœrid. Porson. ad Eurip. Orest. 229. Lobeck ad Phrynich. p. 493.
10. *καθ' αὑτό*] Codd. Leid. et Marc. A. *καθ' αὑτόν.*
11. *τετριγωνίσθαι*] Cum marg. Ed. habent *τετριγωνίσαι* Codd. Marc. B. Med. A. Posterior vero supra lin. ut Ed. In Codd. Leid. et Mon. A. est *τετραγωνίσθαι*, in Cod. Darm. *τριγωνίσαι*, in Cod. Par. A. *τριγωνίσθαι.*
ib. *καὶ οὐ—τὴν μόρφωσιν*] Desunt hæc in Cod. Ciz.
13. *τὴν ποιότητα*] Cod. Med. B. *καὶ τὴν ποιότητα.*
14. *οὔσαις*] Codd. Ciz. Darm. *ἰούσαις.*
ib. *εἴ τε—εἴ τε*] Codd. Ciz. Marc. A. B.C. Mon. C. Vat. *εἴ τ'.*
19. *τῆς τοῦ*] Abest *τῆς* a Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed Vat. habet in marg.

nem ipsam esse actum ex ratione manantem: atque ita et calefacere, et albefacere, et ejusdem generis alia, esse actiones affirmet. Itaque, ubi collocemus qualitatem, nequaquam inveniemus. Forsan vero eas non debemus dicere qualitates quæcunque essentias complere dicuntur; siquidem actiones vel actus sunt earum a rationibus essentialibusque potentiis orientes: sed eas duntaxat, quæ extra totam essentiam sunt. Quæ non alicubi quidem qualitates, alicubi vero non qualitates apparent, atque supervacuum aliquid post essentiam videntur afferre: veluti virtutes et vitia, pulchritudo atque turpitudo, et valitudo dispositioque figuræ, [vel situs]. Triangulus vero atque quadrangulus secundum se ipsum non est quale, sed hoc ipsum, quod est triangulare fieri, quatenus ita formatur, est quale dicendum: neque triangulitatem, sed formationem totius, qualitatem possumus appellare: possumus et artes et aptitudines studiorum. Itaque qualitas erit dispositio quædam in essentiis, quæ jam sunt, sive adventitia hæc sit, sive ab initio comitans. Quæ quidem, si etiam non comitata fuisset, nihil minus habuisset essentia. Licet hanc dicere partim quidem facile mobilem, partim vero difficile, ut duplex ejus species videatur, altera quidem stabilis, altera vero mobilis.

III. *Qualitatem manifestam esse passionem ab actione virtutis occultæ: Item, quod inest prorsus essentiæ suæ, esse ipsius actum et proprietatem specialem: quod ab essentia distat, esse qualitatem.*

Albedo igitur in te apparens dicenda est non

ποιότητας, ἐνεργείας, τὸ ποιὸν λαβούσας παρὰ τῆς ἡμετέρας δόξης, 181
τῷ ἰδιότητα εἶναι ἑκάστην, οἷον διοριζούσας τὰς οὐσίας πρὸς ἀλλή-
λας, καὶ πρὸς ἑαυτὰς, ἴδιον χαρακτῆρα ἐχούσας. Τί οὖν διοίσει E
ποιότης ἡ ἐκεῖ; ἐνέργειαι γὰρ καὶ αὗται· ἢ ὅτι μὴ οἷον τί ἐστι δη-
λοῦσιν, οὐδὲ ἐναλλαγὴν τῶν ὑποκειμένων, οὐδὲ χαρακτῆρα, ἀλλ'
ὅσον μόνον τὴν λεγομένην ποιότητα, ἐκεῖ ἐνέργειαν οὖσαν· ὥστε, τὸ
μὲν ὅταν ἰδιότητα οὐσίας ἔχῃ, δῆλον αὐτόθεν ὡς οὐ ποιόν· ὅταν δὲ
χωρίσῃ ὁ λόγος τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἴδιον, οὐκ ἐκεῖθεν ἀφελὼν, ἀλλὰ μᾶλ-
λον λαβὼν, καὶ γεννήσας ἄλλο, ἐγέννησε ποιὸν οἷον μέρος οὐσίας F
λαβὼν, τὸ ἐπιπολῆς φανὲν αὐτῷ. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν κωλύει καὶ
τὴν θερμότητα, τῷ σύμφυτον εἶναι τῷ πυρὶ, εἶδός τι εἶναι τοῦ πυρὸς,
καὶ ἐνέργειαν, καὶ οὐ ποιότητα αὐτοῦ, [καὶ αὖ ἄλλως ποιότητα]·
μόνην δὲ ἐν ἄλλῳ ληφθεῖσαν, οὐκέτι μορφὴν οὐσίας οὖσαν, ἀλλὰ
ἴχνος μόνον καὶ σκιὰν καὶ εἰκόνα, ἀπολιποῦσαν αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἧς G
ἡ ἐνέργεια, ποιότητα εἶναι. Ὅσα οὖν συμβέβηκε καὶ μὴ ἐνέργειαι
καὶ εἴδη οὐσιῶν, μορφάς τινας παρεχόμενα, ποιὰ ταῦτα· οἷον καὶ
ἕξεις καὶ διαθέσεις, ἄλλαι τῶν ὑποκειμένων, λεκτέαι ποιότητες, τὰ
δὲ ἀρχέτυπα αὐτῶν, ἐν οἷς πρώτως ἐστὶν, ἐνεργείας ἐκείνων, καὶ οὐ 182

1. τὸ ποιὸν] Edit. τὸ ποιεῖν sed Fic. et omnes Codd. cum marg. Ed. τὸ ποιὸν, quos sequor. Cod. Ciz. λαμβάνουσας pro λαβουσας.

3. Τί οὖν] Abest οὖν a Cod. Par. A.

7. ἰδιότητα] Cod. Ciz. ἰδιότητι.

8. ἐπ' αὐτοῖς] Cod. Vat. ἐπ' αὐτῆς.

10. φανὲν] Cod. Darm. φαμέν.

11. τῷ συμφυτον] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. τὴν σύμφυτον.

12. ποιοτητα] Edit. ποιότητας, sed Codd., præter Mon. A. et Par. A., omnes ποιότητα; sed Vat. in m. ας. Ficin. non expressit και αὖ—ποιότητα, et turbat sententiam hæc verba.

13. οὖσαν] Abest a Cod. Vat., sed in m. additum est.

15. ἐνέργειαι] Codd. Darm. Par. A. et. Vat. cum marg. Ed. ἐνεργεία, sed Vat. in m. ut Ed. In Codd. Marc. A.B. est ἐνεργεία, in Codd. Ciz. Leid. Mon. A.C. Med. A.B. ἐνέργεια.

17. ἕξεις] Codd. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. αἱ ἕξεις. Post ἕξεις Cod. Marc. C. καὶ αἱ.

ib. λεκτέαι] Ita scripsimus ex Codd., præter Ciz., omnibus, pro eo quod in Ed. pessime scribitur λεκτέονας, quod monstrum lectionis ortum est ex conjunctione lectionis λεκτέον, et ποιότητας quod aliquis per ας indicatum voluit, et reapse illud λεκτέον cogitatione addendum est ad sequens membrum τα δε ἀρχέτυπα—ἐνεργείας, nisi forte hoc quoque præferas: λεκτέον ποιότητας. Ficinus in Comment. in hoc caput ita quoque legi posse dicit: ποιότητες. Τὰ δὲ ἀρχέτυπα αὐτῶν, ἐν οἷς πρώτως ἐστὶν, ἐνέργειαι (sc. ἐστίν). "*Qualitatum principia exemplaria actus sunt eorum, quibus primo insunt.*" Cod. Vat.: λεκτωίαι, sed corr. in marg.

tam qualitas esse, quam actus quidam ex potentia albefaciendi procedens. Illic autem dicendum est, omnes, quæ qualitates nominantur, esse actus. Qui tamen ab opinione nostra qualitatis nomen accipiunt, propterea quod quælibet sint proprietates, quasi distinguentes essentias inter se, atque ad se ipsas proprium habentes characterem. Quonam igitur discrepat qualitas, quæ illic est, a nostris? actus enim hæ quoque sunt. Forte, quia non ostendunt, quale quid sit, neque discrepantiam subjectorum, neque characterem: sed duntaxat ipsam quæ qualitas dicitur, quæ quidem illic est actus. Quapropter quando proprietatem habet essentiæ; inde proprie constat non esse qualitatem: quando vero ratio, quod in his proprium est, secernit, non inde auferens vel decerpens, sed magis accipiens generansque aliud procreat quale, quasi partem essentiæ capiens sibi in superficie apparentem. Quod si ita est, nihil prohibet calorem igni innatum esse speciem aliquam actumque ignis, neque ignis qualitatem [et rursus aliter qualitatem]. At tunc demum qualitatem, quando in alio quodam accipitur, ubi non amplius sit essentiæ forma, sed vestigium tantum et umbra atque imago, relinquens illam ipsius essentiam, cujus est actus. Quotcunque igitur accidunt, neque actus neque species essentiarum sunt, præbent autem formas duntaxat quasdam [*hæc sunt qualia*], per quas subjecta qualia faciunt: velut habitus dispositionesque,

182 *γίγνεται αὐτὸ ποιότης καὶ οὐ ποιότης, ἀλλὰ τὸ ἀπηρημωμένον οὐσίας, ποιόν· τὸ δὲ σὺν ταύτῃ, οὐσίαν, ἢ εἶδος, ἢ ἐνέργειαν. Οὐδὲν γάρ ἐστι ταὐτὸν ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ἄλλῳ, μόνον ἐκπεσὸν τοῦ εἶδος καὶ ἐνέργεια εἶναι· ὃ μέντοι μηδέποτε εἶδος ἄλλου, ἀλλὰ συμβεβηκὸς ἀεὶ, καθαρῶς ποιότης καὶ μόνον τοῦτο.*

1. ἀπηρημωμένον] Cod. Vat. ἀπηρημωμένων, in m. ut Ed. Pro seq. οὐσίαν editionis idem cum Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. C. habet οὐσίας, quod recepimus. Vid. supra p. 179. A. ibiq. Annot.

3. ἐκπεσὸν] Cod. Leid. ἐκπεσών.
ib. τοῦ εἶδος] Codd. Leid. Darm. Marc. A. Mon. A.C. Med. τοῦ εἴδους.

sive affectiones aliæ a subjectis dicendæ sunt qualitates: in quarum principiis exemplaribusque actus sunt; quæ in his subjectis qualitates cognominantur: Nec idem fit alicubi quidem qualitas, alicubi vero non qualitas: sed quod ab essentia desertum est, evadit qualitas. Quod autem cum essentia permanet, nimirum essentia, vel species, vel actus existit. Nulla enim natura eadem est, prout in suo fonte est, et prout in alio: ubi a sua origine jam destituta dignitatem speciei actusque non retinet. Veruntamen, quod nullius aliquando species est, sed accidens semper, pure jam qualitas est solumque qualitas.

# MARSILII FICINI

IN

# LIB. VII. ENNEAD. SECUNDÆ

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI,

### Quomodo in numeris atque in natura compositio fiat atque commixtio. Item de tribus opinionibus mixtionis.

QUEMADMODUM in numeris aliud quidem est adjungere, aliud autem multiplicare: sic in rebus naturalibus aliud est componere, aliud commiscere. Profecto simili quadam proportione, sicut in numerorum ordine additur unitas unitati, fitque binarius: sic in natura additur materiæ forma, fitque corpus. Ibi rursus unitas, numero ad ternarium procreandum: hic similiter adjungitur virtus corpori ad motum efficiendum: fitque corpus mobile. Illic iterum apponitur numero numerus, ut binarius binario, unde fit quaternarius, aut etiam quaternario ternarius admovetur ad septenarium componendum. Simili quodam pacto et in natura corpus jam mobile factum, ad corpus aliud æque mobile se confert, atque vicissim: unde corpora corporibus sicut numeri numeris componuntur. Proinde sicut in numeris præter adjunctionem multiplicatio fit, sic ultra compositionem vel appositionem fit in natura commixtio. Quaternarium vides adjunctione creari: ubi duo dicis atque duo, vides in eodem commixtionem, ubi ais, bis duo conficiunt quaternarium. Rursus nonarium cernis adjunctione creari, dum quinario quaternarius additur. Reperis in eodem commixtionem, dum dicis ter tria novem. Similiter vel admovetur, et quodammodo etiam infunditur corpus corpori, vel in unum penitus confunduntur. In qua quidem confusione non licet in aliis corporis commisti partibus aliud hic, aliud ibi discernere, sed cuncta continentur in singulis: et ita in quolibet concluditur universum. Sicut ubi numerum multiplicas, puta ternarium in qualibet unitate parteque ternarii totum ternarium comprehendis: alioqui ter tria computare non posses. Tum vero sicut in numeris, quicunque multiplicatione conflatur, etiam adjunctione conficitur, neque vicissim: sic in natura ubicunque fit rerum exacta commistio, jam et compositio contingit, neque fit e converso. Omnino igitur sicut in numeris negare non potes ejusmodi conflationem fieri, in qua totum contineatur in qualibet parte sui ad novam inde formam numeri procreandam, ut ternarius totus in qualibet sui parte multiplicatus ad ipsam novenarii formam: ita similem in natura commistionem negare non debes. Nam et in natura et in numeris ejusmodi fit conflatio, quia talis est in natura vitali, atque in ipsa ideali vita mutua seminalium vel idealium conspiratio rationum. Plotinus igitur id in præsentia tractaturus, tres adducit opiniones: primam eorum, qui in corporibus inter se conciliandis neque materias, neque qualitates penitus commiscebant, sed apponebant materias materiis, qualitatesque similiter qualitatibus: quam quidem opinionem continuo respuit. Secundam, eorum, qui quamvis materias non commiscerent, sed potius admoverent, qualitates tamen invicem confundebant. Horum sententiam probabiliorem esse declarat. Tertiam postremo, putantem tum materias materiis, tum qualitates qualitatibus exactissime posse conflari, admittit etiam ut

probabilem. Principio in oxymelle usque adeo acetum cum melle miscemus, ut nulla relinquatur in hoc composito portiuncula, quæ non habeat utriusque saporem: ex quo refelluntur illi, qui sola quadam appositione confiderent, perinde ac si integra panici grana cum integris milii granis congregarentur. Contundent alii pariter utriusque grana, dicentque granis utrinque ad minimas naturæ suæ particulas jam contritis, propinquare quidem particulas singulas utrinque singulis, sed non omnino confundi materias, quamvis confundantur invicem qualitates. Nam ubique in quolibet milii minimo esse quendam panici saporem, atque vicissim. Alii vero vino ad hæc adhibito conterent diligentius: ideoque exactius commiscebunt, adeo ut penitus non contritæ solum, sed etiam liquefactæ materiæ non jam apponantur ulterius, sed nihilo prohibente penitus confundantur: ibique posthac singulorum trium ubique sint non qualitates solum, quod sensus ipse declarat, sed materiæ quoque conflatæ. Concludent talia quædam a natura multo perfectius, quam ab arte posse conflari materias non alienas, sed suas, non interdum, sed ab initio semper: non extrinsecus, sed intrinsecus temperante. Plotinus autem pro sententia prima rationem adducit nullam, tres vero pro opinione secunda. Prima ratio est hujusmodi: Duo corpora in eodem loco penitus invicem æquari non possunt: nam si eodem in loco penitus esse debeant, oportet illa primum in partes dividi: deinde partes vicissim suas partibus adhibere. Quæ quidem partes si indivisibiles sunt, jam corpora illa ad individua sunt resoluta. Et quoniam ex eisdem composita fuerant, in quæ dissolvuntur, sequitur, ut ex individuis quibusdam ipsa corporum magnitudo concreverit: quod ideo fieri nunquam potuit, quoniam individua congregata simul nullam conficiunt magnitudinem. Sin autem partes illæ corporum divisibiles fuerint, quælibet per se erit corpus, situmque proprium seorsum habebit ab aliis. Itaque non erunt corpora duo prorsus in eodem loco, imo multis in loculis corpuscula multa. Secunda ratio. Quando duo corpora commiscentur, semper ferme majorem simul locum occupant, quam alterutrum: ex quo apparet non fuisse dimensiones utrimque penetratas ad summum. Tertia ratio: Quando corpus longe minus insinuatur longe majori, non potest minus ipsum cum majori prorsus æquari. Quod si quis objiciat, locum aliquando post duorum commistionem non occupari majorem, respondebunt, aërem illic egredi, qua novum corpus ingrediatur. Post hæc pro opinione tertia dicitur, sudorem ex toto corpore penitus exstillare, neque ullam ibi fieri fractionem. Sin autem adversarii dixerint, meatus a natura illic institutos, per quos absque scissura sudor effflueret, respondebunt alii: per laminas sæpe corneas vel eburneas arte tenues, ac etiam per membranas admodum densas oleum penetrare, ac prorsus implere, neque augere molem, neque discindere. Tum vero materias omnino invicem coæquari, inde probabunt, quod sæpe post earum commistionem moles prior non videtur excrescere. Objicient iterum adversarii, corpora duo non posse absque incisione ad summum se invicem penetrare: ac si exactissime penetrando se invicem exactissime secent, omnino disperdi: sæpe vero priorem non augeri locum, quia subtiliorum comitetur interim exhalatio. Respondebunt opinionis tertiæ auctores: etiam, ubi post mistionem locus amplior exigatur, defendi, exactissimam illic fuisse misturam. Quid enim mirum sit illic magnitudinem augeri, ubi ex conflatu multorum virtutes quoque multæ coaluerunt? Forte enim priorem non funditus perire dimensionem, sed e plurimis qualitatibus aliam coalescere, et e pluribus dimensionibus aliam concrescere magnitudinem. Ad hæc objicient: nullum posse augmentum fieri: si non ponantur materiæ juxta materias, ut linea lineæ per longum addita: sed sibi invicem inserantur, et linea prorsus infusa lineæ, sive ex termino inseri funditus, sive ex latere conseri fingas. Item ubi constat commistionem fuisse completam, intelligi non posse, quomodo minimum corpus ibi adæquet maximi quantitatem. Respondebunt: vel corpus minimum eatenus misceri cum maximo, quatenus potest: vel etiam posse per totum sese diffundere, quando scilicet quantitas prior extenditur. Dicent enim forsitan, extensionem non esse ipsam proprie quantitatem; sed quantitatis passionem atque modum: itaque quantitatem eandem quasi materiam varios extensione modos accipere. Responsionem ejusmodi Plotinus ait, non esse tutam, ubi assignatur ab illis, qui plura corpora dum miscentur servare dicunt prioris substantiæ formam et qualitatem. Tunc enim minimum corpus dum priorem servabit formam, forsan non poterit ad maximi modum funditus quantitate protendi: sin autem aliam acceperit formam, nihil mirum et aliam accipere quantitatem: sicut quando ex aqua fit aër.

*Discussio opinionum de mistione, in qua videtur approbare, in mistione perfecta totum corpus utrimque confundi per totum.*

II. In secundo capite tentat, quid potissimum in his dubitationibus sit dicendum. Primo quidem videtur concedere, liquidum corpus per aliud tum materia, tum qualitate penitus ingredi, sicut per bombycem aqua. Atque posse post ejusmodi mistionem ibi magnitudinem æqualem esse atque prius, præsertim ubi ingrediente liquore subterfluit aër: posse etiam magnitudinem

augeri, ubi alterum alteri sit prorsus imbibitum. Quid enim mirum, si hoc ex illo novas accipit qualitates, novam interim accipere magnitudinem? atque sicut per totum accipit qualitatem, ita dimensionem illius penitus intromittere, atque inde concrescere? Sed cum qualitas qualitati potius adversetur, quam vel qualitas quantitati, vel quantitas quantitati, merito in mistione prior aliqua qualitas vel transit in novam, vel obscuratur, quantitas aut magis permanere videtur. Quo vero exactior fit permistio, eo magis formæ priores sequenti formæ concedunt: quod quidem et arte perficitur et natura. Forsan vero dimensio absque sectione dimensionem ingredi potest, sicut et qualitas qualitatem, et materia sæpe materiam. Nihil enim hanc prohibet penitus ingredi, cum suapte natura sit incorporea. Ubi autem impeditur, ingressio, non, qua ratione ibi dimensio est, impeditur, sed qua densitas duritiaque resistens. Hæc enim est quæ proprie nescit cedere, ideoque intromittere vel ingredi nescit. Aliud vero esse duritiam, aliud dimensionem nullus ignorat. Impediri autem ingressio solet non solum a qualitate dura, sed ab hostili etiam qualitate: ubi vero neutra sit, impediri non solet introitus. Hæc una cum Plotino tentavisse potius, quam absolvisse sufficiat. Nam et aliquis forte dixerit, quando corpus hoc in illud prorsus infunditur, fitque interim alteratio, si magnitudo non crescat, priorem desinere dimensionem una cum propria forma: dum fit utraque nova. Ipsam namque dimensionem in rebus esse distantiæ causam: et idcirco quatenus duæ quædam in aliquo dimensiones existunt, illic esse horum ad illa distantiam molemque protendi. Quod quidem et Plotinus hic forte significaverit dicens, materiam suapte natura non respuere mistionem, præsertim quando neque propriam quantitatem habeat, neque ullam rejiciat quantitatem: et quando repetit corpus aliud penetrare per aliud, non dimensiones repetit, sed qualitates atque materiam. Veruntamen non videtur existimare impossibile inter corpora valde liquida dimensionem absque fractione penetrare dimensionem: quippe cum fractio inter dura fieri soleat. Concedet et forsan flammam similiter penetrare ferrum, simulque prorsus æquari.

*Quid corpus, quid corporeitas, ac de ratione ideali, seminali, formali.*

III. Corpus quidem naturale definit in capite tertio, substantiam tribus dimensionibus qualitatibusque affectam: corporeitatem vero rationem quandam effectricem dimensionum et qualitatum. Rationem sane hic accipit tum seminariam in natura, tum formam substantialem in materiam, in cujus virtute specifica familiares speciei suæ dimensiones qualitatesque continentur: quas in ea contineri voluit, ubi ait: Corpus est compositum ex materia atque ratione. Ait inter hæc in definitione quidem substantiæ naturalis comprehendi materiam: in definitione vero substantialis formæ materiam non includi, quoniam non ex materia pullulat, sed a ratione imprimitur seminali. Tangit et triplicem rationem: summam et idealem in intellectu, quæ ipse est intellectus: cujus neque esse, neque actio sit in materia. Secundam vero seminalem in animæ ipsius natura: cujus non tam esse quam actio in materia sit. Tertiam formalem, id est substantialem corporis formam: cujus et esse et actio simul est in materia. Potest tamen intelligi quodammodo absque adjunctione materiæ, quoniam, cum non prodeat ex materia, sed ex causa potius separata, videtur in ipso primo prodeundi gradu rationem in se aliquam habere formalem, in qua possit, prius quam applicet se materiæ, cogitari. Hinc forsan confirmari potest, quod plerique disputant, formarum distinctiones et gradus ex materia minime proficisci: sed omnia hæc tanquam formalia ad virtutem formæ reduci, sicut materiales conditiones ad materiam rediguntur.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ Ζ.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER VII.

### ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙ' ʽΟΛΩΝ ΚΡΑΣΕΩΣ,

### De permistione per tota.

184 ΠΕΡΙ τῆς δι' ὅλων λεγομένης τῶν σωμάτων κράσεως ἐπισκεπτέον. Ἆρα ἐνδέχεται ὅλον δι' ὅλου ὑγρὸν ὑγρῷ συμμιχθὲν ἑκάτερον δι' ἑκατέρου, ἢ θάτερον διὰ θατέρου χωρεῖν; διαφέρει γὰρ οὐδὲν ὁποτε-
B ρωσοῦν εἰ γίγνοιτο. Οἱ μὲν γὰρ τῇ παραθέσει διδόντες ὡς μιγνύντες μᾶλλον ἢ κιρνάντες ἐατέοι, εἴπερ δεῖ τὴν κρᾶσιν ὁμοιομερὲς τὸ πᾶν ποιεῖν· καὶ ἕκαστον μέρος τὸ σμικρότατον ἐκ τῶν κεκρᾶσθαι λεγομένων εἶναι. Οἱ μὲν οὖν τὰς ποιότητας μόνας κιρνάντες, τὴν δὲ ὕλην

9. τῶν σωμάτων κράσεως] Codd. Marc. A. Mon. C. κράσεως τῶν σωμάτων.
ib. ἐπισκεπτέον] Cod. Vat. ἐπισκεπτέον, in m. ut Ed.
10. ἐνδέχεται] Codd. Ciz. Leid. Marc. A. Mon. A.C. Vat. εἰ δέχεται. Sed Vat. in m. ut Ed. Fortasse scribendum εἰ ἐνδέχεται.
13. κιρνάντες] Nullus ex nostris Codd. cum marg. Ed. facit κρίναντες, exhibens, nisi Marc. B. supra lin., unus tantum Marc. C. cum contextu Ed. κιρνῶντες Codd. Ciz. Leid. Darm. Marc. A.B. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. κιρνάντες, Cod. Par. A. κιρνᾶντες. Et ita paulo inferius.
ib. τὸ πᾶν ποιεῖν] Cod. Ciz. omittit τό.
15. μόνας] Cod. Med. A. μόνον, supra lin. ας.

I. *Narratio opinionum trium de mistione, et rationes earum.*

CONSIDERANDUM est de illa corporum permistione, quæ per tota corpora fieri dicitur, utrum fieri possit, ut alter liquor ita cum altero liquore commisceatur, ut totus perfundatur in totum: sive uterque per utrumque, sive alter tantum per alterum penetret. Nihil enim interest, utro id modo fiat. Principio, qui permistionem in quadam appositione collocant, quasi admisceant potius, quam permisceant, dimittendi videntur: siquidem oporteat permistionem reddere totum in singulis partibus quam simillimum, adeo ut vel minima quæque particula ex illis, quæ permista dicuntur, conficiatur. Quicunque vero qualitates solas omnino commisceant, materias vero

παρατιθέντες ἑκατέρου τοῦ σώματος καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐπάγοντες τὰς 184
παρ' ἑκατέρας ποιότητας, πιθανοὶ ἂν εἶεν, τῷ διαβάλλειν τὴν δι'
ὅλων κρᾶσιν· τῷ τε εἰς τομὰς τὰ μεγέθη συμβαίνειν τῶν ὄγκων
ἰέναι, εἰ μηδὲν διάλειμμα μηδετέρῳ τῶν σωμάτων γίγνοιτο, εἰ συνε- C
χὴς ἔσται ἡ διαίρεσις, τῷ κατὰ πᾶν τὴν διάδυσιν γίγνεσθαι θατέρῳ
εἰς θάτερον. καὶ δὴ ὅταν τὰ κραθέντα μείζω τόπον κατέχῃ ἢ θάτε-
ρον, καὶ τοσοῦτον ὅσον συνελθόντα τὸν ἑκατέρου τόπον· καίτοι εἰ δι'
ὅλου ὅλον ἦν διεληλυθὸς, τὸν τοῦ ἑτέρου ἔδει φασὶ μένειν τὸν αὐτὸν,
εἰς ὃ θάτερον ἐνεβλήθη· οὗ δὲ μὴ μείζων ὁ τόπος γίγνεται, ἀέρος
τινὰς ἐξόδους αἰτιῶνται, ἀνθ' ὧν ἐσέδυ θάτερον· καὶ τὸ σμικρὸν δὲ
ἐν τῷ μείζονι πῶς ἂν ἐκταθὲν δι' ὅλου χωρήσειε; καὶ πολλὰ ἄλλα D
λέγουσιν. Οἱ δ' αὖ οἱ τὴν δι' ὅλων κρᾶσιν εἰσάγοντες, τέμνεσθαι
μὲν καὶ μὴ εἰς τομὰς ἀναλίσκεσθαι λέγειν ἂν δύναιντο, καὶ δι' ὅλων
τῆς κράσεως γιγνομένης· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἱδρῶτας, οὐ τοῦ σώματος
τομὰς ποιεῖν οὐδ' αὖ κατατετρῆσθαι φήσουσι. Καὶ γὰρ εἴτις λέγοι,
μηδὲν κωλύειν τὴν φύσιν οὕτω πεποιηκέναι τοῦ διϊέναι τοὺς ἱδρῶτας
χάριν, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν τεχνητῶν, ὅταν λεπτὰ ᾖ καὶ συνεχῆ, ὁρᾶσθαι 185
τὸ ὑγρὸν δι' ὅλου δεύοντα αὐτὰ καὶ διαῤῥεῖν ἐπὶ θάτερα τὸ ὑγρόν.

3. εἰς τομὰς] Cod. Leid. ἰστομάς. Marc. A. ἰς τομάς.
4. συνεχὴς] Cod. Darm. συνεχές, supra lin. ής.
5. τῷ κατὰ πᾶν] Codd. Ciz. Marc. A.B. C. Mon. C. Par. A. Vat. τῷ κατὰ πᾶν; ita quoque Fic. Edit. τὸ κ. π.
ib. διάδυσιν] Cod. Leid. διάδοσιν.
6. κατέχῃ] Codd. Leid. Marc. A. Mon. C. παρέχῃ.
7. τοσοῦτον] Post hanc vocem in Cod. Leid. pagina desinente novum quid ex commentatore Aristotelis incipit a medio verbo, cujus priores syllabæ non adsunt: ριστον συμβεβηκὸς κ. τ. λ. Neque ultra aliquid ex Plotino inest.
9. εἰς ὃ] Ita, pro εἰ ὁ, scribendum fuit ex Codd. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. Est etiam ὃ in Codd. Marc. A.B. C. Mon. C.
ib. ἐνεβλήθη] Codd. Marc. A. Mon. C. ἀνεβλήθη. Cod. Med. B. ἐβλήθη, sed ab alt. m. ἐνεβλήθη.
ib. οὗ δὲ] Codd. Ciz. et Vat. οὐ δὲ, sed Vat. in m. οὗ.
10. ἀνθ' ὧν] Ita, pro vitioso αὖται ὧν, necessario scribendum fuit, et ita exhibent Codd. ad unum omnes cum Fic.
ib. σμικρὸν] Cod. Vat. μικρόν, superscripto σ.
11. χωρήσειε] Codd. Marc. A. Mon. A.C. χωρίσειε.
13. καὶ μὴ εἰς] Cod. Ciz. μην pro μή.
14. γιγνομένης] Codd. Marc. A. Vat. γενομένης.
15. οὐδ' αὖ] Ed. οὐ αὖ. Sed οὐδ' αὖ exhibent, præter Mon. A., Codd. omnes. Paulo ante Codd. Marc. A. Mon. C. habent τὸ σώματος.
ib. λέγοι] Edit. λέγει, sed ita nonnisi Codd. Ciz. et Vat.; reliqui omnes λέγοι.
17. ἀλλὰ ἐπὶ] Codd. Ciz. Marc. A.B. C. Vat. ἀλλ' ἐπί.
18. ἐπὶ θάτερα] Edit. περὶ θ. sed omnes Codd., excepto Par. A., habent ἐπὶ pro περί.

corporis utriusque apponunt, atque per ipsas undequaque qualitates utriusque perducunt, forsan persuadere possent ex eo, quod reprobari forsan liceat permistionem illam, quæ per tota fieri dicitur. Item ex eo, quod alioquin contingeret, magnitudines molium in sectiones penitus pertransire, si nullum prorsus intervallum in alterutro corporum relinquatur: quandoquidem continua divisio fuerit ex eo, quod alterum toti penitus se insinuet alteri. Præterea ex eo quoque persuaderent, quod sæpe, quæ mista sunt, majorem simul, quam alterum e duobus, occupant locum, tantumque locum, quantum, si cohæserint, ab utrisque locus impletur. Atqui si totum per totum prorsus ingrederetur, aiunt oportere locum alterius eundem permanere, atque prius in quem alterum sit conjectum. Ubi autem locus duo comprehendens mista amplior non evadit, adducunt in causa exhalationes quasdam aëris, quarum vice alterum est ingressum. Denique pro sua opinione adducunt, quando minus corpus majori se inserit. Interrogant enim, quomodo fieri possit, ut minus hoc adeo extendatur, ut per totum majus sese effundat: alia præterea multa similiter in medium adducere solent. Qui autem permistionem per totum utrunque corpus inducunt, videntur posse dicere, distribui quidem corpora, neque in sec-

185. Ἀλλὰ σωμάτων ὄντων, πῶς οἷόν τε τοῦτο γίγνεσθαι, ὡς διϊέναι μὴ
τέμνοντα, ἐπινοῆσαι οὐ ῥάδιον. Τέμνοντα δὲ κατὰ πᾶν ἀναιρήσει
ἄλληλα δηλονότι. Τὰς δὲ αὔξας ὅταν λέγωσι μὴ γίγνεσθαι πολλα-
B χοῦ, διδόασι τοῖς ἑτέροις, ἀέρων ἐξόδους αἰτιᾶσθαι. Πρός τε τὴν
τῶν τόπων αὔξην, χαλεπῶς μὲν, ὅμως δὲ τί κωλύει λέγειν, συνεισ-
φερομένου ἑκατέρου σώματος, καὶ τὸ μέγεθος μετὰ τῶν ἄλλων
ποιοτήτων ἐξ ἀνάγκης τὴν αὔξην γίνεσθαι· μὴ γὰρ μηδὲ τοῦτο ἀπόλ-
λυσθαι, ὥσπερ οὐδὲ τὰς ἄλλας ποιότητας· καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ποιότητος
ἄλλο εἶδος μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν, οὕτω καὶ μέγεθος ἄλλο· οὗ δὴ τὸ μίγμα
C ποιεῖ τὸ ἐξ ἀμφοῖν μέγεθος. Ἀλλ' εἰ ἐνταῦθ' ἂν πρὸς αὐτοὺς οἱ
ἕτεροι λέγοιεν, ὡς εἰ μὲν ἡ ὕλη τῇ ὕλῃ παράκειται, καὶ ὁ ὄγκος τῷ
ὄγκῳ, ᾧ σύνεστι τὸ μέγεθος, τὸ ἡμέτερον ἂν λέγοιτε· εἰ δὲ δι' ὅλου
καὶ ἡ ὕλη μετὰ τοῦ ἐπ' αὐτῇ πρώτως μεγέθους, οὕτως ἂν γένοιτο,
οὐχ ὡς γραμμὴ γραμμῇ ἐφεξῆς ἂν κέοιτο, κατὰ τὰ πέρατα τοῖς
D σημείοις ἑαυτῶν συνάψαι, οὗ δὴ αὔξη ἂν γίγνοιτο, ἀλλ' ἐκείνως ὡς
ἂν γραμμὴ γραμμῇ ἐφαρμοσθείη, ὥστε αὔξην μὴ γίγνεσθαι· τὸ δὲ
ἔλαττον διὰ παντὸς τοῦ μείζονος, καὶ μεγίστου τὸ μικρότατον, καὶ

2. Τέμνοντα] Ita, præter Codd. Ciz. et Darm., omnes pro vitioso τέμνονται, quod est in Ed.
3. αὔξας] Cod. Ciz. Marc. A. Mon. A. Vat. αὔξεις, forma usitatiore.
5. αὔξην] Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. (ex corr. ej. man.) αὔξησιν. Pro seq. μὲν Cod. Vat. μένον, in m. μέν.
ib. συνεισφερομένου] Cod. Vat. συνεισφέρομεν οὐκ, in m. ut Ed.
9. οὗ δὴ τὸ] Edit. οὐδὴ vitiose, et in Cod. Mon. C. videtur scriptum οὗ, et Ficinus manifesto ita legit, et vero sententia hanc lectionem postulat.
11. εἰ μὲν ἡ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ἡ μέν.
12. λέγοιτε] Ed. λέγοιτο, sed omnes, præter Codd. Marc. C. et Par. A., habent λέγοιτε, et tametsi λέγοιτο est ex corr. in Codd. Marc. B. et Vat., illud cum Fic. dedimus.
13. πρώτως] Ita, excepto Par. A., Codd. omnes pro πρώτων, nisi quod Vat. in m. habet πρῶτον.
14. γραμμὴ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. γραμμήν. Sed Vat. in m. ή.
15. αὔξη ἂν] Cod. Vat. αὔξης, sine ἂν: in m. ut Ed. Pro γένοιτο est γίγνοιτο in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Med. B. Vat., γίνοιτο in Codd. Marc. B.C. Med. A. Sed Vat. in m. γένοιτο. Scripsi οὗ δὴ αὔξη ἂν γίγνοιτο cum Fic. et postulante sententia. Mathematicis in locis liberior esse debet critica.
16. τὸ δὲ ἔλαττον] Codd. Marc. A.B. C. τὸ δ' ἔλαττον.
17. τὸ μικρότατον] Edit. μικρότερον. Ita nonnisi marg. Vat. Ceteri omnes cum marg. Ed. μικρότατον et paulo inferius σμικρότατον.

tiones absumi, etiam ubi permistio per tota conficitur. Quandoquidem et sudores sectiones non inferant corpori, neque rursus ibi aliquid perforetur. Jam vero et si quis objecerit, nihil prohibere ita naturam instituisse, quo sudor facilius exundaret, attamen addent in artificiis [arte factis] quibusdam, quando tenuia continuaque sunt, videri ea sæpe per totum humore madentia instillantiaque, atque in alteram partem humorem inde transfluere. At vero cum hæc corpora sint, haud facile intellectu est, qua ratione fieri possit, ut alterum absque incisione pertranseat alterum. Sin autem per totum mutuo dividantur, procul dubio se mutuo destruent. Deinde quando aiunt, sæpe ex duorum corporum congressione in mole non fieri augmentum, concessuri videntur aliis exhalationes aëris in causa assignare. Sed ad locorum augmentum difficile quidem, nihil tamen prohibet dicere, ubi utrunque corpus mutuo insinuatum est, magnitudinem quoque una cum cæteris qualitatibus necessario augeri. Neque enim hanc ipsam perdi, quemadmodum neque cæteræ qualitates, et quemadmodum alia ibi species qualitatis provenit ex utrisque commista, sic et aliam magnitudinem, ubi profecto mistura ex utrisque conficit magnitudinem. Verum hic forsan adversum hos sic alii dicerent: Si materia materiæ adjacet, molesque moli, quam comitatur et magnitudo, pro nostra opinione istud adducitis. Sin autem materia una cum magnitudine, quæ et prius erat in ipsa, per totam alteram molem ingrediatur, sic utique fiet, non perinde ac si linea deinceps lineæ juxta terminos ipsarum punctis conjungatur, ubi potest fieri augmentum: sed illo inquam potius modo fiet, veluti si ita inseratur linea lineæ, ut nullum pro-

ἐφ᾽ ὧν φανερὸν ὅτι κίρναται. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἀδήλων ἔξεστι λέγειν, 185
μὴ εἰς πᾶν φθάνειν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὧν γε φανερῶς συμβαίνει, λέγοιτ᾽ ἂν
[λέγοιεν] ἐκτάσεις τῶν ὄγκων, οὐ σφόδρα πιθανὰ λέγοντες, εἰς το- E
σοῦτον τὸν σμικρότατον ὄγκον ἐκτείνοντες· οὐ δὲ γὰρ μεταβάλ-
λοντες τὸ σῶμα μέγεθος αὐτῷ πλέον διδόασιν, ὥσπερ εἰ ἐξ ὕδατος
ἀὴρ γίγνοιτο.

Τοῦτο δὲ αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ζητητέον, τί συμβαίνει, ὅταν, ὅσπερ
ἦν ὄγκος ὕδατος, ἀὴρ γίγνηται, πῶς τὸ μεῖζον ἐν τῷ γενομένῳ· νῦν
δὲ τὰ μὲν εἰρήσθω πολλῶν καὶ ἄλλων παρ᾽ ἑκατέρων λεγομένων. F
Ἡμεῖς δὲ ἐφ᾽ ἑαυτῶν σκοπῶμεν, τί χρὴ λέγειν περὶ τούτου, τίς δόξα
σύμφωνος τοῖς λεγομένοις, ἢ καὶ τίς ἄλλη παρὰ τὰς νῦν λεγομένας
φανεῖται. Ὅταν τοίνυν διὰ τοῦ ἐρίου ῥέῃ τὸ ὕδωρ, ἡ βίβλος ἐκστάζῃ
τὸ ἐν αὐτῇ ὕδωρ, πῶς οὐ τὸ πᾶν ὑδάτινον σῶμα δίεισι δι᾽ αὐτῆς· ἢ
καὶ ὅταν μὴ ῥέῃ πῶς συνάψομεν τὴν ὕλην τῇ ὕλῃ, καὶ τὸν ὄγκον τῷ G
ὄγκῳ; τὰς δὲ ποιότητας μόνον ἐν συγκράσει ποιησόμεθα; Οὐ γὰρ
δὴ ἔξω τῆς βίβλου ἡ τοῦ ὕδατος ὕλη παρακείσεται, οὐ δ᾽ αὖ ἔν τισι 186

1. κίρναται] Cod. Marc. B. ut marg. Ed. κοίναται.
ib. ἔξεστι] Cod. Vat. οὐκ ἔστι, in m. ut Ed.
2. ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὧν] Cod. Vat. ἀφ᾽, in m. ἐφ᾽.
ib. λέγοιτ᾽] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Vat. λέγοιτο.
3. [λέγοιεν]] Codd., præter Mon. A. Med. A.B., omnes καὶ λέγοιεν. Ego crediderim Plotinum scripsisse λέγοιντ᾽ ἄν, quibus verbis reddidit sciolus λέγοιεν, alius καὶ λέγοιεν. Propterea uncinis inclusi. Enallage in sequenti λέγοντες has turbas dedit.
4. ἐκτείνοντες] Cod. Vat. ἐκτάνοντες, in m. ut Ed.
ib. μεταβάλλοντες] Cod. Marc. A. μεταβαλόντες.
5. ὥσπερ εἰ] Abest εἰ a Cod. Ciz.
7. ζητητέον] Cod. Marc. A. ζητέον.
ib. ὅσπερ] Codd. Darm. Marc. A.C. Mon. C. Med. A.B. Vat. (in m. ut Ed.) ὅσπερ, Cod. Ciz. ὥσπερ. Edit. ὅπερ.
12. ἐκστάζῃ] Codd. Marc. A. Mon. C. ἐκτάζῃ. Cod. Vat. ἐκστάζει. Ficinum dicas legisse τὸ ὕδωρ, ἢ τὸ ἔριον ἢ ἡ βίβλος. Certe legendum est ἢ ἡ βίβλος.
13. δι᾽ αὐτῆς] Ita Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Vat.; in Ed. erat διὰ αὐτῆς.
14. τὴν ὕλην τῇ ὕλῃ] Cod. Darm. τῇ ὕλῃ τὴν ὕλην.
15. μόνον] Codd. Marc. A.B.C. Mon. A. Par. A. Vat. μόνας.

veniat incrementum. Postremo contra hos afferebatur: impossibile videri minus corpus per totum majus se porrigere, præsertim minimum quodque per maximum, ubi videlicet constet mistionem esse peractam. Profecto, ubi non satis exploratum est, talia simul omnino confundi, licet objicere, minimum per totum maximum non percurrere. Ubi vero evidenter id sit compertum, assignari poterunt quædam molium ipsarum extensiones: quamvis non satis probabilia dicant, qui molem quam minimam in molem amplissimam protendere moliuntur, præsertim quum magnitudinem corpori tribuant ampliorem, neque tamen ipsum ita transmutent, sicut si ex aqua aër efficiatur.

II. *Corpora in mistione tum per molem, tum qualitatem corporibus penitus commisceri.*

Hoc autem ipsum inquisitionem propriam exigit: quidnam contingat, quando, quæ fuerat moles aquæ, fit aër: quo videlicet modo amplior in eo, quod gignitur, moles efficiatur. In præsentia vero hæc hactenus pauca e multis, quæ pro utraque opinione adduci solent, dicta fuerint. Nos autem [ipsi seorsim] his in rebus investigemus, quid sit potissimum asserendum, utra opinio rationi magis consentanea sit: et nunquid alia quædam sententia, præter dictas, appareat. Principio, quando per lanam fluit aqua, aut lana vel papyrus aquam, quam ebibit, exstillat, cur non totum aquæ corpus per ipsam effluendo pertransit? Aut etiam quando non effluit, quo pacto materiam materiæ conjungemus molemque moli? Num qualitates solas confundi invicem concedemus? Sane non extra bombycem aquæ materia illic apponitur, neque in quibusdam duntaxat intervallis: tota enim madet, nec usquam materia est vacua qualitate. Quod si ubique materia est

186 διαστήμασιν αὐτῆς. Πᾶσα γὰρ ὑγρά ἐστι, καὶ οὐδαμοῦ ὕλη κενὴ
ποιότητος. Εἰ δὲ πανταχοῦ ἡ ὕλη μετὰ τῆς ποιότητος, πανταχοῦ
τῆς βίβλου τὸ ὕδωρ, ἢ οὐ τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἡ τοῦ ὕδατος ποιότης· ἀλλὰ
ποῦ ὄντα τοῦ ὕδατος. Πῶς οὖν οὐχ' ὁ αὐτὸς ὄγκος; ἢ ἐξέτεινε τὴν
B βίβλον τὸ προστεθέν· ἔλαβε γὰρ μέγεθος παρὰ τοῦ εἰσελθόντος· ἀλλ'
εἰ ἔλαβε, προσετέθη τις ὄγκος· εἰ δὲ προσετέθη, οὐ κατεπόθη ἐν τῷ
ἑτέρῳ· δεῖ οὖν ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ τὴν ὕλην εἶναι. Ἢ τί κωλύει ὥσπερ
δίδωσι τῆς ποιότητος καὶ λαμβάνει σῶμα θάτερον παρὰ θατέρου,
οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μεγέθους. Ποιότης μὲν γὰρ ποιότητι συνελθοῦσα,
C οὐκ ἐκείνη οὖσα, ἀλλὰ μετ' ἄλλης, ἐν τῷ μετ' ἄλλης εἶναι, οὐ καθαρὰ
οὖσα, οὐκ ἔστι παντελῶς ἐκείνη, ἀλλ' ἠμαύρωται· μέγεθος δὲ συνελ-
θὸν ἄλλῳ μεγέθει, οὐκ ἀφανίζεται· τὸ δὲ τὸ σῶμα, χωροῦν διὰ σώ-
ματος, πάντως τομὰς ποιεῖν πῶς λέγεται, ἐπιστήσειεν ἄν τις· ἐπεὶ
καὶ αὐτοὶ τὰς ποιότητας [τὰς] διὰ τῶν σωμάτων χωρεῖν λέγομεν,
καὶ οὐ τομὰς ποιεῖν, ἢ ὅτι ἀσώματοι. Ἀλλ', εἰ ἡ ὕλη καὶ αὐτὴ ἀσώ-
D ματος, διὰ τί τῆς ὕλης ἀσωμάτου οὔσης καὶ τῶν ποιοτήτων, εἰ τοι-
αῦται εἶεν ὡς ὀλίγαι εἶναι, οὐ μετὰ τῆς ὕλης τὸν αὐτὸν τρόπον διΐ-
ασι; μὴ διϊέναι δὲ τὰ στερεὰ ὅτι τοιαύτας ἔχει τὰς ποιότητας, ὡς
κωλυθῆναι διϊέναι· ἢ πολλὰς ὁμοῦ ἀδυνατεῖν μετὰ τῆς ὕλης ποιεῖν

2. μετὰ τῆς] Desunt hæc in Codd. Marc. A. et Mon. C.

3. ἀλλὰ ποῦ ὄντα τοῦ ὕδατος] Corrigendum puto: ἀλλὰ ποῦ ὂν τὸ τ. ὑδ. Mox Ficinus ita vertit: sin autem addita est, atque apposita. Neque tamen ullus liber habet καὶ παρετέθη. Quocirca hæc interpretem, ut assolet, perspicuitati tribuisse judicato.

10. ἐκείνη οὖσα] Cod. Ciz. ἐκείνη ἡ οὖσα.

11. ἀλλ' ἠμαύρωται] Codd. Ciz. Marc. A.C. Vat. ἀλλά.

12. τὸ δὲ τὸ σῶμα] Cod. Marc. B. τὸ δὲ τὸ σῶμα atque ita scripsi cum Fic. Edit. τὸ δὲ σῶμα. Proxime τὰς post ποιότητας uncinis inclusi: sine libris delere nolui.

15. ἀσώματοι] Cod. Darm. ἀσώματι. Mon. A. ἀσώματον.

16. τῶν ποιοτήτων] Cod. Vat. τῇ, in m. τῶν.

17. διΐασι] Codd. Marc. A. Mon. C. διϊάσιν.

18. τὰ στερεὰ] Abest τὰ a Cod. Ciz.

ib. ὡς κωλυθῆναι] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C.

19. ἀδυνατεῖν] Codd., excepto Mon. A., omnes ut marg. Ed. ἀδυνατεῖν. Ed. ἀδύνατον vel potius sic ἀδυνατόν.

una cum qualitate, nimirum per totam bombycem est aqua. Aut si non sit ibi aqua, sed qualitas aquæ, quærendum est, ubinam ipsa sit aqua. Quidnam igitur prohibet, quin eadem ibi sit moles? Forte, quod adjunctum est, extendit bombycem. Accepit enim ab eo, quod ingressum est, magnitudinem. At si accepit, moles quædam est addita: sin autem addita est, atque apposita, nequaquam in altero imbibita est: oportet itaque in alio atque alio situ materiam esse. Forte etiam nihil prohibet, quemadmodum ab altero corpore alterum accipit qualitatem, sic etiam accipere magnitudinem. Sane qualitas differens cum qualitate congrediens, ob id ipsum, quod cum altera jam conflata est, nequaquam permanet pura, neque, quæ erat, est omnino [neque est omnino illa], sed jam deleta vel obscurata: magnitudo vero concurrens cum magnitudine non deletur vel obscuratur. Ad id autem, quod dicitur, corpus progrediens per corpus sectiones prorsus efficere, quo pacto dicatur, aliquis objicere potest: quandoquidem et nos qualitates per corpora se propagare concedimus, neque tamen facere sectiones. Sed forsan non facere dixerit quispiam, quoniam incorporeæ sunt. At vero si materia ipsa quoque incorporea est, sicut incorporeæ qualitates: quidnam prohibet paucas quasdam qualitates una cum materia penitus per cor-

186

τοῦτο; Εἰ μὲν οὖν τὸ πλῆθος τῶν ποιοτήτων τὸ πυκνὸν λεγόμενον σῶμα ποιεῖ, τὸ πλῆθος ἂν εἴη αἴτιον· εἰ δὲ πυκνὸν ἰδία ποιότης ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἣν λέγουσι σωματότητα, ἰδία ποιότης· ὥστε οὐχ E ᾗ ποιότητες τὴν μίξιν ποιήσονται, ἀλλ' ᾗ τοιαῖδε. Οὐδ' αὖ ἡ ὕλη ᾗ ὕλη οὐ μιχθήσεται, ἀλλ' ᾗ μετὰ τοιᾶσδε ποιότητος· καὶ μάλιστα εἰ μέγεθος οἰκεῖον οὐκ ἔχει, ἀλλ' εἰ μὴ ἀποβαλοῦσα τὸ μέγεθος. Ταῦτα μὲν οὖν ἔστω καὶ οὕτω διηπορημένα.

Ἐπεὶ δὲ ἐμνήσθημεν σωματότητος, ἐπισκεπτέον, πότερα ἡ σωμα- F τότης ἐστὶ τὸ ἐκ πάντων συγκείμενον, ἢ εἶδός τι ἡ σωματότης, καὶ λόγος τις, ὅς, ἐγγιγνόμενος τῇ ὕλῃ, σῶμα ποιεῖ· εἰ μὲν οὖν τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τὸ ἐκ πασῶν τῶν ποιοτήτων σὺν ὕλῃ, τοῦτο ἂν εἴη ἡ σωματότης· καὶ εἰ λόγος δὲ εἴη ὃς προσελθὼν ποιεῖ τὸ σῶμα, δηλονότι ὁ λόγος ἐμπεριλαβὼν ἔχει τὰς ποιότητας ἁπάσας· δεῖ δὲ τὸν G λόγον τοῦτον εἰ μὴ ἔστιν ἄλλως ὥσπερ ὁρισμὸς δηλωτικὸς τοῦ τί ἐστι τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ λόγος ποιῶν πρᾶγμα, μὴ τὴν ὕλην συμπεριειληφέναι, ἀλλὰ περὶ ὕλην λόγον εἶναι, καὶ ἐγγιγνόμενον ἀποτελεῖν τὸ

2. εἰ δὲ πυκνὸν] Codd. omnes πυκνότης.
4. μίξιν] Edit. αὔξιν sed Codd., exceptis Ciz. et Par., omnes cum Fic. μίξιν, Vat. tamen in m. αὔξιν. Certe scribendum erat αὖξιν.
ib. τοιαῖδε—ἀλλ' ᾗ] Desunt hæc in Cod. Vat., sed in m. addita sunt.
6. ἀποβαλοῦσα] Cod. Med. B. ἀποβαλλοῦσα (sic). Fortasse hic aliquid deest.
ib. Ταῦτα μὲν οὖν] Abest οὖν a Cod. Ciz.
10. ἐγγιγνόμενος] Ed. ἐγγενόμενος. Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. ἐγγινόμενος.
ib. σῶμα ποιεῖ] Cod. Vat. σωματοποιεῖ, in m. ut Ed.
11. πασῶν τῶν] Abest τῶν a Codd. Marc. A. Mon. C.
ib. σὺν ὕλῃ] Codd. ad unum omnes σὺν ὕλῃ. Quod recepi cum Fic. Edit. ἐν ὕλῃ.
12. προσελθὼν] Cod. Vat. προσελθεῖν, in m. ών.
13. ἁπάσας] Cod. Ciz. πάσας.
ib. δεῖ δὲ] Cod. Vat. δεῖ δή. Mox Fic. legisse videtur ὅλως, sed ἄλλως h. l. præstat.
14. τοῦ τί] Cod. Marc. A. τουτί. Vat. τοῦ τίς, in m. τί.
15. συμπεριειληφέναι] Cod. Ciz. συμπεριληφέναι. Paulo superius Vat. μὲν pro μή, sed μή in marg.
16. περὶ ὕλην] Cod. Marc. C. τὴν ὕλην.
ib. ἐγγιγνόμενον] Ed. ἐγγενόμενον Codd. Marc. A. Mon. C. ἐγγινόμενον.
ib. ἀποτελεῖν τὸ] Abest τὸ a Cod. Ciz.

pus aliud penetrare? solida vero non penetrare, quoniam tales habeant qualitates, ut penetrationem ipsam impediant: vel forte multas simul qualitates non posse dicemus una cum materia id efficere. Verum si multitudo qualitatum densum corpus efficeret, multitudo utique causa foret: sin autem densitas propria quædam qualitas est, sicut et corporeitas ipsa est propria qualitas, forte neque qualitates, qua ratione qualitates sunt, conficient mistionem, sed qua certe quædam sunt qualitates. Neque rursus materia, qua materia est, respuet mixtionem, sed qua cum tali quadam est qualitate: idque præsertim si nullam habeat magnitudinem, videlicet ut neque propriam sibi vindicet, neque venientem ullam natura rejiciat. De his itaque hactenus sic fuerit dubitatum.

III. *Quomodo definiatur corpus atque corporeitas.*

Quoniam vero de corporeitate fecimus mentionem, perscrutandum est, utrum ipsa corporeitas sit quiddam ex cunctis compositum, an potius sit species et ratio quædam, quæ infusa materiæ corpus efficiat. Profecto si corpus est, hoc ipsum ex cunctis qualitatibus una cum materia congregatum, id utique corporeitas erit. Atqui si ratio est, quæ accedens efficit corpus, nimirum ratio complectens cunctas continet qualitates. Oportet autem ejusmodi rationem, si non est omnino [forte] qualis ratio definiens quid res quæque sit, sed ratio rem ipsam faciens, nequaquam intus complecti materiam, sed potius circa materiam rationem esse, atque infusam facere corpus. Esse præterea corpus materiam simul rationemque infusam: ipsam vero rationem quum sit species,

187 σῶμα, καὶ εἶναι μὲν τὸ σῶμα ὕλην καὶ λόγον ἐνόντα, αὐτὸν δὲ εἶδος ὄντα ἄνευ ὕλης ψιλὸν θεωρεῖσθαι, κἂν ὅτι μάλιστα ἀχώριστος αὐτὸς ᾖ. Ὁ γὰρ χωριστὸς ἄλλος ὁ ἐν νῷ· ἐν νῷ δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸς νοῦς· ἀλλὰ ταῦτα ἄλλοθι.

1. καὶ εἶναι μὲν τὸ σῶμα] Desunt hæc in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Sed Vat. habet in marg.
ib. ἐνόντα] Cod. Ciz. ἐνῶντα. Cod. Med. B. ἐνέντα.
2. κἂν] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. καί. Sed Vat. in m. κἄν.
4. ἀλλὰ ταῦτα] Edit. et cod. Marc. B. ἀλλὰ καὶ τ. Expunximus καὶ, quod ceteri omnes libri respuunt.

considerari posse absque materia nudam, vel si quam maxime inseparabilis sit a materia. Ipsa vero ratio separata alia est atque in mente: in mente inquam: quoniam et ipsa mens est. Sed de his alibi.

# MARSILII FICINI

IN

## LIB. VIII. ENNEAD. SECUNDÆ,

## DE VISU, ET QUARE QUÆ PROCUL SUNT, PARVA VIDEANTUR,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

Rationes aliorum duæ, et Plotini duæ: cur remotiora videantur minora.

QUÆRUNTUR in hoc libro duo: Primum, Cur objecta ob oculis remotiora soleant videri minora. Secundum: Quam ob causam duo quædam remotissima a nobis spectacula et inter se distantia, puta stadio, videantur minori etiam inter se spatio distare, quam stadio: item minus a nobis distare, quam distent. Ad hæc nonnulli respondent: lumen ipsum, quo videmus, quo magis ab objecto veniens propinquat oculo, eo magis accommodare se ipsum ad oculum atque pupillam, sicut et corpora liquida sese locis accommodant. Hæc responsio ita demum proprie valet, si lumen, de quo loquitur, sit radius visualis missus ab oculo, iterumque ab objecto reflexus ad oculum, sic enim forte naturali quodam vigore paulatim ad quantitatem suæ originis revertetur. Sunt enim, qui dicant, lumen hoc ab oculo procedens pyramidali figura rem videndam attingere, perque illam subito dilatari: et ab ea rursus quasi ex base pyramidalem versus oculum figuram reficere, tangereque cono pupillam oculi similiter natura pyramidalis. Ex eorum ergo sententia responsio ejusmodi proprie fortasse valebit. Nam et communiter valere aliqui forte dicent: quoniam luminosum primum id est, sol lumen quidem effundat circum ex tota circumferentia sui, sed hujus undique colligat se in conum, ne extra suum fontem profluens evanescat, sic etiam potentius aget, et totum facilius erit ubique. Ac dum tota basis coarctatur in conum, sol totus omnisque virtus ejus per angulum aderit, agetque ubique: poteritque ita in angulo tota ejus magnitudo videri. Sic etiam cum in sole centrum et circumferentia sit, ipsum ejus lumen quatenus a toto solis effluit ambitu, circumferentiam imitatur: quatenus autem colligitur in angustum, imitatur et centrum: hinc fieri dicent, ut ex quolibet illuminato corpore lumen eadem quasi figura sese ad alia et ad oculos colligat. Hactenus quidem fit responsio prima. Respondent iterum alia ratione: formam quidem rei videndæ in ipsa re materialem habere naturam: sed inde spiritali susceptam lumine materiam exuere subito, et spiritali quadam ratione venire, quamvis ad longum servare proportionem quandam ad propriam materiam videatur. Sed cum primum incipit proportionem quoque hanc amittere, videri minorem: ac denique omni ad materiam propriam proportione consumpta oculis non ulterius apparere: sicut neque videntur oculis ipsæ formarum naturalium rationes formales, seminariæ, ideales. Hæc sint ex aliorum opinione responsa. Quæ sane opinio quæve responsa quantum habeant veritatis, alibi deprehendetur.

Post hæc sequitur ad idem propria Plotini responsio. Profecto quanta sit tota rei dimensio, tunc plane metimur, quando singulas gradatim ejus partes perspicacius intuemur. Cum igitur, ubi procul posita res est, particulæ nos plurimæ lateant, merito totius mensura nos fugit, minorque videtur. Præsertim quia luminosa qualitas, utpote quæ et efficacior est quantitate, et propria visui, efficacius priusve, quam quantitas sese oculis objicit. Qualis ergo res ipsa sit, primo videmus: quanta vero, secundo, dum videlicet perspicimus qualitatem. Cum igitur visualis radius in rem a nobis effusus, et longiori tandem progressione debilitatus, qualitatem scilicet, colorem, luminosamque naturam discernat minus: merito quantitatem quoque confuse metitur. Jam vero quod est in forma substantiali perfectius atque imperfectius, id in accidentali forma intensius et remissius, idem in quantitate majus atque minus: in motu velocius atque tardius: in tempore diuturnius atque brevius. Cum igitur ipsum majus minusque proprium quantitatis proportionem quandam habeat cum eo, quod est intensius et remissius, qualitatis, cumque ipsa quantitas in notitiæ ordine qualitatem sequatur, nimirum ubi visus sub remissiori gradu percipit qualitatem, interim sub minori mensura percipit quantitatem. Inter hæc memineris, colorem esse proprium visus objectum: vocem similiter proprium auditus objectum: item vehementiam potestatemque coloris ad visum proprie pertinere: vigorem quoque vocis similiter ad auditum: magnitudinem vero pluribus percipi sensibus, eamque esse non tam ipsam rei sensibilis efficaciam, quam ejusdem diffusionem quandam per multitudinem atque locum: et hanc non primo quidem, sed per ipsam nobis qualitatem et efficaciam innotescere. Quo fit, ut, ubi minus patet qualitas, interim quantitas delitescat. Tribus autem potissimum hæc indiciis confirmantur. Primum est ejusmodi: Si colles variarum rerum formis plenos inspexeris, eas ibi formas plane conspiciens, magnitudinem regionis ipsius rectius metieris, quam si formas ejusmodi nequaquam intuearis, quasi per formas pateat magnitudo. Secundum: Tabulam aspice prope positam variis figuris impressam, nisi figuras inspexeris sigillatim, non tantam judicabis tabulæ magnitudinem, quantam, si perspicue omnes sigillatim conspexeris atque summatim. Tertium: Si in parietem viridi tantum colore depictum aciem verteris, non tantus tibi paries hic occurret, quantus si pluribus fuerit coloribus insignitus. Vix enim dimensionis partes inter se discernere potes, ubi formarum varietas non distinguit, sed a qualibet dimensionis parte repente prolaberis, nisi differentia qualitatis sistat intuitum. Per hæc responderi potest quæstioni secundæ, quam videlicet ob causam ædificia duo in opposito colle nobisque remotissimo sita, et inter se distantia stadio, distare etiam minus appareant. Item quod si centum a nobis stadiis separata sint, breviori etiam intervallo a nobis videantur abesse. Ubi enim confusius formarum cernimus varietatem, nimirum nec quantitatem intervalli discernimus.

*Quod non propter minores angulos videantur minora, quæ remotiora sunt.*

II. In capitulo secundo ad hæc responsionem illorum, qui putant ab objecto visibili per lineas radiorum pyramidalem ad oculum protendi figuram, et cono quodam pupillam attingere: et quanto remotius est objectum, tanto gradatim acutiorem effici conum, confutat. Itaque dum breviori paulatim angulo rem perspicimus, breviorem quoque magnitudinem conjectare: præcipue quando eousque processum est, ut angulus jam pupilla sit minor. Quid ad cætera sit dicendum, una cum Plotino alibi disputabimus. In præsentia vero potissimum id respuitur, quod aiunt idcirco minus videri corpus, quod minor jam evaserit angulus, quam pupilla. Ratio enim hæc ibi concedet, alia quædam insuper tunc a pupilla videri: quando res una pupillam angulo suo implere non possit: at enim ubi objectum est adeo ingens, ut nihil uno intuitu conspici possit ulterius, tunc etiam minus, quam sit, apparet, quamvis angulus, quo videri dicitur, non minor evaserit, quam pupilla. Toto namque visu conspicitur hemisphærium, quod usque adeo pupillam impleat, ut nihil præterea conspicere queat. Quod igitur minus, quam sit, putetur, non ex eo continget, quod per breviorem angulum, quam sit pupilla, cernatur. Inter hæc animadvertes indicium, quo confirmes, secundum Plotinum non formam objecti ad oculos pervenire, sed oculi radium ad objectum. Visio namque velut actio quædam ad ipsum modum visualis formæ peragitur. Si igitur objectum ad pupillæ (ut aiunt) se angustiam conformaret, non grandius unquam, quam sit pupilla, judicaretur: nunc vero longe grandius judicatur: quoniam radius visualis extra porrectus per ipsam rei magnitudinem se diffundit. Sed profecto negare non possumus, radios a corporibus luminosis pyramidali quadam figura ad oculos pervenire, atque cum hac ipsa figura spiritalem saltem qualitatem rei, vel virtutem, aut actum ad nos usque perferre. Vicissim quoque ab oculis emitti radios testatur radialis natura visus, præcipue in animalibus nocte videntibus. Quodve alii cominus vident, eminus alii: nec videmus admodum rara, neque nebulas valde proximas, quia non terminant potentes adhuc radios oculorum. Mitto. quid et

homines, et animalia quædam intuitu oculorum extra conficiant. Denique plus luminis necessarium est prope objectum, quam prope oculum: ubi enim radius noster emittitur, validus est. Nec insuper expedit lumine hic uberiore spargi, sed penes objectum jam debilis lumine multo fovetur, eodem per objectum protinus diffundendus. Probabile enim videtur visualem oculi radium protendi per pyramidalem occurrentis luminis latitudinem ejusdem luminis adminiculo versus rei videndæ latitudinem, quatenus videlicet progredi valet: et quando sic terminatur, peragi visionis effectum. Utriusque vero scilicet radii visualis atque luminis uberioris commercio quodam confici visionem Plato in Timæo, et Galenus Chalcidiusque ibidem docent et perspective confirmant. Lumen vero dictum vel radio visuali est ingenitum, vel foris adhibitum.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Β.

### ΛΟΓΟΣ Η.

# PLOTINI

## ENNEAD. SECUNDÆ

### LIBER VIII.

## ΠΕΡΙ ΟΡΑΣΕΟΣ, Η ΠΩΣ ΤΑ ΠΟΡΡΩ ΜΙΚΡΑ ΦΑΙΝΕΤΑΙ,

De visu, vel quare remota procul a nobis parva videantur.

189 ΑΡΑ τὰ πόῤῥω φαίνεται ἐλάττω, καὶ τὰ πολὺ ἀφεστηκότα ὀλίγον δοκεῖ ἔχειν τὸ μεταξὺ, τὰ δὲ ἐγγύθεν ἡλίκα ἐστὶ φαίνεται, καὶ ὅσην ἔχει τὴν ἀπόστασιν; Ἐλάττω μὲν δοκεῖ τοῖς ὁρῶσι τὰ πόῤῥω, ὅτι συναιρεῖσθαι πρὸς τὴν ὄψιν ἐθέλει καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς κόρης τὸ
B φῶς· καὶ ὅσῳ ἂν πόῤῥω ἡ ὕλη ᾖ τοῦ ὁρωμένου, τόσῳ τὸ εἶδος οἷον μεμονωμένον ἀφικνεῖται· γιγνομένου καὶ τοῦ πηλίκου εἴδους καὶ αὐτοῦ καὶ ποιοῦ, ὡς τὸν λόγον αὐτοῦ ἀφικνεῖσθαι μόνον· ἢ καὶ ὅτι τὸ μὲν μέγεθος ἐν διεξόδῳ καὶ ἐπελεύσει καθ' ἕκαστον μέρος ὅσον ἐστὶν

9. ἎΡΑ] Edit. ἆρα, vitiose. Codd. Marc. A.C. Vat. ἄρα.
ib. ὀλίγον δοκεῖ] Cod. Vat. δοκεῖ ὀλίγον.
10. τὰ δὲ] Codd. Darm. Marc. B. Vat. τὰ δ'.
ib. ὅσην] Cod. Vat. ὅσον, in m. ὅσην.
11. ἀπόστασιν;] In editione deest interrogandi signum. Ex libris adjeci cum Fic.
12. συναιρεῖσθαι] Cod. Marc. C. συναναιρεῖσθαι.
14. πηλίκου] Cod. Ciz. πηλίκα. Mox malim καὶ αὐτοῦ καὶ τοῦ ποιοῦ.

*Rationes aliorum duæ, et Plotini duæ: cur remotiora videantur minora.*

QUARE quæ procul a nobis sunt, minora videntur? Et quæ longo spatio separata sunt, parvo distare spatio nobis apparent? Quæ vero prope nobis occurrunt, quanta sint apparent, et quantum habeant intervallum? An minora quidem videntur aspicientibus, quæ sunt procul: quoniam lumen ad visum et ad magnitudinem pupillæ quodammodo desiderat colligi? Et quatenus rei visibilis remota materia est, eatenus species quasi sub materia solaque speciei forma pervenit. Atqui et quantitas et qualitas species quædam est. Atque ita quasi ratio hujus sola pervenit. An forte etiam, quia, quanta sit magnitudo, sentimus in quadam secundum quamlibet

αἰσθανόμεθα. παρεῖναι οὖν δεῖ αὐτὸ, καὶ πλησίον εἶναι, ἵνα γνωσθῇ 189
ὅσον· ἢ καὶ ὅτι κατὰ συμβεβηκὸς ὁρᾶται τὸ μέγεθος, τοῦ χρώματος
πρώτως θεωρουμένου. Πλησίον μὲν οὖν, ὅσον κέχρωσται, γινώσκε- C
ται, πόῤῥω δὲ, ὅτι κέχρωσται, τὰ δὲ μέρη κατὰ ποσὸν συνδιαιρού-
μενα οὐκ ἀκριβῆ δίδωσι τὴν τοῦ ποσοῦ διάγνωσιν· ἐπεὶ καὶ τὰ χρώ-
ματα αὐτὰ ἀμυδρὰ προσέρχεται. Τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ τὰ
μεγέθη ὥσπερ καὶ αἱ φωναὶ ἐλάττους, ὅσῳ ἂν τὸ εἶδος αὐτῶν ἀμυ-
δρὸν ἴῃ; εἶδος γὰρ κἀκεῖ ἡ ἀκοὴ ζητεῖ. Τὸ δὲ μέγεθος, κατὰ συμ-
βεβηκὸς αἰσθάνεται· ἀλλὰ περὶ τῆς ἀκοῆς εἰ τὸ μέγεθος κατὰ συμ- D
βεβηκὸς, τίνι γὰρ πρώτως τὸ ἐν τῇ φωνῇ μέγεθος, ὥσπερ δοκεῖ τῇ
ἁφῇ τὸ ὁρώμενον, ἢ τὸ δοκοῦν μέγεθος ἡ ἀκοὴ, οὐ κατὰ τὸ ποσὸν,
ἀλλὰ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς, οἷον τὸ σφό-
δρα· ὡς καὶ ἡ γεῦσις τὸ σφόδρα τοῦ γλυκέος, οὐ κατὰ συμβεβηκός.
Τὸ δὲ κυρίως μέγεθος φωνῆς, τὸ ἐφ' ὅσον· τοῦτο δὲ κατὰ συμβεβη- 190
κὸς ἐκ τοῦ σφόδρα σημήνειεν ἂν, οὐκ ἀκριβῶς δέ. Τὸ μὲν γὰρ
σφόδρα ἑκάστῳ τὸ αὐτὸ, τὸ δὲ εἰς πλῆθος εἰς ἅπαντα τὸν τόπον, ὃν
ἐπέσχεν. Ἀλλ' οὐ σμικρὰ τὰ χρώματα, ἀλλὰ ἀμυδρὰ, τὰ δὲ μεγέθη
σμικρά· ἢ ἐν ἀμφοτέροις κοινὸν τὸ ἧττον ὅ ἐστι· χρῶμα μὲν οὖν τὸ

7. ἀμυδρὸν ἴῃ] Edit. ἀμ. εἴη Codd. Marc. B. (in marg. ut Ed.) C. Med. A.B. Par. A. et marg. Vat. est ut in marg. Ed. ἴῃ. Ita et Fic., et recepimus.

10. πρώτως τὸ] Edit. πρ. τῷ Codd. Marc. A.B.C. Vat. πρώτως τὸ, quod recepi. Quod sequitur τῇ abest a Codd. Ciz. et Marc. A.

ib. τῇ ἁφῇ] Edit. τῇ φωνῇ Codd. omnes cum marg. Ed. τῇ ἁφῇ. Sed Marc. B. in m. γρ. φωνῇ, inepte.

11. τὸ δοκοῦν] Ita Codd. omnes; sed Ed. omittit τό. Sequens τὸ ante ποσόν omittunt Codd. Marc. A. Mon. A.

14. Τὸ δὲ κυρίως—συμβεβηκος] Omissa sunt hæc in Cod. Darm.

ib. ἐφ' ὅσον] Codd. omnes, cum marg. Ed., ἐφ' ὅσον. Edit. ὑφ' ὅσον.

15. σημήνειεν] Cod. Ciz. σημήνειαν. Codd. Marc. A. Mon. A. σημαίνειεν. Vat. σημαίνοιεν.

16. τὸ αὐτὸ] Cod. Marc. A. ταὐτό.

ib. τόπον] Codd. Marc. A. Mon. C. τρόπον.

17. ἐπέσχεν] Cod. Vat. ἀπέσχεν, in m. ut Ed.

ib. ἀλλὰ ἀμυδρὰ] Codd. Marc. A. Mon. C. Vat. ἀλλ' ἀμυδρά.

18. τὸ ἧττον ὅ ἐστι] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Vat. ut marg. Ed., τὸ εἶδός ἐστι. Sed tres posteriores in marg. ut Ed. in contextu, et ita Fic.

partem gradatim facta discursione [percursione et adventu]? Adesse igitur hanc oportet: atque adesse prope, ut, quanta sit, cognoscatur. Num et quia secundum accidens cernitur magnitudo? Cum color primo cernatur? Cominus itaque, quantum coloratum est, discernitur, eminus autem duntaxat coloratum esse: partes vero secundum quantitatem condistributæ non exactam quantitatis notitiam afferunt. Quando et colores ipsi debiles tenuesque veniunt? Quid ergo mirum? si etiam magnitudines quemadmodum et voces apparent minores: quatenus earum species exilis ac debilis advenit. Nempe ibi quoque speciem auditus affectat. Magnitudo vero ex accidenti percipitur. Verum quantum ad auditum spectat, si magnitudo sentitur secundum accidens, cuinam potentiæ patet primum magnitudo, quæ est in voce, quemadmodum apparet tactui, quod est visibile: aut certe quod apparet magnitudo auditus percipit, non secundum quantum, sed secundum majus ac minus: neque secundum accidens, ubi videlicet percipit tanquam vehemens: sicut et gustus dulcedinis vehementiam non per accidens percipit. Principalis autem et proprie dicta magnitudo vocis protensio quædam est in quantum: hanc vero secundum accidens ex ipsa vehementia designari contingit: veruntamen non exacte. Vehementia sane cujusque naturæ idem est [atque ipsa natura]. Progressio vero in multitudinem, secundum protensionem in omnem locum, qui impletur, consideratur. At enim non parvi colores, sed debiles sunt: magnitudines vero parvæ. Forte vero utrisque commune est, quod minus esse in eo,

190 B ἧττον ἀμυδρὸν, μέγεθος δὲ τὸ ἧττον σμικρὸν, καὶ ἑπόμενον τῷ χρώ-
ματι τὸ μέγεθος ἀνάλογον ἠλάττωται. Σαφέστερον δὲ ἐπὶ τῶν ποι-
κίλων γίγνεται τὸ πάθος· οἷον ὁρῶν ἐχόντων πολλὰς οἰκήσεις καὶ
δένδρων πλῆθος, καὶ ἄλλα πολλὰ, ὧν ἕκαστον, εἰ μὲν ὁρῷτο, δίδωσιν
ἐκ τῶν ὁρωμένων ἑκάστων, μετρεῖν τὸ ὅλον. Τοῦ δὲ εἴδους καθ'
ἕκαστον οὐκ ἰόντος, ἀπεστέρηται τοῦ καθ' ἕκαστον ὄψις, μετροῦσα
C τὸ ὑποκείμενον μέγεθος, τὸ πᾶν ὅσον ἐστὶ γινώσκειν· ἐπεὶ καὶ τὰ
πλησίον ὅταν ποικίλα ᾖ, ἀθρόως δὲ γίγνηται ἡ ἐπιβολὴ πρὸς αὐτὰ,
καὶ μὴ πάντα τὰ εἴδη ὁρῷτο, ἐλάττω ἂν φανείη κατὰ λόγον, ὅσον
ἂν ἕκαστον κλαπῇ ἐν τῇ θέᾳ· ὅταν δὲ πάντα ὀφθῇ, ἀκριβῶς μετρη-
θέντα ὅσα ἐστὶ γιγνώσκεται. Ὅσα δὲ τῶν μεγεθῶν ὁμοειδῆ ὁμοιό-
D χροα ὄντα, ψεύδεται καὶ ταῦτα, τὸ ποσὸν αὐτῆς οὐ κατὰ μέρος πάνυ
τι μετρεῖν δυναμένης τῆς ὄψεως, ὅτι ἀπολισθάνει, κατὰ μέρος με-
τροῦσα, ὅτι μὴ ἔχει ἵστασθαι καθ' ἕκαστον μέρος τῇ διαφορᾷ· ἐγγύ-
θεν δὲ τὸ πόῤῥω, ὅτι μεταξὺ συναιρεῖται, ὅσον ἐστὶ κατὰ τὴν αὐτὴν
αἰτίαν. Τὸ μὲν γὰρ πλησίον ἐστὶν αὐτοῦ ὅσον οὐ λανθάνει, διὰ τὰ
αὐτά· οὐ διεξοδεύουσα δὲ τὸ πόῤῥω τοῦ διαστήματος, οἷον ἐστὶ κατ'
E εἶδος, οὐκ ἂν δύναιτο, οὐδ' ὅσον ἐστὶ κατὰ μέγεθος εἰπεῖν.

6. ἀπεστέρηται τοῦ καθ' ἕκαστον ὄψις] Edit. εἶδος sine sensu, nec habet quo referatur μετροῦσα. Quocirca abire jussimus εἶδος ex superiore linea h. l. male repetitum. Et Fic. quoque legit ὄψις, et vide mox οὐ—μετρεῖν δυναμένης τῆς ὄψεως.

8. γίγνηται] Edit. γένηται Codd. Ciz. (qui omittit proximum ἡ) Darm. Marc. B.C. Med. A.B. (a sec. m.) Par. A. γίνηται. Codd. Marc. A. Mon. C.A. Med. B. (a pr. m.) Vat. (in m. ut Ed.) γίνεται.

9. τὰ εἴδη] Cod. Mon. A. τὰ εἰς εἴδη.

10. πάντα ὀφθῇ] Cod. Vat. πάντη, sed marg. ut Ed.

12. πάνυ τι] Cod. Vat. πάνυτοι.

14. μὴ ἔχει] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. μὴ ἔχειν. Interpunctionem emendavimus, ut sit: unicolores uniformesque magnitudines et ipsæ fallunt, cum eorum quantitatem oculus non usquequaque per singulas partes metiri queat.

ib. καθ' ἕκαστον μέρος] Cod. Darm. omittit hæc; μέρος abest a Cod. Par. A.

16. πλησίον ἐστὶν] Abest ἐστὶν a Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. Med. B. Vat. Sed Vat. eam vocem habet in marg. Sequens αὐτοῦ abest a Codd. Darm. Med. A. (al. m. add.) Par. A. Fic. legisse aut certe construxisse videtur: Τὸ μὲν γὰρ πλησίον [αὐτοῦ] ὅσον ἐστὶν οὐ λανθάνει.

17. διεξοδεύουσα] Cod. Vat. δι' ἐξοδεύουσι, in m. ut Ed.

ib. δὲ τὸ] Cod. Med. B. omittit δὲ, Mon. A. habet τά.

18. κατὰ μέγεθος] Cod. Marc. κατὰ το μέγεθος.

quod est, dici solet. Color quidem id, quod minus dicitur, habet in eo, quod debilis et caducus. Magnitudo autem, id est, dimensio ipsum, quod minus dicitur, habet in eo, quod parva. Nempe magnitudo colorem sequens consequenti quadam proportione minuitur. Manifestior autem in spectaculis, quæ varia sunt, fit ejusmodi passio: quemadmodum in spectaculo montium habitationes multas arboresque habentium aliaque permulta: quorum quodlibet, si perspicitur, efficit, ut ex inspectis singulis totum metiri possis. At ubi species ex singulis non accedit, oculus non habet, quomodo, quantum sit totum, cognoscat, metiens videlicet secundum unamquamque speciem suppositam magnitudinem. Quoniam et quæ prope sunt, quando sunt varia, intuitus autem simul in cuncta repente se vertit, adeo, ut non omnes species discernantur, solent minora videri pro rata ratione, quatenus videlicet species quælibet contuenti defraudat: sed quando species singulæ perspicue discernuntur, tunc recte magnitudinis mensura censetur. Quæcunque vero magnitudines ex uno colore uniformes occurrunt, quantitatis judicium maxime fallunt. Quippe cum visus non facile possit per partes discrete metiri: sed in metiendo secundum partem ultra repente labatur, non habens videlicet, qua differentiæ via in singulis partibus progressum sistere possit. Prope autem situm esse videtur quod longe remotum est, quoniam medium spatium secundum eandem causam, quantum est, colligi solet. Quod enim est propinquum, quantum sit, non latet, easdem ob causas. At ubi visus non discurrit distantiæ longitudinem qualis est secundum speciem, nimirum neque quantum sit magnitudine metiri potest.

Τὸ δὲ κατὰ τὰς τῆς ὄψεως γωνίας ἐλάττους εἴρηται μὲν καὶ ἐν 190
ἄλλοις, ὡς οὐκ ἔστι, καὶ νῦν δὲ ἐκεῖνο λεκτέον, ὡς ὁ λέγων ἔλαττον
φαίνεσθαι ἐλάττονι γωνίᾳ, καταλείπει τὴν λοιπὴν ἔξωθέν τι ὁρῶσαν,
ἢ ἄλλο τι, ἢ ὄν, τι ἔξωθεν ὅλως, οἷον ἀέρα. Ὅταν οὖν μηδὲν κατα- F
λείπῃ, τῷ πολὺ εἶναι τὸ ὄρος, ἀλλ᾽ ἢ ἰσάζῃ, καὶ μηκέτι ἄλλο οἷόν τε
ᾖ αὐτῇ ὁρᾷν, ἅτε τοῦ διαστήματος αὐτῆς συναρμόσαντος τῷ ὁρω-
μένῳ, ἢ καὶ ὑπερτείνῃ τὸ ὁρώμενον ἐφ᾽ ἑκάτερα τὴν τῆς ὄψεως προσ-
βολὴν, τί ἂν τις ἐνταῦθα λέγοι, ἐλάττονος μὲν, ἢ ἔστι, πολλῷ φαι-
νομένου τοῦ ὑποκειμένου, πάσῃ δὲ τῇ ὄψει ὁρωμένου; εἰ δὲ δὴ καὶ
ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ θεωροῖ, ἀναμφισβητήτως μάθοι ἄν τις. Πᾶν μὲν G
γὰρ τὸ ἡμισφαίριον οὐκ ἄν τις ὁρᾷν μιᾷ προσβολῇ δύναιτο. οὐδὲ
ἐπὶ τοσοῦτον χυθῆναι ἡ ὄψις, μέχρις αὐτοῦ ἐκτεινομένη. Ἀλλ᾽ εἴτις 191
βούλεται, δεδόσθω. Εἰ οὖν πᾶσα μὲν περιέλαβε πᾶν, πολλαπλά-
σιον δὲ τὸ μέγεθος τοῦ φαινομένου ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ, τοῦ ἐλάτ-
τον πολλῷ ἢ ἔστι φαίνεσθαι, πῶς ἂν ἐλάττωσιν γωνίας τοῦ ἐλάττω
φαίνεσθαι τὰ πόῤῥω αἰτιῷτο;

1. Τὸ δὲ κατὰ κ. τ. λ.] Ita Codd. Marc. C. Mon. A. Par. A. Vat. In Ed. perperam est ἀγωνίας. Cum marg. Ed. [κατὰ τῆς ὄψεως γωνίας] faciunt Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Sed in Ciz. est γονίας, in Darm. et Med. A. non abest τὰς, in Marc. A. et Mon. C. non abest τὰς, sed τῆς.

4. ἢ ὄν, τι] Codd. Marc. A. Mon. C. omittunt ὄντι. Vat. habet ὄν, τι, in m. ut Ed. nimirum ἢ ὄντι.

ib. καταλείπῃ, τῷ] Cod. Vat. καταλείπει τὸ, sed in m. ῃ. Scribitur etiam τὸ in Codd. Marc. A. Mon. C. Ciz.

5. ἰσάζῃ] Codd. Marc. A.B. Mon. C. Vat. Mon. A. Med. A.B. ἰσάζῃ. Edit. ἰσάζει.

8. μὲν, ἢ] Cod. Marc. B. μὲν, ᾗ.

9. πάσῃ δὲ] Cod. Vat. πείσῃ δὲ, in m. πάσῃ.

ib. δὴ καὶ] Cod. Marc. A. omittit καί.

10. θεωροῖ] Edit. θεωροίη cum marg. Ed. habent θεωροῖ Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Med. A. Vat. Sed θεωροῖ est in Codd. Marc. A. Mon. A.C. Med. B. Par. A.

ib. μεν γὰρ] Cod. Vat. μὴ γὰρ, in m. μέν.

11. ὁρᾷν] Codd. Marc. A. Mon. C. ὁρᾷ.

ib. οὐδὲ ἐπὶ τοσοῦτον] Codd. Ciz. Marc. A. Vat. οὐδ᾽ Codd. Marc. B.C. οὐδεπιτοσοῦτον.

13. περιέλαβε] Cod. Med. B. περιέβαλε, ab al. m. supra lin. λαβε.

14. ὑπάρχει] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A. ὑπάρχοι.

ib. ἔλαττον πολλῷ ἢ] Ita scripsi ex Codd. Marc. A.B.C. Par. A. pro ἐλάττον πολλῷ ᾗ. Scribitur etiam ἢ in Codd. Mon. C. et Vat.

15. ἐλάττωσιν] Editio ἐλάττωσι cum Cod. Marc. B. In Codd. Marc. A.C. Mon. C. Vat. est ἐλάττωσιν, quod genuinum est. Sed Vat. in marg. ἐλάττωσι. Hoc est, ex editione depravavit Lector codicis.

ib. γωνίας] Cod. Med. A. γωνίαις, sed ab al. m. supra lin. ας.

16. τὰ πόῤῥω] Codd. Marc. A.C. Mon. C. Med. B. Vat. τὰ πόῤῥω. Recte: Editio τοῦ πόῤῥω. Ceterum fortasse verba: τοῦ ἐλάττον πολλῷ ἢ ἔστι φαίνεσθαι pro interpretamento a margine intruso habenda sunt.

II. *Quod non propter minores angulos, videantur minora, quæ remotiora sunt.*

Quod autem dicitur a nonnullis, quæ procul distant, idcirco videri minora, quoniam per minores visionis angulos videantur, dictum est et alibi esse falsum, et in præsentia sic est confutandum. Profecto, qui ait, per minorem angulum objectum videri minus, relinquit reliquum visum, sive angulum aliquid extra videntem: videlicet vel aliud quiddam visibile, vel saltem nonnihil extrinsecus velut aërem. Quando igitur nihil relinquit, ex eo, quod mons sit ingens, sed vel adæquat, neque aliud quicquam visu percipi potest. Quippe cum ipsius spatium accommodetur objecto: vel etiam superexcedat objectum utrinque visionis intuitum. Quidnam hic aliquis respondebit? Quandoquidem objectum ipsum multo minus, quam sit, appareat, et omni visu conspiciatur. Quod si in cælum suspiciat, procul dubio id quivis intelliget. Nam alioquin non posset quisquam uno quodam ictu totum simul hemisphærium contueri: Neque in tantum aspectus diffundi, eousque prorsus extentus. Veruntamen, si quis id affectaverit, detur. Si igitur omnis quidem visus comprehendit totum, est autem in cælo magnitudo longissime amplior apparente, quanam ratione quis causam assignabit, ob quam adeo minus appareat, per illos minores angulos, quos in causa esse, ut remotiora nobis minora videantur, affirmare consueverunt?

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM IX. ENNEAD. SECUNDÆ,

# CONTRA GNOSTICOS,

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI,

### Unum bonumque idem est et omnium primum. Item tria sunt principia. Ipsum bonum, mens, anima.

PLOTINI mentem non fuisse a Christiana lege penitus alienam, ex eo conjicere possumus, quod cum Ammonii *semper Christiani* discipulus fuerit, [Tu vide Annot. ad Porphyr. de Vita Plotini c. 3. p. 96. ed. Fabric.] et Christianissimi Origenis semper amicus, convenisse dicitur una cum Origene atque Herennio, se nunquam ab institutis Ammonii discessurum: idque sicut promiserat, servavisse. Præterea gentilium Deorum cultum alto animo aliquando contempsisse: Amelio ad hunc exhortante Porphyrius, ipse discipulus ejus, est testis. Denique ab hæreticis multis Platonem suum partim depravantibus, partim etiam contemnentibus frequentius irritatus, respondit quidem latissime: *nihil tamen in respondendo commune Christianis inseruit: sed propria duntaxat ad hæresim: cum alioquin impune in Christianos invehi ea tempestate liceret, et offerretur occasio.* Qui vero fuerint hujus hæresis auctores: quidve profiterentur hæretici, qui Gnostici nominabantur, similes Manichæis, recenset in describenda Plotini vita Porphyrius. Ex eorum certe opinionibus constat eorum hæresim, quamvis Christum colerent, non minus tamen a communi Christianorum sententia, quam a Platonicis dissentire. Sed quantum ad institutum nunc opus pertinet: hæc sunt illorum errata præcipua. Super ipsum unum bonumque nescio quid somniabant. Intellectus præterea separatos ineptissime distinguebant. Inter intellectum, et animam medium aliquid inserebant. Animam depravatam fecisse putabant mundum a malo principio malum. Non esse quicquam ipso bono sive bonitate, item ipso uno sive unitate superius priusve sic ostenditur. Principio meminisse oportet, quod non est primum, non esse simplex: atque e converso, quod non est simplex, nec esse primum. Si qua enim res non sit omnium prima, certe dependebit ab alia: ideoque duo quædam erunt in ipsa, scilicet tum aliquid causæ: tum aliquid insuper proprii a causa differens. Itaque dum non est prima, merito nec potest esse simplex. Rursum si qua res non sit simplex, habebit in se necessario et hoc et illud. Quæremus igitur, utrum hoc ab illo sit tantum, an utrumque pariter ab utroque: an neutrum a neutro: an a tertio quopiam sit utrumque. Si respondeas, hoc ab illo pendere, illud certe erit primum, hoc vero secundum: neque licebit dicere compositum hic aliquid esse primum. Neque rursum licebit dicere utrumque fieri pariter ab utroque: alioquin idem aliquid comparatum ad idem, erit et causa et effectus, et prius atque posterius. Sin autem dixeris, utraque a tertio quodam fieri, non hoc quidem compositum, sed tertium illud erit primum atque principium. Nefas est insuper duo quædam in supernis ponere: quorum nec alterum sit ab altero, nec a tertio sit utrumque: alioquin nulla determinata causa rationeque coibunt, sed sorte contingent. Temerarius vero casus in supernis esse non potest: alioquin nullus foret in sequentibus ordo. Quam ob rem, sicut diximus, quod non est primum, non est simplex: sic et dicimus, quod non est simplex, nec esse primum. Quo igitur aliquid prius est, eo simplicius atque vicissim. Quod itaque primum est, simplicissi-

mum est, atque vicissim. Quocirca et ipsa (ut ita dixerim) primitas est ipsa simplicitas atque contra. Cum igitur summum in simplicitate teneat unitas atque bonitas, utrumque certe et idem est, et primum omnium atque principium. Bonitas sane simplicissima est: alioquin componeretur ex pluribus, Ideoque indigeret partibus atque componente, itaque per se sufficiens minime foret. Oportet tamen bonitatem ipsam non solum esse sufficientissimam, sed ipsam esse sufficientiam. Hæc enim appetitur tanquam bonum. Ipsum itaque bonum, cum sufficientissimum sit, est etiam simplicissimum. Est itaque primum: præsertim, quia, si non sit primum, quod erit ipso bono superius, erit et melius bonitate: tametsi nihil bonitate melius fingi possit: qua sola melius fit, quicquid est melius. Tum vero quærimus, utrum ipsum bonum appetat illud, quod ipsi forte præponitur, nec ne. Si non appetit, mirum est effectum non appetere causam, a qua perficitur. Si appetit, rursum mirabile est, ipsum bonum aliquid extra se concupiscere, cum in bonum omnis desinat appetitus. Præterea de rebus aliis similiter percontamur: utrum ultra boni limites appetant, quod bono fingitur esse superius, nec ne. Nefas quidem est, omnia primum principium non appetere. Nefas est iterum, appetere aliquid ultra bonum. Ex omnibus his colligitur, ipsum bonum esse simplicissimum omnium atque primum. Unitatem vero sive ipsum unum esse simplicissimum nemo dubitat. In omni enim essentia, vel esse, vel fingi compositio numerusve potest: In sola unitate non potest: alioquin non foret unitas ipsa, sed unum aliquid atque multitudo. Divisio quin etiam unitati contingere nequit. Si quis enim hanc dividere moliatur, non dividet quidem, sed repetet unitatem. Lignum certe unum secas et majus lignum in ligna minora: unitatem vero, quæ cogitabatur in ligno, in nullas unitatis partes dividere potuisti: alioquin forent unitate minores: sed unitatem ita multiplicasti, sive potius propagasti, ut, quæ in uno prius erat, subinde foret tota eadem in duobus. Cum igitur unitas simplicissima sit atque prima, merito est idem atque bonitas: ne forte sint prima rerum principia duo, et invicem fortuna concurrant: et ante unitatem sit binarius. Dum vero dicimus, bonitatem et unitatem esse penitus simplicissimam, non intelligimus rem quandam simplicem, vel quæ sit in aliquo, vel ex qua aliquid componatur. Si enim sit in alio, neque se ipsam valeat sustinere, certe dependebit ab alio. Si rursum ex hac aliud componatur, nequaquam perfecta res erit: sed contendet ulterius, et in formam actumque compositi redigetur. Ipsum itaque bonum, ipsumve unum idem est omnino et simplicissimum atque primum, nec in aliquo residens: neque ita consideratum, ut aliquid in se prius sit: deinde sit bonum atque unum: alioquin ibi alterum accedet alteri, eritque prius aliquid imperfectum, fietque compositio. Primo igitur et simplicissimo mentis intuitu ipsam bonitatem sive unitatem contemplari debemus, non aliquid de aliquo prædicantes, sed primo totoque mentis ictu simplicitatem ipsam percipientes. Quoniam vero post hæc Plotinus de tribus agit mundi principiis, scilicet ipso bono, et mente prima, et anima prima: meminisse debemus, ubi communia mundi principia perscrutamur, in primis, quæ sint præ cæteris in mundo communia, contemplari debere. Est autem ubique omnium communissimum unitas, nixusque ad bonum. Id namque munus ad res etiam nondum formatas extenditur. Secundo communitatis originisve gradu forma est ordove formalis: gradu denique tertio ponitur motus ipse vitalis. Cum vero munus, quo communius est, eo ad priorem pertineat causam, merito prima omnium causa est ipsum bonum, sive unum: unde et a quo dependet unitas nixusque ad bonum. Secunda vero rerum causa mens est prima, ad quam spectat ordo formalis. Tertia est anima prima, qua omnis ubique vitalis motio regitur. Cum igitur universum conspiciamus, et formarum ordine formosissimum, et vitalibus ubique motibus efficacissimum: merito ubique mentem regere, ubique animam spirare putamus. Et quoniam tum formarum ordo gratia boni conspirat in unum: tum vitalis motio contendit ad bonum, haud ab re tum mentem, quæ sic ordinat omnia, tum animam, quæ sic omnia movet, ab ipso uno bonoque volumus dependere. Sic igitur universum hoc corporeum, et ab alio mobile ad animam primo redigitur per se mobilem, motu proprio cuncta moventem. Hæc ad mentem omnino stabilem, statu proprio cuncta ducentem. Sed utraque, scilicet et mens et anima, refertur ad bonum: et cujus gratia tum mens stabiliter, tum anima mobiliter moveri videtur: et in quo mens ipsa quiescit, et circa quod anima se revolvit. Nempe sive anima moveatur, et moveat, movetur ac movet ad bonum. Sive mens quiescat et firmet, certe quiescit et sistit in bono. Hinc et omnibus est natura tributum: ut, sicut moventur ad bonum, sic et in bono quiescant. Et profecto, quemadmodum ipsum bonum aliud quiddam est præter illa, quæ moventur ad ipsum, et præter motum: sic et aliud est præter illa, quæ in eo stant, et præter statum: alioquin in se ipsis ab initio quievissent. Post ipsum bonum mens proxime sequitur, mentem anima proxime comitatur. Cum enim omne agens agat ad bonum, mens, quæ, dum agit, ad bonum stabiliter agit, et in se ipsam agendo revolvitur, bono

quam proxima judicatur. Anima vero, quæ et per essentiam manet, et iterum agendo ex se ipsa movetur, et post progressionem reficit orbem, menti quam proxima est omnino stabili, et in se ipsam omnino conversæ. Sed quis non videat animam semper ac veræ intelligentiæ compotem esse intellectui primo quam proximam? Quod igitur in mundo sit motio et actio quævis ad vitam denique conferens, procedit ab anima. Quod autem ejusmodi motio ordinata sit atque stabilis et in orbem restituatur, et formas exprimat, sortitur a mente. Quod denique tum motioni certus ubique præscriptus sit finis, tum formæ passim aliæ conducant aliis, est ab ipso bono tributum. In cælo quidem essentia, lux, mobilitas, bonum, mentem, animam repræsentant. Sub cælo autem causa finalis bonum, formalis mentem, efficiens animam referre videtur. Quoniam vero de tribus omnium principiis et passim in argumentis in Platonem et in theologia latius disputamus, hæc breviter attigisse sufficiat. Post hæc autem confutat eos, qui divina inter se distinguunt, vel quoniam alia sint in potentia, alia sint in actu. Nihil enim in æternis est in potentia: vel quoniam intellectus alius quidem maneat, alius moveatur. Non enim intellectu est motus ullus, sed primus in anima motus. Vel quoniam intellectus hic quidem substantiam quandam intelligat, sive suam, sive etiam alienam. Ille vero actionem duntaxat alterius intellectus, quam alter ille, cujus est actio, non intelligat. Distinctio sane ejusmodi in animarum natura non dividit substantias animarum. Siquidem animus idem, qui vel se, vel aliud quodvis intelligit, sæpe se intelligit intelligere. Ergo et multo minus ita substantiæ mentium dividuntur: et multo magis mens eadem utrumque explere potest. Jam vero concedimus ipsum simpliciter intelligere ratione quadam ab ipsa intelligentiæ animadversione differre. Nam illud quidem habet essentiam aliquam pro objecto: hæc autem pro objecto actionem spectare videtur. Et in nobis non semper, qui cognoscit, is agnoscit etiam se cognoscere. Veruntamen mens quælibet a corporis commercio separata adeo intelligit expedite, ut quatenus intelligit aliquid, eatenus intelligere se prorsus agnoscat. Præsertim cum ea ibi sit intelligendi conditio, ut mens ad intelligendum suam spectet essentiam. Si enim ibi perfecta intelligentia est, intelligibile habet intimum atque certissimum, minimeque dependet. Ita vero fit maxime, si pro objecto suam spectet essentiam. Dum vero suam essentiam intuetur, in suo esse intellectuali, et in actu intelligentiæ perpetuo positam, cognoscit, se esse essentiam intellectualem ac semper intelligentem. Quatenus igitur intelligit se, eatenus se intelligit intelligere. Præcipue quoniam, sicut idem est in luce lucere, quod et esse, sic idem in ipso intellectu esse, quod intelligere. Dum ergo se esse cognoscit, etiam intelligere se prorsus agnoscit. Quam ob rem intellectus quilibet absolutus sicut semper intelligit, ita quod intelligat, ipse semper animadvertit: præsertim cum nulla exterior occupatio ipsum ab ipsa sui animadversione divertat. Est autem illic actus idem intelligentiæ: quo et simpliciter intelligit aliquid, et quo illud se intelligere semper agnoscit. Si enim actus ejusmodi ibi distinguas, jam dicemus et actum tertium similiter et quartum, et infinite deinceps ibi distingui: quatenus per sequentem actum innumerabiliter intelligere fingitur præcedentem. Nefas autem philosophi putant infinitos actus, et hos quidem superfluos illic in præsentia ponere: præcipue si per illos infinitæ illic substantiæ multiplicari dicantur. Inter hæc ipse notabis, Plotinum in mentibus beatis animadversionem essentiæ actionisque suæ perpetuam ponere: eodemque actu et intelligentiam et agnitionem intelligentiæ essentiæque expleri. Quod sicubi dixerit, simplicem ipsum primumque intelligentiæ actum animadversione distrahi: expone, scilicet quando animadversio est actio re ipsa ab intelligentia differens, et quando fit animadversio ministerio quodam imaginationis, ab intellectu nimium differentis, atque ad aliena interim distrahentis. Refellit subinde, quod aiunt: inter ipsam mentem atque animam esse mediam substantiam quandam, quam rationem quidem ipsam intellectualem appellant: animam vero dicunt ab hac suscipere rationem. Sic enim anima nulla veram habebit intelligentiam atque perpetuam. Vera namque perpetuaque intelligentia est vel in ipsa mente, vel in eo, quod proxime mentis est particeps. Anima vero ex eorum opinione non primo quidem gradu, sed secundo intelligentiæ nonnihil acciperet, et imaginem illius potius, quam naturam. Atque ita neque se ipsam animadvertet, quod est naturæ intellectualis officium: neque intellectus alicujus substantiam excogitare poterit a naturis sequentibus absolutam: neque rei cujusquam formalem comprehendere rationem aut definitionem ipsius veritatis amplecti. Talia enim ad mentem proprie pertinent.

*Providentiæ modi diversi, scilicet in principiis tribus: Deinde in stellis: Tertio in dæmonibus: Quarto in hominibus.*

II. In secundo igitur capite colligit tria rerum principia: ipsum scilicet bonum, et ejus filium intellectum ex paterna luce luminis more manantem: atque insuper mundi animam ex intellectu divino, velut spiritum per omnia profluentem, sed ea conditione inferioribus providentem, ut interim a divinis nulla ex parte declinet: sed quo

attentius divinis inhæret, eo potentiorem fœcundioremque ait ad sequentia reddi: et quasi jam inde prægnantem sequentia parere. Ad hæc tria principia universalis providentia pertinet, qua et omnibus, et omnia provident. Minus vero universalis ad sphærarum stellarumque animas: harum enim quælibet providet quidem omnibus, sed non omnia. Nam unaquæque propria tribuit, quamvis cunctis. Minus etiam universalis in dæmonibus est providentia. Quilibet enim certa quædam curant genera rerum, quibus et quædam propria tribuunt. Particularis etiam in animabus nostris ad inferiora providentia est. Atque impensiori etiam sollicitudine, quam dæmones propria curant: ut stultum sit, humanam providentiam cum animæ mundanæ providentia comparare. Cum enim et anima prima potentissima sit: et providentia ejus universalis, extra quam nihil est, quod ejus repugnet officio, non injuria Plotinus ait, hanc, dum providet, neque laborare, neque minus esse beatam. Animam vero nostram usque adeo regendis corporibus occupari, ut a superioribus quandoque discedat. Discedat, inquam, per infimam sui partem primo, id est, per imaginationem ejusque affectum propensius ad inferiora vergentem. Quæ quidem ad hæc secum subinde trahat partem animæ mediam, cujus proprium est, ratione discurrere. Intellectum vero, quem et animæ partem nominat, confirmat (ut sæpe solet) divinam intelligentiam intermittere nunquam. Videtur autem hæc de intellectu sententia non Plotini solum, sed Ammonii quoque præceptoris ejus Alexandrini fuisse. Quem Plotinus in omnibus dicitur prosecutus. Accepimus et alios quosdam auditores Ammonii in eadem sententia permansisse, quam et Iamblichus inter Ægyptiorum dogmata connumerare videtur. Notabis interea, animam nostram, quamvis particularis anima nominetur, quia particularem habeat providentiam, nullo tamen pacto esse mundanæ animæ partem. Rursum, animam nostram ideo in regendo corpore sollicitari atque laborare, quoniam neque summum tenet animæ gradum, quem obtinuit anima mundi: neque permanet in summo tota, cum inferioribus providet. Eam sane particularium animarum conditionem esse putat, ut per vices hoc aut illud agant: quantum videlicet ad rationem imaginationemque pertinet, quantum vero spectat ad intellectum nullas agere vices. Quemlibet enim intellectum esse in æternitate penitus constitutum. Siquidem in proprietate animæ subinde sequente primus est motus primumque tempus.

*Mundum non fuisse aliquando novum ex nova quadam animæ pravitate: neque aliquando periturum.*

III. Frustra igitur fingebant hæretici animam primam aliquando a divina beatitudine cecidisse: atque ita ad deteriora degenerantem fabricavisse mundum. Temere nimium mundo propterea dabant initium, quod faber ejus nuper esset permutatus in malum. Satius admodum erat dicere, mundum ex anima semper naturali quadam necessitate productum: quemadmodum et forma corporis a vegetali virtute, et calor lumenque ab igne. Videmus enim perfectissima quæque in natura naturali largitate semper agere, neque ex inopiæ malo sed potius ex copiæ bono. Quod si semper agunt, illa etiam, quorum virtus et actio ad quædam tantum determinata est, ut elementum quodlibet et compositum: multo magis tria illa principia rerum: quorum virtus est communis ad omnia semper agunt. Præstat itaque dicere, mundi fabrum, æterna bonitatis copia, ab ævo mundum progenuisse: quam nova pravitate novum. Profecto si principiorum naturam in actu semper absolutam consideramus, atque sic opus ad eam conferimus, opus inde sempiternum sequi videtur. Quamvis si ad ipsam divinæ bonitatis vel intelligentiæ voluntatem respexeris, mundum valeas tum sine nova fabri pravitate, tum sine divini consilii novitate novum excogitare. Sane cum in divinitate natura idem sit atque voluntas, neque voluntas naturæ aufert, quod proprium est naturæ: neque natura proprium voluntati. Tum vero confutat, quod putabant, mundum aliquando periturum. Sola enim, quæ resolvi in aliquid possunt, interire posse videntur. Nam aliquid in nihilum evanescere bonitas ipsa naturæ non patitur. Quandoquidem neque patitur alicubi vacuum. In quid ergo mundus resolvi potest? Numquid in materiam? Esto sane. Sed ita demum quærimus, numquid materia illa formam habeat, nec ne? Si habet: adhuc erit id compositum in materiam resolubile. Tunc illa neque in nihilum evanescere potest, neque in formis perseverare. Esse enim datur ubique per formam. Ac si finxeris, eam sine forma manere: tunc alibi quidem materia erit: alibi vero divina, quasi limitibus inde disjuncta: quando quidem nihil ex illis emicet in materiam. Non igitur erunt ubique divina. Quod dictu nefas esse in Theologia probavimus, et alibi comprobabimus. Neque licet fingere materiam in nihil posse resolvi. Quippe cum nullum agens ad resolvendum contendit simpliciter, ut resolvat: sed ut se augeat, vel propaget. Id vero ex aliquo duntaxat et in aliquid fieri potest. Præterea si materia redigatur in nihilum, constabit sane materiam ab initio necessitatem a nullo præcedente subjecto, unde fieret, habuisse: cum ita nullum aliquando subjectum præcesserit, sicut denique sequitur nullum. Extitit igitur ab initio quadam consecutionis necessitate ex superiore efficiente-

que causa. Eadem igitur consequentiæ necessitate semper erit.

*Faber mundi non inclinatione, sed consistentia fecit mundum.*

IV. Reprobat iterum, quod aiunt, animam primam non ex eo, quod in sua dignitate maneret, sed quia degeneraverit, mundum procreavisse. Sed antequam confutationes Plotini prosequar, recensere juvat Porphyrii verba in eandem sententiam, ex libro ejus vias ad intelligibile demonstrante. Sic igitur ait: Nulla substantiarum, quæ universæ sunt atque perfectæ, ad suam convertitur genituram. Omnes autem perfectæ substantiæ ad generantia potius rediguntur, et id quidem ad corpus usque mundanum: quod sane cum sit perfectum, ad animam esse [Ed. pr. *est*] redactum: animam, inquam, intellectualem, ideoque circulo volvitur. Anima vero mundi ad intellectum attollitur: intellectus autem erigitur ad principium. Subdit vero paulo post: In substantiis vero particularibus, et ad multa labi potentibus inest proclivitas deflectens ad genituras, ideoque in his delictum dicitur accidisse: in his infidelitas est damnata. Has igitur contaminat ipsa materia, propterea quod ad hanc deflecti possint, cum tamen interea se ad divinum valeant convertisse: quam ob rem perfectio quidem a prioribus secunda substituit, conservans eadem ad priora conversa. Defectus quoque alicubi priora quædam etiam ad posteriora deflectit, efficitque, ut hæc ipsa diligant a superiore interim divertentia. Hæc ille. In quibus confirmat, dæmones quosdam, vel animas hominum a divinis degenerando, corpora fabricare, mundum vero ab anima quadam divina et in divinis perseverante fuisse constructum. Tantum enim, tam pulchrum, tam diuturnum opus efficere, ac sine transgressione ducere, tamque mirabili ratione movere, non est potestatis aliquando inclinantis, sed in optimo semper habitu consistentis, facientisque fabricam, non tam, ut optima videatur, quam quia naturaliter ipsa sit optima. Quod si optima est illa potestas, et ut ex motu apparet, infatigabilis, nunquam, quod optime fabricat, vel ob pœnitentiam destruet, vel ob defatigationem desinet conservare. Dicere vero mundana institui male, atque hinc argumentari, mundi naturam esse malam, et auctorem hujus malum, hominum est vel iniquorum, vel penitus ignorantum. Stultorum quoque est opinari, potestatem illam, ut agat, indigere consilio. Si enim in natura ipsius erat, ut gigneret, consilio ad hoc nullo prorsus indiguit. Si opus consilio fuit, non erat prima illa potestas naturaliter sufficiens ad generationis effectum. Nulla igitur natura, nullaque potestas per se poterit aliquid generare, vel facere.

*Neque animam esse corpoream, neque mundum fuisse a malo principio constitutum.*

V. Redarguit præterea, quod dicebant, mundi fabrum animam, qua vivit mundus ac movetur, ex elementis mundi composuisse, quæ corporea sit et irrationalis, atque mortalis. Primo quidem nefas est, universum habere animam nostra deteriorem: deinde animam componi ex elementis quasi posteriorem, quæ tamen tanquam virtus repugnantium copulatrix prior esse debet, et simplicior atque constantior. Denique natura ex elementis composita, neque quicquam efficit, nisi corporeum, neque reflectitur in se ipsam. Deridet insuper, quod se fore beatos putent, quando exemplari mundi fruantur. Cum tamen opificium hoc ad exemplar ejusmodi constitutum detestari minime vereantur: præsertim cum dicant, mundi fabrum tunc primum mundi exemplar excogitasse, quando ad deteriora se vertit. Addebant fabricavisse mundum, ad animas custodia coërcendas, quod est frustra tentatum. Quod vero curam ejusmodi illum putabant habere de mundo, quæritur, utrum curaret id ante mundum: an, mundo jam facto, cœperit deinde curare? Si prius, frustra saltem curavit, ut diximus: sin autem post mundum, tunc forsan vel mundi dispositionem accepit ab ipsa mundi specie, hanc a materia segregando, aut ab animabus. Quod si ab ipsa mundi specie ille percepit curandi conditionem, poterant et animæ per se similiter percepisse: sin autem ab animabus, ridiculum dictu est, imo et utrumque ridiculum. Ubi vero de coërcendis dicitur animabus, opinio tangitur, quam et tetigit Origenes, quod videlicet spiritus omnes ab initio sint æquales, sed propter diversos voluntatis motus magis minusve aut conversos ad Deum, aut divertentes ab eo, tum spiritus varios in se gradus acceperint, tum corpora mundi differentibus constituta sint gradibus, tum denique spiritus alii aliis sint addicti corporibus. Cujus opinionis error inde convincitur, quod tota dispositio mundi in ipsa graduum distinctione consistens, cum sit maxime formale finaleque, et optimum in universo, merito primum est in ipsa primi agentis intentione. Non igitur ex meritorum diversitate contingit, præsertim quia, si naturæ rationales ab initio æquales erant, alia non dependebat ab alia. Casu igitur obtigit variarum concursio voluntatum: casu igitur ordo tum in spiritibus, tum in mundo deinde. Item cum differentiæ speciales, et species in rebus quidem inferioribus naturales essentialesque sint, nefas dictu est, esse accidentales in superis. Essent autem accidentales, si non fuissent ab initio, sed per liberos voluntatum motus postea contigissent. Tametsi difficillimum est assignare, cur modis tam diversis moti sint spiritus tam æquales. Qui certe si ante voluntatum momenta erant multi,

neque tamen per quantitatis divisionem ita distincti: neque per ullum adhuc ibi accidens discrepantes. Ergo per formalia et essentialia quædam invicem differebant, quatenus aliquid erat in aliquo, quod non erat in alio. Qualis distinctio sine graduum diversitate esse non potest, cum ad privationem redigatur et formam. Ante igitur motionum varietatem varietas inerat naturalium. Sed de his opportunius alibi.

*Opifex mundi est primus intellectus per animam: item tria sunt principia, bonum, mens, anima. Item primus intellectus et primum intelligibile idem.*

VI. Vetus erat opinio, formas in materia resultare ex quadam impressione a formis effecta divinis, dum materia influxum idearum quasi speculi more repercutit: ideoque pro veris idearum formis verisimiles reportare, vel reddere, vel simulare. Itaque animas fallere a superno jam mundo prolapsas, donec pœnitentia tandem affectæ, ex hac quasi colonia vel exilio in patriam revertantur, veterem hanc sententiam usurpantes hæretici, ejusmodi passiones animæ quibusdam substantiarum nominibus inepte nimium obtegebant. Post hæc observabis, antiquos inter Christianos, hæreticos transcorporationem animarum a veteribus accepisse: sed arbitror illos ex homine in hominem tantum, sive terrenum, sive aërium, non autem in bestias, animam hominis traduxisse. Sic enim et doctores Hebræorum accepisse traduntur. Verba quoque de opificio mundi hos Plotinus judicat pervertisse: siquidem tanquam tres substantias accipiunt tria verba Timæi: quibus tamen tres ejusdem substantiæ proprietates apud Plotinum significantur, videlicet ut idem ipse Deus mundi faber excogitaverit, id est, decreverit, et naturaliter decernendo peregerit tot in mundo rerum species, quot intellectus ipse suus in ipso suimet vivente, id est, in sua essentia viva contemplaretur ideas. At hæretici dicebant, ipsum vivens esse ens ipsum intelligibile, primum omni superius intellectu. Qui vero contemplatur ideas in ipso, esse primum formaliter intellectum: Qui autem excogitavit efficere, esse animam primam, et hanc consilio quodam facere, quamvis malo, postquam scilicet a supernis degeneravit. Plotinus autem idem esse intelligibile primum, intellectumque primum ita probabit. Primus intellectus cum perfecto intelligat modo, intimum habet intelligibile. Ipse igitur intelligitur a se ipso, tanquam ipsemet intelligibile ipsum sit, sicut est intellectus. Item quod primum perfectumque intelligibile est, perfecto modo intelligendum est. Perfecta vero ratione intelligitur, si intelligitur a se ipso. Sive igitur intellectum spectes, mox intelligibile consequitur intimum: sive cernas intelligibile, intellectus statim intimus comitatur. Et merito, quoniam longe major proportio est intelligibili ad intellectum, atque vicissim, quam visibili sit ad visum. Intellectus enim rem ipsam intelligendam penetrat, et dividit, et definit: quod circa sensibile nullus efficit sensus. Cum igitur mirifica sit inter ipsum intelligibile intellectumque proportio, merito qua via huc usque pervenit aliquid, ut summum intelligibile sit, eadem consequitur, ut summus sit intellectus, atque vicissim. Hunc vero Plotinus mundi artificem primum esse putat: neque tamen animam primam ab opificis munere vult excludi: sed negat eam consilio mundum facere, et sollicitudine ducere, alioquin neque substantia mundani operis consistere, nec ordo perseverare posset, si mobili quadam artificis actione præsertim laboriosa fieret atque moveretur. Multo magis insuper detestatur, quod opificem animam dicant esse mentis expertem, et perturbationi subjectam, animabusque nostris deteriorem: cum in hoc opificio nihil insipienter agatur, nihil appareat perturbatum. Proinde distribuit principiorum ordinem hunc in modum. Absolutissima Dei unitas vel simplicitas cum adeo superemineat omnia, ut neque similitudinem, neque respectum prorsus illum ad aliquid habeat: ideoque nec prius hoc, quam illud, aspiciat, certe aut nihil efficit, aut omnia simul. Sed enim summa bonitas super omnia merito mox efficit omnia: summa unitas statim efficit unum. Quod igitur inde proxime manat, scilicet ab unitate, quæ super omnia est, nimirum est unum omnia: unum scilicet ens, entia cuncta: hoc ipsum intelligibile est, quod est intelligibilia cuncta. Hic primus est intellectus, qui et omnis est intellectus, intellectus, inquam, absoluti omnesque ideæ. Hic mundus intelligibilis est ab uno super omnia genitus: unum omnia. Hinc nascitur anima prima jam unum et omnia, quodammodo videlicet mobiliter intus explicans, quæ primus stabiliter complectitur intellectus. Sequitur deinde mundus ex intellectu per animam, non tam unum et omnia, quam ex omnibus unum: nempe et in mente et in anima præcedit ipsa sua unitas multitudinem. At in mundo corporeo formarum unitas quodammodo multitudinem sequitur: potes tamen ita colligere, omnia quidem mundi membra membrorumque naturas ad unam animæ mundanæ naturam quasi ducem: omnes animas ad unam mundi animam velut principem, omnes intellectus, qui animabus insunt ad unum intellectum super animas existentem, quasi oculos ad solis lumen. Intellectum denique purum ad paternam lucem atque bonitatem. Inter hæc observabis, quos plerique intellectus ponunt a corporibus absolutos, Plotinum ponere intellectus tantum in animabus, quos intellectus animales, et animas intellectuales appellat, qui sane intellectus idcirco judicari pos-

sunt a corporibus expediti, quoniam, etsi in animabus sunt, non tamen sunt in corporibus: quando quidem neque animæ vere corporibus insunt, et intellectus ejusmodi nullum cum corpore commercium habent, et ut Plotinus sæpe confirmat, semper secundum actum sunt cum divina mente conjuncti. Ab hac vero sententia vix dissentire videtur theologorum apud Græcos Christianorum sententia, angelis corpora tribuens. Ubi vero Plotinus concedit quidem in inferioribus multiplicare quamplurimum, prohibet autem multiplicationem in superioribus similem introducere, intellige prohiberi multiplicationem illic, quæ per minima et quasi supervacua et disjunctim fiat, quemadmodum apud nos fieri solet: non autem, quæ vel in species vel in necessaria fiat, vel summatim colligatur in unum. Proprie vero vetat multiplicare principia rerumque capita. Quod autem plures intellectus esse velit, ostendit, ubi ait, intellectus esse summas animarum rationalium partes, ipsasque animas differre inter se passionibus et naturis.

*Anima mundi alligat sibi corpus suum, et per hoc quasi alias animas. Item, quomodo etiam anima propria det corpori vitam.*

VII. Reprobat iterum, quod animam genitricem mundi dicant animæ nostræ more in hac fabrica laborare, et ab ipso contemplationis officio distrahi. Ait enim: Cum tota machina sit animæ mundanæ subjecta, nihil illic resistere, nihil effluere proprii, nihil alieni contingere: item, totam corporum molem ab ipsa anima per infusam vitam tum inter se colligari, tum animæ devinciri, prorsusque subesse: animam vero nostram ad corpus accedere, quasi quoddam hactenus mundi membrum, atque jam inde quodammodo vivens in gremio totius animæ, sic illi ferme connexum, sicut fœtus in alvo: itaque venientem extrinsecus animam allegari animali quasi jam facto, neque penitus dominari. Animam vero mundi sibimet animal generare, ipsumque sibi potius, quam se ipsi ligare, ideoque nihil animalis [Ed. pr. *in* animalis] passionibus aliquando compati. Quod enim, tanquam deterius, est præstantiori connexum, pati quidem solet, si patiatur illud: neque tamen fit e converso. Tu vero memento, quamvis anima nostra nanciscatur corpus jam vivum, nihil tamen prohibere, hanc quoque adhibere corpori vitam, ceu lumini lumen. Hic enim vita prior ad actum et proprietatem vitæ post venientis facile trahitur: hæc enim est in proprio corpore potior, atque si ad alteram comparetur, quasi substantiale quiddam ad aliquid accidentale se habere videtur. Concludit denique universum ubique bene disponi, ad bonum videlicet commune perductum. Si quid vero incommodi interea partibus quibusdam accidat, inde contingere, quod infirmitate sua vel ipsum totius ordinem rite sequi, vel impetum sustinere, aut devitare non possint. Animadverte vero, in comparatione Plotini intellectualem animam posse tum ipsam ordinem fatalem effugere, quum a superiori principio pendeat: tum etiam ordini huic libenter ac diligenter obsecundare: tum denique hoc sibi commendatum corpus ita cum ordine [Ed. pr. *hoc* ordine] conformare, ut quandoque devitet incommoda.

*Faber mundi non mutatione sui, sed potestatis naturalis copia fecit mundum tanquam Dei statuam.*

VIII. Quando interrogantur hæretici, quam ob causam mundi faber construxerit mundum, respondent: quoniam a contemplatione cecidit, ac velut ambitiosus ad agendum se contulit atque imperandum. Præstabat autem naturalem assignare fœcunditatem, quam voluntatis iniquitatem, atque ita interrogantibus respondere: Sicut calor, qua ratione calor, naturaliter calefacit, et lux, qua lux, illuminat naturaliter, et similiter vivificat, sic potentissimum illud agens potestatis suæ naturalis præsentia facit. Omnino vero contra religionem omnem atque philosophiam esse videtur, quod dicebant hæretici: opificem mundi prius in se formaliter permutatum, quam faceret mundum, atque facultatis opificiæ, quæ sempiterna est, imo idem est ibi, quod sempiternitas, initium aliquando contigisse, quando scilicet opifex ille propter lapsum a melioribus factus est impotentior. Est et contra religionem vituperare mundum tanquam malum. Nam et in Genesi Moyses ait, tum singula in mundo bona, tum cuncta valde bona mundi artificem effecisse. Huc tendit et illud: Cæli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Sic itaque magnitudo et potestas et motus universi mirabilem divinitatis potestatem nobis ostendit, ordo mirificus sapientiam, præsertim in tanta rerum varietate servatus: usus quoque ad optimum ubique conducens declarat procul dubio bonitatem. Potestatem, inquam, et sapientiam et bonitatem, non solum, quæ sit in opifice, sed quæ communicata etiam sit opificio, alioquin non possemus opificii hujus contemplatione talia de opifice judicare. Quam ob rem satius admodum foret, universum hoc Platonico more, quasi Dei statuam honorare, et quæ in eo excellentiora sunt, tanquam certiores statuas idearum, quam hæreticorum more vituperare: impium enim esse Platonici judicant, statuas Dei vivas ab eodem fabricatas, positasque in templo mundano ad cultum legitimum omnibus demonstrandum, despicere, ne dum criminari: nam et quid sibi velit illud, In sole posuit tabernaculum suum, non est negligendum. Non solum itaque mundus divinam mentem dissimiliter imitatur, ut hæretici

ferunt, sed imitatur quoque similiter. Dissimilis quidem imitatio intelligitur, ubi per oppositionum vices fit comparatio: Sicut illud immateriale, indivisibile, immobile: ita hoc vicissim materiale, divisibile, mobile. Igitur sicut illud bonum est: id ita malum. Est autem in mundo erga divinam mentem per similia insuper imitatio quædam: quatenus opus hoc repræsentat essentiam illam, vitam, intelligentiam, ideas: imo et unitatem ipsam atque bonitatem. Igitur et hoc est bonum tanquam imitatio boni. Emanare vero hoc inde Plotinus existimat naturali quadam bonitatis illius exuberantia: sed causam adæquare non posse. Terram post hæc plenam esse inquit immortalium animalium: similiterque spatium usque ad cælum multoque magis et ipsum cælum. Immortales in terra sunt animantes, ultra ipsam terræ animam saltem animæ nostræ, cælestibus hic etiam conjunctæ corporibus. Ut prætermittam, quod Orphici terrestres etiam dæmones introducunt. Immortales in aëre pariter atque æthere sunt dæmones, saltem quantum spectat ad cæleste illorum corpus. In sphæris quoque cælorum omnibus immortalia divinaque sunt animalia, ipsæ scilicet stellæ. Sunt et qui in orbibus planetarum ultra planetas in quolibet ponant dæmones quasi stellas ita suo planetæ subjectos: sicut in firmamento a majoribus reguntur stellæ minores. Mitto, quod ideæ cunctæ sunt ubique: quas solent animalia intelligibilia nuncupare. Quamlibet denique intellectualem substantiam ubique similiter esse posse in Theologia tractavimus, et tractabimus alibi. At si quis convicerit, hominum atque etiam dæmonum animas posse quandoque vehiculum cæleste deponere: ex quo animal ejusmodi non sit immortale, primo quidem dicimus, non facile istud admitti: deinde si admittatur, depositionem ejusmodi corporis haud proprie mortem esse dicendam: quia nec fatali naturalive cursu: nec violentia foris illata vel intus accidat: sed facili quadam quasi depositione vestis atque voluntate. Denique si cum terrena concedant vivere: forsan negent cælestia vivere: audiant Theophrastum, dicentem, non esse philosophum, qui neget cælestia vivere. Sin vero cælestia ratione privent, quæ mirabili ratione semper incedunt: animadvertant quandoque se esse vel oculorum vel rationis expertes. Si negent, mundum esse a bono: audiant mundum ita his reclamantem: Cum assidue vos ordine meo ad divinam provocem sapientiam atque vitam: scitote, me ex divinitate pendere.

*Gnosticorum errores non minus Christianis, quam Platonicis adversantur.*

IX. In sequentibus vero dum confutat ineptas hæreticorum criminationes in mundum: animadverte, in mundo esse tres præcipue gradus. In primo poni sphærarum stellarumque motores. In secundo sphæras. In tertio composita infra lunam. Ac sine graduum horum distinctione, mundum non esse pulchrum. Similiter tres humanæ vitæ gradus. Sunt enim divini homines, sunt humani, sunt et quodammodo bruti. Similiter [Ed. pr. Simili] ratione diversitas apparet in civitate etiam rectissime constituta. In ejusmodi vero distinctione et ordine pulchritudinem tum vitæ, tum civitatis esse memento. Notabis interea, cælestes Deos inferioribus singula providere: ac dæmones sub luna plurimos esse bonos, hominibusque meliores: concedi tamen, dæmones aliquos esse malos. Sicut [Ed. pr. Scito] præterea, tam stultam fuisse in Gnosticis hæreticis arrogantiam, ut nullam dicerent virtutis speciem esse posse, nisi in eis, qui eandem hæresim sectarentur. Item malos esse hic dæmones et angelos omnes: rectores quoque sphærarum cælestium esse pravos, ipsamque totius mundi vitam. Denique nullum usquam numen honorandum quoquo modo esse vel invocandum: sed primum tantum sine medio exorandum: Atque ad id quidem impetrandum solam hæresis suæ professionem, et verba quædam ritusque sufficere. Neque necessariam ad hoc esse exactam vitæ morumque puritatem. Denique pessimum quemque hæresis sectatorem universo meliorem esse censendum. Ut non mirum sit, Plotinum his etiam acrius indignari. Notabis denique sicut maxima nobis potentia solis elucet, si convincamus ab eo solaria esse quam plurima, id est, omnium ubique lumina: sic miram Dei potentiam fulgere, si ab uno Dii multi fiant, atque dependeant. Deos post hæc ait, tum quæ Deo superiori, tum quæ ipsis placent, hominibus inspirare. Deos hic accipe, tum stellarum animas, tum dæmones bonos. Stellarum enim animæ, quæ a mente animæ mundi, menteque divina decreta sunt, dæmonibus: hi nobis inspirant. Tu vero, dum Plotinus invehitur latius in hæreticos, memento, neque legitimum Christianorum genus hic attingi: neque ipsam Christi personam. Quoniam Gnosticorum errata non minus a Christo sunt, quam a Platonicis, aliena. Et profecto, si Porphyrius, qui causam suscepit contra Christianos, Christum oraculis confirmantibus judicavit sapientem et pium atque beatum: merito Plotinus, qui solum contra quosdam hæreticos agit, Christum a maledictis censet excipiendum. Nec injuria illos insequitur, qui asserebant mundum esse natura malum, atque a malo, animas nostras esse mundi anima meliores, fierique etiam meliores angelis. Et id quidem absque labore ullo et purificationis officio, sola scilicet hæresis illius confessione. Et quibusdam ritibus, et certa quadam pronunciatione verborum: neque licere cui-

quam aliter fieri bonum. Denique Deum ipsum solius humani generis curam habere, totius vero mundi rerumque mundanarum providentiam apud Deum esse nullam. Quæ quidem Christianæ legi non minus, quam Platonicis, adversantur. Nam sive Paulum audias ad Romanos, Deum disces non unius tantum, sed omnium esse gentium: sive evangelium, cognosces Deum universo usque ad minima providere. Item confirmari Propheticum illud, omnes videlicet posse dici Deos, ac filios excelsi omnes. Et una cum Propheta præponi angelos animabus. Arrogantiam maxime omnium extirpari. Solo spiritu et veritate Deum adorandum. Sola morum puritate feliciter promerendum: id quidem munus laboriosissime comparari.

*Confirmatio superiorum.*

XII. In capite iterum duodecimo planius quoque perspicies, non Christianam legem ulla ex parte, sed superbissimam Gnosticorum hæresim improbari, falsos Zoroastris libros fingentium, philosophiæ summum profitentium, Platoni se arrogantius in sapientia præponentium. Quibus etiam decepti fuerint philosophantium multi familiariumque Plotini, antequam Plotino familiariter uterentur. Quid vero dicam? Ubi hæreticum illud stultissimumque deridet: ipsum mundi fabrum appellant sapientiam simul et animam: sapientiam quidem, quatenus ante intellectu vivebat: animam vero, quatenus est inclinatus ad fabricam. Ambigunt insuper, utra vis ejus prius ad mundi fabricam declinaverit. Addunt, cæteras animas consequenter tunc ad corpora descendisse, tanquam huic fatali lege connexas, ac simul annuisse corporibus sapientiæ membra, id est, dæmones. Tum vero fabrum infudisse materiæ nonnihil imaginarium, atque deinceps ex hoc imaginario materiali, imaginarium aliud adhuc vanius resultasse, tanquam remotius a substantia, et forsan adhuc aliud, idque extremum esse mundum: ut convincatur, id totum esse vanissimum.

*Vita, quæ in corpus pendet ex anima, ut actus animæ est immortalis.*

XIII. Observabis in capite decimo tertio vitam irrationalem, quæ ex substantia rationali dependet velut imago ejus et actus, nullo modo sustineri a materia: neque subjecti alicujus fieri qualitatem, sed solum existere ex anima, et quasi emicare: sicut radius visualis ex oculo animalis nocte videntis: cui etiam si non contingat extingui, contingit tamen non emicare aliquando, vel emicare, et solo pendere ex oculo.

*Penes intentionem ipsius naturæ totum prius est, quam partes operis: ac totum simul inchoatur.*

XIV. In decimo quarto capite notabis: quoniam natura per formam agit, agitque toto formæ totius impetu, ad totam penitus propagandam, ideo primum in ipsa naturalis agentis intentione formam esse totius et integram: itaque totam una cum partibus quodammodo cunctis ex vigore intus agente funditus inchoari. Sic inchoantur plantarum et animalium species: sic ex divina causa totus simul mundus effluxit.

*Cælum calere quidem et calefacere, non tamen urere, nec obesse.*

XV. In capite decimo quinto memento, cælum calere quidem et calefacere, sed non urere: quod addebant hæretici. Si in omni vivente corpore una cum ingenita vita congenitus est et calor, corpus certe primo vivens calet et primo, et calefaciendo cuncta vivificat: atque cum augeat et foveat omnia, nihil urit. Quod quidem calefaciat, non motu solum, sed natura patet: quia diffusis sine motu per omnia radiis calefaciet: et sola radiorum in se ipsos multorum collectione etiam si collidatur, nihil vehementius calefaciet: non tamen naturaliter urit: alioquin tum magnitudine sua, tum celeritate motus totum reliquum repente consumeret. Quod autem ignes accendantur in alto, non ab æstu cæli, sed forsan ex aëris illius angustia provenit. In quo calor ex calore motuque cæli leviter primum accensus evadit paulo acrior angustia loci. Cui cum se applicat subtilis vapor et siccus atque sulphureus, fit fervor longe vehementior in vapore: ubi etiam ex motu vaporum concutiente calor intenditur: veruntamen plus adhuc est ibi luminis, quam caloris. Fulgur autem ab inferiori sede ex causa violentiore demittitur. Post hæc notabis, cum cælestium natura generet omnia, et vivificet, et conservet eam naturaliter esse bonam. Tum vero, quæ iniqua censentur, inde significari, non fieri. Denique, quæ apud nos sub communi cælestium influxu fiunt, effici inter se differentia, tum propter species differentes, tum propter varias fortunas singulis contingentes. Varias, inquam, prout pertinet ad anni tempora, locaque diversa, affectionesque animorum. Hæc ergo non ex cælo existere differentia, sed quod datur cælitus influxu communi propter hæc accipi differenter. Gradus vero bonorum a majori in minus per ipsam boni latitudinem procedentes, nefas est, tanquam malos vituperare: atque hinc improbare ipsam universi naturam. Ridiculum quoque ex eo, quod progredientibus ordine rebus interim mali aliquid subrepat: principium inferre maleficum: quasi malorum sit efficiens causa potius, quam deficiens, ac proposito quodam comitentur [Ed. pr. comitantur] potius, quam sorte contingant. Profecto dum intentione naturæ ab ipso rerum principio procedentis certæ generantur formæ, ideoque bona fiunt, consequenter

formæ aliæ cedunt: quod malum esse videtur. Cum igitur eodem motu, quo per se fit bonum, per accidens contingat et malum: nemo debet ob differentiam bonorum atque malorum contraria quædam principia ponere: ac præter principium bonum introducere malum: multoque minus per naturam primam essentiaque malum: alioquin essentia et esse erit malum. Appetitur tamen tanquam bonum: et oppositum ejus respuitur velut malum. Præterea principium agit sequentia, quatenus est efficax et in actu, agitque per formam. Hæc vero sunt bona. Non est igitur ipsum malum: neque facit per se mala, sed similia sibi, id est, formalia, ideoque bona. Malum vero ad formæ privationem attinet, quæ accidit, non intenditur. Per hæc igitur et Gnosticorum et Manichæorum confutatus est error.

*Oratio non adoratum Deum numenque mutat, sed adorantem.*

XVI. Caput decimum sextum deridet hæreticos, quod putent verbis ritibusque humanis e suo habitu flecti cælestia corpora, animasque cælorum numinaque cælo superiora. Item quod omnem orationis vim in vocum modulis et odoribus, characteribusque constituunt [Ed. pr. constituant]. Præterea quod morbos omnes nihil velint esse aliud, quam dæmonia. At evangelica doctrina Deum in spiritu et veritate præcipit adorari: neque Deum mutari vult, sed adorantem: multosque curat ægrotantes non occupatos a dæmone.

*Non adoratio, sed virtus impetrat a Deo divinum munus.*

E μενα παρὰ τῷ Πλάτωνι σαφῶς οὑτωσὶ λέγοντες, καλῶς ποιοῦσιν· οἷς
θέλουσι διαφωνεῖν, φθόνος οὐδεὶς λεγόντων, οὐδ' ἐν τῷ τοὺς Ἕλλη-
νας διασύρειν καὶ ὑβρίζειν τὰ αὐτῶν ἐν συστάσει, παρὰ τοῖς ἀκού-
ουσι ποιεῖν, ἀλλ' αὐτὰ παρ' αὐτῶν δεικνύναι ὀρθῶς ἔχοντα ὅσα ἴδια
αὐτοῖς ἔδοξε παρὰ τὴν ἐκείνων δόξαν λέγειν, εὐμενῶς καὶ φιλοσόφως
F αὐτὰς τὰς δόξας τιθέντας αὐτῶν· καὶ οἷς ἐναντιοῦνται δικαίως πρὸς
τὸ ἀληθὲς βλέποντας, οὐ τὴν εὐδοκίμησιν θηρωμένους ἐκ τοῦ πρὸς
ἄνδρας κεκριμένους ἐκ παλαιοῦ οὐ παρὰ φαύλων ἀνδρῶν ἀγαθοὺς
εἶναι ψέγειν, λέγοντας ἑαυτοὺς ἐκείνων ἀμείνους εἶναι· ἐπεὶ τάγε
εἰρημένα τοῖς παλαιοῖς περὶ τῶν νοητῶν, πολλῷ ἀμείνω καὶ πεπαι-
δευμένως εἴρηται, καὶ τοῖς μὴ ἐξαπατωμένοις τὴν ἐπιθέουσαν εἰς ἀν-
G θρώπους ἀπάτην ῥᾳδίως γνωσθήσεται. τὰ δὲ ὕστερον τούτοις παρ'
ἐκείνων ληφθέντα, προσθήκας δέ τινας οὐδὲν προσηκούσας εἰληφότα,
ἔν τε οἷς ἐναντιοῦσθαι θέλουσι γενέσεις καὶ φθορὰς εἰσάγοντες παν-
τελεῖς, καὶ μεμφόμενοι τῷδε τῷ παντὶ, καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινω-
205 νίαν τῇ ψυχῇ αἰτιώμενοι, καὶ τὸν διοικοῦντα τόδε τὸ πᾶν ψέγοντες,

3. δεῖν φεύγειν] Cod. Ciz. διαφεύγειν. Codd. Darm. Med. A. Marc. A.B. et marg. Vat. ut marg. Ed. δεῖ. Marc. B. in marg. γρ. δεῖν.

4. Ταῦτα γὰρ] Cod. Med. B. πάντα γάρ.

5. οἷς θέλουσι] Cod. Vat. ὡς, in marg. ut Ed.

9. λέγειν] Cod. Mon. A. λέγειν λέγειν.

10. τιθέντας] Codd. Darm. et Med. A. Marc. B. τιθέντες.

ib. ἐναντιοῦνται] Cod. Ciz. ἐναντιοῦντα.

11. βλέποντας] Cod. Vat. βλέποντες.

ib. οὐ τὴν] Cod. Ciz. αὐτήν. Proxime ἐκ τοῦ πρὸς ἄνδρας—ψέγειν. Hoc loco vel πρὸς ejiciendum, utpote ex proximis inepte repetitum, aut tenenda est locutio ψέγειν πρός τινα cujus me exemplum reperire non memini. Vide tamen Viger. de Idiott. Gr. Dict. IX. 2. 10. de simili formula αἰνίττεσθαι πρός τινα etc. At infra in hac pagina et sequenti usitato more construit verbum ipse noster scriptor.

15. ἐπιθέουσαν] Ita Codd. Ciz. Mon. A. C. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. perperam ἐπιδεύουσαν.

16. τὰ δὲ ὕστερον] Cod. Vat. τὰ δ' ὕστερον.

17. οὐδὲν] Codd. Darm. et Med. A. μηδέν.

18. ἔν τε] Cod. Vat. in marg. ut marg. Ed. ἔν τε, et ita Codd. Darm. Med. A.B. Marc. A.B. Par. A. et Ficin. Edit. habet ὥστε.

19. τῷδε τῷ] Cod. Par. A. τῷτε τῷ. In Cod. Vat. abest τῷ, in m. add.

sentia prima, et quotcunque alia pulchra post primam naturam considerantur: speciem vero animæ tertiam collocare. Præterea differentias animarum in passionibus vel natura decet investigare, nec ulla in re in viros divinos cavillari: sed antiquorum mysteria benigne interpretari, accipientes ab illis, quæ recte dicunt, immortalitatem animæ, intelligibilem mundum, Deum primum, item, animam oportere commercium corporis aufugere, rursus, separationem animæ a corpore nihil aliud esse, quam a generatione ad essentiam se conferre. Hæc utique a Platone tractata, siquidem ita perspicue dicant, recte faciunt: quibus volentibus dissentire nulla invidia dicentium, nefas esse cavillationibus convitiisque in Græcos sua dogmata audientibus confirmare: quin imo demonstrandum est sua recte se habere, quotcunque præter illorum opinionem propria invenerunt, disserendumque benigne integritateque philosophica ipsas eorum opiniones adducere decet: et in quibus adversantur, juste spectare verum: nec ullo modo popularem approbationem aucupari viros illos vituperando, qui a viris non mediocribus jam multis sunt seculis comprobati. Omnino vero ridiculum est profiteri, se illis esse præstantiores: nempe quæ de ordine intelligibili ab antiquis tradita sunt, multo melius eruditiusque dicuntur: facileque cognoscentur ab illis, qui fallacia passim homines invadente decepti minime fuerint. Profecto rebus, quas deinceps hi ab illis acceperunt, adjunctiones quædam nullo modo convenientes annexæ deprehen-

205 καὶ εἰς ταὐτὸν ἄγοντες τὸν δημιουργὸν τῇ ψυχῇ, καὶ τὰ αὐτὰ πάθη διδόντες ἅπερ καὶ τοῖς ἐν μέρει.

Ὅτι μὲν οὖν οὔτε ἤρξατο, οὔτε παύσεται, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ καὶ ὅδε ὁ κόσμος, ἕως ἂν ἐκεῖνα ᾖ, εἴρηται. Τὴν δὲ πρὸς τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ κοινωνίαν τῇ ἡμετέρᾳ, πρὸ αὐτῶν εἴρηται, ὡς οὐκ ἄμεινον τῇ ψυχῇ. Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας καὶ τὴν τοῦ παντὸς λαμβάνειν, ὅμοιον, ὡς B εἴ τις, τὸ τῶν χυτρέων ἢ χαλκέων λαβὼν γένος ἐν πόλει εὖ οἰκουμένῃ, τὴν ἅπασαν ψέγοι. Δεῖ δὲ τὰς διαφορὰς λαμβάνειν τὰς τῆς ὅλης, ὅπως διοικεῖ· ὅτι μὴ ὁ αὐτὸς τρόπος· μηδὲ ἐνδεδεμένη. πρὸς γὰρ αὖ ταῖς ἄλλαις διαφοραῖς αἳ μυρίαι εἴρηνται ἐν ἄλλοις, κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι ἔδει, ὅτι ἡμεῖς μὲν ὑπὸ τοῦ σώματος δεδέμεθα ἤδη δεσμοῦ γεγενημένου. Ἐν γὰρ τῇ πάσῃ ψυχῇ ἡ τοῦ σώματος φύσις C δεδεμένη ἤδη συνδεῖ ὃ ἂν περιλάβῃ, αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ παντὸς ψυχὴ οὐκ ἂν δέοιτο ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτῆς δεδεμένων· ἄρχει γὰρ ἐκείνη, διὸ καὶ ἀπαθὴς πρὸς αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ τούτων οὐ κύριοι. Τὸ δ' ὅσον αὐτῆς πρὸς τὸ θεῖον τὸ ὑπεράνω, ἀκέραιον μένει, καὶ οὐκ ἐμποδίζεται· ὅσον δὲ αὐτῆς δίδωσι τῷ σώματι ζωὴν, οὐδὲν παρ' αὐτοῦ προσλαμβάνει· D

1. τὸν δημιουργὸν τῇ ψυχῇ] Desunt hæc in Cod. Ciz. In Codd. Darm. Med. A. Par. A. est τῷ δημιουργῷ τὴν ψυχήν. Sed in his lectio Ed. supra lin. adscripta est.

3. ὅδε ὁ κόσμος] Ita Codd. Ciz. Darm. Med. A.B. Vat. Marcc. Edit. ὅδε κόσμος.

4. ἕως ἂν ἐκεῖνα] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. ἕως ἐκεῖ. Sed Mon. C. inter utrumque vocabulum supra lin. habet ὁ. Cod. Mon. A. ἕως ἂν ἐκεῖ.

ib. Τὴν δὲ] Codd. Marc. A. Mon. C. τῇδε.

8. ψέγοι] Cod. Vat. ψέγει, in m. οι.

9. μηδὲ ἐνδεδεμένη] Codd. omnes præter Marc. C. cum marg. Ed. μηδὲ ἐνδεδεμένη, et ita legit etiam Fic. Edit. ἐνδεχομένη Marc. C. μηδ' ἐνδεχομένη.

10. αὖ ταῖς] Ita Codd. Mon. C. Med. A.B. Marcc. Vat. Reliqui cum Ed. αὐταῖς.

ib. εἴρηνται] Ita, pro εἴρηται, necessario fuit scribendum ex Codd., exceptis Ciz. Marc. A. et Mon. C., omnibus.

11. ὅτι ἡμεῖς] Cod. Vat. ἔτι, in m. ut Ed.

13. περιλάβῃ] Cod. Vat. περιλάβοι. Cod. Marc. C. in superioribus συνδεῖ οὖν.

15. οὐ κύριοι] οἱ κύριοι male Ed. Sed Codd. ad unum omnes habent οὐ κύριοι et ita Ficin. in edit. princ. unde versionem correxi.

ib. ὅσον αὐτῆς] Codd. Mon. A.C. Marc. A. Vat. ὅσον αὐτοῖς. Sed Vat. in m. ῆς.

17. οὐδὲν παρ'] Cod. Vat. οὐδὲ παρ'.

duntur: sane, in quibus adversari contendunt, generationes corruptionesque multiplices afferunt. Præterea universum hoc incusant, commerciumque animæ cum corpore criminantur: ipsumque, qui totum disponit mundum, vituperant. Atque in idem omnino architectum mundi animamque reducunt. Cui quidem passiones easdem, quas et particularibus animalibus attribuunt.

VII. *Quomodo facilius anima mundi regat mundum, quam anima nostra corpus nostrum: Et quam bene mundus disponatur.*

Dictum est alibi, hunc mundum neque incepisse unquam, neque desinere, sed esse tamdiu quamdiu sunt et divina. Quod præterea commercium animæ nostræ cum corpore non sit animæ melius, etiam ante illos est dictum. Animam vero totius a nostra accipere atque censere perinde se habet ac si quis in civitate bene instituta accipiens figulorum vel fabrorum ærariorum genus, totam vituperet civitatem. Operæ pretium vero considerare, quam differenti ratione anima mundi gubernet: nempe non idem modus est, neque tanquam alligata gubernat. Nam præter cæteras differentias, quæ alibi enumeratæ quam plurimæ sunt, illud quoque considerare decebat, nos quidem ligari a corpore: utpote vinculo jam effecto. In universo vero anima natura corporis jam ligata, alligat quicquid apprehenderit: ipsa vero totius anima haudquaquam ab his, quæ ligat ipsa, ligatur: ipsa enim tanquam domina præbet exordium: idcirco neque ab ipsis neque cum ipsis patitur. Nos autem horum domini minime sumus. Quantum vero ipsius ad divinum, quod superius est, erigitur, integrum simplexque manet, nec impeditur: quantum autem ejusdem tradit corpori vitam, nihil ab ipso reportat. Communiter enim, quod est in alio,

205 ὅλως γὰρ τὸ μὲν ἄλλου πάθημα τὸ ἐν αὐτῷ ἐξ ἀνάγκης δέχεται. Ὁ
δ' αὐτῷ ἐκείνῳ, οὐκέτι τὸ αὑτοῦ δίδωσιν οἰκείαν ζωὴν ἔχοντι, οἷον
εἰ ἐγκεντρισθέν τι εἴη ἐν ἄλλῳ, παθόντος μὲν τοῦ ἐν ᾧ, συμπέπον-
θεν, αὐτὸ δὲ ξηρανθὲν, εἴασεν ἐκεῖνο τὴν αὑτοῦ ζωὴν ἔχειν· ἐπεὶ
οὐδ' ἀποσβεννυμένου τοῦ ἐν σοὶ πυρὸς, τὸ ὅλον πῦρ ἀπέσβη· ἐπεὶ
E οὐδ' εἰ τὸ πᾶν πῦρ ἀπόλοιτο, πάθοι ἄν τι ἡ ψυχὴ ἡ ἐκεῖ, ἀλλ' ἡ
τοῦ σώματος σύστασις, καὶ εἰ οἷόν τε εἴη διὰ τῶν λοιπῶν κόσμον
τινὰ εἶναι, οὐδὲν ἂν μέλοι τῇ ψυχῇ τῇ ἐκεῖ, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ σύστασις
ὁμοίως τῷ παντὶ, καὶ ζώῳ ἑκάστῳ. ἀλλ' ἐκεῖ, οἷον ἐπιθεῖ, κελεύσασα
μένειν, ἐνταῦθα δὲ, ὡς ὑπεκφεύγοντα, εἰς τὴν τάξιν τὴν ἑαυτῶν
δέδεται δεσμῷ δευτέρῳ. Ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔχει ὅπου φύγῃ· οὔτε οὖν
F ἐντὸς δεῖ κατέχειν, οὔτε ἔξωθεν, πιέζουσαν εἰς τὸ εἴσω ὠθεῖν, ἀλλ'
ὅπου ἠθέλησεν ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ἡ φύσις μένει· ἐὰν δέ που τὶ αὐτῶν
κατὰ φύσιν κινηθῇ, οἷς οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν, ταῦτα πάσχει, αὐτὰ
δὲ καλῶς φέρεται, ὡς τοῦ ὅλου· τὰ δὲ φθείρεται, οὐ δυνάμενα τὴν
τοῦ ὅλου τάξιν φέρειν· οἷον εἰ χοροῦ μεγάλου ἐν τάξει φερομένου ἐν
μέσῃ τῇ πορείᾳ αὐτοῦ χελώνη ληφθεῖσα πατοῖτο, οὐ δυνηθεῖσα φυ-

1. ἄλλου πάθημα] Cod. Vat. ἄλλο οὐ, in m. ut Ed.
ib. Ὁ δ' αὐτῷ—τὸ αὐτοῦ] Codd. Darm. et Med. B. ut marg. Ed. ὃ δ' αὖ τὸ ἐκείνῳ οὐκέτι τὸ αὐτοῦ δίδωσιν. Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Par. A. ὁ δ' αὐτὸ—τὸ αὐτοῦ. Cod. Mon. A. ὁ δ' αὐτοῦ—τὸ αὐτό. Cod. Med. A. Marc. B. ὃ δ' αὖ τὸ—τὸ αὐτό. Vat. ὁ δ' αὐτὸ οὐκ ἔστι τὸ αὐτοῦ. Secutus sum lectionem Ficini.
3. ἐγκεντρισθέν τι] Solus Mon. A. cum Ed. habet ἐν κεντριθέντι. Reliqui omnes, ut nos edidimus, nisi quod in Cod. Ciz. scriptum est ἐνκεντρισθὲν τι et in Marc. A. ἐγκετρισθὲν τί. Mox Cod. Marc. C. ἐν νῷ pro ἐν ᾧ.
4. ἐκεῖνο] Codd. Marc. A. Mon. C. et Vat. ἐκείνῳ, sed Vat. in m. νο. Mox Marc. C. ἀπεσβέσθη.
6. πάθοι] Ita pro πείθοι Codd. omnes, nisi quod in Ciz. est πάθῃ sine ἄν.
7. καὶ εἰ οἷόν τε] Inserui εἰ, quod legit etiam Fic., ex Codd. nostris, præter Ciz. Mon. C. Par. A., omnibus.
8. οὐδὲν ἂν μέλοι] Codd. omnes habent οὐδὲν ἂν, Codd. Marc. C. Med. B. et marg. Vat. μέλοι, quod legit etiam Fic. utrumque recepimus. Vat. in contextu habet μέλει. Edit. οὐδ' ἂν μέλλοι.
10. εἰς τὴν] In Cod. Mon. C. vocula εἰς ab alt. m. deleta est.
11. φύγῃ] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. φύγῃ. Edit. φύγοι. Cf. supra II. 2. 1. p. 108. B.
12. πιέζουσαν] Cum marg. Ed. Codd. Med. A. Marc. A. et Vat. in marg. habent πιέζουσα. Marc. B. πιέζουσαν.
13. αὐτῆς ἡ φύσις] Cod. Vat. ἡ φύσις αὐτῆς.
15. τὰ δὲ φθείρεται] Ita Cod. Med. A. B. Vat. Sed reliqui cum Ed. male τάδε, φθείρεται.

ejus, in quo est, necessario accipit passionem. Hoc autem haud ulterius sui aliquid tradit illi, quod vitam propriam possidet. Veluti, si quid alicui sit insertum, patiente quidem eo, in quo est, compatitur: ipsum vero si quando exaruerit, permittit illud suam vitam habere. Quandoquidem neque extincto hoc, qui in te est, igne, totus ignis extinguitur: quinetiam neque si totus ignis extinguitur, anima illa quicquam patitur, sed ipsa corporis constitutio. Atqui etiam, si posset per reliqua mundus aliquis esse, nulla tamen de hoc cura illi animæ foret: quoniam neque constitutio ipsa similis est mundo, atque cuilibet animali: sed ibi quidem quasi imminet consistere jubens, hic autem elementa, quasi sublabentia secundo quodam vinculo in (priorem) suum, s. proprium, ordinem redigantur. At vero illic non habent, quo diffugere possint. Neque igitur intus continere necesse est, neque extrinsecus coercendo ad interiora retrudere: sed ubicunque ipsius natura ab initio voluit, ibi naturaliter singula permanent: si quid autem eorum naturaliter moveatur, illa interim patiuntur, quorum naturis motus ejusmodi minime congruit. Ipsa vero, quæ natura moventur, rite feruntur: utpote quæ universi sunt membra: nonnulla vero hinc perimuntur, quippe quæ totius ordinem sustinere vel declinare non possint: ceu si chorea ingens agatur ordine, atque in medio ejus ductu testudo comprehensa alicubi pessundetur, cum

206

γεῖν τὴν τάξιν τοῦ χοροῦ· εἰ μέντοι μετ' ἐκείνης τάξειεν ἑαυτὴν, οὐδὲν ἂν ὑπὸ τούτων οὐδὲ αὐτὴ πάθοι.

Τὸ δὲ διὰ τί ἐποίησε κόσμον, ταὐτὸν τῷ διὰ τί ἐστι ψυχή; καὶ A
διὰ τί ὁ δημιουργὸς ἐποίησεν; Ὃ πρῶτον μὲν ἀρχὴν λαμβανόντων
ἐστὶ τοῦ ἀεί· ἔπειτα οἴονται τραπέντα ἔκ τινος εἴς τι, καὶ μεταβάλλοντα, αἴτιον τῆς δημιουργίας γεγονέναι. Διδακτέον οὖν αὐτοὺς, εἰ εὐγνωμόνως ἂν ἔχοιντο, τίς ἡ φύσις τούτων, ὡς αὐτοὺς παύσασθαι τῆς εἰς τὰ τίμια λοιδορίας, ἣν εὐχερῶς ποιοῦνται, ἀντὶ πολλῆς, προσ-
ηκόντως ἂν, γενομένης εὐλαβείας· ἐπεὶ οὐδὲ τοῦ παντὸς τὴν διοί- B
κησιν ὀρθῶς ἄν τις μέμψαιτο· πρῶτον μὲν ἐνδεικνυμένην τῆς νοητῆς φύσεως τὸ μέγεθος. Εἰ γὰρ οὕτως εἰς τὸ ζῆν παρελήλυθεν, ὡς μὴ ζωὴν ἀδιάρθρωτον ἔχειν, ὁποῖα τὰ σμικρότερα τῶν ἐν αὐτῷ, ἃ τῇ πολλῇ ζωῇ τῇ ἐν αὐτῷ ἀεὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν γεννᾶται· ἀλλ'
ἔστι συνεχὴς καὶ ἐναργὴς, καὶ πολλὴ καὶ πανταχοῦ ζωὴ, σοφίαν C
ἀμήχανον ἐνδεικνυμένη, πῶς οὐκ ἄν τις ἄγαλμα ἐναργὲς καὶ καλὸν τῶν νοητῶν θεῶν εἴποι; Εἰ δὲ μιμούμενον μὴ ἔστιν ἐκεῖνο, αὐτὸ τοῦτο κατὰ φύσιν ἔχει· οὐ γὰρ ἦν ἔτι μιμούμενον. Τὸ δὲ ἀνομοίως μιμεῖσθαι, ψεῦδος. οὐδὲν γὰρ παραλέλειπται, ὧν οἷόν τε ἦν καλὴν
εἰκόνα φυσικὴν ἔχειν· ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ἦν εἶναι, οὐκ ἐκ διανοίας D

2. οὐδὲ αὐτὴ] Cod. Mon. C. οὐδὲν αὐτή. Vat. Marc. B.C. οὐδ' αὐτή. Marc. A. οὐδὲν πάθοι.
3. ταὐτὸν τῷ] Edit. τ. τὸ sed Codd. Mon. C. Par. A. Vat. Marcc. ταὐτὸν τῷ.
ib. ἐστι ψυχή;] Hæc verba in Cod. Vat. sine interrogandi signo scripta et punctis subscriptis notata sunt.
4. ἀρχὴν] Codd. Mon. A. Vat. ἀρχή.
7. ἂν ἔχοιντο] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Mon. C. ἀνέχοιντο.
9. γενομένης] Cod. Marc. A. γινομένης.
12. ἀδιάρθρωτον] Ita Codd., præter Ciz. Marc. C. et Mon. A., omnes. Et ita Ficin. Edit. cum illis libris ἀδιόρθωτον. Marc. C. omittit μή.
14. ἐναργὴς] Codd. Marc. A. Mon. A. C. ἐνεργής.
15. ἐνδεικνυμένη] Cod. Vat. omissum ἐν in marg. habet additum.
18. μιμεῖσθαι] Vel ita, vel μεμιμῆσθαι ex Codd. Mon. A.C. Marc. C. Med. A. B. Vat. (qui in marg. habet μεῖσθαι) scribendum fuit. In Ed. est μεμιμεῖσθαι.
ib. ὧν οἷόν τε] Codd. omnes, ut marg. Ed., ὧν οἷόν τε. Edit. male ὡς.

chori ordinem effugere nequeat: attamen si ordini choreæ se ipsam annecteret, nec ipsa quidem ab his aliquid pateretur.

VIII. *Mundus non errore, sed naturali potentia factus est: et bonus, quia divinitati similis, quamvis non æqualis.*

Quod autem quæri solet, quam ob causam fecit mundum? idem est, ac si quæratur: quare est anima? et quare ipse opifex fecit? Quod primo quidem eorum est, qui sempiternitatis ipsius principium apprehendere moliuntur: deinde putant opificem mundi conversum, permutatumque ab aliquo in aliquid evasisse causam fabricandi. Docendi itaque sunt, (si modo dociles se præstiterint) quæ eorum natura sit, ut desinant aliquando, quæ sunt veneranda, vituperare: quæ quidem propensius detestantur, cum tamen magnopere deceat venerari: et quisnam dispositionem mundi jure vituperet, quæ quidem in primis magnitudinem intelligibilis naturæ demonstrat? Si enim ita processit in vitam, ut vitam non habeat indistinctam atque confusam, qualia sunt, quæ in mundo sunt minima, quæ copia mundanæ vitæ assidue die nocteque gignuntur, sed est continua perspicuaque et multa, et ubique vita sapientiam inæstimabilem præ se ferens: quidnam prohibet statuam manifestam Deorum intelligibilium, et pulcherrimam affirmare? Quod si mundana hæc statua, dum supernum imitatur exemplar, non est idem, profecto hoc ipsum naturaliter habet: alioquin imitatio illius minime

206 καὶ ἐπιτεχνήσεως, τὸ μίμημα. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν ἔσχατον τὸ νοη-
τὸν εἶναι· εἶναι γὰρ αὐτοῦ ἐνέργειαν ἔδει διττὴν, τὴν μὲν ἐν ἑαυτῷ,
τὴν δὲ εἰς ἄλλο. Ἔδει οὖν εἶναί τι μετ' αὐτό· ἐκείνου γὰρ μόνου
οὐδέν ἐστιν ἔτι πρὸς τὸ κάτω ὃ τῶν πάντων ἀδυνατώτατόν ἐστι·
δύναμις δὲ θαυμαστὴ ἐκεῖ θεῖ, ὥστε καὶ εἰργάσατο. Εἰ μὲν δὴ ἄλλος
κόσμος ἐστὶ τούτου ἀμείνων, τίς οὗτος; εἰ δὲ ἀνάγκη εἶναι, ἄλλος
E δὲ οὐκ ἔστιν, οὗτός ἐστιν ὁ τὸ μίμημα ἀποσώζων ἐκείνου· γῆ μὲν δὴ
πᾶσα ζώων ποικίλων πλήρης καὶ ἀθανάτων, καὶ μέχρις οὐρανοῦ
μεστὰ πάντα. Ἄστρα δὲ τά τε ἐν ταῖς ὑποκάτω σφαίραις, τά τε
ἐν τῷ ἀνωτάτῳ, διὰ τί οὐ θεοὶ, ἐν τάξει φερόμενα, καὶ κόσμῳ περιϊ-
όντα; διὰ τί γὰρ οὐκ ἀρετὴν ἕξουσιν; ἢ τί κώλυμα πρὸς κτῆσιν
ἀρετῆς αὐτοῖς; οὐ γὰρ δὴ ταῦτά ἐστιν ἐκεῖ, ἅπερ τοὺς ἐνταῦθα
F ποιεῖ κακοὺς, οὐδ' ἡ τοῦ σώματος κακία ἐνοχλουμένη καὶ ἐνοχλοῦσα.
Διὰ τί δὲ οὐ συνιᾶσιν ἐπὶ σχολῆς ἀεὶ, καὶ ἐν νῷ λαμβάνουσι τὸν
θεὸν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς νοητοὺς θεούς; ἀλλ' ἡμῖν σοφία βελτίων
ἔσται τῶν ἐκεῖ. Ταῦτα τίς ἂν μὴ ἔκφρων γεγενημένος ἀνάσχοιτο;
ἐπεὶ καὶ αἱ ψυχαὶ, εἰ μὲν βιασθεῖσαι ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς
G ἦλθον, πῶς βελτίους αἱ βιασθεῖσαι; ἐν γὰρ ψυχαῖς τὸ κρατῆσαν,

1. τὸ νοητὸν] Ita, pro τὸν νοητὸν, Codd. nostri omnes.
2. γὰρ αὐτοῦ] Cod. Vat. γὰρ αὐτὸ δ', in m. ut Ed. Mox Marc. C. ἐν αὐτῷ.
3. μετ' αὐτό] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. Vat. μετ' αὐτό; hic. in m. αὐτόν, ut edit. in text.
ib. μόνον] Codd. Darm. Med. A. Marc. C. Vat. μόνου elegantius. Mox ὥστε καὶ εἰργάσατο Ficin. et Taylor. expresserunt adhuc ἀεί, cujus tamen voculæ in libris nostris nullum exstat vestigium. Pro θεῖ, ὥστε Marc. C. θείως τέ.
6. κόσμος] Abest a Cod. Med. B. Pro seq. τούτου Cod. Ciz. habet τούτων, tum Darm. τί pro τίς.
7. δὴ πᾶσα] Abest δὴ a Cod. Ciz.
8. μέχρις] Codd. Darm. Med. A.B. μέχρι. Marc. C. μετὰ pro μεστά.
10. καὶ κόσμῳ] Marc. A. καὶ τάξει. Idem οὐκ ἓξ ἀρετήν.
11. κτῆσιν] Cod. Vat. φύσιν, in m. κτῆσιν.
12. ἀρετῆς] Post hanc vocem Codd. omnes addi jusserunt αὐτοῖς.
14. συνιᾶσιν] Nullus, exceptis Vat., Marc. A.B. cum marg. Ed. συνίασιν, neque aliquis ut Ed. συνιῶσιν; sed omnes συνιάσιν. Scripsimus συνιᾶσιν *intelligunt*; συνίασιν enim est *concurrunt*. Illud expresserunt etiam Ficin. et Taylor.
15. βελτίων] Abest a Cod. Ciz. In seqq. Marc. C. αἱ μὲν βιασθεῖσαι.

foret. Quod autem objiciunt, dissimiliter imitari, falsum est. Nihil enim prætermissum est eorum, quæ pulchra naturalisque imago posset habere: siquidem necessarium erat, imitationem hanc extare, neque tamen ex quadam cogitatione artificiosaque cura. Neque enim fieri poterat, ut ipsum intelligibile esset in universo postremum: quippe cum actum ejus esse geminum oportuerit: alterum quidem in se ipso manentem: alterum in aliud prodeuntem. Oportuit igitur post ipsum aliud insuper esse. Solum namque, quod omnium infirmissimum est, ita se habet, ut nihil ipsius ad inferiora descendat, potestas vero mirabilis ibi vigeat. Quapropter et opus inde [semper] emicuit: ac si mundus alter est hoc melior, quisnam ille? quod si necesse est, mundum esse, neque tamen est alter, solus hic est, qui superioris imaginem imitando conservat. Terra quidem tota variorum animalium plena est, atque etiam immortalium, et usque ad cælum horum plena sunt omnia. Stellæ vero et quæ inferioribus insunt sphæris, et quæ in suprema micant, cur Dii non sint, cogitari non potest: quippe cum mirabili ordine perferantur, ornatuque præcipuo circumcurrant. Quid enim in causa esse possit, ut virtutem non habeant, quidve illis impedimenti ad virtutem consequendam? Non enim ibi hæc sunt, quæ terrenos efficiunt malos: neque in corporibus illis vitium est, quale hic, quod perturbatur atque conturbat: præterea quidnam vetat superos, qui in perpetuo vivunt otio, intelligere: atque mente Deum cæterosque intelligibiles Deos accipere? Forsan sapientia nobis præstantior, quam illis, adest. At hoc nemo unquam, nisi insanus, admiserit: quandoquidem animæ, si huc compulsæ a mundi anima descen-

κρεῖττον. εἰ δὲ ἑκοῦσαι, τί μέμφεσθε εἰς ὃν ἑκόντες ἤλθετε; διδόντος 207
καὶ ἀπαλλάττεσθαι, εἴ τις μὴ ἀρέσκοιτο. Εἰ δὲ δὴ καὶ τοιοῦτόν ἐστι
τόδε τὸ πᾶν ὡς ἐξεῖναι ἐν αὐτῷ καὶ σοφίαν ἔχειν, καὶ ἐνταῦθα ὄντας A
βιοῦν κατ' ἐκεῖνα, πῶς οὐ μαρτυρεῖ ἐξηρτῆσθαι τῶν ἐκεῖ;

Πλούτους δὲ καὶ πενίας εἴ τις μέμφοιτο, καὶ τὸ οὐκ ἴσον ἐν τοῖς
τοιούτοις ἅπασι, πρῶτον μὲν ἀγνοεῖ ὡς ὁ σπουδαῖος ἐν τούτοις τὸ
ἴσον οὐ ζητεῖ, οὐδέ τι νομίζει τοὺς πολλὰ κεκτημένους πλέον ἔχειν,
οὐδὲ τοὺς δυναστεύοντας τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ τὴν τοιαύτην σπουδὴν B
ἄλλους ἐᾷ ἔχειν. Καὶ καταμεμάθηκεν ὡς διττὸς ὁ ἐνθάδε βίος, ὁ
μὲν τοῖς σπουδαίοις, ὁ δὲ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων· τοῖς μὲν σπου-
δαίοις πρὸς τὸ ἀκρότατον καὶ τὸ ἄνω, τοῖς δὲ ἀνθρωπικωτέροις, διτ-
τὸς αὖ ὤν, ὁ μὲν μεμνημένος ἀρετῆς μετίσχει ἀγαθοῦ τινος, ὁ δὲ
φαῦλος ὄχλος οἷον χειροτέχνης τῶν πρὸς ἀνάγκην τοῖς ἐπιεικεστέροις·
εἰ δὲ φονεύει τις ἢ ἐλαττοῦται τῶν ἡδονῶν ὑπὸ ἀδυναμίας, τί θαυ- C
μαστὸν καὶ ἁμαρτίας εἶναι, οὐ νῷ, ἀλλὰ ψυχαῖς, ὥσπερ παισὶν ἀνή-
βοις· εἰ δὲ γυμνάσιον εἴη νικώντων καὶ ἡττωμένων, πῶς οὐ καὶ

1. ἑκόντες] Cum marg. Ed. habent ἑκοῦσαι Codd. Darm. Marcc. Med. A. Par. A. et marg. Vat.

2. Εἰ δὲ δὴ] Ita scripsimus cum Fic. et libris nostris omnibus, excepto Vat., qui cum edit. perperam: εἰ δὲ μή.

5. καὶ τὸ οὐκ] Abest τὸ a Codd. Ciz. Mon. A. Marc. A. Vat. Sed Vat. habet in marg.

6. ἐν τούτοις] Codd. omnes, ut marg. Ed., ἐν τούτοις. Excepto Marc. C. qui cum Edit. ἐν τοῖς τοιούτοις.

7. οὐ ζητεῖ] Abest οὐ a Codd. Mon. A. C. Vat.

9. ἄλλους] Cod. Darm. ἄλλον. Mon. C. ἄλλας. Med. A. ἄλλους, sed supra lin. ον ab ead. m. Par. A. ἄλλοις, supra οι est ου. Videtur etiam in Cod. Med. A. a pr. m. fuisse ἄλλοις. Marc. A. ἄλλα.

10. ὁ δὲ—σπουδαίοις] Desunt hæc in Cod. Mon. C. In reliquis, præter Med. A.B., post ἀνθρώπων sequitur τοῖς μὲν, quod abest ab Edit.; sed nos recepimus.

11. τὸ ἄνω] Abest τὸ a Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. In Cod. Med. B. est τ'.

12. μετίσχει] Cod. Ciz. μετίσχου.

14. φονεύει] Codd. Mon. A.C. Vat. φονεύοι.

ib. ἐλαττοῦται] Cum marg. Ed. Cod. Darm. habet ἡττατοῦται, quod est nihili. Codd. Med. A.B. Par. A. Marc. B.C. ἡττᾶται. Mox Marc. C. ἁμαρτίαις.

16. ἡττωμένων] Ita scripsi ex Cod. Par. A. Reliqui fere omnes cum Ed. ἡττομένων Marc. A. Mon. A. ἡττημένων.

derunt, quomodo præstantiores sunt, cum vim patiantur? Sane in animabus, quod superat, præstantius est et melius. Sin autem huc sponte venerunt, curnam huic regioni detrahitis, in quam sponte venistis? præsertim cum et abire permittat, si cui non placeat habitare. Jam vero si tale est hoc universum, ut liceat in eo et sapientiam comparare, et hic habitantes ad supernorum similitudinem vivere, procul dubio id ipsum testatur mundum desuper dependere.

IX. *Omnia juste dispensantur in mundo: bonaque in eo sunt numina: et ipse bonus est, ac Deus curam habet.*

Si quis autem de mundi sorte queratur, divitiarum paupertatisque gratia culpans videlicet, quod æqualis in his distributio non contingat, hic prorsus ignorat, probum virum æqualitatem in his rebus nequaquam exigere: neque arbitrari, homines plus habentes pecuniarum, habere plus boni: neque judicare, dominantes, plus quam privati habeant, possidere: sed harum rerum studium aliis consulto concedere. Novit profecto vir probus, geminam hic esse vitam: alteram quidem proborum, alteram vero multorum: proborumque vitam ad summum gradum supremamque naturam erigi, eorum vero vitam, qui humiliores sunt, similiter esse duplicem: ut altera quidem virtutis memor merito alicujus boni sit particeps: altera vero sit velut turba vilis atque mechanica, honestioribus viris necessaria subministrans. Si autem vel committitur homicidium: vel ob infirmitatem animus a voluptatibus superatur, nihil mirum videri debet, hic esse peccata non quidem in mente, sed in animabus tanquam in pueris atque quibusdam citra pubertatem adolescentulis. Quod si ejusmodi sors exercitatio quædam sit vincentium at-

207 ταύτῃ καλῶς ἔχει; εἰ δ' ἀδικεῖ, τί δεινὸν τῷ ἀθανάτῳ; Καὶ εἰ φο-
νεύει, ἔχεις ὃ θέλεις· εἰ δὲ ἤδη μέμφῃ, πολιτεύεσθαι ἀνάγκην οὐκ
D ἔχεις. Ὁμολογεῖται δὲ καὶ δίκας εἶναι ἐνθάδε καὶ κολάσεις. Πῶς
οὖν ὀρθῶς ἔχει μέμφεσθαι πόλει διδούσῃ ἑκάστῳ τὴν ἀξίαν, οὗ καὶ
ἀρετὴ τετίμηται, καὶ κακία τὴν προσήκουσαν ἀτιμίαν ἔχει. καὶ θεῶν
οὐ μόνον ἀγάλματα, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἄνωθεν ἐφορῶντες, οἳ ῥηϊδίως
αἰτίας, φησὶν, ἀποφεύξονται πρὸς ἀνθρώπων, πάντα ἄγοντες τάξει
ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος, μοῖραν ἑκάστῳ τὴν προσήκουσαν διδόντες, κατὰ
E ἀμοιβὰς βίων τοῖς προϋπηργμένοις ἀκόλουθον· ἣν ὁ ἀγνοῶν προπε-
τέστερος ἀνθρώπων, περὶ πραγμάτων θείων ἀγροικιζόμενος. Ἀλλὰ
χρὴ ὡς ἄριστον μὲν αὐτὸν πειρᾶσθαι γίγνεσθαι· μὴ μόνον δὲ αὐτὸν
νομίζειν ἄριστον δύνασθαι γενέσθαι, οὕτω γὰρ οὔπω ἄριστος, ἀλλὰ
καὶ ἀνθρώπους ἄλλους ἀρίστους, ἔτι καὶ δαίμονας ἀγαθοὺς εἶναι,
F πολὺ δὲ μᾶλλον θεοὺς τούς τε ἐν τῷδε ὄντας, κἀκεῖ βλέποντας· πάν-
των δὲ μάλιστα, τὸν ἡγεμόνα τοῦδε τοῦ παντὸς, ψυχὴν μακαριωτά-
την, ἐντεῦθεν δὲ ἤδη καὶ τοὺς νοητοὺς ὑμνεῖν θεοὺς, ἐφ' ἅπασι δὲ
ἤδη τὸν μέγαν τὸν ἐκεῖ βασιλέα, καὶ ἐν τῷ πλήθει μάλιστα τῶν
θεῶν τὸ μέγα αὐτοῦ ἐνδεικνυμένους. Οὐ γὰρ τὸ συστεῖλαι εἰς ἓν,

1. ἀδικεῖ] Ed. ἀδικηεῖ, conjuncta lectione Codd. Ciz. Marc. A.C. Med. A. (in contextu) Par. A.Vat. ἀδικεῖ, et Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (supra lin.) B. ἀδικῇ.

ib. φονεύει] Codd. Darm. Marc. B. φονεύῃ, Med. A. Marc. A. φονεύοι, ille supra lin. ab ead. m. φονεύει. Vat. φονέα, in m. ut Ed.

3. δίκας] Codd. fere omnes, ut marg. Ed., δίκας, nisi quod in Cod. Mon. C. est δικ . . reliquis literis rasura deletis. Edit. δικαίως. Marc. C. δικαίας.

ib. εἶναι ἐνθάδε] Cod. Ciz. ἐνθάδε εἶναι. In Cod. Vat. omissum ἐνθάδε, in m. additum est.

4. οὗ καὶ] Cod. Vat. οὐ καὶ, in m. ut Ed. Mox Marc. C. μόνων.

7. τάξει] Codd. Mon. A.C. Marc. A. ἐν τάξει. Non male.

13. ἄλλους ἀρίστους] Codd. Marc. A. Mon. A.C. ἄλλα ἀρίστους, Vat. ἆρα ἀρίστ. in m. ut Ed.

16. ἐφ' ἅπασι] Ita Codd. omnes Edit. ὑφ' ἅπασι.

17. τὸν μέγαν] Ita Codd. omnes pro μέγα, quod est in Ed. Pro seq. τὸν Cod. Par. A. habet τῶν, sed τὸν supra lin. Marc. B. τῶν.

18. ἐνδεικνυμένους] Codd. Marc. A. Mon. C. ἐνδεικνύμενον. Proximum εἰς non habet Marc. C. Mox a Cod. Ciz. abest τὸ ante δεῖξαι.

que victorum, hac quoque ratione recte se habet: sin autem patiaris injuriam, nil inde immortali est grave futurum. Rursus si occidaris, quod et optabas habebis. Si vero adhuc talia damnas, nihil te in hac urbe moras trahere cogit. Constat præterea judicia pœnasque hic esse: quo fit, uti injustum sit civitatem hanc criminari, unicuique pro dignitate distribuentem: in qua honoratur virtus, pravitas meritum reportat dedecus. Neque solum statuæ hic sunt Deorum, sed ipsi quoque Dii ab alto prospicientes: qui facile apud homines (ut fertur) culpas evadunt atque devitant: omnia a principio ad finem ordine perducentes, sortemque unicuique congruam secundum vitarum vicissitudines distribuentes. Sortem, inquam, opera præcedentia consequentem: quam quidem sortem quisquis ignorat, maxime omnium temerarius rudisque in rebus divinis evadit. Oportet autem viribus cunctis contendere, ut optimus tandem efficiaris, neque putare, te solum fieri posse optimum, alioquin nondum optimus esses, verum cum alios quoque homines optimos esse, tum etiam dæmones esse bonos: multoque magis Deos, qui mundum hunc habitantes, superiorem suspiciunt mundum, horum vero omnium maxime totius mundi ducem animam beatissimam: hinc et Deos intelligibiles colere: præter cunctos denique, et in cunctis magnum ibi regem omnium venerari: quem quidem in multitudine Deorum potissimum excellentiam suam demonstrare procul dubio censeamus. Non enim in unicum duntaxat rem omnem repente contrahere, sed explicare tantam divinitatis amplitudinem, quantam explicavit ipse, eorum munus est, qui Dei ipsius potentiam cognoverunt, quatenus videlicet unus ipse, qui est permanens, efficit

ἀλλὰ τὸ δεῖξαι πολὺ τὸ θεῖον ὅσον ἔδειξεν αὐτὸς, τοῦτ᾽ ἔστι δύναμιν 207
θεοῦ εἰδότων, ὅταν μένων ὅς ἐστι, πολλοὺς ποιῇ πάντας εἰς αὐτὴν
ἀνηρτημένους, καὶ δι᾽ ἐκεῖνον καὶ παρ᾽ ἐκείνου ὄντας· καὶ ὁ κόσμος G
ὅδε δι᾽ ἐκεῖνον ἐστὶ, κἀκεῖ βλέπει καὶ πᾶς, καὶ θεῶν ἕκαστος, καὶ 208
τὰ ἐκείνου προφητεύει ἀνθρώποις, καὶ χρῶσιν, ἃ ἐκείνοις φίλα. Εἰ
δὲ μὴ τοῦτό εἰσιν, ὃ ἐκεῖνος ἐστὶν, αὐτὸ τοῦτο κατὰ φύσιν ἔχει. Εἰ
δ᾽ ὑπερορᾷν θέλεις, καὶ σεμνύνεις σαυτὸν ὡς οὐ χείρων, πρῶτον μὲν
ὅσῳ τις ἄριστος, πρὸς πάντας εὐμενῶς ἔχει καὶ πρὸς ἀνθρώπους·
ἔπειτα σεμνὸν δεῖ εἰς μέτρον, μετὰ οὐκ ἀγροικίας, ἐπὶ τοσοῦτον B
ἰόντα, ἐφ᾽ ὅσον ἡ φύσις δύναται ἡμῶν ἀνιέναι· τοῖς δ᾽ ἄλλοις νομί-
ζειν εἶναι χώραν παρὰ τῷ θεῷ, καὶ μὴ αὐτὸν μόνον μετ᾽ ἐκεῖνον τάξ-
αντα, ὥσπερ ὀνείρασι πέτεσθαι, ἀποστεροῦντα ἑαυτὸν, καὶ ὅσον
ἐστὶ δυνατὸν ψυχῇ ἀνθρώπου θεῷ γενέσθαι. Δύναται δὲ, εἰς ὅσον
νοῦς ἄγει· τὸ δὲ ὑπὲρ νοῦν ἤδη ἐστὶν ἔξω νοῦ πεσεῖν. Πείθονται
δὲ ἄνθρωποι ἀνόητοι τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων, ἐξαίφνης ἀκούοντες, C
ὡς σὺ ἔσῃ βελτίων ἁπάντων οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεῶν,
πολλὴ γὰρ ἐν ἀνθρώποις ἡ αὐθάδεια, καὶ ὁ πρότερον ταπεινὸς καὶ
μέτριος καὶ ἰδιώτης ἀνὴρ εἰ ἀκούσειε· σὺ εἶ θεοῦ παῖς, οἱ δ᾽ ἄλλοι,

1. τοῦτ᾽ ἔστι] Codd. Darm. Mon. C. Marc. B.C. Med. A.B. Vat. τοῦτό ἐστι. Marc. A. τοῦτό ἐστιν αὐτὸ δύναμιν.

2. εἰς αὐτὴν] Cod. Mon. C. εἰς αὐτόν.

3. δι᾽ ἐκεῖνον] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. δι᾽ ἐκείνου. Sed Vat. in m. ut Ed. καὶ omittit Marc. C.

ib. κόσμος ὅδε] Codd. Ciz. Mon. A.C. Vat. Marc. A. κόσμος δὲ ὅδε. Marc. C. βλέψει.

5. τὰ ἐκείνου] Codd. Mon. A. Marc. Med. A.B. Vat. τὰ ἐκείνου. Quos secutus sum cum Fic.

ib. προφητεύει] Cod. Vat. προφυτεύει, in m. ut Ed.

6. εἰσιν] Edit. ἐστιν sed Codd. omnes cum marg. Ed. εἰσιν. Tum Vat. ὁ, sed in m. ὅ. Marc. C. ὃ ἐκεῖνο.

7. σαυτὸν] Codd. Mon. C. Marc. A. αὐτόν.

ib. χείρων] χεῖρον cum Ed. solus habet Cod. Vat. in contextu; in marg. vero cum reliquis omnibus χείρων, ut marg. Ed.

9. μετὰ οὐκ] Cod. Ciz. μετὰ τοῦ οὐκ.

10. ἰόντα] Cod. Vat. ἰόντα, in m. ut Ed. Marc. B. ἐρόσον pro ἐπὶ τοσοῦτον. Mox Marc. A. μὴ αὐτὸν—ἐκείνων.

11. τάξαντα] Cod. Ciz. τεύξαντα.

12. ὀνείρασι] Ita Codd. omnes, sed Ed. vitiose ὀνείρας.

14. ἄγει] Cod. Par. A. ἄγει (sic), with οι written above. Mox Vat. et Marc. δ᾽ ὑπέρ.

ib. νοῦ πεσεῖν] Edit. τοῦ νοῦ τὸ πεσ. sed τοῦ et τὸ absunt a Codd. fere omnibus. Sed Vat. in m. additum habet τὸ, et Med. A. habet νοῦ τοῦ. Marc. B. τοῦ νοῦ τοῦ.

16. οὐ μόνον] Cod. Ciz. οὐ μόνων.

17. πρότερον] Cod. Ciz. πρότερος.

18. εἰ ἀκούσειε] Codd. ad unum omnes εἰ ἀκούσειε; nullus ἀκούσειε sine εἰ ut marg. Ed. cujus context.: εἰσακούσειε. Fic. "confidentius jam effertur, *quando* audit." Possis tamen cogitando repetere e superioribus πείθεται.

multos, qui ab ipso cuncti dependeant: quippe cum per ipsum ab ipsoque sint: atqui et hic mundus per illum est, et illuc suspicit totus. Suspicit et totus et quisque Deorum, qui hominibus Dei decreta prænunciant: et, quæ ipsis placent, oraculis responsisque declarant. Quod si sequentes hi Dii non idem sunt, quod et primus Deus, profecto hoc ipsum naturæ consentaneum est. Sin autem superiora despicere libet, teque ipsum, quasi non sis deterior, magni facere: memento primum quidem, quanto quis melior est, tanto erga cæteros, cum homines, tum superos, benigniorem esse atque modestiorem: deinde oportere dignitatem suam moderate servare, procul ab omni acerba rusticitate remotum, eatenus se attollentem, quatenus natura nostra progredi potest, atque existimantem, cæteris quoque aditum ad Deum patere, neque velut insomniis pervolantem, solum se Deo proxime subdere. In primisque cavere decet, ne se ipsum ea etiam facultate privet, quantacunque animo nostro ad hoc data est, ut Deus efficiatur. Potest autem quatenus mens ipsa ducit. Mentem vero transcendere nihil aliud est, quam ab ipsa mente jam cadere. Credunt autem homines stulti verbis ejusmodi, cum primum audiunt: Eris tu quidem omnibus non tantum hominibus, sed Diis quoque præstantior. Multa enim regnat in hominibus arrogantia: et qui antea modestus erat humilisque et simplex, confidentius jam effertur,

208 οὓς ἐθαύμαζες, οὐ παῖδες, οὐδὲ ἃ τιμῶσιν ἐκ πατέρων λαβόντες·
D σὺ δὲ κρείττων καὶ τοῦ οὐρανοῦ, οὐδὲν πονήσας. Εἶτα καὶ συνεπη-
χοῦσιν ἄλλοι, οἷον εἰ ἐν πλείστοις ἀριθμεῖν οὐκ εἰδόσιν, ἀριθμεῖν οὐκ
εἰδὼς, πηχέων χιλίων εἶναι ἀκούοι, τί ἂν ἢ χιλιόπηχυς εἶναι νομίζοι,
τοὺς ἄλλους πενταπήχεις εἶναι ἀκούοι, μόνον δὲ φαντάζοιτο, ὡς τὰ
χίλια ἀριθμὸς μέγας. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἡμῶν προνοεῖ ὁ θεός· τοῦ δὲ
κόσμου παντὸς, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ, διὰ τί ἀμελεῖ; Εἰ μὲν γὰρ, ὅτι οὐ
E σχολὴ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν βλέπειν, οὐδὲ θέμις αὐτῷ πρὸς τὸ κάτω·
καὶ πρὸς αὐτοὺς βλέπων, διὰ τί οὐκ ἔξω βλέπει, καὶ πρὸς τὸν κόσ-
μον δὲ βλέπει, ἐν ᾧ εἰσιν· εἰ δὲ μὴ ἔξω ἵνα μὴ τὸν κόσμον ἐφορᾷ
οὐδ' αὐτοὺς βλέπει. 'Αλλ' οὐδὲν δέονται αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ κόσμος δεῖ-
ται, καὶ οἶδε τὴν τάξιν αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐν αὐτῷ, ὅπως ἐν αὐτῷ, καὶ
ὅπως ἐκεῖ. Καὶ ἀνδρῶν, οἳ ἂν θεῷ ὦσι φίλοι, πράως μὲν τὰ παρὰ
F τοῦ κόσμου φέροντες, εἴ τι ἐκ τῆς τῶν πάντων φορᾶς ἀναγκαῖον αὐ-
τοῖς συμβαίνει. Οὐ γὰρ πρὸς τὸ ἑκάστῳ καταθύμιον, ἀλλὰ πρὸς τὸ
πᾶν δεῖ βλέπειν· τιμῶν δὲ ἑκάστους κατ' ἀξίαν, σπεύδων δ' ἀεὶ οὗ

1 οὐδ' ἃ τιμῶσιν ἐκ πατέρων] Codd. omnes ut marg. Ed. οὐδὲ ἃ τιμῶσιν ἐκ πατέρων, quod legit etiam Fic. Edit. οὐδ' ἀτίμως εἰς ἑκατέρων λαβ.
2. σὺ δὲ κρείττων] Cod. Vat. οὐ δὲ κρεῖττον, sed in m. ut Ed. Est etiam κρεῖττον in Codd. Mon. C. Marc. A.
3. ἄλλοι] Codd. omnes ut marg. Ed. ἄλλοι. Solus Marc. C. cum Ed. ἄλλοις. In edit. erat etiam συνεπηχῶσιν.
4. τί ἂν ἢ] Cum marg. Ed. Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. Par. A. τί ἂν εἰ. Scripsimus ἢ. Marc. C. ἡ.
ib. χιλιόπηχυς] Cod. Ciz. χιλιοπήχη.
ib. νομίζοι] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. νομίζῃ.
5. εἶναι ἀκούοι] Ita præter Ciz., in quo est ἀκούει, habent Codd. omnes; sed in Vat. ita scriptum est ut, utrum ει an οι correctum sit, discernere nequeas. Ed. ἀκούειοι. Sed Vat. hæc omnia τί ἂν—ἀκούοι nonnisi in marg. habet.
6. Εἶτ' ἐπὶ] Ita Codd. omnes et Fic. Ed. περὶ τούτοις.
ib. ἡμῶν] Codd. Marc. A.C. Mon. C. A. ὑμῶν.
7. καὶ αὐτοὶ] Ita Codd. omnes, præter Darm. Edit. καὶ αὐτός.
ib. ἀμελεῖ] Cod. Vat. ἀμέλει, in m. εῖ.
ib. μὲν γὰρ] Cod. Ciz. μέλει γάρ.
8. σχολὴ] Cod. Par. σχολῇ.
ib. οὐδὲ] Cod. Ciz. ὁ δὲ, Vat. οὐ absque δέ.
9. βλέπων] Ita omnes Codd. Solus Vat. cum Marc. B. in marg. cum Ed. βλέπειν.
10. δὲ βλέπει] Cod. Ciz. omittit δέ.
11. οὐδ' αὐτοὺς] Codd. Darm. Marcc. et Vat. οὐδὲ αὐτούς.
ib. 'Αλλ' οὐδὲν] Cod. Ciz. ἀλλ' οὐ. Vat. ἀλλ' οὐδέ.
12. καὶ ὅπως] Cod. Vat. καὶ ὅπερ.
13. οἳ ἂν] Cod. Vat. οἱ ἄν. Marc. A. θεοὶ pro θεῷ.
14. φορᾶς] Cod. Vat. φθορᾶς, in m. φορᾶς.
ib. αὐτοῖς] Cod. Ciz. αὐτῷ. Mox Marc. C. τιμῶν ἕκαστος.
16. δ' ἀεὶ] Cod. Ciz. omittit δ'. Marc. C. habet οὐ πάντα.

quando audit: Tu quidem es Dei filius, cæteri autem, quos hactenus admirabaris, non sunt Dei filii: sed neque etiam, quæ ipsi ritu majorum colunt, Dei filii sunt: tu vero, absque controversia vel labore, es ipso cælo præstantior. Accedit ad hæc quod idem alii quoque conclamant: ceu si quis numerare nesciens in multorum turba numerare similiter nescientium audiat alicunde magnitudinem suam cubitos mille prorsus implere. Quid nam? si mille cubitorum se existimet? cæteros autem quinque cubitos non excedere; nesciat quidem, qui quotve sint ii numeri, hinc tamen imaginetur numerum, quo ipse superat, esse quam plurimum. Confitentur præterea, Deum humanarum quidem rerum curam habere, totius autem mundi, in quo sunt homines, nullam: sed curnam mundum negligit? Si enim ideo negligit, quoniam non tantum habet otii, ut prospiciat universum, nimirum neque fas est ipsum inferiora curare. Item dum prospicit homines, cur non et quæ circumstant interea conspicit? atque ita mundum, in quo sunt homines: sin autem non aspicit extra, ne mundum videat, neque etiam videt homines. At dicent, illo homines non egere, attamen mundus indiget. Quin etiam novit ejus ordinem, et qui sint in ipso, qua conditione in eo sint, et quo pacto sint ibi. Proinde quicunque inter homines Deo sunt amici, quæ a mundo contingunt, æquo animo tolerantes, quicquid ex ipso omnium motu necessario provenit, recte ferunt. Neque id quidem injuria: non enim ad suum cujusque votum, sed ad totum ipsum spectare decet, honorantem singulos pro dignitate: eoque pro viribus

πάντα σπεύδει τὰ δυνάμενα, πολλὰ δὲ εἶναι τὰ σπεύδοντα ἐκεῖ 208
πάντα, καὶ τὰ μὲν τυγχάνοντα, μακάρια, τὰ δὲ ὡς δυνατὸν ἔχει
τὴν προσήκουσαν αὐτοῖς μοῖραν, οὐχ αὑτῷ μόνῳ διδοὺς τὸ δύνασθαι. G
Οὐ γὰρ ᾗ ἐπαγγέλλει τὸ ἔχειν, ὃ λέγει τις, ἔχειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ 209
εἰδότες, ὅτι μὴ ἔχουσι, λέγουσιν ἔχειν· καὶ οἴονται ἔχειν, οὐκ ἔχον-
τες, καὶ μόνοι ἔχειν, ὃ αὐτοὶ μόνοι οὐκ ἔχουσιν.

Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα, μᾶλλον δὲ πάντα ἄν τις ἐξετάζων ἀφθο-
νίαν ἔχοι ἂν, καθ' ἕκαστον λόγον δεικνὺς ὡς ἔχει. Αἰδὼς γάρ τις
ἡμᾶς ἔχει πρός τινας τῶν φίλων, οἳ τούτῳ τῷ λόγῳ ἐντυχόντες πρό-
τερον ἢ ἡμῖν φίλοι γενέσθαι, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπ' αὐτοῦ μένουσι, καίτοι B
αὐτοὶ οὐκ ὀκνοῦσι τὰ αὑτῶν ἐθέλοντες δοκεῖν εἶναι ἀληθῆ ἀξιοπί-
στως, ἢ καὶ οἰόμενοι τὰ αὑτῶν οὕτως ἔχειν, λέγειν δὴ ἃ λέγουσιν·
ἀλλ' ἡμεῖς πρὸς τοὺς γνωρίμους οὐ πρὸς αὐτοὺς λέγοντες πλέον γὰρ
οὐδὲν ἂν γίγνοιτο πρὸς τὸ πείθειν αὐτοὺς, ἵνα μὴ πρὸς αὐτῶν ἐνο-
χλοῖντο, οὐκ ἀποδείξεις κομιζόντων, πῶς γάρ; ἀλλ' ἀπαυθαδιζομέ-
νων, ταῦτα εἰρήκαμεν· ἄλλου ὄντος τρόπου, καθ' ὃν ἄν τις γράφων
ἠμύνατο τοὺς διασύρειν τὰ τῶν παλαιῶν καὶ θείων ἀνδρῶν καλῶς C
καὶ τῆς ἀληθείας ἐχομένως εἰρημένα τολμῶντας. Ἐκείνως μὲν οὖν

1. σπεύδει τὰ] Cod. Darm. σπεύδῃ τὰ.
3. αὐτῷ μόνῳ] Ita Codd. omnes cum marg. Ed. In text. edit. μόνον.
4. Οὐ γὰρ ᾗ] Cod. Par. A. οὐ γὰρ ἤ.
ib. ἐπαγγέλλει το] Codd. Darm. Marc. C. Med. A. et Vat. in marg., ut marg. Ed., ἐπαγγέλλοιτο. Fic. legisse videtur ὃ λέγει τις, ἔχει. Bene.
ib. ἀλλὰ—ἔχειν] Desunt hæc in Cod. Ciz.
7. πάντα ἄν τις] Cod. Vat. ἄν τις πάντα.
8. ὡς ἔχει] Codd. Par. A. et Vat., uterque in marg., ὡς ἔχοι.
9. πρότερον] Ita Codd. omnes, cum marg. Ed., Context. πρώτως. Mox Marc. C. μενοῦσι.
11. ἐθέλοντες] Ita, præter Cod. Darm., omnes; Ed. ἐθέλοντας.
12. δὴ ἃ] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. ἃ δή.
14. πρὸς αὐτῶν] Marc. C. πρὸς αὐτόν.
15. κομιζόντων] Cod. Vat. νομιζόντων, in marg. κ.
ib. ἀλλ' ἀπαυθαδιζομένων] Codd. Vat. Marc. A. ἀλλὰ ἀπαυθ. Marc. C. ἀπαυθαδιαζ.
18. ἐχομένως] Ita Codd., præter Codd. Par. A. et Marc. A., omnes: Edit. ἐχομένης.

contendentem, quo omnia, quæcunque possunt, natura contendunt, existimantem rursus multa esse: imo vero omnia, quæ illuc annitantur, et quæ consequuntur, esse beata: nonnulla vero, quoad sua fert natura, convenientem sibi sortem assequi. Profecto vir probus non sibi soli arrogat felicitatis consequendæ potentiam. Non enim ex eo, quod profiteatur aliquid possidere, jam possidet: quin et multa plerique non habere se cognoscentes, habere se jactant, atque etiam non habentes opinantur habere, solique possidere, cum tamen ipsi soli sint, qui non possideant.

X. *Quantum errent, qui dicunt, mundi fabrum errore quodam fecisse mundum atque malum.*

Alia præterea multa, imo vero omnia quis discutiens, abunde facileque inveniet, qua ratione sigillatim, qualis sit illorum sermo, demonstret. Non possum equidem pudore non affici amicorum quorundam gratia, qui antequam familiaritatem nobiscum inirent, in sermones ejusmodi inciderunt: in quibus adhuc nescio quomodo perseverant: quamvis non pudeat eos, sed impensius studeant, ut opiniones suæ veræ procul dubio videantur: vel etiam ipsi rem ita se habere existimant: nos autem ad notos tantum verba facimus, ad multos autem, qui illos audiunt minime: nihil enim suadendo proficeremus, persuadere conantes, ne ab illis se perverti permittant, demonstrationes quidem nullas in medium afferentibus; qua enim ratione valeant? sed pertinacius se jactantibus. Cum alter quidam sit modus, quo quis scribens eos refellat, qui non verentur circa præclarissima verissimaque priscorum divinorumque virorum mysteria cavillari. Quam ob rem illum discussionis modum

209 ἐατέον ἐξετάζειν· καὶ γὰρ τοῖς ταῦτα ἀκριβῶς λαβοῦσι τὰ νῦν εἰρημένα ἔσται καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅπως ἔχει, εἰδέναι· ἐκεῖνα δὲ εἰπόντα ἐατέον τὸν λόγον· ὃ δὴ καὶ πάντα ὑπερβέβληκεν ἀτοπίᾳ· εἰ δεῖ ἀτοπίαν τοῦτο λέγειν· Ψυχὴν γὰρ εἰπόντες νεῦσαι κάτω, καὶ σοφίαν τινὰ, εἴτε τῆς ψυχῆς ἀρξάσης, εἴτε τῆς τοιαύτης αἰτίας γενο-
D μένης σοφίας, εἴτε ἄμφω ταὐτὸν ἐθέλουσιν εἶναι, τὰς μὲν ἄλλας ψυχὰς συγκατεληλυθέναι λέγοντες, καὶ μέλη τῆς σοφίας, ταύτας μὲν ἐνδῦναι λέγουσι σώματα, οἷον τὰ τῶν ἀνθρώπων. Ἧς δὲ χάριν καὶ αὗται κατῆλθον, ἐκείνην λέγουσι πάλιν αὖ μὴ κατελθεῖν, οἷον μὴ νεῦσαι, ἀλλ' ἐλλάμψαι μόνον τῷ σκότῳ· εἶτ' ἐκεῖθεν εἴδωλον ἐν τῇ ὕλῃ γεγονέναι· εἶτα τοῦ εἰδώλου εἴδωλον πλάσαντες, ἐνταῦθά
E που δι' ὕλης ἢ ὑλότητος, ἢ ὅτι ὀνομάζειν θέλουσι, τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο λέγοντες, καὶ πολλὰ ἄλλα ὀνόματα εἰπόντες, οὗ λέγουσιν εἰς ἐπισκότησιν, τὸν λεγόμενον παρ' αὐτοῖς δημιουργὸν γεννῶσι· καὶ ἀποστάντα τῆς μητρὸς ποιήσαντες, τὸν κόσμον παρ' αὐτοῦ λέγουσιν, ἐπ' ἔσχατα εἰδώλων, ἵνα σφόδρα λοιδορήσηται ὁ τοῦτο γράψας.

Πρῶτον μὲν οὖν εἰ μὴ κατῆλθεν, ἀλλ' ἐνέλαμψε τὸ σκότος, πῶς

3. ὑπερβέβληκεν] Marc. C. ὑπερβεβληκέναι.
5. ἀρξάσης] Ita Codd. omnes ut marg. Ed. Ipsa: ἄρξασθαι.
6. σοφίας] Codd. Ciz. Darm. Marcc. Mon. A. Med. A.B. Vat. σοφίας. Sed Vat. in m. αν, ut edit. Pro τῆς τοιαύτης Neander de rationibus Gnosticorum p. 212. mavult τούτου. Libri non suffragantur, nec necesse.
ib. ἐθέλουσιν] Codd. Ciz. Marcc. Mon. C. Med. A.B. θέλουσιν.
7. μέλη τῆς] Marc. C. μελέτης.
8. ἐνδῦναι] Cod. Ciz. ἐνδύναιτο. Mon. C. ἐνδύναι τὸ (sic). Mon. A. ἐνδύναιτο καί. Vat. ἐνδήναιτο; in marg. ἐνδύναι, ut scriptum erat in Ed., cujus nos accentum correximus.
ib. τὰ τῶν ἀνθρώπων] Codd. Ciz. Mon. A.C. Marc. A. Vat. τὰ τῶν ἀνθρώπων. Ed. τὰ ἄνθρ.
9. αὗται] Codd. Par. A. Vat. Marc. A.B. αὐταί.
10. εἴδωλον ἐν] Cod. Mon. A. εἴδωλον εἴδωλον ἐν.
11. πλάσαντες] Codd. Ciz. (ut videtur), Mon. A.C. Marc. A. Vat. πλάσαντος.
12. ἢ ὑλότητος] Cod. Ciz. ἡ ὑλότης.
ib. τὸ δὲ ἄλλο] Codd. Ciz. et Vat. Marcc. τὸ δ' ἄλλο. Pergit Marc. C. ὄντες pro λέγοντες.
13. οὗ λέγουσιν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. Med. B. Par. A. Vat. οὐ. Sed Vat. in m. ut Ed.
16. ὁ τοῦτο] Ita Cod. Vat. Reliqui cum Ed. ὃ τοῦτο.

missum in præsentia faciamus. Qui enim, quæ modo dicta sunt, perfecte comprehenderint, plane, qualia sint et reliqua, poterunt judicare. Mitto et in præsentia dictum illud absurditate omnia superans, si modo absurditatem convenit hanc appellare: aiunt enim, animam atque sapientiam quandam ad id, quod inferius annuisse, sive nutum hunc inchoaverit anima, sive sapientia nutandi causa fuerit, sive ambo idem esse velint, alias utique animas condescendisse ferunt, et sapientiæ membra, easque ingredi corpora velut humana. Cujus autem gratia animæ collapsæ sunt, illam rursus tradunt minime labi, quasi non annuerit quidem, sed tantum tenebras illustraverit. Deinde hinc simulachrum in materia resultasse: deinceps simulachri simulachrum hic formantes per materiam, sive per materialitatem, sive quomodocunque nominare velint, aliud quidem hoc dicentes, aliud vero illud, aliaque multa nomina obscuritatis gratia confingentes, cum sic qui apud eos mundi opifex nominatur, efficiunt. Atque desciscentem a matre fingentes mundum ab ipso deducunt ad extrema simulachrorum: ut, qui hæc scripsit, mordacius etiam conviciaretur.

XI. *Refellit, quod dicebant, illustrationem ab anima in materiam fecisse aliam animam, et illam fabricavisse singula.*

AT vero, si anima illa non cecidit, sed tenebras illustravit, quomodo recte dicetur inferius annuisse? Non enim ex eo, quod aliquid quasi

ἂν ὀρθῶς λέγοιτο νενευκέναι; οὐ γὰρ εἴ τι παρ' αὐτῆς ἔῤῥευσεν οἷον F 209
φῶς, ἤδη νενευκέναι αὐτὴν λέγειν προσήκει· εἰ μή που τὸ μὲν ἔκειτό
που ἐν τῷ κάτω, ἡ δὲ ἦλθε τοπικῶς πρὸς αὐτὸ, καὶ ἐγγὺς γενομένη,
ἐνέλαμψεν· εἰ δ' ἐφ' ἑαυτῆς μένουσα ἐνέλαμψε, μηδὲν εἰς τοῦτο
ἐργασαμένη, διὰ τί μόνη αὐτὴ ἐνέλαμψεν, ἀλλ' οὐ τὰ δυνατώτερα 210
αὐτῆς ἐν τοῖς οὖσιν; Εἰ δὲ τῷ λογισμὸν λαβεῖν αὐτὴ κόσμου ἠδυνήθη ἐλλάμψαι ἐκ τοῦ λογισμοῦ, διὰ τί οὐχ' ἅμα ἐλλάμψασα καὶ κόσμον ἐποίησεν, ἀλλ' ἔμεινε τὴν τῶν εἰδώλων γένεσιν; Ἔπειτα καὶ ὁ λογισμὸς ὁ τοῦ κόσμου, ἡ γῆ αὐτοῖς ἡ ξένη λεγομένη, γενομένη
ὑπὸ τῶν μειζόνων ὡς λέγουσιν αὐτοὶ, οὐ κατήγαγεν εἰς νεῦσιν τοὺς B
ποιήσαντας. Ἔπειτα πῶς ἡ ὕλη φωτισθεῖσα εἴδωλα ψυχικὰ ποιεῖ, ἀλλ' οὐ σωμάτων φύσιν. Ψυχῆς δὲ εἴδωλον οὐδὲν ἂν δέοιτο σκότους ἢ ὕλης· ἀλλὰ γενόμενον, εἰ γίγνεται, παρακολουθοῖ ἂν τῷ ποιήσαντι, καὶ συνηρτημένον ἔσται. Ἔπειτα πότερον οὐσία τοῦτο, ἢ, ὥς φασιν, ἐννόημα; Εἰ μὲν γὰρ οὐσία, τίς ἡ διαφορὰ πρὸς τὸ
ἀφ' οὗ; εἰ δ' ἄλλο εἶδος ψυχῆς, εἰ ἐκείνη λογικὴ, τάχα ἂν φυτικὴ C
καὶ γεννητικὴ αὕτη· εἰ δὲ τοῦτο, πῶς ἂν ἔτι ἵνα τιμῷτο, καὶ πῶς δι' ἀλαζονείαν καὶ τόλμαν ποιεῖ, καὶ ὅλως, τὸ διὰ φαντασίας; καὶ ἔτι

1. παρ' αὐτῆς] Ita, pro αὐτοῖς, Codd. Mon. A. Med. A.B. Vat. Marc. A.B.
ib. ἔῤῥευσεν] Ita, pro ἔρευσεν, Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. Vat. Sed in Vat. scriptum est ἔῤῥευσε. Mox. Marc. C. αὐτὸν pro αὐτήν.
2. προσήκει] Cod. Ciz. προσῆκεν.
ib. ἔκειτό που] Codd. Ciz. et Vat. ἐκεῖ τόπου.
4. εἰ δ'—ἐνέλαμψε] Desunt hæc in Cod. Ciz.
ib. ἑαυτῆς] Codd. Mon. C. Med. A.B. Vat. Marcc. αὐτῆς.
ib. εἰς τοῦτο] Ita Codd., præter Ciz., omnes cum marg. Ed. quæ in textu εἰς τοὔργον.
6. αὐτῆς] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. αὐτῆς. Ceteri cum Edit. αὐτοῖς.
ib. τῷ λογισμὸν] Cod. Vat. τὸν, in m. ut Ed. Cod. Ciz. et Marc. B. a pr. m. λογισμῷ. Pro seq. αὐτὴ Codd. Ciz. Marcc. et Par. A. αὐτῇ.
7. ἐλλάμψαι] Codd. Mon. A.C. Marc. A. Vat. ἐκλάμψαι.
9. γῆ αὐτοῖς] Cod. Vat. γῆ αὐτῆς.
10. λέγουσιν] Ita scripsi, pro λέγουσι, ex Codd. Darm. Mon. C. Med. A.B. Vat.
15. Εἰ μὲν γὰρ] Cod. Vat. ἡ μὲν γάρ.
ib. πρὸς τὸ] Marc. C. omittit τό.
16. τάχα ἂν φυτικὴ] Codd. Ciz. Marcc. Mon. C. Vat. τάχ' ἄν. In Mon. C. Marc. A. est φυσική. De qua confusione supra est monitum p. 36. A. p. 37. F.
17. δι' ἀλαζονείαν] Codd. præter Mon. A. et Par. A. omnes δι', sed Ed. perperam δ'. Mox Marc. A. τοῦτο λογίζεσθαι.

lumen effluxit ab ipsa, jam dicenda est annuisse: nisi aliud quidem quomodo inferius positum sit: hæc autem ad id, quasi de loco ad locum translata descenderit, factaque propinquior illustraverit: si autem in se ipsa permanens lumen effudit, nihil in hoc familiarius operata: curnam sola anima illustravit, non autem illa etiam, quæ in ipso rerum ordine potentiora sunt, quam anima? Quod si dicant animam ex eo, quod rationalem mundi notionem in se comprehenderit, potuisse ex ipso rationali discursu illuminare: quidnam prohibet, quo minus, cum primum illuminavit, simul quoque mundum effecerit: cur simulachrorum genituram ulterius expectavit? Deinde rationalis ipsa mundi notio, quæ ab illis terra peregrina hospitalisque dicitur, facta a majoribus (ut ipsi ferunt) haudquaquam effectores deorsum coegit annuere. Præterea, quænam ratio est, per quam materia illustrata non corporum naturam, sed simulachra faciat animarum? Jam vero animæ simulachrum nihil vel tenebris vel materia indigere videtur: sed siquid fiat, mox factum comitabitur effectorem, (secumque) eique manebit annexum. Item quod primum infunditur in materiam, utrum essentia est, an potius (ut eorum verbis utar) excogitamen? Si enim est essentia, quænam differentia erit inter hoc et illud, a quo manavit? Sin autem altera est animæ species, siquidem superior rationalis sit, forte hæc vegetalis est atque genitalis: quod si ita sit, quomodo verum erit, ut honoraretur effecisse mundum? Et quo pacto per audaciam superbiamque

210 μᾶλλον τοῦ λογίζεσθαι ἀνήρηται· τί δ' ἔτι ἔδει ἐμποιεῖν ἐξ ὕλης καὶ
εἰδώλου τὸν ποιήσαντα; εἰ δ' ἐννόημα, πρῶτον τὸ ὄνομα ἐπισημαν-
τέον ὅθεν· ἔπειτα πῶς ἐστιν, εἰ μὴ τῷ ἐννοήματι δώσει τὸ ποιεῖν·
D ἀλλὰ πρὸς τῷ πλάσματι πῶς ἡ ποίησις; τουτὶ μὲν πρῶτον, ἄλλο
δὲ μετ' ἐκεῖνο, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἐξουσίας λέγοντες· διὰ τί δὲ πρῶτον
πῦρ;

Καὶ ἄρτι γενόμενον πῶς ἐπιχειρεῖ μνήμῃ ὧν εἶδεν; Ἀλλ' ὅλως
οὐκ ἦν, ἵνα ἂν καὶ εἶδεν, οὔτε αὐτὸς, οὔτε ἡ μήτηρ, ἣν διδόασιν
αὐτῷ· εἶτα πῶς οὐ θαυμαστὸν αὐτοὺς μὲν οὐκ εἴδωλα ψυχῶν ἐνθάδε
E ἐλθόντας εἰς τὸν κόσμον τόνδε, ἀλλ' ἀληθινὰς ψυχὰς, μόλις καὶ ἀγα-
πητῶς ἕνα ἢ δύο αὐτῶν ἐκ τοῦ κόσμου κινηθῆναι, ἐλθόντας εἰς ἀνά-
μνησιν, μόλις ἀναπόλησιν λαβεῖν ὧν ποτε εἶδον. Τὸ δὲ εἴδωλον
τοῦτο εἰ καὶ ἀμυδρῶς ὡς λέγουσιν, ἀλλ' οὖν ἄρτι γενόμενον, ἐνθυμηθῆ-
ναι ἐκεῖνα, ἢ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, εἴδωλον ὑλικὸν, καὶ μὴ μόνον
ἐνθυμηθῆναι ἐκεῖνα, καὶ κόσμου λαβεῖν ἔννοιαν κόσμου ἐκείνου,
F ἀλλὰ καὶ μαθεῖν ἐξ ὧν ἂν γένοιτο, πόθεν δὴ καὶ πρῶτον πῦρ ποιῆσαι,

1. ἀνήρηται] Codd. omnes, ut marg. Ed. ἀνήρηται, quod recepimus. Ed. ἀνήρτηται. Legendum videtur τὸ λόγιζ. vel τὸ τοῦ λογ.

ib. ἔδει] Ita scribendum fuit, pro εἴδει, ex Codd. nostris omnibus, et mox εἰ δὲ ex Codd. Par. A. et Vat. pro εἶ δέ. Sed scribitur δ' in Codd. præter Mon. A. et Par. A. omnibus.

2. τὸ ὄνομα] Cod. Vat. τὸ νόημα, in m. ὄνομα.

5. πρῶτον πῦρ;] In Cod. Vat. sequitur dist. min., in Par. A. plane nulla. Quod Ficinus subjecit: Deinde cætera, ex sequenti capite sumpsit. Est autem locus hic universus impeditior cum verbis tum argumento.

7. εἶδεν—εἶδεν] Cod. Par. A. ἴδεν—ἴδεν. Pro ὅλως in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. est ὅμως. Sed Vat. in m. habet λ.

8. οὔτε αὐτὸς] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. οὔτε αὐτά. Sed Vat. in m. ός. Marc. A. αὐτούς.

9. αὐτοὺς] Codd. Mon. A.C. Marc. A. Vat. οὐ τούς. Sed Vat. in m. αὐτούς.

10. ἀλλ' ἀληθινὰς] Codd. Vat. et Marcc. ἀλλὰ ἀληθινάς. Mox post κινηθῆναι excidisse videtur καὶ, quod Fic. etiam expressit.

12. ἀναπόλησιν] Marc. A. ἀναπόλησι. C. ἀνὰ πόλησι. Ab eodem absunt verba ἢ καὶ usque ad ἐκεῖνα.

13. λέγουσιν] Ita Codd. Darm. Mon. C. Med. A.B. Vat. Ed. λέγουσι.

14. ἐκεῖνα] Cod. Darm. καὶ ἐκεῖνα.

15. κόσμου] Codd. Ciz. et Marc. B. Vat. in marg., ut marg. Ed., κόσμον. Sed Vat. in contextu οὐ. Fic. hæc expressit: καὶ τούτου τοῦ κόσμου λ. ἔ. καὶ ἐκείνου. Non male.

fecit, atque omnino, quod dicitur, per imaginationem quandam? multoque magis, quod per ratiocinationem fecisse dicitur, sic est confutatum. Quidve rursus oportuit effectorem ex materia simulachroque intus efficere? sin autem dicatur, quod primum infunditur, esse excogitamen: primo quidem interpretandum erit, unde nomen ejusmodi sit deductum: deinde qua ratione id est, nisi excogitamini huic dederit efficiendi virtutem. At vero quonam pacto penes figmentum hoc vigebit effectio? Dicent utique, hoc quidem prius fieri, aliud vero deinceps. Verum id sua quadam licentia dicent. Cur autem primo quidem ignis [deinde cætera,]?

XII. *Refellit eadem et probat mundum factum esse simul totum.*

Similiter quærendum est, qua ratione simulachrum illud nuper genitum aggrediatur effectionem recordatione quadam eorum, quæ antea noverat? Non enim erat omnino, quo posset cognoscere: neque etiam erat illa, quam illi suam matrem esse dicunt. Accedit ad hæc, quod illi hunc in mundum non tanquam animarum simulachra quædam, sed tanquam veræ animæ descenderunt, et tamen vix et ægre inter illos unus et ad summum duo ex mundo commoti, seque in memoriam revocantes, vix tandem nonnihil eorum, quæ viderant, animadversione resumunt. Nonne igitur supra modum mirabile est, vel simulachrum hoc, etiam si (ut aiunt) tenuiter, attamen statim genitum excogitare superna: vel etiam ejus matrem eadem suspicari, quæ simulachrum est prorsus materiale? Neque solum illa considerare, et mundi hujus illiusque accipere notionem, sed etiam comprehendere, ex quibus

οἰηθέντα δεῖν τοῦτο πρῶτον. Διὰ τί γὰρ οὐκ ἄλλο; ἀλλ' εἰ ἐδύνατο 210
ποιεῖν, ἐνθυμηθεὶς πῦρ, διὰ τί ἐνθυμηθεὶς κόσμον (πρῶτον γὰρ ἔδει
ἐνθυμηθῆναι τὸν ὅλον) οὐ κόσμον ἀθρόως ἐποίει; ἐμπεριείχετο γὰρ 211
quid nihili penderent. Sed hoc ipso jam gloriari, quod spernant, quod prius concesserant esse pulchrum, ipsique affecti quodammodo fuerint. Præterea non eandem esse pulchritudinem in parte atque toto et omnibus atque universo. Denique multa esse adeo pulchra in rebus etiam, quæ sentiuntur, particularesque sunt, velut in ordine dæmonum, ut horum auctorem sæpe hinc admodum admiremur, facileque hæc ab eo facta credamus. Atque hinc auctoris inæstimabilem pulchritudinem laudare possimus. Si modo his quidem nequaquam irretiamur: sed ab his ad illa volemus, neque opera hæc illius vituperemus. Profecto si interiora quoque, sicut exteriora, pulchra sunt, consentire inter se affirmare debemus. Sin autem interna mala sunt, in melioribus diminuta fuisse. Sed certe fieri nequit, ut, quod est extrinsecus re vera pulchrum, intrinsecus sit deforme. Etenim quod extrinsecus pulchrum est omnino, eo quod est interius superante, fit tale. Qui vero dicuntur aspectu quidem pulchri, intus vero turpes, falsam quoque habent extrinsecam pulchritudinem. Quod si quis objiciat, se vidisse formosos quidem corpore, animo tamen turpes, arbitror equidem non vidisse, sed alios quosdam pulchros existimare: ac si forte viderit, assero, turpitudinem adventitiam illis esse natura pulchris. Multa enim apud nos sunt ad finem consequendum impedimenta. Toti autem mundo, aspectu pulcherrimo quid impedimenti esse potuit, quo minus intrinsecus quoque sit pulcher? Tum vero, quibus perfectionem ab initio natura non dedit, iis forte accidit ad finem minime pervenire, ideoque prava fieri possunt. At vero mundo non contigit, ut aliquando quasi puer esset, atque nondum perfectus: neque tanquam

217 καὶ φαύλοις ἐνδέχεσθαι γενέσθαι. Τῷ δὲ παντὶ οὐκ ἦν ποτε παιδὶ
ὡς ἀτελεῖ εἶναι· οὐ δὲ προσεγένετο αὐτῷ προϊόντι, καὶ προσετίθετο
εἰς σῶμα· πόθεν γάρ; πάντα γὰρ εἶχεν· ἀλλ' οὐδὲ εἰς ψυχὴν πλά-
B σειεν ἄν τις. Εἰ δ' ἄρα τοῦτό τις αὐτοῖς χαρίσαιτο, ἀλλ' οὐ κακόν τι.
Ἀλλ' ἴσως φήσουσιν, ἐκείνους μὲν τοὺς λόγους φεύγειν τὸ σῶμα
ποιεῖν πόῤῥωθεν μισοῦντας· τοὺς δὲ ἡμετέρους κατέχειν τὴν ψυχὴν
πρὸς αὐτῷ. Τοῦτο δὲ ὅμοιον ἂν εἴη, ὥσπερ ἂν εἰ δύο οἶκον καλὸν
τὸν αὐτὸν οἰκούντων, τοῦ μὲν ψέγοντος τὴν κατασκευὴν καὶ τὸν ποι-
C ήσαντα, καὶ μένοντος οὐχ ἧττον ἐν αὐτῷ· τοῦ δὲ μὴ ψέγοντος, ἀλλὰ
τὸν ποιήσαντα τεχνικώτατα πεποιηκέναι λέγοντος· τὸν δὲ χρόνον
ἀναμένοντος ἕως ἂν ἥκῃ ἐν ᾧ ἀπαλλάξεται, οὗ μηκέτι οἴκου δεήσοι-
το· ὁ δὲ σοφώτερος εἶναι οἴοιτο, καὶ ἑτοιμότερος ἐξελθεῖν, ὅτι οἶδε
λέγειν ἐκ λίθων ἀψύχων τοὺς τοίχους καὶ ξύλων συνεστάναι, καὶ
D πολλοῦ δεῖν τῆς ἀληθινῆς οἰκήσεως· ἀγνοῶν, ὅτι τῷ μὴ φέρειν τὰ
ἀναγκαῖα διαφέρει, εἴπερ καὶ μὴ ποιεῖται δυσχεραίνειν, ἀγαπῶν
ἡσυχῇ τὸ κάλλος τῶν λίθων. Δεῖ δὲ μένειν μὲν ἐν οἴκοις σῶμα
ἔχοντας, κατασκευασθεῖσιν ὑπὸ ψυχῆς ἀδελφῆς ἀγαθῆς, πολλὴν
δύναμιν εἰς τὸ δημιουργεῖν ἀπόνως ἐχούσης· ἢ ἀδελφοὺς μὲν καὶ

1. ἐνδέχεσθαι] Cod. Med. A. ἐνδέχεται, supra lin. σθαι. Et plane sic Marc. A.
ib. Τῷ δὲ παντὶ] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. τὰ. Sed Vat. in m. ut Ed.
ib. ποτε] Cod. Vat. τωτε (sic); in m. ποτέ.
2. προσεγένετο] Codd. Marc. A.C. Mon. C. et Vat. προσεγίνετο; sed Vat. in m. γέν. Taylor excidisse putat τὶ νέον commotus versione Ficini. Libri nihil addunt. Nec necesse.
5. ἐκείνους] Codd. omnes, ut marg. Ed., ἐκείνους. Edit. ἐκεῖνο.
7. πρὸς αὐτῷ] Ed. πρὸς αὐτό. Codd. Ciz. Mon. A.C. Marc. A.B. Par. A. Vat. πρὸς αὐτῷ. In Cod. Vat. vox ὅμοιον punctis subscriptis notata est.
11. ἕως ἂν ἥκῃ] Ita Codd. Ciz. Marc. C. Mon. A. Med. B. Vat. In Codd. Marc. A.B. Mon. A. Med. A. Par. A. (ex corr.) est ἥκοι. In Ed. et Par. A. a pr. m. ἥκει.
12. εἶναι οἴοιτο] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. οἴοιτο εἶναι.
14. ὅτι τῷ μὴ] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. ὅτι τὸ μή. Sed Vat. in m. τῷ. Codd. Marc. A. Mon. A. ὅτι μή.
15. εἴπερ] Cod. Vat. ἅπερ, in m. ut Ed.
16. μὲν ἐν οἴκοις] Cod. Ciz. omittit μὲν; Cod. Vat. habet οἴκῳ, sed in m. οις. Marc. C. ἔχοντα.

ulterius progredienti mundo novi quicquam coaluit, corporique ejus est appositum. Unde enim id fieri potuisset? Quippe cum omnia jam habuerit. Sed neque ejus animæ subjunctum quicquam licet fingere. Ac si forsan id Gnosticis quis concesserit, non tamen mali quicquam licebit admittere.

XVIII. *Non decet vituperare opificium mundanum et ejus opificem: neque vi hinc abire. Licet tamen et ferre fatalia, et insuper moderari. Datur quoque ad vitam mundanæ animæ, et illius beatitudinem pervenire.*

Dicent forte sermonibus quidem suis effici, ut corporis commercium fugiatur, atque odio admodum habeatur: nostros vero sermones animam in corpore detinere. Id autem persimile est, ac si duo quidam domum eandem habitent pulchram: et alter quidem constitutionem et apparatum domus auctoremque vituperet: nihilominus tamen ibi permaneat: alter vero nequaquam vituperet, sed domicilii fabrum artificiosissime construxisse dicat: expectet vero tempus quamdiu habitat, quo inde sit abiturus: utpote qui tunc habitaculo ulterius non indigeat: ille vero sapientior et ad exitum paratior ob hoc videatur, quod novit dicere ædificium ex lapidibus inanimatis lignisque esse constructum, et ab ædificio vero procul abesse: ignorans plurimum interesse necessaria tolerare, vel minime ferre: siquidem ab ædificio, quod pulchrum existimat, non moleste discedet, si pulchritudinem lapidum diligat moderate. Manendum est sane, dum corpus habemus, in domiciliis, quæ ab anima bona nostraque sorore sunt fabricata, potestatem habente quam plurimam, per quam fabricet absque

τοὺς φαυλοτάτους ἀξιοῦσι προσενέπειν, ἥλιον δὲ καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐ- 217
ρανῷ ἀπαξιοῦσιν ἀδελφοὺς λέγειν, οὐδὲ τὴν κόσμου ψυχὴν στόματι E
μαινομένῳ· φαύλους μὲν οὖν ὄντας, οὐ θεμιτὸν εἰς συγγένειαν συν-
άπτειν· ἀγαθοὺς δὲ γενομένους, καὶ μὴ σώματα ὄντας, ἀλλὰ ψυχὰς
ἐν σώμασι, καὶ οὕτως οἰκεῖν δυναμένους ἐν αὐτοῖς, ὡς ἐγγυτάτω
εἶναι οἰκήσεως ψυχῆς τοῦ παντὸς ἐν σώματι τῷ ὅλῳ. Ἔστι δὲ τοῦτο,
τὸ μὴ κρούειν, μηδὲ ὑπακούειν τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσιν ἡδέσιν ἢ
ὁρωμένοις, μηδ' εἴ τι σκληρὸν ταράττεσθαι. Ἐκείνη μὲν οὖν οὐ F
πλήττεται, οὐ γὰρ ἔχει ὑπό του· ἡμεῖς δὲ ἐνθάδε ὄντες, ἀρετῇ τὰς
πληγὰς ἀπωθοίμεθ' ἂν ἤδη ὑπὸ μεγέθους γνώμης, τὰς μὲν ἐλάττους,
τὰς δὲ οὐδὲ πληττούσας, ὑπὸ ἰσχύος γενομένας. Ἐγγὺς δὲ γενόμε-
νοι τοῦ ἀπλήκτου, μιμούμεθ' ἂν τὴν τοῦ σύμπαντος ψυχὴν, καὶ τὴν
τῶν ἄστρων, εἰς ἐγγύτητα δὲ ὁμοιότητος ἐλθόντες σπεύδοιμεν ἂν
πρὸς τὸ αὐτό. Καὶ τὰ αὐτὰ ἂν ἐν θέᾳ καὶ ἡμῖν εἴη, ἅτε καλῶς καὶ G
αὐτοῖς παρεσκευασμένοις φύσεσι καὶ ἐπιμελείαις· τοῖς δὲ ἐξ ἀρχῆς
ὑπάρχει· οὐδὲ, εἰ μόνοι λέγοιεν θεωρεῖν δύνασθαι, πλέον ἂν θεωρεῖν 218
αὐτοῖς γίγνοιτο· οὐδ' ὅτι αὐτοῖς φασὶν εἶναι ἐξελθεῖν ἀποθανοῦσι·

1. προσενέπειν] Edit. προσεννέπειν, sed Codd. Mon. C. Marc. A. et Par. A. προσενέπειν, Vat. προσυνέπειν; sed in m. ut Ed. In seqq. Marc. C. omittit οὖν ante ὄντας.

3. εἰς συγγένειαν] Codd. omnes, ut marg. Ed., εἰς. Edit. πρός. Ficinus insuper legisse videtur ἡμᾶς, sed in libris non legitur. Nunc vertendum erit: Nefas est pravos (quempiam) conjungere, sed tunc demum, quum boni sint etc.

4. γενομένους] Cod. Vat. γινομένους.

ib. καὶ μὴ—δυναμένους] Desunt hæc in Cod. Mon. A.

7. τὸ μὴ κρούειν] Edit. τὸ μικρὸν, sed Codd. omnes cum marg. Ed. τὸ μὴ κρούειν, ut legit Fic.

ib. προσπίπτουσιν] Cod. Ciz. προσάπτουσιν.

8. ταράττεσθαι] Cod. Darm. ταράσσεσθαι. Marc. C. παρατάττεσθαι.

9. γὰρ ἔχει] Cod. Med. B. γὰρ ἔχοι.

ib. ἡμεῖς δὲ] δὲ, quod aberat, recepi ex Codd., excepto Ciz., omnibus.

11. τὰς δὲ οὐδὲ] Codd. Marc. A.C. (hic a pr. m.) Mon. C. τὰς δὲ οὐ.

13. σπεύδοιμεν] Cod. Ciz. σπεύδομεν. Contra paullo ante scribendum videtur: μιμοίμεθ' ἄν.

14. τὸ αὐτό] Cod. Mon. A. omittit τό.

ib. ἐν θέᾳ] Codd. Vat. Marc. A.B. ἐν θείᾳ (et ita Fic.), in marg. ut Ed. nimirum ἔνθεια.

ib. καὶ ἡμῖν] Cod. Med. A. καὶ ἡμεῖς.

15. φύσεσι] Cod. Ciz. φύσεως.

ib. δὲ ἐξ] Codd. Darm. Marcc. Vat. δ' ἐξ.

16. οὐδέ, εἰ] Codd. Marc. A.C. Mon. A. C. Vat. οὐ δὴ εἰ. Marc. B. οὐδ' εἰ οἱ μόνοι.

ib. λέγοιεν] Cod. Vat. λέγειεν, in m. οιεν.

labore. An vero illi homines etiam pessimos quotidie fratres appellare dignantur, solem vero cæteraque cælestia appellare fratres penitus dedignantur? quin etiam mundi totius animam ore prorsus insano a fraterno consortio segregant, et profecto quamdiu pravi sumus, nefas est, nos cum superis affinitatem conjungere: sed tunc demum, quum boni sumus, neque sumus corpora, sed animæ in corporibus, atque ita in ipsis habitare potentes, ut quam proxime ad illam habitandi rationem accedamus, qua mundi anima totum habitat corpus. Id autem est e suo gradu non dejici, neque externis illecebris aut spectaculis indulgere, neque duris frangi. Illa quidem anima non pulsatur, neque enim est, unde pulsetur. Nos autem hic habitantes virtute ictus possumus propulsare, adeo ut animi magnitudine atque robore alii quidem ictus leviores fiant, alii vero minime tangant. Cum vero ad id, quod pulsari nequit, proxime accesserimus, tunc demum mundi stellarumque animam imitabimur. Item cum similitudinem proximam adepti fuerimus, in idem denique conspirabimus. Tum vero eadem nobis spectacula offerentur, quæ et superis ab initio adsunt, et nobis non desunt, videlicet tum natura bene institutis, tum studio præparatis. Si qui vero se jactent, quod soli divina valeant contemplari, nihil ob hoc plus habent facultatis ad contemplandum: sed neque etiam ob hoc ipsum, quod glorientur, se quidem per obitum e corporibus abituros: animabus autem mundum semper gubernaturis nunquam id licere: hi namque id aiunt imperitia quadam, quid sit, quod extra dicitur, ignorante, quin etiam nesciente, qua ratione totius anima tota gubernet inanimatum. Data est ergo facultas per quam

218 τοῖς δὲ μὴ, ἀεὶ τὸν οὐρανὸν κοσμοῦσιν· ἀπειρίᾳ γὰρ ἂν τοῦ ἔξω ὅ,
τί ποτέ ἐστι, τοῦτο ἂν λέγοιεν, καὶ τοῦ ὃν τρόπον ψυχὴ παντὸς ἐπι-
μελεῖται ἡ ὅλη τοῦ ἀψύχου. ἔξεστιν οὖν καὶ μὴ φιλοσωματεῖν καὶ
B καθαροῖς γίνεσθαι, καὶ τοῦ θανάτου καταφρονεῖν, καὶ τὰ ἀμείνω εἰ-
δέναι, κἀκεῖνα διώκειν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς δυναμένοις διώκειν, καὶ
διώκουσιν ἀεὶ, μὴ φθονεῖν ὡς οὐ διώκουσι· μὴ δὲ ταὐτὸ πάσχειν τοῖς
οἰομένοις τὰ ἄστρα μὴ θεῖν, ὅτι αὐτοῖς ἡ αἴσθησις ἑστάναι αὐτὰ
λέγει. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτοὶ οὐκ οἴονται τὰ ἔξω βλέπειν τὴν τῶν
C ἄστρων φύσιν, ὅτι οὐχ ὁρῶσι τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἔξωθεν οὖσαν.

1. τοῖς δὲ μὴ, ἀεὶ τὸν οὐρανὸν] Posui virgulam post μὴ, suspicor autem insuper τοῖς ante ἀεὶ, atque ita Fic. videtur legisse.
ib. ἀπειρίᾳ] Ita sine libris corrigendum fuit. In Ed. est ἀπειρία.
ib. ἂν τοῦ] Codd. Mon. A. et Vat. αὐτοῦ. In marg. Vat. est τοῦ.
2. λέγοιεν] Cod. Vat. λέγειεν.
3. ἡ ὅλη] Edit. ἣ, sed omnes, excepto Cod. Ciz., cum marg. Ed. habent ἡ. In Cod. Mon. A. scribitur ὕλη.
ib. φιλοσωματεῖν] Cod. Vat. φιλομαθεῖν; in m. ut Ed.
6. οὐ διώκουσι] Ed. οὐχ διώκουσι. Sed omnes Codd. οὐ, nisi quod ea vox a Codd. Mon. A. et Vat. abest. In Vat. tamen in marg. additur.
ib. ταὐτὸ] Codd. Ciz. Darm. Marc. A. B. Mon. C. τὸ αὐτό.
8. λέγει] Cod. Vat. λέγειν, in m. ει. Idem statim δι' ἃ, in m. διά.
ib. τοῦτο γὰρ] Abest γὰρ a Cod. Mon. A.
9. φύσιν] Cod. Vat. φαυσίν. Clausulæ loco Cod. Marc. C. ita: τέλος συν θεῷ τῆς τοῦ φιλοσόφου Πλωτίνου δευτέρας ἐννεάδος.

non indulgeamus corpori, sed puri quandoque efficiamur. Contemnamus mortem: superiora intelligamus intellecta sequamur: cæteris, qui consequi possunt, semperque sequuntur, nequaquam invideamus, et quasi nequeant, detrahamus: neque unquam patiamur idem, quod et plerique putantes astra non currere, propterea quod sensus eis nuncient illis quiescere: ob id enim et ipsi non putant astrorum naturam ea, quæ sunt extra, suspicere, quoniam ipsi non vident ipsorum animam extrinsecus existentem.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM PRIMUM ENNEADIS TERTIÆ,

# DE FATO,

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI.

### De æternis et actione illorum: de causis eorum, quæ fiunt: de quatuor opinionibus circa Fatum.

In ordine rerum alia quidem sunt duntaxat: alia insuper fiunt. Item quæ solum sunt, aut principia sunt, aut ex principiis. Rursum quæ sunt, aut semper fiunt, aut aliquando. Res quidem, quæ primæ sunt, quatenus primæ sunt, in alias causas referri non possunt. Quod enim simpliciter primum est, simpliciter quoque non habet causam. Quod vero est in aliquo genere primum, causam in eo genere nullam habet. Itaque in genere mobilium, ipsum per se mobile, qua primo mobile est, non habet superiorem causam per quam sit mobile: per quam vero intellectuale sit, aliquam habet. Primus similiter intellectus non proprie per superiorem causam est intellectus, sed quod existat unum aliquid atque bonum, ex superiore causa possidet. Ipsum vero bonum ex nulla causa quicquam habet. Quæ igitur inter æterna existunt a causa, essentiam quidem habent ab illa, quam esse perpetuo comitatur et actio. Quæ quidem actio sive actus (ut ex Plotini sententia loquar) idem ibi est atque esse. Profecto ubi actio transit extra, procul dubio aliud est, quam esse. Item ubi actio etiam, quæ manet intus, ab adventitia forma procedit, aliud etiam est, quam esse. Ubi autem et intima est et perpetua, et a forma solum essentiali, idem nimirum est, quod esse, vel saltem quod existere dicitur. Nam et ab illa et in illa eadem forma est esse: tunc a qua provenit, et in qua residet actus. Sic calefactio quidem ex igne in aquam procedens procul dubio aliud est, quam ignis esse. Rursum calere in ferro ignito aliud est, quam esse ferri: quoniam a forma fit adventitia. Sed in igne calere nihil aliud est, quam esse ignem. Quoniam igitur in substantiis prorsus æternis nulla est adventitia forma: ideoque ab eadem et in eadem naturali forma est agere a qua, et esse, atque tam proxime, merito idem est agere, quod et esse. Nam esse dicimus actum essentiæ essentialisque formæ. Qui sane actus intimus est, et actio penitus intima. Hanc ob causam cum in anima vita non sit adventitia forma, vivere est esse animæ. Similiter in ipso intellectu intelligere ab intellectuali forma naturaliter micans, intellectus ipsius est esse: præsertim quoniam intellectio est actio prima. Ideoque cum perfectissima sit et intima, ab esse non distat. Hanc utique primam Platonici ponunt: qui actionem proprie in ipso bono non ponunt: cum omnis actio sit circa bonum. Hactenus de his, quæ proprie sunt, sit dictum: quæ quidem nec volumus esse sub fato, nec in fato. Quæ vero fiunt, si aliquo in tempore fiunt, fato subjecta putamus. Si fiunt semper, id est, si perpetuo revolvuntur, non tam sub fato quam in fato locamus. Summatim vero actionem omnem in motu quomodolibet positam, tanquam non omnino perfectam referre debemus in causam: et in illam quidem denique permanentem. De eo quidem, quod movetur ab alio, non est dubium, motum actionemque ejus ab alio proficisci. Quod insuper ex se, id est, natura sua movetur, quod

mobiliter agat, habet suapte natura: quod autem simpliciter agat, atque sit, aliunde sortitur. Actio enim mobilis cum imperfectior sit, quam stabilis, significat essentiam, in qua est, ab alio proficisci. Atque ejusmodi actio a stabili quadam ejusdem essentiæ potentia regitur. Nempe cum motio velut accidens quiddam indeterminatum sit et indigum, privationemque et dispersionem patiatur admistam, merito maxime pendet. Quam ob rem ex subjecto in quo est, et efficiente virtute, ex qua editur, et ex fine, cujus gratia fit, et occasione quadam incitante dependet. Nemo itaque somniet inclinationem quandam incursionemque atomorum: vel repentinam alicujus corporis motionem: vel similem inclinationem animæ a nulla causa dependentem rebus dedisse principium, sed omnem ejusmodi vel actionem, vel passionem existimet a causa quadam superiore productam, vel etiam a circumstantibus incitatam. Cum igitur quicquid aliquando fit, a causa fiat: causas in plerisque propinquas et manifestas habemus. Ubi vero causæ propinquæ non satis patent, vel non sunt ad effectum sufficientes: remotiores merito causas perscrutamur: præsertim quando sub eadem propinqua causa imminente effectus in alio quidem sequitur: in alio vero non sequitur. Et quando ex operibus hominum similibus similia cuilibet non eveniunt. Item ubi fortuna rerumque concursus præter actionum merita favet, atque contra. Denique ingeniorum et morum fortunarumque diversitas: quæ ex causis nobis notis esse tanta non potest, occultiores superioresque causas indagare compellit. In causarum vero occultarum investigatione suborta est inter philosophos opinio fati. Fatum quidem communi quadam notione definiunt, necessitatem quandam desuper rebus illatam. Cum igitur quatuor præcipue sint sententiæ de principiis, nimirum opiniones quatuor sunt de fato. Alii enim necessitatem rebus inferri a corporibus quibusdam, quæ sint principia rerum, judicaverunt: sive ab atomorum concursionibus, ut Democritus: sive ab aliorum quorundam corporum naturis et motibus inferatur, ut Thaleti, Anaximeni, Anaximandro placuisse ferunt. Alii principium cunctis vitale arbitrantur infusum: a quo passim necessitate fatali singula moveantur: quod nonnulli Stoici voluerunt. Sunt et qui inter Astronomos revolutionem cælestium esse rerum principium arbitrentur et fatum. Neque desunt inter physicos atque metaphysicos, qui singula quotidie fieri putent a serie quadam connexioneque cunctarum invicem causarum, sive cælestium, sive superiorum, sive rursum inferiorum, atque inde fatum omnibus imminere: sive congeries ejusmodi causarum principium habeat unum, sive non habeat.

*Neque cogi neque fieri a corporibus omnia: neque fatum neque præsagium forte aliquid si principia rerum fuerint contingentia.*

III. Corporum naturam ab incorporea causa proficisci, et ab una tandem omnia omnibus providente, in Theologia satis ostendimus. Rursum communem corporum pulchritudinem in ordine et modo specieque consistere: atque hæc tria et ipsam pulchritudinem esse aliquid incorporeum, in libro de Amore probavimus. Atomorum quidem motum carere ordine Democritus ipse fatetur. Unde non facile potest summum ordinem universi ex rebus duntaxat deterioribus ordine producere atque semper continuare. Omnium insuper corporum molem, qua ratione corporea est, ordinem non servare ex eo patet, quod ordo, modus, species, pulchritudo in ipsa mundi mole præstantiora sunt, quam ipsa moles, suntque insuper incorporea. Quam ob rem a præstantiori quadam incorporeaque natura et rationali atque vivente propagantur in corpus. Idque proxime anima est corporum agitatrix, itemque mens et ipsum bonum universi principium atque finis. Ordo igitur ipse et ratio unde ordo, et anima, in qua ratio, non sequuntur corpora, sed præcedunt. Jam vero quicunque res omnes ex inordinato corporum motu deducunt, non possunt fatalem rebus afferre necessitatem. Quinimo expertem ordinis contingentiam principiis introducere, nihil aliud est, quam a rebus excludere fatum. Sic enim nulla res omnino determinate necessarioque proveniet, si nullus fuerit ordo, ex quo aliud deinceps consequatur ex alio. Nunc vero, quod factum est, saltem postquam factum est, dicitur necessario factum: quia videlicet, dum in præsentia fiebat, quadam necessitate fiebat. Atque hæc omnis sive circa præteritum sive circa præsens conditionalis necessitas ex superiori quadam natura procedit, quæ simpliciter sit ipsa necessitas. Unde constat, non fortunam in principiis, sed necessitatem potius esse ponendam. Mitto, quod si nullus in rebus sit ordo, in quo aliud proprie sequatur ex alio: nulla futurorum recta prædictio esse poterit, sive ex arte fieri soleat, sive instinctu aliquo naturali, sive quodam afflatu divino. Præterea ex atomis aliisve corporibus non potest in animam ea vis et motio provenire: qua vitali et sensuali vigore ex se movetur et movet: qua tamen repente, tamque artificiose imaginatur tam varia: qua genus corporeum contemplando, et amando transcendit: qua perturbationibus corporis adversatur: qua aliæ animæ ad alias disciplinas, et has quidem incorporeas, sunt aptiores: qua denique tanquam liberæ et sui juris agunt, libertatemque a necessitate discernunt. Animam vero habere aliquam libertatem in Theologia latius disputamus.

*Non esse in universo tantum unum agens.*

IV. Neque rursum existimandum est, mundum sic unum duntaxat animal esse, ut in eo non sit anima nisi una unicumque corpus, et omnes ubique motus pariter et effectus opera tantum ejusdem animæ sint necessario procedentia: nullaque sit alia præter eam causa: nullum denique agens. Sic enim et ordo tollitur causarum, in quo fatum consistere communiter arbitrantur, et dignitas mundo summa detrahitur, si unicum in eo sit agens atque movens: cætera patiantur tantum atque moveantur. Perfectio enim mundi potissimum in eo consistit, ut universum hoc maxime formale sit et agens, in eoque sit formarum et agentium ordo quam plurimus. Præterea cum tota primi agentis natura sit ipsa efficacia prorsus immensa, res plurimas efficaces, ideoque agentes ex se propagat: quando quidem et ignis agens agentem generat ignem. Item primus ipse motor, quæcunque solus agit et movet, quam optime peragit. Multa vero passim præter ordinem exactissimum atque optimum, quantum in singulis est naturis, videntur accidere. Ex quo patet, naturis sequentibus munus ad agendum proprium non deesse. Denique intellectualis anima dum ad se convertitur: dum vicissim in oppositas consultando ipsa se distrahit conjecturas: dum opera naturæ imitatur, emendat, instaurat: dum alias quidem recte progreditur, alias vero prævaricatur: dum et corporum et animarum supergreditur ordinem, profecto declarat, nec esse se animalis universi partem, nec illi necessario subditam.

*Neque nos a cælo cogi, neque cætera a cælo tantum, et necessario fieri.*

V. Tertii fatorum assertores sunt astrologi, non omnes, inquam, sed plures, idque fatum esse dicunt, quod suus cuique astrorum conspectus necessitate decernit. Destinari vero inde suam cuique sortem ex eo confirmant, quod astrorum observatione singulis ventura prænuntientur. Præterea quod ex accessu, et decessu, et habitudine luminum in corporibus mutationes multæ contingant. Plotinus autem nullo pacto ferre potest hominem in singulis motibus radiorum confluxu cælestium necessario agitari, quia neque corpus humanum pars mundi continua est: neque anima hominis pars animæ mundi, neque a mundi anima procreatur. Habet ergo corpus humanum præter figuram propriam, motorem quoque intra se proprium, propriumque progressum: motorem, inquam, intellectualem, qui sane per intellectualem naturam transcendit corpus vitamque mundi, quippe qui non sit pars universi, sed ipse in se aliquod universum. Cumque omnis motio sit gratia boni: animus vero noster communem ipsam totius boni simpliciter teneat notionem, in hac autem bona singula comprehendantur: merito motus animi non ad hoc, aut illud tanquam bonum necessario destinatur, sed ad quodlibet pro conjecturarum varietate æque conferre se potest. Jam vero longa in singulis consultatio, ac per opposita vicissim pensitatio diligens, et exacta quædam electio, et mox ad conjecturas alias retractatio declarat, animum non ferri natura quadam, vel more vel instinctu naturæ, sed universali potius liberaque movendi et agendi facundia. Cum igitur propriam naturam et efficaciam habeamus, ideoque propriam insuper actionem, merito non solum sub cælesti patimur actione, sed cælestem quoque influxum pro efficaci proprietate suscipimus, ipsique aliquid inde proprium agimus: itemque aliquid mera nostra proprietate peragimus. Mutatur etiam cælestis influxus circa nos ex natura locorum: nam et sub exigua climatis cujusque particula, ubi etiam stellarum influxus est idem, eodem momento et semper diversa nascuntur, atque contingunt pro diversitate situs, et terræ, aërisque et aquæ et ventorum, atque vaporum, morumque et legum. Præterea similes plerumque filii sunt parentibus et nutricibus in quacunque hora nascantur et nutriantur, utpote qui plus admodum a suis, quam ab hora suscipiant, atque etiam si ob communem loci et generationis, nutritionisque naturam forma inter se sint similes: sæpe tamen plurimum moribus et ingenio differunt, quippe cum diversitas animorum tum ingenio, tum moribus differens aliunde insuper, quam ex his corporeis causis, oriatur. Denique ubi animus incitamentis corporis adversatur, idque facit tranquillitatis et intelligentiæ gratia, declarat se et operari libere, et a corpore proprio non dependere, neque igitur a cælesti corpore: quod quidem per nostrum corpus solum agere nos posse videtur. Corpori vero nostro mentis tum virtute, tum gratia possumus reluctari, vitamque eligere menti consentaneam, quamvis corpori noxiam, ac sæpe dum similis permanet natura et incitatio corporis, quædam dissimilia inter se quandoque solemus eligere pro conjecturarum duntaxat varietate, atque etiam ubi evasit natura corporis jam dissimilis, similia nihilominus eligere consuevimus, si ratio similis persuaserit, utpote qui tunc non tam ex influxu corporeo, quam ex intelligentiæ rationisque affluentia pendeamus. Quod autem nonnulli tradunt, nostra hæc a stellis effici, quia significentur ex stellis, confutatum est alibi etiam diligentius. Tu vero ita conclude: In quolibet momento ac etiam in eodem stadio quam plurima simul nasci possunt inter se diversa, non solum singularibus accidentibus, verum etiam specie atque genere, quibus etiam diversa valde sors obtigit, quasi non ab hora duntaxat natura rerum et fortuna trahatur:

quod quidem hinc etiam confirmatur, quod quam plurimi sæpe eodem communique exitio simul pereunt: neque tamen vel eadem hora sunt nati, vel simul ad locum exitii confluxerunt.

*Quomodo singula generentur a naturis propriis conferente cælo. Quomodo cælestia significent, dæmones cognoscant atque exequantur.*

VI. Igitur quemadmodum alibi disputabimus, in propria generatione rerum causæ inferiores tanquam proximæ atque propriæ possunt quam plurimum. Itaque hic homo nascitur, ille equus: non quia tunc nascatur aut alias, sed quoniam hic ex homine, ille fit ex equo. Similiter quod homo hic ita nascatur, affectus ex certa parentum affectione procedit, potius quam ex quadam cælestium habitudine exteriore, communi, accidentali, ac protinus [Ed. pr. potius] momentanea. Concludit tamen ad id cælestis influxus, vel ad efficaciam, vel ad qualitatem generantibus, ac genitis adhibendam valde communem, et hanc quidem corpoream, quoniam a corporibus fit in corporibus, atque hæc etiam pro suscipientium et loci conditione suscipitur. Dotes autem animi, quæ non obsequuntur corpori, neque sequuntur ex corpore, spectantes videlicet ad incorporea, nequeunt a corpore cæli in animum proficisci, neque per corpus nostrum, et multo minus sine corpore. Industria igitur rationes rerum incorporeas sagaciter investigans, non corpus cæli sequitur, sed incorpoream mentis humanæ naturam, quæ forte ad hæc adjuvatur ab ipsis siderum animabus, mentibusque earum, contemplatorum dæmonum ministerio. Quod autem stellæ natura divinæ ex motu locali naturam quotidie mutent, et in malum aliquando, nefas esse dictu, alibi demonstravimus. Diximus etiam, ubi mala et incommoda ordinisque expertia observatione cælestium portenduntur, hæc non ab illis fieri, bonis videlicet atque ordinatis: sed ita significari, sicut avium volatu garrituque, aliisve portentis significari dicuntur multa, non fieri: quæ quidem significandi facultas in mutua quadam rerum connexione consistit: quæ signa, quamve connexionem non homines, sed dæmones ipsi cognoscere possunt. Quod Origenes disputat, et Plotinus hic innuit, ubi ait, qui videlicet literaturam ejusmodi noverint: et Plato his verbis in Timæo significat, quid fiat, vel significetur ex cœlestium habitudine tentare vanum est, sine diligenti simulachrorum illorum inspectione. Omnia vero illa perspicere, non nostrum est, sed dæmonum: nobis enim nec ætas, nec oculus, nec ingenium suppetit. Quemadmodum vero dæmonum præcipue munus est, cælestia signa tenere, nobisque suggerere sive dormientibus, sive etiam vigilantibus: ita quoque illorum est sæpe, quæ cælestia portenderunt, certis subinde temporibus exequi: dæmonum quidem meliorum meliora, deteriorum vero deteriora. Per hos itaque post longa curricula temporum expleri possunt, quæ cælestium ille habitus, qui jamdiu prorsus evanuit, ideoque nec agere quicquam potest, quandoque fore significavit: neque tamen dæmones ita nos movent: quod Plato ait, ut necessitate compellant, modo enim imaginario sæpius quam corporeo ducunt: tametsi agunt in nos non electione solum, verum etiam quadam proprietate naturæ, sicut et stellæ oculis apparentes. Agunt insuper in inferiora suis quibusdam motibus et aspectibus quatenus stellarum choreas comitantur: sed quoniam proprii muneris aliquid adhibent, cælestium in nobis actio judiciumque confunditur. Hac itaque ratione quæ stellæ visibiles portenderunt, invisibiles subinde stellæ, id est, dæmones partim nobis suggerunt, partim pro viribus exequuntur. Hinc illud Platonis: Animas in generationem labentes ducunt dæmones, electæ jam vitæ sortisque fatalis executores. Dæmones quidem Saturnii Saturnias regunt animas, et Saturnia munera peragunt: Jovii similiter Jovias atque Jovia: cæterique similiter. Cumque sicut homines in qualibet regione, partim Saturnii, partim Joviales sunt: sic et dæmones similiter varii in qualibet sphæra mundi versentur: meliores quidem inter Saturnios, meliora Saturni munera: deteriores vero inter eosdem, deteriores sub eodem eventus peragere solent: eodemque pacto Martii cæterique similiter. Ubi vero Plotinus ait, quotidianas cælestium motiones præter communem mundi salutem esse insuper utiles, ubi potentibus intelligere futura significant: ostendit significata posse vitari, si mala sint: sin bona, iterum adjuvari: multo magis, quam medicus possit ad signa, quæ sunt in nobis, valetudinem adjuvare: alioquin et in Astrologia et in medicina signorum observatio foret inanis, ac Deus qui signa præscripsit, in cœlo inferiorum saluti prospiciens frustra præmonuisset.

*Qui necessariam rerum seriem introducunt, inevitabiliter singula peragentem auferunt, tum infimis contingentiam, tum consilio libertatem.*

VII. Quarta de fato sententia, quam suscipimus pertractandam, una cum secunda sententia convenit in eo, quod ab uno quodam vitali principio cunctis infuso, singula per rationes seminales existimat generari, quod est potissimum a Stratone probatum. Dissentit vero in eo, quod non solum ejusmodi vitale principium esse efficax arbitrantur: sed multa præterea sub eo aliquam agendi efficaciam possidere, ita tamen, ut non aliter agant, quam a primo trahantur. Addunt, causas sub his alias deinceps aliasque subinde consequi, atque ita connecti, ut et a prioribus sequentes ne-

cessario deducantur, atque ducantur, et quicquid agunt, necessario facere: quicquid inde fit, necessario fieri, atque ad omnem ubique eventum cunctas invicem, quamvis aliter alibi conspirare, quæ maxime videtur sententia fuisse Chrysippi. Mitto in præsentia, quod hæc opinio rebus aufert contingentiam, quam saltem circa infima mundi doctissimi quique arbitrantur accidere. Id autem in primis Plotinus detestari videtur, quod rationalem animam electionis libertate, et actionis auctoritate procul dubio privant: si modo verum sit, quod aiunt, actionem quamlibet animæ ab impetu quodam: et impetum ab imaginatione, et imaginationem a præsenti rerum serie vel in nobis, vel circa nos agente, necessario proficisci. Quam vero turpe sit, intellectualem animam, incorporea a corporibus segregantem, illaque his præponentem, corporum necessitati subjicere, in Theologia satis ostendimus. Non incitari autem a cælo quemlibet animi motum, Zaël et Mesadach, et alii, ubi de interrogatione loquuntur, ostendunt: aiunt enim, interrogationem tunc et judicium duntaxat habere effectum, quando interrogans vehementiori quadam sollicitudine quæritat, quasi tunc solum moveri cælitus videatur. Sed quando interrogatio non est sollicita, fallacissimum esse responsum, quasi tunc interrogator non moveatur a cælo. Quid plura? Studium et industria contradicendi fato nobis non datur a fato. Cultus supercælestis Dei in causam cælo superiorem postremo resolvitur.

*Quomodo anima sit super fatum, in fato, sub fato.*

VIII. Communis de fato philosophorum opinio est, esse necessitatem quandam ex corporearum causarum conspiratione rebus illatam. Cum vero et corporum motus ab anima, et ordo corporalium formarum ab intellectu proveniat, merito intellectualem animam a necessitate, quæ ex motu et ordine vel serie corporali solet inferri, existimamus naturaliter esse solutam: tantumque abesse, quod subjiciatur fato, ut etiam ipsa sit ipsius fati principium, siquidem fatum sit corporea series, hæc autem ab anima intellectuali dependeat. Ab anima, inquam, universi series communiter universa: ab animalibus quoque cæteris simili quadam intelligentia præditis series alibi passim, alibi propria. Duo sunt igitur in fato genera causarum, causæ, inquam, animales, velut fati principia, id est animæ sese corporibus regendis accommodantes: causæ iterum corporales tanquam complentia fatum. Est ordo præterea triplex, tum corporum omnium ad primum corpus: tum animarum ad primam animam: tum corporum ad animas, perque animas ad animam primam: perque illam intellectualem ad intellectum primum: atque ita series universa fatorum ad divinam tandem redigitur providentiam. Si igitur anima extra corpus sit omnino, similiter est extra fatum: si sit in corpore, quatenus indulget corpori naturaliter patienti sub fato, ipsa quoque eatenus in fato patitur. Sin autem pro viribus se a corpore segregat, solamque huic vim accommodat vegetalem, in fato duntaxat computatur ut agens: agit tamen pro conditione fortunæ: et nonnulla quidem ipsa vel naturali facultate permutat, vel arte quadam emendat et corrigit, vel magnanimitate facillime tolerat. Quod autem anima eatenus fatum subeat, quatenus se immergit in corpus, ostendit Timæus dicens, animas tunc primum leges didicisse fatales, cum sunt conjunctæ vehiculis: hinc enim fati trahuntur exordia. Sed interea, quod libero motu et fatum adeant, et deinceps quandoque se solvere possint, declarat, quod ait Plato et in Timæo et in decimo de Repub. Deum docuisse animas tum fatales leges, tum rationem juris divini pariter et humani, ut extra culpam Deus existeret, et addit, virtutem rationemque liberam esse.

*Quomodo anima in fato sit ut agens: quomodo ut patiens: item de contingentia rerum.*

IX. Ad illos autem, qui dicebant, quicquid fit, ideo necessario et inevitabiliter evenire, quia cunctæ simul causæ connectantur: positis autem omnibus undique causis, effectus necessario sequitur: jam sic objicitur: Etiamsi vobis id concedatur, auctoritatem tamen suam potest animus retinere: nam et ipse est in ordine causarum, tum naturalium, quatenus per vim vegetalem non patitur, sed agit in corpore, tum earum, quæ voluntate faciunt, ideoque ex se libereque moventur. Quando igitur animus linguam brachiumque movere decrevit, necessario fit motus in membro, si modo causæ cunctæ concurrant, una cum electione videlicet atque proposito, singula quæ circumstant, id est, quæcunque sunt præter animum, quorum concursus hic fortuna vocatur: scilicet ut membra sint apta, et nihil obstet. Annumeratur etiam inter externas causas, quæ fortunæ nomine designantur, si quid ex universi motu una cum sequentibus causis conducit ad opus. Opus itaque tunc necessitate procedit, non tamen animus tanquam compulsus movetur ad opus, si neque incitamentum ex corpore surrepens sequitur eligendo, neque externum cogitat circa corporea commodum vel incommodum. Neque omnino spectat externa, neque falsa opinione decipitur, sed intelligentiam rationemque certam et passionis expertem habent ducem, atque ad ipsius optimum habitum velut ad finem omnia dirigit. Ex eo certe, quod sapiens animus ad se velut ad finem dirigit actiones, constat ipsum non externum, sed internum actionis principium possidere. Hactenus

agere animus judicatur, quia per formam sibi propriam et intimam et præcipuam, et sui ipsius gratia operatur. Quando vero vel ipse ex se prius degenerans, vel ignorans, vel extrinsecus incitatus, et instigatus a corpore aggreditur aliquid, aliorsum spectans, quam ad animum, non tam agere, quam pati, censetur. Agit autem maxime, ubi non solum ex se et sui gratia operatur, sed etiam in se ipso per se solum sine instrumentis agit, id est munus contemplationis exercet. Ubi vero vel voluptuosam vivit vitam sine moderatione, vel activam sequitur sine prudentia, gravissime servit, et patitur. At quoties activam cum prudentia partim quidem agit ipse, partim vero agitur, quatenus et ab externis incitatur ad motum, et pro conditione circumstantium exequitur ministerium. Memento vero, Plotinum hic concursum rerum, quæ nos prope circumstant, quem fortunam nominat, existimare, non necessario ubique in fata cælestia redigendum, ita ut disponatur ad unguem, quemadmodum ex se cœlestia digerunt: non enim tam exactus in his, quam in illis est ordo, neque firmitas æqua, neque concordia similis. Hinc illud Plotini: Effectus apud nos cælestium pro causarum inferiorum conditione contingunt: item naturales effectus similitudinem cum causis propinquis longe majorem habent, quam cum remotis. Rursum cælestium aspectus plerumque non tam causæ sunt quam signa, propterea cum quadam conditione loquitur, ubi ait: Et si quid præterea ex cælestium motione conducit ad opus. Denique mutari ordinem inde huc forsitan proventurum, diligentia nonnunquam humana virtuteque animi posse putat.

*Natura intellectualis agit libere, sed ejus effectus aliquando impeditur in ratione.*

X. Concludit igitur, neque res agitari casu, sed esse in rebus ordinem per causas consequentem, unde res artificiose fieri significarique possint: neque rursum omnia semper externa necessitate pulsari: siquidem oporteat non solum esse, quæ extrinsecus, sed etiam, quæ intrinsecus moveantur. Et quæ intrinsecus, partim quidem a determinato quodam instinctu naturæ, partim vero ab absoluto et amplo liberoque principio; alioquin ordo mobilium aut nullus erit, aut non redigetur ad summum: et, quæ mobilia sunt, per aliud ad ipsum, quod per se mobile est, quod tamen oportet esse, minime referentur. Quod enim fertur solum instinctu naturæ, non se ipsum movet, sed vel impellitur ab imprimente naturam more sagittæ, vel trahitur a cognato, sicut a magnete ferrum. Quam ob rem intellectualis anima cum optima quadam, id est, intellectuali, ratione facit omnia: ratione, inquam, universali prorsus et absoluta quæcunque promit, ex intellectuali principio agit ipsa, non patitur. Sapientia enim intellectualis apud Plotinum et magnos plerosque philosophos causam non habet externam, ex occurrentibus videlicet incitantem, sed intus ab ævo lucet, et micat intrinsecus, hucusque nullo prorsus impediente. Emicat quoque in rationem intelligentiæ proximam, et utentem intelligentia, quoties non impeditur. Impeditur autem tum communiter ob distractionem quandam animæ circa plurima, tum proprie in quibusdam, qui vel nascuntur insani, vel fiunt, et hoc quidem tribus præcipue modis: nam aut hebetes, vel obliviosi, aut stolidi, aut furiosi sunt. Hujus insaniæ causa est tum sensualium instrumentorum ineptitudo, tum elevatio vaporum, tum vehementior imaginationis intentio, qua rationis remittitur actus, tum naturæ occupatio nimia circa morbi curam, tum denique occupatio quædam dæmonica. Forsan vero sicut immanes in moribus actiones a nobis instigatione dæmonum infimorum procedere solent: sic insania fit plerumque mira quadam machina dæmonum: qui, sicut vapores humorum sensibilesque imagines ad incitamenta concitant vitiorum, sic et vapores in corpore et imagines in phantasia nonnunquam provocant ad eam incitandam, ac penitus roborandam, ut inde ratio vel remittatur, vel illudatur. Fieri vero insaniam a dæmonibus humores mirabiliter irritantibus, Serapio et Avicenna majoresque non negant, et Evangelium ubique testatur: ubi, dum sanantur correpti dæmone, curantur insani. Non enim verisimile est animam divinitatis participem vel tam scelerate peccare, vel adeo insanire, nisi natura id insuper dæmonica moliatur: ideo forsan in secundo capite dixit, ingentem ingeniorum morumque diversitatem non esse a manifestis tantum causis atque propinquis. idcirco Paulus Apostolus inquit, nobis non esse certamen duntaxat adversus corpus, sed adversum dæmones caliginoso huic aëri destinatos. Prospera igitur vel dispositio humorum ac membrorum vel stellarum positio non efficit sapientiam, sed significat sapientiæ usum ab opposita dispositione vel positione non impediri. Quo quidem impedimento nobis sublato per se ipsum foras emicat sapientiæ lumen. Quæ vero de dæmonibus diximus, sic a Porphyrio in libro de Oraculis confirmantur: Sunt, inquit, corpora hominum malignis plena dæmonibus, præsertim illorum, qui epulis delicatioribus vivunt. Comedentibus enim nobis, adveniunt et inhærent corpori: idcirco jejunium et castitas maxime laudantur: non quia proprie Deus bonus ita placetur, sed ut recedant illi, qui sanguine et immunditia gaudentes, ut his ipsi quoque fruantur, corpora voluptuosorum ingrediun-

tur. Constat enim vehementem caducarum rerum cupiditatem et libidinosi spiritus impetum non aliunde, quam ex malignorum dæmonum præsentia nimium invalescere: quare cum appetitio vehementius inflammata est, et voluptatis ardor animum sic exagitat, ut omnis cogitatio ad exteriora vagetur, tunc hujusmodi dæmones præsentes esse cognoscito, quorum præsentia facit, ut spiritus naturaliter avidus in nobis exerescat. Hæc ibi, quæ et in libro de Abstinentia eisdem pene comprobat verbis.

## SUMMA MARSILIANA.

*Quod non omnia fatali necessitate proveniant.*

I. QUONIAM vero desideras, Laurenti, seorsum, quid de his Marsilius Ficinus sentiat, intelligere, rem ipsam ab alio rursum exordio repetam. Ipsum bonum omnibus providere constat, ex ordine rerum omnium ad certum finem mirabiliter instituto. In quo quidem ordine et singula ubique ad bonum proprium diriguntur, et cuncta simul ad bonum commune conducunt. Et si mirum videri potest, ipsum bonum in ordine providentiæ suæ permittere malum, satis tamen constat, id sæpe permittere, videlicet gratia boni, dum rerum præsentium permittit interitum, ut infinitæ deinceps novarum formarum facies generentur: quas quidem existere simul neque formarum repugnantia patitur, neque locus admittit. Cum vero Deus sit bonitas ipsa simpliciter, non tamen simpliciter sit ipsa necessitas, sed quantum spectat ad bonum, magis videtur (ut ita dixerim) opponi malum Deo, quam contingentia. Itaque si permittit malum, nimirum contingentiam quoque permittit. Veruntamen sicut malum ubique reducit in bonum, ita contingens passim in necessarium redigit. Quicquid enim dum futurum erat, fore contingere poterat atque non fore, id totum et dum jam est, necessarium est existere, et cum præteriit, necessarium præteriisse: et collectis per conditionem undique circumstantiis ex contingenti plerumque necessarium videtur evadere. Proinde non est putandum, necessitatis oppositum secundum formalem rationem esse ipsum, quod dicitur impossibile: in ipso enim formalis necessitatis opposito nulla debet includi necessitas: hæc tamen in eo, quod impossibile est, includitur. Impossibile enim est, quod esse non potest. Quod vero nequit esse, necessarium est non esse. Item in ipso necessario impossibile videtur includi: quod enim necessarium est existere, impossibile est non esse. Verum igitur oppositum necessarii est contingens. Sicut enim ipsa necessarii ratio ad esse tantum, vel non esse solum definita est: sic vicissim ratio contingentis ad esse vergit, pariter atque non esse. At vero inter necessarium, idve, quod pariter contingit, utrimque, medium videtur esse contingens ut plurimum, cujus quidem oppositum rarius accidit. Sic itaque humanam speciem esse necessarium est: hominem vero hunc et illum moveri vel quiescere pariter accidit. Hominis manum habere digitos quinque contingit ut plurimum, rarius autem sex habere vel quatuor. Esse autem ipsum æque ad utrumque contingens rerum ordo requirit, ut, si datur necessarium, detur et ipsius oppositum: in qua quidem oppositione propria, ipsius, quod dicitur ens, distinctio reperitur. Sic ergo, si dandum est oppositum necessario ratione formali, extare oportet ipsum pariter ad utrumque contingens. Rursum si dandum eidem est oppositum ratione materiæ, dicemus ei, quod esse necessarium est, opponi, quod impossibile sit existere. Inter hæc vero medium possibile collocabimus: id autem est contingens: tum sæpius quod necessario potius appropinquat, tum rarius, quod declinare videtur ad impossibile: tum indifferenter esse vel non esse contingens, quod sane concedendum est tanquam verum et æque distans, hac ratione medium inter necessarium esse, atque impossibile fore. Nascitur vero contingens ipso rerum ordine per gradus continue plurimos descendente: quo quidem in ordine, quæ propinquiora sunt, primo penitus immobilia sunt, ipsi videlicet intellectus: Animæ deinde tanquam paulo remotiores motu tantum formali moventur substantiam non mutante. Cælestes subinde substantiæ, dum ipsæ quoque permanent, locali interim quodam motu volvuntur, et formali rursus, quatenus configurationes quasdam vicissim orbe commutant: sed moventur (ut ita dixerim) immobiliter, quatenus eodem semper ordine necessario revolvuntur. Ad hæc autem consequens est, ut, quæ sub cælo sunt, jam mobiliter moveantur. In hac sane vaga motionum sorte nascitur contingentia, dum, quæ ita moventur, a proprio nonnunquam solitoque ordine digredi et prævaricari videntur, quamvis communem ordinem universi transgredi nequeant. Cum enim per plurimos deinceps agentium gradus et virtus efficax minuatur, et complurima tandem repugnantium formarum confluat multitudo, nimirum sequitur, ut propria quæque natura ab officio quandoque deficiat, dum paulatim debilitata virtus aliquando diversorum occursu facilius impeditur. Sic itaque

seminaria plantæ animalisve natura prolem suam neque parit semper, neque opportune parit ubique, neque perfectam. Quamvis igitur, quantum ad naturam cælestem pertinet, rem procul dubio necessariam, absoluta proles hæc plantæ vel animalis certis foret temporibus proventura: contingit tamen interdum non evenire, vel non provenire perfectam, quando scilicet natura generantis propria vel intrinsecus deficit, vel impeditur extrinsecus. Sæpe quidem præsens dispositio cæli certam quandam in hac materia qualitatem jamjam productura videtur: at diversa materiæ qualitas ex propinquis causis conditionibusque contracta effectum cæli aliter aliterve permutat. Neque nobis objiciat aliquis, hanc quoque materiæ qualitatem idcirco a cælestibus evenisse, quia propinquæ causæ a cælestibus moveantur. Esto, moveantur quidem, sed pro natura sua: neque enim vel Deus, dum per cælum agit in inferiora, aufert sua munera cælo: vel cælum, cum per causas inferiores agit in nostra, interim proprias naturalesque his causis vires actionesque subducit. Cum igitur effectus uniuscujusque forma simul atque conditio pro affectione materiæ soleat provenire, ipsaque materiæ hujus affectio a cælestibus quidem communiori quodam pacto, a propinquioribus vero causis modo penitus proprio fiat, sequitur, ut propria effectus terreni conditio talis proveniat potius, qualem causa propinqua materiam afficiendo requirit, quam qualem tentare vel inchoare causa remota videtur. Non enim si causa remota necessaria est, mox eventus inde omnis provenit necessarius, nisi etiam causa propinquior necessaria fuerit. Jam vero manifestum est, quod sæpe jam dicimus, effectus singulos causis ubique propriis similiores evadere, quam remotis, ut plantæ et animalia quælibet, non tam cælestibus similia judicantur, quam propriis genitoribus et seminibus unde nascuntur: ex quo patet, effectus ejusmodi naturam sortemque suorum seminum sequi, potius quam cælestium, ac pro conditione familiarium causarum, rerumque omnium circumstantium, quæ omnino mutabilis est, mutabiliter evenire, non necessario pro conditione cælestium: et merito, quorum natura non necessario suum retinet esse, sed ab eo deficere potest, eorundem quoque virtus non necessario agit, sed interdum cadit ab actione. Quam ob rem quæ necessaria fore forsan judicarentur ex cælo, eadem apud nos ex hac materia regioneque contingenter eveniunt. Materia, inquam, quoniam omnium æque formarum semper est avida. Regione, inquam, quoniam innumerabiles hic et inter se pugnantes confluunt qualitates. Influxum ergo cælestem proprio quodam ordine quandoque ad certum aliquid processurum, tam materia hæc aliorum quoque avida, facileque capax, et confunditur cum aliis, et perdit, subinde aliud receptura, tum regio plena discordium qualitatum commiscet protinus atque transformat, ut vix certum aliquid hic cælitus oriatur, et vix quale sit nasciturum valeas conjectare, nisi forte circumspexeris universum: ut, quot qualesve tum ex alto, tum e medio, tum ex infimo causæ conditionesque quolibet momento confluant: quidve rursus et quale consurgat ex cunctis, perpendere possis. Proinde si natura corporea, quæ et manifestius corpori cælesti subjicitur, et ad unum quiddam potissimum determinata videtur, non necessario cælestes admittit influxus: tales dico prorsus, quales mittuntur e cælo, multo minus rationalis anima, cujus notio motioque et intima et latissima est, et sæpe genus corporale transgreditur, corporique repugnat, cælestem instinctum necessario sequitur: cui sane frustra natura dedisset, ut quotidie consultando possit pro conjecturarum diversitate plura inter se opposita in consultatione proponere, nisi posset ad utrumlibet eligendo se ducere: non posset autem ad utrumlibet se conferre, si certa quotidie constitutione cæli compelleretur ad certum. Accedit ab hæc, quod, cum divina providentia permittat in rebus naturalibus quandam ad utrumlibet contingentiam, ex earum defectu nascentem: multo magis in agentibus voluntariis, ubi hæc ex perfectione oritur, permittit eandem, quæ profecto magis admodum horum propria est: quippe cum illa quidem ex impressa tantum forma, hæc autem ex concepta insuper notione moveantur et agant.

Adde, quod omnis cælestis instinctus, quatenus e cælo est proximo divinæ providentiæ instrumento, atque inde mirabiliter ordinato, ad optimum semper certoque ordine ducit. Quod igitur absque ordine recto sæpe vagemur, et ab optimo sæpius aberremus, non a cælo quidem, et multo minus a motore cæli, sed a propria nostri generis, aut moris, aut fortunæ conditione contingit. Jam vero si generis nostri morisque proprietas cælestem influxum ex ordinato bonoque in oppositum pervertere potest, multo facilius ex qualibet alia qualitate in aliam sæpe convertere. Dedit natura communis per gravitatem gravibus ut descenderent. Descendent igitur omnia gravia quodam naturæ communis impulsu, nisi forsan impediantur. Impediri vero procul dubio possunt, ne moveantur: sæpe etiam incitari, ut rapacius, quam natura ferat, præcipitentur: tum vero pro diversitate figuræ sive naturalis, sive artificiosæ aliter per declivia, aliterve descendent. Aliter enim sphæra, aliter cylindrus, aliter angularis figura labetur: quod quidem Chrysippus ille fatetur, fati cælestis magnus assertor. Ergo similiter præsens hæc aut illa constitutio cæli his hac hora nascentibus, atque illis communiter tum

in corpore calorem, tum in animo vehementiam illatura videtur: sed in hoc quidem natura parentum, loci, temporis, nutrimenti frigida humidaque imminentem cæli vim temperat, et convertit forsitan ad oppositum. In illo autem eorundem calida siccaque natura, moderatam quodammodo qualitatem cælitus venientem producit in nimiam. Rursum tum propriæ variæque naturæ generantium atque nascentium, tum leges consuetudinesque diversæ impulsum tam animi, quam corporis, talem cælitus descendentem varia inter se graduum modorumque sorte distinguunt. Quo factum est, quemadmodum sæpe diximus, ut non tam pro agentis natura præsertim remoti, quam pro conditione propinquiorum agentium, et denique pro affectione materiæ ac dispositione loci sæpius effectus soleant exoriri. Quid plura? Radius Solis idem aliud aliterque agit, si ex recto, quam si ex obliquo percutiat: si per aërem serenum, quam si per caliginosum transeat. Caliginosum vero aërem non tam cælestia, quam terrestria reddunt: item aliud agit, si ceram, quam si lutum aggrediatur: hanc enim liquefacit, hoc exsiccat. Rursum si glaciem, quam si crystallum: illam aliquando fundit, hoc vero nunquam. Si nivem in cacumine montis, quam si in concavo montis invadat: illam enim tardius admodum, hanc citius liquefacit. Licet et hic sæpe videre in eodem cacumine nivem eodem delapsam tempore, qua parte ad meridiem vergit, citius admodum extillare: qua vero ad septentrionem, durare diutius, quamvis pars a parte vix cubito distet, tantum efficit vel brevis discrepantia situs. Denique radius, si ad breve tempus agat, sæpe caligines congregat: si ad longum, disgregat: et aliter per aperta, aliter per concava facit: et aliis quidem eodem tempore prodest, aliis vero vel in eodem loco nocet. Tantum vero superiorum vires mutantur ex loco atque materia, ut, cum ad motum Lunæ aquæ plerumque crescant atque decrescant, non tamen omnes id aquæ faciant: nam et mare non ubique id patitur aut æque: atque ubi maxime videtur id observare, vento sæpe contrario impeditur excrescere. Sunt propriæ locorum sub quolibet sidere qualitates, aliæ quidem palustrium, aliæ vero campestrium puriorum, aliæ autem domesticorum collium, aliæ vero sylvestrium. Item pro varietate caloris, frigoris, siccitatis, humoris, ventorum, vaporum, fluminum, vallium qualitates longe diversæ, quodcunque sidus immineat: unde et differentes ætatum termini, et variæ corporum habitudines, diversi ingeniorum captus proficiscuntur. Quocunque momento nascantur, multi simul nati, quia diversis in locis habitant, non simul ægrotant: multi non simul nati, ex vento et nebula et vapore simili simul ægrotant: et, quocunque tempore nati sint, et in quacunque ætate sint constituti, simul in morbos incidunt, qui in regionem contagiosam pariter confluxerunt. Profecto quamvis universales superioresque causæ vim habeant in effectibus amplam, intimam, diuturnam: mediæ tamen causæ potissimum propinquæ ad proprias eventuum qualitates quam plurimum ac fere totum possunt: quo fit, ut effectus eis admodum similiores evadant. Communissimi enim influxus causarum longinquiorum persequentes causas gradatim determinantur, atque distinguuntur: sic vivifica cæli virtus, communiter favens omnibus nascituris, in diversis plantarum et animalium speciebus ad eas ipsas species definitur: in singulis quoque sub specie ad proprietates contrahitur singulares. Actiones deinde passionesque naturales rerum tales potissimum aut tales singularia individuorum principia in primis, et specialia insuper potius, quam communissima ubique sequuntur: præsertim quando principia communissima sunt æquivoca, ac genere ab effectibus diversissima, talia esse cælestia nemo negat. Cæterum ne quis forsan objiciat, quicquid est in secundis causis, a primis inesse, ac deinceps quicquid in tertiis reperitur, tribui penitus a secundis: atque ita nihil ullo modo a sequentibus causis provenire, quin similiter a superioribus quoque proveniat. Memento causæ sequentis naturam non solum esse superiori similem, quatenus habet inde, sed etiam dissimilem, quatenus extra processit, neque solum degeneravit inde, sed insuper aliud quiddam et qualitate quadam propria differens jam evasit: sicut radius in cælo mulcens, in terra vorans: item in cælo nitens, in nube rubens, ut non mirum sit, aliquid hinc subinde fieri tale, quale proprie non provenit inde. Itaque multa per causas cælo inferiores effici talia passim atque talia, qualia non efficiuntur a cælo. Memento rursum has sub Luna causas sortiri vires a vita mundi non solum per cælestia, sed etiam proxime per vegetalem animæ vim ubique vigentem, sicut et animalis vita multa dat pedibus manibusque per membra præcipua: multa etiam per se ipsam; et quæ dat per membra præcipua, etiam transformantur in illis. Memento denique, ex omnium causarum concursu consurgere vim, quæ proprie reperitur in nullis, sicut ex confluxu materiarum et qualitatum materia quædam nova, qualitasve resultat. Neque vero negabit omnino sub necessariis contingentia legitimus ille Platonicus, qui sub unitate multitudinem, sub statu motum contemplatur rite nascentem, atque res ipsas sub unitate statuque simplici per certam multitudinem mobilitatemque longo graduum tractu ad innumerabilem ferme numerum et incertam mobilitatem denique pervenire: in quo quidem amplissimo graduum differentium ordine decus bonumque universi con-

sistit. Quam ob rem singulæ singulorum motiones et passiones, quæ in multitudinem mobilitatemque infinite multiplicem variantur, non possunt per vires motionesque cælestes, quæ certo numero definitæ sunt, et ordine certo procedunt, ita ut continue variantur, distribui proprie atque duci: nisi forte quispiam ita deliret, ut singulos etiam delirantium et ludentium puerorum motus quovis momento singulis cælestium assignet influxibus, ut nec aliter moveantur manus, pedes, digiti, labia, oculi, sensus, imaginatio momento quolibet, quam cælestis ille decernat influxus. Sic ad illius normam innumerabilium locustarum saltus describatur muscarumque volatus, et offensiones quælibet illatæ quibuslibet. Sed profecto non omnia fiunt prorsus et compelluntur a cælo: imo et cælum opera actionesque elementorum et mixtorum plantarumque et animalium non efficit sine illis, atque ignis sub quolibet sidere calefacit, et generat ignem proprietate naturæ: neque sub ullo sidere frigefacit, vel generat aquam, cæteraque similiter. Quam ob rem, quomodocunque se cælum habeat, continue naturalia quælibet, tam non viventia quam viventia pro natura sua, impulsu, occasione, indigentia, imaginatione ita potius agunt, aut ita huc potius, aut illuc manifeste feruntur: atque hæc omnia, quod sint, vivantque communiter, et agere communiter movereque possint, ac moveri, habent cælesti favore. Quod autem in tali specie et singulari proprietate sint, a genitoribus habent atque loco, et quia talia taliter agunt. Quod vero tot talesve in universo sint species, tum ex idealibus divinæ mentis provenit speciebus, tum ex rationibus animæ seminalibus. Ipsa enim specialis distinctio rerum neque casu accidit, quum semper ordinatissima sit: neque ex materia fit prorsus informi, quum ipsa sit mira formositas subjecto formato præstantior: neque vel ex mobili cælestium habitudine, ipsa enim est immobilis ac prorsus æterna: vel ex cælestibus formis duntaxat atque figuris, quum et in cælo species ita describi non possint, et multæ sint rerum species incorporeæ, et formalis ipsarum ordo artificiose directus ad finem, ab intelligentia quadam præscribente finem, debeat proficisci.

*Confirmatio contra cæleste fatum per Alexandrum, Enomaum, Diogenianum, Ptolemæum.*

II. Alexander Aphrodisius in libro de Fato ad Antonium Chrysippi opinionem de fato refutat, multisque argumentis ostendit, nihil aliud esse fatum vel fatale, quam quod natura fit, et ostendit, præter naturam etiam fieri nonnulla, quum interdum accidat impedimento quodam naturam detineri. Quum ergo præter naturam quædam fiant, profecto, si natura fieri est fato fieri, fient etiam præter fatum, atque ita subdit: Videmus corpora humana ægrotationibus aliis aliud secundum particularem eorum naturam esse subjecta. Scimus quin etiam naturalem ejusmodi corporum habitudinem diligenti norma vivendi, et medicorum arte, et Deorum consilio in melius verti: quod similiter animo quoque accidit: nam præter naturalem inclinationem ejus, quam complexione corporis habet, exercitio atque doctrina sæpe fit melior. Unde quum physiognomon Zopyrus turpia quædam de Socrate et a virtute ipsius aliena dixisset, et a multis idcirco derideretur: respondit Socrates: Non errat Zopyrus. Talis enim natura forem, nisi naturam philosophia superavissem. Hujusmodi ergo sunt illa quibus natura præest: quæ naturalia nihil a fatalibus differunt. A fortuna vero ea fiunt, quæ nullo modo intenduntur. Quando alterius gratia quædam fiunt, et aliud accidit quod ab initio nec sperabatur quidem: ut si quis agrum fodiens, thesaurum reperiat, quum hujus gratia non foderet, quæ certe non aguntur fato. Sunt autem causæ quædam hominibus prorsus ignotæ. Nonnulla enim suspensa collo morbos quosdam curare dicuntur, in quibus nullam certam habemus causam. Excantationes etiam maleficæque artes quam causam habeant, incertum est. Sed præter hæc nonnulla sunt, quæ ad utrumlibet contingentia nominantur, quæ fato fieri omnino negamus, ut movere pedem, levare supercilia, tacere, loqui, cæteraque hujusmodi prorsus innumerabilia, quæ fieri fatis nullo modo dici possunt. Quod enim fatale est, suscipere contrarium nequit. Præterea consilium hominis omnino vanum esse non debet. Esset autem frustra, si quæcunque agimus, necessario faceremus. Procul dubio autem id præter animalia cætera homo possidet, ut non similiter atque illa phantasiam ubique sequatur, sed rationem habeat, qua faciunda dijudicet: cujus quidem usu quæ in phantasiam inciderunt examinans: siquidem examinando probat, phantasiæ concedit, atque ad agendum deinde movetur. Sin autem improbat, illa rejicit expellitque: obtemperans rationi. Itaque de his solummodo, quæ agere possumus vel non agere, deliberare solemus: ac si quando consilio non maturo, sed cupiditate præcipiti aliquid perpetremus, postea nos ipsos temeritatis spretique consilii crimine accusamus, et omnes temere aliquid agentes vituperamus, hortamurque consilio uti, quasi nobis insit agendi potestas. Quod autem opinio, quæ de fato habetur, falsa penitus sit, inde patet, quod etiam opinionis ejusmodi auctores et docent, et discunt, et hortantur, et consulunt: increpant etiam, castigantque suos tanquam propria voluntate peccantes: quare vel secundum ipsos nulla est hæc fati necessitas. Libertas igitur nostra natura om-

nibus inest: plura tamen non esse nostræ potestatis concedimus, ut, quæ natura vel fortuna fiunt, quæ nullus subjecta fatis dicere prorsus audebit. Hæc Alexander. Similia ferme tradit Enomaus philosophus contra Chrysippum, concludens animalia bruta proprio quodam appetitu quolibet momento utcunque contingit moveri, potius quam necessaria quapiam serie causarum, multoque magis homines proprio consilio vivere: qui etiam multas ex causis, quo minus concurrant ad effectum conficiendum, sua possint industria permutare. Confirmat eadem Diogenianus philosophus in libro contra Chrysippum, probatque non omnia fieri necessaria quadam serie causarum inevitabiliter concurrentium: sed et alia insuper propria quadam et singulari natura, alia vero fortuna, alia consilio nostro, alia voluntate Deorum. Confirmat Ptolemæus et sæpe alibi, et in Quadripartito, dicens, effectus et a Deo in cælestia, et a cælestibus inter se indissolubili quadam serie proficisci: sed a cælestibus adversus inferiora non semper inevitabiliter et ordine cælitus inchoato. Permutari enim et impediri posse tum naturis inferioribus aliquando repugnantibus, tum arte simul atque consilio. Tum vero in libro de Judiciis inquit, homines non semper sequi generales instinctus cælitus institutos propter particulares locorum generantiumque naturas, et propter consuetudines varias, atque regionum occasiones ad quædam proprie provocantes vel adjuvantes.

*Confirmatio superiorum per Bardesanem Syrum, perque alios et per Marsilium ipsum.*

III. Bardesanes Syrus, quem tradunt astronomia et Chaldæorum omnium sapientissimum exstitisse, longo quodam dialogo disputat: bruta quidem ferri singulatim ad propria quædam instinctu naturæ: homines autem præter naturalem instinctum possidere mentem, et orationem, quæ a mente profertur, cujus munere non omnino natura ferantur: unde varia sit hominum vita. Non victus unus more brutorum, non vestitus idem, non mores similes atque leges, non cupiditas rerum simplex: sed pro arbitrio fit variis electio differens, ac vitæ institutio varia. Hinc ergo probat non natura passim hominem ferri: quoniam una in omnibus sit natura, studia vero diversa. Narrat subinde longo quodam ordine quam diversæ leges moresque sint gentibus, quibus actiones quædam prohibeantur, vel etiam permittantur: quæ quidem institutiones serventur ab eis quacunque hora nascantur, et ad quamcunque transmigraverint regionem: neque ulla positione siderum aut in genesi, aut in loco regnante aliter agere compellantur: quasi firmior sit ad vivendi normam in legibus et moribus, quam in sideribus auctoritas. Subdit vero post multa hunc in modum: Omnes Judæi Mosaica lege octava die pueros circumcidunt, nec alicujus stellæ vi ad talia compelluntur, nec regionis natura coguntur, nec alienis moribus unquam, ut aliter faciant, adducuntur: profecto ubicunque sunt, legem suam servant, quod necessitate nativitatis fieri nullo modo potest. Non enim possibile est, eandem nativitatem Judæos omnes habere, ut simul nati similiter octavo die sanguinem fundant, vel septimo quoque die pariter conquiescant. Quid autem dicemus de Christianorum secta, qui in omni orbis parte, imo vero in omni civitate reperiuntur: et ubicunque sint, ut alienis legibus moribusque vivant, cogi non possunt: nec genethliaca necessitate, aut principis alicujus imperio compelluntur, ut, quæ nefanda magister eorum duxit, facienda putent: sed paupertatem, labores, ignominiam, cruciatus intolerabiles sufferunt. Proinde si omnia potestatis essent nostræ, nos essemus universum: sin vero nihil possemus, aliorum essemus instrumenta, neque voluntate nostra quicquam ageremus: Deo autem volente, nihil impediri potest: illius enim potestati cuncta subduntur, qui unicuique naturæ præcipuum aliquid est largitus: homini autem illud dedit eximium, ut libertate voluntatis atque judicii uteretur. Ostendit inter hæc vanum esse terrarum quidem orbem in septem climata partiri, et alium planetarum dicere in alio climate dominari: quorum virtute passim sint conditæ leges: nam etsi terrarum orbis septem partibus dividatur, in singulis tamen partibus multas, nec septem solummodo, septem planetarum instar: nec rursum duodecim, ad numerum signorum: nec triginta sex, ad numerum triginta et sex facierum, sed innumerabiles legum asserit differentias inveniri, quarum institutionibus alii aliter vivant, ad quamcunque commigraverint regionem. Eadem omnino eisdem pene verbis confirmat Clemens sectator Apostolorum: confirmat experientia morum. Ubi enim impune peccare licet, etiam modestiores peccant: ubi vero et quando acrius animadvertitur in peccantes, etiam, qui naturaliter instigantur ad scelera, cohibentur. Sæpe etiam pro majori minorive occasione commoditateque magis minusve peccatur, vel etiam recte agitur. Confirmant eadem Aristoteles et Plutarchus potissimum auctoritate Lycurgi, quem tradunt ostendere volentem, quantum præ cæteris lex et consuetudo et educatio valeat: catulos geminos ejusdem partus educavisse, qui quatenus a Lycurgo dissimiliter educati fuerint, eatenus evaserint inter se dissimiles. Quod si educatio in brutis superat paritatem genesis et parentum, multo magis in hominibus superare potest. Jam vero quantum consuetudo et diligentia valeat, longa narratione Plutarchus ostendit, ubi scribit multos natura semper infirmos, diligentia sola

senium implevisse. Mitto quid de Phileta poëta, et Mæcenate scripserit, cæterisque permultis. Aristoteles profecto scribit, Herodicum quendam literatum virum, sed admodum valetudinarium sola victus diligentia centum annos implevisse. Qua de re Plato etiam testis est in Republica. Sed quid opus est testibus? Et nos cognovimus similes, et miros medicinæ et diligentiæ fructus sæpius experti sumus, atque ex diversa consuetudine, educatione, disciplina diversitatem plurimam in corporibus moribusque et ingeniis proficisci, et quod Physici omnes comprobant, compertum habemus in plurimis consuetudinem ipsam alteram esse naturam. Consuetudinem vero scimus, non quadam naturali necessitate constare sed vel legibus publicisque moribus, vel exemplo et disciplina privata, vel fortuna et occasione quadam, vel proprio quodam consilio opinioneque provenire, aut etiam ex his omnibus congregari. Sæpe quin etiam consuetudo regionis et temporis et alicujus præstantioris exemplum, musicos facit multos et poëtas, vel oratores, atque pictores, vel etiam venatores potius, quam certa nativitas. Et quando nativitas inchoat, non tamen absolvitur, nisi pro facultate nascentium, et regionis et temporum. Sæpe militaris vel regia domus milites efficit, atque reges potius, quam nativitas. Imitatione bonorum multi quotidie fiunt boni, mali vero imitatione malorum, quocunque sidere nati fuerint: sicut ex contagione per unum multi subinde languent, non tam stellis, quam veneno contagionis infecti. Quid plura? quantum possit facultas regionis et hominum institutio, declaratur ex eo, quod nullum sidus piscatores facit et venatores, ubi nulla facultas, nulla consuetudo piscandi est atque venandi: atque vicissim omnes ferme sub quolibet sidere nati piscantur atque venantur, ubi et occasio et usus id et indigentia præstat. Quando et ubi consueverunt homines animalibus vesci, animalia prorsus innumerabilia quotidie ante institutum a natura tempus interimuntur: contra vero, animalia eadem consenescunt, sub quocunque sidere nata dicantur. Similia de frugum pomorumque devastatione contingere, quocunque tempore coaluerint, pro consuetudine hominum atque libidine, non pro fatali serie licet argumentari. Observo equidem quotidie terminos aspectusque planetarum, quidve portendant, diligenter exploro. Mitto, quod in die (ut dicitur) infortunato prospera multis eveniunt: in die fortunato accidunt multis adversa: et quolibet momento certantes alii quidem superant, alii superantur. Certe infelices astrologorum dies sæpe serenissimi sunt atque placidissimi, felices sæpe contra. Ego vero expertus sum tum corporum, tum animorum qualitates potius ad aëris differentias, quam ad differentes stellarum aspectus aliter atque aliter affici. Tandem compertum habeo, notatos planetarum effectus pro diversitate regionum atque hominum longe differentes evadere. Si pluvia promittatur, alibi quidem pluit multum, alibi parum, alibi nihil ad differentias regionum. Si designentur discordiæ vel libidines, alii quidem ad hæc vehementius incitantur, alii vero remissius, alii minime: neque tantum id pro corporum naturali varietate, sed etiam pro ætatum diversitate, imo etiam pro differentia educationis et disciplinæ consuetudinisque et occasionis differenter contingere video. Ut denique certus sim, eventus e cælo quotidianos non ita prorsus, sicut cælitus destinati videntur, expleri, sed aliter passim aliterque contingere. Si quid vero ad discrimen ejusmodi momenti est, ex ipso nascendi momento, in quo qualitas e cælo certa nobis dicatur infusa. Assero similiter illam non potuisse ad exactam cæli normam examussim in nobis exprimi, quippe cum ad confundendam hanc expressionem multa sub cælo tum ab initio, tum quotidie, propriam adhibeant efficaciam vel passionem: quæ sane sicut singula naturam habent longe a cælestibus differentem, sic et cuncta congressionem progressionemque non omnino cælestibus ordinibus congruentem. Confluunt igitur sub cælo multa invicem sæpe aliter, quam ordo cælestis conciliaret: quemadmodum et sæpe aliter animæ rationales agunt, quam summa Dei ratio dictet. Concurrunt et plurima contingenter, velut pulchritudo in homine simul atque eloquentia: nullum enim ordinem duo hæc invicem habent, ex quo patet, ex nulla unquam determinata causa confluere simul. Ex hoc tamen concursu persuasio vulgo contingit uberior. Quod quidem pulcher homo sit, ex certa causa fieri potest. Item quod eloquens, ex causa certa, quamvis alia. Quod autem ambo sint simul, ex quorum congressu facilis nascitur persuasio, ex nulla videtur determinata causa fieri, alioquin ordinem haberent invicem necessarium. Nunc vero pulchro accidit fortuito, ut sit eloquens, atque e converso: neque quia pulcher aut albus, ideo necessario eloquens, neque vicissim. Hunc ergo similesque concursus velut fortuitos in causam determinatam referre non potes. Falsum est igitur omnia ex determinata quadam causa proficisci. Falsum quoque est, posita alicujus determinata quadam causa, illud mox necessario perfici. Cadit enim ex diversis passim impedimentum ex inferioribus tum inter se sibi repugnantibus, tum adversum cælestia cælestium ordini resistentibus, duriusque cedentibus, atque confundentibus, tum casu invicem confluentibus. Accedit ad naturalia permutanda, tam animalis motus, quam rationalis naturæ consilium, aut

unius, aut etiam plurimorum, sive consentiant inter se, sive dissideant. Quam ob rem cum falsa sint illa duo, quibus potissimum assertores fati nituntur, constat non omnia fato, id est, necessaria causarum serie cælitus dependentium provenire. Juvat autem præsentem disputationem auctoritate quadam prophetica simul regiaque concludere. Apud Synesium Platonicum rex Ægyptiorum, idemque (ut ille ait) Propheta, rerumque peritissimus divinarum, cum imperium Osiri filio traderet, admonet eum, ut Typhonem fratrem e medio tollat, sic dicens: quasi pestem quandam et fatum iniquum fratrem tuum, si recte sentis, removendum cura: ut tuum Ægyptiorumque omnium fatum adversum occupes, et consilio ne invadat prohibeas: licet enim ac fieri potest.

## LIBRORUM TERTIÆ ENNEADIS PLOTINI PHILOSOPHI SERIES,

### MARSILIO FICINO INTERPRETE.

I. *De fato.*
II. *De providentia.*
III. *De providentia.*
IV. *De familiari cujusque dæmone.*
V. *De amore.*
VI. *De impossibilitate incorporeorum.*
VII. *De æternitate et tempore.*
VIII. *De natura et contemplatione, et uno.*
IX. *De diversis meditationibus.*

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ Α.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ,

### LIBER I.

### ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ,

### De Fato.

228 ΑΠΑΝΤΑ τὰ γιγνόμενα καὶ τὰ ὄντα ἤτοι κατ᾽ αἰτίας γίγνεται τὰ
γιγνόμενα καὶ ἔστι τὰ ὄντα, ἢ ἄνευ αἰτίας ἄμφω· ἢ τὰ μὲν ἄνευ
αἰτίας, τὰ δὲ μετ᾽ αἰτίας ἐν ἀμφοτέροις· ἢ τὰ μὲν γιγνόμενα μετ᾽
B αἰτίας πάντα, τὰ δὲ ὄντα, τὰ μέν ἐστιν αὐτῶν μετ᾽ αἰτίας, τὰ δὲ
ἄνευ αἰτίας· ἢ οὐδὲν μετ᾽ αἰτίας ἢ ἀνάπαλιν, τὰ μὲν ὄντα μετ᾽ αἰ-
τίας πάντα, τὰ δὲ γιγνόμενα, τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ ἐκείνως· ἢ οὐδὲν

7. ΠΕΡΙ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ] Enneadi tertiæ titulos librorum præmittit Cod. Marc. B. τάδ᾽ ἐστὶ Πλωτίνου φιλοσόφου ἐννεάδος τρίτης: (a) Περὶ εἱμαρμένης: &c. eadem lectione variante in titulo libri sexti, quam exhibuit is Cod. ad calcem vitæ Plotini, ut supra notavi.

9. ΑΠΑΝΤΑ] Edit. πάντα sed Codd. Darm. Mon C. Med. A.B. Vat. Marcc. Vind. A. ἅπαντα. Tum Med. A. et Marc. B. γενόμενα.

ib. καὶ τὰ ὄντα] In Cod. Vind. A. omissum est καί. Proxime Orellius: ἤτοι κατ᾽ αἰτίας γίνεται τὰ γινόμενα καὶ τὰ ὄντα omisso ἔστι, credo operarum vitio nam et libri agnoscunt, et Ficinus atque Grotius expresserunt, et senteutia postulat.

12. ἐστιν αὐτῶν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. Vat. Vind. A. αὐτῶν ἐστιν.

ib. δὲ ἄνευ] Cod. Ciz. δ᾽ ἄνευ, cum Marcc.

13. ἢ οὐδὲν μετ᾽ αἰτίας] Ita Codd. Darm. Med. A.B. Marc. B.C. Par. A. et marg. Vat. et expressit Fic. Sed omittuntur hæc in Codd. Ciz. Mon. A.C. Vind. A. Marc. A. et contextu Cod. Vat. et a Grotio. In Cod. Med. B. eadem bis deinceps scripta sunt. In Ed. est ἢ δ᾽ μετ᾽ αἰτίας, et sic Orell.

14. οὕτω] Ita Codd. Mon. C. et Vind. A. Reliqui cum Ed. οὕτως, et sic Orell.

I. *Alia sunt, alia fiunt. Quæ fiunt, a causa fiunt: ac, præter causas propinquas, sæpe remotiores investigare compellimur.*

ORDO eorum, quæ sunt et quæ fiunt, ejusmodi esse debet, ut vel tam, quæ sunt, sint per causam, quam quæ fiunt, fiant quoque per causam, vel utraque sine causa, vel in utrisque partim quidem absque causa, partim vero ex causa: vel quæ fiunt quidem omnia, ex causa veniant: quæ vero existunt, partim causam habeant, partim vero non habeant: vel existentium nullum in causam referatur, aut vicissim existentia quidem omnia sint ex causa: quæ vero fiunt, partim quidem hoc modo, partim illo: vel eorum nullum a causa veniat. Principio in ordine rerum sempiternarum, quæcunque primæ sunt, ob

228
αὐτῶν μετ᾽ αἰτίας. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀϊδίων, τὰ μὲν πρῶτα εἰς ἄλλα
αἴτια ἀνάγειν οὐχ οἷόν τε πρῶτα ὄντα· ὅσα δὲ ἐκ τῶν πρώτων ἤρτη-
ται, ἐξ ἐκείνων τὸ εἶναι ἐχέτω. Τάς τε ἐνεργείας ἑκάστων ἀποδιδούς
τις ἐπὶ τὰς οὐσίας ἀναγέτω. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εἶναι αὐτῶν, τὸ C
τοιάνδε ἐνέργειαν ἀποδιδόναι. Περὶ δὲ τῶν γιγνομένων, ἢ ὄντων μὲν
ἀεὶ, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ἐνέργειαν ποιουμένων ἀεὶ, κατ᾽ αἰτίας ἅπαντα
λεκτέον γίγνεσθαι· τὸ δὲ ἀναίτιον οὐ παραδεκτέον, οὔτε παρεγκλί-
σεσι κεναῖς χώραν διδόντα, οὔτε κινήσει σωμάτων τῇ ἐξαίφνης ἢ οὐ-
δενὸς προηγησαμένου ὑπέστη· οὔτε ψυχῆς ὁρμῇ ἐμπλήκτῳ, μηδενὸς D
κινήσαντος αὐτὴν εἰς τό τι πρᾶξαι, ὧν πρότερον οὐκ ἐποίει. Ἣ αὐτῷ
γε τούτῳ μεῖζον ἄν τις ἔχοι αὐτὴν ἀνάγκη τῷ μὴ αὐτῆς εἶναι· φέρε-
σθαι δὲ τὰς τοιαύτας φορὰς, ἀβουλήτους τε, καὶ ἀναιτίους οὔσας.
Ἢ γὰρ τὸ βουλητὸν, τοῦτο δὲ, ἢ ἔξω, ἢ εἴσω, ἢ τὸ ἐπιθυμητὸν ἐκί-
νησεν· ἢ εἰ μηδὲν ὀρεκτὸν ἐκίνησεν, οὐδ᾽ ἂν ὅλως ἐκινήθη. Γιγνο-
μένων δὲ πάντων κατ᾽ αἰτίας, τὰς μὲν προσεχεῖς ἑκάστῳ ῥᾴδιον λα- E

1. αὐτῶν μετ᾽ αἰτίας] Cod. Med. A. Marc. A. μετ᾽ αἰτίας αὐτῶν.
ib. τὰ μὲν] Cod. Vat. τὰ μὲν οὖν.
3. ἐνεργείας] Codd. Mon. A. et Par. A. male cum Ed. ἀνεργείας. Orelli causatus in edit. legi τὰς ἂν ἐνεργείας dedit τάς τι αὖ. Libri non suffragantur, nec opus est. Grot. legisse videtur τὰς δ᾽ ἐνεργ.
4. ἐπὶ τὰς οὐσίας] οὐσίας, quod aberat ab Ed., addidi ex Codd. omnibus, et ita Ficin. Grotius φύσεις cogitavit. Conr. Orell. volebat ἐπὶ τὸ εἶναι αὐτάς. Libri refragantur.
ib. τὸ εἶναι αὐτῶν] Codd. Ciz. Mon. A. C. Med. B. Vat. αὐτῷ pro αὐτῶν. Vind. A. τὸ εἶναι τῷ εἶναι αὐτῷ. Si legas αὐτῷ in præcedentibus corrigas necesse est ἑκάστῳ, quod libri non agnoscunt; et vid. Annot.
ib. τὸ τοιάνδε—ὄντων μὲν] Desunt hæc in contextu Cod. Vat. in m. add.
7. δὲ ἀναίτιον] Cod. Vat. δ᾽ ἀναίτιον.
ib. παρεγκλίσεσι] Præpositionem ἐν cum Ed. habent nonnisi Codd. Med. B. et marg. Vat. Reliqui eam omittunt. Cod. Marc. A. habet παρακλήσεσι (sic). In Cod. Mon. C. scribitur παρεγκλήσεσι Post κεναῖς abest distinctio a Codd. Darm. Mon. C. Vat. Vind. A. Unde locum correximus. Conr. Orell. Legendum sine dubie ἐμπαρακλίσεσι. At vero hoc vocabulum nihili est. Tu cf. Annott. nostr.
8. διδόντα] Codd. omnes cum marg. Ed. διδόντα. Conr. Orell. malebat legere δοτέον, sed διδόντα unice verum, et cogitandum τινὰ ex usu Plotiniano.
ib. τῇ ἐξαίφνης] Cod. Mon. A. omittit τῇ.
ib. ἢ οὐδενὸς] Cum marg. Ed. habent ἢ Codd. Ciz. Marc. A.B. (sed hic in marg. ἢ) Mon. A.C. Par. A. Vat. Vind. A.
9. ἐμπλήκτῳ] Cod. Vat. ἐκπλήκτῳ, in m. ut Ed.
10. οὐκ ἐποίει] Cod. Darm. ἐκ ἐποίει.
11. αὐτῆς εἶναι] Codd. Ciz. et Mon. A. αὐτοῖς εἶναι. Correxi autem: τῷ μὴ αὐτῆς flagitante sententia et ex version. Ficini et Grotii.
13. ἐπιθυμητὸν] Edit. ἐπιθυμητικὸν sed ita nonnisi Codd. Mon. A. et Vat. in contextu. Sed marg. Vat. et rell. Codd. omnes cum marg. Ed. ἐπιθυμητὸν, et ita Fic. et Grot. Male Conr. Orell. tuetur vulgatam.
14. ὀρεκτὸν] Cod. Mon. A. ὀρεκτικὸν.
ib. οὐδ᾽ ἂν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A. Par. A. Vat. Vind. A. ἢ οὐδ᾽ ἄν. Sed, si hoc valeat, in præcedentibus legendum sit ἢ μηδὲν, objecto εἰ, quod libri tamen tuentur et Fic. expressit.

id ipsum, quod primæ sunt, in alias causas referri non possunt: quæcunque vero pendent ex primis, esse ab illis accipiant. Actiones quoque singulis rite distribues, si referas in essentias. Id enim est illorum esse, actum videlicet ejusmodi edere. In eorum vero genere quæ fiunt, vel quæ semper quidem sunt, non eundem tamen semper producunt actum, omnia prorsus fieri secundum causas affirmandum. Fieri vero aliquid sine causa nullo modo debemus admittere: patefacientes videlicet aditum, vel inclinationibus incursionibusque vanis, vel repentinæ corporum motioni nullo præcedente duceque prodeunti, vel impetu animæ temerario atque subito, nullo videlicet animam incitante ad aliquid agendum eorum, quæ antea non agebat. Forte vero ex hoc ipso major animam astringet necessitas, quod sui ipsius minime sit: feratur autem ejusmodi motionibus præter voluntatem atque causam propriam incidentibus. Aut enim ad volendum aliquid animam incitavit, sive id extra sit, sive sit intus: aut concupiscendum aliquid provocavit: alioquin si nihil prosequendum movisset, nullo prorsus modo usquam mota fuisset. Cum vero secundum causas fiant omnia, propinquas quidem singulis causas facile possumus invenire, effectusque in eas reducere: Velut eundi in forum causa propinqua est existimatio, per quam decernimus quendam inveniendum, vel debitum exigendum: atque omnino eligere hæc aut illa et

229 βεῖν, καὶ εἰς ταύτας ἀνάγειν· οἷον τοῦ βαδίσαι εἰς ἀγορὰν τὸ οἰη-
A θῆναι δεῖν τινα ἰδεῖν ἢ χρέος ἀπολαβεῖν, καὶ ὅλως, τοῦ τάδε ἢ τάδε
ἑλέσθαι καὶ ὁρμῆσαι. Ἔπειτα δὲ τὸ φανῆναι ἑκάστῳ ταδὶ ποιεῖν,
καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τὰς τέχνας ἀνάγειν· τοῦ ὑγιάσαι ἡ ἰατρικὴ καὶ ὁ ἰα-
τρὸς, καὶ τοῦ πλουτῆσαι θησαυρὸς εὑρεθεὶς, ἢ δόσις παρά του, ἢ ἐκ
πόνων ἢ τέχνης χρηματίσασθαι· καὶ τοῦ τέκνου ὁ πατὴρ, καὶ εἴτι
B συνεργὸν ἔξωθεν εἰς παιδοποιΐαν, ἄλλο παρ' ἄλλου ἧκον· οἷον σιτία
τοιάδε, ἢ καὶ ὀλίγῳ προσώτερα εὔρους εἰς παιδοποιΐαν ἡ γυνὴ, ἐπι-
τήδειος εἰς τόκους, καὶ ὅλως εἰς φύσιν.

Μέχρι μὲν οὖν τούτων ἐλθόντα ἀναπαύσασθαι, καὶ πρὸς τὸ ἄνω
μὴ ἐθελῆσαι χωρεῖν, ῥᾳθύμου ἴσως καὶ οὐ κατακούοντος τῶν ἐπὶ τὰ
πρῶτα καὶ ἐπὶ τὰ ἐπέκεινα αἴτια ἀνιόντων. Διὰ τί γὰρ τῶν αὐτῶν
C γενομένων, οἷον, τῆς σελήνης φανείσης, ὁ μὲν ἥρπασεν, ὁ δὲ οὔ· καὶ
τῶν ὁμοίων ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡκόντων, ὁ μὲν ἐνόσησεν, ὁ δὲ οὔ·
καὶ πλούσιος ὁ δὲ πένης ἐκ τῶν αὐτῶν ἔργων. Καὶ τρόποι δὴ καὶ
ἤθη διάφορα· καὶ τύχαι, ἐπὶ τὰ πόῤῥω ἀξιοῦσιν ἰέναι. Καὶ οὕτω δὴ
ἀεὶ οὐχ ἱστάμενοι, οἱ μὲν ἀρχὰς σωματικὰς θέμενοι, οἷον ἀτόμους,
τῇ τούτων φορᾷ, καὶ πληγαῖς, καὶ συμπλοκαῖς πρὸς ἄλληλα ἕκαστα

3. ταδὶ] Cod. Vat. τάδε; in m. ταδί.

6. ὁ πατὴρ] Articulus in Cod. Vat. omissus, in marg. additus est.

7. εἰς παιδοποιΐαν] Cod. Med. A. voci εἰς superscriptum habet πρός. In Cod. Darm. utraque lectione conjuncta scribitur πρὸς εἰς.

ib. ἄλλο παρ'] Edit. ἄλλο πρὸς ἄλλου, sed omnes Codd., præter Par. A., cum marg. Ed. exhibent παρ'.

8. εὔρους] Edit. εὑροῦσα vitiose Conr. Orell. εὑρεθεῖσα conjiciebat infeliciter; Codd. Ciz. Mon. A.C. Vat. Vind. A. Marc. C. εὔρους. Med. B. εὔρους.

ib. παιδοποιΐαν] παιδοποιΐας cum Ed. solus Cod. Vat. in marg. Reliqui omnes παιδοποιΐαν, nisi quod in Cod. Par. A. omnia hæc ἄλλο πρὸς usque ad παιδοποιΐας desunt. Pro seq. ἡ Cod. Mon. C. habet ἤ.

10. τὸ ἄνω] Cod. Vat. in marg. τὰ ἄνω.

11. ῥᾳθύμου] Cod. Ciz. ῥάθυμον. Mox in eodem deest ἐπὶ post καί.

13. φανείσης] Ita Codd. omnes. Sed Ed. perperam φανεισάσης.

14. ἐνόσησεν] Codd. Ciz. Marc. A. et Vind. A. ἐννόησεν. Mon. A.C. Vat. ἐνόησεν. In seqq. videtur scribendum: καὶ ὁ μὲν πλούσιος, ὁ δὲ πένης ἐκ τῶν αὐτῶν ἔργων. Verba ἐκ τῶν absunt a Cod. Ciz. Eadem in Cod. Vind. A. punctis subscriptis notantur additurque καί. Pro αὐτῶν in Cod. Vat. est αὐτῷ, sed in marg. ῶν. καὶ ὁ μὲν πλούσιος conjecit etiam Casp. Orell.

16. ἤθη] Ita Codd. Darm. et Mon. C., ut legit Fic. Reliqui cum Ed. ἤδη.

ib. ἀξιοῦσιν ἰέναι] Codd. omnes ut marg. Ed. ἰέναι. Edit. εἶναι.

17. ἱστάμενοι] Quatuor priores hujus verbi literæ in Cod. Vat. punctis subscriptis notatæ sunt, et in marg. item adpicta sunt tria puncta, ut corruptio significari videatur.

prosequi. Denique similium causa est opinio, in qua cuique videatur talia quædam esse efficienda. Et nonnulla quidem in artes referimus velut causas, ceu convalescentiam in medicinam atque medicum. Et divitiarum nuper accumulatarum causam in thesaurum forte repertum, vel largitionem ab aliquo factam, vel labores, vel quæstuariam artem. Similiter pater est filii causa, et si quid præterea conducit extrinsecus ad liberos procreandos: dum videlicet aliud procedit ab alio: velut tales quidam cibi, vel aliquanto priora remotioraque ad generandos filios conferentia, ceu fœmina ad fœtum partumque aptior. Et omnino referimus in naturam.

II. *Quia causæ sæpe e propinquo sufficientes non sunt, ideo superiores causæ indagantur. Unde nascitur opinio de fato in quatuor sententias distributa.*

Hucusque vero progressum subito conquiescere, neque velle ad superiora procedere, pigri forsan hominis videatur, ejusque, qui viris ad sublimes causas ascendentibus aures non præstiterit. Quid enim in causa est, ut iisdem provenientibus, velut apparente luna, alter quidem rapuerit, alter vero minime? Atque similibus venientibus a continente cælo, vel aëre, alter quidem ægrotet, alter vero nequaquam? Quin etiam ex eisdem operibus hic dives evadat, at ille pauper? Præterea varii ingeniorum modi, moresque dif-

229

ποιοῦντες, καὶ οὕτως ἔχειν καὶ γίγνεσθαι ᾗ ἐκεῖνα συνέστη, ποιεῖ τε D καὶ πάσχει· καὶ τὰς ἡμετέρας ὁρμὰς καὶ διαθέσεις ταύτῃ ἔχειν, ὡς ἂν ἐκεῖναι ποιῶσιν, ἀνάγκην ταύτην καὶ τὴν παρὰ τούτων εἰς τὰ ὄντα εἰσάγουσι. Κἂν ἄλλα δέ τις σώματα ἀρχὰς διδῷ, καὶ ἐκ τούτων τὰ πάντα γίγνεσθαι, τῇ παρὰ τούτων ἀνάγκῃ δουλεύειν ποιεῖ τὰ ὄντα. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἐλθόντες ἀπ᾽ αὐτῆς κατάγουσι πάντα, διὰ πάντων φοιτήσασαν αἰτίαν, καὶ ταύτην οὐ μόνον E κινοῦσαν, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσαν ἕκαστα λέγοντες, εἱμαρμένην ταύτην καὶ κυριωτάτην αἰτίαν θέμενοι, αὐτὴν οὖσαν τὰ πάντα, οὐ μόνον τὰ ἄλλα ὅσα γίγνεται, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμετέρας διανοήσεις ἐκ τῶν ἐκείνης ἰέναι κινημάτων· οἷον ζῴου μορίων κινουμένων ἑκάστων οὐκ ἐξ αὐτῶν, ἐκ δὲ τοῦ ἡγεμονοῦντος ἐν ἑκάστῳ τῶν ζῴων· ἄλλοι δὲ τὴν τοῦ παντὸς φορὰν περιέχουσαν, καὶ πάντα ποιοῦσαν τῇ κινήσει, καὶ F ταῖς τῶν ἄστρων πλανωμένων τε καὶ ἀπλανῶν σχέσεσι, καὶ σχηματισμοῖς πρὸς ἄλληλα, ἀπὸ τῆς ἐκ τούτων προῤῥήσεως πιστούμενοι, ἕκαστα ἐντεῦθεν γίγνεσθαι ἀξιοῦσι. Καὶ μὴν καὶ τὴν τῶν αἰτίων ἐπιπλοκὴν πρὸς ἄλληλα, καὶ τὸν ἄνωθεν εἱρμὸν, καὶ τὸ ἕπεσθαι τοῖς προτέροις ἀεὶ τὰ ὕστερα, καὶ ταῦτα ἐπ᾽ ἐκεῖνα ἀνιέναι δι᾽ αὐτῶν G

1. ᾗ ἐκεῖνα] Codd. Darm. Med. A.B. ἢ.
ib. ποιεῖ τε] Cod. Par. A. ποιεῖ δέ.
3. ἐκεῖναι] Cod. Vind. A. ἐκεῖνα.
ib. ἀνάγκην] Codd. Darm. et Med. A. (hic ex corr.) ἀνάγκην. Edit. ἀνάγκη.
ib. εἰς τα ὄντα] Ita Codd. omnes: sed Ed. ὄτα.
4. εἰσάγουσι] Cod. Mon. C. εἰσάγουσιν.
ib. ἄλλα] Cod. Med. B. ἄλλας.
5. ποιεῖ] Cod. Ciz. ποιεῖν.
6. δὲ ἐπὶ] Cod. Vat. δ᾽ ἐπὶ cum Marc.
ib. ἀπ᾽ αὐτῆς] Codd. Marc. A. Mon. C. ἐπ᾽ αὐτῆς; hic in marg.: "Stoicorum est illud dogma."
7. οὐ μόνον] Codd. Darm. Marc. B. et Med. A. (hic ex corr.) οὐ μόνον. Et ita scripsimus Edit. μόνον οὐ. Marc. B. οὖσαν pro κινοῦσαν.
8. ταύτην] Cod. Mon. A. τοίνυν.
11. κινουμένων] Edit. μὴ κινουμ. sed vocem μὴ omittunt Codd. omnes, et nonnisi Vat. eam in marg. habet cum Ed. Contra ad unum omnes et Fic. ante ἐξ αὐτῶν addunt οὐκ; et pro αὐτῶν habent ἑαυτῶν Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Med. A. B. Vat. Sed Vat. in marg. obelum habet.
12. ἐν ἑκάστῳ] Codd. Marc. C. Med. B. omittunt ἐν.
14. σχηματισμοῖς] Cod. Ciz. σχισματισμοῖς.
15. προῤῥήσεως] Ita Codd. ad unum omnes; sed Ed. πρόῤῥησιν. Cf. Annott.

ferentes, et fortunæ diversæ nos admonent, ut remotiores causas perscrutemur. Itaque cum philosophi nunquam in propinquis causis conquiescere vellent, quicunque principia corporea posuerunt, velut atomos, earum motu impulsibusque et complicationibus mutuis singula facientes, dixerunt ea conditione fieri, atque se habere singula, qua illa principia coëunt, faciuntque atque patiuntur: nostros quoque impetus affectionesque tales esse, quales illa faciunt. Hi ergo necessitatem hanc in principiis, et in iis, quæ sunt ab illis, passim rebus inducunt: et quæcunque alia quis corpora esse principia dicit, ab eisque omnia fieri, is nimirum necessitati cuidam in his fundatæ, servire omnia putat. Alii vero, ad ipsum universi principium ascendentes, ab ipso cuncta deducunt, atque causam hanc primam per omnia se diffundere, neque movere solum, verum etiam singula facere arbitrantur. Quam quidem et fatum vocant, fatum existimantes causam potentissimam cuncta moventem, non modo cætera quotcunque fiunt, sed cogitationes quoque nostras ex ipsius motionibus proficisci: non aliter quam in animali partes singulæ moveantur, non quidem a se ipsis, sed ab eo, quod in quolibet animali obtinet principatum. Alii præterea totius mundi circuitum omnia complectentem, motuque singula facientem, atque habitibus configurationibusque stellarum tam errantium, quam non errantium, mutuis peragentem fatum judicant. Et prædictionibus per cælestia factis freti, singula inde fieri arbitrantur. Posset insuper aliquis alia quadam ratione describere fatum, dicens, id esse complexionem mutuam causarum, seriemque connexam desuper emanantem, per quam posteriora semper priori-

230 γενόμενα, καὶ ἄνευ ἐκείνων οὐκ ἂν γενόμενα, δουλεύειν τε τοῖς πρὸ
αὐτῶν τὰ ὕστερα, ταῦτα εἴ τις λέγοι εἱμαρμένην, ἕτερον τρόπον εἰσ-
A ἄγων φανεῖται. Διττοὺς δὲ ἄν τις θέμενος καὶ τούτους, οὐκ ἂν τοῦ
ἀληθοῦς ἀποτυγχάνοι. Οἱ μὲν γὰρ, ἀφ᾽ ἑνός τινος τὰ πάντα ἀναρ-
τῶσιν, οἱ δὲ, οὐχ οὕτω. Λεχθήσεται δὲ περὶ τούτων· νῦν δὲ ἐπὶ
τοὺς πρώτους ἰτέον τῷ λόγῳ· εἶτ᾽ ἐφεξῆς τὰ τῶν ἄλλων ἐπισκεπτέον.
Σώμασι μὲν οὖν ἐπιτρέψαι τὰ πάντα, εἴτε ἀτόμοις, εἴτε τοῖς στοι-
B χείοις καλουμένοις, καὶ τῇ ἐκ τούτων ἀτάκτῳ φορᾷ, τάξιν καὶ λόγον
καὶ ψυχὴν τὴν ἡγουμένην γεννᾷν, ἀμφοτέρως μὲν ἄτοπον καὶ ἀδύ-
νατον. Ἀδυνατώτερον δὲ, εἰ οἷόν τε λέγειν, τὸ ἐξ ἀτόμων. Καὶ περὶ
τούτων, πολλοὶ εἴρηνται λόγοι ἀληθεῖς. Εἰ δὲ δὴ καὶ θεῖτό τις τοι-
αύτας ἀρχὰς, οὐδ᾽ οὕτως ἀναγκαῖον οὔτε τὴν κατὰ πάντων ἀνάγκην,
οὔτε τὴν ἄλλως εἱμαρμένην ἕπεσθαι. Φέρε γὰρ πρῶτον, τὰς ἀτόμους
C εἶναι· αὗται τοίνυν κινήσονται, τὴν μὲν, εἰς τὸ κάτω· ἔστω γάρ τι
κάτω· τὴν δ᾽ ἐκ πλαγίων, ὅπη ἔτυχεν, ἄλλαι κατ᾽ ἄλλα. Οὐδὲν δὴ
πάντως, τάξεώς γε οὐκ οὔσης· τὸ δὲ γενόμενον τοῦτο, ὅτε γέγονε

1. πρὸ αὐτῶν] Codd. Ciz. Mon. A.C. Med. A.B. Vat. πρὸ αὐτῶν, quod recepimus. Edit. πρὸς αὐτῶν.

2. λέγοι] Ita, exceptis Codd. Med. B. Marc. C. Par. A., Codd. omnes. Ed. λέγει.

3. δὲ ἄν τις] Cod. Vat. δ᾽ ἄν τις cum Marc. A.B.

5. οὕτω] Codd. Darm. Marc. B. Mon. A.C. οὕτως. Mox Marc. A.B. δ᾽ ἐπί.

7. εἴτε ἀτόμοις] Codd. Ciz. Mon. A. Vind. A. cum Ed. male εἶτα. Reliqui recte εἴτε.

8. ἀτάκτῳ] Codd. Ciz. Mon. A.C. Vind. A. Marc. A.C. ἀτάκτως. Grot.: "et ex eorum inordinato incitu ordinem—deducere." Proprie debebat: *generare*.

10. οἷόν τε] Codd. Ciz. Mon. A.C. Marc. A.C. Vat. Vind. A. male οἴονται.

11. ἀληθεῖς] Cod. Mon. A. καὶ ἀληθεῖς.

ib. δὴ καὶ θεῖτο] Codd. omnes interponunt καί: quos secuti sumus. Ab edit. abest hæc copula.

ib. τις τοιαύτας] Cod. Par. τὸ τοιαύτας.

13. ἄλλως] Cod. Vind. A. ἄλλην. Fic.: "vel necessitate quadam per omnia vel alio quodam pacto inde fatum sequi." Grotius accommodatius ad verba: "ne sic quidem necesse est statuere aut rerum omnium *necessitatem*, aut cujusque generis fatum." Proinde correximus Ficini versionem.

14. τὸ κάτω] Cod. Med. A. καὶ κάτω, supra καὶ est τὰ, et huic inscriptum ab al. m. τό.

15. κατ᾽ ἄλλα] Codd. Mon. C. Vat. κατ᾽ ἄλλα. Edit. κατὰ ἄλλα.

ib. Οὐδὲν δὴ] Codd. Ciz. Marc. A. οὐδὲ δεῖ. Mon. A. Vat. οὐδὲν δεῖ. Conr. Orell. ex Grotii vers. conj. τακτῶς. Debebat certe τεταγμένως. Idem proxime sic: τὸ δὲ γενόμενον τοῦτο, ὅτε γέγονε, πάντως οὔτε πρόῤῥησις, sc. ἂν εἴη, deleto verbo ὥστε. Audaciam libri non adjuvant.

16. τάξεώς γε] Ita, præter Cod. Mon. A., omnes. Ed. τε. Mox Mon. C. ὅ, τε pro ὅτε.

bus obsecundent: atque hæc ipsa posteriora in præcedentia reflectantur, utpote quæ per ipsa fiant, et absque ipsis effici nequeant: quo efficiatur, ut antecedentibus semper sequentia serviant. Si quis autem bifariam hos distinxerit, a veritate forsan non aberrabit. Nempe alii quidem cuncta ab uno principio dependere putabunt: alii vero nequaquam. De quibus in sequentibus disputabitur. In præsentia vero primum quidem cum primis disputare debemus: deinde et aliorum dicta deinceps considerare.

III. *Neque cogi neque fieri a corporibus omnia: neque fatum neque præsagium fore aliquid, si principia rerum fuerint contingentia.*

Impossibile certe est et absurdum, corporeis causis cuncta committere, sive atomis, sive elementis, motionique corporum inordinatæ ordinem et rationem et animam ducem subdere. Maxime vero impossibile est subjicere atomis, et de his quidem refellendis rationes multæ veræque traditæ sunt. Si quis autem principia posuerit talia, neque sic tamen necessarium est, vel necessitatem quandam per omnia, vel alio quodam pacto inde fatum sequi. Pone primum atomos esse: hæ igitur movebuntur partim quidem deorsum, si modo quicquam sit deorsum: partim vero e transverso, utcunque contigerit alio videlicet aliæ. Nihil utique omnino, ordine scilicet non existente. Id ipsum vero factum, quando factum est, omnino. Quam ob rem neque prædictio, neque vaticinium prorsus erit, neque præsagium ullum

230 πάντως· ὥστε οὔτε πρόῤῥησις, οὔτε μαντικὴ τοπαράπαν ἂν εἴη, οὔτε εἴ τις ἐκ τέχνης. Πῶς γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀτάκτοις τέχνη; οὔτε ἥτις ἐξ ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἐπιπνοίας. Δεῖ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὡρισμένον τὸ μέλλον εἶναι· καὶ σώμασι μὲν ἔσται παρὰ τῶν ἀτόμων πάσχειν D πληττομένοις, ἅπερ ἂν ἐκεῖναι φέρωσιν ἐξ ἀνάγκης. Τὰ δὲ δὴ ψυχῆς ἔργα καὶ πάθη, τίσι κινήσεσι τῶν ἀτόμων ἀναθήσει τις; ποία γὰρ πληγὴ ἢ κάτω φερομένης, ἢ ὁπουοῦν προσκρουούσης, ἐν λογισμοῖς τοιοῖσδε ἢ ὁρμαῖς τοιαῖσδε, ἢ ὅλως ἐν λογισμοῖς, ἢ ὁρμαῖς, ἢ κινήσεσι ποιήσει ἀναγκαίαις εἶναι, ἢ ὅλως εἶναι; Ὅταν δὲ δὴ ἐναν- E τιῶται ψυχὴ τοῖς τοῦ σώματος παθήμασι; κατὰ ποίας δὲ φορὰς ἀτόμων, ὁ μὲν γεωμετρικὸς ἀναγκασθήσεται εἶναι, ὁ δὲ ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν ἐπισκέψεται, ὁ δὲ, σοφὸς ἔσται; ὅλως γὰρ τὸ ἡμέτερον ἔργον, καὶ τὸ ζώοις εἶναι ἀπολεῖται, φερομένων ᾗ τὰ σώματα ἄγει, ὠθοῦντα ἡμᾶς, ὥσπερ ἄψυχα σώματα. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα, καὶ πρὸς τοὺς ἕτερα σώματα αἴτια τῶν πάντων τιθεμένους, καὶ ὅτι F θερμαίνειν μὲν καὶ ψύχειν ἡμᾶς καὶ φθείρειν δὲ τὰ ἀσθενέστερα δύναται ταῦτα. Ἔργον δὲ οὐδὲν τῶν ὅσα ψυχὴ ἐργάζεται παρὰ τούτων ἂν γίγνοιτο· ἀλλ' ἀφ' ἑτέρας δεῖ ταῦτα ἀρχῆς ἰέναι.

2. εἴ τις] Codd. Darm. Med. A. Par. A. Marc. B. et marg. Vat. ἥτις, ut marg. Ed.

ib. ἥτις] Solus Cod. Vind. A. cum marg. Ed. habet εἴ τις. In seqq. pro ἐπινοίας dedimus ἐπιπνοίας, ut legit Ficinus itemque Grotius, et est Platonicum. Vid. modo Phædr. p. 265. B. μαντικὴν μὲν ἐπίπνοιαν Ἀπόλλωνος.

4. πάσχειν πληττομένοις] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. Vind. A. πληττομένοις πάσχειν. Conr. Orell. volebat σώμασι μὲν ἔστω. Non necesse.

5. δὴ ψυχῆς] Cod. Ciz. omittit δή.

7. κάτω φερομένης] Cod. Vat. καταφερομένης, in marg. ut Ed.

ib. ὁπουοῦν] Cod. Mon. A. ὁπωσοῦν. Cod. Vat. ὅπου οὖν.

8. ἢ κινήσεσι ποιήσει ἀναγκ. εἶναι] Editio: ἢ νοήσεσι ἢ ποιήσεσιν ἀναγκ. ε. Alterum ἢ abest a Codd. Ciz. Mon. A.C. Vat. Vind. A. Marc. A. Reliqui et marg. Vat. exhibent, ut marg. Ed., ἢ κινήσεσιν ἀναγκ. Conr. Orell. volebat: ἢ ποιήσεσιν ἀναγκασθήσεται εἶναι ἢ ὅλ. ε. (?) Mecum faciunt Ficin. et Grot.

9. ἐναντιῶται] Cod. Mon. A. ἐναντιοῦται. Vat. ἐναντιῶνται, in m. ῶται. Idem post παθήμασι distinctionem omittit.

13. ᾗ τα] Cod. Par. A. ἢ τὰ.

14. δε ταῦτα] Cod. Vat. δὴ ταῦτα.

18. γίγνοιτο] Codd. Mon. C. Marc. A. et Vind. A. γένοιτο. Pro ἀφ' Cod. Med. B. ἐφ'.

ex arte. Quo enim pacto in rebus inordinatis ars ulla esse potest? Neque ex oraculo inspirationeque divina, vel mentis instinctu. Nam in his quoque oportet futurum jam esse determinatum: et corporibus quidem accidet ab atomis pulsantibus pati, quæcunque atomi ferant ex necessitate. Animæ vero actiones et passiones quibusnam motibus atomorum adscribere poteris? Quinam impulsus sive per descensum, sive per qualemcunque incidentiam atomorum, faciet in anima tales quosdam rationis discursus, vel tales impetus? Aut omnino discursiones, vel impetus, vel motus necessario provenire, vel quomodocunque etiam provenire. Præterea quando animus perturbationibus corporis adversatur, quidnam atomi ad id conducunt? Dic rursus, per quas differentias atomorum homines compellantur, ut alii quidem geometræ sint, alii arithmetræ, atque astronomi, alii sapientes? Omnino vero libertas arbitrii opusque nostrum tolletur e medio, atque id insuper quod est animal esse. Ferremur enim quocunque corpora trahant: ita, ut inanimata corpora nos impellentia. Eadem similiter illis objici possunt, qui alia corpora esse omnium causas arbitrantur: quodve præterea calefacere, frigefacere, dissolvere nos, et quæcunque illis infirmiora sunt, possunt. Actiones vero quales parit anima ab his fieri nequeunt: sed has oportet ab alio quodam principio fieri.

230 Ἀλλ' ἆρα μία τις ψυχὴ διὰ παντὸς διήκουσα περαίνει τὰ πάντα,
G ἑκάστου ταύτῃ κινουμένου ὡς μέρους ᾗ τὸ ὅλον ἄγει; φερομένων δὲ
ἐκεῖθεν τῶν αἰτίων ἀκολούθων ἀνάγκη τὴν τούτων ἐφεξῆς συνέχειαν
καὶ συμπλοκὴν εἱμαρμένην, οἷον εἰ φυτοῦ ἐκ ῥίζης τὴν ἀρχὴν ἔχον-
τος, τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ πάντα διοίκησιν αὐτοῦ τὰ μέρη, καὶ πρὸς
231 ἄλληλα συμπλοκὴν, ποίησίν τε καὶ πεῖσιν, διοίκησιν μίαν, καὶ
οἷον εἱμαρμένην τοῦ φυτοῦ τις εἶναι λέγοι. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν
τοῦτο τὸ σφοδρὸν τῆς ἀνάγκης καὶ τῆς τοιαύτης εἱμαρμένης αὐτὸ
τοῦτο τὴν εἱμαρμένην καὶ τῶν αἰτίων τὸν εἱρμὸν καὶ τὴν συμπλοκὴν
ἀναιρεῖ. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἡμετέροις μέρεσι κατὰ τὸ ἡγεμονοῦν κινου-
μένοις, ἄλογον τὸ καθ' εἱμαρμένην λέγειν κινεῖσθαι· οὐ γὰρ ἄλλο
B μὲν τὸ ἐνδεδωκὸς τὴν κίνησιν, ἄλλο δὲ τὸ παραδεξάμενον, καὶ παρ'
αὐτοῦ τῇ ὁρμῇ κεχρημένον· ἀλλ' ἐκεῖνό ἐστι πρῶτον τὸ κινῆσαν τὸ
σκέλος· τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς ἓν ἔσται τὸ πᾶν,
ποιοῦν καὶ πάσχον, καὶ οὐκ ἄλλο παρ' ἄλλου, κατ' αἰτίας τὴν ἀνα-
γωγὴν ἀεὶ ἐφ' ἕτερον ἐχούσας, οὐ δὴ ἀληθὲς κατ' αἰτίας τὰ πάντα
C γίγνεσθαι, ἀλλ' ἓν ἔσται τὰ πάντα. Ὥστε οὔτε ἡμεῖς ἡμεῖς, οὔτε

1. διήκουσα] Ita Cod. Vind. sed non sine signo accentuationis pravæ διηκοῦσα, quæ est in rell. omnibus et Ed.

2. ἑκάστου] Ita, præter Mon. A. et Par. A., omnes Ed. ἐκάστον (sic).

ib. μέρους ᾗ] Cod. Ciz. omittit ᾗ. In Vat. est ἥ. Tum scripsi ὅλον ex Codd. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat., pro ὅλων, quod est in Ed.

3. ἀκολούθων] In Cod. Vat. sequitur dist. minor, et nulla plane post συμπλοκήν. In textu editionis nimium cumulatis interrogandi signis aliisque distinctionibus totius loci sententia impedita est. Nos partim ex libris, maxime Vaticano, partim rationem secuti, quam etiam Conr. Orellius est secutus, distinctionem emendavimus. Quod vero idem vir doctus in ordinem reduxit: ἑκάστου ταύτῃ κινουμένου μέρους ᾗ τὸ ὅλον ἄγει deleto ὡς: recte illud quidem: hoc minime. Nec magis recte, quod post εἱμαρμένην cogitari vult εἶναι: potius cogitandum λέγειν sc. τινα, e sequentibus τις εἶναι λέγοι Denique post εἱμαρμένην necessario comma ponendum erat. Orellianus autem textus, in Annotatione maxime operarum vitiis fœdatus est.

ib. τὴν τούτων] Cod. Ciz. τὴν τῶν

7. λέγοι] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. λέγει.

9. εἱρμὸν] Cod. Vind. A. εἱμόν.

10. ἀναιρεῖ] Cod. Par. A. ἀναιρεῖν.

11. κινεῖσθαι] Cod. Vat. καὶ νεῖσθαι, in m. ut Ed. Proxime Fic. legit: καὶ παρ' αὐτοῦ τῇ ὁρμῇ κεχ. Grotius contra ut edit. αὐτοῦ. Vertit enim: "et inde impetum mutuatur." Παρ' αὐτοῦ est in Cod. Marc. B.

16. ἐφ' ἕτερον) Cod. Vind. A. ἐφ' ἑκάτερον.

ib. τὰ πάντα] Cod. Vat. π. (sic) πάντα, in m. ut Ed.

17. ἡμεῖς ἡμεῖς] Non repetitur ἡμεῖς in Cod. Ciz.

IV. *Non esse in universo tantum unum agens.*

Sed nunquid una quædam anima per cuncta discurrens singula peragit, adeo ut quodlibet ceu pars perferatur illuc, quo ducit totum? Ferantur autem inde causæ consequentes necessitate, atque continuam horum omnium connexionem, fatum appellare debemus? Perinde ac si in planta habente principium a radice, aliquis plantæ fatum dicat dispositionem ab ipsa radice per omnes plantæ partes quasi gubernando diffusam, conspirationemque mutuam, et actionem et passionem una dispensatione contentam. At vero nimius hic necessitatis excessus fatique ejusmodi constitutio ipsum fatum seriemque causarum, et earum complexionem funditus aufert. Sicut enim in partibus nostris a nostro principali motis, absurdum est dicere, secundum fatalem seriem agitari: non enim aliud quidem est, quod tradit motum, aliud vero, quod accipit, ipsum quoque proprium quendam habens impetum, sed primum illud est, quod crus etiam movet: eodem modo si et in universo unum erit omne faciens atque patiens: neque aliud prorsus ab alio secundum causas continue reductas in aliud, certe non erit verum, omnia secundum causas fieri, sed erunt omnia unum. Quapropter neque nos ipsi nos erimus, neque nostrum opus ullum: neque ipsi ratiocinabimur, sed alterius cujusdam ratiocinatio erit, alterius quoque consilium: neque agemus ipsi quemadmodum nunc neque pedes calcitrant,

τι ἡμέτερον ἔργον· οὐδὲ λογιζόμεθα αὐτοί· ἀλλ' ἑτέρου λογισμὸς τὰ 231
ἡμέτερα βουλεύματα, οὐδὲ πράττομεν ἡμεῖς, ὥσπερ οὐδὲ οἱ πόδες
λακτίζουσιν· ἀλλ' ἡμεῖς διὰ μερῶν τῶν ἑαυτῶν. Ἀλλὰ γὰρ δεῖ καὶ
ἕκαστον ἕκαστον εἶναι, καὶ πράξεις ἡμετέρας, καὶ διανοίας ὑπάρχειν,
καὶ τὰς ἑκάστου καλάς τε καὶ αἰσχρὰς πράξεις, παρ' ἑαυτοῦ ἑκάστου,
ἀλλὰ μὴ τῷ παντὶ τὴν γοῦν τῶν αἰσχρῶν ποίησιν ἀνατιθέναι. D

Ἀλλ' ἴσως μὲν, οὐχ οὕτως ἕκαστα περαίνεται, ἡ δὲ φορὰ διοικοῦσα
πάντα καὶ ἡ τῶν ἄστρων κίνησις οὕτως ἕκαστα τίθησιν, ὡς ἂν πρὸς
ἄλληλα στάσεως ἔχῃ μεσουρανήσεσι καὶ ἀνατολαῖς, δύσεσί τε καὶ
παραβολαῖς. Ἀπὸ τούτων γοῦν μαντευόμενοι προλέγουσι περί τε
τῶν ἐν τῷ παντὶ ἐσομένων, περί τε ἑκάστου, ὅπως τε τύχης καὶ δια- E
νοίας οὐχ ἥκιστα ἕξει. Ὁρᾷν δὲ καὶ τὰ ἄλλα ζῶά τε καὶ φυτὰ ἀπὸ
τῆς τούτων συμπαθείας αὐξόμενά τε καὶ μειούμενα καὶ τὰ ἄλλα παρ'
αὐτῶν πάσχοντα τούς τε τόπους τοὺς ἐπὶ γῆς διαφέροντας ἀλλήλων
εἶναι, κατά τε τὴν πρὸς τὸ πᾶν σχέσιν, καὶ πρὸς ἥλιον μάλιστα·
ἀκολουθεῖν δὲ τοῖς τόποις οὐ μόνον τὰ ἄλλα φυτά τε καὶ ζῶα, ἀλλὰ

1. *λογισμὸς*] Codd. Mon. C. Vat. Marc. A.C. Vind. A. *λογισμοί*. Par. A. *λογισμόν*. Proxime possis ariolari *ἀλλ' ἑτέρου βουλεύματα* pro *τὰ ἡμέτ. βουλ.* Sed recte opinor Grotius ita: "neque nos rationamur, sed nostra consulta sunt alterius ratiocinatio."

2. *οὐδὲ οἱ*] Codd. Darm. Marc. et Vat. *οὐδ' οἱ*.

5. *ἑαυτοῦ*] Codd. Ciz. Darm. Mon. A. Med. A.B. *αὑτοῦ*. Mon. C. Vat. *αὐτοῦ*.

6. *μὴ τῷ παντὶ*] Cod. Ciz. *μήτι παντί*. In Cod. Par. A. sequitur dist. minor, in Vat. major.

8. *τίθησιν*] Ita Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Vind. A. Reliqui cum Ed. *τίθησι*. In proxime præcedentibus Casp. Orellius volebat *διήκουσα* pro *διοικοῦσα*. Libri non suffragantur, nec ratio patitur.

9. *ἔχῃ*] Codd. Marc. A.C. Mon. A.C. Med. B. *ἔχη*. Edit. *ἔχοι*. Sed illud recepi.

ib. *μεσουρανήσεσι*] Ed. *μαρτυρίαις*. Codd. Darm. Med. A. (ex corr. rec.) Marc. B. et marg. Vat. cum marg. Ed. *μεσουνίσεσι*. Ad marg. collationis Cod. Darmst. Werferus adscripsit: i. e. *μεσουρανίσεσι*, quæ lectio egregia. Idem est in marg. Cod. Vat. ubi priori vocabulo adscriptum est: *ἴσως μεσουρανίσεσι*. Cum Orellio dedimus *μεσουρανήσεσι* quod passim obvium. Similiter Boetherus noster Joanni Laur. Lydo de mensibus p. 56. ex cod. Barberin. reddidit *μεσουράνημα* pro *μεσουράνισμα*.

11. *ἐν τῷ παντὶ*] Abest *τῷ* a Codd. Marc. B. Darm. et Med. A.

ib. *ὅπως τε*] Ed. *σε*. Sed *τε* est in Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vind. A. In Vat. est *τι*. Proxime Grotius: *Conspici*, unde Conr. Orell. volebat *ὁρᾶσθαι*. Non opus. Tu cogita *λέγουσι* ex prægresso *προλέγουσι*: *Dicunt etiam* (vates) *se videre etc.*

13. *μειούμενα*] Cod. Vat. *μυούμενα*, in m. ut Ed.

14. *πάσχοντα—ἥλιον*] Hæc omnia in Cod. Vat. bis scripta sunt.

ib. *τούς τε*] Cod. Vat. *τοὺς δέ*.

15. *ἥλιον*] Cod. Vind. A. *τὸν ἥλιον*.

16. *ἀκολουθεῖν*] Cod. Vat. *ἀκολουθεῖ*, in m. *εῖν*.

sed nos per pedes tanquam partes nostras dicimur calcitrare. Oportet tamen quemlibet nostrum id proprie, quod est, existere, actionesque et cogitationes esse nostras. Et uniuscujusque vel honestas, vel turpes actiones ab ipso unoquoque procedere: neque decet universo actiones turpes ascribere.

V. *Neque nos a cœlo regi, neque cætera a cœlo tantum, et necessario fieri.*

Forte vero non ita singula peraguntur. Verum circuitus cælestium cuncta gubernans, astrorumque motus singula ita disponunt, prout se mutuo inter se habent, secundum meridianum tempus atque situm, et ortus, et occasus, atque congressus. Ab his utique præsagientes prædicunt de his, quæ circa universum, et quæ circa quemlibet futura sunt. Neque solum qualis fortuna, sed etiam qualis ferme cogitatio sit futura. Videre licet alia quoque animalia plantasque ab ipsa illorum consensione tum augeri, tum minui, tum cætera ab illis omnia perpeti. Regiones quin etiam in terra inter se differre secundum habitum quendam ad universum, præcipue vero per aspectum ad solem. Sequi autem loci naturam apparet non solum plantas et bruta, verum etiam hominum species et magnitudines, et colores, iras, cupiditates, studia, mores. Itaque omnium auctoritas penes ipsum consistere videtur universi circuitum. Ad hæc igitur primo dicendum est, hunc quoque sermonem, quamvis alio quodam pacto, superioribus omnia nostra subjicere,

231 F καὶ ἀνθρώπων εἴδη τε καὶ μεγέθη, καὶ χρόας, καὶ θυμοὺς, καὶ ἐπιθυ-
μίας, ἐπιτηδεύματά τε καὶ ἤθη. Κυρία ἄρα ἡ τοῦ παντὸς πάντων
φορά. Πρὸς δὴ ταῦτα πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ῥητέον, ὅτι καὶ οὗτος ἕτερον
τρόπον ἐκείνοις ἀνατίθησι τὰ ἡμέτερα, βουλὰς καὶ πάθη, κακίας τε
καὶ ὁρμάς· ἡμῖν δὲ οὐδὲν διδοὺς, λίθοις φερομένοις καταλείπει εἶναι,
G ἀλλ' οὐκ ἀνθρώποις ἔχουσι παρ' αὐτῶν καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν φύσεως ἔρ-
γον. Ἀλλὰ χρὴ διδόναι μὲν τὸ ἡμέτερον ἡμῖν· ἥκειν δὲ εἰς τὰ ἡμέ-
τερα, ἤδη τινὰ ὄντα καὶ οἰκεῖα ἡμῶν, ἀπὸ τοῦ παντὸς, ἄττα καὶ
διαιρούμενον, τίνα μὲν ἡμεῖς ἐργαζόμεθα, τίνα δὲ πάσχομεν ἐξ ἀνά-
γκης, μὴ πάντα ἐκείνοις ἀνατιθέναι· καὶ ἰέναι μὲν παρὰ τῶν τόπων
232 καὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ περιέχοντος εἰς ἡμᾶς, οἷον θερμότητας ἢ ψύξεις
ἐν τῇ κράσει, ἰέναι δὲ καὶ παρὰ τῶν γιγνομένων· τοῖς γοῦν γονεῦσιν
ὅμοιοι καὶ τὰ εἴδη ὡς τὰ πολλὰ, καί τινα τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς
παθῶν; οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁμοίων ὄντων τοῖς εἴδεσι παρὰ τοὺς τόπους
ἔν γε τοῖς ἤθεσι πλείστη παραλλαγὴ, καὶ ἐν ταῖς διανοίαις ἐνορᾶται,
B ὡς ἂν ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς τῶν τοιούτων ἰόντων· αἵτε πρὸς τὰς κράσεις
τῶν σωμάτων καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἐναντιώσεις καὶ ἐνταῦθα πρε-

1. τε καὶ] Abest τε a Codd. Med. A.B.; sed in priore additum est ab al. m. In Cod. Vat. omissum καὶ additur in marg.

6. αὐτῶν—αὐτῶν] Cod. Vat. αὑτῶν—αὑτῶν. Posterius est etiam in Cod. Med. A. Edit.: παρ' αὐτῶν κ. ἐ. τ. αὐτῶν.

8. οἰκεῖα] Ita Codd. Mon. C. Med. A. B. Vat. Reliqui cum Ed. οἰκεῖνα. Cæterum hæc paullulum conturbata ita disposuerim: ἥκειν δὲ εἰς τὰ ἡμέτερα ἤδη ὄντα καὶ οἰκεῖα ἡμῶν τινα ἀπὸ τοῦ παντός.

ib. ἄττα] Codd. Darm. Marc. Mon. C. Vat. ἄττα. Edit. et Orell. ἅττα.

9. διαιρούμενον] Ita omnes, exceptis Codd. Mon. A. et Vind. A. Sed Ed. διαρρούμενον. Conr. Orell. conjiciebat: ἄττα καὶ διαιρητέον vel διαιρεῖσθαι. Neutro opus est, sed διαιρούμενον, sc. τινὰ, pendet a prægressis χρὴ διδόναι ex perpetuo usu Plotiniano.

ib. τίνα δὲ] Ita Codd. Par. A. et Vat. et Orell. Reliqui cum Ed. τινὰ δέ.

10. ἐκείνοις] Codd. Marc. A. Mon. C. ἐκείνης.

ib. παρὰ τῶν] Codd. Ciz. Med. A.B. ἐπὶ τῶν.

11. ψύξεις] Cod. Vind. A. ψύχεις. Et ita etiam infra, cap. VI.

12. παρὰ] Edit. ἐπὶ sed omnes, præter Codd. Ciz. et Marc. C., cum marg. Ed. παρά. Item mox omnes ὡς pro καὶ, quod in edit. est.

14. τόπους] Edit. τρόπους, verum ita nullus; sed cum marg. Ed. habent τύπους Codd. Mon. A. et Vat. (hic in marg.) Reliqui omnes τόπους, et ita Fic. et Grot. De παρὰ, *propter*, dixi supra p. 3. B.

15. ἔν γε τοῖς—ἰόντων] Hæc bis scripta sunt in Cod. Vat. Sed in m. obelo notantur.

ib. πλείστη] Cod. Ciz. πλάτη.

16. κράσεις] Cod. Mon. A. κρίσεις.

17. πρὸς] Abest a Codd. Darm. Marc. B. et Med. A.

voluntates, passiones, vitia, impetus: nobis autem nihil assignare nostrum, sed nos existimare tanquam lapides agitari, potius quam, tanquam homines, quoddam ex nobis nostraque natura proprium munus habentes. Veruntamen concedere decet nostrum nobis, opinarique præterea, pervenire quædam ab universo usque ad nostra, quæ jam per se aliquid sint, nobisque propria. Sane distinguendum est, quænam ipsi nos agamus, quæve necessario patiamur, neque cælestibus omnia concedenda. Existimare debemus a regionibus aërisque circumfusi diversitate multa nobis accidere: velut in corporis complexione frigus atque calorem, accidere quoque ab eorum, qui gignuntur, conditione. Nonne parentibus plurimum nati similes oriuntur, tum forma atque figura, tum quibusdam animæ irrationalis affectibus? Quinimo sæpe similes forma sunt ob communem loci naturam: quam plurimam tamen in moribus et cogitationibus differentiam, quasi hæc ab alio quodam principio oriantur. Præterea repugnantia rationis adversus complexionem corporis atque libidines ad hæc similiter refellenda conducit. Sin autem ex eo, quod habitudinem stellarum suspicientes singulis futura prænuntiant, ab illis quoque fieri opinentur: perinde id se habebit, ac si aves eorum, quæ significant, causæ forent: similiterque si omnia, quorum inspectione vates præsagiunt, facere etiam, quæ significant, dicerentur. Item ex his eadem perfectius considerare licet, quæ nato prædicit astrologus, suspiciens stellarum dispositionem, quando

πόντως λέγοιντο ἄν. Εἰ δ' ὅτι εἰς τὴν τῶν ἄστρων σχέσιν ὁρῶντες 232 περὶ ἑκάστων λέγουσι τὰ γιγνόμενα, παρ' ἐκείνων ποιεῖσθαι τεκμαίρονται, ὁμοίως ἂν καὶ οἱ ὄρνεις ποιητικοὶ ὧν σημαίνουσιν εἶεν, καὶ πάντα, εἰς ἃ βλέποντες οἱ μάντεις προλέγουσιν. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε ἀκριβέστερον ἄν τις ἐπισκέψαιτο περὶ τούτων· ἅ τις ἂν ἰδὼν C εἰς τὴν τῶν ἄστρων σχέσιν, ἣν εἶχον ὅτε ἕκαστος ἐγίγνετο, προείποι, ταῦτα φασὶ καὶ γίγνεσθαι παρ' αὐτῶν, οὐ σημαινόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιούντων. Ὅταν τοίνυν περὶ εὐγενείας λέγωσιν ὡς ἐξ ἐνδόξων τῶν πατέρων καὶ μητέρων, πῶς ἔνι ποιεῖσθαι λέγειν ταῦτα, ἃ προϋπάρχει περὶ τοὺς γονεῖς, πρὶν σχέσιν γενέσθαι ταύτην τῶν ἄστρων, ἀφ' ἧς προλέγουσι. Καὶ μὴν καὶ γονέων τύχας, ἀπὸ τῶν D παίδων τῆς γενέσεως, καὶ παίδων διαθέσεις οἷαι ἔσονται, καὶ ὁποίαις συνέσονται τύχαις, ἀπὸ τῶν πατέρων περὶ τῶν οὔπω γεγονότων λέγουσι· καὶ ἐξ ἀδελφῶν ἀδελφῶν θανάτους· καὶ ἐκ γυναικῶν τὰ περὶ τοὺς ἄνδρας ἀνάπαλίν τε ἐκ τούτων ἐκεῖνα. Πῶς ἂν οὖν ἡ ἑκάστου σχέσις ἐπὶ τῶν ἄστρων ποιεῖ, ἃ ἤδη ἐκ πατέρων οὕτως ἕξειν λέγε- E ται. Ἢ γὰρ ἐκεῖνα τὰ πρότερα ἔσται τὰ ποιοῦντα, ἢ εἰ μὴ ἐκεῖνα ποιεῖ, οὐδὲ ταῦτα. Καὶ μὴν καὶ ἡ ὁμοιότης ἐν τοῖς εἴδεσι πρὸς τοὺς γονέας οἴκοθεν φησὶ καὶ κάλλος καὶ αἶσχος ἰέναι, ἀλλ' οὐ παρὰ φορᾶς ἄστρων. Εὔλογόν τε κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ ἄλλα ζῶά

1. λέγοιντο] Cod. Mon. A. λέγοιτο.
ib. δ' ὅτι] Cod. Ciz. δέ τι.
ib. ὁρῶντες] Cum marg. Ed. habent ἰόντες: Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (a pr. m.) Par. A. et marg. Vat.
2. ἐκείνων] Cod. Ciz. ἐκείνῳ.
3. ὄρνεις] Cod. Vat. forma Attica ὄρνις, cum Marc. A.
4. ἐκ τῶνδε] Cod. Ciz. αὐτῶν δέ.
5. ἐπισκέψαιτο περὶ τούτων] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. περὶ τουτων ἐπισκέψαιτο
6. ἐγίγνετο] Cod. Vat. ἐγένετο. Proxime Conr. Orellius post ἂν deletum vult ποιεῖσθαι. Scilicet parum intellexit loci sententiam!
8. Ὅταν] Cod. Vat. ὅτι.
10. πρὶν] Edit. περὶ την sed ita solus Par. A. et marg. Vat. Reliqui omnes πρὶν, ut legit Fic.
12. γενέσεως] Ita, pro γενέσιος, scripsi ex Codd. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Marc. Vat.
13. συνέσονται] Cod. Par. A. συνέχονται
14. περὶ τοὺς] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ἐπὶ τούς.
16. ποιεῖ] Codd. Darm. Mon. A.C. (ex corr.) Vind. A. Marc. ποιοῖ.
ib. οὕτως ἕξειν] Cod. Ciz. ἕξειν οὕτως.
17. ποιοῦντα;] Cod. Vat. non habet interrogandi signum.
ib. ἐκεῖνα ποιεῖ] Cod. Vind. A. ἐκεῖνα ποιοῖ.
18. τοὺς γονέας] τοὺς abest a Cod. Ciz. Idem mox habet φασί.
19. φορᾶς] Cod. Vat. φοράς.
20. ἄλλα] Codd. Med. A. (a pr. m.) Par. A. Vat. (in marg.) ut marg. Ed. ἄλλα. Cod. Darm. utroque conjuncto ἄλλα ἅμα. Edit. ἅμα solum.

nascitur, constitutam: quæ quidem si dixerint non significari tantum a præsenti dispositione, sed fieri, sæpius mentientur. Nempe quando de generosa stirpe judicant dicentes, natum ex nobilibus patribus, vel matribus ortum: quonam pacto licet dicere hinc illa fieri, quæ parentibus insunt prius, quam talis stellarum veniat dispositio, cujus contemplatione prædicunt? Etenim parentum quoque fortunas a filiorum generatione declarant. Rursus futuras filiorum conditiones atque fortunas ab ipsis parentibus circa illos, qui nondum sunt nati, portendunt. A fratrum quoque genituris sæpe fratrum mortes: item ex mulieribus virorum sortes: vicissimque ex his illa dijudicant. Quanam igitur ratione stellarum dispositio cujusque propria facit ea, quæ jam ex patribus certa quadam conditione futura dicuntur? Aut enim priora illa sunt efficientes causæ: aut, si illa causæ non sunt, neque hæc etiam causæ erunt. Quin etiam filiorum forma parentibus similis testatur pulchritudinem deformitatemque ab ipsa stirpe, non ab astrorum motibus proficisci. Probabile est insuper, eodem in tempore animalia omnigena hominesque simul oriri:

232 τε παντοδαπὰ, καὶ ἀνθρώπους ἅμα γίγνεσθαι, οἷς ἅπασιν ἐχρῆν τὰ
F αὐτὰ εἶναι, οἷς ἡ αὐτὴ σχέσις. Πῶς οὖν ἅμα μὲν ἀνθρώπους, ἅμα
δὲ καὶ τὰ ἄλλα διὰ τῶν σχημάτων;
Ἀλλὰ γὰρ γίγνεται μὲν ἕκαστα κατὰ τὰς αὐτῶν φύσεις· ἵππος
μὲν, ὅτι ἐξ ἵππου, καὶ ἄνθρωπος, ὅτι ἐξ ἀνθρώπου· καὶ τοιόσδε, ὅτι
ἐκ τοιοῦδε. Ἔστω δὲ συνεργὸς καὶ ἡ τοῦ παντὸς φορὰ, συγχωροῦσα
τὸ πολὺ τοῖς γινομένοις· ἔστωσαν δὲ πρὸς τὰ τοῦ σώματος πολλὰ
σωματικῶς διδόντες, θερμότητας καὶ ψύξεις, καὶ σωμάτων κράσεις
G ἐπακολουθούσας· πῶς οὖν τὰ ἤθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ μάλιστα
οὐχ ὅσα δοκεῖ κράσει σωμάτων δουλεύειν· οἷον γραμματικός τις καὶ
γεωμετρικὸς, καὶ κυβευτικὸς, καὶ τῶνδέ τις εὑρετής; πονηρία δὲ
233 ἤθους παρὰ θεῶν ὄντων πῶς ἂν δοθείη; καὶ ὅλως ὅσα λέγονται διδό-
ναι κακὰ κακούμενοι ὅτι δύνουσι, καὶ ὅτι ὑπὸ γῆν φέρονται, ὥσπερ
διάφορόν τι πασχόντων, εἰ πρὸς ἡμᾶς δύνοιεν, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ ἐπὶ
σφαίρας οὐρανίας φερομένων, καὶ πρὸς τὴν γῆν τὴν αὐτὴν ἐχόντων
σχέσιν. Οὐδὲ λεκτέον, ὡς ἄλλος ἄλλον ἰδὼν τῶν θεῶν κατ' ἄλλην
καὶ ἄλλην στάσιν, χείρων ἢ κρείττων γίγνεται· ὥστε εὐπαθοῦντας
B μὲν ἡμᾶς εὐποιεῖν, κακοῦν δὲ, εἰ τἀναντία. Ἀλλὰ μᾶλλον ὡς φέρε-

3. καὶ τὰ ἄλλα] Codd. Mon. A.C. Marc. A. Vat. Vind. A. καὶ τὰ ἄλλα, ut legit Fic. Cod. Ciz. κατὰ ἄλλα. Edit. τὰ ἄλλα sive καί. Conr. Orellius post διὰ τῶν σχημάτων suppleri vult γίνεσθαι εὔλογον. Non necesse.
5. ὅτι ἐξ ἀνθρώπου] Cod. Ciz. ὁ pro ὅτι. Genitivum, pro ἀνθρώπους, dedi ex Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat.
8. κράσεις] Codd. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. βράσεις.
9. καὶ τὰ] Abest τὰ a Codd. Marc. B. C. Med. A.B.
10. κράσει] Cod. Vat. κράτει. Sed κράσει in marg. Pro οὐχ ὅσα Conr. Orell. volebat ὅσα οὐ. Libri nil variant.
12. ὅλως] Cod. Vat. ὅλων, in marg. ὅλως. Mox Conr. Orell. vult: κακουμένων, sed nullus liber addidit et κινούμενοι pendet a λέγονται. Variat enim constructio. Proinde perspicuitatis causa virgulam delevi post κακά.
13. ὅτι ὑπὸ] Abest ὅτι a Cod. Med. B.
14. πασχόντων] Edit. παρασχόντων, sed Codd. Ciz. Darm. Mon. C. Marcc. Vat. πασχόντων, ut legit Ficinus et Grotius.
ib. οὐκ ἀεὶ] Cod. Ciz. οὐ καί.
16. τῶν θεῶν] Cod. Vat. omittit τῶν.
18. εἰ τἀναντία] Cod. Ciz. εἰς. Scripsi autem τἀναντία, pro eo quod in Ed. erat τ' ἀναντία. Mox Conr. Orell. ita: τὴν τοῦ εἰς αὐτὰ—βλέποντας. Hæc corrupta "et ab antecedentibus" dirimenda censeo.

in quibus eadem omnino oporteret accidere, quibuscunque stellarum eadem dispositio imminet. Quo igitur modo homines simul et cætera per easdem cæli figuras exoriuntur?

VI. *Singula hic a naturis propriis magis, quam cælo propriam in generatione accipiunt qualitatem: quamvis a cælo significentur.*

Sed profecto singula secundum naturas suas fiunt. Equus quidem quoniam ex equo, homo autem quoniam ex homine nascitur: quin etiam talis vel equus vel homo, quoniam fit ex tali. Conducat ad idem quoque cæli motus, concedens tamen genitoribus genitisque quam plurimum. Tradant vero cælestia quantum ad corpus spectat multa, et hæc quidem conditione corporea, calores, frigora, complexiones corporum consequentes: at quonam pacto mores, et studia, præsertim quæcunque non videntur corporum complexionibus obsequi: ceu quod aliquis sit grammaticus, vel geometra, vel aleator, talisque rei aut talis inventor. Jam vero pravitas morum quomodo a cælestibus, qui Dii sunt, hominibus dari potes? Et omnino quotcunque dare dicuntur mala ipsi videlicet facti mali, propterea quod occidant, vel sub terram ferantur, quasi diversum aliquid patiantur, si nobis occiderint, non autem semper per cælestem sphæram circumferantur, et quantum in se est, terram eadem ratione respiciant. Neque etiam dicendum est, Deorum alium, dum alio atque alio situ aspicit alium, meliorem deterioremve evadere: adeo ut affecti bene nobis etiam benefaciant, male vero affecti noceant. Præstat vero dicere, cælestia pro uni-

ται μὲν ταῦτα ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων, παρέχεται δὲ καὶ ἄλλην χρείαν 233
τὴν τοῦ εἰς αὐτὰ ὥσπερ γράμματα βλέποντας τοὺς τὴν τοιαύτην
γραμματικὴν εἰδότας ἀναγιγνώσκειν τὰ μέλλοντα ἐκ τῶν σχημάτων
κατὰ τὸ ἀνάλογον, μεθοδεύοντας τὸ σημαινόμενον· ὥσπερ εἴ τις λέ-
γοι ἐπειδὴ ὑψηλὸς ὁ ὄρνις, σημαίνει ὑψηλάς τινας πράξεις. C

Λοιπὸν δὲ ἰδεῖν τὴν ἐπιπλέκουσαν καὶ οἷον συνείρουσαν ἀλλήλοις
πάντα, καὶ τὸ πῶς ἐφ' ἑκάστου ἐπιφέρουσαν, ἀρχὴν τιθεμένην μίαν
ἀφ' ἧς πάντα κατὰ λόγους σπερματικοὺς περαίνεται. Ἔστι μὲν οὖν
καὶ αὕτη ἡ δόξα ἐγγὺς ἐκείνης τῆς πᾶσαν καὶ σχέσιν καὶ κίνησιν
ἡμετέραν τε καὶ πᾶσαν ἐκ τῆς τῶν ὅλων ψυχῆς ἥκειν λεγούσης, εἰ
καὶ βούλεταί τι ἡμῖν καὶ ἑκάστοις χαρίζεσθαι, εἰς τὸ παρ' ἡμῶν ποι- D
εῖν τι ἔχει μὲν οὖν τὴν πάντως πάντων ἀνάγκην, καὶ πάντων εἰλημ-
μένων τῶν αἰτίων, οὐκ ἔστιν ἕκαστον μὴ οὐ γίγνεσθαι· οὐδὲν γὰρ
ἔτι τὸ κωλῦσον, ἢ ἄλλως γενέσθαι ποιῆσον, εἰ πάντα εἴληπται ἐν
τῇ εἱμαρμένῃ. Τοιαῦτα δὲ ὄντα, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ὡρμημένα, ἡμῖν
οὐδὲν καταλείψει, ἢ φέρεσθαι ὅπῃ ἂν ἐκεῖνα ὠθῇ· αἵ τε γὰρ φαντα-
σίαι τοῖς προηγησαμένοις, αἵ τε ὁρμαὶ κατὰ ταύτας ἔσονται· ὄνομά E

Neque enim, ut ex fine Capitis videmus, concedit vel probat, sed explodit auctor prædictiones astrologicas. Quare legendum censeo: τὸ δὲ εἰς αὐτὰ κ. τ. λ. Libri non suffragantur. Nec memor fuit Orellius eorum quæ ipse ex Plotino laudaverat ad Sallustium de Diis et Mundo cap. 9. pag. 137. Nec Moshemius nec Cudworth. in his hæserunt. Tu vide quæ supra posuimus ad pag. 140. infr. et pag. 141. supra; ubi et hunc locum tractavimus.

2. τὴν τοιαύτην] Codd. Ciz. Mon. A.C. Vat. Vind. A. omittunt τήν.

5. ὁ ὄρνις] Edit. ὄρνις sine articulo, sed omnes Codd., præter Mon. C., habent ὁ ὄρνις. Conr. Orell. ad ὥσπερ εἴ τις λέγοι suppleri vult: ταὐτόν ἐστιν. Minime.

ib. σημαίνει] Codd. Marc. B. Darm. et Med. A. σημαίνειν.

6. δὲ ἰδεῖν] Cod. Ciz. δὲ τὸ ἰδεῖν.

7. ἐφ' ἑκάστου] Codd. Mon. C. Par. A. Vat. Vind. A. ἐφ' ἑκάστου, quod recepimus. Edit. ἀφ' ἑκάστου.

8. σπερματικοὺς] Codd. Darm. Med. A. B. Par. A. Marc. B.C. Vat. ut marg. Ed. σπερματικούς. Edit. vitiose γραμματικούς. Conr. Orell. conjectabat πραγματικούς. Sed vid. Annot. nostr. in cap. 4. init.

9. καὶ σχέσιν] κατὰ σχέσιν, cum Ed., solus Cod. Par. A. Reliqui omnes cum marg. Ed. καὶ σχέσιν.

10. εἰ καὶ] Cod. Ciz. εἰ δέ.

11. βούλεταί τι] τις cum Ed., nonnisi Codd. Marc. B. Med. A. (a pr. m.) Par. A. et marg. Vat. Reliqui omnes βούλεταί τι. Recte. Namque cogitandum βούλεται αὕτη ἡ δόξα ex præcedentibus.

16. ὅπῃ ἂν] Codd. Darm. Marc. B. et Med. A. ὅπου ἄν.

ib. αἵ τε γὰρ φαντασίαι τοῖς προηγησαμένοις] Conr. Orell. supplendum censet αἰτίοις γίνονται. Non necesse, sed pendent hæc a sequente ἔσονται ex Plotiniana brevitate.

versi salute percurrere, sed interim ad alium quendam usum conducere: quo scilicet qui illa suspiciunt quasi literas, quæ videlicet literaturam ejusmodi noverint, futura legant, ex ipsis figuris comparatione quadam analogica indagantes significatum: quemadmodum si quis dixerit, avem per sublimia pervolantem actiones quasdam sublimes significare.

VII. *Qui necessariam rerum seriem introducunt inevitabiliter singula peragentem, auferunt tum infimis contingentiam, tum consilio libertatem.*

Reliquum est, considerare opinionem dicentem cuncta simul implicari atque connecti, unde singulis conditio assignatur: ponentem quoque principium unum, a quo per rationes seminales singula generentur. Est autem hæc opinio illi persimilis, quum dicit, omnem habitum atque motum tum nostrum tum universum, ab anima universi procedere. Et si quis velit nobis et singulis condonare, ut nonnihil a nobis ipsis efficiamus, habet tamen omnino omnium necessitatem. Sane omnibus una causis comprehensis impossibile est, unumquodque non effici. Nihil enim præterea reliquum est, quod vel prohibere queat, vel aliter fieri forte compellat: siquidem cuncta comprehendantur in fato. Cum vero talia sint, ut ab uno principio profluant, nihil jam nobis aliud restat, nisi ut feramur quocunque nos illa compulerint. Nam et imaginationes causas sequentur antecedentes, et impetus imaginationes comitabuntur: arbitriique libertas nomen erit

233 τε μόνον τὸ ἐφ' ἡμῖν ἔσται. Οὐ γὰρ ὅτι ὁρμῶμεν ἡμεῖς, ταύτῃ τι
πλέον ἔσται, τῆς ὁρμῆς κατ' ἐκεῖνα γεννωμένης· τοιοῦτόν τε τὸ ἡμέ-
τερον ἔσται, οἷον καὶ τὸ τῶν ἄλλων ζώων καὶ τὸ τῶν νηπίων, καθ'
ὁρμὰς τυφλὰς ἰόντων, καὶ τὸ τῶν μαινομένων· ὁρμῶσι γὰρ καὶ οὗτοι,
καὶ νὴ Δία αἱ πυρὸς ὁρμαὶ, καὶ πάντων ὅσα δουλεύοντα τῇ αὑτῶν
F κατασκευῇ φέρεται κατὰ ταύτην. Τοῦτο δὲ καὶ πάντες ὁρῶντες οὐκ
ἀμφισβητοῦσιν, ἀλλὰ τῆς ὁρμῆς ταύτης ἄλλας αἰτίας ζητοῦντες,
οὐχ ἵστανται ὡς ἐπ' ἀρχῆς ταύτης.

Τίς οὖν ἄλλη αἰτία παρὰ ταύτας ἐπελθοῦσα ἀναίτιόν τε οὐδὲν
καταλείψει, ἀκολουθίαν τε τηρήσει καὶ τάξιν, ἡμᾶς τέ τι εἶναι συγ-
χωρήσει, προῤῥήσεις τε καὶ μαντείας, οὐκ ἀναιρήσει; Ψυχὴν δὴ δεῖ
G ἀρχὴν οὖσαν ἄλλην, ἐπεισφέροντας εἰς τὰ ὄντα, οὐ μόνον τὴν τοῦ
παντὸς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑκάστου μετὰ ταύτης, ὡς ἀρχῆς οὐ σμικρᾶς
οὔσης, πλέκειν τὰ πάντα, οὐ γιγνομένης καὶ αὐτῆς ὥσπερ τὰ ἄλλα
ἐκ σπερμάτων, ἀλλὰ πρωτουργοῦ αἰτίας οὔσης. Ἄνευ μὲν οὖν σώ-
ματος οὖσα κυριωτάτη τε αὑτῆς καὶ ἐλευθέρα, καὶ κοσμικῆς αἰτίας
234 ἔξω· ἐνεχθεῖσα δὲ εἰς σῶμα, οὐκ ἔτι πάντα κυρία, ὡς ἂν μεθ' ἑτέρων

1. Οὐ γὰρ—ἔσται] Desunt hæc in Cod. Ciz. Operarum autem vitio hæc eadem omissa sunt in contextu Orelliano.

ib. Οὐ γὰρ ὅτι ὁρμῶμεν] Addit μόνον post ὁρμῶμεν editio, sed omittunt μόνον Codd. Mon. A.C. Med. B. Vat. Marc. A.C. Vind. A. Sed Vat. habet in marg. Neque tamen Fic. et Grot. expresserunt.

2. γεννωμένης] Edit. γενομένης, sed omnes, præter Codd. Mon. A. et Vind. A., cum marg. Ed. γεννωμένης. Cf. Annot. præcedentem.

3. καὶ τὸ τῶν] Codd. Med. A. Marc. C. omittunt τό.

4. γὰρ καὶ οὗτοι] Codd. Ciz. Marc. Mon. A. Vat. γὰρ καὶ οὗτοι. Ab edit. abest καὶ, sed expresserunt Fic. et Grot. et recepit Orellius. Quod sequitur καὶ omissum est in Cod. Ciz.

8. ἵστανται ταύτης] Ed. ἥστανται. Post hanc vocem Codd., præter Darm., omnes addunt ὡς ἐπ' ἀρχῆς, quod edit. non habet, sed legit etiam Fic. et nos recepimus.

9. Τίς] Cod. Vat. τί, in m. τίς.

11. οὐκ ἀναιρήσει] Ed. οὐκ ἂν ἀναρήσει. Vocem ἂν habet nonnisi Cod. Mon. A. et marg. Vat. Delevimus.

ib. ψυχὴν δὴ] Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Vind. A. ψυχὴν δή. Edit. δέ.

12. ἐπεισφέροντας εἰς] Codd. Ciz. et Vat. ἐπισφέροντας ὡς. Sed Vat. in m. εἰς.

16. ἐλευθέρα] Cod. Vat. ἐλευθερία, sed in m. ut Ed.

17. ἐνεχθεῖσα] Codd. Darm. Med. A.B. Par. A. Marc. B. et marg. Vat. cum marg. Ed. ἐξενεχθεῖσα. Videtur ex antecedente ἔξω nata lectio.

inane. Non enim ex eo, quod ipsi nos aliquid impetu quodam aggredimur, arbitrii plus habebimus: quippe cum impetus omnis ab antecedentibus incitetur: jusque nostrum erit tale, quale animalium reliquorum infantiumque atque furentium cæcis quibusdam stimulis discurrentium: nam et in his sunt impetus. Et per Jovem similis ferme impetus est in igne, atque in omnibus, quotcunque conditioni propriæ servientia ipsius instinctu præcipitantur. Id autem omnes perspicue contuentes non ambigunt. Verum alias quasdam hujus impetus causas indagantes in hoc quasi principio minime conquiescunt.

VIII. *Quomodo anima sit super fatum, in fato, sub fato.*

Quænam igitur alia, præter has, restat causa, quæ accedens nihil relinquat extra causam, consequentiam rerum ordinemque conservet, nos aliquid esse permittat, prædictiones vaticiniaque non tollat? Animam itaque oportet, quæ aliud principium sit, rerum ordinibus inserentes, neque universi tantum, sed etiam cujuslibet animam una cum totius anima, utpote quæ principium sit non parvum cuncta contexere: cum videlicet anima non sicut cætera ex seminibus oriatur, sed in causarum generationem præcedentium ordine collocetur. Quam ob rem quando a corpore semota vivit, maxime sui ipsius domina est atque libera et extra mundanæ causæ potestatem: at infusa corpori haud amplius in omnibus dominandi auctoritatem habet vel libertatem: utpote quæ una cum aliis jam fuerit ordinata. Fortunæ vero, scilicet ea, quæ circumstant, quibuscum concidit profecta in medium, possunt quam plurimum, usque adeo, ut anima propter circumstan-

ταχθεῖσα. Τύχαι δὲ τὰ κύκλῳ πάντα, οἷς συνέπεσεν ἐλθοῦσα εἰς μέσον, τὰ πολλὰ ἤγαγον, ὥστε τὰ μὲν ποιεῖν διὰ ταῦτα, τὰ δὲ κρατοῦσαν αὐτὴν, ταῦτα ὅπῃ ἐθέλει ἄγειν. Πλείω δὲ κρατεῖ ἡ ἀμείνων· ἐλάττω δὲ ἡ χείρων· ἢ γὰρ κράσει σώματός τι ἐνδιδοῦσα ἐπιθυμεῖν ἢ ὀργίζεσθαι ἠνάγκασται, ἢ πενίαις ταπεινὴ, ἢ πλούτοις χαῦνος, ἢ B δυνάμεσι τύραννος· ἡ δὲ καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις ἀντέσχεν, ἡ ἀγαθὴ τὴν φύσιν· καὶ ἠλλοίωσεν αὐτὴ μᾶλλον, ἢ ἠλλοιώθη, ὥστε τὰ μὲν ἑτεροιῶσαι, τοῖς δὲ συγχωρῆσαι, μὴ μετὰ κάκης. 234

Ἀναγκαῖα μὲν οὖν ταῦτα, ὅσα προαιρέσει καὶ τύχαις κραθέντα γίγνεται· τί γὰρ ἂν ἔτι καὶ ἄλλο εἴη; πάντων δὲ ληφθέντων τῶν αἰτίων, πάντα πάντως γίγνεται, ἐν τοῖς ἔξωθεν, καὶ εἴ τι ἐκ τῆς C φορᾶς συντελεῖται. Ὅταν μὲν οὖν ἀλλοιωθεῖσα παρὰ τῶν ἔξω ψυχὴ πράττῃ τι καὶ ὁρμᾷ, οἷον τυφλῇ τῇ φορᾷ χρωμένῃ, οὐχὶ ἑκούσιον τὴν πρᾶξιν, οὐδὲ τὴν διάθεσιν λεκτέον· Καὶ ὅταν αὐτὴ παρ' αὐτῆς

2. τὰ δὲ] Cod. Vat. τάδε.

3. κρατεῖ] Codd. Ciz. Mon. A. Marc. Med. A.B. Vat. Vind. A. (ex corr.) κρατεῖ. Mon. C. κράτει. Edit. κρατεῖν.

ib. ἡ ἀμείνων] Cod. Vat. in marg. ἴσως εἰ; in contextu cum Marc. ἡ pro ἢ. Et ita Grot. quem sequimur. Fic. legit. εἰ. Edit. ἤ.

4. ἐλάττω δὲ ἡ] Cod. Ciz. ἐλάττων. Pro ἢ editionis est ἡ in Codd. Ciz. Par. A. Marc. Vat. Sed Vat. iterum in marg. εἰ, ἴσως.

ib. γὰρ—τι] Abest γὰρ a Cod. Par. A. et τι a Cod. Med. B.

ib. ἐνδιδοῦσα] Codd. Mon. C. Marc. A. Vind. A. ἐνδοῦσα.

5. ὀργίζεσθαι] Cod. Vat. ὀρέγεσθαι, vel ad vestigia scripturæ ὀρέγεσθαι, in marg. ut Ed. Tum abest ἢ, ut in Cod. Par. A., et scribitur ἠνάγκασται, ut est in Codd. Marc. A.C. Mon. C. Med. B. Par. A. Utrumque posuimus. In Codd. Darm. Mon. A. Med. A. Vind. A. Marc. B. ἠνάγκασθαι (sic). Casp. Orell. volebat: ἡ γὰρ κράσει—ὀργίζεσθαι ἠναγκάσθη.

6. τοῖς αὐτοῖς] Cod. Vat. omittit αὐτοῖς, in m. add.

ib. ἀντέσχεν] Ita, pro ἀντέσχειν, scribendum fuit ex Codd. Ciz. Med. A.B. Par. A. Vat. Vind. A. In Cod. Mon. C. est ἀντέσχον.

7. ἠλλοίωσεν—ἠλλοιώθη] Ita Codd. Mon. A.C. Marc. Med. A.B. Par. A. Vat. Vind. A. Sed Ed. ἠλλίωσεν—ἠλλιώθη.

8. ἑτεροιῶσαι] Cod. Mon. C. (supra lin. ab alt. m.) ἑταιροιῶσαι. Cod. Marc. A. supra lin. ἑτεραιῶσαι. Sequitur τοῖς pro τὰ editionis in Codd., præter Darm. Marc. C. Par. A. et Vind. A., omnibus. Recepi.

ib. κάκης] Cod. Vat. καιως (sic); in m. κάκης (sic.

9. κραθέντα] Abest a Cod. Med. B. Sequens καὶ abest a Cod. Vat. Nec Grot. expressit. Ficinum suspiceris legisse κρατηθέντα. Nam si verbotenus vertere volebat, debebat: *commixta*. Sed solet liberius vertere.

10. ληφθέντων] In Cod. Vat. litera η punctorum circulo inclusa est.

11. πάντως] Cod. Vat. πάντων; in m. ως.

ib. ἔξωθεν, καὶ] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. Vind. A. ἔξωθεν δὲ τὰ; Codd. Med. A.B. Par. A. ἔξωθεν δὲ καὶ; Cod. Mon. A. ἔξωθεν τὰ.

12. φορᾶς] Cod. Mon A. φθορᾶς, frequenti confusione. Vid. modo Mangey ad Philon. Jud. vol. I. p. 238. ed. Pfeifferi.

13. οὐχὶ] Codd. Mon. C. Vat. οὐχ.

14. ὅταν αὐτη] Cod. Vat. ὅτε αὐτή.

tiam faciat multa, quædam vero quodam imperio quocunque decreverit agat. In pluribus sane dominatur anima, si melior sit: in paucioribus vero, si pejor. Aut enim complexioni corporis obsequens concupiscere, vel irasci compellitur, aut paupertati succumbens evadit humilior, aut admirata divitias jam tumescit, aut exultans imperio tyrannidem jam exercet: anima vero bonitate naturæ freta, si in eadem inciderit, his repugnat atque dominatur: potiusque permutat ipsa, quam permutetur: et partim quidem mutat, partim absque culpa permittit.

IX. *Quomodo anima in fato sit ut agens. Item de contingentia rerum.*

Necessaria itaque sunt, quæcunque proposito simul atque fortunis comprehensa conficiuntur. Quid enim præter hæc esse queat? Cunctis autem una causis comprehensis omnino omnia fiunt. Inter illa, quæ sunt extrinsecus, connumeratur et si quid ex universi motu una cum sequentibus causis conducit ad opus. Quoties igitur anima ab externis jam mutata agit aliquid et aggreditur, quasi cæco utens motu, neque actionem neque affectionem ejusmodi voluntariam liberamque appellare debemus. Similiter quando ipsa ex se ipsa pejor existens non rectis ubique neque principalibus motionum exordiis utitur. At quoties rationem puram et passionis expertem tanquam proprium ducem habens aggreditur, hanc solam aggressionem judicare debemus in nostro arbitrio sitam esse, vereque liberam: idque opus nostrum

234 χείρων οὖσα περιττὸν οὐκ ὀρθαῖς πανταχοῦ οὐδὲ ἡγεμονούσαις ταῖς
D ὁρμαῖς ᾖ χρωμένη· λόγον δὲ ὅταν ἡγεμόνα καθαρὸν καὶ ἀπαθῆ τὸν
οἰκεῖον ἔχουσα ὁρμᾷ, ταύτην μόνον τὴν ὁρμὴν φατέον εἶναι ἐφ' ἡμῖν,
καὶ ἑκούσιον, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἡμέτερον ἔργον, ὃ μὴ ἄλλοθεν ἦλθεν,
ἀλλ' ἔνδοθεν ἀπὸ καθαρᾶς τῆς ψυχῆς, ἀπ' ἀρχῆς πρώτης ἡγουμένης
καὶ κυρίας, ἀλλ' οὐ πλάνην ἐξ ἀγνοίας παθούσης, ἢ ἧτταν ἐκ βίας
E ἐπιθυμιῶν, αἳ προσελθοῦσαι ἄγουσι καὶ ἕλκουσι· καὶ οὐκ ἔτι ἔργα
ἐῶσιν εἶναι, ἀλλὰ παθήματα παρ' ἡμῶν.

Τέλος δὴ φησὶν ὁ λόγος, πάντα μὲν σημαίνεσθαι καὶ γίγνεσθαι·
κατ' αἰτίας μὲν πάντα, διττὰς δὲ ταύτας· καὶ τὰ μὲν, ὑπὸ ψυχῆς,
τὰ δὲ, διὰ ἄλλας αἰτίας, τὰς κύκλῳ· πραττούσας δὲ ψυχὰς, ὅσα
πράττουσι, κατὰ μὲν λόγον ποιούσας ὀρθὸν, παρ' αὑτῶν πράττειν,
F ὅσα πράττουσι, τὰ δὲ ἄλλα ἐμποδιζομένας τὰ αὑτῶν πράττειν πά-
σχειν τε μᾶλλον ἢ πράττειν· ὥστε τοῦ μὲν μὴ φρονεῖν ἄλλα αἴτια
εἶναι· καὶ ταῦτα ἴσως ὀρθὸν καθ' εἱμαρμένην λέγειν πράττειν, οἷς γε
καὶ δοκεῖ ἔξωθεν τὴν εἱμαρμένην αἴτιον εἶναι, τὰ δὲ ἄριστα, παρ'
ἡμῶν. Ταύτης γὰρ καὶ τῆς φύσεως ἐσμὲν, ὅταν μόνοι ὦμεν, καὶ

1. περιττὸν] Abest hæc vox a Codd. Ciz. Darm. Marcc. Mon. A.C. Vat. Vind. A. Neque Fic. expressit. Conr. Orell. conjungi vult cum ᾖ χρωμένη "cum nimium utatur, indulgeat." Sed cum hoc orationis membro conjunctum est πανταχοῦ.

2. ᾖ χρωμένη] Codd., exceptis Mon. A. et Vind. A., omnes cum marg. Ed. ᾖ. Edit. in textu ἡ vitiose.

3. μόνον] Codd. Mon. A.C. Med. A.B. Marcc. μόνην.

5. ἔνδοθεν] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. ἔνδον. Vind. A. ἐν δον (sic). Rixnerus in Handbuch der Geschichte der Philosophie I. 387. infr. ex hoc loco dat: ἀλλ' ἔκδοθεν ἀπὸ τῆς καθαρᾶς ὁρμῆς τῆς ψυχῆς, neque hac de mutatione verbulum addit.

6. ἀλλ' οὐ] Cod. Vat. ἄλλου; in m. ut Ed.

ib. ἧτταν] Edit. ἧττον sed Codd. omnes, præter Ciz. Mon. A. et Vind. A., ἧτταν, ut exhibuimus; itaque haud ægre omittemus Conr. Orellii conjecturam: ἥττονος sc. ψυχῆς.

7. ἔργα] Ed. ἔργαι. Sed ἔργα Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Vind. A.

9. Τέλος δὴ] Codd. Mon. C. Vind. A. τέλος δέ. Vat. τέλος δὲ δή. Placet.

11. διὰ ἄλλας] Codd. Marcc. Mon. C. Vat. δι' ἄλλας.

12. κατὰ μὲν—πράττουσι] Desunt hæc in Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. Vat. Vind. A. In marg. Vat. addita sunt.

ib. παρ' αὑτῶν] Codd. Med. A.B. Marc. B. παρ' αὐτῶν. Edit. παρ' αὐτῶν.

13. ὅσα πράττουσι] Edit. ὅταν πράττωσιν Codd. Darm. Med. A. Marc. B. Par. A. cum marg. Ed. ὅσα πράττουσι. Et ita Ficin. et Orellius. Med. B. πράττωσι.

ib. τὰ αὑτῶν] Codd. Ciz. Mon. C. Vind. A. ἑαυτῶν. Conr. Orell. volebat τὰ αὐτῶν οὐ πράττειν. Libri refragantur itemque Ficinus, sed fortasse post πάσχειν delendum τε.

14. ἄλλα αἴτια] Codd. Ciz. Darm. Mon. A. Med. A.B. Vind. A. ut Ed. ἀλλα: reliqui recte ἄλλα.

17. μόνοι ὦμεν] Cod. Vat. μὲν οἴωμεν: in m. ut Ed.

existere. Quod quidem non aliunde ducitur, sed intrinsecus ab anima pura: Anima inquam a primo præcipuoque et proprio progressa principio, neque propter ignorantiam aberrante, vel a violentia libidinum superata. Concupiscentiæ namque vehementius animam occupantes ducunt atque trahunt: neque permittunt ulterius penes nos actiones esse, sed passiones. .

X. *Natura intellectualis agit libere: sed ejus effectus aliquando impeditur in ratione.*

Ratio tandem summatim jam concludit, omnia quidem secundum causas significari atque fieri. Causas vero geminas esse: partim videlicet ad animam, partim ad circumstantia pertinentes: item animas inter agendum, si secundum rationem rectam agant, a se ipsis omnia facere, cætera vero facere velut impeditas opus proprium exequi, ideoque pati magis, quam facere. Quapropter, quod anima prudentia careat, alias esse causas est putandum, taliaque agere secundum fatum recte forsitan diceretur, præcipue penes illos, qui putant fatum causam externam esse. Optima vero quæque a nobis ipsis agi censendum est. Optimæ namque naturæ sumus, quando soli sumus. Denique judicare decet, probos quidem

τούς γε σπουδαίους πράττειν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὰ καλὰ πράττειν, τοὺς 234
δὲ ἄλλους καθ' ὅσον ἂν ἀναπνεύσωσι συγχωρηθέντες, τὰ καλὰ πράτ- G
τειν· οὐκ ἄλλοθεν λαβόντας τὸ φρονεῖν ὅταν φρονῶσι, μόνον δὲ οὐ κωλυθέντας.

1. τούς τε] Codd. Ciz. Marcc. Med. A. B. Vat. Vind. A. τούς γε: quod rescripsimus.
ib. ἐπ' αὐτοῖς] Cod. Ciz. ἐπ' αὐτῆς.
ib. καλὰ] Codd. Mon. A. Marc. A. et Vind. A. ἄλλα. Vat. illam vocem non-nisi in marg. habet.
ib. τοὺς δὲ ἄλλους] Ita omnes Codd. ut marg. Ed. et Fic. Grot. atque Orellius. Context. edit. τὰ δὲ ἄλλα. Mox post ἀναπνεύσωσι delevi comma, ut συγχωρηθέντες cum hoc verbo jungeretur. nisi forte legendum est συγχωρεθέντας.
3. οὐ κωλυθέντας] Ita, præter Ciz., Codd. omnes. Ed. perperam οὐκ κωλυθέντες.

agere, atque ex se ipsis libere honesta facere: alios autem, quatenus respiraverint, expeditique jam fuerint, eatenus libere, honesta similiter agere. Nec aliunde nancisci sapientiam, quoties sapiunt; sed, cum primum non impediuntur uti sapientia, sapere.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM SECUNDUM ENNEADIS TERTIÆ,

# DE PROVIDENTIA,

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI,

### Ordo in mundo non contingit casu.

CASUM in illis, quæ possunt aliter se habere, tantum ponere consuevimus. Possibilitas autem in rebus aliter se habendi, solum provenit ex indeterminata natura materiæ ad aliud semper et aliud dilabente, non autem ex natura formæ semper ad aliquid certum determinante: sed in ordine universi est et materia prima, quæ non est ex materia, et formæ in se ipsis naturaliter subsistentes: quæ etiam ex materia esse non possunt. Neque igitur hæ substantiæ, neque harum secundum se ipsas distinctio casu fieri possunt. Forte enim individuorum quorundam distinctio per solam molis divisionem inter se distinctorum, sorte quadam potest contingere. Distinctio vero ipsarum inter se specierum, quæ formalis est, omnino fortuna quapiam contigisse non potest. Oportet autem res ab initio una cum speciali distinctione fuisse productas: siquidem in universo sunt multa, quæ nec ex se invicem generantur, neque ex aliquo rursum communi: quando quidem non conveniunt in materia. Neque igitur formalis ipsa distinctio, neque productio rerum ullo casu potuit evenisse: præsertim quia causa per se existens prior est, quam illa, quæ est per accidens. Cum igitur posteriora plurimum a causa per se determinata procedant, nefas dictu est, priora a causa fortuita provenisse, sortemque mobilissimam rerum stabilium fuisse principium: cum tamen contra fieri necesse sit, id est, mobilia semper a stabilibus regi ducique, et in suis motibus ordinari. Præterea cum alibi probatum sit ab intellectu divino fieri universum, quod patet ex artificiosissimo rerum ordine intelligentiæ proprio, necesse est communem universi formam tum ab intelligentia Dei excogitari, tum a voluntate constitui, quam nullus frustratur eventus. Quoniam igitur mundi forma non est præter agentis intentionem, merito neque sorte contingit. Cum vero forma totius consistat in distinctione atque ordine partium: neque ipsa rursum distinctio rerum potuit esse fortuita. Denique quod optimum est in opere, rite finis operis est judicandum. Optimum vero mundi totius in mutuo partium ordine collocatur. Ordo autem esse sine distinctione non potest: per ejusmodi ordinem mundus in sua integritate, quæ optimum ipsius est, constituitur. Ordo itaque partium universi earumque distinctio tanquam optimum productionis ipsius est finis, quam ob rem ordo distinctioque rerum casu contigisse non potest.

*Mundanus ordo non provenit ex materia.*

Si specierum distinctio non resultat casu, sequitur, ut nec etiam ex materia. Cum enim hæc indeterminata sit naturaliter ad quam plurima, si quid inde prodeat, fortuito profluit: præsertim si nulla introducatur agentis superioris intentio. Si dixeris, materias esse diversas, propterea que formas inde varias proficisci, confiteri cogeris materias, cum imperfectissimam essendi conditionem habeant, merito non ex se ipsis, sed a principio superiore pendere, ideoque et quod sint, et quod distinctæ sint, aliunde sortiri. Atque ita primam mundo distinctionis causam non esse materias: præsertim quia multa sunt et inter se distincta: quorum nullum ex materia constat: atque ipsa materia a rebus immaterialibus non per aliam materiam segregatur: accedit ad hæc, quod agens quodlibet cum per formam agat, formam intendit velut finem. Non igitur introductæ

in universo sunt formæ materiæ gratia, sed et materia, ut formæ naturales sint, et materiæ ita passim afficiuntur, et ita ut formæ sint tales. Distinctio vero rerum secundum speciem est per formas. Hæc ergo distinctio non ad materiam, tanquam ad primam causam, referri debet, sed materia prorsus ad formas: quæ quidem a causa per formam agente et intendente formam aliter aliterve movetur: et merito, cum materia vilior sit, quam forma, non formæ ad materiam, velut ad finem, sed vicissim materia refertur ad formas, dum videlicet ab ipsa agentis supremi forma, et fit, et movetur, et certis ubique modis afficitur. Distinctio itaque in universo formalis non ex conditione materiæ primum, sed ex auctoris intentione procedit. Quicquid vero vel materiam sequitur, non tam ad formale, quam ad deforme declinat, vel materiæ quantæ divisionem, id specialem non variat formam.

*Mundanus ordo non est ex diversitate principiorum.*

Si quis rerum diversitatem admirans propterea primorum agentium diversitatem inducat, velut causam, considerare debet, utrum agentia inter se diversa ordinem illum invicem habeant, necne. Si quem communem habent ordinem, hunc ex uno quodam superiore possident. A quo sunt illa, et distincta sunt, et sunt unita, ad quod rerum omnium distinctio tandem redigitur, ut in causam: at si agentia illa ordinem nullum habere dicantur, et casu concurrent, et nullus in rebus perpetuus ordo servabitur.

*Ordo rerum non accidit tantum ex successione rerum: sed ex unius intentione.*

Sunt, qui multiplicium rerum diversitatem nequeant ex una mox causa derivare, sed existiment gradatim crescere multitudinem ex uno quodam in duo, e duobus iterum in tria deinceps, aut quatuor: ex eo videlicet, quod prima causa omnino sit simplex, prorsusque una, faciatque unum, quod non potens causæ puritati actuique se prorsus æquare, in potentiam actumque dilabatur. Sed hæc opinio effectibus quidem singulis causas determinatas assignat, toti vero rerum universitati non potest unam causam assignare, sed totam ex concursu omnium causarum opinabitur resultare: atque ita fortuita quadam sorte contingere. Proinde quod in universo est optimum, scilicet commune totius bonum, in ordine cunctarum partium et distinctione consistens, in optimam eorum, quæ sunt, causam, est referendum. Distinctio itaque et dispositio rerum, non ex sequentium duntaxat gradibus causarum, sed ex primæ causæ providentia proficiscitur. Sed quis non videat esse nefas, hoc ipsum, quod in cunctis est optimum, in defectum quendam redigere causarum? quatenus videlicet causa sequens a prioris causæ simplicitate degenerat. Jam vero si integra dispositio mundi, quæ in partium cunctarum ordine collocatur, sicut ordo in distinctione consistit: si, inquam, ejusmodi dispositio tanquam ultima forma mundi, optimumque munus maximeque formale, finisque omnium, rite causæ primæ respondet, merito huic dispositioni sequentes post Deum causæ serviunt. Non igitur hæc velut fortuito ex causarum sequentium paulatim actione resultat: sed ad hanc constituendam vel conservandam causæ sequentes agunt, quicquid agunt, velut ad finem ipsis a causæ primæ mente præscriptum. Qua quidem in mente si rerum est dispositio designata, certe res omnes necessario sunt descriptæ. Ac si efficacissima illic intelligentia est, possunt complurima simul inde prodire: præsertim quia divina virtus et per unum actum agere quam plurima potest, et velut immensa non definitur ad unum: quove simplicior est, eo (ut ita dicam) unita magis et fortior, et ad plura procreanda potentior. Denique cum multa sint, quæ propter miram essentiæ suæ simplicitatem perfectionemque non possunt aliunde, quam a prima causa proxime proficisci, necessarium est, rerum inter se distinctarum dispositionem ex primæ causæ providentia sequi. Hujus intelligentia cum plurima possit, et quæ potest intelligat: ita demum opus sibi facit persimile, si multiplex variumque confecerit: opusque ipsum in plurimis immensam causæ copiam repræsentat, quam in uno vel paucis repræsentare non potest. Et cum in Deo tum bonitas sit, tum diffusio bonitatis, in opere nimirum divino aptissime refertur Deus: si bonum, et in substantia fuerit, et eminus diffundatur in alia, quæ quidem diffusio fieri nequit, nisi rerum diversitas et inæqualitas insit: inæqualitas, inquam, secundum speciem. Sic enim perfectissima in mundo multitudo erit maximeque formalis, si species quam plurimæ fuerint.

*Fines rerum et motionum declarant res divina providentia fieri, disponi, moveri.*

Proinde apud Medicos cæterosque physicos exploratum est, sublata finis assignatione non posse ulla in re dispositionum motionumque naturalium causas assignari. Tota igitur et naturæ dispositio, et scientiæ ratio peritura est, si naturalibus effectibus certus finis non fuerit destinatus. Multa sane reperiuntur in quolibet, quæ et supervacua erunt et onerosa: imo nec fieri poterunt, nisi certi cujusdam finis moveantur intentione, qua partes qualibet in re invicem partibus serviant, et partes cunctæ obsecundent ipsi formæ, bonoque totius. Dic, cedo, curnam durioribus plantis vimina non nascantur, sed tenerioribus germinent? nisi quia hæ tantum indigent sustentaculo, cui per vimina vinciantur? Sic

natura neque supervacua patitur, neque caret alicubi necessariis. Sic vimen quasi manus ultra porrigitur, ea potissimum parte, qua situm fuerit sustentaculum: quod quatenus non offertur, vimen explicatur in longum: cum primum id datur, vimen huic sese protinus implicat. Nonne hic mentem, et manus, et oculos natura videtur habere? Dic, age, cum finis ipse cæteras moveat causas, ideoque omnes quodammodo antecedat, ut in arte consilioque apparet, ubinam finis in natura præcedit, ad quem naturalia destinantur? Sane cum in materia non præcedat, antecedit in motore materiæ: finem vero præponere his, quæ diriguntur ad finem, ordinemque servare perpetuum, rationis est proprium. Est igitur summa in motore materiæ ratio naturalium: quæ si in quolibet toto partes jubet invicem servire partibus, et ad totius bonum revocat, ut ad finem, multo magis quælibet passim tota et accommodat invicem, et tanquam universi partes ad bonum universi perducit, nec usquam patitur accidere vacuum. Atque hujus devitandi gratia tanquam finis intentione passim mirabilia facit, movetque et sistit præter naturæ modum impetus naturales, tanquam dux natura longe superior. Mitto nunc, quam mirabiliter ad animantis bonum transferat præter elementorum conditionem deorsum levia, gravia sursum: et quam mirifica quælibet arte figuret. Mitto, quanta cautione aquam quæ proprio elementorum ordine terram totam obrutura videtur cohibeat penitus operire terram, ob hoc ipsum duntaxat, ut plurimæ in terra rerum species generentur. Mitto, quam opportune omnibus, quæ gignuntur, membra instrumentaque et necessaria passim omnia sint provisa, variisque diversa modis munita divinitus, atque etiam ultra necessitatem quam mirabiliter exornata. Summatim vero cum in arte consilioque finis nihil sit aliud, quam terminus aliquis, ad quem potissimum movetur agentis intentio, et in quo denique conquiescit: certe naturalibus motibus similiter præscriptus est finis. Non enim vel fiunt quælibet ex quibuslibet, vel moventur ad quælibet, vel quomodolibet fiunt ad quæ moventur: sed certis omnia modis, semperque similiter: utpote quæ neque coaggerantur temere, neque fortuna vagantur. Sic calor ratione summa moventis congruum sibi locum petit, ubi servetur, fugit ineptum, fugit et frigus, quandoque etiam præter propriæ naturæ modum, ne contrariis exstinguatur. Cum igitur naturalium motus certum ubique petant terminum in quo quiescant, similiterque rerum naturalium compositiones, ex quibus certi motus educuntur certi gratia termini dispositæ sint: consequens est, naturalia alia [Non est *alia* in Ed. pr.] quanto artificiosius quam artificia diriguntur ad finem, tanto præstantiore quadam arte fieri moverique, quam artificia. Atque sicut ars in nobis absolutissima nihil consultat amplius, sed agit quasi modo naturæ: sic naturalem divinamque artem etsi ratione finisque gratia faciat, nullis tamen rationis discursibus indigere, quibus ars consummata non egeat: præsertim si ars humana non extra, ut nunc dicatur tractare materiam, sed intus divinæ artis more agitari fingatur.

*Quomodo mundus hic a superno fiat, atque degeneret: qualis sit mundus intelligibilis.*

I. Quod in primo capite dicitur: si Deus mundum aliquando fecit novum, ergo antea consultavit, utrum et quomodo faceret, non consequitur. Tantum vero consequens est, cogitari a nobis posse, Deum ita consultavisse: quod cogitari non licet, si ponatur, mundum nunquam initium temporis habuisse. Secundo nota, primam essentiam vitamque et mentem, quod et idem est, esse mundi causam, scilicet efficientem et exemplarem, finalem vero esse bonum. Fieri vero inde mundum, quoniam mundus est ipsa, sicut ex igne fit ignis. In mundo corporeo aliud est ordo formalis, aliud dimensio atque motus. Si ergo dimensionem motumque subtrahas, ordinem vero relinquas, mentem contemplaris mundi hujus artificem: in qua quidem sunt formarum omnium gradus, siquidem est ordo formalis. Sed quoniam non est ibi motus et tempus, præsenti formæ neque quicquam abiit in præteritum: neque deest aliquid in futurum. Rursus quoniam non est dimensio, per quam pars alia solet a parte distare, in qualibet parte sunt cunctæ. Ideoque forma quælibet est omniformis, quamvis aliter atque aliter. Non enim aufertur formalis ipsa distinctio, quamvis dimensio tollatur et tempus. Nam et ubi dimensio est et motus, multæ qualitates admodum differentes simul sunt in eodem, et in qualibet ejus parte sunt cunctæ. Cum igitur in mundo intellectuali in unoquoque sint omnia, ideoque nihil alicui desit, merito nullus est ibi motus, nullus ab alio in aliud impetus, nulla vel injuria, vel generatio nova. Non enim patitur unitas continentis, alia illic, aliis esse contraria. Quin etiamsi contraria forent: non tamen hoc in illud faceret impetum, cum nullis aliquid desit, et unumquodque sit prorsus in actu, ut ex eo nihil effici possit. Omnino vero, quia proprium cæli corporei motus est, incorporei vero status, merito sicut cælum hoc, quo magis movetur, eo magis in terris agit et generat: sic et illud, quo verius permanet, eo verius et hoc facit totum, et in hoc omnia facit.

*Quomodo mundus hic a superno fiat, atque degeneret.*

II. Quo autem modo hic mundus procedit ex illo? Profecto sicut ex semine quolibet simpliciore multiplex ubique naturaliter pullulat ger-

men: illius quidem fœcunditas in hoc evadit progressio plurima. Virtus illius ingens in hoc fit ampla dimensio: actus ille vegetus hic transit in motum, et in tempus æternitas. Ex distantia igitur tum formæ, tum situs discordia surgit: ex divisione vero accidit indigentia: ex utrisque appetitus, et motus, et impetus. Cum enim tota natura sit a bono, ideoque nulla ejus intentio sit ad malum, sed ad bonum: nimirum res naturales non odio inter se agunt, ut destruant alienum: sed indigentia et amore sui, ut se aliunde servent atque reficiant. Cum vero natura in unoquoque genere prima, tanquam fœcundissima per se faciat in eo genere, quæ sequuntur, multo magis essentia vitaque prima nullo præter essentialem vitam adminiculo indiget, quo rerum essentias generet atque vitas: sed eo ipso proprie, quo ipsa est vivitque, cætera illinc essentiam sortiuntur et vitam. Quod si per intelligentiam quoque et voluntatem dicatur efficere, nihil propterea illinc adjungitur. Nam intelligentia et voluntas illic est ipsa natura. Quatenus ergo natura facit, necessitate facit: quatenus vero natura illic intelligentia est, facit et voluntate. Cum vero et per naturam voluntariam et per voluntatem naturalem agat, nimirum inquisitione consilioque non indiget ad agendum. Proinde si illic essentiam et intelligentiam ratione distinxeris, ab essentia videbis materiam hujus mundi profluere, et ab intelligentia formam: et sicut essentia illic cogitatur ordine quodam intelligentiam antecedere, ita et hic materiam cogitabis præcedere formam. Sed enim antequam intelligentia illa formam præbeat mundo, corpoream longe ab ipsa distantem propinquam sibi exhibet incorpoream: ex vita videlicet sua inter essentiam et intelligentiam quasi media animam mundi procreans, vitam vegetalem intelligentiæ compotem, mediam quoque inter materiam formamque corpoream: sicut illic vita inter essentiam et intelligentiam obtinet medium: Atque hæc ipsa ratio est seminaria mundi, et quasi quoddam divinæ intelligentiæ verbum, quo verberata materia mundanum suscepit ornatum. Tu vero ubi legis, intellectus infundit materiæ rationem: expone, intellectum non tantum ipsum simpliciter intellectum, sed intellectum etiam animalem, intellectu videlicet primo formatum. Ab illo enim per hunc, et ab hoc illius virtute pullulat in materiam potentia genitalis, ab utriusque essentia dependentem. Similiter dici solet: Sol generat naturalia, quod tamen cum lumine facit inde manante. Atque ibi lux solaris et lumen simul hæc efficit per calorem. Comparat vero intellectum utrumque masculo. Generat enim ut separatus a genito. Seminalem vero mundi naturam virtute seminariæ masculi: utraque enim intrinsecus agit. Mundum vero genitæ proli. Utrobique enim inter se jam distributa sunt membra, et partes jam repugnantes, quæ in semine simul erant, neque pugnabant. Constat quidem mundus ex necessitate, id est, materia et defectu ex materia contingente. Item ex intelligentia, id est, formali ordine intelligentiam referente. Resolvitur in partes, velut intimas, id est, in materiam rationemque seminariam et formalem. Ipsa vero animæ intellectualis essentia non est pars intima mundi, sed præsidet.

*Quatuor post bonum mundi, intellectualis, animalis, seminarius, sensibilis: et quomodo processio fiat atque judicium.*

III. Si quid in mundo considerando te offenderit, noli Deum incusare, quasi de mundi constructione non bene consultaverit et elegerit. Non enim consilio indiget: sed facit sufficienter ipsa natura. Neque naturam rursus accuses in primo rerum principio. Est enim ipsa bonitas, et bonitate opus proxime facit simpliciter optimum, intellectualem videlicet mundum, et hunc quidem proposito primo. Si enim bonitate facit, facit et voluntate. Concurrit namque in primo cum bonitate voluntas. Vult ergo intelligibilem mundum prima (ut ita dixerim) voluntate: animalem vero mundum, qui deinceps ex intelligibili sequitur, necessitate quodammodo vult, necessitate (ut ita dixerim) consequentiæ: non enim latet ipsum ex opere primo sequi secundum, neque rursum reprobat, sed non probat ut primum. Similiter intellectualis ille mundus non consilio, sed natura generat animalem. Quum vero natura ejus intelligentia sit, et intelligentia sit voluntas, dum natura facit, intelligentia facit et voluntate: prima, inquam, animalem mundum, consequenter autem et seminarium in natura mundum, quem novit ad animalem necessario sequi. Eadem ratione animalis mundus, id est, intellectualis anima naturali quadam intelligentia et voluntate vitam generat, naturamque genitalem: mundum scilicet seminarium vestigium ultimum divinorum. Necessitate vero consequentiæ genera et sensibilem ad seminarium consequentem: consequentem, inquam, ex seminario utente ad hunc efficiendum ipsa duntaxat vita: non autem intelligentia vel voluntate, qua caret. Ita enim vivendo facit sicut et anima intellectualis, et intellectus primus agit intelligendo, atque vicissim sic naturaliter intellectus intelligendo facit, et more naturæ, sicut natura vivendo generat, et ordine intelligentiæ fabricat. Tu itaque noli ex mundo sensibili mirabilem ipsius boni, vel intellectus puri, vel intellectus animalis dignitatem prorsus æstimare atque perpendere: sed ex sensibili conjecta seminarii dignitatem, ex hoc naturam animæ, et ex anima excellentiam mentis, ex mente denique bonum. Tum vero in mundo

sensibili contemplando ne in partes figas intuitum, sed conspice totum: neque ad partes totum referas, sed partes ad totum: neque opus hoc exigas simpliciter optimum, sed optimum quatenus capit gradus, mundique jam quarti natura post bonum. Notabis interea ubi mundus loqui fingitur: quando quidem sunt in infimo globo mundi multa viventium genera: esse quoque superne multa per totum pro dignitate et amplitudine spatii virtute magnitudineque ingentia: quorum prima Deos nominat, sequentia dæmones, tertia particulares animas, quæ transferuntur in dæmones: et ubi ponit populos dæmonum, ostendit per totum supra nos mundum greges esse dæmonum distributos, habereque duces suos qui stellas sequantur ut reges: nam et corpora dæmonum supra nos ubique sequuntur motu proprio stellarum motus, similemque ubique agunt choream. Imitantur et stellas pro viribus, magnitudine, figura modoque agendi: et ut stellæ agunt intuitu radiorum imaginationem sequentium efficacem. Notabis insuper, ætherem esse aërem ignitum: item omnia ex bono pendere, quando quidem omnia bonum appetunt. Denique ipsam simpliciter vitam, esse ipsam simpliciter mentem: ubi dicit intellectualem naturam duntaxat totam habere vitam. Sic ergo conjicies, quoslibet rerum gradus eatenus esse vitæ participes, quatenus intellectuale aliquid habent. Mundum a Deo fieri non per consilium, sed naturam, sic confirmat Porphyrius in Timæo: Artes quidem instrumentis indigent, quoniam nec omni materiæ præsunt, nec dominantur omnino, et extra laborant. Potentiæ vero naturales, quoniam et perfectiores sunt, et intimæ, ipso tantum suo esse agunt, quicquid agunt: sic omnes, sic et anima semper essentiali vita nutrit, auget, generat, spirat, sentit, et reliqua. Ipsa quoque imaginatio præpotens solo quodam sui actu variis statim corpus qualitatibus afficit atque motibus. Quin etiam (ut tradunt theologi) dæmones imaginationibus suis absque instrumento vel actu passim mirabilia faciunt, subito prout volunt, efficacissimos inde radios emittentes, ac sæpe motibus imaginationis suæ formas extra mirabiles ostendentes eis, qui talia inspicere valeant: multo magis mundi opifex ipso esse, id est, ipso intelligere substantiam exhibet universo: individuus videlicet mundo dividuo. Cui enim mirum, ex incorporeo corporeum propagari? Siquidem ex minimo sæpe semine vastum pullulat animal, tot, tantis, tam diversis inter se membris inde compositum. Atqui et in semine parvo ratio ipsa seminalis non est parva, dum efficit magna: neque rursum magna, dum tota in qualibet seminis particula viget, sed ratio quidem seminalis materia indiget: ratio vero divina nullo indiget, sed fabricat omnia: dumque in natura propria permanet, omnia producit et movet. Hucusque Porphyrius.

*Quæcunque videntur mala vel circa corpora vel circa animas, reformantur in bonum.*

IV. Dum elementum hoc suas alicubi partes cæteris mutuat elementis, interim aliunde partes ab aliis mutuatur: ideoque elementorum globi nihil mali subire videntur. Similiter in compositorum dissolutione malum mundus ipse non patitur. Nam vel elementa tunc suas revertuntur in sphæras, vel compositum aliud generatur, atque generatio ipsa, dum partes capit ab elementis, formis ea novis exornat: perpetua vero, hæc generationis vicissitudo est necessaria mundo. Cum enim mundana materia et possit et debeat innumerabiles ad perfectionem suam compositorum formas accipere, neque valeat omnes eodem tempore capere, quia neque materia, de qua fiunt, innumerabilibus compositis simul suppetit, neque spatium capit, neque tam diversa concurrunt: factum est, ut commutatione perpetua capiat, dum et cælum similiter innumerabiles motu figuras induit viresque sortitur novas, quas nec simul nec manens, velut repugnantes admittere potest: atque interea motu confert ad inferiorem materiam naturaliter transformandam. Hac itaque ratione transmutatio tum localis tum formalis et in cælo atque sub cælo ad optimum confert habitum universi, ideoque censetur et bona: præsertim quia mundi totius ordo tanquam optimum universi regula quædam est, qua censere singula debeamus ut bona, quatenus conferre ad ordinem videantur. Ordo vero videtur exigere, ut, quæ constructa sunt ab alio, atque tunc ex aliorum destructione constructa quandoque destruantur ab alio, vicissim ad alia construenda. Quicquid interea vel nascitur vel contingit erga aliqua noxium atque malum, non aliter evenire permittitur, nisi ad alia atque plura sit conferens atque bonum, ac nisi rite compleat ordinem universi. Præterea totius ordo requirit, si ex potestate primorum mirabili procul exuberante, plurimi sequentium gradus eveniunt, atque a primorum unitate statuque stabilia mox oriuntur: ut deinceps processione dependentique crescente status ipse cum motu misceatur, fiantque statim essentiæ per se mobiles, antequam ad res ab alio mobiles descendatur. Cum enim motus derivetur ex statu merito motus ipse ex status ipsius distinctione distinguitur. Itaque sicut multa per aliud stabilia reducuntur ad alia quodammodo per se stabilia: sic et quæ moventur ab aliis, in illa quæ motum ex se ipsis habent, denique resolvuntur. Tum vero in ipso per se mobilium ordine esse oportet superiora in communi quadam potentia constituta, eisque succedere inferiora per multa particularem nacta potentiam.

Cum enim processio rerum continua esse debeat, nihilque vacuum in hac successione relinqui, merito post universalia simul atque per se mobilia, priusquam ad eorum opposita particularia scilicet, ab alioque mobilia descendatur, interponuntur aliqua, quæ particularia quidem sint, id est particularem sortita potentiam: sed naturam habeant per se mobilem. Atqui res ejusmodi ob particularem naturæ conditionem in quandam habitudinem quandoque contrahi possunt: sed propter ipsam ex se mobilem facultatem solvi quandoque ex omni propria habitudine possunt. Affert quoque particularis naturæ conditio alternam quandam per partesque attingentem vitæ vicissitudinem, motu interim ad hæc libero conferente, ut alias proprium retineant habitum, alias superiorem, alias inferiorem habitum sortiantur. Utrinque facile vergere possunt naturæ medium obtinentes, vicibusque alternis explent, quæ superiora communiaque tractu quodam unico complectuntur. Interea vero circulari hac motionum vicissitudine gaudet universi natura. In hoc autem genere substantiarum particularium per seque mobilium ponuntur animæ, quas Plotinus ait vicissim corpora permutare, id est, animæ hominum inferiorumque dæmonum, aërem hunc habitantium turbulentum. Habitare quidem hic quoque animantes oportuit rationales: neque tamen singulatim habitare semper intellectuales naturas in regione propter mistionem atque discordiam vitæ et intelligentiæ felicitatique repugnante. Hinc ergo confirmant Platonici vicissitudinem animarum. Et quoniam animabus ejusmodi obtigit provincia durior, atque etiam ad deteriora proclivior: merito compensatum est providenter, ut quandoque possint non solum ad gradus proxime superiores, sed ad alios etiam altiores, id est, ad cælum usque transcendere. Putant ejusmodi animas deposito corpore tam terræ quam aëris turbulenti, ad tempus in aëris corpore purioris inter ætherios dæmones computari, atque etiam cum cælesti corpore, quod extra generationem positum dicitur a Plotino, collegas effici universalis animæ, id est, cælestium animarum. Denique si cæleste insuper corpus quasi deponant, non tam cum cælesti anima, quam cum ipsa animarum idea, quam omnem appellant animam, vitam agere. Appellat hic Plotinus vitam prorsus immobilem, scilicet omnem intellectualem vitam sive mentis primæ sive sequentium. Vitam vero mobilem communiter animales effectus, sive in discursione rationali imaginariaque, sive in genitali ministerio positos. Proprie vero vim genitalem hic vitam nominat mobilem, quæ ex ipsa superioris vitæ consistentia ita jugiter effluat, tanquam ejus spiraculum: sicut ex anima hic nostra motus in pulsu vitalis. Genitalem ejusmodi facultatem ex anima mundi primum, et ex animabus simul sphærarum omnium mundanarum infusam materiæ, eique dominantem, appellat rationem mundanam caducorum animalium genitricem: quorum quidem animalium formas ait in superiori cælo, id est, intellectuali consistere. Unde per seminariam rationem ita venerint in materiam: sicut plerique dicunt rerum terrenarum formas e formis cælestibus per lumina inde huc emicantia proficisci. Nam neque formas ex hac informi materia, neque ordinem ex inordinato casu, neque stabilem tenorem ex natura prorsus instabili provenire putandum. Sed ut redeamus ad ordinem universi, cui tanquam optimo quicquid quomodolibet consonat, bonum est judicandum, talis ordo requirit, ut animæ particulares ac per se mobiles, tanquam in motione liberæ, et tanquam non solum intelligentiæ, verum etiam generationi cognatæ alterne possint eligere tum intelligibile, tum sensibile bonum. Atque hæc ipsa alterna electio bona est universo: in quo ita explentur utraque ministeria simul, et opera proveniunt naturalia, dum animæ sensibile bonum intelligibili eligendo proponunt. Ubi anima quicquid eligit, eligit ratione boni, et si minus bonum majori præferre eligenti sit malum, universo tamen est bonum: præsertim quia statim electione ejusmodi rependitur consentaneum: ut, quæ ad deteriora vergit, efficiatur [Ed. pr. afficiatur] quoque deterius, deterioremque subeat vitam. Qui sane status ideo censetur bonum, quoniam justitiæ naturalis ordini consonat. Evadit et animæ bonum quatenus animi delinquentis angustia ad pœnitentiam quandoque pravæ electionis adducit. Sic igitur divinæ providentiæ bonitas, malum subito nascens transformat in bonum: idque tum in corporum, tum in animorum motionibus mirabiliter efficit. Contingit forte ex hac aqua fieri aërem, vel ex hoc aëre aquam: postquam vero vel aquæ illius materia susceperit levitatem, vel aëris materia gravitatem: non contingit fortuito, vel illam materiam jam ad aëris locum ascendere, vel hanc ad aquæ descendere situm: sed forma jam insita naturaliter, et necessario loca congruentia petunt lege naturæ legeque divina, quam naturæ lex perpetuo sequitur. Similiter animas proprii arbitrii facultate contingit ad talia primum vel talia vergere: deinde frequentius ad eadem inclinari: demum facto jam habitu ad illa feruntur quasi natura legeque naturali simul atque divina, talemque ita vitam aut talem denique sortiuntur. Qui vero sancit naturæ legem, non quasi consultando ex transgressione legis et ordinis adductus est ad sanciendam legem et ordinem statuendum, sicut homines plerumque solent: ante enim ipsam primam simpliciter legem, quæ et primus ordo est, nulla est transgressio legis, neque potest ordo primus ex privatione or-

dinis procreari, ea scilicet conditione, qua conditores apud nos legum ex legis naturalis transgressione admonentur ad leges populis conscribendas: sed ipsa essentialis forma tum divinæ mentis, tum deinde naturæ lex est omnium atque ordo. Quicquid igitur ob impotentiam ab optimo hoc ordine deficit, statim eodem ordine in malum cadit a bono, in malum, inquam, sibi, sed mundo bonum: quatenus ita demum et illuc cadit, sicut et quo totius ordo requirit: malum vero cujusque proprium non esse aliud, quam defectum ejusmodi. Ita Proculus Dionysium (ut arbitror) secutus Areopagitam explicat. Malum neque est in rebus intellectualibus, nam proximæ sunt ipsi bono: neque in animabus corporibusque universalibus, universalis enim forma et auctoritas est propria bono. Reliquum est igitur, ut malum in particularibus sit animabus atque corporibus. Neque tamen in horum essentiis ex Deo natis: neque rursus in naturalibus horum viribus: nam ex Deo quoque dependent. Horum igitur actionibus duntaxat accidit malum: sed quantum spectat ad animas, non in actionibus quidem earum rationalibus: omnes enim appetunt bonum: neque rursum in actionibus earum ratione carentibus: hæ namque natura feruntur: sed in quadam earum inter se incongruitate, quam asymmetriam, id est, incommensurationem vocant. Quantum deinde spectat ad corpora, malum non est in forma. Vult enim materiæ dominari. Neque iterum in materia, nam appetit exornari: sed in materiæ ad formam ineptitudine. unde concludit, malum omne præter subsistentiam esse, et quicquid denique sit subito surrepens sub boni conditione divinitus colorari. Existente quidem generatione necessario id quoque subesse ad mundanam conducens perfectionem, sed divina providentia omnia superante, bonaque volente in bonum mirifice conformari. Ac si aliorum destructione, quasi mala, utitur ad aliorum constructionem, quasi bonam, et restitutionem mundi, tanquam optimam, multo magis defectu quodam animæ uti mirabiliter ad perfectum. In capitis hujus calce notabis tres habitus in malum contracti causas: primam quidem inclinationem illam, qua etiam ante præsentem vitam cœpit anima ad vitam ejusmodi vergere, paulatimque propensior fieri. Secundam, corpus sic affectum, ut animam ad talia provocet, et statim ab initio incautam, et deinceps gradatim assuefactam. Tertiam, subitum sensibilium occursum per sensus in animam, sic aut sic afficientem illam, antequam ratio, vel animadvertat, vel mature deliberet, et omnino ipsam consultando animi negligentiam. Sequitur autem necessario pœna. Nam electio ipsa motioque perversa et peccatum est, et pœna, acriter affligens animam, donec providentia more medici per afflictionis ejusmodi stimulos animam sanet, dum sic ad habitus perversi odium provocat, pœnitentiamque electionis iniquæ, atque vicissim ad contrariæ electionis amorem. Similiter electio recta et præmii simul est et virtutis exordium. Utrumque vero fieri Proculus ait opera divinæ providentiæ intus agentis sanumque animum oblectantis, insanum vero mirabiliter affligentis.

*Confirmat eadem. Ubi nota gradus ad felicitatem, et Synesii sententiam de providentia.*

V. Intellectibus quidem tanquam stabilibus ipsique bono propinquis convenit, ut sint felices: animabus autem tanquam mobilibus remotioribusque competit, ut felices efficiantur: sed quia per se mobiles, ut sua opera tales fiant. At vero animabus communioribus beatitudo brevi quadam opera comparatur. Animabus autem particularibus operosa felicitas obtigit: ipsæ quidem se beatas, sed longo tempore laboreque reddunt. Cumque omnes quandoque id assequi possint, de conditione nostra nefas est conqueri, neque rursum licet de providentia divina propter adversa diffidere. Audi Synesium Platonicum hac de re divine loquentem: Adversa etiam, quæ præter merita nobis videntur accidere, plurimum conferunt ad noxium affectum, quo caducis afficimur, extirpandum. Fortunis certe ejusmodi apud eos qui mentem habent, providentia confirmatur, quibus et qui mente capti sunt, diffidere de providentia solent. Nullus enim relinquitur animæ locus, quo materiam fugiat, sic in patriam reversura, si in nullum hic malum inciderit. Quapropter existimandum est inferioris provinciæ præsides vulgares adinvenisse prosperitates, tanquam animabus insidiaturas: itaque hinc emigrantibus animabus obliviosum contingere potum alius dixerit. Ingredienti certe hanc vitam animæ potum oblivionis affert sors quædam vitæ suavis et blanda. Hæc ille. Proinde necesse est ordine rerum ita currente plerisque non aliter adversa contingere, quam in concentu aliquid quodammodo dissonare, sed quemadmodum, quod in concentu secundum partem dissonare videtur, interea toti consonat: sic penitus et in ordine mundi, in quo præter cætera, quæ diximus, adversitas, sive in corpore sive in fortuna, bonis quidem exercitatio est atque profectus, malis vero punitio atque purgatio: quin etiam ipsa pravitas eatenus confert ordini, quatenus non solum ordinate punitur, verum etiam justitiæ materiam præbet, et juris exemplum. Ac dum gravi tandem miseria premitur, tum cæteros deterret a vitiis, tum comparatione declarat, quanta sit in virtute felicitas. Post hæc animadverte mala, nec ullam in supernis mundi rectoribus ideam habere, nec ex ulla illorum intentione procedere, sed ex longissimo ductu bonorum contingere tan-

dem, ubi deficit bonum. Quamvis autem hæc ita quasi sorte contingant, erat tamen ab initio in rectorum intentione et in naturæ virtute malis quomodolibet contingentibus, bene uti, ac passim informia reformare.

*Confirmat eadem: movet dubia.*

VI. Quoniam pro natura suscipientis unumquodque recipitur, constat, bonis, quæcunque contingunt, bona tandem evadere, malis vero mala. Item cum et homo sit ipse animus, ac totum animi bonum in virtute consistat, totum vero malum in pravitate: consequens est, ut homini per virtutem absolutam beato sequentia extra animum commoda vel incommoda nihil ipsius bono addant aliquando aut demant. Similiter ut homini, id est, animo per vitium confirmatum misero, sequentia nihil boni afferant, et mali nihil auferant: decentius tamen plerisque videbitur, bonis quidem contingere prospera, malis adversa: ut ita saltem præclara bonorum augeantur opera, malorum vero publica scelera comprimantur. Sed antequam ad hæc respondeatur, considerabis universum usque ad minima quæque, sic ab intelligentia dependere, ut intellectualis providentiæ virtus et actio usque ad minima se diffundat, nihilque relinquat non ordinatum.

*Dat principia respondendi.*

VII. Noli hoc in mundo, qui non primus mundus est, sed quartus longeque a primo degenerat, absolutam pulchritudinem primi mundi desiderare. Noli rursum in actionibus animarum rationalium: quæ tanquam ex se mobiles actionum ipsæ suarum talium videlicet aut talium principia sunt, incusare Deum, tanquam talium proprie causa sit actionum: noli quoque animas arbitrari ex ipsa natura mundi compelli, ut actionem vitamque talem eligant aut talem. Cum enim animarum essentia sit natura mundana superior atque prior, non ex mundo, sed ex ipsis accidit, ut in mundo vivant, magisque minusve afficiantur ad mundum. Noli denique ab animabus cum natura corporum jam nimium coëuntibus, sublimium animarum perfectionem prorsus exigere. Cave, ne, quia minus ordinatum genus hominum videatur, neges usque ad homines divinam providentiam provenire, quam etiam infra hominem ad minima quæque descendere decet artificiosissima horum omnium dispositio, simul et motio: quæ non aliter effici potest, quam a seminaria vitalique ratione divinæ spiraculo mentis: quemadmodum et in animali a simili quadam ratione naturæ non superiora tantum mediaque, sed etiam infima membra fiunt atque reguntur.

*Respondet dubitationibus superioribus, et tangit opiniones novas.*

VIII. Dubitationibus responsurus, ne quis miretur, non esse inter nos in terris ordinem, qualis in summis, absolutissimum, ait, genus humanum non summum animalium esse, sed medium inter bruta Deosque, id est, dæmones, ideoque errare: quamvis hoc ipsum ad ordinem universi pertineat, ut natura media utrimque mista, et mobilis per se ipsam servet aliquando medium, tum utrimque ad extrema se vertat. Inter hæc, ut exprimeret rerum nostrarum exiguitatem, ait terram ad universum esse quasi punctum, vel quasi stellam quandam minimam reliquarum. Forte vero tangit hic Pythagoreorum quorundam opinionem, putantium, terræ globum circumfusum aqua, si prospiciatur ex ampliore cœlo, apparere quasi lunam solis radiis verberatam: quæ, quamvis stellæ modo continue moveatur, non deprehendi tamen a nobis: quoniam simul moveatur et cælum, et sidera consequenter. Sic ergo in qualibet stella esse aliquid solidi, rursumque liquidi perspicuique, sicut in stella terrena, et forsitan fusci nonnihil, sicut in luna, sed e longinquo minime apparere: totum vero spatium esse simile aëri, globumque undique unum, stellis quasi mundis ubique refertum: moveri stellas progressione propria, qualis ejusmodi animalia decet, plenasque habitatoribus esse, sicut stella terrena, alias tamen aliis præstantiores esse, et præstantioribus habitari. Post hæc observabis novum Plotini responsum, non esse in bonis animi numeranda sola, quæ ad contemplationem et temperantiam et justitiam pertinent, sed etiam, quæ ad omnem peritiam ingenio et consuetudine, et dexteritate constantem. Itaque, qui hoc genere boni præstantiores sunt, justum est in eis, quæ hoc proprie comparantur, superare alios in hoc ipso inferiores, atque inde plus aliquid reportare: atque vicissim, qui contemplatione, temperantia, justitia his præstantiores sunt, æquum est, hos similiter in reportandis propriis virtuti suæ præmiis superare. Horum quidem præmia sunt divina, illorum vero caduca. Juste vero punitur interea, et illorum effrænata voluntas, et horum ociosior vita sæpius necessaria negligens. Denique non posse per hæc et similia ad summum providentiam justitiamque defendi, si solam præsentem hanc agamus vitam: neque in alia, vel ex alia vita, vel alibi, quæ hic frequenter, et in præsentia præmio, vel supplicio desunt, valeant compensari.

*Quod potentia divina in agendo non prohibet, quin cætera insuper agant, præsertim rationalia.*

IX. Fingunt aliqui omnes effectus, a quibuscunque rebus effici videantur, sive inanimatis sive animatis atque rationalibus, a causa prima sic usurpari, ut hac duntaxat agente fiant, cæteris solummodo patientibus, nec ulla intercedat rerum actio propria. Sic ergo sublatis rerum pro-

priis actionibus, inanes erunt virtutes propriæ, vel potius nullæ erunt. Similiter et essentiæ propriæ tollentur e medio, sola restabit omnino communis confusaque essentia, vel potius erit nulla post primam. Sic iterum eventus quilibet etiam vilissimi, et ordinis primum expertes, et mali a solo fient proxime summo bono. Sic tandem post immensum primi agentis actum, nullus inde actus, actio nulla subsistet; sed sola passio communissima et extrema: imo post actum illum subito proxima, perinde ac si ab immensa luce vel caliditate, nihil lucidum calidumque proveniat, nihil quod illuminando, vel calefaciendo suam originem imitetur, sed opus penitus tenebrosum. Opus certe Dei, nullo modo divinum, sed abjectissimum penitus erit, si ex mancipiis duntaxat patientibusque tantum coacervetur: neque recte Deus dicetur prima causa, primum agens, si nullæ post ipsum causæ fuerint, agentia nulla: et qui actu quodam agit efficacissimo, non agens aliquid aut actum, sed patiens tantum aget et passionem. Denique sicut nunc ubique per res certas certos effici videmus effectus, jam hos sine rebus a Deo passim statimque resultare videbimus, ac si sol absque elementorum mistorum, plantarum, animalium opera omnes horum quandoque absolvat eventus: præsertim si actio primi nullum (ut fertur) exigat subjectum: neque idcirco sit varia; quod in variis agat. Sed re vera Deus naturas rebus dedit, actionesque inde concessit: et merito, cum ad primum qui est simpliciter actus, pertineat simpliciter agere, reliqua inde habent ut in quodam actu consistant, sortiuntur etiam, ut aliquid agant. Ac dum ab immenso bono habent; ut sint pro viribus optima, bonum in alia suum operando diffundunt: Sic et ipsum bonum dum communicavit rebus similitudinem suam quantum ad hoc, ut essent, communicavit etiam quantum ad hoc, ut aliorum causæ forent. Nam et ipsum ut causa, eis dedit, ut essent. Procedit autem rei cujuslibet effectus, etsi non tam proprie, tamen tam prope a Deo, sicut a causa propria: sicut tam propinqua est virtus solis uvæ sicut vitis, quamvis non æque sit propria, neque sit pars operis a causa propria: pars a communi, sed ab utraque totum: quamvis aliter ab alterutra, sicut et a principali simulatque instrumento. Consideramus igitur in quovis agente essentiam et virtutem, ipsamque virtutem a virtute superioris agentis dependere: quatenus inde datur, vel etiam conservatur, vel admovetur ad opus. Et sicut effectus fit pariter ab essentia causæ inferioris ejusque virtute, sic ab hac ipsa virtute simul atque virtute superioris. Itemque superioris ulterius, et denique virtute primi æqua semper propinquitate, quatenus sequens agit semper potentia præcedentis. His potissimum rationibus affirmamus, post agens unum communissimumque esse multa, quæ ipsa per se insuper agant, et propria quædam propriis virtutibus expleant: quatenus videlicet communi agentis primi virtute actioneque ducuntur: sicut agentia passim sub luna sua, quæque per se agunt atque per solem. Quod si rebus etiam infra hominem munus id est tributum, multo magis homini datum est, per animam ex se mobilem ex se aliquid agere, et aliter sæpius atque aliter, quam si trahatur ex alto. Et quemadmodum in operibus naturalibus, quod communius meliusque reperitur, ex superioribus sæpe causis est tributum, quicquid vero magis proprium minusve bonum, ex causis proximis est adjunctum: sic in humanis actionibus et operibus communis actus et efficax atque rectus nobis advenit ex divinis. Propria vero sic aut sic agendi, deteriorque conditio ex nobis locoque contingit: non aliter, quam in claudo progressionis obliquitas ex curvitate cruris, sed eundi facultas ex anima. Cum igitur divina providentia non auferat rebus naturas actionesque proprias, quas et ipsa dedit atque conservat: ex his autem longo tractu gradatim deficientibus, defectus et malum contingat in opere, merito non tam aufertur a providentia malum, quam subito transfertur in bonum: sicut et a musica non tollitur vox quodammodo dissona, nec medium sæpe silentium: sed utrumque consonantiæ consummatæ gratiæque perfectæ necessarium adhibetur. Proinde si non tollit e medio providentia malum, merito non aufert inde fortunam minus, quam malum contrariam providentiæ bonitati. Eo enim ipso, quod providentia sub se constituit longum ordinem causarum, superiores causæ ampliori virtute præditæ longius latiusque, quam inferiores agunt. Quousque vero naturalis virtus extenditur, eousque duntaxat et intentio naturæ porrigitur. Multa igitur in effectibus a primo longe distantibus eveniunt ex virtute, actione, intentione superiorum: ad quæ non extenditur mediarum intentio causarum: quandoquidem non eatenus potentia propagatur. Talia itaque cum præter intentionem inferiorum causarum fiant, ex intentione tamen superiorum nimirum his quidem fortuita sunt, non illis, adeo, ut etiam, quæ prodigiosa dicuntur, tanquam præter naturæ particularis intentionem et ordinem contingentia, interea superiorum ordinem propositumque sequantur. Non tollit igitur providentia casum, ne interea longum perdat ordinem causarum: non tollit malum, ne interim bonorum auferat amplitudinem, imo vero ne variarum dirimat ordinem specierum: quæ, dum propriis inter se differentiis distinguuntur, gradibus quoque bonitatis pariter sejunguntur. Auferet igitur mirabilem variarum copiam specierum, quisquis diversos gradus auferet bonitatis. Ex longa

vero graduum bonitatis productione malum postremo suboritur, ubi aliquid vel a bono etiam proprio jam deficit, vel deficere potest. Si divinæ providentiæ bonitas non tollit malum, si ejusdem ratio non perdit casum, certe neque libertas ejus nobis aufert libertatem, imo si providentia regit fatum, non vult fatis cogi animos ad peccandum, ne ipsa demum sit causa peccatorum. Si quo Deus pacto sit reliqua compulsurus immensa certe potentia, rerum impellet potentias, ut divinitus actæ agant ubique divine. At vero quoniam divina potestas, dum agit omnia, suo modo non prohibet, quin agant et ipsa interim et suo modo agant: certe neque divina scientia, dum proprias rerum naturas considerat, sua res proprietate privabit. Nam et hæc una cum potestate, quæ et existit eadem rerum omnium ita causa est, ut propriis præditæ sint naturis. Causa est, ut intellectuales rationalesque naturæ ad divinam similitudinem in agendo se ducant, potius quam trahantur. Causa est, ut naturæ inferiores dissimilioresque Deo aliunde quidem potius in agendo ducantur, sed pro sua interim proprietate ducantur, ne sub ordine Dei naturarum institutoris res contra naturas suas ubique trahantur, neve perpetua quædam sit violentia, ubi omnia sunt mirabiliter ipsius boni voluntate disposita, bonumque non violenter, sed naturaliter appetunt. Revocat autem ad Deum animas providentia, ingeniosas quidem ad admirandum ornatu et ordine rerum: tardiores autem ad amandum saltem commoditate mirifica: omnes tanquam medicus atque pater curans atque castigans.

*Animæ rationales neque a superioribus, neque ab inferioribus ad actiones turpes omnino coguntur.*

X. Cum in superioribus dixerit, homines esse sub providentia liberos, deinceps dubitat, qua ratione intelligendum sit, quod sæpe dicitur a Platone: homines non sponte fieri malos. Si enim ita sit, ad peccandum cogi videntur, sive cælo, sive alio fatali intimoque instinctu, sive seminali ratione cogantur. Respondetur, quando peccant, voluntarie moveri ad actionem, quam elegerunt, quamvis non voluntarie cadant in perversum habitum, qui clam sensimque ex frequentibus actionibus inolescit. Sic et a voluntate motum exordiuntur: et quatenus ita diu progrediuntur, necessitate in habitum ejusmodi prolabuntur: atque ex habitu tali in tale supplicium necessario transferuntur. Quod homines non ex corporibus inferioribus ad agendum ubique trahantur, patet, quando eligunt atque peragunt, quæ et præter et contra inferiorum conditionem esse ratio comprobat. Quod rursum nec a superioribus vel corporibus, vel eorum rectoribus compellantur, liquet ex eo, quod sæpe contra superiorum dignitatem ordinemque perverse agunt atque perversa. Similiter motum ad virtutes ex rationali proprioque principio homines agunt. Atque si quando connumerantur actionum principia plura, semper in ipso principiorum agentium numero facultas ipsa rationalis habetur.

*Præter corporum qualitates est ubique incorporea vita rationaliter omnia regens: atque hæc universalis natura naturis particularibus dominatur.*

XI. Quæritur in undecimo capite, utrum singuli rerum exitus ex fatali quadam corporearum duntaxat causarum connexione proveniant: neque sit alia præterea providentia. Esse vero præter causas corporales vitam quandam ubique rebus infusam certis omnia rationibus naturaliter fabricantem, et alibi et in Theologia satis ostendimus. Hæc enim corporeis qualitatibus toto (ut fertur) impetu proruentibus certos imponit modos: conciliat repugnantia: formas figurasque certas incertis per se vagisque materiis imprimit: ex non viventibus viventia facit. Atque sicut ars fabricat extra: sic ipsa, velut ars naturalis: ideoque facilius et felicius fabricat intus. Movet et intus stupidas per se plantas et ignavissima quæque animalia statutis temporibus mirisque modis ad speciem propagandam, Instruit quoque intus plantarum tum radices ad humorem, tum fructus et folia ad calorem sagaciter eligendum. Gravia quoque et levia ad rectas lineas geometrice movet, et abjectissima quæque animalia vaticiniis, sagacitate, artibus naturalibus opportune ad necessaria dirigit, rationibus sæpe humanam superantibus rationem: ducuntur namque divinitus. Est enim hæc spiraculum quoddam verbumque animæ mundi vivaciter rationaliterque materiam verberans atque figurans, duosque habet terminos. Nam et ab intellectuali substantia ipsius animæ pendet, et desinit in materiam. Quatenus ergo in materiam desinit, ratio dicitur simpliciter seminalis: quatenus autem ex intellectu sive animæ proprio, sive per hunc ex primo procedit, ratio dicitur intellectualis atque legifera. Rursum, prout seminalis est, corporea facit: prout legifera, gradus quosdam mutationum accommodat motibus animarum. Sane quantum seminalis simul est atque legifera, totum gradibus suis disponit ordinem universi. Tot, inquam gradibus, quot et ipsa impressa prius est ab intellectuali principio, cujus ipsa quasi sigillum est, materiam imprimens examussim. Hæc universalis natura est: ex cujus intentione sunt multa, quæ præter naturæ particularis intentionem sæpe contingunt. Sic ubi genitalis in quovis animali virtus tanquam mascula ubique masculum nititur procreare, velut in suo genere perfectissimum, interim universalis natura quandoque vult fœminam: ut ex masculo atque fœmina animalibus propagatis perfectius

sit universum. Sic, ubi res quælibet se ipsam suaque duntaxat intendit continuare, universalis natura intendit interim ex hac resoluta aliam deinceps aliamque componere bono consulens universi. Sic dum singula sub qualibet specie sibimet potius ex natura propria, quam speciei consulerent: hæc clam impellit, ut speciei vel magis, vel æque, ac sibi, prospiciant, ac diligentius ex se natis, quam sibi, provideant, utpote quæ non tam propria qualitate, quam providentia universali ducantur. Sic ubi propriæ duntaxat species naturaliter ex speciebus propriis nascerentur: hæc ex equina et asinina specie muli speciem procreat, ac, ne propagatio fiat ex mulis, ipsa prohibet, dum natura particularis mulos quoque instrumentis genitalibus armat. Sic denique tum composita quælibet, tum compositum universum ex disparibus longeque dissimilibus vult esse refertum, mirabili variarum formarum copia ditans. Ex quibus omnibus malum videtur, id est, alicubi minus bonum admittere, sub majori gradatim bono universalis gratia boni.

*Natura universalis quia est omniformis, universum facit omniforme: neque cogit animas.*

XII. Si artifices, qui qualitatibus adventitiis agunt, et qualitates similiter agunt, solent tamen se ipsos quodammodo facere: quatenus artificis imaginatio imaginariusque spiritus in imaginem formatur equinam, ante quam faciat equum. Si rursum naturalia, quæ per qualitates efficiunt naturales: faciunt quoque se ipsa, suam foras propagantia formam: si cælum insuper per lucis motionisque qualitatem agens in elementis agit cælum, cælestibus videlicet dotibus elementalia donans: nimirum et ipsa natura hæc omnia regens, cum non ejusmodi qualitatibus agat: sed ipsa natura in efficiendo mundo efficit semet ipsam: facit igitur omniformem: quoniam ipsa est omniformis. Omniformis, inquam, ex omniformi intelligentia profluens: ea videlicet conditione, ut formæ rerum in hac ipsa natura longius inter se discrepent, quam in mente: tum quia longius ab unitate discedit, ideoque neque potis est, ut mens inter se conciliare sua, tum quia, cum sit inferior potestate, pluribus formarum plurium ad agendum indiget adminiculis, tum denique quoniam se ipsam est accommodatura materiæ, in qua innumerabilia pro innumeris pereuntibus restituenda sunt: ideoque et ipsa natura, inquam, plurimum distracta est sub intelligentia munerum. Multa igitur in materia mundi ex propria potius ipsius naturæ conditione, quam ex ipsa mentis proprietate resultant, in quibus nefas est divinam mentem, quasi proximum artificem, incusare. Notabis rationales animas non cogi, ab hac ipsa mundi seminaria ratione in deteriorem prolabi sortem: siquidem et ipsæ, quasi animæ mundanæ collegæ, partem suam, id est, auctoritatem munusque in opificio mundano proprium possident. Moventur igitur sursum deorsumque cardine proprio, non quidem a natura mundi compulsæ, sed opportune cum ipsa natura potius conspirantes. Quæ quidem animabus ita vel ita mundo se ipsas aptantibus, tales et ipsa rite talesve sedes sortesque coaptat.

*Quo ordine providentia puniat, et quomodo agat.*

XIII. Post hæc descendit ad Platonicam et Pythagoricam Ægyptiamque sententiam, omnium rerum vicissitudinem esse, ideoque delicta, quæ providentia in una non punit vita, in alia vita talionis pœna punire. Quo sensu Origenes Evangelicum illud accepit: Qui ferit gladio, gladio perit. Sed hoc ille viderit. Talem quoque puniendi conditionem Cabbalistæ Hebræorum doctores comprobant, putantes animas hominum sæpius in hanc vitam sub figura tantum humana revolvi: atque ita curabilia peccata purgari, sed ter tantum huc posse reverti. Hæc enim ad probationem sufficere, et quæ his vicibus purgata fuerit merueritque beatiorem fieri, quam ante descensum: quæ vero prorsus abjecerit rationem, restare semper in gradu quodam ad rationem inferiore, id est, in ipsa imaginatione affectuque brutali. Addunt, ne quis suum excuset peccatum, omnes tunc animas adfuisse, quando Deus dedit Moysi legem. Perpetuam vero periodum non satis probant. Transformationem enim ejusmodi usque ad finem mundani motus posse fieri arbitrantur, quem sequatur æterni sabbati quies, æternaque beatitudo bonorum. Huc Davidis illud tendere judicant: Immaculatorum hæreditas in æternum. Item sancti in æternum conservabuntur. Sed ad Plotinum regrediamur. Quod omnes hominum actiones habitusque observentur a providentia, et ordine certo pro meritis disponantur, confirmat ex eo, quod providentia multo etiam inferiora nobis, imo et infima quæque diligentissime curat, ordinatissimeque disponit. Si qua enim a summa providentia negligi debuissent, res certe vilissimæ debuissent. At vero in his non minus admirabile apparet, quam in preciosissimis, artificium tum ad necessitatem spectans, tum etiam ad ornatum. Imo etiam tanto potentia artificis et diligentia major, quanto magis materia hæc locusque ordini repugnare videtur. Ordinem vero in universa mundi materia et actionibus mundanorum constitui semper atque restitui a divinitate judicat, non per consultationem aliquam, qua ordo quæratur, sed per ipsam ejus essentiam, quæ ipse sit ordo. Divinitatem hic intellige non solum intellectum divinum: sed etiam intellectualem mundi animam: atque insuper intellectuale hujus seminariumque spiraculum in mundi materiam. Quod autem de

rerum vicissitudine dictum est, natura quodammodo monere videtur in vipera, quando filii nascentes matrem necant, quæ patrem eorum necaverat coëuntem. Hinc forte significatur, quo sensu leges antiquæ parricidas culeo inclusos cum vipera suffocant. Et profecto quemadmodum provisum est, ut innocuum animalium genus facileque ab aliis devorandum, multiplicetur quoque facillime, sic ut genus pestiferum difficilius habeat incrementum.

*Artificiosa naturæ opera sunt a providentia modo artis naturæque agente. Item mentes non sunt proprie hujus mundi partes.*

XIV. Solemus ex operum actionumque qualitatibus qualitates virtutum in agentibus conjectare. Hac ratione calefactoriam humificamve virtutem sic in sole lunave, sicut in igne et aqua per opera actionesque deprehendimus. Cum igitur naturæ opus et summatim et sigillatim tale sit semper, taliterque fiat, quale semper et qualiter ab arte providentiaque fieri gubernarique solet: merito conjicimus inesse naturæ atque præesse artificiosam providentemque potestatem, non ambigentem, non fatigabilem, non vacillantem: siquidem non minus continue opus recte geritur, nusquam aliquid retractatur, nunquam solitus ordo deseritur. Et profecto cum nulla unquam discursio rationis humanæ, quamvis summa, possit absolutum naturalium artificium vel opera vel excogitatione penitus assequi, signum hinc habemus, id opus non cogitationis discursu tentari, sed intellectu prorsus absolvi. Intellectu, inquam, rationis discursu superiore, saltem quanto id opus extat super humanæ artis opus. Intellectu rursum non quærente, sed agente potius tenore naturæ: siquidem non aliter agit, quam soleat quodlibet naturaliter agens, intellectu procul dubio stabili: alioquin nullus foret in rebus status, unio nulla, nullus ordo rerum actionumque perpetuus servaretur. Intellectu denique naturalibus intelligentiis omnia simul facilius feliciusque intelligente, intelligendoque faciente, quam sol radiis universum et singula simul contueatur et agat. Intelligentiæ hujus tum absolutæ, tum animalis spiritus verbumque natura est, et verberatu suo singula generans atque movens, et suo rursum significatu, intelligentibus interpretans artificis intelligentiæ notiones. Hac interim conditione prolatum, ut in voce hac longius inter se singula disjungantur, quam in notione loquentis. Illic enim propter mirabilem unitatem in qualibet notione, comprehenduntur et omnes: hic autem ob discrepantiam longiorem non pariter in re qualibet sunt penitus omnes. Ideoque et hic et in mundo nec in partibus est totius perfectio requirenda: nec in parte alia proprietas alterius exoptanda, sed potius admiranda naturæ potestas atque sapientia: quod per tot gradus, tamque dispares, tam ordinate se ipsam adeo propagaverit. Post hæc obscurum hujus capituli calcem sic intellige: Homines dæmonesque secundum vitam corpoream partes sunt universi. Rursum secundum actionem rationalem sunt aliquid quodammodo particulare: quia discursio dum motu per plura prius posteriusve distrahitur, alias ad aliud proprie se determinat: Secundum vero mentem simul sunt universum: quia mens habet omnia simul, nec est ad aliud potius, quam ad aliud, definita, nec affectionem habet mundo contiguam. Denique sicut in cælo stellæ, sic mentes in dæmonibus hominibusque lucent: excellentiusque munus, quam ut partes, habent. Neque tamen horum mentes, etiam si ut partes considerentur, derogant universo. Eatenus enim excellentes habentur, quatenus ipsi totius menti, et intellectuali totius ordini similes judicantur.

*Ipsa universi ratio seminaria, quæ natura universalis est, habet in se præsignata etiam, quæ mala dicuntur; et hæc universi bono confirmat. Item omnia mundana ludorum more inania sunt.*

XV. Rerum defectus atque interitus rebus invicem a rebus illatos existimat non solum ex materia materialiumque conditione contingere: ordinem namque perpetuum habent: verum etiam ex ipsa naturæ universalis intentione. Ex cujus proposito est gradatim res deficere, dum dispares constituit gradus. Est vel sponte, vel ab aliis interire: dum ex præsentibus vult formare futura: ut infinitum deinceps, quem semel nequit, rerum numerum consequatur. Quatuor inter hæc de ratione seminali, id est, de universali natura notabis. Primum quidem hanc generabilium omnium efficiens esse principium. Secundum hanc esse hæc omnia, quatenus semina complectitur omnium. Tertium singula, quæ gignuntur, per eam fieri sigillatim: videlicet secundum ipsius efficacem exemplaremque virtutem. Quartum universam naturalium dispositionem inter se vicissitudinemque esse in ea præscriptam: atque ita foras exprimi quemadmodum est intus impressa: adeo ut nihil extra providentiam relinquatur. Nam et quod contingenter venit in opere, non est ipsi rationi contingens, sed et præsignatum jam, et mirabiliter ordinatum. Tangit inter hæc opinionem putantium animas omnium animantium posse a præsentibus corporibus separari, neque in animam universi resolvi, sed in sua proprietate subsistere, iterumque ad corpora remigrare. Tangit et opinionem dicentium brutorum animas, quæ ex anima profluunt, universi in eandem quoque refluere: Omnino vero putat multam universo inesse vitam: multam, inquam, id est, potentem atque multi-

plicem secundum varias rationalium substantias animarum, quæ quidem omnes passim vitas corporeas ex se propagent, ipsaque propagine quasi ludos animalia faciant: alioquin si nulla illinc animalia fierent, tum materia omnis vita careret, tum vita jam in alio quam in materia, id est, in suo fonte consistens, quasi sterilis videretur et impotens. Rata quidem Plotini sententia est, irrationalem vitam qualiscunque et ubicunque sit, a rationali vita, qualiscunque sit, et quomodocunque fiat, ita procedere, sicut imperfectum necessario a perfecto dependet. Profecto quemadmodum in corpore naturaliter lucido tria consideras: primum formam ipsam, id est lucem: secundum vero actum ejus in se, dum micat: tertium, actionem extra se procedentem, dum illuminat aliquid: ubi illuminare pendet ex micare, hoc similiter et lucere, ita sensualem vitam existimato ex vita rationali, hanc ex intellectuali pendere. Ratio enim motus quidam est ab intellectuali substantia quasi luce in se ipsa conversus in semet ipsam, quasi ex luce micans. Sensus autem, quasi lumen, est quædam processio foras. Proinde sicut a corporibus effluunt imagines, quæ sunt quasi corpora: sic ab animabus, quæ efficaciores sunt, quam corpora, profluunt imagines animales, quæ sunt quasi animæ, ex quibus simulatque accommodatis sibi corporibus animalia fiunt. Et quoniam hæc ludicra sunt, ideo quicquid ad hæc attinet commodi vel incommodi, nihil plus ad bonum malumve momenti habet, quam quod affert opinio nos decipiens atque perturbans.

*Quid sit ratio seminaria mundi, quomodo agat: item de quatuor gradibus plenitudinis: item quomodo rationes rerum in communi ratione contrariæ sint.*

XVI. Si omnia ex intentione quodammodo sunt universalis naturalisque rationis, videntur omnia naturaliter rationabiliterque fieri: ideoque nec aliquid fieri contra naturam, neque peccari. Ad hæc autem solvenda ita considerandum: sicut nocte ex sole lunaque solari non duo lumina derivantur, sed unum emicat lumen, solare quidem non parum, sed lunare magis: et quatenus inde ad nostra descendit, jam evadit deterius, quam lunare: sic ex ipso intellectu, atque ex anima illinc intellectuali jam facta prodit ratio seminalis universalisque natura. Jam quidem utroque deterior, et animalis sane plus quam intellectualis existens, atque in materia rursus ab utroque degenerans, qua quidem res naturales tanquam lunari lumine coalescunt. Hæc quoniam ex animali substantia pendet, est vita quædam: quoniam ex intellectuali dependet non discurrente, est ratio non discurrens, quoniam essentialis ratio est, rationaliter agit, per essentiam videlicet, etiam si, quod agit, minime sentiat, tametsi imaginatio eam operis comitatur: quoniam actio ejus ex se penetrat in materiam, motio nuncupatur: agit vero et movet omnia. Non agit, inquam, velut ignis proprie determinatum aliquid et impetu toto: sed varia primum, et moderamine certo, ad certum finem, et terminum figuramque et tempus, et varie varia: varia, inquam, primo, non sicut ignis, qui varia quoque facere possit per accidens vel consequenter atque per aliud. Movet quoque non loco simpliciter, ut impellens, quod movere soleat non formando. Movere autem ejus est formare, non alterationis tantummodo, sed etiam magisque rationis artisque tenore. Ibi enim ars est ipsa ratio, ibi ratio est ipsa natura. Inde corpus ita naturale movetur, quemadmodum tripudiator ab ipsa tripudiandi arte animo ipsius insita: præsertim si fingatur hæc ars non quæsita quandoque, sed ita naturaliter insita, ut ibi sit ipsa natura. Quot sane modos formasque in se ars complectitur, tot modis atque figuris movet intrinsecus ipsa saltantem. Utrum vero ratio hæc naturalia movendo formans, ac vicissim formando movens sit forma et quasi qualitas, aut quasi motio et actio quædam? Est utique velut utrumque: est enim actus essentialem formæ possidens firmitatem, et efficaciam motionis: est quasi qualitas quædam sine accidente: est motio sine transitu: est vita, id est, substantialis vigor ex anima in materiam, actusque perennis vivaciter omnia et rationaliter agens: agit autem complurima, imo et contraria primum: ipsa enim complurima ac ferme contraria simul. Hic tu multitudinem sive plenitudinem quadruplicem intelligito: Intellectum purum, intellectum animalem, animam naturalem, naturam materialem. Intellectus quidem purus sub ipsa statim unitate adeo sibimet evadit unitus, ut ipse formaliter consistens omnia, in quolibet sui sit totus. Ideoque ipsius omnia in ipso sui quolibet comprehenduntur. Igitur penes ipsum partes cunctæ sunt in qualibet non per potentiam solum, sed per actum. Differunt vero formaliter, quoniam per actum alium atque alium et aliter atque aliter, sive magis etiam atque minus. Intellectus vero animalis sive anima intellectualis plenitudo quidem est et multitudo penitus universa, quamvis non unita penitus: ideoque et si partes ejus cunctæ comprehendantur in qualibet, tamen non tam actu, quam potentia, continentur. Anima naturalis, quæ est universalis ratio puraque natura, est insuper plenitudo multitudoque tota, sed longius ab unitate discedens, non tota hæc amplius in sui quolibet continetur, nec actu, inquam, neque potentia. Hinc ergo fit, ut partes quædam contrariæ sint quibusdam: siquidem altera jam alteram non possit admittere. Natura tandem materialis, id est, corporea machina in tantam videtur multi-

tudinem contrarietatemque distracta, ut aliud non solum jam non admittat aliud, sed etiam accessu disperdat. Quod sane exitium in ipsis naturæ superioris partibus non accideret: ad quam regredientes dicamus eam ipsa sui diversitate originem jam esse quodammodo diversitatis et pugnæ inter mundi partes exorientis. Sic mundus hic positus dicitur in maligno, nec pacem habere, nec dare alicui pacem: dæmonemque potentem mundi hujus principem esse quam proximum. Concludamus itaque cum in universali natura unitas jam longius ab ipsa superiorum unitate degeneret, simulque degeneret plenitudo, adeo partes a partibus discrepare jam atque deficere, ut, quod adest aliis, interim desit aliis: itaque inter se ferme pugnaturæ jam videantur, ut quod sibi deest vindicent aliunde, dum singulæ cupiunt evadere totum: totumque ipsum non est adeo potens, ut contrarietatem ex se prorsus expellat. Unde fit, ut mundus subinde corporeus neque contrarietatem, neque mutuam a rebus perniciem possit expellere. Interea tamen universalis ipsa natura tanquam superioris intelligentiæ verbum musica ratione prolatum oppositas inter se voces suas virtute proportionum reddit amicas: atque ita tota, sic est unum, ut musica tota, totaque tragœdia ex contrariis in unum conciliata concentum atque decorem. Similis autem est ipsa ratio mundi regina potius rationi musicæ, quam poëticæ. Poëtica enim res personasque accipit aliunde factas, neque necessario conficitur ex contrariis: musica vero ipsa profert tonos, necessarioque contrarios, neque enim concentus est, nisi ex gravibus et acutis, ex intensis atque remissis, ex ascendentibus atque descendentibus, imo etiam ex discordibus et concordibus componatur. Neque igitur concentus ipsius ratio est communis, nisi ex rationibus horum oppositorum inter se oppositis similiter ipsa constet. Eodem pacto rationem seminariam mundi ex contrariis rationibus intellige constitutam, per quas ipsa formas producat in mundo contrarias. Harum enim formalis inter se discrepantia, quum neque ex se invicem, neque ex materia neque casu proveniat, nimirum examussim exprimitur, ex formulis in ratione contrariis. Formæ quidem ideales in mente contrariorum non sunt contrariæ, imo in oppositis sæpe cognoscuntur opposita: formulæ vero seminales in natura effectrices contrariorum contrariæ sunt. Nam in semine ignis esse semen aquæ non potest, sicut nec ignis in aqua. In mente divina ideam ipsam identitatis, et ideam alteritatis, statusque et motus esse memento. Intellectuales subinde substantias ad identitatem statumque potius, quam ad opposita referas: rationales vero potentias ad ideam potius alteritatis et motus: præsertim ultimam rationem materiæ jam contiguam. Sic utique mentis officium in unione consistit magis, rationis autem magis in descriptione versatur. Neque posset esse ratio nisi multiplex admodum, suisque in partibus intra se contraria: ratio, inquam, seminaria mundi, et infima divinorum, in qua tanta partium discrepantia deprehenditur, quanta divinis obtingere potest: ideoque cum extrema in divinorum genere illic dissidentia sit, merito ibi nomen contrarietatis accepit. Proinde cum identitas statusque ad perfectum magis attineat, alteritas vero motusque agit ad imperfectum: merito quatenus ab ipsa identitatis statusque idea descenditur, eatenus gradatim res ideæ participes minus habent identitatis et status. Contra vero quanto longius ab idea alteritatis motusve descendit, tanto res inde participes plus alteritatis, id est, diversitatis in se ipsis, mobilitatisque admittunt. Alteritas igitur atque diversitas rationi seminariæ mundi inserta divinitus reddit eam maxime alteram intra se atque diversissimam divinorum. Quum vero rationis hujus conditio præcipue spectet ad ipsam alteritatis ideam, illiusque vis in hac longe prævaleat, dum idea illa seu vis ejusmodi rationem hanc in diversitatem propagat extremam, videtur hæc ipsa ratio non aliter propagare se ipsam, quam plantæ radix in stipitem atque ramos et reliqua: quæ tamen id agit quodam vegetalis vitæ vigore. Et profecto, quæ vita carent, non intus agere, sed extra videntur efficere: viventia vero intus etiam in se ipsis, multoque magis vita interius agere, et intra se ex uno quodam in multa gradatim propagare se ipsam. Atque ita ratio seminaria mundi, vita quidem, sed divinorum universalium que ultima, videtur sub ipsa videlicet diversitatis idea se ipsam in se per diversa articulatim contrariaque diffundere.

*Decrescente a superioribus ad inferiora virtute suppletur numero: item quomodo humana notata sunt ordinanturque in providentia intellectuali atque naturali.*

XVII. Natura plura continet in se rerum semina, quam mens ideas. Quum enim naturæ seminisque virtus sit debilior, non potest in uno semine comprehendere, perque unum facere, quæcunque idea possidet potestque una. Ergo per plura semina distribuitur ideæ unicæ vigor virtutisque debilitas numero compensatur. Eadem ratione materia in plures perducitur sub unoquoque semine formas. Accedit ad mundi hujus innumerabilem multitudinem dimensio semper divisioni subjecta, motusque singula varians, ac rerum inter se commistio multiplex, congeriesque virtutum munerumque ex singulis ubique superioribus causis necessitate proveniens. Denique ne rerum mutabilium species aliquando pereant, substantiis numerus singulorum tum suc-

cessione, tum simul ultra permanentium multitudinem divinitus augetur. Proinde in tanta rerum turba ob maximam discrepantiam dissonantiamque aliis alia noxia veniunt, et propter indigentiam ex aliorum destructione se tueri, servare, recreare conantur: interea vero adversus multitudinem dissensionemque tantam providentia singulis amorem et ad se ipsa et ad totum vehementem inserit, quo et singula passim insinuata singulis invicem uniantur, et denique toti. Post hæc dubitatur, utrum boni malive homines sint ipsa rationis universalis forma præsignati, et quomodo. Respondetur autem longo comœdiarum exemplo: sicut histriones proprias figuras, et voces, et gestus, et ingenia sua secum afferunt præter illa, quæ mandat poëta, qui prudenter singulis officia locaque congrua pro singulorum proprietate distribuit: sic rationales animas etiam ante corpora hæc suis quibusdam inclinationibus tales evadere sive tales. Subinde rationem mundi talia illis accommodare corpora, et quatenus illæ perseverant et prosequuntur, tales quoque fortunas et denique sedes; ex hac autem utrimque disparitate, mutuaque interim proportionum congruitate mundum esse pulcherrimum atque justissimum. Totum vero hoc inventum similiter habemus ab origine: similiaque de angelis vel non labentibus, vel minus magisve labentibus feruntur a multis. Tu vero, ubi mundana ratio nominatur, intellige, sæpe cum virtute seminaria intelligentiam animæ mundanæ conjunctam, a qua seminalis assidue natura dependet, regiturque ad normam. Proprios igitur et antecedentes animorum motus non in seminario, sed intellectuali potius libro esse præscriptos, neque tamen inde compulsos. Scripti enim sunt tales ubique, quales et ipsi sunt, id est ex fontibus propriis oriundi: sortes item fortunasque et sedes præsciri inde simul, atque pro meritis destinari. In seminario autem exceptis antecedentibus animorum motibus, reliqua, quæ rite sequuntur, esse non intellectualiter, sed naturaliter efficaciterque impressa. Sicut ergo seminarium intellectuali congruit, sic notionibus, quæ sunt ibi, formulæ in seminario efficaces. Quo fit, ut seminarium consequentia semper aptet antecedentibus animorum motibus, quamvis non sibi, sed intelligentiæ notis: sicut in arte potentia motrix exequitur ad unguem, quæ non ipsa quidem, sed imaginatio novit. In antecedentibus quidem anima semper agit proprie, Deus vero communiter: in consequentibus autem anima vicissim communiter operatur, proprie vero Deus atque natura. Oportet autem propriam aliquam inesse animis actionem præter tractum ex universo pendentem: alioquin si nullam haberent propriam actionem, non possent de universi principio, fine, forma, ac de rebus hoc mundo præstantioribus assequi rationem, imo vero et res omnes oportet in ipso universi tractu nonnihil proprietatis habere. Sic enim et ipse proprias naturas asserunt, et principium, quod omnia facit, ita potissimum efficit sibi similia, si facientia facit: nam ipse facit effectione. Si igitur actio ipsa omnium est origo, probabile est, quæ oriuntur inde agentia fore: atque ut habeant, in quod agant, fore etiam patientia: fore quoque materiam passionum præcipuum fundamentum.

*De ordinibus, speciebus, differentiis animarum, et quomodo singula in divina providentia designata sunt.*

XVIII. Plato in Timæo distribuens ordines animarum ad tres potissimum gradus usque produxit, ob eam, ut arbitror, rationem, quod in anima vel elementa, ex quibus componitur, vel potentiam, vel actionem ejus consideramus. Ratione elementorum in gradus tres commode distribuimus. In primo siquidem animarum ordine idem statusque diversum motumque superant: in secundo æquantur: in tertio fit ad primum vicissitudo: similiter per tres gradus essentia atque esse percurrit in eis. Rursus quantum spectat ad vires, in primo intellectus prævalet, in secundo ratio, in tertio tandem imaginatio. Quantum spectat ad actiones, in primo est actio omnino universaliter providens, scilicet omnibus omnia: in secundo universaliter quodammodo scilicet vel omnibus quædam, vel quibusdam omnia: in tertio vero particulariter scilicet quædam atque quibusdam. In primo gradu sphærarum ponimus animas, in secundo stellarum, in tertio dæmonum atque hominum: tum vero in ipsis dæmonum et hominum animabus tot species Timæus ponit, quot stellæ sunt in cælo specie inter se differentes: quibus ordine respondeant in sphæris subinde suis species totidem dæmonicarum humanarumque animarum. Sed hoc interesse forsitan arbitrabitur, quod in specie stellæ quavis stella sit unica: sed in speciebus subsequentium animarum plura sint in qualibet singularia. Plura item in qualibet animarum humanarum specie, quam in quavis specie dæmonum. Semper enim deinceps minor virtus majori quodam numero compensatur. Cogita in qualibet idea naturam, in cujus virtute sint mille dotes (ut ita dixerim) vel effectus ad multiplicem universi ordinem bonitatemque pertinentes. Speciem præterea stellarem velut perfectissimam habere in se individuum perfectissimum: ideoque totam in se capiens speciem et ideam, cunctasque speciei ideæque actiones absolvens. Speciem vero dæmonicam velut minus perfectam individuum quoque perfectum minus habere, quod quidem nequeat solum varias ideæ speciеique dotes explere. Ideoque per plura hic individua varii speciei et ideæ implentur effectus. In specie tan-

dem humana plura etiam, quam in dæmonica, oportet individua esse, per quæ variæ ideæ suæ specieique dotes distribuantur, plurimique conficiant animi, quæ nec unus nec pauci explere valerent. Esse præterea plures humanarum species animarum Platonicus inde conjectat, quod tanta est in hominibus discrepantia, ut alii divini, alii bruti, alii videantur humani. Neque tanta vel circa animam vel circa corpus diversitas in alia ulla animalium specie reperitur: neque tutum esse Platonici putant, incredibilem animarum diversitatem solum in diversitatem corporum terrenorum referre velut in causam: præsertim quoniam, qui corporibus simillimi sunt, sæpe ingenio sunt et moribus dissimillimi, ac sæpe vicissim. Præterea quod hic illo aliquanto ingenio sit velocior aut tardior, iracundior quoque vel mitior, et similia: ad has corporeas qualitates quodammodo referre quis poterit. Quod autem alii seorsum ad scientias artesque alias natura propensiores sint, et admodum aptiores, nullus ex corporum differentiis asseverare valebit: quippe cum artes sæpe scientiæque ejusmodi non tam ad corpoream, quam ad incorpoream, videantur spectare naturam. Mitto mathematicas et physicas disciplinas, et gubernandi prudentiam, mirasque versutias artium, in quibus alii ab aliis natura longissime discrepant: certe quod hic natura videatur esse Theologus, iste Propheta, ille miraculorum auctor legumque conditor æternarum: alii vero nequaquam, qui non multum ab his corpore differunt, non potest causam ex corporibus assignare, neque propriis, inquam, neque ergo communibus, quæ per propria duntaxat instructura nostros animos videantur. Quam ob rem animas hominum Platonici specie colligent subalterna, in qua multæ sint species (ut ita loquar) specialissimæ: multa quoque sub specie qualibet individua, adeo ut animæ quædam inter se naturaliter simillimæ et amicissimæ sint: aliæ vero contra. Omnino vero singulæ species animarum ad congruas suorum dæmonum species, et ad similes stellarum species rediguntur: sic solares animæ ad solares dæmones atque solem: Venereæ ad Venereos atque Venerem, cæteraque similiter. Hactenus differentias tractavimus animarum, quas Plotinus hic primas asseruit: quæ videlicet ex ipsa primum natura sunt vel secundum specialem, vel secundum singularem sub specie sua proprietatem. Secundo differre putat ab aliis alias, postquam motu libero forte etiam ante corpus aliter atque aliter surgere vel inclinari cœperunt. Ubi et illud evenit, ut eadem anima diversis temporibus per varias sui vires operetur, et vivat: ut non solum evadat aliis, sed etiam sibi ipsi dissimilis. Tertio diversitatem in animabus ex corporibus putat accidere. Primo quidem ex corpore spiritali, deinde solido. Permultum enim interesse, ex qua parte mundanæ sphæræ spiritale velamen sibi familiare sortitus sit animus, sive cæleste, sive æthereum, sive aërium sortiatur: ubi et referre quamplurimum sub quali stellarum cursu figuraque susceperit. Multa enim et varia in ejusmodi corpora ex supernis influere, et animam inde transfluere: augeri vero ejusmodi differentiam ex dæmonibus variis tunc acceptis ducibus animarum aliter aliterque ducturis: neque parum adhibere momenti ad quasdam differentias animarum, hæc demum solida corpora, genesinque, et tempus et locum. Quartam denique differentiam animabus accidere vult ex varia educatione, consuetudine, disciplina. Totam vero ejusmodi differentium animarum distributionem per inæquales gradus et partes esse vult in ipsa intellectuali ratione mundi descriptam. Totam quin etiam distributionem corporum variorum, et fortunarum, et terminorum congruentem proportione quadam differentiis animorum in ratione seminali putat esse signatam, singulaque hunc in modum opportune singulis coaptari. Subdit providentiam non posse congrua officia, præmia, supplicia reddere proprietatibus animorum, nisi has quoque in se penitus complectatur. Sicut neque poëta competentes histrionibus singulis personas et gestus, nisi naturales et proprias eorum teneat facultates. Utrobique igitur tam antecedentia quam consequentia partes providentiæ sunt, et humanæ similiter et divinæ. Sed antecedentia præcipue prima non tam in seminario, quam in exemplari intellectualique divinæ providentiæ libro sunt partes, ubi leguntur etiam, quæ non omnino efficiuntur inde sicut et providentia solet humana: consequentia vero partes sæpe etiam sunt in libro providentiæ seminario, ubi imprimuntur et exprimuntur inde, quæ intelliguntur in altero. Adeo vero per antecedentia semper riteque consequentia ordinata sunt singula, ut quando ex inordinata libidine committitur adulterium, statim tum in libro naturæ ex coitu consequatur ordinata propagatio prolis, tum in ipso intelligentiæ libro ex perturbata concupiscentia deteriorique electione deinceps ordine debito consequatur perturbata adulteri vita, conditioque deterior. Sic ergo natura pariter intelligentiaque quæcunque vel male vel sorte videntur accidere, communi quodam consensu suis ordinibus implicant. Ita vero animorum iniqui mores et opera mala partes rationis mundanæ dicuntur: ipsamque rationem cum his malis fertur habere communionem. Non quoniam proprie trahantur hæc inde, sed quoniam ibi ab aliis facienda notantur, et facta plectuntur: itaque cum providentia consideretur tanquam exemplar omnium atque opifex, peccata quidem sunt partes ejus, prout est exemplar potius, quam ut opifex: pœnæ vero peccantium utraque con-

ditione sunt partes. Utrum vero mala ibi proprium quantum mala sunt exemplar habeant, an ex ipso potius exemplari bonorum dijudicentur, opportunius alibi pertractatur. Conclude jam providentiam non vegetalem solum more plantæ, verum etiam intellectualem artis et providentiæ more, sed naturalis, usque ad minima se diffundere.

*Confirmatio primi libri atque secundi: quod Deus faciat, intelligat, curet singula.*

XIX. Operæ pretium est, quæ et in hoc et in sequenti libro de providentia transiguntur, ita breviter confirmare. Cum esse ubique sit per formam, et quatenus habetur forma, eatenus habeatur et esse, atque vicissim: merito conjectamus essentiam primam formam quoque existere primam. Formam vero primam oportere putamus simplicissimam esse pariter atque communissimam: quatenus entia omnia superat, et concipit atque parit. Simplicitatem vero uniformem, communitatemque omniformem ita demum possidet, si sit intellectus, præsertim quoniam ad intelligentiam pertinet, tum composita resolvere penitus in simplicia, tum res singulas sub universalissima comprehendere forma. Prima igitur essentia est prima forma: prima vero forma primus est intellectus. Quod si essentia illic re ipsa et intellectus est idem: nimirum et esse atque intelligere illic est similiter idem. Tum vero sicut essentia talis passim, aut talis in suo genere prima, sequentia facit non alio addito: sed eo tantum ipso quod talis, ceu sol lucendo illuminat, ignis calefacit ubique calendo: sic ipsa simpliciter essentia simpliciter essendo omnia procreat entia. Ac si causa est, ut omnia esse simpliciter habeant: est insuper et in causa, ut omnia esse tale habeant atque tale: nam esse tale ex ipso simpliciter esse dependet: atque formalis ipsa communisque distinctio talium atque talium, non ex materia, sed ex ipsa prima omnium forma uniformi simul et omniformi procedit. Hæc igitur quatenus essendo efficit omnia, eatenus facit intelligendo: siquidem penes ipsam intelligere non aliud est, quam esse: quod intelligendo facit omnia, nimirum et faciendo intelligit omnia. Intelligit, inquam, non solum quædam omnibus communissima, sed etiam unicuique propria, quibus unumquodque in suo esse, actuque perficitur: alioquin confuse nimium intelligeret, minimamque intelligentiam possideret: ac res potius in potentia, et hac quidem remota et confusa cognosceret, quam in actu. Accedit, quod, si actio ipsius propria intelligentia est, tanquam eminentissima amplissimaque simul et intima, quousque agit, eousque prorsus intelligit, atque e converso. Agit autem in singulis etiam atque minimis peragendis: siquidem entis primi per singula quomodolibet entia certis ordinibus consequentia amplissimus est influxus, et, quæ post ipsum agunt, ipsius ubique virtute moventur et agunt. Aguntur vero ubique non species ipsæ rerum, quæ æternæ sunt, quæ Deus ipsæ sunt: sed individua. Aut ergo Deus nihil extra se intelligit, atque agit, quod est falsum: aut agendo singula, intelligit eadem, quæ nusquam fierent, nisi prius intelligerentur a Deo: sicut non fiunt a sole, nisi quæ prospiciuntur a sole. Intelligit itaque Deus ipse singula, non distractus in plurima, sed collectus in semet ipsum: quem intuendo velut totius exemplar et causam causarum, perque causas omnium causam contuetur et omnia, et contuendo curat et providet, quatenus ad finem singula dirigit atque bonum: quando quidem sub ipsa ipsius boni forma omnia procreavit ad bonum. Quod autem quam facillime cuncta tam diligentissime curet, inde probatur: quoniam ab ipso Deo res habent, non, ut sint tantum, sed etiam, ut causæ sint. Nam et ut sint, inde habent, prout ipse est causa. Si igitur illinc habent, ut sint causæ, inde quoque possident officium causæ proprium. Hoc autem est conservare pro viribus, et curare, quod facit. Quam ob rem si a causa prima causæ omnes hanc habent proprietatem, quantum causæ quædam sunt, merito hanc habet illa potissimum, ut omnia curet et singula: quatenus maxime causa est, et causa singulorum: quæ quidem nisi singulatim custodiantur, non custodientur unquam communia, quæ conservantur in singulis: non conservabitur totum, quod necessario constat ex partibus: non excoletur universalis ordo totius, qui in gradibus usque ad minima descendentibus necessario constat. Qui sane ordo, quæ distinctio, cum certum perpetuumque habeat ordinem, ideoque casu nequeat esse, sed ex alicujus agentis intentione procedat, neque tamen ex intentione agentis necessitate naturæ, cujus intentio determinatur ad unum potius, quam ad multa, quatenus sint distincta: merito ex quadam intelligentis intentione procedit, non intelligentiæ cujusdam causæque particularis. Omnes enim ejusmodi in numero distinctorum operum computantur. Ex intentione igitur intelligentiæ primæ maximeque communis provenit universalis distinctio rerum. Illa enim ab aliis per se distinguitur, cæteraque inter se suæ notionis norma distinguit: et quatenus distinctissime novit, distinctissime curat. Denique si providere ex abundanti providentis bonitate procedit, et ad bonum gubernata perducit, merito ad causam optimam causarum spectat, exactissime singulis providere.

*Confirmatio eorundem. Item quod Deus certe sciat etiam contingentia, neque tamen libertas inde tollatur arbitrii.*

XX. Providere Deum rebus maxime, tan-

quam maxime suis, quousque videt, non dubitamus: videre quoque Deum res, quatenus certis causarum vel deinceps agentium, vel e conspectu necessario concurrentium ordinibus consequuntur asserimus: siquidem ita quoque philosophi multa nonnunquam procul admodum futura, quasi sint præsentia, vident. Vident hæc, inquam, in causis, quas ipsi nec agunt, neque connectunt. Multo itaque magis prospicit Deus, quid ex causis, quid ex causarum proprietatibus, quid ex earum conspiratione proveniat: siquidem ipse videndo causas efficit, easque donat proprietatibus et connectit in unum. Ac si philosophi, quanto sagaciores sunt, tanto citius ex præsentibus vel causis vel indiciis absentia colligunt: et quamvis temporali quadam rationis discursione nitantur, tamen futura quasi statim redigunt ad præsentiam. Profecto æternæ mentis individuus ille stabilisque omnino totusque simul intuitus universam rerum distantiam vel localem vel etiam temporalem, ictu quodam indivisibili præsentarioque complectitur, ut, quæ inter se distantia sunt atque futura, illi penitus proxima sint atque præsentia: itaque nec tam in causis, quam in se ipsis, contueatur effectus. Jam vero ex hoc ipso, quod eventus non in causis tantum, neque tanquam futuros aspicit, sed præsentes sequitur, ut, ubi philosophi, dum contingentes in futurum eventus aucupantur, ambigunt, Deus ipse non ambigat. Nam, quæ contingentia dicimus, hæc quamdiu adhuc futura sunt, possunt ex causis non exire: cum vero primum præsentia sunt, non exisse non possunt: neque valent etiam, dum sunt non esse: neque in ipsis contingentibus, quatenus sunt ad præsens, datur esse pariter atque non esse, sed esse duntaxat, quamvis in futurum possint non esse: quare necessariorum jam conditionem sortita videntur. Deus igitur ita firmiter contingentia tenet, quando quidem ut præsentia videt, ut quæ sunt naturaliter necessaria. Nam et quilibet certus est esse fierique contingentia hæc intuens in præsenti, quæ olim, utrum in posterum forent, erat incertus. Præterea sicut ex causa necessaria effectum secuturum certo sciri potest: ita ex causis contingentibus, quoties comprehenduntur cunctæ, sciturque, utrum impediantur alicunde, necne. Cum vero Deus, tanquam et exemplar, et effector, et motor omnium omnia comprehendat: ita certus est ex contingentibus, sicut ex necessariis exitum secuturum, imo jam sequi. Neque vero mutabilia intelligit mutabiliter, neque divisibiliter divisibilia cernit, sed pro individua sui immobilique natura simul firmiterque tenet distracta etiam in se ipsis atque circumvaga: sicut sæpe visus individuo quodam ictu multa conspicit, quæ moventur: neque rursum, quæ naturaliter mutabilia sunt, propterea firma redduntur, quod ille firmiter comprehendat: sicut neque immaterialia fiunt ex eo, quod ille immaterialiter (ut ita dixerim) complectatur. Nam et ipse intelligentia sua, id est, actione sua tam contingentibus ipsam contingentiæ sortem imponit, quam necessariis necessitatis exhibet legem: atqui et intelligentiæ voluntatisque nostræ motus quoslibet quamvis liberos firmissime tenet. Intelligit, inquam, eos: nam essentia prima sicut omnibus quomodolibet essendi causa est: sic intellectualibus quomodolibet rite intelligendi atque volendi. Directos itaque motus intelligit tanquam ipse quoque movens, obliquos autem tanquam ex opposito deficientis a rectis. Intelligit et certos motus, qui in se ipsis videntur incerti: siquidem singulos fieri jam non fore videt. Æternitati namque ita semel totum tempus est præsens, sicut et centro totus pariter circumferentiæ tractus. Et quamvis, qui nunc ita voluntate movetur, possit aliter deinceps aliterve moveri, ille tamen de hoc non aliter atque aliter opinatur. Singulos namque motus eorumque modos ab initio semel anticipans mutabilem progressionem individuo penes se ipsum cardine firmat. Quod autem plerique sic argumentari solent: si certus est Deus, animam id acturam, anima necessario id efficiet, non consequitur: siquidem ille certus est animam libere id facturam: imo vero id libere facere. Præsentia enim cernit in se, quæ futura sunt rebus. Cum igitur præsentes jam cernat eventus, non licet rursus interrogare, utrum possit animus electionem suam interea permutare, postquam Deus animum sic viderat electurum. Non enim cadit interea tempus, ubi non electurum viderat, sed videt potius eligentem. Neque tu rursum objicias: Si Deus firmiter videt eligere: ergo compulsus eligit. Quid enim prohibet animum sua interim voluntate facere, quod Deus firmiter natura sua cernit animam operari, atque ut libera faciat voluntate, Deus ipse sua semper instituit voluntate. Denique quod argumentari nonnulli consueverunt: Necessarium est id animum facere, si Deus facturum scit ita velle facere. Similiter argumentari possemus: si homo dicatur idem scire, et utrobique necessitas non tam in consequente, quam in consequentia ponitur: neque in re ipsa, sed in argumentante deprehenditur: et conditionalis quædam necessitas hæc est, non absoluta: conditionalis autem absolutam trahere secum minime consuevit.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM TERTIUM ENNEADIS TERTIÆ,

# DE PROVIDENTIA SECUNDUM,

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI,

### Quomodo machina mundi congruat cum natura, et natura cum intelligentia divina: quæ etiam fortunam ordinat.

I. PER hæc dubitationes solvimus, quæ in hujus libri fine moventur, atque secundum aggredimur de providentia librum. Profecto sic animæ rationales in providentia designatæ sunt partes, non partes, inquam, naturæ vel machinæ corporalis: sed partes, id est, participes providentiæ, atque in gubernando collegæ. Hinc et motus conceduntur deteriores, postquam semel nonnulla concessa minoribus est auctoritas. Quoniam vero dicit seminariam universi naturam esse animam quandam, memento, sicut vocalis oratio distincte significans non solum ex intellectuali notione procedit, verum etiam est notio quædam: sic seminarium mundi vivum, et omniforme ex ipsa mundi anima pullulans animam quandam esse: Ac si dicitur instrumentum vel intelligentiæ puræ, vel animalis intelligentiæ tale est profecto, cui motor ipse suus non tantum præbeat motum, sed etiam opificii formam. Est enim cognatissimum instrumentum, suoque subest opifici, non tanquam manus, sed tanquam imaginatio vel imaginarius spiritus practicæ rationi. Subdit in libro secundo, rationem ejusmodi bona simul et mala complecti. Si enim in hac rerum habitus primo designati sunt, privationes quoque consignatæ sunt consequenter. Si meliora descripta, etiam deteriora, et in longum progrediendo deterrima quoque conscripta non ita solum, ut peragantur inde omnino pejora, sed ut, tanquam inchoata vel designata, tandem per corporeas causas sive conditiones expleantur in mundo. Cujus quidem universi gradus omnes et ordines ita sunt in mundana ratione conscripti, ut non ipsa ratio primum eos in se construxerit: sed tota potius una cum suis ejusmodi partibus expressa fuerit ex intellectuali sigillo, dum tamen evaderet subinde deterior. Multa enim in hoc ipso mundanæ rationis ordine coaptantur ad unguem motibus animarum, quæ sane congruitas non ex hac ipsa ratione tantum animabus subdita, sed etiam multoque magis ex intelligentia quadam animabus superiore præscita simul et prædestinata videtur. Quemadmodum vero in seminario mundi neque totum partes generat, neque pars ab initio partem: sic et corporea mundi machina ex seminario germinat simul tota, neque partes generat suas, ex quibus ipsa componitur: neque inter partes necessarias ejus alia procreat aliam: Ita neque stella facit stellam, nec ignis ab initio terram, neque homo leonem. Hinc efficitur, ut nulla pars mundi penitus subsit aliis: sed potius toti respondeat: ita vero totum una cum partibus prodiisse ex suo semine mundum, semenque ex mente, similiter testatur plantarum animaliumque generatio. Ubi non pars efficit partem, sed partes simul una cum toto paulatim ex semine pullulant: ex quo etiam patet partium cunctarum atque totius rationes in semine contineri: similiterque rationes mundi totius in natura: naturæque in anima, et animæ prorsus in mente. Proinde ait, totum machinæ

seminarium esse actum, et quasi spiritum totius animæ mundi: similiterque partes in eo esse actus quosdam, et quasi spiracula quædam partium animæ propriarum: simili quodam ordine totum hunc mundum seminarii totius actum esse, partesque partium. Cum vero congruat undique machina seminario, et hoc animæ mundi, et anima menti: sequitur, ut in machina ad mentis nutum omnia dispensentur. Probabile quoque est, particulares animas tanquam animæ mundanæ sorores, atque collegas, secundum motus circuitusque suos animæ mundanæ penitus consonare: adeo ut vices electionum actionumque, quas agunt animæ, accommodentur ubique vicibus animæ mundi in naturalibus peragendis. Qua quidem connexione ad certas animarum electiones, actiones, vitas, certæ quoque in universo sortes fortunæque et corpora certa, exitusque consimiles rite respondent. Inter hæc ne quis opinetur difficilem esse Deo mundi totius curam, propterea quod innumerabilia in hoc sunt atque contraria, subdit omnia quantumcunque diversa in unam congredi formam: qua facillime uni pareant auctori: si in mistis elementa contraria in formam desinunt unam: si in plantis et animalibus membrorum contrariæ qualitates unam admittunt viventis formam. Idque utrobique fit naturæ particularis officio, cuinam mirum videri debet, partes mundi contrarias in unam coire formam, licet nobis occultam? coire, inquam, naturæ universalis opera, quam et naturæ particulares ubique sequuntur. Si redigas igitur opera singula ad singulas ubique naturas, easque subigas universali naturæ, et hanc connectas intelligentiæ, intelligentiam unitati, plane cognosces intelligentiam ex uno cardine rerum uno quodam nutu cardines omnes sequentiaque deinceps mira facilitate movere: movere, inquam, intelligendo, atque ita singulis providere. Exempla vero, quæ ex prædicamentorum ordine Plotinus adducit ad multitudinem generatim in unum denique redigendam, perspicua sunt. Inter hæc notabis, argumentum hoc esse, quod ipsum unum sit omnium principium: quod omnia vel contraria in universo rediguntur in unum, scilicet præter naturam suam in unum ab unitate coacta. Notabis, qua ratione ipsum esse in causam resolvas superiorem: sive enim dicas ens, id ex essentia corporis et esse: ideoque in simplicibus resolvere cogeris: sive dicas esse id tanquam actum, redigis in essentiam, veluti fundamentum, sive dicas essentiam, hanc primum imperfectam vides, nisi suscipiat actum. Itaque super hanc unum ipsum, id est, ineffabilem simplicitatem esse cognoscis, a qua dependeat essentia actusque essentiæ. Ait ipsum unum et diffundi per omnia: et colligere cuncta, quasi per membra nervus: qui dum videtur distrahi, contrahit. Ipsum namque unum, quatenus simpliciter est ubique, in unum colligit omnia: quatenus autem inde tale unum fit, atque tale videtur esse diffusum: sed tale interim atque tale ad ipsum simpliciter unum necessario religatur. Neque ita reperitur in cunctis unum ipsum, ceu species una ex singulis, vel genus unum in speciebus: sed secundum prius atque posterius, magis et minus: ferme sicut in numeris passim unitas numeralis. Proinde Plotinus ipsum simpliciter unum proxime quasi derivat in unum ens: intellectum videlicet unum: auctorem mundi proprium atque rectorem: qui ex multitudine in se ipso concepta multiplicem conficiat mundum, atque ex unitate in se suam multitudinem superante multa mundi membra in unum colligat animal. In quo sane quicquid est tum ex natura communi pars quædam est totius, tum ex natura insuper propria, est aliquod totum, propriamque adhibet actionem, præter communem ex universo passionem cunctis illatam. Ex quo apparet, Deum mira actionis suæ potentia actiones a rebus proprias non auferre: a rebus inquam vel minimis, ceu ab igne vel equo, multoque minus a præstantioribus auferre: scilicet ab animabus, non conditione naturæ determinatis ad unum, sed ad plurima se vicissim oppositaque vertentibus. Idque pro natura sua per diversa mobili facientibus, sed interim ordinante Deo quales ubique se animi reddiderunt, tales eis semper redduntur eventus.

*Nihil contingit casu. Nam providentia minima quæque ordinat.*

II. Considera primum totam mundi machinam circumfusam terris, esse in omni dispositione motuque semper ordinatissimam. Secundo terrena omnia plurimum ordinatissime nasci, atque procedere. Tertio, terram ad reliquum mundum esse velut punctum. Per hæc quarto concludes, in hoc puncto molis immensæ ab ipsa mole concluso mirabiliter ordinata, nihil non ordinatum posse relinqui, ut etiam, quæ interdum casu quodam fluitare videntur, certo scias penes ordinem universi suo quodam ordine non carere, penes ordinatorem, inquam, mundi totius intellectum. Ordo namque nasci semper ab intelligentia consuevit. Illius enim nutu simplici prorsusque immobili machina ex tam diversis mobilibusque congesta ordinatissime conspirat et regitur. Præterea cum in qualibet gubernatione quatenus major gradatim majorque in gubernatore intelligentia est atque potestas, eatenus minus aliquid fortuito illic accidat: certe si summa quædam potestas et intelligentia gubernat mundum, totumque omnino subest illi, nullus usquam relinquitur temeritati locus. Accidere namque gubernatori casus solet inopinatus vel alienus,

quia vel non omnia conspicit, vel non omnibus dominatur, soletque casus ab externis incidere. Universum vero sub unius divinæ mentis imperio conspectuque comprehenditur, ut nihil subterfugere prævaricarique possit: præsertim quia sicut vita mundi est in qualibet parte tota, sic et intelligentia in hoc vivente corpore tota simul ubique. Neque tractat extrinsecus materias alienas, nec in plura distrahitur, sed suam agitat intus, atque ex uno cardine totam: tamque facile regit intelligendo, quam vita vivendo vivificat, quam corpus agit essendo. Quod enim in corpore est esse per formam a vita intelligentiaque susceptam, id quidem est in vita vivere: id rursum in intellectu est intelligere. Ex tota quidem intelligentia tota profluit vita: ex universa rursum vita similiter corporis universi communis emicat forma. Simili quadam proportione diversæ in machina formæ ex variis prosiliunt in vita seminibus. Differentia semina ex differentibus in intelligentia notionibus inseruntur. Notiones igitur intellectus ipsius per semina rerum usque ad singulas rerum perveniunt formas: atque sicut semen unum dum plures singulorum generat formas, non confuse, sed distincte agit in singulis, alioquin singula non perfecte formaret: sic et una intelligentiæ notio ubi per plura semina vitæ plurimas insuper formas in singulis exprimit, non indefinite quidem, sed determinate agit in singulis, alioquin ageret imperfecte: neque actio ejus et virtus usque ad ipsas vitæ naturalis actiones proprias perveniret: tametsi necesse est superioris ampliorisque semper causæ virtutem actionemque ultra ministerium inferioris longe lateque procedere. Quo efficitur, ut primæ ipsius essentiæ virtus et actio, quæ intelligentia est, per singula protendatur. Tum vero si dixeris, effectus passim singulares in rebus ex propriis duntaxat formis et virtutibus provenire, meminisse debes, virtutes ubique formasque proprias quæ ad formalem pertinent ordinem universi ex primo rerum ordinatore procedere, penitusque servari atque moveri. Cum igitur in formis et virtutibus ipsis exitus singuli comprehendantur, necessarium est, per virtutes saltem formasque ipsas singulos ubique effectus ad ipsum virtutum et formarum omnium largitorem et servatorem atque motorem penitus pertinere: virtutes, inquam, et formas sive speciales sive etiam singulares. Nam et in singulis physici dotes mirabiles invenerunt, quæ sæpe cæteris sub eadem specie minime conceduntur. Denique si, quod Platonici putant, et astrologi nescio quomodo confitentur, lux in cælo sensus est, atque radios passim ex luce protendere est singula persentire, sentiendoque facere, et faciendo sentire: nihilque vel sub terra latet, quod non sentiatur inde latentibus ubique radiis, alioquin non generarentur etiam sub terra cælestia: nimirum et intelligentiæ primæ radii per omnia protenduntur, et quatenus se ipsos ad singula usque derivant, procreant ubique singula, perspiciuntque procreando, quandoquidem et procreant intuendo. Perinde ac si dicas, et stellas aspectibus facere singula, et struthionem ova mirabiliter intuendo fovere, pullosque formare. Cum igitur nihil usquam divinum lateat intellectum, et ordo sit intelligentiæ proprius, nihil usquam in hoc intelligentiæ opificio potest accidere, quod non ab ipso totius ordinatore sit ordinatum, etiam antequam accidat, et subito veniens annexum cæteris consequenter, et in ordinem universi redactum. Qui sane ordo ita demum absolutissimus est, si minima quæque providentissime sint ordinata. Ita rursus excellentissimus, si non solum ex ordinatis, verum etiam ex ordinatoribus compleatur. Plures igitur in hoc ordinatores sub primo gubernata dispensant, virtute legibusque primi: cujus tanquam potentissimi virtus et actio per omnes sub ipso gubernatores, atque ultra propria eorum munera se prorsus amplificat. Itaque sicut multa, quæ nobis fortuita sunt, eadem gubernatoribus sunt provisa: sic et nonnulla extra gubernatorum intentionem veniunt, quæ sunt ex providentia primi, cui nihil usquam accidit improvisum: quippe cum ad perfectissimum et optimum intellectum consummatissima pertineat providentia. Ea vero est, quæ nihil ignorat, nihil improvisum esse permittit. Omnino vero casus inopinati nobis, qui ex diversarum inter se causarum confluxu contingunt, siquidem ab aliqua causa ordinantur, non a causa quadam reguntur agente tantum more naturæ. Causa enim simpliciter naturalis cum per unam agat formam, determinatur ad unum: nequit igitur eventus inopinati causas plures inter se dispersas, nec ullum invicem per se habentes ordinem ad unum effectum ipsa per se redigere, cohibere vero multiformes in unum causas potest causa sola cognitionis munere fungens: quæ multas in se concipiens formas, merito et rerum multiformium est principium, et difformes causas in unam eventus aliis inopinati formam mirifice congregat. Hinc Proculus in Timæo fortunam definiens inquit: non temerariam esse vel cæcam, sed esse divinam vel dæmonicam potestatem, in unum exitum divulsas causas congregantem. Ideo Plato ubi in epistolis fortuitum quendam tractat eventum, post fortunæ nomen subito dæmonis nomen adduxit. Itaque sæpe dæmones occulta quadam persuasione hominem hunc hac via, illum vero illa in locum eundem mittunt, quo illic occurrentes sibi invicem, aut tertio eventum pariant improvisum illis, superis vero provisum. Interdum quoque superi non tam diversos ad unum aliquid ipsi movent, quam motis

per se illis ad aliquid ipsi interim utuntur ad aliud, inopinatum quidem hominibus, superis vero prospectum. Proinde sive moveant primum superi nostros animos, sive per se motis utantur: dæmones quidem superiores ratione potissimum agunt in rationem, persuadendo simpliciter atque tranquille, inferiores autem imaginatione plurimum atque spiritu, in spiritum imaginationemque nostram perturbationes aliquas suscitando, et utrique consequenter agunt in voluntatem, Deus autem directe agit in voluntatem. Denique quomodocunque et undecunque in casus inopinatos incidimus, vel prosperos vel adversos, contingentia nobis semper meritis nostris consentanea sunt vel præsentibus vel præteritis, vel futuris: et conferunt nobis quidem quandoque universo semper. Sic enim Deus universi temperat harmoniam: ut, si quis totum orbis spatium, et in eo singula, totumque tempus uno conspicere possit intuitu, perspecturus sit unicuique justa rependi: aliaque passim aliis ita sonare, ut toti potissimum omnia consonent.

*Quamvis singula sint in providentis Dei mente signata, tamen animus agit libere. Item universum oportuit dispares gradus habere.*

III. Penes effectorem ipsum, et exemplar mundi primum sicut numeratæ sunt animæ, numerata et corpora. Sic quales animæ sint ab initio, similiter et qualia corpora: rursus quales animæ quæque se reddant, atque deinceps, quales eis pro meritis rependendæ sint sortes: cuncta igitur et quid agant et quomodo, et quid patiantur, et quomodo in ipso providentiæ ordine comprehendantur. Quod quidem humanus animus ita vel ita moribus affectus progrediatur, in causa est, quoniam ita cœpit quandoque vel ita: quod autem sic incœperit, causa est duntaxat, quia sic atque sic incipere potuit: at vero quod utrumque potuerit, non potes in aliam resolvere causam. Hæc enim ipsius est natura, scilicet vita libere mobilis atque rationalis. Si quis autem ulterius perquirat causam, cur anima sit ab initio talis, non aliter erit ridiculus, quam si perquirat, cur anima ipsa sit anima, aut cur ignis ipse sit ignis. Sane cur ignis ascendat, penetret et dissolvat, causam assignabis: quoniam levis sit, et subtilis, et calidus. Sed perscrutari, quare sit hoc ipsum, nihil aliud est, quam, cur ignis sit ignis, inquirere. Unaquæque rerum species ab æterno certis est intrinsecus terminis definita. Cunctæ itaque species sic ab ævo in se ipsis determinatæ nihil aliud esse videntur, quam certæ quædam determinationes, quibus intelligentia prima constat primum, et quasi partibus discernitur in se ipsa, adeo ut mens ipsa sit definitiones ejusmodi intellectuali, necessitate naturæ. Similis subinde in vegetali natura sequitur dispositio rerum: similis et machina mundi ex causa non consultante quidem ac per consilium eligente: sed ita naturaliter in se affecta, ita naturaliter germinante. Dispositio ejusmodi specierum in natura est ipsa natura: in machina similiter est ipsa machina mundi. Quærere igitur, cur mundus tot tamque disparibus rerum gradibus constet, est inquirere, quam ob causam mundus ipse sit mundus. Quemadmodum si quis quærat, cur planta vitam habeat et non sensum, et radices habeat atque ramos: cur animal sensum habeat, nec rationem: cur pedes atque caput: quare homo humanam intelligentiam, non divinam. Optare autem plantam quidem esse animal, et animal esse hominem: et hominem esse Deum, nihil aliud est, quam Deum relinquere solum, mundumque destruere: perinde atque si quis pedem velit esse manum, hanc oculum esse desideret: sic et singulatim membra disperdet, et denique totum. Verum ut ad conditionem nobis magis propriam descendamus: homo non debet conqueri, quod ab initio præstantior non sit effectus: quandoquidem ita satis habuit, atque ut nonnulli probant, ipse se quodammodo præstantiorem potest efficere, quod homine inferiora non possunt. Itaque habet quandam in se principii rationem: siquidem bonum quiddam potest addere bono, quod habuit ab initio: quod vero ita possit, ex eo conjicimus, quia potest et in pejus aliquando labi, quod inferiora non possunt. Deus autem non fecisset humanam speciem, quæ plantis et brutis est melior, talem, ut in pejus prolabi posset, nisi fecisset et talem, ut possit in melius proficisci, quippe cum sit primo bono propinquior. Inter hæc vero quod ait exemplar universi ipsumque universum esse cuncta digesta per gradus, memento cum in prima puraque forma non possint multa esse nisi differant, neque differre queant, nisi formaliter: illic dupliciter inter se distingui, tum variis formarum modis quasi per latitudinem: tum diversis formarum gradibus quasi per longum. Nempe quia mens processione quadam sub bono suam accepit formam: ideo et in se ipsa similiter procedendo varios suæ formæ gradus induit velut vultus. Hinc efficitur, ut in mundo quoque deinceps per gradus impares processio fiat, aliaque consequenter alia faciant, vel propagentur in alia. In dispositione rursum plantarum atque animalium partes gradibus inæqualibus digeruntur: sed dispositio talis in mundo ideo dicitur non esse simpliciter optima, quoniam longissime distat a bono, cui proximus est mundi faber primus, cui subjicitur anima mundi. Huic subditur mundi ratio seminalis, ex qua simul ac mundi corpore animal fit mundanum, rationi subjicitur corporea mundi forma. Ejusmodi vero ratio non sic animata, id est, viva dicitur, ut est anima

mundi: imo in hanc ita desinit ipsius animæ vigor, ut in teporem calor, ac lumen similiter in pallorem. Simili quadam proportione degenerant a vitis ubique in se manentibus vitæ quædam inde corporibus dedicatæ, sive in sphæris stellisque, sive dæmonibus et hominibus id cogitetur. Ubique vero superius in natura naturaliter inferiori providet, et quanto superius, tanto providet magis, ac providendo firmius permanet in se ipso: nam ex hac ipsa firmitate sua provenit perpetuus providentiæ tenor, dum videlicet non afficitur, non inclinatur in alia, sed exuberat.

*De intellectu et ratione et imaginatione. Cur homines non semper utantur ratione: cur anima fiat deterior: quod non transit in bestias.*

IV. In sequenti capite considerabis iterum geminam esse rationem mundi communem. Primam quidem adesse mundo velut artificem: secundam vero inesse velut formam, per quam velut cognatam artifici etiam artifex videatur mundo conjunctus. Artifex quidem præsidens est intellectualis ipsa substantia: insidens vero velut forma est ratio seminalis, qua coire intellectus cum materia mundi videtur atque generare. Reliquam Plotini sententiam summatim ita collige: Duo sunt in anima nostra actionum principia liberarum, intellectus et ratio: quorum opera potest anima præter id ipsum, quod habuit ab initio, progredi. Sed intellectu quidem profecit subito, factusque est animus statim ex humano divinus: ratione vero proficit tempore, deficitque similiter: ut vel sit humanus, vel divinus, fiat et dæmonicus atque ferinus. Adsunt quidem omnibus hominum animabus semper intellectus et ratio, sed non omnes ratione vivunt: intellectu quin etiam paucissimi. Multi enim imaginatione vivunt potius atque sensu: in quorum imaginatione rationis ipsius scintillæ vel raro micant, vel etiam quandoque non micant, quum imaginatio potius ad opposita convertatur: quemadmodum et intellectus communiter in rationem humanam, præter quam in beatis vix scintillare videtur. Adesse quidem intelligentiam et rationem propriam animabus humanis etiam non utentibus non diffidet, quicunque cognoverit intelligentiam quoque rationemque communem ubique vigere, rebusque quam minimis esse præsentem. Interea notabis intellectum non esse adeo separatum, quin sit pars animæ: item sicut ignis semper calet, sic intellectum intelligere semper, et potentiam animæ in discursione positam discurrere semper quocunque modo discurrat, sive per rationes, sive per imagines, more etiam somniantis: potentiam similiter vegetalem assidue vegetare. Præterea dum anima vivit in homine, tum mentem tum rationem esse aliquid hominum, quamvis non utraque semper actu redundet in homines, atque mens rarius admodum, quam ratio, fulgeat. Si quando vero anima sit in brutis, neque mentem neque rationem aliquid vult esse brutorum, sed imaginationem tantum vegetationemque cum eis communicari posse. Quod autem non solum intelligentiæ communiter, sed etiam rationis quandoque fulgor in animabus micare minime videatur, in causa est, vel perversa nimium corporis compositio, tum inepta frequenter ingenio, tum perturbationi parata, vel forte ipsa ratio seminalis animæ jamdiu in habitum conversa brutalem, atque subinde corpus in materia prout fert opportunitas sibi brutale conformans: si modo potentia genitalis primam corpori qualitatem affert: ut anima tunc non talis evadat omnino, qualis nanciscatur et corpus, sed tale sibi fingat corpus, qualem jam naturam ipsa sibi conceperit, ut merito in se facta deterior in deteriorem vitam transferatur et sortem. Post hæc quatuor causas observabis, quibus anima nostra deterior quandoque possit evadere. Primam, quia posita est ab initio post secundum ordinem animarum. Secundam, quoniam momentum ab initio minimum longius paulatim cadendo fit maximum. Tertiam, quia, dum anima cum alia quadam vel anima vel re forte concurrit, vel potius dum in anima affectio quædam prior cum posteriore congreditur, ex tali quodam congressu vis nova resultat, novumque inde facit effectum: sicut est in aliarum rerum commistione compertum. Quartam, quia præcedentes actiones in vita præterita talem habitum inchoaverunt vitæ præsenti. Verum ubi Plotinus velle videtur rationem animæ seminalem ex actionibus antecedentibus adeo degenerare, ut ipsa potentia genitalis quæ erat in propria hominis specie, fiat jam in specie bruti cujusdam: atque ita hæc brutum ejusmodi concipiat vel accipiat, intellige totum sub conditione dictum: id est, si quando ipsa naturalis potentia in se speciem mutare possit, consequenter ad talem speciem transferri ferinam: sed certe non posse ratio nobis ostendit. Primo quidem, quia cum rei nullius essentia propria essentialisque potentia, quamdiu existit, possit ipsum esse alterius speciei proprium, actumque illius essentialem quandoque subire: certe nec hominis anima rebus multis longe præstantior adeo potest a specie sua cadere, ut speciem induat aliorum, atque nonnunquam deteriorum. Secundo, quia, cum dicat Plotinus alibi, ipsum intelligere atque ipsum vegetare esse prorsus substantiale, neque permutari intelligentiam per actiones animæ: consequens est, ut fateatur, neque potentiam vegetalem per actiones aliquas permutari, quod experientia patet. Non enim per habitum morum pravum ipsa fit prava, vel fit bona per bonum: et ratio ipsa demonstrat accidens ipsum mobile non permutare substantiam

permanentem, præsertim si oriatur intrinsecus. Quam ob rem ipsa vegetalis essentia nunquam ex sua specie per accidentales imaginationes, brutis quodammodo similes, in bruti speciem transmutabitur, neque per se speciem deseret propriam: siquidem ipsa sit sempiterna: sed habitus quidam ferinus potius contrahetur, in ipsis imaginationis actibus et affectibus: habitus, inquam, potentiam insuper rationalem afficiens imaginationi videlicet sæpe consentientem. Qui sane habitus velut nimium alienus diu animam a divinorum contemplatione, et vita locoque detorquet. Tertio, quum transferri animum in vitam sortemque deterrimam putent purgationis gratia, quo malefacta retractet præteritorum pœnitentia ductus, aditus omnis pœnitentiæ clauditur, si rationalis ipsa species præcipitatur in brutam. Accedit ad hæc, quod in genere nostro tam diversi sunt gradus, ut figuram corporis non oporteat justitiæ vel congruentiæ gratia commutare: quando quidem sub hac ipsa figura homines sunt humani et bruti (ut ita dixerim) atque dæmonici. Si hactenus Plotinus sentiat, a Timæo Pythagorico non dissentiet, et ab Aristotele forsan non dissidebit, nec improbabitur ab Hebræis. Hi namque omnes facile concedent animam nostram per corpora duntaxat hominum posse revolvi: brutis vero nequaquam accommodari: accommodari vero dæmonicis posse figuris: nam habet et ab initio spiritale corpus corporibus dæmonum quam simillimum.

*Quod oporteat esse diversos rerum gradus: quod providentia dispenset singula geometricæ proportionis æqualitate: quod fatum serviat providentiæ: de libero arbitrio.*

V. Divina mens sicut formales in se rerum rationes habet speciebus gradibusque distinctas (non enim aliter in pura forma, quam formaliter, potest esse distinctio) sic in mundo distinctionem ejusmodi configurans, non æqualem ubique servat numerum, ut, quot vires et quales in se res hæc habet, totidem talesque habeat illa: alioqui una quædam forte sufficeret, supervacuæ forent reliquæ novi nihil addentes, factæque viderentur plures dimensionis potius sectione vel accidente quodam quam essentialis differentia formæ. Quas ergo res Deus non æquat inter se numeris atque ponderibus, saltem congruitate proportionis adæquat. Ut, si progrediaris in longum, videas creaturam primam vigore superare secundam proportione dupla: præterea secundam sicut per duplam superatur a prima, per duplam similiter tertiam superare, atque deinceps tertiam, quartam. Similibus quoque proportionibus quibus naturæ naturas superant, cognosces actiones naturarum et passiones vicissim excedere actiones aliarum atque passiones. Si rursus digrediaris in amplum, videbis si comitantia creaturam primam vel circumstantia excedantur ab ea sexquialtera ratione, vel potius sexquitertia: simili proportione, quæ circumfusa sunt, creaturis sequentibus superari. Non igitur arithmetica, sed geometrica potius æqualitate providentia gaudet. Hæc enim est justitiæ propria, qua civilis prudentia domum et civitatem gubernat, et regnum, cui quidem prudentiæ Plotinus divinam providentiam comparavit. Item poeticæ simul et musicæ, denique et sæpius et libentius vegetali comparavit naturæ, animal plantamque regenti. Natura enim instrumentum est providentiæ. Hac igitur comparatione docet, sicut animal unumquodque una dispensatur ubique natura, membris infimis tam præsente, quam summis: sic et mundanum hoc animal una providentia regi singulis ubique præsente. Inter hæc observabis in mundo singula, sicut in animali membra ultra communem conditionem vires quasdam et actiones proprias possidere. Item, quam facile in quolibet animali partes propter communem naturam cum partibus sensu statim et passione communicant, tam facile singula in mundano hoc animali tanquam membra propter naturæ unius communionem compati consentireque invicem, non solum quæ situ propinqua sunt, sed etiam quæ inter se longissime distant: sicut enim ex capite ad pedes, sic ex mundi summis ad infima motio statim et affectio prosilit. Seminariam vero mundi vitam, qua velut forma totum hoc unum est animal vocat fatum, cujus explicatio quædam est series causarum motionumque cœlestium, in qua explicatione Atropos nominatur aliquando firmamentum: Clotho vero volubilis admodum regio planetarum: Lachesis vero, quod sub Lunam per sortes inde traducitur. Universa igitur hæc dispensatio et dispositio rerum ubique simpliciter providentia est, sed quoniam dependet a mente, et ubique mentis nutu peragitur, providentia nominatur. Quoniam vero per naturam animæ vegetalem, et subinde per cælestia proficiscitur, nominatur et fatum. Quæcunque igitur fiunt fato, providentia fiunt: quamvis multa insuper faciat providentia, quæ fati terminis non clauduntur: quæcunque videlicet ad intellectualia pertinent, et quæ similiter intellectuales ipsæ substantiæ faciunt. Non aliter vero dependet fatum a providentia, quam a lumine calor. Ubi, quæ facit calor, facit et lumen, neque vicissim. Mirabiles enim latent in lumine, quæ non sunt in calore, virtutes: similiter spiritus dependet ab anima, nihil absque anima faciens, aliquid sine spiritu faciente. Hactenus communia rerum actionumque principia posuit providentiam atque fatum. Propria vero motionum principia sunt efficaces ubique naturæ: præsertim rationalis anima non uniformis tantum, non determinata prorsus ad unum, sed multi-

formis et ad diversa se ipsam consultando derivans. Quicquid igitur venit ex fato, proprie pariterque ex providentia venit: quod autem ex rationali natura fit proprie, non fit ex providentia proprie, quamvis quodam influxu communi: quod si consilium ad finem optimum electissima procedit via, id sane dum fit ab anima secundum ordinem proficiscitur, quem et ipsa providentia servat: alioqui neque a providentia fit, neque secundum primas providentiæ regulas, et quomodocunque nostræ res fiant, neque providentiam latent, neque negliguntur ab ea, sed inseruntur ordini providentiæ: perque ipsas providentiæ regulas in habitu semper atque loco pro meritis congruo disponuntur. Recti quidem motus per primas, obliqui vero per secundas providentiæ regulas digeruntur: non aliter, quam natura faciat in corpore vivo, dum sanitatem custodit membris, perditamque alteratione restituit, humores quosque suis locis accommodans atque purgans. Quod autem nos prævaricemur interdum ordinem providentiæ, vel solum ex ignorantia nostra contingit propter negligentiam contingente, dum negligentius consultamus, vel etiam ex proclivitate sensus atque naturæ oblectamentis externis nimium concedentis. Tametsi, quæ nobis offeruntur extrinsecus non tam pro natura sua, quam pro qualitate nostra nos movent: veruntamen ex occursu sæpe certi hominis ad hominem certum, sive rem quampiam novum aliquid occultumque contingit, vel in utroque vel alterutro saltem, ob causam nobis ignotam, providentiæ notam, sive id accidat ex nostris ubique proprietatibus foras etiam emicantibus, suoque confluxu proprietatem tertiam generantibus, sive nostrorum potestate dæmonum, sive stellarum influxibus in nobis et ex nobis aliter atque aliter confluentibus, quod mirabiliter feliciterque ex Socrate contigisse multis Plato in Theage testatur.

*Quo consequentiæ ordine possint ex bonis prævideri mala. Quomodo in præsentibus sint futurorum signa.*

VI. Si mala non sunt secundum providentiæ ordinem, carere videntur ordine: itaque prævideri non posse videntur: prævidentur tamen a multis. Quomodo igitur præsagiri possunt? quoniam vel consequuntur tandem ad ipsum ordinem providentiæ, vel si divulsa contingant, instituto providentiæ ordini mirabiliter inseruntur. Proinde cum a primo ad ultimum gradatim divisio multitudoque crescat, ideoque in mundo corporeo sit extrema divisio, necesse est quod in mundis superioribus est, non materia quidem ipsa, sed quasi quiddam materiale, dum ad actum ejus absolutissimum comparatur, a quo non re ipsa, sed quadam ratione distinguitur, id in mundo corporeo jam esse materiam, et a natura formæ tum re ipsa, tum longissime separari: itaque informe per se remanet atque malum. Vides ergo quo potissimum ordine consequentiæ mens videre prævidereque possit ex forma materiam, ex bono denique malum. Præterea providentiæ ordo constituit varios in mundo habitus qualitatum, qui naturali fœcunditate longa deinceps propagatione procederent. Ex hoc progressionis ordine coguntur multa longius a suo fonte distare, ideoque deterius se habere. Vides iterum, qua providentiæ serie ex habitibus prænosci privationes possint atque defectus. Quemadmoduæ vero et ipse mundus et res in eo ex formoso constant atque deformi, perfectionesque naturarum paulatim desinunt in defectus, sic et omnium actiones. Itaque ex ipso actionum recto vigore longius descendente præsentiri potest obliquitas earundem atque defectus: sed tale præsagium ex principiis extrema prospiciens, ad Deum pertinet atque divinos: cæteri vero non per causas quidem latentes, sed per indicia, quæ palam causas comitantur, futura prævident in præsentibus: perinde atque ille, qui sæpe, quæ facturus in posterum sit amicus, per ejus literas jam certior est effectus. Præsentes namque rerum causæ, in quibus futuri continentur effectus, agunt aliquid passim, quasi scribendo venturis quodammodo congruens, ex quo sagaces quasi legendo futura præsagiunt. Cum enim omnia hæc animalis unius mundani sint membra, merito superiorum membrorum motus inferiora membra motibus suis frequenter vel sequuntur vel imitantur, atque in superioribus inferiorum præferuntur indicia, quibus sæpe comparatione quadam proportionis potius, quam efficacia rationis, futuri cognoscuntur eventus: sic igitur auspex ita prædicit: volavit huic avis in altum, illi vero contra: hic igitur altius extolletur, deprimetur ille: similiter augur garritu avium lætiore lætiora promittit; tristia tristiore minatur: similiter astrologi solent altitudinem dignitatis per planetarum altitudinem designare. Post hæc notabis rerum, sicut ratio seminaria mundi est una quædam vita ex multis congesta seminibus, quæ nec facit ipsa, sed sic affecta processit: nec aliud ibi generat aliud, sed conspirant: ita mundum hunc una cum membris suis inde velut unum animal pullulare, neque ipsum facere membra, sed fieri: neque membra hæc illa facere, sed movere, vicissimque moveri: et singula non utcunque, sed pro natura sua pati vel agere, et significare aliis suo quodam pacto, et ab aliis ita significari.

*Quod in providentia Dei actio artificiosa et naturalis est eadem, quæ gubernat mundum sicut vita plantam.*

VII. Neque vero audiendi sunt, qui cavillan-

tur: si est providentia, ergo non est malum: sin vero malum est, non est igitur providentia: imo ex hoc ipso, quod optimum ipsum agit, providendo, et agendo providet, agit curatque aliquid minus bonum. Gradatim vero per bonum minus atque minus pervenitur in malum. Tolle malum, sustuleris providentiam. Providentiam videre desideras? memento dotes, quæ sunt in inferioribus distributæ, esse in superiore collectas. Sic astronomi calorem humoremque per Martem seorsum Lunamque dispersum, agnoscunt in Jove conjunctum. Mentem divinam credis esse natura et arte superiorem: nam et naturam illius instrumentum esse non negas, et artem putas æmulam utriusque. Artem cognoscis intelligere quidem, quæ fabricat: quando quidem facit intelligendo, sed extrinsecus fabricare: Naturam fateris agere quidem intus, sed absque propria intelligentia facere. Utrumque igitur imperfectum esse deprehendis, unde redigere cogeris ad perfectum, quod et intelligendo fabricet intus, et intelligat similiter fabricando. Sic divinam providentiam apprehendis, ubi in una re sunt conjuncta, quæ in rebus sunt duabus, id est, natura et arte disjuncta, ubi in una prorsus eademque potentia colliguntur, quæ in anima tua per duas potentias dividuntur. Per aliam quidem potentiam intelligis atque disputas, per aliam interim corpus alis, singulaque in corpore generas et dispensas: quapropter neque generas, quæ intelligis, neque vicissim intelligis, quæ tu generas. Mentem vero divinam cogita eodem prorsus actu, quo et quomodo intelligit, pariter generare, atque vicissim. Sicut lucere atque calere, quæ per duas qualitates sunt in igne, sunt in sole per unam: sic intelligere atque generare in te duo sunt actus per geminas quoque vires, in Deo sunt unicus actus, cui subest et intelligentia quædam animæ mundi artis instar, et vegetalis animæ mundanæ potentia loco naturæ. His vero subest mundi corpus, sic animatum, ita rectum, ut corpus animalis et plantæ: conspirant enim tria hæc invicem, divina mens, anima mundi, natura, in quibus omnia mundana sic insunt, ut totum comprehendatur in quolibet. Horum igitur conspiratio radix mundani arboris nominatur, sive radicalis vigor per arborem totus ubique diffusus. In arbore vero mundano res jam ita sunt differentes, ut a radice stipes, ab hoc rami multi, ab his surculi plures, ab his folia pomaque complurima: in quibus, quamvis extremis, radicis vigor ipse servatur aptus ad propagandum. In his igitur considerare licet primum, mundana omnia, quantumcunque disjuncta inter se videantur, invicem tamen esse connexa, eidemque subnexa principio: deinde facile inter se in actione passioneque posse communicare. Præterea facillime regi ab eodem omnia ubique manente, et in unum articulatim ad nervi modum cuncta penitus connectente.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ Β.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ

### LIBER II.

## ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΠΡΩΤΟΣ,

### De Providentia Primus.

254 ΤΟ μὲν τῷ αὐτομάτῳ καὶ τῇ τύχῃ διδόναι τοῦδε τοῦ παντὸς τὴν
οὐσίαν καὶ σύστασιν, ὡς ἄλογον, καὶ ἀνδρὸς οὔτε νοῦν οὔτε αἴσθη-
σιν κεκτημένου, δῆλόν που καὶ πρὸ λόγου, καὶ πολλοὶ καὶ ἱκανοὶ
καταβέβληνται δεικνύντες τοῦτο λόγοι. Τὸ δὲ τίς ὁ τρόπος τοῦ
B ταῦτα γίγνεσθαι ἕκαστα καὶ πεποιῆσθαι, ἐξ ὧν καὶ ἐνίων ὡς οὐκ
ὀρθῶς γιγνομένων ἀπορεῖν περὶ τῆς τοῦ παντὸς προνοίας συμβαίνει,

7. Πρῶτος] Marc. A.B. *πρῶτον*.
9. *τῇ τύχῃ*] Cod. Vat. *τῇ τύχῃ* etiam liber ms. Theodoret Therapeut. VI. p. 868. ed. Schulz. ubi hæc laudantur usque ad verba *δεικνύντες τοῦτο λόγοι*. Edit. et reliqui libri *καὶ τύχῃ*. Mox *τοῦδε* Theodoret. Edit. perperam *τοῦ δέ*. Proxime pro *οὐσίαν* editt. et mss. excepto uno Theodoreti, *αἰτίαν*. Ibidem: *ξύστασιν*.
10. *ἄλογον*] Cod. Vat. *ἀλόγου*, in m. *ἄλογον*.
11. *κεκτημένου*] Ita Codd. ad unum omnes et Theodor. Ed. *κεκτημένον*. Mox Theodoreti codex unus *καὶ πρὸ ἔργον*; alii *κ. πρὸ ἔργου*, sed textus et unus liber in marg.: *κ. πρὸ λόγου*. Cæterum rectius h. l. *orationem* scripsisset Fic. quam *rationem*. Interpres Theodoreti :—"manifestum est, *vel si a me verbum non fiat*."
12. *λόγοι*] Cod. Vat. *λέγοι*; in m. *λόγοι*. Theodoret. in text. :—*καὶ ἱκανοὶ πρὸ τούτου καταβ. δεικνύντες λόγοι*, omisso *τοῦτο*. Cod. unus: *περὶ τούτου περιβέβληνται*.
13. *πεποιῆσθαι*] Cod. Vind. A. *πεποιεῖσθαι*.
ib. *ὡς οὐκ*] Abest *ὡς* a Codd. Mon. C. et Marc. A.

I. *Dispositio mundi fit a providentia divinæ mentis, non præcedente per tempus vel consultante, sed antecedente per ordinem causæ et exprimente mundum modo sigilli naturalis et firmi.*

QUOD essentiam compositionemque universi committere casui atque fortunæ irrationale sit, propriumque hominis neque intellectum neque sensum habentis, perspicuum est etiam ante quamlibet rationem: quanquam et de hoc ipso multæ sufficientesque adductæ sunt rationes. Oportet autem, a principio disputationem assumentes, considerare modum ipsum, quo hæc omnia fiant, factaque fuerint: præsertim cum in quibusdam, quasi non recte fiant, accidat de totius providentia dubitare, unde nonnullis contigit providentiam omnino negare, nonnullis autem

καὶ τοῖς μὲν ἐπῆλθε, μηδὲ εἶναι εἰπεῖν, τοῖς δὲ, ὡς ὑπὸ κακοῦ δημι- 254
ουργοῦ ἐστι γεγενημένος, ἐπισκέψασθαι προσήκει, ἄνωθεν καὶ ἐξ
ἀρχῆς τὸν λόγον λαβόντας. Πρόνοιαν τοίνυν τὴν μὲν ἐφ᾽ ἑκάστῳ,
ἥ ἐστι λόγος πρὸ ἔργου, ὅπως δεῖ γενέσθαι ἢ μὴ γενέσθαι τι τῶν οὐ C
δεόντων πραχθῆναι, ἢ ὅπως τι εἴη, ἢ μὴ εἴη ἡμῖν, ἀφείσθω· ἣν δὲ
τοῦ παντὸς λέγομεν πρόνοιαν εἶναι, ταύτην ὑποθέμενοι, τὰ ἐφεξῆς
συνάπτωμεν. Εἰ μὲν οὖν ἀπό τινος χρόνου πρότερον οὐκ ὄντα τὸν
κόσμον ἐλέγομεν γεγονέναι, τὴν αὐτὴν ἂν τῷ λόγῳ ἐτιθέμεθα, 255
οἵαν καὶ ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος ἐλέγομεν εἶναι, προόρασίν τινα καὶ
λογισμὸν θεοῦ, ὡς ἂν γένοιτο τόδε τὸ πᾶν, καὶ ὡς ἂν ἄριστα κατὰ
τὸ δυνατὸν εἴη. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ οὔποτε μὴ τῷ κόσμῳ τῷδε
φαμὲν παρεῖναι, τὴν πρόνοιαν ὀρθῶς ἂν καὶ ἀκολούθως λέγοιμεν τῷ
παντὶ εἶναι, τὸ κατὰ νοῦν αὐτὸν εἶναι, καὶ νοῦν πρὸ αὐτοῦ εἶναι,
οὐχ ὡς χρόνῳ πρότερον ὄντα, ἀλλ᾽ ὅτι παρὰ νοῦ ἐστι· καὶ φύσει B
πρότερος ἐκεῖνος, καὶ αἴτιος τούτου, ἀρχέτυπον οἷον καὶ παράδειγμα
εἰκόνος τούτου ὄντος, καὶ δι᾽ ἐκεῖνον ὄντος, καὶ ὑποστάντος ἀεὶ,
τόνδε τὸν τρόπον. Ἡ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ ὄντος φύσις κόσμος ἐστὶν ὁ

1. ὡς ὑπὸ] Cod. Vat. ὡς ἐπὶ, in m. ὑπό.

2. γεγενημένος] Codd. omnes et Fic. γεγεννημένος, neque vero, ut marg. Ed., γεννημένος. Edit. in text. γεγεννημένη.

3. τὸν λόγον λαβόντας] Cod. Vat. λαβόντας τὸν λόγον. Mox cum Fic. scripsi ἥ ἐστι λόγος pro ἢ ἐστὶ λόγος. et ita Marc. B.C. In sequentibus ἀφείσθω sine libris nolui mutare. Videtur explicandum ex Enallage constructionis et intelligendum ad hoc verbum ταῦτα. Talia haud rara in Plotino.

6. ἐφεξῆς] Ita Cod. Vat. In Ed. est ἐφ᾽ ἑξῆς. A Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. abest ἐφ᾽.

8. ἐτιθέμεθα] Ita scripsi ex Cod. Vat. Reliqui omnes cum Ed. ἔτι θέμεθα. In proxime prægressis cum Ficino, quem Taylor est secutus, posui κόσμον pro χρόνον. Vel sequentia arguunt: ἐπεὶ δὲ—τὸ ἀεὶ—τῷ κόσμῳ τῷδε φαμὲν παρεῖναι.

11. μὴ τῷ] Cod. Vat. μήτι, in m. τῷ.

13. αὐτὸν εἶναι] Cum marg. Ed. habent αὐτὸ Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (ex corr.) Par. A. et marg. Vat. Ad sententiam nil refert. Wyttenbach. ad Plat. Phædon. p. 257. legi jubet: τῷ κ. ν. αὐτῷ εἶναι. Ego sine libris mutare nolui.

14. χρόνῳ πρότερον ὄντα] Edit. χρόνον πρ., αὐτοῦ ὄντα, sed Codd. omnes χρόνῳ πρότερον ὄντα, excepto Cod. Darm. ubi est χρόνον πρότερον ὄντα. Omnes omittunt αὐτοῦ. Nobiscum facit Ficin.

16. καὶ δι᾽ ἐκεῖνον ὄντος] Deerant hæc in Cod. Med. A. Sed addita sunt in marg. ab al. m.

affirmare, mundum fuisse a malo artifice constitutum. Missam in præsentia faciamus providentiam illam, quæ in singulis faciendis est ratio quædam ante opus, describens, quo pacto oporteat fieri, et quo non fieri quicquam eorum, quæ facere non expediat: item quomodo nobis adsit aliquid, vel non adsit: quam vero universi providentiam appellamus, hanc in præsentia supponentes, quæ deinceps sequuntur congrue connectamus. Si igitur mundum ex quodam tempore, quum prius non fuisset, factum arbitraremur, eandem providentiam poneremus, quam et in singulorum effectione posuimus, prævisionem videlicet quandam ratiocinationemque Dei deliberantis, qua conditione potissimum fieret universum, et qua ratione quam optime, quoad fieri posset, construeretur. Quoniam vero mundum hunc arbitramur esse quidem semper, nunquam vero non esse, merito providentiam consequenter mundo assignare debemus: hoc ipsum, quod secundum mentem sit, mensque sit ante ipsum non quasi præcedens tempore, sed quoniam hic est a mente, priorque natura mens est, quam mundus, causaque mens existit mundi, ac velut principalis forma atque exemplar: mundi, inquam, hujus velut imaginis per exemplar illud existentis, eodemque modo inde perpetuo subsistentis. Est autem modus ejusmodi: Ipsa mentis entisque natura mundus est et verus, et primus, a se ipso non distans, neque conditione ulla dividua debilis, neque ob defectum ullum etiam in partibus indigens, quippe quum nulla pars sit a toto se-

255 ἀληθινὸς καὶ πρῶτος, οὐ διαστὰς ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἀσθενὴς τῷ με-
ρισμῷ, οὐδὲ ἐλλιπὴς, οὐδὲ τοῖς μέρεσι γενόμενος, ἅτε ἑκάστου μὴ
C ἀποσπασθέντος τοῦ ὅλου, ἀλλ' ἡ πᾶσα ζωὴ αὐτοῦ καὶ πᾶς νοῦς, ἐν
ἑνὶ ζῶσα, καὶ νοοῦσα ὁμοῦ, καὶ τὸ μέρος παρέχεται ὅλον, καὶ πᾶν
αὐτῷ φίλον, οὐ χωρισθὲν ἄλλο ἀπ' ἄλλου, οὐδὲ ἕτερον γεγενημένον
μόνον, καὶ τῶν ἄλλων ἀπεξενωμένον· ὅθεν οὐδὲ ἀδικεῖ ἄλλο ἄλλο,
οὐδ' ἂν ᾖ ἐναντίον. Πανταχοῦ δὲ ὂν ἓν, καὶ τέλειον ὁπουοῦν,
ἕστηκέ τε καὶ ἀλλοίωσιν οὐκ ἔχει· οὐδὲ γὰρ ποιεῖ ἄλλο εἰς ἄλλο.
D Τίνος γὰρ ἂν ἕνεκα ποιοῖ, ἐλλεῖπον οὐδενὶ, τί δ' ἂν λόγος λόγον
ἐργάσαιτο, ἢ νοῦς νοῦν ἄλλον, ἀλλὰ τὸ δι' αὑτοῦ δύνασθαί τι ποιεῖν.
Ἦν ἄρα οὐκ εὖ ἔχοντος πάντῃ, ἀλλὰ ταύτῃ ποιοῦντος καὶ κινουμέ-
νου, καθ' ὅ, τι καὶ χεῖρον ἐστί· τοῖς δὲ πάντῃ μακαρίοις ἐν αὑτοῖς
ἑστάναι, καὶ τοῦτο εἶναι, ὅ πέρ εἰσι, μόνον ἀρκεῖ. Τὸ δὲ πολυ-
πραγμονεῖν οὐκ ἀσφαλὲς ἑαυτοὺς ἐξ αὑτῶν παρακινοῦσιν· ἀλλὰ γὰρ
E οὕτω μακάριον κἀκεῖνο, ὡς ἐν τῷ μὴ ποιεῖν, μεγάλα αὖ ἐργάζεσθαι,
καὶ ἐν τῷ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν, οὐ σμικρὰ ποιεῖν.

Ὑφίσταται γοῦν ἐκ τοῦ κόσμου τοῦ ἀληθινοῦ ἐκείνου καὶ ἑνὸς

2. ἐλλιπὴς] Edit. ἐλλειπὴς, sed Codd. Darm. Mon. A.C. Marc. A.B. Med. A. B. ἐλλιπὴς, forma usitatiore, quam recepi. Cf. Wyttenb. ad Plutarch. de discrim. Adul. et Amici. annot. crit. p. 187.

ib. γενόμενος] Cod. Vat. γενόμενον; in m. ος.

4. νοοῦσα] Cod. Ciz. κινοῦσα.

5. αὐτῷ] Cod. Darm. αὑτῷ et ita dedi cum Fic. Edit. αὐτῷ.

6. ἄλλο ἄλλο] Ita scripsi pro ἄλλο ἄλλῳ ex Codd. Darm. Marcc. Mon. A.C. Vat. Quamquam Vat. in m. habet ῳ.

7. οὐδ' ἂν ᾖ ἐναντ.] Omnes, præter Cod. Ciz., cum marg. Ed. ᾖ. Sed Vat. in m. ut Ed. scil. εἶεν. b. a.

ib. ὂν ἓν] Cod. Vind. ἓν ὂν (sic). Vox ἓν abest a Cod. Darm. cum distinctione.

ib. ὁπουοῦν] Codd. Ciz. Mon. A. ὁπονοῦν. Vat. ὑπὸ νοῦν, in m. ut Ed., Marc. A. Vind. ὅποιον οὖν, idem ἔστη pro ἕστηκε.

9. γὰρ ἂν] Cod. Ciz. omittit ἄν.

ib. ἕνεκα ποιοῖ] Codd. Ciz. et Vat. ἕνεκα ποιεῖ. Vat. pergit ἀλλ' εἶπον; sed in m. habet ἐλλεῖπον.

ib. τί δ' ἂν] Cod. Vat. τί δ' αὖ; in m. ἄν.

10. ἐργάσαιτο] Ita, pro ἐργάσατο, Codd., exceptis Par. A. et Vat., omnes.

ib. δι' αὑτοῦ] Ed. et Codd. Ciz. Par. δ' αὐτοῦ. Codd. Marc. B. Med. A.B. ut nos rescripsimus: reliqui δι' αὐτοῦ.

12. μακαρίοις] Ed. μακαρίας, ut Mon. A. et Par. A. Cod. Ciz. μακάριος a pr. m. Sed ab altera, cum reliquis omnibus, ut nos reposuimus.

ib. ἐν αὑτοῖς ἑστάναι] Codd. Vat. et Marc. C. ἐν αὐτοῖς ἑστᾶναι.

13. εἰσι] Cod. Mon. A. ἐστι.

14. ἐξ αὑτῶν] Ita, pro αὐτῶν, Codd. Darm. Marc. B. et Vat.

16. σμικρὰ] Cod. Vat. μικρά.

17. Ὑφίσταται] Cod. Vat. ἐφίσταται, in marg. ut Ed.

creta, sed tota ipsius vita, totaque mens in uno vivens simulque intelligens, etiam partem reddat ut totum, et omne sibimet amicum, ubi aliud non est ab alio segregatum, neque aliquid solitarium, vel a cæteris destitutum: quo fit, ut alterum non noceat alteri, neque etiam si sit contrarium. Quum vero ubique sit, perfectumque ubique nimirum permanet, nec mutationem ullam prorsus admittit: neque enim aliud illic agit in aliud. Nam cujus gratia in aliud agat, quum nihil desit omnino? Cur enim ratio illic faciat rationem, vel intellectus alium intellectum, numquid ex eo, quod per se possit aliquid facere? At vero ita non omnino se bene prius haberet: sed eatenus tentaret facere, moveretur que, quatenus in se nonnihil deterius esset. Omnino vero beatis satis est consistere in se ipsis, idque quod sunt duntaxat existere. At negociari non satis est tutum, sed negociantes cogit digredi a se ipsis. Usque adeo vero beatum est illud mundi hujus exemplar, ut non faciendo maxima faciat, penesque se ipsum permanendo non parva perficiat.

II. *Mundus hic ex intelligibili nascitur, ex unito dispersus, ut animal ex semine: dum materia ab intellectu primo simul et animali rationem accipit seminalem.*

Ab illo itaque mundo vero prorsus et uno mundus hic dependet jam non vere unus: multiplex ergo in multitudinemque divisus, in quo

κόσμος οὗτος, οὐχ εἷς ἀληθῶς· πολὺς γοῦν καὶ εἰς πλῆθος μεμερισ- 255
μένος, καὶ ἄλλο ἀπ' ἄλλου ἀφεστηκὸς, καὶ ἀλλότριον γεγενημένον.
Καὶ οὐκέτι φιλία μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔχθρα τῇ διαστάσει, καὶ ἐν τῇ F
ἐλλείψει ἐξ ἀνάγκης πολέμιον ἄλλο ἄλλῳ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ αὐτῷ τὸ
μέρος, ἀλλὰ σωζόμενον τῷ ἄλλῳ, πολέμιόν ἐστιν, ὑφ' οὗ σώζεται.
Γέγονε δὲ, οὐ λογισμῷ τοῦ δεῖν γενέσθαι, ἀλλὰ φύσεως δευτέρας
ἀνάγκῃ· οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτον ἐκεῖνο, οἷον ἔσχατον εἶναι τῶν ὄντων.
Πρῶτον γὰρ ἦν, καὶ πολλὴν δύναμιν ἔχον, καὶ πᾶσαν, καὶ ταύτην G
τοίνυν τὴν τοῦ ποιεῖν ἄλλο, ἄνευ τοῦ ζητεῖν ποιῆσαι· ἤδη γὰρ ἂν
αὐτόθεν οὐκ εἶχεν, εἰ ἐζήτει. Οὐδ' ἂν ἦν ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας,
ἀλλ' ἦν οἷον τεχνίτης, ἀφ' αὑτοῦ τὸ ποιεῖν οὐκ ἔχων, ἀλλ' ἐπακτὸν,
ἐκ τοῦ μαθεῖν λαβὼν τοῦτο. Νοῦς τοίνυν δούς τι ἑαυτοῦ εἰς ὕλην, 256
ἀτρεμὴς καὶ ἥσυχος τὰ πάντα εἰργάζετο· οὗτος δὲ ὁ λόγος, ἐκ νοῦ
ῥυείς. Τὸ γὰρ ἀποῤῥέον ἐκ νοῦ, λόγος· καὶ ἀεὶ ἀποῤῥεῖ, ἕως ἂν ᾖ
παρὼν ἐν τοῖς οὖσι νοῦς. Ὥσπερ δὲ ἐν λόγῳ τῷ ἐν τῷ σπέρματι
ὁμοῦ πάντων καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ὄντων, καὶ οὐδενὸς οὐδενὶ μαχομένου,
οὐδὲ διαφερομένου, οὐδὲ ἐμποδίου ὄντος, γίγνεταί τι ἤδη ἐν ὄγκῳ,
καὶ ἄλλο μέρος ἀλλαχοῦ. Καὶ δὴ καὶ ἐμποδίσειεν ἂν ἕτερον ἑτέρῳ, B

3. οὐκέτι] Cod. Vat. οὐκ ἔστι.
5. πολέμιον] Cod. Darm. πολέμιος. Mox Marc. B. Mon. C. αὐτῷ ἀρκεῖ. Vat. Marc. A.C. αὐτῷ.
ib. ὑφ' οὗ] Cod. Ciz. ἀφ' οὗ, Vat. ἐφ' οὗ, in m. ὑφ'.
6. τοῦ δεῖν] Edit. τοῦ ἰδεῖν, sed Codd., excepto Vind. A., omnes, ut marg. Ed., τοῦ δεῖν, et ita Ficinus.
ib. δευτέρας] Cod. Med. A. δευτέρα, supra lin. ab al. m. ας.
9. ἄνευ] Cod. Vat. ἄνα, in m. ευ.
10. τῆς αὐτοῦ] Cod. Mon. A. τῆς αὐτῆς.
11. ἀφ' αὑτοῦ] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A.C. Vat. Vind. A. (ex corr. ut videtur) ἀπ' αὐτοῦ. Sed Vat. in m. ut Ed.
13. ὁ λόγος] Articulus, ut in marg. Ed., abest a Codd. Darm. et Marc. B. In Cod. Med. A. erasus est.
ib. ἐκ νοῦ] Cod. Vat. ἐκ νοῦς, in m. νοῦ. Tum Mon. A. ῥεῖς.
15. ἐν τῷ] Abest τῷ a Codd. Marc. A. C. Mon. C. et Vat. Sed Vat. habet in marg.
18. Καὶ δὴ] Ed. δὲ δὴ. Sed καὶ exhibent, præter Darm. Mon. C. et Par. A., omnes.
ib. ἕτερον] Edit. ἕτερος, sed omnes, excepto Cod. Par. A., ut marg. Ed. ἕτερον.

aliud ab alio distans alienumque provenit. Neque amplius hic viget amicitia solum, sed propter distantiam discordia nascitur, atque in ipso defectu alia jam necessario aliis adversantur. Non enim pars ulla sibi ipsi sufficit: sed dum salutem sibi quæritat aliunde, bellum illi infert, ex quo servatur. Factus est autem non ratiocinatione quadam concludente faciendum esse, sed necessitate quadam faciente, ut secunda natura primam comitaretur: non enim intelligibilis mundus talis erat, ut rerum esse posset extremum. Primum namque erat, potestatemque habebat quam plurimam, imo vero totam, et hanc quidem ad aliud faciendum, procul ab ea cura, quæ agere quærat: alioquin id suapte natura minime habuisset, si forte quæsiverit. Neque ex sua esset essentia, sed foret velut artifex non habens a se ipso, quod faciat, sed tanquam adventitium comparans perdiscendo. Intellectus igitur, infundens sui aliquid in materiam, immobilis ipse quietusque consistens omnia fabricavit: id autem est ratio ab intellectu profluens. Sane quod ab intellectu defluit, ratio est, effluitque semper, quamdiu intellectus ipse in rerum ordine permanet. Quemadmodum vero in ratione inserta semini simul omnia in eodemque sunt, nihilque cum alio pugnat, aut dissidet, aut impedit, atque interea aliquid fit in mole, in qua quidem alibi est pars alia, et aliud impeditur, læditurque ab alio: sic utique ex uno intellectu rationeque ab ipso manante pullulavit hoc universum a se ipso jam distans: atque necessario alia quidem nata sunt amica inter se atque salutaria, alia vero inimica atque perniciosa. et partim quidem volentia,

256 καὶ ἀπαναλώσειεν ἄλλο ἄλλο. Οὕτω δὴ καὶ ἐξ ἑνὸς νοῦ καὶ τοῦ
ἀπ' αὐτοῦ λόγου, ἀνέστη τόδε τὸ πᾶν, καὶ διέστη, καὶ ἐξ ἀνάγκης
τὰ μὲν ἐγένετο φίλα καὶ προσηνῆ, τὰ δὲ ἐχθρὰ καὶ πολέμια, καὶ τὰ
μὲν ἑκόντα, τὰ δὲ καὶ ἄκοντα, ἀλλήλοις ἐλυμήνατο, καὶ φθειρόμενα
θάτερα γένεσιν ἀλλήλοις εἰργάσατο· καὶ μίαν ἐπ' αὐτοῖς τοιαῦτα
C ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν, ὅμως ἁρμονίαν ἐνεστήσατο, φθεγγομένων
μὲν ἑκάστων τὰ αὑτῶν, τοῦ δὲ λόγου ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἁρμονίαν καὶ
μίαν τὴν σύνταξιν εἰς τὰ ὅλα ποιουμένου. Ἔστι γὰρ τὸ πᾶν τόδε,
οὐχ ὥσπερ ἐκεῖ νοῦς καὶ λόγος, ἀλλὰ μετέχον νοῦ καὶ λόγου. Διὸ
καὶ ἐδεήθη ἁρμονίας συνελθόντος νοῦ καὶ ἀνάγκης, τῆς μὲν πρὸς
D τὸ χεῖρον ἑλκούσης, καὶ εἰς ἀλογίαν φερούσης, ἅτε οὔσης ἀλόγου,
ἄρχοντος δὲ νοῦ ὅμως ἀνάγκης. Ὁ μὲν γὰρ νοητὸς μόνον λόγος·
καὶ οὐκ ἂν γένοιτο ἄλλος μόνον λόγος. Εἰ δέ τι ἐγένετο ἄλλο, ἔδει
ἔλαττον ἐκείνου, καὶ μὴ λόγον, μήδ' αὖ ὕλην τινὰ, ἄκοσμον γάρ·
μικτὸν ἄρα. Καὶ εἰς ἃ μὲν λήγει, ὕλη καὶ λόγος, ὅθεν δὲ ἄρχεται,
ψυχὴ ἐφεστῶσα τῷ μεμιγμένῳ· ἣν οὐ κακοπαθεῖν δεῖ νομίζειν ῥᾷστα
διοικοῦσαν τόδε τὸ πᾶν τῇ οἷον παρουσίᾳ.

1. ἀπαναλώσειεν] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. A.C. ἐπαναλώσειεν.
ib. ἄλλο ἄλλο] Cod. Mon. C. ἄλλο ἄλλῳ. Hic Dativus et Ficini *læditur* possit in suspicionem nos adducere scriptum fuisse ἀπολωβήσειεν vel ἐπιλωβήσειεν. Cf. Odyss. p. 323. Sophocl. Ajac. 182, 217. De λωβᾶσθαί τινι vid. Annot. in I. 6. 5. pag. 54. D. Proxime in Theodor. libro uno legitur Οὕτω δὴ ἐκ τοῦ νοῦ pro ἐξ ἑνὸς νοῦ vitiose.
4. τὰ δε] Cod. Vat. τάδε.
ib. ἐλυμήνατο] Cod. Vat. ἐκυμήνατο, in m. ἐλ.
6. ἁρμονίαν] Codd. Mon. C. Vat. ἁρμονίας. Sed Vat. in m. αν. Cod. Mon. A. ἁρμονίως.
ib. ἐνεστήσατο] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. (a pr. m.) Marc. A. Vind. A. ἀνεστήσατο.
8. τόδε] Cod. Vat. τὸ δέ.
10. τῆς μὲν—ἀνάγκης] Desunt hæc in Cod. Mon. A.
ib. πρὸς τὸ] Cod. Vat. πρὸ τό.
11. ἀλογίαν] Cod. Vind. A. ἀναλογίαν cum Marc. A.
ib. φερούσης] Cod. Par. φερομένου; sed supra lin. ut Ed.
ib. ἅτε οὔσης ἀλόγου] οὔσης ἀλόγου sine οὐκ est, ut in marg. Ed. in Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (ex corr.) Ficino et marg. Vat. In contextu Vat. est ἅτε οὐκ οὔσης λόγου ut in edit.
13. Εἰ δέ τι] Cod. Ciz. τις, et mox ἄλλος pro ἄλλο.
14. ἐκείνου] Omnes, excepto Vind. A., ἐκείνου. Edit. ἐκεῖνον. Sed illud expressit et Fic.
15. μὲν λήγει] Edit. μὴν, sed Codd. Mon. A.C. Marcc. Par. A. Vat. Vind. A. μὲν, recte. In Codd. Marc. A. Mon. A. C. Vat. est λέγει. Sed Vat. habet in m. λήγει. Mox in marg. Ed. est ὅθεν ἄρχεται, omisso δέ.
16. ἐφεστῶσα] Codd. Marc. A. Mon. A. et Vind. A. ἐφιστῶσα.
ib. οὐ κακοπαθεῖν] Edit. οὐκ ἀποπαθεῖν, sed Codd. omnes, ut marg. Ed., οὐ κακοπαθεῖν, nisi quod in Vind. A. ita scriptum est οὐκ ἀκοπαθεῖν. Cod. Ciz. ῥᾷστ' ἄν.
17. τόδε τὸ] Codd., præter Med. A.B. et Vind. A., omnes τόδε τό.

partim nolentia invicem se disperdunt: ipsoque interitu generationem mutuam operantur. Atque simul harmoniam unam in his talia patientibus agentibusque faber instituit, dum singula proprium quiddam sonant: ratio vero in ipsis consonantiam contemperantiamque ordinis unam per universa constituit. Est enim id universum non quemadmodum illic intellectus et ratio, sed intellectus ipsius rationisque particeps. Quapropter indiguit consonantia intellectu videlicet simul necessitateque concurrente: et hac quidem ad id quod deterius est trahente, in privationemque rationis deflectente: quippe quum ipsa careat ratione, intellectu autem necessitati interim dominante. Intelligibilis enim mundus solum ratio est, neque fieri potest alter talis, ut sit ratio solum. Quod siquid aliud post ipsum factum est, oportuit minus illo evadere, neque amplius rationem, neque rursus quandam duntaxat materiam, alioquin ordine caruisset: prodiit itaque mixtum. Et profecto illa in quam mundus desinit, materia est et ratio: illud vero unde exorditur et regitur, anima est mixto perfecta: quam quidem laborare non est putandum, quippe quum ipsa velut præsentia gubernet facillime totum.

Καὶ οὐκ ἄν τις εἰκότως οὐδὲ τούτῳ μέμψαιτο ὡς οὐ καλῷ, οὐδὲ 256 E
τῶν μετὰ σώματος οὐκ ἀρίστῳ, οὐδ᾽ αὖ τὸν αἴτιον τοῦ εἶναι αὐτῷ
αἰτιάσαιτο. Πρῶτον μὲν ἐξ ἀνάγκης ὄντος αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐκ λο-
γισμοῦ γενομένου, ἀλλὰ φύσεως ἀμείνονος γεννώσης κατὰ φύσιν
ὅμοιον ἑαυτῇ. Ἔπειτα οὐδ᾽ εἰ λογισμὸς εἴη ὁ ποιήσας, αἰσχυνεῖται
τῷ ποιηθέντι· ὅλον γάρ τι ἐποίησε πάγκαλον, καὶ αὔταρκες, καὶ F
φίλον αὐτῷ· καὶ τοῖς μέρεσι τοῖς αὐτοῦ τοῖς τε κυριωτέροις καὶ τοῖς
ἐλάττοσιν, ὡσαύτως πρόσφορον. Ὁ τοίνυν ἐκ τῶν μερῶν τὸ ὅλον
αἰτιώμενος ἄτοπος ἂν εἴη τῆς αἰτίας· τά τε γὰρ μέρη, πρὸς αὐτὸ τὸ
ὅλον δεῖ σκοπεῖν, εἰ σύμφωνα καὶ ἁρμόττοντα ἐκείνῳ· τό τε ὅλον
σκοπούμενον, μὴ πρὸς μέρη ἄττα μικρὰ βλέπειν. Τοῦτο γὰρ, οὐ G
τὸν κόσμον αἰτιωμένου, ἀλλά τινα τῶν αὐτοῦ χωρὶς λαμβάνοντος,
οἷον εἰ παντὸς ζώου τρίχα, ἢ τῶν χαμαὶ δακτύλων, ἀμελήσας τὸν
πάντα ἄνθρωπον δαιμονίαν τινὰ ὄψιν βλέπειν· ἢ νὴ Δία τὰ ἄλλα 257
ζῷα ἀφεὶς, τὸ εὐτελέστατον λαμβάνοι, ἢ ὅλον τὸ γένος παρεὶς, οἷον

1. οὐδὲ τούτῳ] Ita Codd. Ciz. et Marc. Fic. Edit. οὐδὲ τοῦτο.

ib. οὐδὲ τῶν] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. et marg. Vat. ut marg. Ed. ἢ τῶν. Reliqui omnes cum Fic. οὐδὲ τῶν. Edit. οὐδὲ τούτῳ.

2. αὖ τὸν] Cod. Vat. αὐτόν. Fic. legisse videtur αὖ τὸ. Alioquin debebat: "eum qui mundo causa est existendi." Mox Theodoret. in context. Tom. IV. p. 869. ed. Schulz.: ὅλον γάρ τοι, sed libri aliquot: τι.

5. οὐδ᾽ εἰ] Codd. Ciz. Par. A. et Vat. ita ut scripsimus: reliqui cum Ed. εἴ.

7. φίλον αὐτῷ] Cod. Ciz. φίλοι; idem cum Vat. et Marc. A. αὐτῷ. Theodoret. contra ut edit.

8. ἐλάττοσιν] Ita nonnisi Ciz. Par. A. et Vind. A.; reliqui cum Ed. ἐλάττωσιν. Sed Vind. A. habet ἐλάττοσι καὶ ὡσαύτως.

ib. πρόσφορον] Cum marg. Ed. habent πρόσφορον Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (ex corr.) et Vat. (in marg.) et Fic. Edit. ὡσαύτως προσφόροις. Theodor. ὡς αὐτῷ προσφόροις.

ib. Ὁ τοίνυν] Omnes præter Par. A. et Vat., male cum Ed. ὅ. Theodoret. Ὁ. Ap. eundem unus liber proxime: ἄτοπον.

11. ἄττα] Ed. ἅττα, sed Codd. Ciz. Marc. et Vat. ἄττα, quod præstat. Cod. Vat. pergit μικρόν. Theodoret.: μὴ πρ. μ. ἄττα σμικρὰ βλ. in context. ut unus cod.: καὶ πρὸς μ. alter: καὶ μὴ πρὸς μ. Ibid. mox unus liber αἰτιώμενος.

12. χωρὶς λαμβάνοντος] Edit. λάβοντα. Codd. Theodoreti partim et ipsi λαβόντα, partim λαβών. Quod dedimus suasit Sylburg. ad Theodoret. et suadet ratio temporum; unde in sequentib. λαμβάνοι et ἄγοι. Genitivum expressit et Fic.

13. ἢ τῶν χαμαὶ δακτύλων] Post hæc verba Sylburgius inserenda censuit et Schulz. in ordine retinuit: τινὰ σκοποῖτο. Voluit fortasse τινὰς σκ. Sed nullus liber nec Plotinianus nec Theodoreteus agnoscit, et in hac brevitate Plotini intelligendum potius ex prægresso λαμβάνοντος et ex seq. λάμβανοι illud quod sententia poscit. Quod Ficin. interposuit: *intueatur*, fecit perspicuitatis causa, ut sexcenties. Idem Sylb. ante δαιμονίαν habet ἢ, male.

14. νὴ Δία] Libri Theodoreti aliquot ἰδίᾳ vitiose. Mox ibid. Sirmond. λαβόντα pro λαμβάνοι.

15. εὐτελέστατον] Cod. Vat. ἀτελέστατον; in m. εὐ. Idem λαμβάνεϊ (sic), et ὅλον τὸ pro τὸ ὅλον. Theod. ἢ ὅλον τὸ γένος, et ita correxi. Edit. Plotini τὸ ὅλον γ. Mox Theod. οἷον ἀνθρώπου. Sylb. volebat: οἷον τοῦ ἀνθρ.

III. *Mundus corporeus procedit ab intelligentia divina modo naturæ, et quam optimus fieri potest, si totus ipse consideretur.*

Neque potest quispiam huic mundo quasi non pulchro jure detrahere, vel quasi non optimus sit omnium, quæ esse cum corpore possint: neque rursus causam, per quam mundus est, incusare. Primo quidem, cum ex necessitate sit mundus, neque rationis consilio sit constructus, sed a natura præstantiore, secundum naturam opus sibi simile generante: deinde neque etiam si consilium in causa fuerit, mundus dedecori est auctori. Ille namque totum quiddam fecit pulchrum prorsus atque sufficiens, sibiquemet amicum: præterea partibus suis tum majoribus tum minoribus æque conveniens. Quisquis igitur in partibus vituperat totum, stulte vituperat: siquidem tum partes ad ipsum totum comparando decet considerare, num consonent, accommodenturque toti: tum ipsum totum considerando ad minimas quasque particulas nequaquam decet aspicere: alioquin id non foret hominis mundum vituperantis, sed quasdam mundi partes ab aliis seorsum accipientis. Quemadmodum siquis totius animalis pilum solum, vel digitulum pedis intueatur, negligens mirum totius hominis spectaculum contemplari, et per Jovem perinde ac si quis, omissis omnino cæteris animantibus, accipiat abjectissimum, vel genere quodam toto dimisso velut humano Thersitem adducat in me-

257 τὸ ἀνθρώπου, Θερσίτην εἰς μέσον ἄγοι. Ἐπεὶ οὖν τὸ γενόμενον ὁ
κόσμος ἐστὶν ὁ σύμπας, τοῦτον θεωρῶν, τάχ᾽ ἂν ἀκούσαις παρ᾽
αὐτοῦ, ὡς ἐμὲ πεποίηκε θεὸς, κἀγὼ ἐκεῖθεν ἐγενόμην τέλειος ἐκ πάν-
των ζώων, καὶ ἱκανὸς ἐμαυτῷ καὶ αὐτάρκης, οὐδενὸς δεόμενος, ὅτι
B πάντα ἐν ἐμοὶ, καὶ φυτὰ, καὶ ζῶα, καὶ συμπάντων τῶν γεννητῶν
φύσις, καὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ δαιμόνων δῆμοι, καὶ ψυχαὶ ἀγαθαὶ, καὶ
ἄνθρωποι ἀρετῇ εὐδαίμονες. Οὐ γὰρ δὴ γῆ μὲν κεκόσμηται φυτοῖς
τε πᾶσι καὶ ζώοις παντοδαποῖς, καὶ μέχρι θαλάσσης ψυχῆς ἦλθε
δύναμις· ἀὴρ δὲ πᾶς, καὶ αἰθὴρ, καὶ οὐρανὸς σύμπας, ψυχῆς ἄμοι-
C ρος· ἀλλ᾽ ἐκεῖ ψυχαὶ ἀγαθαὶ πᾶσαι, ἄστροις ζῆν διδοῦσαι, καὶ τῇ
εὐτάκτῳ οὐρανοῦ, καὶ ἀϊδίῳ περιφορᾷ, νοῦ μιμήσει κύκλῳ φερομένῃ,
ἐμφρόνως περὶ ταὐτὸν ἀεί· οὐδὲν γὰρ ἔξω ζητεῖ. Πάντα δὲ τὰ ἐν
ἐμοὶ ἐφίεται μὲν τοῦ ἀγαθοῦ, τυγχάνει δὲ κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν
ἕκαστα· ἐξήρτηται γὰρ πᾶς μὲν οὐρανὸς ἐκείνου, πᾶσα δὲ ἐμὴ ψυχὴ,
καὶ οἱ ἐν μέρεσιν ἐμοῖς θεοὶ, καὶ τὰ ζῶα δὲ πάντα, καὶ τὰ φυτὰ,
D καὶ εἴ τι ἄψυχον δοκεῖ εἶναι ἐν ἐμοί· καὶ τὰ μὲν τοῦ εἶναι μετέχειν
δοκεῖ μόνον, τὰ δὲ τοῦ ζῆν, τὰ δὲ μᾶλλον ἐν τῷ αἰσθάνεσθαι, τὰ δὲ
ἤδη λόγον ἔχει, τὰ δὲ πᾶσαν ζωήν. Οὐ γὰρ τὰ ἴσα ἀπαιτεῖν δεῖ

1. ἄγοι. Ἐπεὶ] Cod. Vat. ἄγει. ἔστι; in marg. ἐπεί. Mox Theod. ὁ ξύμπας, ὁ τοῦτον θ. et unus lib. ὁ τοῦτον δὲ ὁρῶν. et ἀκούσαι in context.

2. τάχ᾽ ἂν] Cod. Vat. τάχα ἂν cum Marcc. Codd. Marcc. B.C. in marg. habent: Ζητὸν ὡς δῆθεν ἐκ τοῦ κόσμου λόγον, ὁποῖος.

3. θεός] Codd. Marc. A. Vind. A. et Theod. ὁ θεός. Unus lib. Theod. πεποιήκει.

ib. τέλειος] Codd. Mon. A. Marc. A. C. et Par. A. τέλος, Vat. τέλεος, supra lin. ει.

5. πάντα] Cod. Vat. ταῦτα; sed πάντα in marg. Theod. καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζ.

ib. γεννητῶν] Codd. Marc. B.C. Med. A.B. γενητῶν. Unus lib. Theod. τῶν γεννητῶν: in contextu: καὶ ξυμπάντων τῶν γενῶν ἡ φύσις.

7. Οὐ γὰρ δὴ] Codd. omnes, ut marg. Ed., οὐ γὰρ δή. Edit. οὐ δὲ γὰρ.

8. θαλάσσης] Cod. Vind. A. θαλάττης cum Marcc.

9. ἀὴρ] Cod. Vat. οὐ γὰρ; in m. ἀήρ.

11. περιφορᾷ] Cod. Vind. A. φορᾷ.

12. τὰ ἐν ἐμοὶ] Cod. Vind. A. non habet τὰ, nec Marc. A.

13. ἑαυτῶν] Codd. Darm. et Med. A. ἑαυτοῦ. Sed Med. A. supra lin. ab al. m. ῶν.

15. θεοὶ] Ed. θεόν. Sed præter Cod. Par. A. omnes recte θεοί.

ib. καὶ τὰ ζῶα—ἐν ἐμοὶ] Desunt hæc in Codd. Vind. A. et Marc. A.

ib. καὶ τὰ φυτὰ] Codd. Med. A. Par. A. Marc. B. καὶ τὰ φυτά. Edit. καὶ φυτά.

dium. Quoniam vero quod factum est, mundus simul est totus, si mentis aures ad hunc convertere libeat, forsan audies ita clamantem: Me procul dubio fecit Deus; atque ego inde factus sum perfectus ex cunctis animalibus constitutus, mihi ipsi sufficiens, mihi penitus satisfaciens, nullius indigus: quoniam omnia sunt in me animalia simul atque plantæ, cunctorum natura generalium, Dii quam plurimi, dæmonum populi, bonorum exercitus animorum, homines virtute felices. Neque enim terra sola ornata quidem est plantis omnibus et omnigenis animantibus, neque tantum usque ad mare potestas animæ se diffudit: aër autem totus et æther totumque cælum anima vitaque caret: verum animæ illic quoque sunt omnes bonæ vitam stellis suppeditantes, revolutionique cælesti ordinatissime simul atque sempiterne. Adde et ad imitationem mentis in circuitum agitatæ sapienter circa idem semper: nihil enim quærit extrinsecus. Præterea quæcunque in me sunt, appetunt quidem omnia bonum, singula vero pro facultate propria consequuntur. Dependet enim totum ab illo cælum, tota quin etiam anima mea. Præterea Dii, qui in partibus meis regnant: item animalia omnia simul et plantæ: denique si quid etiam esse in me videtur inanimum. Tum vero alia quidem essendi tantum participia esse videntur, alia vero vivendi, alia magis sentiendi, alia jam rationem habent, alia totam denique vitam. Non enim æqualia passim in rebus non æqualibus requirere decet: neque ut digitus videat, exigendum, sed oculo id

τοῖς μὴ ἴσοις, οὐδὲ γὰρ δακτύλῳ τὸ βλέπειν, ἀλλὰ ὀφθαλμῷ τοῦτο· 257
δακτύλῳ δὲ ἄλλο τὸ εἶναι οἶμαι δακτύλῳ, καὶ τὸ αὐτοῦ ἔχειν.

Πῦρ δὲ εἰ ὑπὸ ὕδατος σβέννυται, καὶ ἕτερον ὑπὸ πυρὸς φθείρεται, E
μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ εἰς τὸ εἶναι ἄλλο αὐτὸ ἤγαγεν, οὐκ ἀχθὲν
ὑφ' αὐτοῦ, ὑπ' ἄλλου ἐφθάρη, καὶ ἦλθε δὲ εἰς τὸ εἶναι ὑπ' ἄλλου
φθορᾶς, καὶ ἡ φθορὰ δὲ αὐτῷ οὐδὲν ἂν, εἰ οὕτω, δεινὸν φέροι, καὶ
ἀντὶ τοῦ φθαρέντος πυρὸς, πῦρ ἄλλο· τῷ μὲν γὰρ ἀσωμάτῳ οὐρανῷ
ἕκαστον μένει, ἐν δὲ τῷδε τῷ οὐρανῷ, πᾶν μὲν ἀεὶ ζῇ, καὶ ὅσα τίμια
καὶ κύρια μέρη. Αἱ δὲ ἀμείβουσαι ψυχαὶ σώματα [καὶ] ἄλλο τε ἐν F
ἄλλῳ εἴδει γίγνονται· καὶ ὅταν δὲ δύνηται, ἔξω γενέσεως στᾶσα
ψυχὴ μετὰ τῆς πάσης ἐστὶ ψυχῆς. Σώματα δὲ ζῇ κατ' εἶδος καὶ
καθ' ὅλα ἕκαστα, εἴπερ ἐξ αὐτῶν καὶ ζῶα ἔσται καὶ τραφήσεται·
ζωὴ γὰρ ἐνταῦθα κινουμένη, ἐκεῖ δὲ ἀκίνητος. Ἔδει δὲ κίνησιν ἐξ
ἀκινησίας εἶναι, καὶ ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ ζωῆς τὴν ἐξ αὐτῆς γεγονέναι G
ἄλλην, οἷον ἐμπνέουσαν καὶ οὐκ ἀτρεμοῦσαν ζωὴν ἀναπνοὴν τῆς
ἠρεμούσης οὖσαν· ζώων δὲ εἰς ἄλληλα ἀναγκαῖαι αἱ ἐπιθέσεις καὶ
φθοραὶ, οὐ δὲ γὰρ ἀΐδια ἐγένετο. Ἐγένετο δὲ, ὅτι λόγος πᾶσαν 258

1. οὐδὲ γάρ] Codd. Ciz. et Mon. A. omittunt γάρ. Theodoret: Οὐδὲ γὰρ τὰ ἴσα—οὐδὲ γὰρ δακτύλων τὸ βλ. ἀλλ' ὀφθαλμῶν.

ib. τοῦτο] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) Vat. (in marg.), ut marg. Ed., τούτῳ: sed Theodoret. τοῦτο, et ita Fic. recte.

2. εἶναι οἶμαι] Cod. Vind. A. οἶμαι εἶναι Theodor. in context. δακτύλου δὲ ἄλλο οἶμαι, το εἶναι δακτύλῳ: in cod. δακτύλου δὲ, τὸ εἶναι οἶμαι δακτύλῳ.

5. ὑφ' αὐτοῦ] Codd. Med. A. (a pr. m.) Par. A. Vat. (a pr. m.) Vind. A. ὑπ' αὐτοῦ. Cod. Ciz. ἑαυτοῦ.—Paullo ante Theodoret. in context.: καὶ ἕτερον εἰ—διαφθείρεται. Sed εἰ abest ab uno libro et in aliis φθείρεται.

6. εἰ οὕτω] Codd. Vat. Marc. A. et Vind. A. ἡ οὕτω. Sed Vat. in marg. εἰ. Mon. A. ἢ οὕτω. Immisi virgulam post οὕτω.

8. ἕκαστον—οὐρανῷ] Desunt hæc in Cod. Par. A.

ib. τῷδε] Abest a Codd. Ciz. et Marc. A.; abest item in Ciz. et in Cod. Vat. καὶ ante κύρια.

9. ἀμείβουσαι] Cod. Vind. A. ἀμοίβουσαι. Ante ἄλλο delendum videtur καί.

10. εἴδει] Edit. εἴδη, sed Codd. Ciz. (ex corr.) Mon. A. Med. A.B. Vat. (a pr. m.) Vind. A. εἴδει, et ita Ficin.

11. καὶ καθ' ὅλα] Cod. Vind. omittit καί. In Cod. Ciz. scriptum est ὅλου.

15. ἀναπνοὴν] Cod. Mon. A. ἀναπνοῦν.

16. ἀναγκαῖαι] Ed. ἀναγκαῖα. Sed ut nos rescripsimus, præter Cod. Vat., habent omnes.

17. ἐγένετο. Ἐγένετο] Ed. ἐγένετο. ἐγίνετο; et ita Ciz. Darm. Vind. A. Priore loco est ἐγίνετο in Codd. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. Alterum ἐγένετο est in Codd. Mon. A. Med. A.B.

est assignandum: digito vero aliud quiddam desiderandum. Id autem esse arbitror, ut sit digitus, propriumque officium peragat.

IV. *Nusquam est purum malum: nam et circa corpora et circa animas miscetur bono.*

Nemo admirari debet, quod ignis ab aqua extinguatur, et ipse alia sæpe consumat: etenim aliud quiddam hunc ad suum esse perduxit: nec injuria a se ipso non productus ab alio quoque corrumpitur: quin etiam in esse suum ex alterius corruptione processit, atque interitus ipsi sic se habenti nihil infert iniquum. Item pro extincto igne alius aliquando viget ignis: profecto in cælo incorporeo unumquodque permanet. In hoc autem cælo totum quidem vivit semper, et quæcunque honoranda sunt et præcipua permanent. Animæ vero vicissim corpora permutantes, aliud quidem in alia fiunt specie: et quotiens anima potest, extra generationem posita una cum universa anima vivit. Corpora vero secundum speciem atque singula secundum tota, siquidem ex ipsis et animalia erunt, et nutrientur: vita enim hic est mobilis, illic autem immobilis. Oportebat sane motum ex immobili natura prodire, atque ex vita in se ipsa vigente alteram manare, quasi spiraculum quoddam vitale quodammodo jam instabile, quod quidem exspiratio quædam sit vitæ quietæ. Animalium præterea mutui inter se impetus atque cædes necessario accidunt: non enim nata sunt sempiterna. Nata vero sunt, quoniam ratio totam materiam

258 ὕλην κατελάμβανε, καὶ εἶχεν ἐν αὑτῷ πάντα, ὄντων αὐτῶν ἐκεῖ, ἐν
τῷ ἄνω οὐρανῷ· πόθεν γὰρ ἂν ἦλθε, μὴ ὄντων ἐκεῖ; Ἀνθρώπων
δὲ εἰς ἀλλήλους ἀδικίαι ἔχοιεν μὲν ἂν αἰτίαν, ἔφεσιν τοῦ ἀγαθοῦ·
ἀδυναμίᾳ δὲ τοῦ τυχεῖν σφαλλόμενοι ἐπ' ἄλλους τρέπονται. Ἴσχουσι
B δὲ ἀδικοῦντες δίκας κακυνόμενοί τε ταῖς ψυχαῖς, ἐνεργείαις κακίας,
τάττονταί τε εἰς τόπον χείρονα· οὐ γὰρ μήποτε ἐκφύγῃ μηδὲν τὸ
ταχθὲν ἐν τῷ τοῦ παντὸς νόμῳ. Ἔστι δὲ οὐ διὰ τὴν ἀταξίαν τάξις,
οὐδὲ διὰ τὴν ἀνομίαν νόμος, ὥς τις οἴεται, ἵνα γένοιτο ἐκεῖνα διὰ
τὰ χείρω, καὶ ἵνα φαίνοιτο· ἀλλὰ διὰ τὴν τάξιν ἐπακτὸν οὖσαν· καὶ
ὅτι τάξις, ἀταξία· καὶ διὰ τὸν νόμον καὶ τὸν λόγον· καὶ ὅτι λόγος,
C παρανομία καὶ ἄνοια· οὐ τῶν βελτιόνων τὰ χείρω πεποιηκότων,
ἀλλὰ τῶν δέχεσθαι δεομένων τὰ ἀμείνω φύσει τῇ ἑαυτῶν, ἢ συντυ-
χίᾳ, καὶ κωλύσει ἄλλων δέξασθαι οὐ δεδυνημένων. Τὸ γὰρ ἐπακτῷ
χρώμενον τάξει, τοῦτο ἂν οὐ τύχοι, ἢ δι' αὐτὸ παρ' αὑτοῦ, ἢ δι'
ἄλλο παρ' ἄλλου· πολλὰ δὲ ὑπ' ἄλλων πάσχει, καὶ ἀκόντων τῶν
D ποιούντων, καὶ πρὸς ἄλλο ἱεμένων. Τὰ δὲ δι' αὑτὰ ἔχοντα κίνησιν

2. ἄνω] Cod. Vat. ἀνῶ; sed in m. ἄνω.
ib. ἂν ἦλθε] Ed. ἀνῆλθεν. Sed, ut nos rescripsimus, Codd. Ciz. Darm. Marc. A. B. Med. A. Vat. In Codd. Med. B. et Vind. A. est ἀνῆλθε.
3. μὲν ἂν] Abest ἂν a Cod. Vat. Sed in marg. additum est.
4. ἄλλους] Codd. Mon. A. Vind. A. ἀλλήλους.
6. τάττονταί τε] Cod. Vat. τάττοντά τε.
ib. τόπον] Ita Codd. omnes, excepto Par. A., qui cum Ed. habet τρόπον.
ib. μήποτε] Codd. omnes, excepto Vind. A., μήποτε. Sed Vat. in marg. ut Ed.; et Cod. Vind. A. μὴ πώποτε. Edit. vitiose πόποτε.
ib. ἐκφύγῃ] Codd. Med. A. Marc. A. B. Par. A. ἐκφύγοι.
8. ὥς τις] Cod. Ciz. ὅς τις.
ib. γένοιτο] Codd. Darm. Marc. B. et Med. A., omnes supra lin., γένηται, sed in contextu ut Ed.
10. καὶ τὸν λόγον] Codd. Ciz. Mon. A. Marcc. Med. A.B. Vat. καὶ τὸν λόγον. In edit. abest articulus.
12. δεομένων] Cod. Vat. δυναμένων.
13. οὐ δεδυνημένων] Cod. Vind. A. omittit οὐ. Codd. Ciz. Darm. Mon. A. et Vat. (a pr. m.) cum Ed. habent δὲ δυνημένων. Reliqui ut nos scripsimus.
ib. ἐπακτῷ] Codd. Mon. A. et Vat. ἐπακτόν. Sed Vat. in m. ῷ. Cod. Med. B. ἐπαχθόν.
14. ἢ δι' αὐτὸ] Codd. omnes ut marg. Ed. ἢ δι' αὐτὸ. Solus Med. A. αὐτῷ. Edit. οὐδ' αὐτὸ.
ib. παρ' αὑτοῦ] Cod. Vat. παρ' αὐτοῦ cum Marc. C.
ib. δι' ἄλλο] Ita Codd. omnes, præter Mon. A. Par. A. Vind. A. Reliqui cum Ed. δ' ἄλλο. In seq. scripsimus ἱεμένων pro ἰεμένων quod est in edit. et in Theodoret. Hic insuper proxime in contextu habet ὑπ' ἀλλήλων pro ὑπ' ἄλλων sed in codicc. tamen aliquot ut edit. Plotini.
16. αὑτὰ ἔχοντα] Codd. Ciz. Vat. Vind. A. αὐτὰ; iidem cum Marc. A.C. Par. A. ἐχόντων. Sed Vat. in m. τα.

occupavit, in se ipsa omnia possidens, quæ quidem in superno illic cælo consistunt: alioquin undenam venissent, nisi illic existerent? Proinde mutuæ hominum inter se injuriæ ab ipso forsan boni appetitu proficiscuntur: quando videlicet bonum consequi non valentes aberrant, aliosque invadunt. At vero qui egerunt injuste, pœnas luunt, tum quia ex actionibus pravitatis reportant animam depravatam, tum quia certo quodam ordine in locum transmittuntur deteriorem: nihil enim potest unquam, quod in universi lege ordinatum est, effugere. Non est autem, ut quidam putat, ordo propter prævaricationem ordinis institutus, neque lex propter legis transgressionem, quo videlicet propter deteriora fiant illa, nobisque appareant: imo vero propterea, quod ordo hic est adventitius: et quoniam ordo est, transgressio ordinis habet locum, atque propter legem et rationem, et quia existit ratio, accidit legis rationisque transgressio: non ita tamen, ut, quæ meliora sunt, deteriora fecerint: sed quia quæ indigent, debentque meliora suscipere, sæpe vel suapte natura, vel fortuna, vel impedimento aliunde illato accipere nequeant. Quod enim ordine utitur adventitio, id forsitan non assequitur vel interiori vitio, vel propter aliud quiddam ab alio accidens: multa quoque ab aliis patitur, aliis quidem nolentibus, alioque tendentibus. Animalia vero, quæ per se ipsa spontaneum habent motum, tum quidem tendunt ad

258 αὐτεξούσιον ζῶα, ῥέποι ἂν, ὁτὲ μὲν πρὸς τὰ βελτίω, ὁτὲ δὲ πρὸς τὰ χείρω. Τὴν δὲ πρὸς τὰ χείρω τροπὴν παραυτίκα ζητεῖν ἴσως οὐκ ἄξιον· ὀλίγη γὰρ τροπὴ κατὰ ἀρχὰς γενομένη, προϊοῦσα ταύτῃ, πλέον καὶ μεῖζον τὸ ἁμαρτανόμενον ἀεὶ ποιεῖ. Καὶ σῶμα δὲ σύνεστι καὶ ἐξ ἀνάγκης ἐπιθυμία. Καὶ παροφθὲν τὸ πρῶτον καὶ τὸ ἐξαίφνης, καὶ μὴ ἀναληφθὲν αὐτίκα, καὶ αἵρεσιν εἰς ὅ τις ἐξέπεσεν εἰργάσατο. E Ἕπεταί γε μὴν δίκη· καὶ οὐκ ἄδικον τοιόνδε γενόμενον ἀκόλουθα πάσχειν τῇ διαθέσει. οὐδ᾽ ἀπαιτητέον τούτοις τὸ εὐδαιμονεῖν ὑπάρχειν, οἷς μὴ εἴργασται εὐδαιμονίας ἄξια· οἱ δ᾽ ἀγαθοὶ μόνοι εὐδαίμονες· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ θεοὶ εὐδαίμονες.

Εἰ τοίνυν καὶ ψυχαῖς ἐν τῷδε τῷ παντὶ ἔξεστιν εὐδαίμοσιν εἶναι, F εἴ τινες μὴ εὐδαίμονες, οὐκ αἰτιατέον τὸ πᾶν ἀλλὰ τὰς ἐκείνων ἀδυναμίας, μὴ δυνηθείσας καλῶς ἐναγωνίσασθαι, οὗ δὴ ἆθλα ἀρετῆς πρόκειται. Καὶ μὴ θείους δὲ γενομένους θεῖον βίον μὴ ἔχειν, τί δεινόν; Πενίαι δὲ καὶ νόσοι τοῖς μὲν ἀγαθοῖς οὐδὲν, τοῖς δὲ κακοῖς, G

1. *αὐτεξούσιον*] Codd. Darm. Marc. B. et Med. A. (a pr. m.) *αὐτεξούσια*. Vat. *ἀντεξούσιον*; in m. *αὐτ*. Theodoret. *αὐτὰ*, et in mss. *αὐτεξούσιοι*, et ita Ficin., in contextu autem *αὐτεξούσια*.

ib. *ὁτὲ μεν*] Cod. Vat. *ὁγὲ μὲν*, in m. ut Ed.

2. *παραυτίκα*] Codd. Med. A.B. Par. A. Marc. A.C. Vat. *παρ᾽ αὐτοῦ* et ita Sylburgii edit. Theodoreti et Ficin. vertens: *ab ipsomet* Schulziana autem *παραυτίκα*, *statim*, quod recepimus. Edit. Plotini *παρ᾽ αὐτοῦ*. Fic. fortasse h. l. legit *ῥοπὴν* pro *τροπήν*.

3. *κατὰ ἀρχὰς*] Codd. Ciz. Vat. *κατ᾽ ἀρχάς*. Mon. A. *καταρχάς*. Theodoret.: *ὀλίγη γὰρ καταρχὰς τροπὴ γεν*.

ib. *προϊοῦσα*] Codd., præter Vind. A., omnes cum marg. Ed. *προϊοῦσα*, et ita Theod. et Fic. Edit. in context.: *ποιοῦσα*. Sed Theod. *αὐτὴ* pro *ταύτῃ*. Idem mox *καὶ σῶμα δὲ συνίστη*. Sed Cod. Sylb. *σύνεστι*.

6. *αἵρεσιν*] Cod. Vind. A. *αἵρεσις*. Libri aliquot Theod. *διαίρεσιν*. et alius: *ἐνειργάσατο*.

ib. *ὅ τις*] Cod. Med. B. *ὅστις*. Vat. *ὅ, τι*. Ciz. *ὅ τι*.

7. *Ἕπεταί γε μὴν δίκη*] Ed. *ἕπεται γέμην δήκη*. Sed *δίκη* exhibent Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. et Theod. cum Fic. Theod. mox. *οὐ δεῖ ἐπαιτητέον*.

10. *διὰ τοῦτο—εὐδαίμονες*] Desunt hæc in Cod. Mon. A. Paulo superius pro *μόνον* in Codd. Mon. A. Vat. Vind. A. est *μόνοι*, et ita Theodoret. quos sequimur. Idem mox: *διὰ γὰρ τοῦτο*. Idem *εὐδαιμονεῖν* pro *εὐδαίμοσιν εἶναι*.

12. *οὐκ αἰτιατέον τὸ πᾶν*] Edit. et libri nostri: *οὐκ αἰτ. τὸν τόπον* et sic Ficin.: *non licet de hac regione conqueri*. Veram lectionem suppeditant Theodoreti libri omnes.

13. *καλῶς*] Cod. Med. B. omittit hanc vocem. Ex Theod. scripsi *μὴ δυνηθείσας* pro *οὐ δ.*

ib. *οὗ δὴ*] Vat. *οὐ*, sed in m. ut Ed.

14. *μὴ ἔχειν*] Codd. omnes *μὴ ἔχειν*. Sed *μὴ* in Vat. obelo notatum est et edit. Plotini omisit. Sed habent Theodoreti codd. ad unum omnes et expressit Fic.

15. *Πενίαι δὲ*] Theodoretus *Πενία γάρ*. Mox *συμφορὰ*, omnes nostri et Theodoret. *calamitas*. Fic. tamen, *utilia* vertens, legisse videtur *σύμφορα*, quod placet.

meliora; tum vero ad deteriora labuntur. Quærere autem statim inclinationem lapsumve ad deteriora forte non decet: exiguum namque ad labendum momentum ab initio datum, eademque via procedens erratum et plus et majus assidue reddit. Adest quin etiam corpus, atque ex necessitate concupiscentia inest. Præterea quod primo subitoque occurrit, neque statim animadvertitur, atque deprehenditur, electionem quoque ad illud efficit, in quod quis primo fuerit inclinatus. Sequitur tamen sub divino judicio pœna: neque injustum est, animum, qui talis est factus, affectioni suæ consentanea pati: neque requirendum est eos fore felices, qui nihil dignum felicitate fecerunt. Boni autem soli felices sunt: nam ob id ipsum sunt et Dii beati.

V. *Confirmat eadem, docens nullum posse de providentia conqueri. E tunde sit malum.*

Si igitur animis quoque hoc in mundo datur, facultas ad beatitudinem consequendam, non est hoc universum accusandum quod aliqui non sint felices, sed eorum imbecillitatem potius criminari, quod strenue certare non valeant, ubi virtutis præmia proposita sunt. Quis enim juste conqueratur, eos, qui nondum facti sint divini, vitam non habere divinam? Proinde paupertas et morbus bonis quidem viris momenti nihil ha-

259 συμφορά· καὶ ἀνάγκη νοσεῖν σώματα ἔχουσι· καὶ οὐκ ἀχρεῖα δὲ
οὐδὲ ταῦτα παντάπασιν εἰς σύνταξιν καὶ συμπλήρωσιν τοῦ ὅλου· ὡς
A γὰρ φθαρέντων τινῶν ὁ λόγος ὁ τοῦ παντὸς κατεχρήσατο τοῖς φθα-
ρεῖσιν εἰς γένεσιν ἄλλων· οὐδὲν γὰρ οὐδαμῆ ἐκφεύγει τὸ ὑπὸ τούτου
καταλαμβάνεσθαι, οὕτω καὶ κακωθέντος σώματος καὶ μαλακισθεί-
σης δὲ ψυχῆς τῆς τὰ τοιαῦτα πασχούσης, τὰ καὶ νόσοις καὶ κακίᾳ
καταληφθέντα ὑπεβλήθη ἄλλῳ εἱρμῷ, καὶ ἄλλῃ τάξει· καὶ τὰ μὲν
αὐτοῖς συνήνεγκε τοῖς παθοῦσιν, οἷον πενία καὶ νόσος. Ἡ δὲ κακία
B εἰργάσατό τι χρήσιμον εἰς τὸ ὅλον, παράδειγμα δίκης γενομένη, καὶ
πολλὰ ἐξ αὐτῆς χρήσιμα παρασχομένη· καὶ γὰρ ἐγρηγορότας ἐποίησε,
καὶ νοῦν καὶ σύνεσιν ἐγείρει, πονηρίας ὁδοῖς ἀντιταττομένους. Καὶ
μανθάνειν δὲ ποιεῖ, οἷον ἀγαθὸν ἀρετὴ, παραθέσει κακῶν, ὧν οἱ
πονηροὶ ἔχουσι. Καὶ οὐ γέγονε τὰ κακὰ διὰ ταῦτα, ἀλλὰ ὅτι χρῆ-
C ται καὶ αὐτοῖς εἰς δέον, ἐπείπερ ἐγένετο, εἴρηται· τοῦτο δὲ δυνά-
μεως μεγίστης, καλῶς καὶ τοῖς κακοῖς χρῆσθαι δύνασθαι· καὶ τοῖς
ἀμόρφοις γενομένοις, εἰς ἑτέρας μορφὰς χρῆσθαι ἱκανὴν εἶναι. Ὅλως

4. οὐδαμῆ] Codd. Ciz. et Vind. A. οὐδαμοῦ. Posterior statim ἐκφύγοιτο.
ib. ὑπὸ τούτου] Cod. Ciz. ὑπὸ τοῦ. Idem mox τοῦ σώματος.
6. ψυχῆς] Cod. Vind. A. τῆς ψυχῆς.
ib. τὰ τοιαῦτα] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. omittunt τά; sed Vat. additum habet in marg.
ib. τὰ καὶ νόσοις] Codd. Par. A. Vat. Vind. A. Marc. A.C. καὶ νόσοις. In edit. deest καί.
8. συνήνεγκε] Codd. Ciz. et Mon. A. συνήνειμε, Vat. συνήνεικε; in m. ut Ed. Mox unus liber Theodoreti: ἥ γε κακία.
10. παρασχομένη] Cod. Vat. πασχομένη. Sed Theodoret. ut edit. et reliqui mss.
ib. ἐγρηγορότας] Ita omnes Codd. et Theod. exceptis Par. A. et Vind., qui cum Ed. habent ἐγρηγορότης. Sylb. ἐγρηγοροῦντας. Mox καὶ νοῦν abest ab aliquot libris Theod. Ex ejus contextu scripsi ἐγείρει pro ἐγεῖραι.
11. ἀντιταττομένους] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.C. Mon. Med. A. (a pr. m.) B. Vat. (sed marg. ut Ed.) ἀντιταττομένων. In Cod. Vat. sequitur: καὶ μανθάνει οἷον ἀγαθούς; sed in marg. est ut in Ed. Theod.: ἀντιταττόμενον in ed. Schulz. in al. ἀντιταττομένων.
12. ἀρετὴ] Codd. Med. A.B. Marc. B. ἀρετὴ, ut legit Fic. et Theod. Edit. Plot.: ἀρετῇ. Sylb. ἀρετῆς.
13. διὰ ταῦτα] Cod. Mon. A. δι' αὐτά. Sequitur ἀλλ' in Codd. Darm. et Vat.
14. καὶ αὐτοῖς εἰς δέον, ἐπείπερ ἐγένετο] Codd. Darm. Marc. B. et Par. A. ἐπείπερ καὶ αὐτοῖς εἰς δέον ἐγένετο.
15. κακοῖς χρῆσθαι] Cod. Darm. καλοῖς. Ciz. χρήσασθαι et ita Theodoret. et ita quoque proxime idem. Mox ex Theodoreti contextu et libris ejus plurimis scripsi ἔλλειψιν τοῦ ἀγαθοῦ. Edit. et libri nostri articulum omittunt.

bent, malis vero utilia sunt. Quin etiam necesse interdum est ægrotare, quum corpora habeamus. Nec inutilia hæc sunt omnino ad ordinem ipsum communem ac plenitudinem universi: nempe quemadmodum corruptis quibusdam ratio ipsa mundi rerum artifex ad aliorum utitur genituram (nihil enim usquam effugere potest, quin ab hac ipsa comprehendatur) sic et depravato corpore, et anima passionibus ejusmodi languida, quæ morbis pravitateque occupata fuerunt, mox sub alia serie et ordine comprehenduntur, et alia quidem ipsis conferunt patientibus, sicut paupertas atque morbus. Pravitas autem utile quiddam affert ad universum, facta videlicet juris ipsius exemplum, multaque ex se utilia pariens: reddit enim animos vigilantes, [efficitque, ut diligenter excogitent, qua via potissimum a præcipitio pravitatis valeant declinare] excitatque mentem et intelligentiam pravitatis viis oppositas. Facit rursus, ut quantum bonum virtus sit, comparatione malorum vitiosos animos affligentium cognoscamus, neque propter hæc facta sunt mala: sed dictum est, ipsam mundi artificem rationem malis postquam facta sunt, opportune admodum uti solere: id autem maximæ potestatis est, malis etiam bene uti valere. Posse quin etiam rebus, quæ informes jam factæ sunt, uti ad formas alias generandas: omnino vero malum existimare debemus boni defectum. Necesse autem est hic boni defectum accidere quoniam est in alio. Ipsum itaque aliud in quo bonum est, quum diversum sit a bono, infert boni de-

δὲ τὸ κακὸν ἔλλειψιν τοῦ ἀγαθοῦ θετέον· ἀνάγκη δὲ ἔλλειψιν εἶναι 259
ἐνταῦθα ἀγαθοῦ, ὅτι ἐν ἄλλῳ. Τὸ οὖν ἄλλο ἐν ᾧ ἐστι τὸ ἀγαθὸν,
ἕτερον ἀγαθοῦ ὂν, ποιεῖ τὴν ἔλλειψιν· τοῦτο γὰρ οὐκ ἀγαθὸν ἦν.
Διὸ οὔτε ἀπολέσθαι τὰ κακὰ, ὅτι τε ἄλλα ἄλλων ἐλάττω πρὸς ἀγα- D
θοῦ φύσιν ἕτερά τε ἄλλα τοῦ ἀγαθοῦ, τὴν αἰτίαν τῆς ὑποστάσεως
ἐκεῖθεν λαβόντα, τοιαῦτα δὴ γενόμενα τῷ πόῤῥω.

Τὸ δὲ παρ' ἀξίαν, ὅταν ἀγαθοὶ κακὰ ἔχωσι, φαῦλοι δὲ τὰ ἐναν-
τία, τὸ μὲν λέγειν ὡς οὐδὲν κακὸν τῷ ἀγαθῷ, οὐδ' αὖ τῷ φαύλῳ
ἀγαθὸν, ὀρθῶς μὲν λέγεται. Ἀλλὰ διὰ τί τὰ μὲν παρὰ φύσιν
τούτῳ, τὰ δὲ κατὰ φύσιν τῷ πονηρῷ; πῶς γὰρ καλῶς νέμειν οὕτως; E
Ἀλλὰ εἰ τὸ κατὰ φύσιν οὐ ποιεῖ προσθήκην πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν, οὐδ'
αὖ τὸ παρὰ φύσιν ἀφαιρεῖ τοῦ κακοῦ τοῦ ἐν φαύλοις, τί διαφέρει, τὸ
οὕτως, ἢ οὕτως; ὥσπερ οὐδὲ εἰ ὁ μὲν καλὸς τὸ σῶμα, ὁ δὲ αἰσχρὸς ὁ
ἀγαθός· ἀλλὰ τὸ πρέπον καὶ ἀνάλογον καὶ τὸ κατ' ἀξίαν, ἐκείνως
ἂν ἦν, ὃ νῦν οὐκ ἔστι· προνοίας δὲ ἀρίστης ἐκεῖνο ἦν. καὶ μὴν καὶ F
τὸ δεσπότας εἶναι καὶ ἄρχοντας τῶν πόλεων τοὺς κακούς· τοὺς δὲ

2. ἀγαθὸν, ἕτερον ἀγαθοῦ] Edit. ἕτερον ἀγαθὸν Cod. Vat. ἀγαθὸν ἑτέρου ἀγαθοῦ. Secundo loco Genitivum ἀγαθοῦ habent etiam omnes reliqui; idque Ficinus expressit et nos recepimus.

4. ὅτι τε ἄλλα] Abest ἄλλα a Cod. Vat.; in marg. est οὔτε τὰ ἄλλα.

ib. ἐλάττω] Cod. Med. B. non habet hanc vocem. Mox Marc. C. ἑτεράττα (sic) ἄλλα. [τε supra lin.]

7. τὰ ἐναντία] Codd. Mon. A. et Vat. τε pro τὰ. Sed Vat. in m. τὰ.

8. τὸ μὲν] Cod. Ciz. τὰ μέν.

ib. αὖ τῷ] Cod. Vat. αὐτῷ; in m. ut Ed.

10. νέμειν] Cod. Vind. A. μένειν. Sequitur in Cod. Vat. οὕτω.

11. Ἀλλὰ εἰ] Cod. Ciz. ἀλλ' εἰ cum Marc.

ib. πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν] Cod. Vind. A. πρὸς εὐδαιμονίαν.

12. αὖ τὸ] Ita Codd. Ciz. Med. A B. Par. A. Sed Ed. αὐ τὸ (sic) et Vat. αὐτό.

ib. ἀφαιρεῖ] Edit. ἀφαιρεῖται, sed Codd. ad unum omnes ut marg. Ed., ἀφαιρεῖ. Si libri Medicei vestigia haberent plenioris lectionis, suspicere Ficinum plura h. l. legisse. Nunc, ut sæpissime, perspicuitati inserviisse dicendus est Marsilius.

13. ὥσπερ] Cod. Mon. A. οὕτως. Sequitur οὐδ' in Codd. Ciz. Marc. Vat. (Vind. A.) deest ea vocula, suspiceris: ὁ μὲν κακὸς καλὸς τὸ σῶμα, sed in libris nihil comparet, et Plotinus in contrariis sæpe omittit alterum substantivum.

15. οὐκ ἔστι] Cod. Darm. οὐκ ἔτι.

ib. ἀρίστης] Cod. Vat. ἀεὶ στης (sic), in m. ut Ed.

16. δεσπότας] Codd. Marc. A.C. Mon. A. Vat. Vind. A. δούλους τοὺς δὲ δεσπότας. Sed Vat. in m. habet obelum. Cod. Ciz. δούλους (supra lin. ab al. m. κακοὺς) τοὺς δεσπότας. Darm. et Par. A. τοὺς δούλους τοὺς δὲ δεσπότας.

fectum: id namque non erat bonum. Quapropter [ut Plato inquit] impossibile est, mala penitus extirpari, quoniam et alia aliis inferiora sunt ad ipsam boni naturam, et alia diversa sunt a bono, subsistentiæ suæ causam inde sortita, taliaque evaserunt, propterea quod a bono remotissima provenere.

VI. *Confirmat eadem, et movet dubia.*

Ad id vero quod videtur præter dignitatem sæpe contingere, quando vel boni mala, vel mali bona reportant, recte utique respondebitur, nihil vel bono malum accidere, vel malo contingere bonum. Cæterum quæri potest, curnam multa præter naturam bono homini accidant, multa vero naturæ consentanea pravo contingant? Qua enim ratione recta distributio hæc esse potest? Verum si, quod secundum naturam est, neque felicitatis quicquam addit bonis, neque mali quicquam demit pravis, atque quod præter naturam non demit quicquam bonis: quidnam interest, sicne, aut sic potius se habere? Quemadmodum neque si malus quidem pulchro sit corpore, bonus vero deformi: veruntamen decorum atque consentaneum, et quod pro dignitate dici potest, modo illo potissime fieret, quo nunc minime fit: optimæ vero providentiæ erat ita instituisse. Præterea malos quidem esse dominos principesque civitatum, probos autem servos minime decuit: neque etiam, si hæc vel bono vel malo nihil ad-

259 ἐπιεικεῖς δούλους εἶναι, οὐ πρέποντα ἦν, οὐδ' εἰ προσθήκην ταῦτα μὴ
φέρει εἰς ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ κτῆσιν· καίτοι καὶ τὰ ἀνομώτατα ἂν
πράξειεν ἄρχων πονηρός. Καὶ κρατοῦσι δὲ ἐν πολέμοις οἱ κακοί;
καὶ οἷα αἰσχρὰ δρῶσιν αἰχμαλώτους λαβόντες; πάντα γὰρ ταῦτα
G ἀπορεῖν ποιεῖ, ὅπως προνοίας οὔσης γίγνεται· καὶ γὰρ εἰ πρὸς τὸ
ὅλον βλέπειν δεῖ τὸν ὁτιοῦν μέλλοντα ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέρη ὀρθῶς
ἔχει τάττειν ἐν δέοντι αὐτῶν καὶ μάλιστα ὅταν ἔμψυχα ᾖ, καὶ ζωὴν
260 ἔχῃ, ἢ καὶ λογικὰ ᾖ, καὶ τὴν πρόνοιαν δὲ ἐπὶ πάντα φθάνειν, καὶ τὸ
ἔργον αὐτῆς τοῦτο εἶναι, τὸ μηδενὸς ἠμεληκέναι. Εἰ οὖν φαμὲν ἐκ
νοῦ τόδε τὸ πᾶν ἠρτῆσθαι, καὶ εἰς ἅπαντα ἐληλυθέναι τὴν δύναμιν
αὐτοῦ, πειρᾶσθαι δεῖ δεικνύναι, ὅπῃ ἕκαστα τούτων καλῶς ἔχει.

Πρῶτον τοίνυν ληπτέον, ὡς τὸ καλῶς ἐν τῷ μικτῷ ζητοῦντας χρὴ
μὴ πάντῃ ἀπαιτεῖν, ὅσον τὸ καλῶς ἐν τῷ ἀμίκτῳ ἔχει, μηδ' ἐν δευ-
B τέροις ζητεῖν τὰ πρῶτα· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ σῶμα ἔχει, συγχωρεῖν καὶ
παρὰ τούτου ἰέναι εἰς τὸ πᾶν, ἀπαιτεῖν δὲ παρὰ τοῦ λόγου, ὅσον
ἠδύνατο δέξασθαι τὸ μίγμα, εἰ μηδὲν τούτου ἐλλείπει. Οἷον εἴτις

2. *καίτοι καὶ τὰ*] Codd. Ciz. Marc. A. C. Mon. A. Vat. Vind. A. *καίτοι τά*.

3. *πονηρός*] Cod. Vat. *πονηρῶς*; in m. *ός*. Vind. A. *πονηροί*.

ib. *οἱ κακοί*] In Cod. Ciz. omissum est *οἱ*. Paullo superius Marcc. *δ' ἐν*.

4. *καὶ οἷα*] Cod. Vind. A. *καὶ οἱ*.

5. *εἰ πρὸς*] Cod. Med. B. *εἰς πρός*.

7. *ἔχει*] Codd. Ciz. et Vat. *ἂν ἔχοι*. Sequitur in Vat. *πράττειν*; sed in m. est *τάττειν*.

ib. *αὐτῶν*] Codd. Darm. et Med. A. (a pr. m.) *αὐτῶν* et ita Ficin. Edit. *αὐτῷ*.

8. *τὴν πρόνοιαν*] Codd. Ciz. et Mon. A. non habent *τήν*.

9. *τοῦτο εἶναι*] Cod. Darm. cum Marcc. *τοῦτ' εἶναι*. Sequens *τὸ* abest a Codd. Ciz. Mon. A. Vat.

11. *δεῖ*] Abest *δεῖ* a Codd. Ciz. Mon. A. Vat. Sed Vat. eam vocem habet in marg.

ib. *ἔχει*] Edit. *ἔχῃ*, sed Codd. Darm. Mon. A. Med. A. Par. A. Marcc. Vind. A. *ἔχει*.

12. *ληπτέον*] Theodoreti mss. et edit. *λεκτέον*. Sed vid. Annotat. nostr. Iidem *τὸ καλόν* et unus liber *μικρῷ* pro *μικτῷ*.

13. *πάντῃ*] Codd. Darm. et Med. A. *πάντα*, sed uterque supra lin. habet *ῃ*. Theodor. *πάντῃ ἀπ. ἀλλ' ὅσον τὸ καλῶς ἐν τῷ μικτῷ ἔχει* et unus liber *ἔχειν*. Proxima Latinus interpres Theodoreti perversissime accepit: sed quoniam corpus habent esse illis aliquid veniæ concedendum: *atque hinc oportere ad universi contemplationem transire*. Sed omittamus hæc et similia multa, quæ ex Ficini interpretatione corrigere poterat vel potius debebat Schulzius.

14. *ἐπειδὴ*] Cod. Vat. *ἐπεὶ δή*.

ib. *ἔχει*] Abest a Cod. Ciz.

16. *ἠδύνατο*] Codd. Darm. Marc. A.B. et Vat. *ἐδύνατο*. Sequitur in Vat. *δόξασθαι*; in m. est *δέξ*.

ib. *ἐλλείπει*] Cod. Vind. A. *ἐλλείποι*. Theodoret. in context. omisit *τούτου*. Aliquot libri pro eo *τούτων* et *εἰ δὲ* pro *εἰ μηδέν*. Unde Sylburg. legi vult: *εἰ δεῖ μηδεν τούτῳ ἐλλιπεῖν*.

dant, profecto princeps iniquus (vel) injustissima patrat facinora. Quid vero? quod scelesti in prælio superant, adversusque captivos turpissima quæque committunt? Hæc omnia dubitare compellunt, qua ratione regnante providentia fiant: et si ad ipsum totum spectare debet, quisquis est aliquid effecturus: verumtamen partes quoque quod eis expediat, assequi debent, præsertim ubi animatæ sunt vitamque habent, præcipue si rationem. Denique [probabile est] providentiam se per cuncta porrigere, idque ejus officium esse, ut nihil prorsus alicubi negligat. Quam ob rem, si totum hunc mundum ab intellectu dependere concedimus, virtutemque mentis se per omnia fundere, conandum est omnino, quo pacto singula hæc bene se habeant, demonstrare.

VII. *Dat principia respondendi. Tractat quoque de conditione hujus mundi a primo degenerante: et de libero animarum arbitrio.*

Principio nos latere non debet, quando pulchritudinem in mixto quærimus, non esse omnia exigenda, quæ pulchritudo continet in natura non mixta, neque in rebus sequentibus primas esse quærendas: sed quando quidem mundus habet corpus, concedendum ab ipsa natura corporis universo nonnihil accidere: item ab ipsa ratione eatenus expetendum, quatenus mixtum suscipere potest, quasi satis fuerit factum, si nihil ex his, quæ potest capere, desit. Quemadmodum si quis in terris hominem pulcherrimum contempletur: nec tamen oportere existimet, hunc ipsi, qui in mente est, homini eundem fore, sed satis

260

ἐσκόπει τὸν ἄνθρωπον τὸν αἰσθητὸν ὅς τις κάλλιστος· οὐκ ἂν δήπου τῷ ἐν νῷ ἀνθρώπῳ ἠξίωσε τὸν αὐτὸν εἶναι· ἀλλ' ἐκεῖνο ἀποδεδέχθαι τοῦ ποιητοῦ, εἰ ὅμως ἐν σαρξὶ καὶ νεύροις καὶ ὀστέοις ὄντα, κατέλαβε τῷ λόγῳ, ὥστε καὶ ταῦτα καλλῦναι καὶ τὸν λόγον δυνηθῆναι C ἐπανελθεῖν τῇ ὕλῃ. Ταῦτα τοίνυν ὑποθέμενον χρὴ προϊέναι τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ ἐπιζητούμενα. Τάχα γὰρ ἂν ἐν τούτοις τὸ θαυμαστὸν εὕροιμεν τῆς προνοίας καὶ τῆς δυνάμεως, παρ' οὗ ὑπέστη τὸ πᾶν τόδε. Ὅσα μὲν οὖν ἔργα ψυχῶν, ἃ δὴ ἐν αὐταῖς ἵσταται ταῖς ἐργαζομέναις τὰ χείρω, οἷον ὅσα κακαὶ ψυχαὶ ἄλλας ἔβλαψαν, καὶ ὅσα ἀλλήλας αἱ κακαί· εἰ μὴ καὶ τοῦ κακὰς ὅλως αὐτὰς εἶναι τὸ προνοοῦν αἰτιῷτο, ἀπαιτεῖν λόγον οὐδὲ εὐθύνας προσήκει, αἰτίαν D ἑλομένῃ διδόντας. Εἴρηται γὰρ ὅτι ἔδει καὶ ψυχὰς κινήσεις οἰκείας ἔχειν· καὶ ὅτι οὐ ψυχαὶ μόνον, ἀλλὰ ζῶα ἤδη· καὶ δὴ καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν οὔσας ὅ εἰσιν, ἀκόλουθον βίον ἔχειν· οὐδὲ γὰρ ὅτι κόσμος ἦν ἐληλύθασιν, ἀλλὰ πρὸ κόσμου τὸ κόσμου εἶναι εἶχον, καὶ ἐπιμελεῖσθαι καὶ ὑφιστάναι, καὶ διοικεῖν, καὶ ποιεῖν ὅς τις τρόπος εἴτε ἐφεστῶσαι καὶ διδοῦσαί τι παρ' αὐτῶν, εἴτε κατιοῦσαι· εἴτε αἱ μὲν οὕτως, αἱ δ' οὕτως. Οὐ γὰρ ἂν τὰ νῦν περὶ τούτων, ἀλλ' ὅτι E

2. τῷ ἐν νῷ] Cod. Vat. τοῦ ἐν ᾧ; in m. ut Ed.
3. κατέλαβε] Cod. Mon. A. μετέβαλε.
6. γὰρ ἂν] Abest ἂν a Codd. Darm. Med. A. et Vind. A.
7. εὕροιμεν] Codd. Marc. B. Med. A. (a pr. m. ἀνεύροιμεν) et Vind. A. ἂν εὕροιμεν. Scribitur ἀνεύροιμεν in Codd. Med. B. Par. A. Marc. A. Vat. Sequens τῆς abest a Mon. A.
10. κακὰς] Codd. Mon. A. et Vat. καλάς. Sed Vat. in m. ut Ed.
11. προνοοῦν] Codd. Marc. A. Mon. A. Vat. Vind. A. προνοεῖν. Sed Vat. in m. οῦν.
ib. αἰτίαν ἑλομένῃ] Codd. Darm. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Marc. A.B. Vind. A. αἰτία ἑλομένου. Marc. C. αἰτίαν ἑλομένους. Cod. Ciz. αἰτίαν ἑλομένου, et supra ου ab al. m. ῳ. Vat. αἰτία ἑλόμενος, in marg. ut Ed. quæ ἑλομένη habet, unde ἑλομένῃ feci, sc. ψυχῇ ex præcedentibus.
12. ὅτι ἔδει] Ed. ὅτε; sed ὅτι est in Codd. Darm. Med. A.B. Vat. Vind. A. Marc.
ib. οἰκείας] Cod. Ciz. ὁμοίας.
13. ἀλλὰ ζῶα] Cod. Vind. A. interponit καὶ, ibidem mox ἤθη, sed correctum in ἤδη.
ib. καὶ δὴ καὶ] Cod. Vat. εἰ δὴ καί.
16. ἐπιμελεῖσθαι] Codd. Darm. et Med. A. ἐπιλελῆσθαι, sed in utroque syllabæ λε superscriptum με. Marc. B. ἐπιμελῆσθαι.
ib. ὑφιστάναι] Cod. Ciz. ὑφεστάναι.
17. παρ' αὐτῶν] Cod. Darm. παρ' αὐτῶν Ed. παρ' αὐτῶν.
18. ἀλλ' ὅτι] Abest ἀλλ' a Cod. Par. A.

ab auctore factum putet, si hominem hunc, quamvis in carnibus, nervis, ossibus sit, tamen ratione complexus est, usque adeo, ut hæc quoque pulchra reddiderit, effeceritque, ut ratio super materiam se diffunderet. His itaque concessis, deinceps ad quæsita progrediendum. Forte enim in his admirandum providentiæ munus, mirabilemque potentiam mundi hujus artificem invenire poterimus. Profecto circa illas animarum actiones, quæ in ipsis animabus collocantur, quando agunt deteriora, velut quando iniquæ animæ alias lædunt: vel quando iniquæ iniquas, nisi forte quispiam providentiam pravitatis earum causam esse velit, non decet ab ipsa providentia rationem facti retractationemque exigere, quin potius causam referre in eligentem. Dictum namque est, animas quoque oportere proprias motiones habere. Item non animas solum nunc esse, sed jam animalia: præterea non esse mirandum, quando tales quædam sunt, vitam quoque talem habere congrue consequentem. Non enim ex eo, quod mundus erat, huc venerunt, sed ante mundum habuerunt, ut mundi quandoque forent, mundana curarent, sistendi causæ forent, gubernarent, efficerent, quocunque id modo facerent, sive præsidendo ex se nonnihil attribuentes, sive immergendo se dederent, sive aliæ quidem sic, aliæ vero aliter id efficerent. Non enim id agitur in præsentia, sed quomodocunque se res habeat, providentiam non esse

260 ὅπως ποτ' ἂν ᾖ, τήν γε πρόνοιαν ἐπὶ τούτοις οὐ μεμπτέον. Ἀλλ'
ὅταν πρὸς τοὺς ὑπεναντίους τὴν παράθεσιν τῶν κακῶν τις θεωρῇ,
πένητας ἀγαθοὺς, καὶ πονηροὺς πλουσίους, καὶ πλεονεκτοῦντας ἐν
οἷς ἔχειν δεῖ ἀνθρώπους ὄντας τοὺς χείρους, καὶ κρατοῦντας, καὶ ἑαυ-
τῶν καὶ τὰ ἔθνη, καὶ τὰς πόλεις. Ἆρ' οὖν ὅτι μὴ μέχρι γῆς φθά-
F νει; ἀλλὰ τῶν ἄλλων γιγνομένων λόγῳ μαρτύριον τοῦτο καὶ μέχρι
γῆς ἰέναι. Καὶ γὰρ ζῶα, καὶ φυτὰ καὶ λόγου καὶ ψυχῆς καὶ ζωῆς
261 μεταλαμβάνει· ἀλλὰ φθάνουσα οὐ κρατεῖ. Ἀλλὰ ζώου ἑνὸς ὄντος
τοῦ παντὸς, ὅμοιον ἂν γένοιτο, εἴ τις κεφαλὴν μὲν ἀνθρώπου καὶ
πρόσωπον ὑπὸ φύσεως καὶ λόγου γίγνεσθαι λέγοι κρατοῦντος, τὸ δὲ
λοιπὸν ἄλλαις ἀναθείη αἰτίαις, τύχαις, ἢ ἀνάγκαις, καὶ φαῦλα διὰ
τοῦτο, ἢ δι' ἀδυναμίαν φύσεως γεγονέναι· ἀλλ' οὐδὲ ὅσιον οὐδὲ
εὐσεβὲς ἐνδόντας τὸ μὴ καλῶς ταῦτα ἔχειν, καταμέμφεσθαι τῷ
ποιήματι.

B Λοιπὸν δὴ ζητεῖν, ὅπῃ καλῶς ταῦτα καὶ ὡς τάξεως μετέχει, ἢ
ὅπῃ μὴ, ἢ οὐ κακῶς. Παντὸς δὴ ζώου τὰ μὲν ἄνω, πρόσωπα καὶ
κεφαλὴ, καλλίω· τὰ δὲ μέσα καὶ κάτω, οὐκ ἴσα· ἄνθρωποι δὲ, ἐν
μέσῳ καὶ κάτω· ἄνω δὲ οὐρανὸς, καὶ οἱ ἐν αὐτῷ θεοί· καὶ τὸ πλεῖ-
στον τοῦ κόσμου, θεοὶ, καὶ οὐρανὸς πᾶς κύκλῳ· γῆ δὲ, οἷα κέντρον

1. *τήν γε*] Cod. Ciz. *τήν τε*.

2. *ὑπεναντίους*] Ita marg. Cod. Vat. In Ed. est *ὑπ' ἐναντίους*. Vocem *ὑπ'* omittunt Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A. Vat. (in contextu) Vind. A.

ib. *θεωρῇ*] Cod. Med. B. *θεωρεῖ*.

4. *καὶ ἑαυτῶν*] Edit. *ἐφ' ἑαυτῶν*, sed omnes Codd., præter Mon. A., cum marg. Ed. omittunt *ἐφ'*. Quos sequimur. Cæterum possis conjicere: *καὶ ἐφ' ἑαυτοὺς τὰς πόλεις ποιουμένους*, sed *ποιουμένους* etiam potest cogitari ad *ἑαυτῶν* ex Plotiniana brevitate.

5. *φθάνει;*] Interrogandi signum addidi ex Cod. Darm.

6. *λόγῳ*] Edit. *λόγων*: omnes tamen exceptis Codd. Mon. A. et Vind. A. *λόγῳ*. et ita Ficin. Sed Vat. habet *λόγων* in marg.

7. *καὶ ζωῆς*] Desunt hæc in Cod. Par. A.

10. *λέγοι*] Cod. Ciz. *λέγει*: et sic Marc. A. a pr. m.

11. *τύχαις*] Abest a Cod. Mon.

12. *οὐδὲ εὐσεβές*] Cod. Vat. cum Marc. *οὐδ' εὐσεβές*. Mox *τὸ* pro *τῷ* editionis, atque illud recepi.

15. *Λοιπόν δὴ*] Codd. Ciz. et Med. A. *δεῖ* pro *δή*.

ib. *ὅπως καλῶς*] Codd. omnes, exceptis Par. A. et Marc. C. *ὅπῃ*.

16. *οὐ κακῶς*] Codd. omnes et Ficin. *οὐ κακῶς*. Sed Vat. in m. *καλῶς*, et in Cod. Vind. A. ita per rasuram *κακῶς*. Edit. *οὐ καλῶς*. Ficinum sequitur etiam Taylor vertens: "*or rather to shew that they are* not badly *disposed*."

ib. *Παντὸς δὴ*] Cod. Ciz. *παντὸς δέ*.

18. *θεοί*] Cod. Vat. *θεός*.

culpandam. At quando quis consideret malorum comparationem ad contrarios, videlicet bonos quidem esse pauperes, malos autem divites, ac plerumque deteriores plus admodum in his possidere, quæ humanæ naturæ necessaria sunt. Item dominari, et civitates gentesque occupare, quidnam dicet? An forte providentiam usque ad terras minime pervenire? Veruntamen, cum cætera ratione fiant omnia, testimonio id ipsum est ad terram usque descendere: etenim animalia et plantæ rationem et animam vitamque participant: forsan huc usque pervenit quidem, sed non dominatur. Verum cum universum hoc unum animal sit, perinde id se haberet, ac si quis dicat, caput quidem faciemque hominis a natura fieri, ratione videlicet seminaria superante: reliquum vero aliis quibusdam attribuat causis sive fortuitis, sive etiam necessariis, ideoque esse deteriora: vel etiam ob naturæ imbecillitatem talia provenire. At vero neque sanctum est, neque pium concedere, hæc non pulchre disponi, unde opificium simul atque opificem criminari cogaris.

VIII. *Respondet dubitationibus.*

Reliquum est, ut quæramus, quomodo hæc recte se habeant, ordinemque teneant, vel si quo pacto nequaquam, vel potius haud male. Omnis autem animalis suprema quidem, scilicet caput, et facies, pulchriora sunt, media vero et infima minus. Homines autem in medio inferiorique

καὶ πρὸς ἕν τι τῶν ἄστρων. Θαυμάζεται δὲ ἐν ἀνθρώποις ἀδικία, 261 C
ὅτι ἄνθρωπον ἀξιοῦσιν ἐν τῷ παντὶ τὸ τίμιον εἶναι, ὡς οὐδενὸς ὄντος
σοφωτέρου. τὸ δὲ κεῖται ἄνθρωπος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ θηρίων, καὶ
ῥέπει ἐπ' ἄμφω, καὶ ὁμοιοῦνται οἱ μὲν τῷ ἑτέρῳ, οἱ δὲ τῷ ἑτέρῳ, οἱ
δὲ μεταξύ εἰσιν οἱ πολλοί. Οἱ δὴ κακυνθέντες εἰς τὸ ἐγγὺς ζώων
ἀλόγων καὶ θηρίων ἰέναι, ἕλκουσι τοὺς μέσους, καὶ βιάζονται· οἱ δὲ
βελτίους μέν εἰσι τῶν βιαζομένων, κρατοῦνται γε μὴν ὑπὸ τῶν χει- D
ρόνων, ᾗ εἰσι χείρους καὶ αὐτοὶ, καὶ οὐκ εἰσὶν ἀγαθοὶ, οὐδὲ παρε-
σκεύασαν αὑτοὺς μὴ παθεῖν. Εἰ οὖν παῖδες ἀσκήσαντες μὲν τὰ
σώματα, τὰς δὲ ψυχὰς ὑπ' ἀπαιδευσίας τούτων χείρους γιγνόμενοι
ἐν πάλῃ κρατοῖεν τῶν μήτε τὰ σώματα, μήτε τὰς ψυχὰς πεπαιδευ-
μένων, καὶ τὰ σιτία αὐτῶν ἁρπάζοιεν, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτῶν τὰ ἁβρὰ
λαμβάνοιεν, τί ἂν τὸ πρᾶγμα ἢ γέλως εἴη; ἢ πῶς οὐκ ὀρθὸν καὶ τὸν E
νομοθέτην συγχωρεῖν, ταῦτα μὲν πάσχειν ἐκείνους δίκην ἀργίας καὶ
τρυφῆς διδόντας, εἰ ἀποδεδειγμένων γυμνασίων αὐτοῖς, οἱ δ' ὑπ' ἀρ-
γίας καὶ τοῦ ζῆν μαλακῶς καὶ ἀνειμένως περιεῖδον ἑαυτοὺς ἄρνας
καταπιανθέντας, λύκων ἁρπαγὰς εἶναι. Τοῖς δὲ ταῦτα ποιοῦσι,

1. πρὸς] Cod. Med. B. πρὸς et supra lin. cum Marc. B. ὡς et ita videtur legisse Ficin.
ib. δὲ ἐν] Abest δὲ a Codd. Ciz. Mon. A. Vat.
4. ῥέπει] Cod. Vat. ῥέποι, in m. ει.
8. ᾗ εἰσι] Cod. Mon. A. οἱ εἰσὶ, Codd. Marc. B. Med. A. ᾗ (ex corr.) εἰσι, ut marg. Ed. et Fic., Cod. Vat. ἢ εἰσι.
ib. παρεσκεύασαν] Ita, præter Codd. Darm. et Mon. A., Codd. omnes; sed Ed. παρασκευᾶσαν.
9. Εἰ οὖν] Cod. Mon. A. οἱ οὖν.
ib. μὲν τὰ] Abest μὲν a Codd. Ciz. Mon. A. Vat.
10. τούτων] Omnes, exceptis Codd. Darm. Marc. B. et Vind. A., τούτου. Sed Vat. in m. ων, et Med. A. τούτου nonnisi in marg. habet.
ib. γιγνόμενοι] Cod. Darm. γενόμενοι cum Marce.
11. ψυχὰς] Cod. Par. A. ἀρχάς.
12. αὐτῶν τὰ ἁβρὰ] Cod. Vind. A. τὰ ἁβρὰ αὐτῶν. Proxime Ficin. legisse videtur: τί ἂν ἢ τραχὺ ἢ γελοῖον εἴη. Vertit enim: "quidnam *vel durum vel ridiculum* videri debet?"
13. καὶ τὸν] Abest καὶ a Cod. Ciz.
14. ἐκείνους] Edit. ἐκεῖνον, sed Codd. omnes ἐκείνους, cum marg. Ed.
15. εἰ ἀποδεδειγμένοι] Cod. Marc. A.C. Med. A. εἰ pro οἱ ex corr. Cod. Par. A. οἵ. Tum omnes ἀποδεδειγμένων, et ita scripsi.
ib. οἱ δ' ὑπ'] Cod. Vat. οὐ δ' ὑπ'. Sed in marg. οἵ.
17. καταπιανθέντας] Cod. Ciz. καταπιασθέντας.
ib. λύκων ἅρπαγας] Edit. κύκλῳ, sed Codd. omnes, ut marg. Ed., λύκων. Vat. λύκων ἁρπαγὰς (ex corr., eraso videlicet accentu in syll. antepenult.). Quod recepimus.

sunt. At in sublimi cælum, Diique cælestes et mundi plurimum Dii tenent, omneque in circuitu cælum: terra vero quasi centrum, et velut una quædam ex stellarum numero. Mirantur profecto plerique hominem injuste vivere: propterea quod hominem in universo existimant apprime venerandum, quasi nihil omnino sit sapientius. Sed re vera homo Deorum brutorumque est medius, et ad utraque vergit: itaque alii quidem Diis, alii vero brutis similiores evadunt: plurimi autem inter hæc obtinent medium. Qui ergo depravati brutis qualitate propinquant, rapiunt medios, vimque illis inferunt: hi vero cogentibus sunt meliores: ab ipsis tamen deterioribus superantur, quatenus ipsi quoque deteriores sunt, neque sunt boni, neque se ita comparaverunt, ut pati non possent. Si ergo pueri quidam exercitaverint quidem corpora, animas autem ob imperitiam deteriores his habeant: ideoque in palæstra vincant eos, qui neque corporibus neque animis exercitati fuerint, rapiant eorum cibos, mollibusque vestibus eos exspolient: quidnam aliud quam ridiculum negotium sit? Cur enim non rectum sit, ut ipse quoque legum conditor talia illos pati permittat, meritas pœnas ignavæ deliciosæque vitæ luentes? Quippe cum gymnasia illis demonstrata jam fuerint, ipsi vero per ignaviam et mollitiem et incuriam adeo suum neglexerint cultum, ut se ipsos reddiderint velut pingues agnos prædamque luporum. His ergo, qui ejusmodi scelera perpetrarunt, prima imminet pœna, ut lupi sint, et homines infelices: deinde præscriptum

261
F πρώτη μὲν δίκη τὸ λύκοις εἶναι, καὶ κακοδαίμοσιν ἀνθρώποις· εἶτα αὐτοῖς καὶ κεῖται ἃ παθεῖν χρεὼν τοὺς τοιούτους. Οὐ δὲ γάρ ἐστιν ἐνταῦθα τοιούτοις κακοῖς γενομένοις ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τοῖς ἀεὶ προτέροις ἕπεται, ὅσα κατὰ λόγον καὶ φύσιν, χείρω τοῖς χείροσι, τοῖς δὲ ἀμείνοσι τὰ ἀμείνω, ἀλλ' οὐ τὰ τοιαῦτα παλαῖστραι· παιδιὰ γὰρ ἐκεῖ. Ἔδει γὰρ μειζόνων τῶν παίδων μετὰ ἀνοίας ἀμφοτέρων γιγνο-
G μένων, ἀμφοτέρους μὲν ζώννυσθαι ἤδη καὶ ὅπλα ἔχειν· καὶ ἤθεα καλλίω, ἢ κατὰ πάλας γυμνάζοντι. Νῦν δὲ οἱ μὲν ἄοπλοι, οἱ δὲ ὁπλισθέντες κρατοῦσιν, ἔνθα οὐ θεὸν ἔδει ὑπὲρ τῶν ἀπολέμων αὐτὸν μάχεσθαι. Σώζεσθαι γὰρ ἐκ πολέμων φησὶ δεῖν ὁ νόμος ἀνδριζομέ-
262 νους, ἀλλ' οὐκ εὐχομένους. Οὐδὲ γὰρ κομίζεσθαι καρποὺς εὐχομένους, ἀλλὰ γῆς ἐπιμελουμένους, οὐδέ γε ὑγιαίνειν μὴ ὑγείας ἐπιμελουμένους, οὐδ' ἀγανακτεῖν δὲ, εἰ τοῖς φαύλοις πλείους γίγνοιντο καρποὶ, ἢ ὅλως αὐτοῖς γεωργοῦσιν εἴη ἄμεινον. Ἔπειτα γελοῖον, τὰ μὲν ἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὸν βίον γνώμῃ τῇ ἑαυτῶν πράττειν, κἂν μὴ ταύτῃ πράττωσιν ᾗ θεοῖς φίλα, σώζεσθαι δὲ μόνον ζητεῖν παρὰ

1. πρώτη] Ed. πρώτως, sed Cod. Ciz. πρώτην; reliqui omnes πρώτη; sed Vat. in m. ως.
ib. καὶ κακοδαίμοσιν] Cod. Ciz. μή. Sed καὶ ab al. m. supra lin.
ib. εἶτα αὐτοῖς καὶ κεῖται ἃ παθεῖν] Cod. Vat. εἶτα καὶ κεῖται αὐτοῖς ἀπαθεῖν, in m. ἃ παθεῖν. Cod. Med. A. καὶ ἃ παθεῖν.
2. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐνταῦθα τοιούτοις κακοῖς] Cod. Ciz. omittit δὲ et τοιούτοις. Reliqui, (præter Cod. Vind., qui tantummodo omittit δέ) omisso δὲ cum marg. Ed. faciunt; ubi est: οὐδὲ γὰρ ἔστη ἐνταῦθα κακοῖς γενομ. nisi quod Vat. in m. additum habet δέ. Ego in ejusmodi loco nil tentaverim
5. τὰ τοιαῦτα παλαίστραι] Codd. Ciz. Darm. Vat. Par. A. Marc. B. παλαίστρα τὰ τοιαῦτα. Med. B. Marc. C.A. et Vind. A. παλαίστραι τὰ τοιαῦτα.
ib. παιδιὰ] Ita Codd. Ciz. Par. A. Vat. Reliqui cum Edit. παιδία.
7. ἤδη καὶ] ἤδη deletum est in Cod. Par. A.
ib. ἤθεα καλλίω] Edit. ἡ θεὰ καλλίους. Cod. Vat. ἤθεα καλλίων. Ciz. Darm. ἡ θεὰ καλλίω. Scribitur καλλίων etiam in Codd. Marc. C. Mon. A. Par. A. Vind. A. et καλλίω in Codd. Marc. B. Med. A.B.
8. πάλας] Cod. Vind. A. παλαίστρας.
ib. δὲ οἱ] Cod. Vat. cum Marcc. δ' οἱ. Theodoret. ed. Schulz.: Νῦν δὲ, οἱ μὲν, ἄοπλοι· οἱ δὲ, ὁπλισθέντες κρατοῦσιν. Et in versione: "Nunc vero alii quidem inermes, alii armati rerum potiuntur."
9. θεὸν] Cod. Par. A. θεῶν.
ib. αὐτὸν] Codd. Vat. et Par. A. αὐτῶν. Sic etiam in libr. Theod. sed in contextu αὐτόν.
10. δεῖν] Cod. Vat. δεῖ. Theod. in context. ἄνδρας; sed in MSS. aliquot ἀνδριζομένους.
11. Οὐδὲ γὰρ] Abest δὲ a Codd. Ciz. Mon. A. Vat.
12. ὑγείας] Cod. Darm. ὑγίαι μὴ ὑγιείας et Sylb. edit. Theodoreti Schulz.: μηδὲ ὑγιείας. Idem: μηδ' ἀγανακτεῖν δέ.
13. γίγνοιντο] Cod. Vat. γίγνοντο. Tum Par. A. καρπούς. Sylb. γένοιντο. Et οἱ καρποὶ Theodoreti omnes libri.
14. ἢ ὅλως] Codd. Darm. Marc. B. et Med. A. (ex corr.) εἰ ὅλως. Theod. ἢ ἄμεινον.
15. τὰ κατὰ] Abest τὰ a Codd. Vat. et Ciz. Sed Vat. habet in marg. In eodem omissum τὸν in marg. additum est.
16. ταύτῃ] Cod. Vat. ταῦτα, in m. ῃ.
ib. πράττωσιν] Cod. Vind. A. supra ω habet ου.
ib. ᾗ θεοῖς] Cod. Par. A. ἢ, Vat. οἷς, pro ᾗ; sed hoc in marg. Theod. in context. ᾗ. Abest autem ibid. ab aliquot libris. Mox φίλια ibid. ed. Sylb. De formula Platonica ὅπῃ θεοῖς φίλον vid. Ast. ad Platonis Phædr. cap. XXV. p. 295.
ib. δὲ μόνον—σώζεσθαι] Desunt hæc in Cod. Med. B.
ib. μόνον] Cod. Ciz. μόνων, sed correxit al. m. ον.
ib. ζητεῖν] Abest a Codd. Darm. Marc. A.C. Mon. A. Par. A. Vat. Vind. A. et Theodoreto. Sed Vat. habet in marg. et expressit Ficin.

est, quæ tales pati conveniat. Neque enim datur hic factos jam malos mori, sed ad priora semper sequuntur, quæcunque secundum rationem sunt atque naturam. Deteriora scilicet sequuntur deteriores, meliora vero similiter meliores. Nec talia quædam palæstra sunt. Ludus namque habetur ibi. Oportuit enim postquam adoleverint pueri, et utrique cum inscitia utrosque jam accingi, armaque habere, moresque præstantiores quam esse soleant in palæstra luctantium: nunc autem hi quidem inermes sunt, armati autem superant: ubi profecto non oportet Deum ipsum pro his, qui sunt imbelles pugnare. Lex enim ait, Salutem non votis, sed fortitudine in bello quærendam. Neque decet eos, qui vovent, sed eos, qui colunt terram, colligere fructus, neque sanos esse eos, qui curam valetudinis negligunt; neque graviter ferendum est, si mali quidam fructus plures accumulent, si modo in agricultura valuerint. Præterea ridiculum est, cætera quidem ad vitam pertinentia omnia propria sententia facere, quamvis non ita, ut placet Diis, efficiant: salutem vero solam a Diis exigere, præsertim cum neque illa fecerint, per quæ Dii ho-

262

θεῶν, οὐδὲ ταῦτα ποιήσαντας, δι᾽ ὧν κελεύουσιν αὐτοὺς οἱ θεοὶ σώζεσθαι. Καὶ τοίνυν οἱ θάνατοι αὐτοῖς βελτίους, ἢ τὸ οὕτω ζῶντας B εἶναι, ὅπως ζῆν αὐτοὺς οὐκ ἐθέλουσιν οἱ ἐν τῷ παντὶ νόμοι· ὥστε τῶν ἐναντίων γιγνομένων, εἰρήνης ἐν ἀνοίαις καὶ κακίαις πάσαις φυλαττομένης, ἀμελῶς ἂν ἔσχε τὰ τῆς προνοίας, ἐώσης κρατεῖν ὄντως τὰ χείρω. Ἄρχουσι δὲ κακοὶ ἀρχομένων ἀνανδρίᾳ· τοῦτο γὰρ δίκαιον, οὐκ ἐκεῖνο. C

Οὐ γὰρ δὴ οὕτω τὴν πρόνοιαν εἶναι δεῖ, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς εἶναι· πάντα δὲ οὔσης προνοίας, καὶ μόνης αὐτῆς οὐδ᾽ ἂν εἴη. Τίνος γὰρ ἂν ἔτι εἴη; ἀλλὰ μόνον ἂν εἴη τὸ θεῖον. Τοῦτο δὲ καὶ νῦν ἐστι, καὶ πρὸς ἄλλο δὲ ἐλήλυθεν, οὐχ ἵνα ἀνέλῃ τὸ ἄλλο, ἀλλ᾽ ἐπιόν τῳ, οἷον ἀνθρώπῳ, ἦν ἐπ᾽ αὐτῷ, τηροῦσα τὸν ἄνθρωπον ὄντα τοῦτο δέ ἐστι, D νόμῳ προνοίας ζῶντα· ὃ δή ἐστι, πράττοντα ὅσα ὁ νόμος αὐτῆς λέγει. Λέγει δὲ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς γενομένοις, ἀγαθὸν βίον ἔσεσθαι, κἀκεῖθεν καὶ εἰσύστερον, τοῖς δὲ κακοῖς, τὰ ἐναντία· κακοὺς δὲ γενομένους, ἀξιοῦν ἄλλους αὐτῶν σωτῆρας εἶναι ἑαυτοὺς προεμένους, οὐ

1. *αὐτοὺς*] Codd. Darm. et Med. A. *αὐτοῖς*. Sed Med. A. supra lin. ab al. m. *ούς*. Theod. *τούτους*. Idem in ed. Sylb. et Schulz. *καίτοι ὁ θάνατος—βελτίων* sed edit. prior *οἱ θάνατοι—βελτίους*.

2. *οὕτω*] Codd. Med. A.B. Marc. B. *οὕτως*.

3. *ὅπως*] Cod. Ciz. *ὅπερ*.

ib. *αὐτοὺς*] Cod. Vind. A. *αὐτοῖς*.

ib. *ἐθέλουσιν*] Cod. Par. A. *ἐθέλωσιν*.

4. *ἀνοίαις*] Edit. *ἀνίαις* Codd. omnes, ut marg. Ed., *ἀνοίαις*. Theod. Schulz. *ἀγνοίαις*. Marc. B. in m. ut Ed.

ib. *καὶ κακίαις πάσαις*] Codd. Med. A. et Par. A. Marc. B. *πάσαις καὶ κακίαις*. Vat. *πάσης*, in m. *αις*. Theodoret. proxime: *ἀτόπως ἂν ἔσχε τὰ τῆς προνοίας*. Unde *τῆς* recepi.

5. *ὄντως*] Cod. Ciz. *οὕτω* et ita Theodoret. nec absurdum est.

6. *κακοὶ*] Cod. Mon. A. *κακεῖ*.

ib. *ἀνανδρίᾳ*] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. *ἐν ἀνδρίᾳ*. Vat. in m. *ἀνανδρεία* ut edit. habet. Darm. Par. A. Med. A. Vind. A. *ἀνανδρίᾳ*. Theod. *ἀνανδρία*. Vid. supra ad pag. 57. F. Mox Theodoret: *και οὐκ ἐκεῖνο*.

8. *δὴ οὕτω*] Codd. Med. A.B. *δὴ οὕτως*. Mox *δεῖ* abest a Cod. Theod. uno alius *δεῖν*.

9. *οὐδ᾽ ἂν*] Cod. Med. A. ex corr. *οὐδὲν ἄν*. Non opus, et Theod. vulgatum tuetur et ita Ficinus.

11. *ἐπιόντῳ, οἷον*] Codd. Darm. et Med. A. (ex corr.) *ἐπιόν τῳ οἷον* et ita Ficin. Edit. *ἐπιόντι*.

12. *τοῦτο δὲ—πράττοντα*] Cod. Med. A. omittit hæc omnia.

13. *ὃ δὴ*] Codd. Ciz. et Vat. *ἃ δή*. Sed Vat. in m. ut Ed.

ib. *αὐτῆς*] Codd. Med. B. Vat. Marc. C. Vind. A. *αὐτῆς*. Sed Vat. in m. *οἷς* ut Editio. Ficinus legisse videtur *αὐτῷ*. Pro seq. *λέγει* Codd. Mon. A. Marc. A. *λέγῃ*.

15. *εἰσύστερον*] Codd. Ciz. Par. A. Vat. Marc. A., *εἰς ὕστερον*. Codd. Darm. Marc. B. Med. A. *ἐσύστερον*. Theodoret.: *κἀκεῖθεν εἰσύστερον* quod recepi, servato tamen secundo *καὶ*, et ita Fic. quoque videtur legisse. Edit. et reliqui libri *καὶ κεῖσθαι καὶ εἰσύστερον*.

16. *ἀξιοῦν—προεμένους*] Desunt hæc in Cod. Med. B. In eodem mox est *ἀφέντα* pro *ἀφέντας*. Theodoret. ed. Schulz. in context. *προϊεμένους* in cod. ut ad. Plotin. et hoc recte habet ex consecutione temporum præcedit enim *γενομένους*. Mox unus lib. Theod. *θεμιτήν*, vitiose.

mines servari jubent: quin etiam mors illis est melior, quam ejusmodi vita, qualem ipsæ universi leges agere nolunt. Contrariis itaque factis, si perseverante stultitia pravitateque pax divinitus custodiatur, negligentiæ accusari poterit providentia, quasi permittat superare deteriora. Dominantur vero mali ignavia subditorum: hoc enim justius est quam illud.

IX. *Præter actionem Dei cætera etiam agunt, præsertim homines, qui interim omnibus modis a providentia provocantur ad Deum.*

Non oportet autem ita providentiam esse, ut nos omnino nihil simus, alioquin si providentia ipsa sit omnia, ipsaque sola, non erit amplius providentia. Cujus enim ulterius providentia foret? profecto sola divinitas esset. Nunc vero divinitas quidem est, seque confert ad aliud, non tamen ut ipsum aliud auferat: sed accedens exempli gratia ad hominem, servat in eo, quod est esse hominem. Id autem est servare providentiæ lege viventem: quod quidem est agentem quæcunque lex (ei) ejus præscribit. Præscribit autem homines, qui boni facti sint, manere deinceps vitam bonam etiam post obitum constitutam, malos autem contrariam. Nefas autem est existimare eos, qui evasêre mali, servatoribus aliis custodiri, dum ipsi desides votis duntaxat confi-

262 θεμιτὸν εὐχὴν ποιουμένων. Οὐ τοίνυν οὐδὲ θεοὺς αὐτῶν ἄρχειν τὰ
E καθέκαστα, ἀφέντας τὸν ἑαυτῶν βίον, οὐδέ τε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγα-
θοὺς ἄλλον βίον ζῶντας, τὸν ἀρχῆς ἀνθρωπίνης ἀμείνω, τούτους αὐ-
τῶν ἄρχοντας εἶναι· ἐπεὶ οὐδ᾽ αὐτοὶ ἐπεμελήθησάν ποτε ὅπως ἄρ-
χοντες ἀγαθοὶ γένοιντο τῶν ἄλλων, ὅπως αὐτοῖς εἶεν ἐπιμελούμενοι·
ἀλλὰ φθονοῦσιν, ἐάν τις ἀγαθὸς παρ᾽ αὐτοῦ φύηται· ἐπεὶ πλείους
F ἂν ἐγένοντο ἀγαθοὶ, εἰ τούτους ἐποιοῦντο προστάτας. Γενόμενον
τοίνυν ζῶον οὐκ ἄριστον, ἀλλὰ μέσην τάξιν ἔχον καὶ ἑλόμενον, ὅμως
ἐν ᾧ κεῖται τόπῳ, ὑπὸ προνοίας οὐκ ἐώμενον ἀπολέσθαι, ἀλλὰ ἀνα-
φερόμενον ἀεὶ πρὸς τὰ ἄνω παντοίαις μηχαναῖς, αἷς τὸ θεῖον χρῆται,
ἐπικρατεστέραν ἀρετὴν ποιοῦν, οὐκ ἀπώλεσε τὸ λογικὸν εἶναι τὸ ἀν-
G θρώπινον γένος, ἀλλὰ μετέχον εἰ καὶ μὴ ἄκρως ἐστὶ καὶ σοφίας, καὶ
νοῦ, καὶ τέχνης, καὶ δικαιοσύνης, τῆς γοῦν πρὸς ἀλλήλους ἕκαστοι·
καὶ οὓς ἀδικοῦσι δὲ, οἴονται δικαίως ταῦτα ποιεῖν, εἶναι γὰρ ἀξίους.
Οὕτω καλόν ἐστιν ἄνθρωπος ποίημα, ὅσον δύναται καλὸν εἶναι καὶ
συνυφανθὲν εἰς τὸ πᾶν, μοῖραν ἔχει τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα ἐπὶ γῆς
263 βελτίονα· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα ἐλάττω ζῶα αὐτοῦ κόσμον πη

2. ἑαυτῶν] Ita scripsi, pro ἑαυτὸν, ex Codd. Ciz. Par. A. Vat. Vind. A.
ib. οὐδέ τε] Codd. omnes οὐδέ γε, sed Mon. A. ex corr.
4. ἄρχοντες] Ita omnes, præter Codd. Darm. et Vind. A.; sed Ed. ἄρχοντας.
5. αὐτοῖς εἶεν] Codd. Mon. A. et Vat. οἱ, Ciz. εἶεν. Recte, unde recepi et ita Fic. Edit. ἤ.
6. φθονοῦσιν] Cod. Darm. φθίνουσιν. Vind. A. φρονοῦσιν.
ib. αὐτοῦ] Codd. Ciz. Mon. A. Vind. A. Marc. A. αὐτοῦ. Med. A.B. Marc. B. αὐτοῦ. Vat. et Marc. C. αὐτοῖς ut Edit. Nos cum Fic. recepimus αὐτοῦ.
ib. πλείους] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. καὶ πλείους. Non male.
7. Γενόμενον] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A. Vat. γενόμενοι. Margo ed. γεννόμενον voluit γεννώμενον.
10. παντοίαις] Cod. Ciz. ἀεὶ παντοίαις.
12. εἰ καὶ μὴ ἄκρως] Desunt hæc in Cod. Par. A.
13. γοῦν] Abest a Cod. Med. B.
ib. ἕκαστοι] Cod. Vat. ἕκαστα, in m. οι. Ad ἕκαστοι cogitandum videtur μετέχουσι ex præcedente μετέχον.
14. ἀξίους] Edit. ἀξία, sed Cod. Ciz. ἀξίοις, ut marg. Ed. Reliqui omnes ἀξίους, ut legit Fic.
16. συνυφανθὲν] Cod. Ciz. συνυμφανθέν. Darm. Med. B. et marg. Vat. ut marg. Ed. συναφθέν. Med. A. συνυφαφθέν. Marc. B. συνϋαφθὲν (sic.) Vat. συνεφανθέν. Verbo συνυφαίνειν et συνυφαίνεσθαι sæpius utitur Noster ut IV. 3. 15. IV. 3. 16. IV. 4. 39.
17. ὅσα ἐλάττω] Edit. ὅσα ἐστὶν ἐλ. sed ἐστὶν non agnoscunt Theodoret. Codd. Ciz. Mon. A. Med. A.B. Marcc. Par. A. et Vat. sed hic in marg. habet.
ib. κόσμον πη] Theodoret. Schulz. κόσμον πῆ, Sylb. κόσμόν πη. Edit. et Codd. nostri κόσμον γῆ Fic. expressit γῆ: *terræ*.

dunt: quam ob rem neque fas est, Deos vita propria intermissa malis negocia singula dispensare: neque etiam decet probos viros aliam agentes vitam, humano principio meliorem, deterioribus gubernandis incumbere: quandoquidem neque hi aliquando curaverunt qua via boni aliorum principes fierent, meditantes qua ratione ipsis id adsit, sed invident etiam, si quis sponte bonus exoriatur: quoniam plures facti jam essent boni, si hos præsides statuissent. Humanum itaque genus factum animal quidem, non tamen rerum omnium præstantissimum, sed medium obtinens eligensque ordinem, simul tamen, quo in loco positum est, providentiæ beneficio perdi nequaquam dimittitur, sed ad superna revocatur assidue, omnibus ubique machinis quibus divinitas utitur, virtutem continue reddens potentia prævalentem: quo quidem factum est, ut genus humanum rationalem nunquam amiserit facultatem: imo particeps et si non summopere sapientiæ sit, mentisque et artis atque justitiæ, quam singuli inter se exercent, atque ubi injuria nonnullos afficiunt, se juste id agere opinantur: esse namque eos judicant dignos, qui ab ipsis afficiantur injuria. Homo profecto tam pulchrum opificium est, quam pulchrum esse potest, atque ita in mundo constitutus est, ut sortem habeat potiorem quam cætera quæ in terra sunt animalia: quandoquidem animalia etiam inferiora homine quopiam afferentia ornamentum prudens nemo vituperat. Ridiculum namque foret, si quis animalium naturæ detraheret, quod hominem mor-

263

φέροντα, μέμφεται οὐδεὶς νοῦν ἔχων. γελοῖον γὰρ, εἴτις μέμφοιτο, ὅτι τοὺς ἀνθρώπους δάκνοι, ὡς δέον αὐτοὺς ζῆν κοιμωμένους. Ἀνάγκη δὲ καὶ ταῦτα εἶναι· καὶ αἱ μὲν πρόδηλοι παρ' αὐτῶν ὠφέλειαι· τὰς δὲ, οὐ φανερὰς, ἀνεῦρε πολλὰς ὁ χρόνος, ὥστε μηδὲν αὐτοῖς μάτην μηδὲ ἀνθρώποις εἶναι. Γελοῖον δὲ καὶ ὅτι ἄγρια πολλὰ αὐτῶν B μέμφεσθαι, γιγνομένων καὶ ἀνθρώπων ἀγρίων· εἰ δὲ μὴ πεπίστευκεν ἀνθρώποις, ἀλλὰ ἀπιστοῦντα ἀμύνεται, τί θαυμαστόν ἐστιν;

Ἀλλ' εἰ ἄνθρωποι ἄκοντες εἰσὶ κακοὶ καὶ τοιοῦτοι οὐχ ἑκόντες, οὔτ' ἄν τις τοὺς ἀδικοῦντας αἰτιάσαιτο, οὔτε τοὺς πάσχοντας, ὡς δι' αὐτοὺς ταῦτα πάσχοντας. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἀνάγκη οὕτω κακοὺς γίγνεσθαι, C εἴτε ὑπὸ τῆς φορᾶς, εἴτε τῆς ἀρχῆς διδούσης τὸ ἀκόλουθον ἐντεῦθεν, φυσικῶς οὕτως· εἰ δὲ δὴ καὶ ὁ λόγος αὐτός ἐστιν ὁ ποιῶν, πῶς οὐκ ἄδικα οὕτως; ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκοντες, ὅτι ἁμαρτία ἀκούσιον· τοῦτο δὲ οὐκ ἀναιρεῖ τὸ αὐτοὺς τοὺς πράττοντας παρ' αὐτῶν εἶναι· ἀλλ' ὅτι αὐτοὶ ποιοῦσι, διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ ἁμαρτάνουσιν· ἢ οὐδ' ἂν ὅλως ἥμαρτον, μὴ αὐτοὶ οἱ ποιοῦντες ὄντες. Τὸ δὲ τῆς ἀνάγκης, D οὐκ ἔξωθεν· ἀλλ' ὅτι πάντως. Τὸ δὲ τῆς φορᾶς, οὐχ ὥστε μηδὲν

2. δάκνοι] Codd. omnes cum Fic. et marg. Ed. δάκνοι. Sed Vat. nonnisi in marg.; in contextu est δάκνει. Theodoret. δάκνοι. Edit. Plot. δεικνύοι. Mox unus liber Theodoreti: οὐ δέον.

3. ὠφέλειαι] Cod. Par. A. ὠφελίαι cum Marc. A.

4. φανερὰς] Theod. et Codd. omnes φανερὰς, exceptis Mon. A. et Vind. A., qui cum Ed. perperam exhibent φανερᾶς. Libri aliquot Theod. φαιδράς.

ib. ὁ χρόνος] Articulum omittunt, præter Darm. et Vind. A., omnes. Sed Vat. eum habet in marg.

ib. ὥστε μηδὲν] Codd., exceptis Darm. et Par. A., omnes et Theod. ὥστε μηδέν. Suspiceris: ὥστε μηδὲν μήτε αὐτοῖς μάτην, μήτε ἀνθρώποις εἶναι. Edit. ὥστε μηδέ.

5. ἄγρια] Cod. Vat. ἄγρεια et mox ἀγρείων; in m. ut Ed. Unus liber Theod. γελοῖον δὲ τὸ καὶ ὡς ἀγρ. non male.

6. εἰ δὲ μὴ] Codd., præter Par. A. et Vat., omnes εἰ δὲ μή. Edit. εἰ μή.

8. εἰ ἄνθρωποι] Cod. Vat. ἄνοια, vitio ex scribendi compendio orto: in marg. ut Ed.

ib. καὶ τοιοῦτοι] Codd. Mon. A. et Vat. καὶ οὐ τοιοῦτοι. Sed Vat. in marg. obelum habet.

9. αἰτιάσαιτο] Ita, pro αἰτιάσατο, scripsi ex Codd., præter Ciz. et Par. A., omnibus.

ib. δι' αὐτοὺς] Ita Codd. Marc. A.C. Med. A.B. Vat. Vind. A. Sed Marc. B. δι' αὐτούς. Reliqui cum Ed. δ' αὐτούς.

11. φορᾶς] Cod. Med. B. φθορᾶς. Marc. A. ἀπὸ pro ὑπό.

ib. εἴτε τῆς] Cod. Vat. εἴτε ὑπὸ τῆς.

14. αὐτοὺς τοὺς] Abest τοὺς a Cod. Med. B.

ib. παρ' αὐτῶν] Codd. Ciz. Marc. A.B. παρ' αὐτῶν.

ib. εἶναι] Codd. ad unum omnes, ut marg. Ed., εἶναι. Edit. ἰέναι.

16. αὐτοὶ οἱ] Ed. αὐτὸ οἱ. Sed ita, ut nos scripsimus, Codd. omnes, excepto Cod. Vind. A. In Cod Vat. οἱ omissum in marg. additum est.

deant, quasi deceat homines secura prorsus ignavia vivere. Necessarium est autem, hæc etiam esse, atque utilitates, quæ ab illis provenire possunt, partim per se evidentissimæ sunt, partim vero, si minus manifestæ sunt, temporis longitudo demonstrat, adeo ut nihil in eis vel quoad se, vel etiam quoad homines, frustra sit. Risu vero dignum est, si quis propterea improbet, quod pleraque animalium agrestia sunt: quippe quum homines etiam sint agrestes. Quod si multa non parent homini, sed diffidentia reluctantur, nihil mirum videri debet.

X. *Quamvis habitus mali non sint voluntarii, actiones tamen voluntariæ sunt.*

At vero si homines inviti sunt mali, talesque sunt nolentes, nullus vel inferentes injuriam criminabitur, vel eos qui patiuntur, quasi per se ipsos talia patiantur. Sane si necesse est, ita fieri malos, sive motu cælesti, sive principio quodam deinceps afferente, quæ consequuntur, naturaliter id ita se habet: atqui si et ratio ipsa hæc efficit, quonam pacto sic non facit injusta? Forsan vero dicuntur non sponte peccare, quoniam peccatum ipsum non sit voluntarium. Id autem non prohibet, quin ipsi ex se ipsis agant: sed quoniam ipsi faciunt, idcirco et ipsi peccant: alioquin nec ipsi quidem peccavissent, si ipsi non essent actionum talium auctores. Quod autem dicitur, eos necessitate malos fieri, non ab extrinseco accipiendum est duntaxat, sed quoniam communi quadam conditione peccant. Quod

263 ἐφ' ἡμῖν εἶναι· καὶ γὰρ εἰ ἔξωθεν τὸ πᾶν, οὕτως ἂν ἦν, ὡς αὐτοὶ οἱ ποιοῦντες ἐβούλοντο· ὥστε οὐκ ἂν αὐτοῖς ἐναντία ἐτίθεντο ἄνθρωποι· οὐδ' ἂν ἀσεβεῖς, εἰ θεοὶ ἐποίουν· νῦν δὲ παρ' αὐτῶν τοῦτο· ἀρχῆς
E δὲ δοθείσης τὸ ἐφεξῆς περαίνεται, συμπαραλαμβανομένων εἰς τὴν ἀκολουθίαν καὶ τῶν, ὅσαι εἰσὶν ἀρχαί. Ἀρχαὶ δὲ καὶ ἄνθρωποι· κινοῦνται γοῦν πρὸς τὰ καλὰ οἰκείᾳ φύσει, καὶ ἀρχὴ αὕτη αὐτεξούσιος.

Πότερα δὲ φυσικαῖς ἀνάγκαις οὕτως ἕκαστα καὶ ἀκολουθίαις, καὶ ὅπῃ δυνατὸν καλῶς, ἢ οὔ. Ἀλλ' ὁ λόγος ταῦτα πάντα ποιεῖ ἄρχων,
F καὶ οὕτω βούλεται καὶ τὰ λεγόμενα κακὰ αὐτὸς κατὰ λόγον ποιεῖ, οὐ βουλόμενος πάντα ἀγαθὰ εἶναι· ὥσπερ ἂν εἴ τις τεχνίτης οὐ πάντα τὰ ἐν τῷ ζώῳ ὀφθαλμοὺς ποιεῖ· οὕτως οὐδ' ὁ λόγος πάντα θεοὺς εἰργάζετο· ἀλλὰ τὰ μὲν θεοὺς, τὰ δὲ δαίμονας δευτέραν φύσιν, εἶτα ἀνθρώπους καὶ ζῶα ἐφεξῆς· οὐ φθόνῳ, ἀλλὰ λόγῳ ποικίλιαν
G νοερὰν ἔχοντι. Ἡμεῖς δὲ, ὥσπερ οἱ ἄπειροι γραφικῆς τέχνης αἰτιῶνται, ὡς οὐ καλὰ τὰ χρώματα πανταχοῦ· ὁ δὲ ἄρα τὰ προσήκοντα ἀπέδωκεν ἑκάστῳ τόπῳ· καὶ αἱ πόλεις δὲ οὐκ ἐξ ἴσων ταῖς εὐνομίαις
264 χρῶνται. ἢ εἴτις δρᾶμα μέμφοιτο, ὅτι μὴ πάντες ἥρωες ἐν αὐτῷ,

1. εἰ ἔξωθεν] Cod. Med. B. οἱ ἔξωθεν.
2. ἄνθρωποι] Cod. Vind. οἱ ἄνθρωποι. Sed οἱ puncta habet subscripta.
3. εἰ θεοὶ] Codd., præter Med. B. et Vind. A., omnes cum marg. Ed. εἰ θεοί. Id enim voluit editor, quamquam expressum est οἰ. Edit. οἱ θεοί.
4. συμπαραλαμβανομένων] Cod. Vat. συμπαραβαλλομένων. Vind. A. ex corr., ut videtur, συμπεριλαμβανομένων.
6. γοῦν] Cod. Mon. A. γάρ.
ib. οἰκείᾳ φύσει] Ed. οἰκεῖα. Codd. Med. A. Vat. οἰκεία. Solus Par. A. recte οἰκείᾳ.
ib. αὕτη] Cod. Ciz. αὐτή.
8. οὕτως] Cod. Vat. οὕτω.
9. ταῦτα πάντα] Codd. Ciz. Vat. Marc. A. Vind. A. πάντα ταῦτα.
ib. ἄρχων] Ed. ἄρχον. Sed, præter Codd. Mon. A. et Vind. A., omnes ut nos rescripsimus. Mox Theodoret. ὡς οὐ καλὰ χρώματα omisso articulo.
16. τὰ προσήκοντα] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. omittunt τὰ; sed Vat. in marg. additum habet. Theod. in context. Schulz.: οὐδὲ ἄρα τὰ προσήκοντα. in cod. ὁ δὲ.
17. ταῖς εὐνομίαις] Codd. Ciz. Marc. A. C. Mon. A. Med. A. (ex corr. ab al. m.) B. Vat. Vind. A. και αἱ εὐνομίαι. Sed Vat. in m. ut Ed. Absunt hæc omnia καὶ αἱ πόλεις—χρῶνται a Theodoreti libris MSS. et editis.

item de motu cælesti dicitur, non sic accipiendum est, quasi nihil in nostra potestate sit positum: etenim si ab extrinseco duntaxat cuncta fierent, certe ita fierent, sicut auctores ipsi volebant: quapropter homines contraria ipsis minime patravissent: atqui nec homines forent impii, si Dii hæc omnia perpetrassent, nunc autem id ab ipsis procedit hominibus: dato vero principio, quod consequitur inde peragitur, comprehensis videlicet ad consequentiam cunctis quoque illis quæ principia sunt. Principia vero sunt et homines: moventur igitur ad honesta suapte natura, quæ quidem spontaneum est principium.

XI. *Ratio mundi artifex dispares in mundo voluit gradus ad mundi perfectionem.*

Omnia enim quæ in mundo intelligibili sunt, ratio sunt superque rationem: nempe intellectus et anima pura: quod vero deinceps, quatenus inde provenit, providentia est, et quatenus est in anima pura, et quantum inde in animalia propagatur. Ratio utique in partes inæquales distributa progreditur, ideirco neque facit æqualia, sicut et in quolibet animali. Quod vero deinceps ita se habet, consequentia quidem comitantiaque providentiam sunt, quæ fiunt si quis Diis accepta facit; amica enim Deo est providentiæ ratio. Colligantur itaque ejusmodi quoque opera: fiunt vero non providentia, sed facta jam vel ab hominibus, vel a quovis alio, sive animali sive inanimato: si quid deinceps optimum est, ab ipsa providentia comprehenduntur, ut virtus ubique superet: dum videlicet qui erraverant permutantur, errataque corriguntur, non aliter quam in corpore uno per providentiam animalis custodem sanitas adhibeatur. Deinde sectione vulnereque accidente ratio rursus dispensans singula deinceps coaptet atque conglutinet, morboque sublato restituat sanitatem. Hinc fit, ut mala sequentia sint, et quadam necessitate sequentia: et secundum causas apud nos, non providentia quidem compulsos, sed ex nobis dum coaptamus quidem nostra operibus providentiæ, a providentiaque profectis, sed non possumus quod deinceps se-

275 προνοίας καὶ ἀπὸ προνοίας ἔργοις, τὸ δὲ ἐφεξῆς συνεῖραι κατὰ βούλησιν ἐκείνης οὐ δυνηθέντων, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν πραξάντων, ἢ κατὰ ἄλλο τι τῶν ἐν τῷ παντὶ μηδ' αὐτοῦ κατὰ πρόνοιαν πεπραχότος, ἢ πεποιηκότος τι ἐν ἡμῖν πάθος. Οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ ποιεῖ πᾶν προσελθὸν παντί· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ πρὸς ἄλλο, καὶ ἄλλο πρὸς ἄλλο.
F Οἷον καὶ τὸ τῆς Ἑλένης κάλλος πρὸς μὲν τὸν Πάριν ἄλλο εἰργάζετο, Ἰδομενεὺς δὲ ἔπαθεν οὐ τὸ αὐτό· καὶ ἀκόλαστος ἀκολάστῳ, καλὸς καλῷ συμπεσὼν ἄλλο. Ὁ δὲ σώφρων καλὸς, ἄλλο πρὸς σώφρονα τοιοῦτον, ἢ πρὸς ἀκόλαστον ἄλλο ὁ αὐτὸς, ὁ δ' ἀκόλαστος πρὸς αὐτὸν ἄλλο· καὶ παρὰ μὲν τοῦ ἀκολάστου τὸ πραχθὲν, οὔτε
G ὑπὸ προνοίας οὔτε κατὰ πρόνοιαν. Τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ σώφρονος ἔργον, οὐχ ὑπὸ προνοίας μὲν, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ· κατὰ πρόνοιαν δὲ σύμφωνον γὰρ τῷ λόγῳ· ὥσπερ καὶ ὃ ὑγιεινῶς πράξειεν ἄν τις, αὐτὸς πράξας κατὰ λόγον τὸν τοῦ ἰατροῦ; τοῦτο γὰρ καὶ ὁ ἰατρὸς παρὰ τῆς τέχνης ἐδίδου, εἴς τε τὸ ὑγιαῖνον, εἴς τε τὸ κάμνον. Ὃ δ' ἄν τις μὴ
276 ὑγιαῖνον ποιοῖ, αὐτός τε ποιεῖ, καὶ παρὰ τὴν πρόνοιαν τοῦ ἰατροῦ εἰργάσατο.

Πόθεν οὖν καὶ τὰ χείρω μάντεις προλέγουσι, καὶ εἰς τὴν τοῦ

3. *κατὰ ἄλλο*] Cod. Vat. *κατ' ἄλλο*, cum Codd. Marcc.
ib. *μηδ' αὐτοῦ*] Edit. *μηδ' οὖν τοῦ* Codd. Ciz. Med. B. et Vat. *μηδ' αὖ τοῦ*. Codd. Marc. B.C. Mon. A. Med. A. Par. A. Vat. (in marg.) ut marg. Ed. *μηδ' αὐτοῦ*.
5. *προσελθόν*] Cod. Vat. *προσελθόν*. Edit. *προσελθών*.
6. *Ἑλένης*] Cod. Ciz. *ἐλεημοσύνης*. Marc. C. *σελήνης*.
ib. *πρὸς μὲν*] Abest *μὲν* a Cod. Darm.
ib. *εἰργάζετο*] Ed. *εἰργάσατο*. Codd., excepto Mon. A., omnes ut marg. Ed. *εἰργάζετο*.
8. *καλὸς, ἄλλο πρὸς*] Cod. Vat. *καλὸς, ἄλλο πρός*. Edit. *καλὸς ἄλλο, πρός*.
11. *Τὸ δὲ ὑπὸ*] Codd. Marc. A.B. *τὸ δ' ὑπό*.
13. *γὰρ τῷ λόγῳ*] Codd., excepto Darm., omnes *γὰρ τῷ λόγῳ*. Edit. non habet *γάρ*.
16. *ὑγιαῖνον ποιοῖ*] Codd. Mon. A. Marc. A.C. *ποιῇ*. Edit. *ποιεῖ*. Nos, quo Temporum ratio constaret, dedimus *ποιοῖ*.
ib. *τοῦ ἰατροῦ*] Cod. Ciz. *αὐτοῦ τοῦ ἰατροῦ*.

quitur connectere secundum providentiæ voluntatem: imo annectimus secundum voluntatem eorum qui agunt, vel secundum aliud quiddam eorum quæ in universo sunt, nec ipso quidem secundum providentiam agente vel faciente in nobis aliquam passionem. Non enim idem facit quodlibet accedens ad quodlibet: sed quod idem est, aliud facit ad aliud. Sicut pulchritudo Helenæ erga Paridem quidem aliud egit: Idomeneus autem aliter est affectus: atque intemperatus intemperato, pulcher pulchro propinquans aliud efficit: Temperatus autem pulcher, temperato pulchro aliud: ipseque idem aliud adversus intemperatum, intemperatusque vicissim aliud adversus ipsum. Jam vero quod ab intemperato fit, neque a providentia, neque secundum providentiam proficiscitur. Quod vero a temperato fit, non a providentia quidem agitur, quoniam fit ab ipso: secundum providentiam tamen agitur, rationi namque providentiæ consentaneum est: quemadmodum quod quis sanitati conferens agit, ipse quidem agit, secundum tamen medici rationem: id namque et medicus ex arte tradidisset, quantum vel ad salubria vel ad insalubria pertinet. Quod autem quis sanitati facit adversum, ipse quidem facit, ac præter medici providentiam agit.

VI. *Quo consequentiæ ordine ex bonis prævideri mala. Quomodo in præsentibus sint futurorum signa.*

Undenam igitur vates etiam deteriora prædicunt? et Astrologi præter cætera vaticinia hæc quoque pronunciant? Profecto ex eo, quod contraria omnia simul contexta sunt ceu forma at-

276

παντὸς φορὰν ὁρῶντες, πρὸς ταῖς ἄλλαις μαντείαις, προλέγουσι ταῦτα; ἢ δῆλον ὅτι τῷ συμπεπλέχθαι πάντα τὰ ἐναντία, οἷον τὴν μορφὴν καὶ τὴν ὕλην, οἷον ἐπὶ ζώου συνθέτου ὄντος, ὅτι τὴν μορφὴν καὶ τὸν λόγον θεωρῶν καὶ τὸ μεμορφωμένον θεωρεῖ. οὐ γὰρ ὡσαύτως B ζῶον νοητὸν καὶ ζῶον σύνθετον θεωρεῖ, ἀλλὰ λόγον ζώου, ἐν τῷ συνθέτῳ μορφοῦντα τὰ χείρω. Ζώου δὴ ὄντος τοῦ παντὸς, ὁ τὰ ἐν αὐτῷ γιγνόμενα θεωρῶν θεωρεῖ ἅμα, καὶ ἐξ ὧν ἐστι, καὶ τὴν πρόνοιαν τὴν ἐπ' αὐτῷ. τέτακται δὴ ἐπὶ πάντα καὶ τὰ γιγνόμενα. Τάδε ἐστὶ καὶ ζῶα, καὶ πράξεις αὐτῶν, καὶ διαθέσεις κρατηθεῖσαι λόγῳ, καὶ ἀνάγκῃ C μεμιγμέναι· μεμιγμένα οὖν θεωρεῖ, καὶ διηνεκῶς μιγνύμενα, καὶ διακρίνειν μὲν αὐτὸς οὐ δύναται πρόνοιαν, καὶ τὸ κατὰ πρόνοιαν χωρὶς, καὶ αὖ τὸ ὑποκείμενον ὅσα δίδωσιν εἰς τὸ ὑποκείμενον παρ' αὐτοῦ. Ἀλλ' οὐδ' ἀνδρὸς τοῦτο ποιεῖν, ἢ σοφοῦ τινος, καὶ θείου· ἢ θεὸς ἂν ἔχοι, φαίη τις ἂν, τοῦτο τὸ γέρας. Καὶ γὰρ οὐ τοῦ μάντεως τὸ διότι, ἀλλὰ τὸ ὅτι μόνον εἰπεῖν, καὶ ἡ τέχνη, ἀνάγνωσις φυσικῶν D γραμμάτων καὶ τάξιν δηλούντων, καὶ οὐδαμοῦ πρὸς τὸ ἄτακτον ἀποκλινόντων, μᾶλλον δὲ καταμαρτυρούσης τῆς φορᾶς, καὶ εἰς φῶς

1. *μαντείαις*] Ita Codd. Ciz. Med. A. B. Vind. A. Reliqui cum Ed. *μαντίαις*.

2. *δῆλον ὅτι τῷ*] Codd. Vat. Marc. B. *δηλονότι τῷ*. Hoc postremum recepi. Edit. *τό*. Deinde pro *ὅτι τὴν μορφὴν* haud dubie legendum: *ὁ τ. μορφ.* Ita constructio optime procedit.

4. *λόγον*] Cum marg. Ed. habent *λόγῳ* Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. et marg. Vat. Sed Fic. *λόγον*. Pergit Cod. Marc. A. *ζῶον*.

6. *Ζώου δὴ*] Cod. Ciz. *ζώου δὲ* cum Cod. Marc. C.

ib. *ὁ τὰ ἐν*] Ita Codd. Par. A. et Vat. (in contextu). Reliqui cum Ed. *ὅ*.

8. *ἐπ' αὐτῷ*] Cod. Mon. A. *ἐν αὐτῷ*.

ib. *τέτακται*] Cum marg. Ed. habent *τέταται* Codd. Marc. B.C. Mon. A. Med. A. (ex corr. ab al. m.) Vat. Vind. A. Fic. *τέτακται* expressit, et insuper legisse videtur *ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα κ. τ. γεν.*

ib. *Τάδε ἐστὶ*] Codd. Marc. A.B. Par. A. Vat. *τάδ' ἐστί*. Marc. C. *τάδ' ἔστι*.

9. *κρατηθεῖσαι λόγῳ*] Cod. Vat. *κρατεῖσαι λόγῳ*; in marg. θ. Fic. haud dubie legit *κρατηθεῖσαι*; quem sequimur. Edit. *κραθεῖσαι*.

ib. *ἀνάγκῃ*] Ita cum Fic. Solus Cod. Par. A. Reliqui cum Ed. *ἀνάγκη*.

13. *Ἀλλ' οὐδ'*] Cod. Vat. *ἀλλ' οὐδὲ* cum Marc.

16. *ἀποκλινόντων*] Ita cum Fic. Codd. Ciz. Mon. A. Par. A. Vat. Vind. A. Reliqui cum Ed. *ἀποκρινόντων*.

que materia, velut in animali composito [quale est et mundus]. Itaque, qui formam rationemque contemplatur, formatum etiam contemplatur. Non enim intelligibile animal similiter atque compositum animal intuetur: sed rationem animalis in composito deteriora formantem. Cum igitur universum hoc sit animal, qui ea, quæ fiunt in ipso, videt, videt etiam, ex quibus fiunt, providentiamque in ipso regnantem, quæ quidem ordine per cuncta procedit, et quæ sunt et quæ fiunt. Hæc autem et viventia sunt, quorum actiones affectionesque et ratione superatæ sunt, et necessitati permistæ: mista igitur contemplatur, et quæ continue permiscentur. Atque ipse quidem providentiam seorsum ab eo, quod secundum providentiam est, discernere nequit, vel rursus, quod subjectum tradit ex se, ei, quod fit in ipso. Sed enim non hominis est id agere, vel sapientis cujusdam atque divini: at potius solius Dei munus hoc esse quis dixerit. Non enim vatis officium est, quam ob causam aliquid fiat cognoscere, sed sic fore tantum prænunciare. Arsque præsagiendi lectio quædam est naturalium literarum ordinem indicantium, nec usquam ad inordinatum aliquid declinantium: sed præcipue motu mundano id testificante, in lucemque producente, etiam priusquam in rebus ipsis appareat, quales sint, quotve patiantur. Concurrunt namque in idem tum hæc una cum illis, tum vicissim cum his illa, simul ad constitutionem perpetuitatemque mundi interim conferentia. Atque secundum quandam analogiam, id est, proportionis comparationem significantia cætera his, qui talia diligenter observant: quandoquidem alia insuper vaticinia analogia quadam efficiuntur. Non enim oportuit omnia vicissim

276 ἀγούσης καὶ πρὶν παρ' αὐτῶν φανῆναι, οἷος ἕκαστος, καὶ ὅσα.
Συμφέρεται γὰρ καὶ ταῦτα ἐκείνοις, κἀκεῖνα τούτοις, συντελοῦντα
ἅμα πρὸς σύστασιν καὶ ἀϊδιότητα κόσμου. Ἀναλογίᾳ δὲ σημαί-
E νοντα τὰ ἄλλα τῷ τετηρηκότι, ἐπεὶ καὶ αἱ ἄλλαι μαντικαὶ τῷ ἀνα-
λόγῳ. Οὐ γὰρ ἔδει ἀπηρτῆσθαι ἀλλήλων τὰ πάντα, ὡμοιῶσθαι
δὲ πρὸς ἄλληλα ἀμηγέπη. Καὶ τοῦτ' ἂν ἴσως εἴη τὸ λεγόμενον, ὡς
συνέχει τὰ πάντα ἀναλογία· ἔστι δὲ τοιοῦτον ἡ ἀναλογία ὥστε καὶ
τὸ χεῖρον, πρὸς τὸ χεῖρον, ὡς τὸ βέλτιον, πρὸς τὸ βέλτιον· οἷον ὡς
ὄμμα πρὸς ὄμμα, καὶ ποῦς πρὸς πόδα, θάτερον πρὸς θάτερον, καὶ
F εἰ βούλει ὡς ἀρετὴ πρὸς δικαιοσύνην, καὶ κακία πρὸς ἀδικίαν. Εἰ
τοίνυν ἀναλογία ἐν τῷ παντὶ, καὶ προειπεῖν ἔνι, καὶ εἰ ποιεῖ δὲ
ἐκεῖνα εἰς ταῦτα, οὕτω ποιεῖ, ὡς καὶ τὰ ἐν παντὶ ζώῳ εἰς ἄλληλα·
οὐχ ὡς θάτερον γεννᾷ θάτερον, ἅμα γὰρ γεννᾶται· ἀλλ' ὡς ᾗ πέφυκεν
ἕκαστον, οὕτω καὶ πάσχει τὸ πρόσφορον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν. καὶ
G ὅτι τοῦτο τοιοῦτον, καὶ τὸ τοιοῦτον, τοῦτο· οὕτω γὰρ καὶ λόγος
εἷς.

Καὶ ὅτι δὲ τὰ βελτίω, καὶ τὰ χείρω· ἐπεὶ πῶς ἂν εἴη τι χεῖρον

1. οἷος] Codd., exceptis Vind. A. et Marc. A., omnes cum Fic. et marg. Ed. οἷος. Recepi. Ed. οἷον. Fic. fort. legit: καὶ ὅσα πάσχει, nisi hoc *patiantur* perspicuitatis causa adjecit.

2. κἀκεῖνα τούτοις] Codd. Vind. A. et Marc. A. hæc omittunt.

3. ἀϊδιότητα] Cod. Mon. A. ἰδιότητα.

ib. Ἀναλογίᾳ] Cum Fic. et marg. Ed. habent ἀναλογίᾳ Codd. Mon. A. Marcc. Par. A. Vat.; sed ἀναλογία Codd. Ciz. Med. A. et B. Edit. ἀναλογίαν. Sed attende sequens τῷ ἀναλόγῳ.

4. τῷ ἀναλόγῳ] Cod. Ciz. τῷ ἀλόγῳ. Darm. καὶ τῷ ἀναλόγῳ.

5. ὡμοιῶσθαι] Cod. Mon. A. ὡμοιοῦσθαι. Sequens δὲ abest a Cod. Ciz. Mox Marc. B.C. ἀμηγέπη.

6. εἴη τὸ λεγόμενον] Cod. Ciz. τὸ λεγόμενον εἴη.

7. συνέχει τὰ] Cod. Vat. συνέχει τὰ τὰ, ubi Amatius in marg. collationis adscripsit: συνέχεται? Tum proxime legendum ἀναλογίᾳ. Ad sensum nil differt.

ib. πάντα ἀναλογία] In omnibus Codd., præter Darm., scribitur πάντα ἀναλογία· ἔστι δὲ τοιοῦτον ἡ ἀναλογία, ὡς κ. τ. λ. et ita legit etiam Fic. In Edit. desunt verba ἔστι δὲ τοιοῦτον ἡ ἀναλογία.

8. πρὸς τὸ χεῖρον] Cod. Vat. omittit hæc; in marg. adduntur.

9. πρὸς ὄμμα] Desunt hæc in Cod. Vind. A.

ib. ποῦς] Codd. Darm. Marcc. Med. A.B. Par. A. Vind. A. ποδός. Cod. Mon. A. ex rasura πόδα.

ib. πόδα] Cod. Vat. πόδας.

10. ὡς ἀρετὴ] Ita Codd. Ciz. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. ἀρετῇ.

11. ἀναλογία] Ita, præter Darm. et Par. A., Codd. omnes. Ed. ἀναλογίαν.

ib. προειπεῖν ἔνι] Ita nonnisi Codd. Marc. A.B. Par. A. et Vat. Reliqui cum Ed. ἐνί, nisi quod Marc. C. habet ἐνί.

12. ὡς καὶ] Abest καὶ a Codd. Mon. A. et Vat.

13. γεννᾷ θάτερον] Desunt hæc in Cod. Ciz. In eodem deest καὶ post οὕτω.

14. πρόσφορον] Ita Codd. Med. A.B. Vat. Vind. A. Reliqui cum Ed. πρόσφερον. Mox Marc. A. αὐτοῦ.

15. γὰρ καὶ] καὶ omissum in Cod. Vat. in m. additum est. Ita etiam mox ἐν post χεῖρον.

ab omnibus dependere: assimilari autem inter se quodammodo debuerunt. Idque forsan est, quod dici solet, analogia omnia contineri. Est autem tale quiddam analogia: Quemadmodum se habet melius ad id, quod melius, sic vicissim deterius ad deterius: ceu sicut oculus ad oculum, sic et pes comparatur ad pedem, tanquam alterum adversus alterum. Item si placet, quod est virtus ad justitiam, id vitium ad injustitiam. Si igitur in universo regnat analogia, nimirum licet vaticinari: ac si illa in hæc agunt, sic utique agunt, ut quæ in omni sunt animali invicem operantur, non quia alterum generet alterum, (simul namque gignuntur) sed quia, quali natura præditum est unumquodque, tali quadam ratione patitur, quod est naturæ propriæ consentaneum. Et quia hoc quidem tale quiddam, et tale quiddam hoc similiter: sic enim et ratio una est.

VII. *Quod in providentia Dei actio artificiosa et naturalis est eadem, quæ gubernat mundum sicut vita plantam.*

Præterea quoniam meliora sunt in mundo, idcirco sunt quoque deteriora. Quo enim pacto deterius aliquid in opere multiformi esse potest, nisi sit et melius? vel vicissim quomodo melius,

ἐν πολυειδεῖ, μὴ ὄντος βελτίονος; ἢ πῶς τὸ βέλτιον, μὴ χείρονος; 277 ὥστε οὐκ αἰτιατέον τὸ χεῖρον ἐν τῷ βελτίονι, ἀλλὰ ἀποδεκτέον τὸ βέλτιον, ὅτι ἔδωκεν ἑαυτοῦ τῷ χείρονι. Ὅλως δὲ οἱ ἀναιρεῖν ἀξιοῦντες τὸ χεῖρον ἐν τῷ παντὶ, ἀναιροῦσι πρόνοιαν αὐτήν. Τίνος γὰρ ἔσται; οὐ γὰρ δὴ αὐτῆς, οὐδὲ τοῦ βελτίονος· ἐπεὶ καὶ τὴν ἄνω πρόνοιαν ὀνομάζοντες πρὸς τὸ κάτω λέγομεν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς ὃ πάντα, ἀρχὴ, ἐν ᾗ ὁμοῦ πάντα καὶ ὅλον πάντα· Πρόεισι δὲ ἤδη ἐκ ταύτης B ἕκαστα, μενούσης ἐκείνης ἔνδον, οἷον ἐκ ῥίζης μιᾶς ἑστώσης αὐτῆς ἐν αὐτῇ· τὰ δὲ ἐξήνθησεν εἰς πλῆθος μεμερισμένον, εἴδωλον ἕκαστον ἐκείνου φέρον, ἄλλο δ᾽ ἐν ἄλλῳ ἐνταῦθα ἤδη ἐγίγνετο. Καὶ ἦν τὰ μὲν πλησίον τῆς ῥίζης, τὰ δὲ προϊόντα εἰς τὸ πόῤῥω ἐσχίζετο, καὶ μέχρις οἷον κλάδων καὶ ἄκρων, καὶ καρπῶν, καὶ φύλλων· καὶ τὰ μὲν ἔμενεν ἀεὶ, τὰ δὲ ἐγίγνετο ἀεὶ οἱ καρποὶ καὶ τὰ φύλλα. καὶ τὰ C γιγνόμενα ἀεὶ εἶχε τοὺς τῶν ἐπάνω λόγους ἐν αὑτοῖς οἷον μικρὰ δένδρα βουληθέντα εἶναι. Καὶ εἰ ἐγέννησε πρὶν φθαρῆναι, τὸ ἐγγὺς ἐγέννα μόνον· τὰ δὲ διάκενα, οἷον τῶν κλάδων, ἐπληροῦτο αὖ ἐκ τῆς ῥίζης, καὶ αὐτῶν ἄλλον τρόπον πεφυκότων, ἐξ ὧν καὶ ἔπασχε τὰ ἄκρα τῶν κλάδων, ὡς ἐκ τοῦ πλησίον οἴεσθαι τὸ πάθος ἰέναι μόνον·

1. ἢ πῶς—χείρονος;] Desunt hæc in Cod. Par. A. Vocem τὸ omittit Marc. C.

3. ἔδωκεν] Ita Codd. Ciz. et Vat. Reliqui cum Ed. ἔδοκεν.

5. γὰρ δὴ αὐτῆς] Codd. Ciz. Marc. A. C. et Vat. δὴ γὰρ αὐτῆς.

6. εἰς ὃ πάντα] Cod. Mon. A. (ex corr.) Marc. B. et Cod. Vat. (in marg.) cum marg. Ed. habent ὃ pro ἓν editionis. Illud recepi cum Fic.

8. μενούσης] Codd., exceptis Darm. Marc. C. et Vind. A., omnes μενούσης, quod vertendo expressit Fic. Sed Vat. in m. ἐνούσης, ut Edit. Illud in ordinem recepimus.

9. ἐν αὐτῇ] Cod. Vat. ἐν αὑτῇ cum Marc. C.

10. ἄλλο δ᾽] Cod. Vat. ἄλλο δέ cum Marc. A.B.

ib. ἐγίγνετο] Cod. Vat. ἐγίνετο, et ita Fic.

11. τὸ πόῤῥω] Omissum in Cod. Vat. in m. additum est.

12. μέχρις] Cod. Ciz. Marc. A. et Vind. μέχρις. Edit. et reliqq. μέχρι.

ib καὶ τὰ μὲν] Abest καὶ a Cod. Vat. Sed in m. add.

13. ἀεὶ οἱ] Codd. Ciz. et Vat. ἀεί· οἱ γάρ. Verba οἱ καρποὶ desunt in Cod. Marc. C.

14. ἐπάνω] Cod. Vat. ἐπ᾽ ἄνω.

ib. λόγους ἐν] Interpositam in Ed. distinctionem majorem delevimus auctoritate Codd. Ciz. Par. A. et Vat.

ib. ἐν αὑτοῖς] Codd. Vind. A. Marc. A.B. ἐν αὑτοῖς et ita dedi cum Fic. Ed. ἐν αὐτοῖς. Post hanc vocem Cod. Vat. plene distinguit.

16. ἐπληροῦτο αὖ] Cod. Ciz. ἐπληροῦτο αὐτῶν αὖ. Codd. Marc. A.C. Mon. A. et Vat. ἐπληροῦτο ἐκ τῶν αὖ. Sed Vat. in marg. habet obelum. Cod. Vind. A. ἐπληροῦτο αὖ, et ita dedimus. Edit. ἐπληροῦντο αὖ ἐκ.

17. ἔπασχε] Cod. Vind. ἔπαχε. Inter χ et ε una litera erasa.

ib. τὰ ἄκρα] Edit. τὰ ἄλλα ἄκρα. Abest ἄλλα a Codd., præter Darm. et Vind. A., omnibus. Sed Vat. habet eam vocem in marg. Nos delevimus, nec novit Fic. In Marc. A. deest ὡς.

18. πάθος] Cod. Vat. πλῆθος; in m. πάθος. Mox Marc. ἡ δὲ ἀρχή.

nisi sit et pejus? Quam ob rem non debemus in meliori deterius causari, sed potius quod est melius approbare: quoniam deteriori sui nonnihil impertiat. Omnino autem, quicunque deterius e mundo tollendum censent, tollunt ipsam etiam providentiam. Cujusnam amplius providentia erit? Non enim sui ipsius, neque etiam melioris: quandoquidem dum supernam providentiam nominamus, ad id eam, quod inferius est referimus. Ipsum namque, in quod omnia rediguntur, principium est, in quo sunt omnia simul, et omnia totum. Procedunt autem ex hoc jam omnia, intus ipso manente, ceu ex una radice in se ipsa conquiescente in multitudinem jam divisam plurimam pullulant, singula illius similitudinem præferentia: aliud autem in alio hic jam est factum. Suntque alia quidem propinqua radici, alia vero longius procedentia dividuntur, ac velut usque ad ramos, atque ramusculos, fructusque, et folia: et alia quidem semper manent, alia vero fiunt semper fructus et folia. Et quæ semper fiunt, superiorum rationes possident in se ipsis, quasi exiguæ quædam arbusculæ esse velint. Ac si generarent, antequam putrescerent, propinquum solummodo generarent: ipsa vero, quasi vacua ramorum spatia, rursus ab ipsa radice replentur,

277 D τὸ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὖ, τό μὲν ἔπασχε, τὸ δὲ ἐποίει. Ἡδ' ἀρχὴ ἀνήρτητο καὶ αὐτή· πόῤῥωθεν μὲν γὰρ ἐλθόντα, ἄλλα τὰ ποιοῦντα εἰς ἄλληλα, ἐξ ἀρχῆς δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, οἷον εἰ ἀδελφοὶ δρῷέν τι ἀλλήλους, ὅμοιοι γενόμενοι, ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρμηθέντες τῶν πεποιηκότων.

2. ἀνήρτητο] Codd. Vat. in marg. et Marc. B. a pr. m. ut marg. Edit. ἀνήρτητος.
ib. αὐτὴ] Ita Codd. Ciz. et Vat. Ed. ἀυτή. Pro seq. γὰρ editionis Codd. Ciz. Med. A.B. Par. A. Vat. Marc. A.B. habent μὲν γὰρ. Recepi. τὰ abest a Cod. Marc. A. ἃ habet Marc. C.
3. δὲ τὸ ἀπὸ] Cod. Vat. δὲ τὸ ἀπό. Edit. non agnoscit cum reliqq. libris articulum.
ib. ἀδελφοὶ] Ita, excerpto Darm., Codd. omnes. Ed. ἀδελφός.
4. ἀλλήλους] Codd. Marc. A.C. Med. B. Vat. ἀλλήλους. Edit. ἀλλήλοις.
ib. γενόμενοι] Ita Codd. Med. A.B. Vat. Marc. A.B. Vind. A. Rell. cum Ed. γινόμενοι.
ib. αὐτῶν] Bis scribitur hoc vocabulum in Cod. Mon. A.

aliterque natura se habent: ex quibus patiuntur extrema ramorum, adeo ut ex ipso propinquo passio solum contingere videatur. Quod autem secundum principium est, hoc quidem patitur, hoc vero facit. Principium vero est ipsum quoque connexum: procul enim progredientia, alia jam in alia inter se agunt: ex principio autem ab eodem: ceu si fratres invicem aliquid agant facti similes, utpote qui ex genitoribus eisdem orti fuerint.

# MARSILII FICINI

IN

# LIBRUM QUARTUM ENNEADIS TERTIÆ,

# DE DÆMONIBUS,

# ARGUMENTUM.

## SUMMA TOTIUS LIBRI,

### Summa libri ; item de dæmonibus, et de dæmone proprio.

SUMMA libri hujus de suo cujusque dæmone, dæmonici potius quam divini, est ejusmodi. Anima cum sit omnia, motumque habeat naturaliter liberum, nimirum potest et intra se in proprias omnium similitudines formare se ipsam, atque subinde talia sibi animalium et plantarum corpora conformare. Si igitur more plantæ vixerit: format post hanc vitam plantæ corpus, in quo vegetalis potentia tantum agit: sensus autem ejusmodi vitæ præsidet tanquam dæmon, non ut agens, sed ut assidens speculator. Similiter si anima vivens ut bestia, fiat denique bestia sensum cum vegetali duntaxat exercens, rationalis huic potestas imminet ociosa, et tanquam dæmon aliquis observator. Qui vero ratione una cum sensu vivit, mentem habet more dæmonis assistentem: qui denique vivit mente, Deum pro dæmone videtur habere præfectum. Hac in re Plotinus Timæum ex parte secutus est dicentem, potestatem præstantiorem animæ esse ducem hominis atque dæmonem. Secutus est et carmina Pythagorica: quæ Deum obsecrant, ut, quo Dæmone utamur, ostendat: deinde declarant unicuique inesse pro dæmone quandam naturæ propriæ divinitatem, quæ pandere nobis possit occulta. Hinc ergo Plotinus et Iamblichus Ægyptiorum sententia intellectum unicuique suum præficiunt, tanquam dæmonem rationis semper omnia speculantem. Ad hunc vero librum componendum est adductus, ut narrat Porphyrius, magica Ægyptii sacerdotis opera: qui et profitebatur suum cuique dæmonem oculis demonstrare, et demonstravit Plotino pluribusque præsentibus, non dæmonem Plotini, sed Deum: quippe cum Plotinus non tam ratione quam intelligentia viveret, nitens videlicet intuitu plurimum potius, quam discursu, neque perturbationes amputans, sed extirpans. Quam ob rem et in hoc libro non solum docet, qualis cujusque sit dæmon: verum etiam exhortatur ad Deum pro dæmone consequendum. Hactenus libri summa. Esse vero præter animæ partes alios insuper extraneos dæmones, tum quam plurimos, tum duces hominum, Plato sæpe declarat, omnesque Platonici: et ipse Plotinus alibi, et in libro de Amore potissimum. In hoc autem libro præcipue dæmones introducit, qui sint partes animæ: quoniam et ab aliis nondum fuerat disputatum, et pro gradibus ejusmodi, dæmonum diversi nobis externorum dæmonum gradus habentur. Ubi enim secundum imaginationem vita disponitur, externus dæmon noster est aërius, in aëre videlicet infimo, ac per imaginationem nostram imaginatione sua nos agitans: ubi vero secundum rationem vivitur, dæmon foris ex aëre medio ratione sua rationem versat humanam: ubi denique intellectualis est vita, dæmon ex aëre summo per intelligentiam aspirat intelligentiæ: atque id non tam electione faciunt, quam more naturæ. Nam et in nobis intellectualis lucis excogitatio imaginationem naturaliter movet ad sensibilem lucem imaginandam, et imaginatio in somno movet sensus, et in vigilia frequenter affectus modo naturæ: atque vicissim passio movet sensum, sensus imaginationem, hæc naturaliter rationem. Similiter dæmones viribus suis nostras assidue pulsant: sed excellentior ordo dæmonum agit occultius admodum atque tranquillius ad intelligentiam assidue revocans: qualis utique dæmon videtur duxisse Plotinum: ideoque appellatus

est Deus, qualis et dæmon ipse Socraticus. Solent enim præstantissimi quique dæmones Deorum nomine nuncupari: quemadmodum et infimi Dii appellatione dæmonum designari. Esse quidem in aëre dæmones, in Theologia satis asseveramus: ut et ubique animalia sint prædita ratione, et in aëre potius, quam in terra: tanto præstantiora simul et grandiora, quanto aëris ipse globus est amplior atque præstantior, et vitæ præsertim rationali cognatior. Quod enim prius eminentiusque vivit in nobis cogitationique obsequitur, spiritus est aërius. Ingentia igitur rationaliaque in aëre animalia degunt, figura quoque rotunda, qualem figura hæc aëris exigit. Sensus et in toto corpore totus, et pro natura aëris acutissimus: motus ratione simili velocissimus: motionis ordo ferme qualis in stellis. Dæmones igitur stellæ sunt aërii cæli, circuitus stellarum cælestium pro viribus imitantes ab ortu ad occasum, atque vicissim, statutis ubique temporibus progredientes quoque regredientesque, actum ad septentrionem vergentes, tum ad meridiem, tum etiam velut in augem ascendentes, tum iterum descendentes ordine certo: præsertim dæmones super aërem turbulentum. Neque electione duntaxat in nos agunt, ut diximus: sed plurimum stellarum instar ipsa natura, radiisque suis quamvis occultis, tamen admodum efficacibus: quos quidem Magus, qui congregare sciverit, poterit et videre, cæterisque monstrare. Sicut et solis radii e vestigio post occasum, qui per se minime discernuntur, aliquando certis vaporibus congregati, statim sub ruboris, vel palloris forma videntur: et flamma nonnunquam in meridie accensa procul in lino non cernitur, adhibitis vero lignis apparet. Videtur itaque sacerdos Ægyptius dæmonis Plotinici radios congregasse, atque (ut Porphyrius testis est) præsentium oculis ostendisse, sive colens dæmones hoc eorum munere tunc impetraverit, sive vaporem certum dæmonibusque cognatum infuderit aëri, quo certo modo radii dæmonis congregati patuerint. Sed quanam forma conjecit Magus Plotini dæmonem esse supremum? quia videlicet non difformi quodam instar iridis fulgore venit, sicut infimi solent dæmones in aëre misto: non pallore iterum vel rubore, sicut medii nonnunquam consueverunt: sed lumine puro penitus atque clarissimo, quod ætheriorum cælestiumque dæmonum duntaxat est proprium. Verum si Plotini dæmon est altissimus, quomodo familiariter eum ducit? Quomodo magus ille radios illius attingit? Quamvis potest dæmon eminus quoque habitans jactu sensualium radiorum, et aliquid verborum more significantium pulsare, pulsandoque videre spiritum hominis intimum, ac videndo quasi loquendo significare aliquid et afficere. Memento tamen a summis ad infima passim extendi catenas: itaque a singulis stellis certos dæmonum ordines stellarum pedissequos certis affici modis, atque similiter animas a dæmonibus, a suis ubique suas. Sunt ergo plures in qualibet sphæra tam infra lunam, quam super lunam, dæmones: Saturnii sub Saturno, Joviique sub Jove, cæterique similiter. Atque inter Saturnios alii etiam in eadem sphæra præstantiores aliis, similiterque Jovii: quemadmodum inter homines solet accidere. Plotinum igitur atque Socratem præstantissimus inter aërios ducit dæmon, ductus videlicet a quodam inter æthereos præstantissimo ducto similiter ab aliquo inter cælestes dæmones optimo. Socrates igitur atque Plotinus continuata serie moventur a summo. Sed numquid unusquisque tantum in eadem sphæra movetur ab unico? Forsitan non ab uno. Quamvis enim dæmon quilibet amplissimam impleat regionem: ideoque, etiam si non mutet locum, tamen multis in locis possit oberrantem hominem observare, atque more stellæ ubique attingere radiis: tamen non est probabile, quando quispiam ab oriente usque ad occidentalem plagam peregrinatur, dæmonem natura longe præstantiorem, velut addictum alicui pædagogum peregrinantis hominis vestigia sequi. Quid ergo? Aut si unicus dæmon sit, est ubique secundum Iamblichum: itaque non cogitur mutare locum: aut si non est simul ubique, non dæmon tantum unus, id est, numero unus, sed etiam unus specie, unicuique præsidet. Sic solares dæmones solari præsunt homini: qui quocunque iverit, in solarium dæmonum proprie venit imperium: ipse, inquam, et unusquisque solaris: similiterque venerei passim incidunt in venereos. Sunt tamen inter solares dæmones differentiæ quædam: nam dotes cunctæ solis, quas et sol possidet unus, in solares dæmones multos seorsum distribuuntur. Similes quoque sunt et plures inter solares homines differentiæ: adeo ut aliquis plebeius homo quamvis, quocunque pergit, suos reperiat duces, id est, plebeios, alibi tamen reperit minus, alibi magis accommodatos: accommodatissimum vero penitus, qui unicus est, in regione certa nanciscitur. Hinc efficitur, ut alius sit fortunatior alibi, et in alio similiter opere: ubi videlicet suus dæmon potentior est, et in quo præ cæteris efficacior. Sequitur insuper, ut, qui ad certum opus singulariter nati sunt, plurima etiam super ætatem sine præceptoribus, sine ministris excogitent mirabiliter atque peragant, suis videlicet instructi dæmonibus: tum vero præter spem suam et aliorum opinionem opportune incidant in tempora, in regiones, in personas, in materias, in instrumenta, in facultates: quibus rite suppeditantibus, opus ipsum expleant naturaliter destinatum. Quorum sane inter se diversorum confluxum non na-

turalis causa, sed dæmonica ad unum connectit eventum, ad præcognitum sibi finem singula dirigens. Interea cælo ministrans pariter atque suppeditans; ministrans, inquam, media semper ad finem intelligentiæ cælesti præcognitum: suppeditans insuper propriam efficaciam ad id peragendum, quod sæpe non facit cælestis motio, sed significat. Unde nonnunquam astrologus ex certa dispositione cælestium, velut ex signo prænunciabit, quæ certus dæmon dispositioni accommodatus ejusmodi agit, utcunque potest in nobis, et utcunque possumus nos efficimus. Postquam videlicet e multis annis ille cælestium aspectus evanuit, etiam si non revertetur ad idem: ex quo apparet illum nostra potius significasse, quam facere. Sed jam ad Plotini verba pergamus.

*Quomodo intellectus producit animam, anima naturam, natura materiam.*

I. Corpora omnia semper aliquid agunt, et agendo foras nonnihil emittunt, simplicia quidem absque intima mutatione sui. Cum enim uniformia sint, parsque teneat partem, nihilque intus habeant alienum, merito nihil effluit substantiæ foras. Sic ignis calorem præstat et lucem non diminutus, similiter aqua frigus qualitatemque præstando, generant subinde substantiam: composita vero contraria ratione vapores quodam detrimento sui foras emittunt. Multo magis intellectus et anima aliquid semper ex se propagant: intellectus animam, anima vitam sensualem atque vegetalem, quam possumus appellare naturam. Sed intellectus quidem simplicis more corporis procreat animam non mutatus: anima vero corporis instar compositi producit mutata naturam. Omnino vero intellectus, et anima, et natura substantiam primo generant: deinde in substantia qualitatem. Hoc enim excellentioris agentis est proprium, primo generare substantiam, deinde illam conversam ad genitorem, tanquam intuendo miris afficere modis. Sed quonam pacto anima naturam mota producit? non quidem mota discursu. Non enim accidentali suo suum gignit essentiale: sed ipsa intus alteritate regnante ex intellectuali potestate sui in sensualem et naturalem desinit facultatem longe ab intellectu diversam. Quemadmodum in composito corpore vapor ipse suus ad ejusdem circumferentiam se diffundit alteratione quadam non lædente substantiam: vapor autem ulterius foras evolans, quodam detrimento substantiæ repræsentare videtur eam animæ passionem, qua nonnunquam potentiam vegetalem ultra se ipsam, ultra spiritale corpus naturaliter sibi familiarissimum ad corpora composita promovet. Tunc enim non quodammodo mota, sed vere mutata, id est, cum quadam dignitatis suæ jactura infimæ generationis opus aggreditur: et qualiter in se mutata est, tale corpus pro viribus sibi concreat ex materia. Memento inter hæc, ipsam mundi animam, si conferatur cum mente divina, generare quodammodo motam quemadmodum exposuimus: si conferatur cum anima nostra, generationem explere non mutatam, id est, a principalibus actionibus suis nullo modo distractam. Ubi vero dicitur a natura materiam procreari, intellige ab universali natura, quæ mundanam animam comitatur: tametsi quælibet intellectualis anima, (ut vult Plotinus) nisi materiam repererit procreatam, procreatura videtur. Materiam hic appellat ultimum universi, subjectam ipsi naturæ, quæ est ultimum divinonorum, quæ ex materia prorsus indefinita fingit corpora, formas desuper adhibens. Sicut et ipsa et anima atque mens prius tanquam quodammodo indefinitæ fuerunt, quam in formam propriam provenirent, sed nunquam prorsus indefinitæ: quamvis tales excogitentur, quatenus ad actum absolutissimum referuntur.

*De transmigratione animæ: et quod non transit in bestias.*

II. Quid ipse Plotinus quondam de transmigratione animæ senserit, nisi forte poëticus sit, ut Plato, legentibus ejus scripta declarant. Nos autem optamus eum, quod et plerumque philosophi solent diligentius meditatum, si modo id senserit in hunc saltem modum mutavisse sententiam, quam non tam rationis necessitate, quam consuetudine gentis et sæculi, subiisse videtur. Quanquam hominis anima quodammodo in se ipsa mutetur, nunquam tamen ultra certos humanæ speciei terminos transmutatur: quod et Iamblicho placuisse videtur dicenti, animam in qualibet transmutatione suam speciem conservare: quando quidem ejus motus exordium habet ab ipsa, et agitur intra se ipsam. Quæ quidem *ubi dicitur esse omnia*, intelligenda est esse omnia non quolibet modo, sed suo, id est, speciei propriæ proprio. Noli itaque dicere: *Anima si est omnia* per potentiam naturalem, ergo quandoque fit omnia: Nunquam enim anima ipsa fit forma corporea, sive corpus, quia videlicet anima non est quomodolibet ejusmodi forma vel corpus, sed proprie secundum ipsum vitæ modum. Ita neque fit bestia, quoniam anima non est simpliciter animal, sed modo duntaxat humano. Præterea cum videamus certos effectus non ex quibuslibet causis, sed certis oriri: calida ex calentibus, uvas ex vite, ex leone leonem, ideoque vicissim certas rerum species non quoslibet effectus procreare, sed proprios: nimirum neque ex natura hominis genitali, quæ certa quædam est ab initio species et humana, bovem aliquando fieri sperare debemus, nisi forsan ipsa natura speciem per se aliquando mutet, atque

ex humana fiat quandoque bovina, quod quidem effici nequit. Cum enim per se mobilis et sempiterna dicatur, nunquam transmutatur ab alio, sed neque etiam sponte speciem deseret propriam: quandoquidem hanc sibi singula semper conservare nituntur. Jam vero ob hoc ipsum, quod genitalis ipsa humana natura non potest esse bovina, contingit, ut nec homo bovem, nec bos procreet hominem. Longius enim distat a natura natura, quam effectus naturæ hujus ab illa. Omnino vero aliæ rerum species in alias degenerare non solent, nisi et amittant interna, et admittant rursus externa, et in commistionem veniant: itaque paulatim desinant esse quod erant. quod animæ nostræ contingere Platonicus non concedet: concedet autem proprietatem hominis genitalem a proprietate genitali brutorum non aliter specie discrepare, quam humana species a ferina. Accedit ad hæc, quod, cum anima dicatur talis fieri sive talis apud Plotinum per electiones actionesque suas, si suæ sunt, humanæ sunt: non igitur per eas speciem transibit humanam. Deinde vanum est dicere, animam pravis actionibus mancipatam evadere bestiam ratione captam: quoniam ipsa ratione nulla prorsus utatur. Non enim rationis acumen ocium penitus agit in pravis, imo negociatur assidue, quamvis circa spectacula sensus, et imaginationis objecta, vel comparanda, vel devitanda plurimum diversetur. Quid vero in causa est, ut pravi acutiores plerumque efficacioresque, quam boni in suis operibus videantur, nisi potentiæ rationalis acumen pariter et effectus? Quam ob rem si iniquus animus post hanc vitam in terrenum corpus est iterum transferendus, non in brutum, sed in hominem revertetur rationis solertia similiter abutentem. Huc enim similitudinis necessitas ipsa videtur adducere. Nam et Plotinus ipse manifeste fatetur, hominem non secundum unam tantum, sed secundum omnes animæ vires agere. Purgabitur vero quandoque: nam ita providentia dispensante in tales aliquando propter scelera calamitates incidet, ut vitæ turpiter actæ pœniteat, communi interim disciplina et dæmone cohortante. Denique neque voluptuosus ullus fiet aliquando planta sensibus destituta. Quasi vero voluptuosus homo sensum negligat actiones, atque hunc in modum orbata sensibus arbor evadat: imo nullus sensibus magis utitur, quam intemperans. Si ergo sit iterum ad terrena corpora retorquendus, non in plantam sed in hominem revertetur, quem violentum sensuum suorum imperium adeo sollicitet, vexet, excruciet, perdat, ut tandem vitæ voluptuosæ pertædeat, legibus interim et numinibus ad vitam revocantibus meliorem. Mitto, quod iniquorum molliumque animæ hinc illuc transmittuntur a Deo, ut, quæ voluptate perversa perpetraverunt, aliquando curis et doloribus puniantur. Qui vero puniendis omnem adimit rationis actum, curas immensas et innumerabiles adimit: qui tollit sensum, aufert cum sensu dolorem. Animas vero purgari memento non solum in terrenis corporibus, sed aëriis: quam punitionem in Theologia planius aperuimus. Proinde neque te moveat, quod inquit Plato: animam omnem totius inanimati curam habere: non enim inde sequitur, quamlibet animam quibuslibet insinuari corporibus: quod et Plato fieri posse negabit. Profecto si rationalis anima non solum terrenum corpus regit et movet, sed aërium etiam et cæleste: si in superioribus quandoque vivit sedibus: si varia gerit munera, similia quoque cælestium providentiæ: ita satis inanimati totius curam habere videtur, variasque intra se induere species, propriam non mutando naturam, sed aliorum sibi similitudines vindicando, si modo essentia fuerit sempiterna. Merito igitur Timæus Locrus negat animas humanas in bestias pertransire: negat etiam, ex homine mox in hominem transmigrare: utpote qui in corporibus aëriis putat eas interea vivere, atque ita animi vexatione purgari. Cruciatus vero sensibiles sive in corpore vivente fiant, sive in aqua, vel igne dicit esse confictos, ut terreantur illi, qui ad virtutem persuasionibus non ducuntur. Nempe sic affecti homines spiritalia etiam supplicia non intelligunt, scilicet mœrorem animi agnoscentis se summo bono privatum angustiamque imaginationis comitantis tunc ipsam animi pœnitentiam, quando in aërio corpore vitæ hujus peccata luuntur. Has utique pœnas Timæus ipse reservari peccantibus non negabit. Putat enim, animas nostras esse inter se differentes et immortales. Pythagoricus enim est, et a Platone summopere cultus. Ait quin etiam Deum nostras animas ex eisdem viribus rationibusque, atque mundi animam absolvisse, atque alias ab aliis stellis demisisse sub lunam: rursum naturam animæ supremam ex identitate constare. Oportet igitur ex Timæi sententia dicere, hominis animam, quæ peccando in rationem perversam imaginationemque vehementiorem prolapsa est, post obitum mox in aërio corpore, quod nunc etiam possidet, eadem ipsa cogitationis perversitate vehementiaque torqueri inter infimos dæmones, similibus animam stimulis subpungentes, quousque tantæ angustiæ causam recognoscens fuisse aversionem ipsam ab intellectu, paulatim revertatur ad ipsum: quod tunc per pauciora distracta planius, quam nunc animadvertere potest, atque ita gradatim in sublimiorum dæmonum ordinem elevetur, et ad ipsas denique stellas una cum cælesti corpore, quod possidet ab initio unaquæque ad illam, vel cujus ordinem a principio sortita est, vel cui reddidit vi-

vendo se similem, ubique vero proprietatem conservat humanam. Est enim homo terrenus, est aërius, est et cælestis, est insuper solaris et Martius: ubique autem homo est ipsa rationalis anima, corpus certo modo vivificans: in cælo quidem cæleste tantum, in aëre aërium per cæleste, in terra per utrumque terrenum. Tandem vero certa post secula per quandam tum contemplationis remissionem, tum generationis intentionem animam deinceps per eosdem gradus dæmonum aëriorumque hominum relabi, postremo ad terrenum hominem descendere forte Timæus existimabit: ac post hominis obitum non in bestias animam hanc præcipitari animæ mundanæ germanam compotemque cælestium: neque mox rursus in hominem æque terrenum. Opportunius enim in aërio corpore purgari, aptiusque ad supera revocari: semper autem ad corpus habitumque vitæ redire simillimum, sive apud nos, sive supra nos revolvatur, donec redeat prorsus ad idem: non enim quodlibet ad quodlibet proficiscitur. Interea vero in terris quidem dormitare, nec facile superiora recolere, sed supra terram evigilare, pristinumque sui statum animadvertere: ut per omnia sæcula quasi vitæ unius ætates rationalis animi personæ [Ed. pr. *persona*] sit eadem. Hæc equidem conjecto forsan sensisse Timæum, quæ mihi inter Platonicorum opiniones probabiliora videntur. Secundo vero loco probarem inter Platonica, quæ in superioribus adducebam, animam scilicet humanam de homine terreno in terrenum transmitti rectius, quam in bestiam: quod nonnulli tradunt tandem Porphyrio placuisse: tametsi ex hac opinione verisimile est in aërio etiam corpore inter terrenas vitas degere vitam, Proculus præterea una cum communi Platonicorum schola negat intellectualem animam ferino corpori admodum alieno sic accommodari posse, ut ei quandoque in vita communicet. Communicare vero cum brutis aliquando putant in quadam similitudine vitæ, idque sensisse Platonem. Mitto nunc, utrum ex hac ipsa sententia dicendum sit, necne, animam similem brutis effectam, ad tempus gratia pœnæ inter illa versari: atque etiam per talem imaginationem suam imaginationibus talium bestiarum ita forsan insinuari, sicut plerique tradunt inferiores dæmones corpora ingredientes humana imaginationibus se nostris inserere, easque movere. Ferme sicut Averrois intellectum tradidit animabus infusum, sive aliter se res habeat. Nam ubi Daniel propheta tradit Babyloniæ Regem ob gravissima scelera inter boves divinitus fuisse translatum, donec purgatus resipisceret, interpretantur Hebræi imaginationem Regis illius divinitus fuisse perversam, usque adeo, ut bovem se factum opinaretur, graviterque doleret: quemadmodum solet Magus, vel atra bilis efficere. Quid? si talis quoque apud Platonem est transitus animarum? Talis et apud Timæum? [in ed. pr. est distinctio major.] cujus sententiam cum modo exponerem, ambiguus exponebam. Nam videtur etiam omnem in terrenum corpus animarum reditum negavisse, nisi forte sit reditus ultimus: posuisse vero varia peccata varie purgari per afflictionem spiritus stimulatam a dæmonibus exploratoribus sub judicio Nemesis. Denique ipse nos Plato monuit, ne temere quamlibet animam cuilibet corpori jungeremus: cum inquit in Phædro, non posse in hominem venire animam, quæ sit propria bruti forma, quæ nunquam divina perspexerit. Quasi significet, nec ipsam hominis animam in ipsam bruti formam posse descendere, quamvis in similitudinem quandam commeritumque [Ed. pr. *commerciumque*] forte descendat. Quoniam vero de brutorum animabus sæpius hic fecimus mentionem, opportune quæritur: Si omnis vita sit immortalis, contrariamque non accipiat, sed effugiat mortem, ut Numenio placet atque Plotino: si rursum progredientium animalium animæ et immortales sunt et quodammodo rationales, ut vult Porphyrius, ac ferme similiter Iamblichus, quidnam de his dicendum? Dicemus forsitan ex eorum sententia vel fingemus: animas bestiarum imaginationem habentium, ideoque motum proprium possidentium, in se ipsis subsistere separatas a corpore, numerumque habere ab initio certum? et unamquamque in sua specie de corpore in corpus insinuari, species vero confundere nunquam? atque interea, donec solidum in sua specie corpus opportunius nanciscantur, in aërio suo corpore vivere? Habent enim suum ipsæ quoque spiritum, in quo nonnihil artis et vaticinii munere dæmonum, quibus et dedicantur, sortiri Porphyrius arbitratur. Animas autem proprio carentes motu, et imaginationis expertes, concharum scilicet marinarum, atque plantarum vivificationes quasdam ex anima mundi potius esse, quam animas: sicut in pilis animalium ex anima totius solet accidere, easque in mundi vitam postremo resolvi. Ubi vero Plato animas infra nostram mortales appellat, exponent illi, quos modo dicebam, non ita mortales, ut pereant, sed quia prorsus aliunde dependent, et ad mortalia tantum affectum et actum habere videntur. Post hæc ubi ait: animam esse universum tum intelligibile, tum sensibile, semperque per intellectum agere in mundo intelligibili æterno quodam idearum intuitu, dissonare videtur tanta divinitas animæ ab eo, quod in brutum cohibeatur et plantam. Tametsi dictum hoc quodammodo temperat, ubi non vult ex hac ipsa substantia, sed ex quodam ejus influxu et corpore certo animal et arborem coalescere: intellectu interim ab opere proprio non cessante:

cessante tamen rationali tum actu, tum habitu, atque facultate. quod non facile nos admittimus. Maxime enim est animæ nostræ propria rationalis ipsa facultas: igitur tanquam maxime naturalis summopere permanet. Denique naturam genitalem animadvertes esse quendam intelligentiæ terminum: ut quod in ipso sui summo est intellectuale, sit in ejusdem infimo genitale: quemadmodum, quod est in summo lux, fit calor in infimo, atque radius visualis ex ave quadam emicans, fit genitalis in ovo. Et quemadmodum radius ejusmodi visualis non ab externo prorsus ullo, sed solum dependet ab oculo, ideoque nec extinguitur quando non effulget extra, sed desinit extrinsecus agere: ita genitalis quoque natura se habet, ex intellectuali substantia et intus micans, et foras emicans? quæ et restat in ipsa intellectuali substantia extra non emicans, quando totus animus vertitur ad oppositum: sicut radius visualis quando avertitur oculus retracto radio potius quam extincto.

*Anima nostra attentione regit corpus et sentit: anima mundi sine attentione.*

III. Proculus quidem animam per esse suum, quod est vivere, atque est sempiternum, semper vivificare corpus ait cæleste saltem animæ cognatissimum: Plotinus autem putat animam ab hoc etiam actu aliquando cessaturam: quod et hic et alibi sæpe declarat. Idque tum denique fieri, quando rationalis ipsa potentia una cum imaginatione ad intelligentiam tota convertitur. Nam et sæpe nimia speculationis intentio remittit in nobis naturæ genitalis effectum, atque vicissim: quod mundi animæ non contingit: siquidem potestas ejus est naturaliter amplior, et admodum efficacior, corpusque nacta est obediens penitus, et in tuto locatum. Quod tam facile fit ex animæ vita vivens, quam facile præsentia ignis aer ignitur. Pertinere vero forsan videtur ad providentiam compensare quandoque animam summa quadam quiete tamdiu apud nos fatigatam. Concedatur hoc Plotino, dummodo et illud ipse concedat, animam, quæ tantum elevari possit super materiam, totumque supergredi cælum, et animæ cælestis officium, nunquam ad brutum coerceri vel arborem: sed cum in anima mundi nulla sit intentio circa corpus, numquid ibi ullus est sensus? Est certe, sed nihil sentit externum. Sunt enim in ipsa, quæ sentit, neque sentiendo distrahitur. Sensus enim illic unicus est et intimus, neque sentire se sentit. Nihil enim alieni accidit, nihil novi. Omnino vero sentiri ab anima necesse est corpus conjunctissimum animæ prorsusque cognatum. Sed sicut alere, ita sentire corpus suum, non habet animadversionem hujus actionis adjunctam.

*Quomodo animæ variæ varios dæmones sortiantur, quomodo eos mutent, quomodo cum eis in generationem veniant.*

IV. In sequenti capite memento animam sortiri dæmonem talem aut talem propter talem quandam electionem ejus atque motionem: non dico propter electiones singulas, sed speciem electionis ad quandam vitæ speciem dirigentis: neque mutare dæmonem, quamdiu vitæ speciem omnino non mutat. Quatenus igitur vitam agit veneream, dæmonem tenere venereum: ac si abstineat quandoque lascivis amoribus, tamen quamdiu facile pergit amare, quamvis honeste speciem dæmonis non permutat, adhuc enim venereum habet, sed præstantioris inter venereos ordinis. Similiter si a mercatura conferat se ad literas, dæmonem servat Mercurialem, quamvis superiorem: si a religione ad militiam, genus dæmonicum mutat et ordinem. Nam a Joviali transit in Martium, ex quo animus tunc primum infortunatus evadit. Contra vero, si a militia ad religionem veniat, subit ex Martio Jovium, nisi pergat ibi quoque contentiosus esse: unde neque est admodum fortunatus. Plurimi vero quantumcunque in hoc corpore vitæ modum mutare aliquando videantur, nonnihil tamen conditionis antiquæ conservant: ideoque nondum antiquum dæmonem penitus exuerunt. Proinde per ea, quæ sequuntur, apparet affectionem animæ primam, sive naturalem sive electoriam, multum corpus afficere, ut malus animus mala, bonus bona, ex quolibet sibi dato corpore postremo reportet, similiterque referat ex fortunis. Quam ob rem non mutatur dæmon, neque differt propter corporum fortunarumque differentias: quatenus ipse mos animæ speciem servat antiquam. Quo prorsus in oppositum permutato, mutatur et dæmon, et cum dæmone re vera fortuna: fortuita enim nobis ipse disponit. Denique summa penes animæ qualitatem est auctoritas: quando quidem pro differentia qualitatis animæ talem quendam induimus dæmonem et exuimus: ac per dæmones plurimum fortuita dispensantur. Quod si vel Porphyrius dicat secundum stellam in figura genesis dominantem: vel Iamblichus secundum totam tunc regnantem harmoniam mundi differentes animabus distribui dæmones, intellige cælestem motum atque conspectum distributionis ejusmodi non tam causam esse, quam signum. Nam animæ hominum atque dæmonum sicut natura sunt ante cælestium motiones, sic ante motiones tales in se jam ipsæ sunt tales. Ideo Timæus ait, animas per affectiones suas prius elegisse sortes formasque vitarum palam objectas: deinde dæmones accepisse, tertio motiones attigisse fatales: atque attigisse per vehicula sua scilicet, cælestia earum

corpora cælestibus influxibus motionibusque contigua. Cælestem itaque lyram cogita pulsante Phœbo varios in horas concentus efficere: animas autem omnes cum anima Phœbea sic esse concordes, ut quales ipsæ in se jam sunt, talibus potius, quam talibus, concentibus moveantur, veniantque aliæ alias in choream saltaturæ. Ex tali itaque cælestium harmonia, qua tangitur anima, præcipueque mulcetur, cognoscimus, qualis ipsa sit, qualemque per se sortita sit dæmonem, quidve actura sit in chorea potissimum et quomodo saltatura: ubi plurimum procedit ex anima, non parum quoque ex harmoniæ cælestis conditione contingit. In tota vero hac disputatione memento non posse vel rerum nostrarum conditionem, vel Platonicorum verborum ordinem rite teneri, nisi præter externos dæmones interni quidam sint, atque vicissim, aliique aliis proprie coaptentur: item potentiam affectionemque animæ, quæ proxime est sub intimo dæmone, versari inter vitæ præsentis opera, propriumque esse operum effectorem: dæmonem vero velut aurigam effectoris hujus atque rectorem: atque hanc ipsam effectricem negociosamque potentiam, neque supra dæmonis vires agere quicquam, neque rursus æqualia dæmonis dignitati.

*De viro et dæmone optimo: quomodo dæmon ducat animam ad judicium: et quod animæ possunt ad sidera pervenire.*

V. Post hæc ait, illum esse præcipue probum, in quo vires imaginationis rationisque prorsus intellectu formatæ sunt, adeo ut tota vita secundum intelligentiam peragatur: ubi non præest vitæ dæmon aliquis, sed ipse Deus, scilicet tum divinus intellectus, tum intellectualis unitas, quæ est intelligentiæ quasi aurigæ caput, tum ipsa simpliciter unitas, Deus ipse Deorum. Tum vero ait, animam nostram non formari semper intelligentia: quoniam statim ab initio ob operosam generationis fabricam actus potentiæ vegetalis supra modum intenditur, ad quem et similia præcipitatur imaginatio, circa quam et similia negotiatur et ratio. Hæc vero intelligentiæ sunt opposita: veruntamen etiam antequam discursibus rationis utamur, appetimus ipsum verum naturaliter atque bonum, per ipsam scilicet cognoscendi potentiam. Cum vero hæc non appetat aliquid prorsus incognitum, inest saltem menti veri bonique forma naturaliter insita. Regit autem animam dæmon, non quidem simpliciter optime, sed optime pro præsenti ipsius animæ qualitate. Post hanc in terreno corpore vitam dæmon, tam intimus quam externus, animam ad judicium ducit, scilicet in suo quodam aërio corpore constitutam, antequam ad corpus terrenum redeat. Dæmon, dico, alius, quatenus alia tunc in anima species sit vivendi, alioquin dæmon est idem. Est autem accommodatissimus purgatorio judicio status in aërio corpore. Ibi enim est afflictio spiritus in peccantibus, ac propter minorem distractionem facilior occasio pœnitentiæ, expectaturque profectus quidam in anima, et futuri status electio. Quam ob rem animam in bruta transmittere ubi sit imaginatio stupida, nihil aliud est, ut diximus, quam claudere potentiæ locum. Inter hæc iterum te admoneo, ridiculum esse animam, siquidem possit a toto se eximere mundo, in bruti vel plantæ angustias coërceri. Probabilius dixisset una cum Proculo, nec infra hominis formam descendere, nec extra corpus ire cæleste, sed hoc assidue retinere. Cæleste dico non quodlibet vindicare sibi, sed habere ab initio proprium: saltem vero si liberari animam ab universo quandoque posse Plotinus existimat, suspicatus quoque fuisset, posse illic perpetuo vivere: quod Porphyrium opinatum aliquando tradunt, quod et in Phædone poteris suspicari, cum audis, sine corporibus in æternum vivunt. Nam si quando ultra conditionem pervenerit hujus mundi mutabilem, non videtur vitam ulterius mutatura: at si mutaturam dicas, ne dicas, simul extra cæleste corpus existere. Nam et mirum est animam in cælo sidera, imo omnia, contemplantem appetere nostra, nisi forte tunc ita contingat, sicut libido sæpe clam stimulat hominem speculantem. Id vero contingere duntaxat animæ potest, quatenus est mundo connexa, cujus gratia fit generatio. Est autem annexa, saltem per cæleste corpus ab ea semper vita donatum: alioquin non appeteret generationem quandoque mundanam infra lunam anima jam posita super lunam. Pervenire vero animam ad cælestia posse, probatur ex eo, quod si omnes intellectuales animæ sine medio exprimuntur ex intellectu divino exemplari mundi, atque exprimuntur ex toto, non enim ille dividitur, nimirum exemplari toto impressæ procedunt. Sunt igitur totus ille mundus et istæ, non quomodolibet, inquam, sed modo potius animali. In nostra igitur anima vires quædam sunt animæ mundanæ conformes, itaque stellis, quæ sunt circa illam, quodammodo congruentes: ut non mirum sit, qui contemplatione præcipua virent [Ed. pr. *vivunt*], ad Saturnum denique proficisci: qui civilitate ad Jovem, qui magnanimitate ad Martem; reliquive similiter, potissimum si tales fuerint ab initio. Notabis genitalem naturam esse simul cum animæ essentia sempiternam, etiam si ejus intermittatur effectus: esse et in se individuam, quamvis per corpus videatur esse diffusa, sicut per aërem indivisibile lumen. Quod enim individua sit, apparet, quia tota seminaria virtus in qualibet viget guttula seminis,

ubi ex uno seminis jactu plurima generantur. Et tota prorsus vita est in qualibet plantæ parte, ubi pars amputata vitam servans iterum coalescit universali interim conferente natura. Memento rursum qualitatem animæ propriam, dæmonemque ipsi domesticum ingredi fatum, quando mutabile corpus ingreditur: ac præter communem patiendi conditionem propriam quoque efficaciam possidere, ut non tantum patiatur in fato, sed agat: siquidem sors externa plerumque similis evadit dissimilis, dum moribus dissimilibus accidit: atque contra animis inter se similibus similes evadunt sortes inter se valde dissimiles. Est autem anima in fato ratione corporis, cælestis quidem ut agens, reliquorum vero magis ut patiens. Collocatur vero a fatali revolutione cæli jam mobile corpus, ingressa in quadam conditione fortunæ secundum certum ordinem electionis scilicet conceptionisque, et infusionis, et ortus.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ Δ.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ

### LIBER IV.

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΙΛΗΧΟΤΟΣ ῾ΗΜΑΣ ΔΑΙΜΟΝΟΣ,

### De proprio cujusque Dæmone.

ΤΩΝ μὲν αἱ ὑποστάσεις γίγνονται μενόντων ἐκείνων· ἡ δὲ ψυχὴ 283
κινουμένη ἐλέγετο γεννᾷν καὶ αἴσθησιν τὴν ἐν ὑποστάσει καὶ φύσιν, καὶ μέχρι φυτῶν. Καὶ γὰρ ἔχει αὐτὴν καὶ ἐν ἡμῖν οὖσα· κρατεῖ δὲ, μέρος οὖσα. Ὅταν δὲ ἐν φυτοῖς γέννηται, αὕτη κρατεῖ, οἷον μόνη γενομένη· αὕτη μὲν οὖν οὐδὲν γεννᾷ, γεννᾷ πάντη ἕτερον αὐ- B
τῆς. Οὐκέτι γὰρ ζωὴ μετὰ ταύτην, ἀλλὰ τὸ γενόμενον ἄζων. Τί οὖν, ἢ, ὥσπερ πᾶν ὅσον πρὸ τούτου ἐγεννᾶτο ἀμόρφωτον ἐγεννᾶτο,

10. ἐλέγετο] Ita, cum marg. Ed. Codd. omnes nisi quod Marc. C. habet ἐγένετο γένναν. Ed. ἐγένετο.

11. οὖσα] Codd. omnes hoc loco et lin. seq. cum marg. Ed. οὖσα. Edit. utrobique οὖσαν.

ib. κρατεῖ] Ita Codd. omnes, excepto Par. A. Ed. κρατῆ.

13. αὐτῆς] Cod. Vat. αὐτῆς. Marc. C. αὕτη δὲ οὐδ. γεννᾷ πάντη ἕτερον αὐτῆς.

14. γενόμενον] Codd. Ciz. Marc. A.B. et Vat. γεννώμενον. Codd. Med. A.B. γεινόμενον.

15. ἢ, ὥσπερ] Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. Fic. ἢ ὥσπερ, nisi quod in Cod. Mon. A. scribitur ὥσοντερ. Edit. εἰ ὥσπερ. Sed fortasse legendum: ἢ εἰκὸς (ἐστι) ὥσπερ. *Num verisimile est*, ut independeat ἀοριστίαν εἶναι in fine periodi.

I. *Mens sine alteratione sui generat: anima quodammodo mota gignit.*

SUNT quæ subsidentem actum suum manendo producant: anima vero mota dicitur generare sensum in actu subsidente, atque naturam, et ad plantas usque procedere. Naturam enim subsidentem habet etiam, dum est in nobis, sed tanquam pars dominatur. Quando vero plantis inseritur, ipsa prævalet tanquam sola relicta: ipsa igitur nihil generat, imo generat, sed prorsus ab ea diversum. Non enim ulterius post hanc viget vita, sed quod factum est jam vita caret. Quid ergo? Forsan sicut, quicquid ante hoc est genitum, informe genitum est, formatum vero est conversione quadam ad genitorem, quasi sic inde nutritum. Similiter et hic quod gignitur, non amplius est animæ species. Non enim vivit ulterius: sed est quiddam prorsus indefini-

283 εἰδοποιεῖτο δὲ τῷ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὸ γεννῆσαν, οἷον ἐκτρεφόμενον·
οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τὸ γεννηθὲν, οὐ ψυχῆς ἔτι εἶδος, οὐ γὰρ ἔτι
ζῇ, ἀλλ' ἀοριστίαν εἶναι παντελῆ. ἡ μὲν γὰρ κἂν τοῖς προτέροις ἡ
C ἀοριστία, ἀλλ' ἐν εἴδει. Οὐ γὰρ πάντῃ ἀόριστον, ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν
τελείωσιν αὐτοῦ. Τὸ δὲ νῦν, πάντῃ, τελειούμενον δὲ γίγνεται
σῶμα, μορφὴν λαβὸν, τὴν τῇ τοῦ δυνάμει πρόσφορον, ὑποδοχὴν τοῦ
γεννήσαντος καὶ ἐκθρέψαντος, καὶ μόνον τοῦτο ἐν σώματι ἔσχατον
τῶν ἄνω, ἐν ἐσχάτῳ τοῦ κάτω.
Καὶ τὸ ψυχὴ πᾶσα ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, ἐπὶ ταύτης μάλιστα·
D αἱ δ' ἄλλαι, ἄλλως. Πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλ-
λοις εἴδεσιν· ἢ ἐν αἰσθητικῷ εἴδει, ἢ ἐν λογικῷ, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ
φυτικῷ. Τὸ γὰρ κρατοῦν αὐτῆς μόριον τὸ ἑαυτῷ πρόσφορον ποιεῖ,
τὰ δ' ἄλλα ἀργεῖ· ἔξω γὰρ, ἐν δὲ ἀνθρώπῳ οὐ κρατεῖ τὰ χείρω,
ἀλλὰ σύνεστιν. Οὐδέ γε τὸ κρεῖττον ἀεί· ἔστι γὰρ καὶ ταῦτα χώ-
E ραν τινὰ ἔχοντα. Διὸ καὶ ὡς αἰσθητικοί· ἔστι γὰρ καὶ ὄργανα
αἰσθήσεως· καὶ πολλὰ ὡς φυτά· ἔστι γὰρ σῶμα αὐξόμενον καὶ γεν-
νῶν· ὥστε πάντα συνεργεῖ. Κατὰ δὲ τὸ κρεῖττον, τὸ ὅλον εἶδος ἄν-
284 θρωπος. Ἐξελθοῦσα δὲ, ὅτι περ ἐπλεόνασε τοῦτο γίγνεται. Διὸ

1. εἰδοποιεῖτο δὲ τῷ] Edd. τὰ, τὸ; sed δὲ est in Codd. omnibus, et τῷ in Codd. Vat. et Marc. A.B. Mox Marc. A. οὕτω δεῖ.
2. ἔτι εἶδος] Cod. Vat. ἐστὶν εἶδος.
3. ἡ μὲν] Cum marg. Ed. habent ἡ μὲν Codd. Darm. Marc. A.B. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Vat. Edit. εἰ μέν. Mox Marc. C. ἀῤῥωστία, ἀλλ' ἐν ἤδει.
6. τὴν τῇ τοῦ] Codd. Darm. Marc. A. B. Mon. A. Med. A.B. Vat. τὴν τῇ, quod recepimus. In edit. deest τῇ.
8. τοῦ κάτω] Cod. Mon. A. τῶν κάτω. Non male vulgatam tamen expressit Ficinus. Superius Marc. C. τὸν ἄνω.
10. Πάντα δὲ] Cod. Med. A. δὴ; sed supra lin. ab al. m. δὲ, et Platonis etiam libri δὲ, quibuscum Plotinus etiam facit in forma ἐπιμελεῖται pro ἐπιμέλεται, et in οὐρανόν.
11. αἰσθητικῷ] Codd., excepto Darm., omnes ut marg. Ed. αἰσθητικῷ. Edit. αἰσθητῷ.
12. φυτικῷ] Codd. omnes cum marg. Ed. φυτικῷ. Edit. φυσικῷ. De hac confusione supra dictum est in Annot. in pag. 36. seq.
ib. ἑαυτῷ] Codd. Mon. A. Marc. A.C. Ciz. et Vat. ἑαυτῷ. Sed Vat. in m. οὗ, ut Edit. Sed vide proxime in capite primo.
13. ἀνθρώπῳ] Cod. Vat. ἄνω, in marg. ut Ed., explicato videlicet scribendi compendio. Mox Marc. C. σύνεσιν pro σύνεστιν.
14. Οὐδέ γε] Ita Codd. excepto Darm., omnes. Sed. Ed. Οὐ δέ τε. Mox Marc. C. αἰσθητικαί.
16. αὐξόμενον] Codd. Mon. A. et Vat. αὐξανόμενον.

tum, sive indefinitas quædam. In superioribus quidem est interminata natura, sed in specie quadam consistit. Non enim est prorsus indefinita, sed quatenus ad suam refertur perfectionem. Quod autem hic indeterminatum dicitur, indefinitum est omnino, et indefinitas ipsa: quæ quidem dum perficitur, corpus evadit, accipiens formam potentiæ suæ accommodatam, participationem videlicet generantis et nutrientis, idque in corpore solum superiorum est extremum, in ipso inferioris extremo.

II. *Transmigratio animarum.*

Proinde quod dicitur a Platone: anima omnis totius inanimati curam habet, in hac anima potissimum habet locum: aliæ vero se aliter habent. Per totum itaque cælum revolvitur, alias in aliis speciebus, sive in sensuali specie, sive rationali, sive etiam vegetali. Pars enim ejus dominans consentaneum sibi peragit munus: cætera vero torpent: extra namque relicta videntur: in homine autem non superant, quæ deteriora sunt, sed simul existunt. Neque tamen, quod melius est, superat semper: nam hæc quoque locum in eo suum habent. Quam ob rem et tamquam sensuales vivunt: adsunt enim et instrumenta sensus. Multa quoque ab hominibus fiunt quasi plantis: corpus siquidem ceu planta ab intrinseco augetur et gignitur: quapropter omnia in agendo communicant. Secundum vero

φεύγειν δεῖ πρὸς τὸ ἄνω, ἵνα μὴ εἰς τὴν αἰσθητικὴν ἐπακολουθοῦντες 284
τοῖς αἰσθητοῖς εἰδώλοις, μηδὲ εἰς τὴν φυτικὴν ἐπακολουθοῦντες τῇ
ἐφέσει τοῦ γεννᾷν καὶ ἐδωδῶν λιχνείαις· ἀλλ' εἰς τὸ νοερὸν καὶ νοῦν
καὶ θεόν. Ὅσοι μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐτήρησαν, πάλιν ἄνθρωποι·
ὅσοι δὲ αἰσθήσει μόνον ἔζησαν, ζῶα· ἀλλ' εἰ μὲν αἰσθήσει μετὰ B
θυμοῦ, τὰ ἄγρια· καὶ ἡ διαφορὰ ἡ ἐν τούτοις τὸ διάφορον τῶν τοιού-
των ποιεῖ· ὅσοι δὲ μετ' ἐπιθυμίας καὶ τῆς ἡδονῆς τοῦ ἐπιθυμοῦντος,
τὰ ἀκόλαστα τῶν ζώων, καὶ γαστρίμαργα· εἰ δὲ μηδὲ αἰσθήσει μετὰ
τούτων, ἀλλὰ νωθείᾳ αἰσθήσεως μετ' αὐτῶν, καὶ φυτά. Μόνον γὰρ
τοῦτο ἢ μάλιστα ἐνήργει τὸ φυτικὸν, καὶ ἦν αὐτοῖς μελέτη δενδρω-
θῆναι· τοὺς δὲ φιλομούσους μὲν, καθαρίους δὲ τὰ ἄλλα, εἰς τὰ C
ᾠδικά· τοὺς δὲ ἀλόγως βασιλέας, ἀετοὺς, εἰ μὴ ἄλλη κακία παρείη·
μετεωρολόγους δὲ ἄνευ φρονήσεως, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀεὶ αἰρομένους,
εἰς ὄρνεις μετεώρους ταῖς πτήσεσιν· ὁ δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν, ἄν-
θρωπος· ὁ δὲ ἧττον ἀρετῆς πολιτικῆς μετέχων· πολιτικὸν ζῶον, ἢ μέ-
λιττα τὰ τοιαῦτα.

1. *τὸ ἄνω*] Marc. C. *τὸν ἄνω*. In Cod. Marc. A. desunt verba *τοῖς αἰσθητοῖς—ἐπακολουθοῦντες*, aberrante librarii oculo.

3. *λιχνείαις*] Cod. Vat. *λυχνίαις*; in m. ut Ed. Orell. ad Sallust. de Diis p. 179. vitiose dat *λαχνείαις*. Reliqua non notabo.

ib. *τὸ νοερὸν*] Abest *τὸ* a Codd. Vat. et Mon. A. Sed Vat. in m. add.

4. *ἄνθρωποι*] Cod. Vat. *ἀνου*; in m. ut Ed.

5. *αἰσθήσει*] Ita nonnisi Cod. Darm. Marc. B. et marg. Vat. cum Ed. Reliqui *αἰσθήσεις*.

7. *ὅσοι δὲ*] Cod. Vat. *ὅσα δέ*. Articulum post *διαφορὰ* omittit Cod. Marc. C.

8. *τὰ ἀκόλαστα τῶν ζώων*] Codd., exceptis Darm. et Marc. C., omnes *ἀκόλαστα τῶν ζώων*. Darm. *ἀκόλαστα ζώων*. Illud recepimus. Edit. *τὰ ἀκολάστων ζώων*. Qui vero cum concupiscentia et voluptate concupiscentis (vixerunt) fiunt ingluviosa et salacia animalium.

ib. *μηδὲ*] Cod. Med. B. *μή*. Codd. Med. A. et Vat. *μηδ'*.

9. *νωθείᾳ*] Codd. Med. B. et Par. A. Marc. C. *νωθία*. Vat. *νωθεία*, in marg. *νοθεία*, *ἴσως νωθρείᾳ*. Fic. legit. *νοθείᾳ*. Vertit enim *degeneratione*. Edit. *νοθεία*. Marc. A. *ἀλλ' ἀνωθεία*.

10. *ἐνήργει*] Cod. Vat. *ἐνείργει*.

ib. *φυτικὸν*] Codd. Ciz. et Marc. C. *φυτόν*.

ib. *δενδρωθῆναι*] Cod. Vat. *ἀνδρωθῆναι*. Fortasse voluit *ἀποδενδρωθῆναι*. Vid. Annot.; in m. ut Ed. Idem mox *μὴ* sed in m. *μὲν*, ut Ed. Orell. *οὐ* in parenthesi posuit post *μέν*, libri tamen nil variant Fic. vertit *non* depravati. Debebat certe: *puritatis studiosi*.

12. *ἀλόγως*] Edit. *ἀλόγους* Codd., præter Ciz., omnes, ut marg. Ed., *ἀλογως*. Sed Vat. in m. *ους*.

ib. *ἀετοὺς*] Codd. Marcc. Med. A.B. Vat. *αἰετούς*. Sed Vat. in m. ut Ed.

14. *ὄρνεις*] Codd. Mon. A. et Vat. *ὄρνις*.

15. *ὁ δὲ ἧττον*] Cod. Darm. *ὁ δ' ἧττον*. Vat. *ὁ δ' ἥττον*, sed in m. *ἧττον*.

ib. *μέλιττα*] Codd. exceptis Darm. et Marc. C., omnes cum marg. Ed. *μέλιττα*, quod legit Fic. et unice probum. Edit. *μάλιστα*.

id quod melius est, tota species homo censetur. Anima tandem e corpore migrans id ipsum, quo abundavit, evadit. Itaque ad superiora confugiendum, ne in sensualem speciem delabamur, simulachris videlicet sensibilibus obsequuti: neve in vegetalem vitam præcipitemur, mancipati libidini generandi et irretiti suavitate saporum: sed ad intellectuale, ad intellectum, ad Deum totis viribus assurgendum. Quicunque igitur proprietatem servaverunt humanam, homines iterum renascuntur: quicunque vero solo usi sunt sensu, bruta animalia redeunt: ita tamen, ut qui sensu præcipue una cum ira, animalia fera exoriantur, atque in his differentia differentiam quoque talium afferat. Qui vero sensu per concupiscentiam voluptatemque usi sunt, salacia et ingluviosa animalia revertuntur: verum si non tam sensu una cum his, quam sensus segnitie vixerint, una cum ipsis plantæ repullulant. Solum namque vel maxime in his viguit vegetale, omnisque illis cura fuit, ut in plantas commutarentur. Proinde qui musicis modulis nimium deliniti vixerunt, in cæteris non depravati, animalia musica renascuntur. Et qui sine ratione regnarunt, fiunt aquilæ, nisi pravitate alia sint infecti. Qui absque sapientia confidentius sublimia tractant, in cælum sæpe suspicientes, mutantur in aves, altiora semper volatu petentes. Qui civilem virtutem consecutus est, homo revertitur: sed qui civilem virtutem haud satis est assecutus, in civile animal, apem vel similia se transformat.

284 D Τίς οὖν δαίμων, ὁ καὶ ἐνταῦθα; τίς δὲ θεὸς, ἢ ὁ ἐνταῦθα; Τὸ
γὰρ ἐνεργῆσαν, τοῦτο ἕκαστον ἄγει, ἅτε καὶ ἐνταῦθα ἡγούμενον.
Ἆρ᾽ οὖν τοῦτό ἐστιν ὁ δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, ἢ οὔ; ἀλλὰ τὸ
πρὸ αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ ἐφέστηκεν ἀργοῦν· ἐνεργεῖ δὲ τὸ μετ᾽ αὐτό.
Καὶ ἐσμὲν τὸ ἐνεργοῦν, ἢ αἰσθητικοὶ, καὶ ὁ δαίμων τὸ λογικόν· εἰ δὲ
κατὰ τὸ λογικὸν ζῶμεν, ὁ δαίμων τὸ ὑπὲρ τοῦτο, ἐφεστὼς ἀργὸς,
E συγχωρῶν τῷ ἐργαζομένῳ. Ὀρθῶς οὖν λέγεται ἡμᾶς αἱρήσεσθαι·
τὸν γὰρ ὑπερκείμενον κατὰ τὴν ζωὴν αἱρούμεθα. Διὰ τί οὖν αὐτὸς
ἄγει, ἢ τὸν βιοτεύσαντα οὐκ ἔστιν ἄγειν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ μὲν ἄγειν,
ὅτε ἔζη· παυσάμενον δὲ τοῦ ζῆν, ἄλλῳ παραχωρεῖν τὴν ἐνέργειαν,
τεθνηκότα τὴν αὐτοῦ κατ᾽ ἐνέργειαν ζωήν. Ὁ μὲν οὖν ἐθέλει ἄγειν,
F καὶ κρατήσας ζῇ αὐτὸς, ἄλλον καὶ αὐτὸς ἔχων δαίμονα· εἰ δὲ βαρύ-
νοιτο τῇ ῥώσει τοῦ χείρονος ἤθους, ἔχει ἐκεῖνο τὴν δίκην. Ταύτῃ
καὶ ὁ κακὸς ἐπὶ τὸ χεῖρον, βρίσαντος πρὸς τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἐνερ-
γήσαντος ἐν τῇ ζωῇ, εἰς βίον θήρειον· εἰ δὲ ἕπεσθαι δύναιτο τῷ
δαίμονι τῷ ἄνω αὐτοῦ, ἄνω γίγνεται ἐκεῖνον ζῶν· καὶ ἐφ᾽ ὅ ἄγεται
G κρεῖττον μέρος αὐτοῦ, ἐν προστασίᾳ θέμενος, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἄλλον
ἕως ἄνω. Ἔστι γὰρ καὶ πολλὰ ἡ ψυχὴ, καὶ πάντα, καὶ τὰ ἄνω,
καὶ τὰ κάτω αὖ, μέχρι πάσης ζωῆς. Καὶ ἐσμὲν ἕκαστος κόσμος

1. δαίμων] Cod. Vat. ὁ δαίμων. Fic. legisse videtur Τίς οὖν ὁ δαίμων καὶ ἐνταῦθα;
2. ἕκαστον] Cod. Mon. A. ἑκάστου cum Marc. A.C.
ib. ἐνταῦθα] Codd., præter Darm. et Marc. A., omnes, ut marg. Ed., ἐνταῦθα. Ed. ἐντεῦθεν.
3. ὅσπερ] Codd. Marc. A.B. Med. A. et Vat. ὅσπερ, quod posui. Edit. ὥσπερ.
ib. εἰλήχει] Cod. Vat. εἰλήχοι. Mox cum marg. Ed. Codd. Med. A.B. Par. A. marg. Vat. ἐσμὲν pro εἰ μέν. In Cod. Darm. est ἐς μὲν cum Marc. B.
4. μετ᾽ αὐτό.] Codd. Ciz. Mon. A. Par. A. Marc. A. Vat. αὐτόν. Sed Vat. in m. ut Ed. Mox Marc. A. ἢ αἰσθ. Marc. C. ἡ αἰσθητική.
6. ζῶμεν] Pro scriptione Ed. ζώη μὲν, quæ nihili est, Cod. Par. A. habet ζώημεν, cum Marc. A.B. non meliorem. Dedi ζῶμεν cum Ficino.
ib. ἐφεστὼς] Cod. Vat. ἐφεστός; in m. ώς.
8. ὑπερκείμενον] Codd. Mon. A. Vat. ὑποκείμενον; sed Vat. in m. ut Ed.
9. βιοτεύσαντα] Ita Codd. Par. A. et Vat. Hic ex corr. supra lin. Sed Ed. βιωτ. Marc. A. βιοτεύσοντα.
10. ὅτε ἔζη] Codd. Darm. Med. A.B. et Par. A. ita exhibent. Vat. ἔξει. Codd. rell. cum Ed. ἔξη.
ib. ἐνέργειαν] Cod. Vat. ἀέργειαν, in m. ut Ed.
13. τῇ ῥώσει] Cod. Vat. τῆς ὥσει, in m. ut Ed.
15. θήρειον] Cod. Vat. θήριον, in m. ut Ed.
16. τῷ ἄνω αὐτοῦ] Edit. τῷ ἄνω ἀνθρώπῳ αὐτοῦ. Cum marg. Ed. omittunt vocem ἀνθρώπῳ Codd. omnes nisi quod in Cod. Marc. C. est τῷ ανω (quod est compendium vocis ἀνθρώπῳ) αὐτοῦ: unde apparet origo erroris in Ed. Proxime fortasse legendum ὑφ᾽ οὗ ἄγεται pro ἐφ᾽ ὅ ἄγ. et forte ita legit Fic. In Cod. Marc. B. est ἐφ᾽ ᾧ. Mox Cod. Marc. C. μετ᾽ ἐκείνων.
17. ἄλλον ἕως] Cod. Ciz. ἄλλο ἕως.
19. Καὶ ἐσμὲν] Ita solus Cod. Par. A. Reliqui cum Ed. ἐς μέν.

III. *Dæmones nostri sunt aliquid ipsius animæ præsidens videlicet, potestas potestati animæ, qua vivimus: Itaque secundum vitæ differentias sunt in nobis dæmones differentes.*

Quisnam igitur in his dæmon esse dicetur? quis item Deus? Num qui in his præcipue operatur? Quod enim operatur, unumquemque ducit tamquam ibi sit principale. Numquid igitur id dæmon est, qui sortitus est viventem? Non forte. Imo vero quod est super ipsum: quod quidem præsidet quasi quietum: quod vero est post ipsum, agit, nosque sumus potissimum id, quod agit. Ac si tanquam sensuales agimus, atque vivimus, ipsa ratio noster est dæmon: sin autem ratione vivamus, dæmon est, quod ratione superius, dæmon, inquam, præsidens, negociosum alteri concedens officium. Recte itaque dicitur apud Platonem: Vos dæmonem eligetis. Præfectum namque nobis secundum vitæ genus eligimus. Curnam igitur ipse ducit? Forsan non datur ducere vita perfunctum: sed antea quidem poterat quando vivebat. Vita vero perfunctum alteri oportet concedere actionem: utpote qui actualem sui vitam jam deposuerit. Hic igitur vult jam ducere, et quod superavit, vivit ipse, alium et ipse dæmonem habens: si autem

285

νοητὸς, τοῖς μὲν κάτω συνάπτοντες τῷδε, τοῖς δὲ, ἄνω καὶ τοῖς κόσμου, τῷ νοητῷ, καὶ μένομεν τῷ μὲν ἄλλῳ παντὶ νοητῷ ἄνω· τῷ δὲ ἐσχάτῳ αὐτοῦ, πεπεδήμεθα τῷ κάτω. οἷον ἀπόρροιαν ἀπ' ἐκείνου διδόντες εἰς τὸ κάτω, μᾶλλον δὲ ἐνέργειαν, ἐκείνου οὐκ ἐλαττωμένου.

Ἆρ' οὖν ἀεὶ ἐν σώματι τοῦτο, ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ στραφῶμεν, συνεπιστρέφεται καὶ τοῦτο. Τί οὖν ἡ τοῦ παντὸς ἀποστήσεται καὶ τὸ B αὐτῆς μέρος στραφείσης, ἢ οὐδὲ συνένευσε τῷ μέρει αὐτῆς τῷ ἐσχάτῳ· οὐδὲ γὰρ ἦλθεν, οὐδὲ κατῆλθεν, ἀλλὰ μενούσης προσάπτεται τὸ σῶμα τοῦ κόσμου, καὶ οἷον καταλάμπεται· οὐκ ἐνοχλουμένου δὲ παρέχον μερίμνας, ἐν ἀσφαλεῖ τοῦ κόσμου κειμένου. Τί οὖν, οὐκ αἰσθάνεταί τινα αἴσθησιν; ὅρασιν οὐκ ἔχει, φησὶν, ὅτι μηδὲ ὀφθαλμοὺς, οὐδὲ ὦτα, οὐδὲ ῥίνας δηλονότι, οὐδὲ γλῶτταν. Τί οὖν, C συναίσθησιν ὥσπερ ἡμεῖς τῶν ἐντὸς ἡμῶν, ἢ ὁμοίως κατὰ φύσιν ἐχόντων, ἠρέμησις, οὐδὲ ἡδονή; πάρεστιν οὖν καὶ τὸ φυτικὸν, οὐ παρὸν· καὶ τὸ αἰσθητικὸν ὡσαύτως. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ κόσμου ἐν ἄλλοις· νῦν δὲ ὅσον ἐφήπτετο ἡ ἀπορία αὐτοῦ, εἴρηται.

1. *καὶ τοῖς κόσμου, τῷ νοητῷ*] Pleniora expressit Fic. *κ. τ. κοσμοῦ τοῦ νοητοῦ, τῷ νοητῷ.*

2. *παντὶ νοητῷ ἄνω*] Edit.—*παντὶ νοητῷ ἀνθρώπῳ ἄνω* abest vox *ἀνθρώπῳ* a Codd., excepto Darm., omnibus.

ib. *τῷ δὲ*] Cod. Mon. A. *τὰ δέ.*

3. *πεπεδήμεθα*] Cod. Vat. *πεπεδέμεθα.* Marc. C. *πεπαιδεύμεθα.*

ib. *οἷον—τὸ κάτω*] Desunt hæc in Cod. Med. B.

4. *ἐλαττωμένου*] Cod. Mon. A. *ἐλαττωμένου*, Vat. et Marc. A. *ἐλαττομένου.* Ed. *ἐλαττουμένου.*

5. *ἀεὶ ἐν*] Abest *ἀεὶ* a Codd. Darm. et Par. A. Mox Vat. *τούτῳ* pro *τοῦτο.* Fic. proxime expressit *ἢ οὔ* pro *ἢ οὔ*;

6. *ἡ τοῦ*] Cod. Med. A. *ἡ τοῦ*, ex corr.

7. *τῷ μέρει*] Ita Codd., exceptis Ciz. et Mon. A., omnes. Ed. *μέρη.*

8. *οὐδὲ γὰρ*] Cod. Med. B. omittit *γάρ.*

12. *οὐδὲ ὦτα*] Codd. omnes *οὐδὲ ὦτα.* Edit. *μηδὲ ὦτα.*

13. *συναίσθησιν*] Cod. Vat. *αἴσθησιν*; in m. ut Ed.

15. *περὶ μὲν*] Cod. Vat. *περὶ περὶ μέν.*

16. *ἐφήπτετο*] Cod. Vat. *ἐφήπτατο*; in m. ε.

ib. *ἡ ἀπορία*] Ita Codd. ad unum omnes. Ed. *ἡ πορεία.*

ib. *αὐτοῦ*] Cod. Vat. in marg. ut marg. Ed. *αὐτῶν.* In Cod. Med. A. vox *αὐτοῦ* erasa est. Neque admodum desideraretur. In Cod. Marc. B. est nonnisi a sec. m.

ingravescat, more videlicet deteriore præponderante, dat pœnas. Hac quoque ratione pravus labitur in deterius, declinante scilicet eo, quod in homine agit, per vitæ similitudinem in ferinam vitam: sin autem obtemperare posset superiori ipsius dæmoni, superior fieret, illius vita vivens, atque præscribens sibi ipsi præsidem, ipsam præstantiorem sui partem, qua ducitur: atque ultra illum insuper alium, quousque ad supremum progrediatur. Est enim anima multa, imo omnia, tum superiora, tum rursus inferiora usque ad omnem vitæ gradum. Nempe unusquisque nostrum intelligibilis mundus est, ac per inferiora nostra huic mundo conjungimur, per superiora vero, quæ ad intelligibilem mundum pertinent, intelligibilem mundum attingimus, permanemusque in sublimi per id, quod in nobis est prorsus intelligibile. Per id autem, quod ejus est ultimum, alligamur inferiori: quasi defluxum quendam ab ipso ad inferius demittentes, imo potius actum illius, ipso minime diminuto.

IV. *Natura vegetalis sempiterna est. Anima mundi sine attentione regit corpus et sentit.*

Sed nunquid actus animæ ad inferiora demissus semper est in corpore? nequaquam. Si enim ad superna convertimur, simul ille convertitur. Quid ergo de actu ejusmodi sive parte animæ mundi dicemus? Numquid ea ad superiora conversa, hæc quoque hinc avertitur? Profecto non consensit omnino hæc anima parti ipsius infimæ, neque processit, neque descendit: sed illa manente mundi corpus annectitur, ac velut accenditur, lumineque perfunditur: Cumque mundus in tuto sit collocatus, ideoque minime perturbetur, merito animam non perturbat. Quid ergo? Nihilne sentit omnino? visum quidem non habet mundus, Timæus inquit: quoniam neque oculos: non habet auditum, ideoque nec aures, neque nares, neque linguam. Habetne igitur consensionem quandam, quodammodo, quæ in se ipso sunt, percipientem, qualem in nobis nos experimur? At forsan, cum semper

285
D ᾿Αλλ᾽ εἰ ἐκεῖ αἱρεῖται τὸν δαίμονα καὶ εἰ τὸν βίον, πῶς ἔτι τινὸς
κύριοι; ἢ καὶ ἡ αἵρεσις ἐκεῖ ἡ λεγομένη τὴν τῆς ψυχῆς προαίρεσιν
καὶ διάθεσιν καθόλου καὶ πανταχοῦ αἰνίττεται. ᾿Αλλ᾽ εἰ ἡ προαί-
ρεσις τῆς ψυχῆς κυρία, καὶ τοῦτο κρατεῖ ὃ ἂν πρόχειρον ἔχῃ μέρος
ἐκ τῶν προβεβιωμένων οὐκέτι τὸ σῶμα αἴτιον οὐδενὸς κακοῦ αὐτῷ.
Εἰ γὰρ προτερεῖ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος τοῦ σώματος, καὶ τοῦτο ἔχει ὃ
E εἵλετο, καὶ τὸν δαίμονα, φησὶν, οὐκ ἀλλάττεται, οὐδὲ ὁ σπουδαῖος
ἐνταῦθα γίγνεται, οὐδὲ ὁ φαῦλος. ῏Αρ᾽ οὖν δυνάμει ἐστὶν ἑκάτερος,
ἐνεργείᾳ δὲ γίγνεται; τί οὖν εἰ φαύλου σώματος ὁ τὸ ἦθος σπου-
δαῖος τύχοι; ὁ δὲ τἀναντία; ἢ δύναται μᾶλλον καὶ ἧττον τὰ τῆς
ψυχῆς ἑκατέρας ἑκάτερα τὰ σώματα παρέχεσθαι· ἐπεὶ καὶ αἱ ἄλλαι
F ἔξωθεν τύχαι τὴν ὅλην προαίρεσιν οὐκ ἐκβιβάζουσιν. ῞Οταν δὲ
λέγηται ὡς πρῶτον οἱ κλῆροι, εἶτα τὰ τῶν βίων παραδείγματα, ἔπειτα
τὰ ἐν ταῖς τύχαις· καὶ ὡς ἐκ τῶν παρόντων τοὺς βίους, κατὰ τὰ
ἤθη, τὸ κύριον μᾶλλον δίδωσι ταῖς ψυχαῖς, διατιθείσαις τὰ δοθέντα
πρὸς τὰ αὐτῶν ἤθη. ῞Οτι γὰρ ὁ δαίμων οὗτος οὐ παντάπασιν ἔξω,
G ἀλλ᾽ οὕτως ὡς μὴ συνδεδεμένος, οὐδ᾽ ἐνεργῶν, ἡμέτερος δὲ, ὡς ψυχῆς

2. ἡ αἵρεσις] Codd. Ciz. Mon. Vat. omittunt articulum; sed Vat. in m. add.

4. ἔχῃ] Cod. Vat. ἔχοι. Marc. C. habet: πρόχειρον ἐσχημένος ἐκ τῶν βεβιωμένων.

5. κακοῦ αὐτῷ] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.C. Med. A.B. κακοῦ αὐτῷ, Vat. κακοῦ ἐν αὐτῷ. Edit. κ. αὐτοῦ. Debebat expectari αὐτῇ sed Plotinus amat ejusmodi Enallages generis.

6. τοῦτο ἔχει] Codd. Marcc. Ciz. Darm. Vat. τοῦτ᾽ ἔχει.

8. οὐδὲ ὁ φαῦλος] Cod. Vat. οὐδ᾽ ὁ φαῦλος cum Marc. A.B. Mox Marc. C. ἔστιν.

11. ἑκατέρας] Cod. Vat. in m. ἑκάτερα. Mox τῷ pro τὰ; sed τὰ in marg.

ib. παρέχεσθαι] Codd. Mon. A. Vat. παρέρχεσθαι; sed Vat. in m. ut Ed.

ib. ἐπεὶ καὶ] Abest καὶ a Cod. Ciz. In Cod. Marc. C. deest proximum αἱ.

12. ἐκβιβάζουσιν] Cod. Ciz. ἐμβιάζουσιν. Codd. Mon. A. et Vat. ἐκβιάζουσιν. Sed Vat. in m. ut Ed. Vid. Annot.

13. λέγηται] Cod. Ciz. λέγεται. Mox Cod. Marc. C. post εἶτα omittit τά.

14. τὰ ἐν ταῖς τύχαις] Cod. Med. B. ψυχαῖς. Edit. ἔπειτα ταῖς τύχαις. Poteras etiam τὰ τῆς τύχης, sed Pluralem postulat contextus et expressit Ficinus.

15. διατιθείσαις] Codd. Ciz. Darm. Par. A. Vat. cum Fic. διατιθείσαις. Edit. διατεθείσαις.

17. οὕτως] Cod. Med. A. οὗτος, ab al. m. corr. est οὕτως. Paulo superius Cod. Vat. ὁ pro οὐ. Sed οὐ in marg.

ib. ψυχῆς πέρι] Ita Marcc. et Cod. Par. A. Reliqui cum Ed. περί.

secundum naturam in eo cuncta se similiter habeant, quies in eo est, quantum spectat ad sentiendum, neque voluptas inest. Adest igitur et vegetale quasi non adsit, et sensuale similiter. Verum de mundo quidem alibi: in præsentia vero quantum attigit dubitatio dictum fuerit.

V. *Anima secundum mutationes suas mutat dæmonem, quem præcipuum habet intimum, id est, potestatem animæ proximæ præsidentem negociosæ potentiæ.*

Proinde si anima illic eligit dæmonem atque vitam, quomodo ulterius actionis alicujus domini sumus? Forsan, quæ illic electio dicitur, subobscure indicat [electionem] propositum affectionemque animæ communiter et ubique. At si electio animæ domina est, eaque pars superat, quam ex superioris vitæ actis promptiorem habet, non ulterius corpus mali alicujus causa animæ est dicendum. Si enim ipse mos animæ prærogativa quadam antecedit corpus, idque quod elegit habet, et dæmonem (ut Plato inquit) non commutat, nimirum neque bonus hic fit, neque malus. Forte potentia quadam est uterque, actu vero fit. Quid ergo dicendum, si quando, qui probos habet mores, in corpus incidat malum? atque vicissim malis imbutus moribus, bonum corpus aliquando nanciscatur? Forsan possunt magis minusve, quæ ad animam utramque pertinent, utraque corpora sic aut sic afficere: quandoquidem et aliæ externæ fortunæ totam prorsus electionem nequaquam expellunt. Quando vero dicitur primo quidem sortes extare, deinde vitarum exempla proponi, post hæc fortunas sequi: rursus ex præsentibus propositisque vitas

286

πέρι εἰπεῖν, οὐχ ὁ ἡμέτερος δὲ, εἰ ὡς ἄνθρωποι τοιοίδε τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν
ζωὴν ἔχοντες, μαρτυρεῖ τὰ ἐν τῷ Τιμαίῳ, ἃ εἰ μὲν οὕτω ληφθείη,
οὐδεμίαν ἕξει μάχην, σχόντα ἄν τινα ἀσυμφωνίαν εἰ ἄλλως ὁ δαίμων A
ληφθείη. Τὸ δὲ ἀποπληρωτὴν ὧν τις εἵλετο, καὶ αὐτὸ σύμφωνον·
οὔτε γὰρ πολὺ κατωτέρω ἐᾷ ἐλθεῖν εἰς τὸ χεῖρον ὑπερκαθήμενος·
ἀλλ᾽ ἐκεῖνο ἐνεργεῖ μόνον τὸ ὑπ᾽ αὐτὸν, οὔτε ὑπεράνω αὐτοῦ, οὔτε
εἰς ἴσον· οὐ γὰρ δύναται ἄλλο γενέσθαι, ἢ ᾗ ἐστι.

Τί οὖν ὁ σπουδαῖος; ἢ ὁ τῷ βελτίονι ἐνεργῶν· ἢ οὐκ ἂν ἦν σπου- B
δαῖος συνεργοῦντα ἑαυτῷ τὸν δαίμονα ἔχων. Νοῦς γὰρ ἐνεργεῖ ἐν
τούτῳ· ἢ οὖν δαίμων αὐτὸς, ἢ κατὰ δαίμονα, καὶ δαίμων τούτῳ
θεός. Ἆρ᾽ οὖν καὶ ὑπὲρ νοῦν; εἰ τὸ ὑπὲρ νοῦν δαίμων αὐτῷ. Διὰ
τί οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς; ἢ διὰ τὸν θόρυβον τὸν ἐκ τῆς γενέσεως· ὑπάρ-
χει δὲ ὅμως καὶ πρὸ λόγου ἡ κίνησις ἡ ἔνδοθεν ὀρεγομένη τῶν αὐτῆς.
Πάντως οὖν κατορθοῖ, ἢ οὐ πάντως; εἴπερ οὕτως ἡ ψυχὴ διαθέσεως C
ἔχει ὡς ἐν τούτοις τοῖς τοιοῖσδε τοιάδε οὖσα, τοῦτον ἔχειν βίον, καὶ
ταύτην προαίρεσιν. Ὁ μέντοι δαίμων οὗτος, ὃν λέγομεν, ἀγαγὼν

1. ὑπ᾽ αὐτὸν] Codd. Ciz. et Marc. A. ὑπ᾽ αὐτὸν, bene vid. proxima, Vat. ὑπ᾽ αὐτοῦ. Edit. et Fic. ὑπ᾽ αὐτῶν.

2. μαρτυρεῖ τὰ] Codd. Ciz. et Vat. μαρτυρεῖται. Sed Vat. in m. ut Ed.

ib. ἃ εἰ] Cod. Vat. ἀεί; in m. ut Ed.

3. σχόντα ἂν] Cod. Ciz. ἔχοντα. Ex eodem et Vat. scripsi ἄν pro ἂν, quod est in Ed.

4. αὐτὸ] Omnes, excepto Cod. Darm., cum marg. Ed. αὐτό. Edit. αὖ τό. Marc. C. αὐτοσύμφωνον.

5. κατωτέρω] Codd. Par. A. Marc. A. B. et Vat. κατωτέρω. Cod. Ciz. κατέρω. Edit. κατώτερα.

ib. ὑπερκαθήμενος] Hoc vocabulum in Cod. Vat. omissum, in marg. additum est.

6. ὑπεράνω] Ita Codd. Ciz. Med. A.B. Marc. B.C. Vat. Edit. ὑπὲρ ἄνω.

8. τῷ βελτίονι] Codd. Par. A. Med. A. (a pr. m.) et Vat. (in marg.) Marc. B. ut marg. Ed. τὸ βέλτιον. Vulgatam expressit Fic.

9. συνεργοῦντα] Cod. Vat. ἐνεργοῦντα.

ib. ἑαυτῷ] Codd. Ciz. et Vat. ἑαυτὸν; sed Vat. in m. ut Ed.

10. ἢ οὖν] Cod. Vat. ἢ γάρ. Mox Cod. Marc. C. omittit αὐτός.

ib. τούτῳ] Cod. Ciz. τούτων. Marc. C. habet τὸ δαιμόνιον τοῦτο θεός. Mox Marc. A.C. εἰ τῷ ὑπὲρ νοῦν.

12. γενέσεως] Ita Codd. Med. A.B. Vat.—Ed. γεννέσεως.

13. τῶν αὐτῆς] Cod. Vat. τῆς αὐτῆς; in m. τῶν. Dedi αὐτῆς cum Fic. ex Cod. Marc. A. Ed. αὐτῆς.

14. Πάντως] Cod. Vat. πάντων, in marg. ως.

15. τούτοις τοῖς] Cod. Vat. τοῖς τοιούτοις, in marg. ut Ed.

ib. τοῦτον ἔχειν] Cod. Ciz. τοῦτο ἔχειν. Marc. C. et Vat. τοιοῦτον ἔχει; hic in m. ut Ed.

16. ἀγαγὼν—εἰς] Prius scripsi ex Codd. Ciz. Par. A. Vat.; posterius ex Codd. Ciz. Marcc. Mon. A. Par. A. Vat. Ed. ἀγαγὸν—εἰ.

eligi secundum mores: hæc inquam omnia auctoritatem potius tribuunt animabus ad mores suos, quæ data sunt, componentibus. Quod igitur hic dæmon non omnino extrinsecus sit, sed ita se habeat, quasi neque colligatus, neque rursus proprie operans: sit autem noster, quoniam de anima et aliquid animæ dici possit, neque tamen noster, qua ratione nos tales quidam homines sumus vitam talem sub ipso habentes, testimonio nobis esse possunt quæ in Timæo tractantur: quæ quidem si hac ratione accipiantur, nulla sequetur dissonantia: si autem aliter dæmon accipiatur, dissonantia quædam sequitur. Rursus quod ait dæmonem esse eorum, quæ quis elegerit expletorem, id quoque consonat: nobis namque præsidens non sinit longe inferius ad id, quod est deterius, prolabi: sed illud agit solum, quod sub ipso est, neque superius ipso, neque æqualiter: non enim potest aliud fieri, quam qua ratione existit.

VI. *Anima vivens intelligentia pro dæmone habet Deum: dæmon non cogit animam. Item mutari potest pro mutatione animæ. Item de judicio animarum. Item quomodo repetunt sidera, ac vicissim relabuntur in fatum, in quo non patiuntur tantum, sed etiam aliquid agunt.*

Quisnam igitur probus est, quidve agit? Forte probus est, in quo id, quod est, melius operatur: alioquin non esset probus, si dæmonem haberet secum cooperantem. Intellectus enim in hoc agit; aut igitur dæmon ipse est, aut secundum dæmonem: atque dæmon huic est Deus. Numquid igitur etiam super intellectum? siquidem id, quod super intellectum est, ipsi dæmon ex-

286 λέγεται εἰς ᾅδου· οὐκέτι ὁ αὐτὸς μένειν, ἐὰν μὴ τὰ αὐτὰ ἕληται πά-
λιν. Πρὸ δὲ τοῦ πῶς; τὸ δὴ ἀγαγεῖν εἰς τὴν κρίσιν, τὸ εἰς τὸ αὐτὸ
D σχῆμα ἐλθεῖν μετὰ τὴν ἀπογένεσιν, ὃ εἶχε πρὸ τῆς γενέσεως· εἶτα
ὥσπερ ἀπ' ἀρχῆς ἄλλης, τὸν μεταξὺ τῆς ὕστερον γενέσεως χρόνον
ταῖς κολαζομέναις πάρεστιν· ἢ οὐ δὲ βίος αὐταῖς, ἀλλὰ δίκη. Τί δὲ
ταῖς εἰς θήρεια σώματα εἰσιούσαις ἔλαττον ἢ δαίμων, ἢ πονηρός γε,
ἢ εὐήθης· ταῖς δὲ ἄνω, ἢ τῶν ἄνω, αἱ μὲν ἐν αἰσθητῷ, αἱ δὲ ἔξω.
Αἱ μὲν οὖν ἐν αἰσθητῷ, ἢ ἐν ἡλίῳ ἢ ἐν ἄλλῳ τῶν πλανωμένων αἱ δ'
E ἐν τῇ ἀπλανεῖ ἑκάστη καθὸ λογικῶς ἐνήργησεν ἐνταῦθα· χρὴ γὰρ
οἴεσθαι καὶ κόσμον εἶναι ἐν ψυχῇ ἡμῶν, μὴ μόνον νοητὸν, ἀλλὰ καὶ
ψυχῆς τῆς κόσμου ὁμοειδῆ διάθεσιν. Νενεμημένης οὖν κἀκείνης εἴς τε
τὴν ἀπλανῆ καὶ τὰς πλανωμένας κατὰ δυνάμεις διαφόρους, ὁμοειδεῖς
ταύταις ταῖς δυνάμεσι καὶ τὰς παρ' ἡμῖν εἶναι, καὶ ἐνέργειαν εἶναι
F παρ' ἑκάστης· καὶ ἀπαλλαγείσας ἐκεῖ γίγνεσθαι πρὸς ἄστρον τὸ
σύμφωνον τῷ ἐνεργήσαντι καὶ ζήσαντι ἤθει καὶ δυνάμει· καὶ τοιούτῳ

1. ᾅδου] Cod. Vat. ἅδον (sic), supra lin. υ.
2. εἰς τὸ αὐτὸ] Marc. C. omittit τό.
3. ἀπογένεσιν] Cod. Vat. ὑπογένεσιν; sed in m. α.
4. τῆς—γενέσεως] Cod. Vat. omissum τῆς in m. addit. Scripsi γενέσεως pro γενέσεως ex iisdem libris; quibus supra; accedit. Par. A.
6. θήρεια] Codd. omnes, ut marg. Ed., θήρεια; nisi quod Vat. a pr. m. habet θήρια. et Marc. C. θηρία. Ed. θηρίων.
8. αἱ δ' ἐν τῇ] Marc. A. ἐν δὲ τῇ.
9. ἀπλανεῖ ἑκάστη] Codd. Med. A.B. Vat. ut nos scripsimus. Par. A. ἀπλανῆ. Reliqui cum Ed. ἀπλανῆ.
ib. καθὸ λογικῶς] Cum marg. Ed. habent καθὸ λογικῶς cum Fic. Codd., exceptis Darm. et Marc. C., omnes Edit. καθολικῶς vitiose.
10. καὶ κόσμον] Abest καὶ a Cod. Mon. A.
ib. ἐν ψυχῇ] Codd. Darm. Marcc. Mon. A. Vat. ἐν τῇ ψυχῇ.
ib. μόνον] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. μόνως. In marg. Vat. habet ον.
12. ὁμοειδεῖς] Edit. ὁμοιοειδεῖς Codd., excepto Darm., omnes ὁμοειδεῖς. Vat. pagina versa ὁμοειδεῖ, sed in marg.—ειδεῖς. Pergit Marc. C. ταύτας ταῖς. Idem mox ἀπαλλαγήσας..
14. γίγνεσθαι] Codd. Darm. (ex corr.) Med. A. (a pr. m.) Vat. γενέσθαι.
ib. τὸ σύμφωνον] Cod. Vat. τί σύμφ.; in m. τό. Sequitur in Mon. A. καὶ pro τῷ.
15. ζήσαντι] Sequitur in Cod. Vat. A. distinctio major. Aliam distinctionem sequitur Fic. Edit. colon habet post δυνάμει, recte. Tum reliqua ita accipienda sunt: Atque tali Deo vel certe genio aut hoc ipso utetur (anima) aut eo quod est supra illam potentiam, Cod. Marc. A. habet ζητήσαντι. Mox idem ἢ τὸ ὑπέρ.

istit. Sed cur non ab initio statim hoc munere quis fruitur? Forsan ob perturbationem ab ipsa generatione vehementer illatam. Adest tamen etiam ante rationis discursum intimus quidam motus, ea, quæ sibi consentanea sunt, appetens. Numquid omnino corrigit dirigitque prorsus ad optimum? Forsan haud omnino: siquidem anima sic est affecta, ut in his utique talibus ipsa quoque talia quædam existens, hanc habeat vitam, et hanc electionem atque propositum. Præterea hic dæmon, de quo verba facimus, deducere animam ad inferos dicitur: neque idem omnino manere, nisi forte anima rursus eadem eligat. Ante id vero quomodo se habet? dicitur utique adducere ad judicium, in eandem figuram pervenire post quendam generationis exitum, quam ante generationem quandoque habuerat: deinde tanquam ab alio quodam principio medium id temporis spatium, quod inter præcedentem et sequentem generationem fluit, dæmon animabus pœnam luentibus imminet, ac forsan non tam vita tunc illis est, quam judicium atque pœna. Quid vero? animabus bruta ingredientibus corpora minusne aliquid quam dæmon adest? Forsan malus dæmon vel fatuus et ignavus. Sed animabus ad superiora progressis quidnam numinis adest? Profecto ex earum numero aliæ quidem in mundo sensibili adhuc vitam agunt, aliæ vero jam extra mundum. Et quæ in mundo sensibili, aliæ penes solem, vel alium quemlibet planetarum, aliæ vero in firmamento: singulæ videlicet quatenus hic actiones suas ratione direxerant. Putandum enim est, in anima nostra mundum esse non tantum intelligibilem, sed etiam dispositionem quandam ipsi animæ mundi conformem. Cum igitur illa in sphæram inerraticam atque etiam erraticas secundum vires differentes distributa sit, nimirum et nobis vires

θεῷ καὶ δαίμονί γε, ᾗ αὐτῷ τούτῳ χρήσεται, ἢ τῷ ὑπὲρ ταύτην τὴν 286
δύναμιν. Σκεπτέον δὲ τοῦτο τὸ βέλτιον· τὰς δὲ ἔξω γενομένας, τὴν
δαιμονίαν φύσιν ὑπερβεβηκέναι, καὶ πᾶσαν εἱμαρμένην γενέσεως,
καὶ ὅλως ἐν τῷδε τῷ ὁρατῷ, ἕως ἐστὶν ἐκεῖ· συνανενεχθείσης καὶ
τῆς ἐν αὐτῇ φιλογενέσεως οὐσίας, ἣν εἴτις λέγοι ταύτην εἶναι τὴν G
περὶ τὰ σώματα γιγνομένην μεριστὴν, συμπληθύνουσαν ἑαυτὴν καὶ 287
συμμερίζουσαν τοῖς σώμασιν, ὀρθῶς λέξει. Μερίζεται δὲ οὐ μεγέθει·
τὸ γὰρ αὐτὸ ἐν πᾶσιν ὅλον, καὶ πάλιν ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς ζώου ἀεὶ πολλὰ
γεννᾶται· ταύτης μεριζομένης οὕτως ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν φυτῶν; περὶ
τὰ σώματα γὰρ καὶ αὐτὴ μεριστή· καὶ ὅτε μὲν μένουσα ἐπὶ τοῦ αὐ-
τοῦ, δίδωσιν, οἷον ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς· ὅπου δὲ ἀπελθοῦσα, πρὶν ἀπελ-
θεῖν ἔδωκεν, οἷον καὶ ἐν τοῖς ἀνῃρημένοις φυτοῖς, ἢ ἐν ζώοις ἀποθα- B
νοῦσιν, ἐκ σήψεως πολλῶν ἐξ ἑνὸς γεννηθέντων· συνεργεῖν δὲ καὶ
τὴν ἐκ τοῦ παντὸς τὴν τοιαύτην δύναμιν, ἐνταῦθα τὴν αὐτὴν οὖσαν.
Πάλιν δὲ ἐὰν ἴῃ ἡ ψυχὴ ἐνταῦθα, ἢ τὸν αὐτὸν, ἢ ἄλλον ἔχει δαί-
μονα, κατὰ τὴν ζωὴν, ἣν ποιήσεται. Ἐπιβαίνει οὖν μετὰ τούτου
τοῦ δαίμονος, ὥσπερ σκάφους τοῦδε τοῦ παντὸς πρῶτον· εἶτα παρα- C

2. *τὸ βέλτιον*] Codd. Med. A.B. Par. A. Vat. Marc. A.B. *τὸ βέλτιον* ab Edit. abest Articulus.

ib. *δὲ ἔξω*] Cod. Vat. *δ' ἔξω* cum Marc. B.C.

4. *τῷδε*] Ita Codd. Ciz. et Vat. Reliqui cum Ed. *τῷ δέ*.

ib. *συνανενεχθείσης*] Ita Codd. Darm. Par. A. et Vat. Cod. Vat. nulla praecedente distinctione. In Ed. et rell. est *συνανεχθείσης*.

5. *οὐσίας*] Cod. Ciz. *ὡς οὔσης*. Codd. Marc. A. Mon. A. *ὡς οὐσίας*.

ib. *λέγοι*] Cod. Mon. A. *λέγει*.

6. *γιγνομένην μεριστὴν*] Cod. Vat. *μεριστὴν γιγνομένην*.

ib. *συμπληθύνουσαν ἑαυτὴν*] Ita, excepto Darm., ut marg. Ed. Codd. omnes cum Fic. Tum vero Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. *μερίζουσαν*. In Ed. deest *ἑαυτήν*.

7. *σώμασιν*] Cod. Vat. *σώμασι* omissis vocibus duabus seqq.

9. *ὥσπερ καὶ*] Marc. C. omittit *καὶ*.

10. *καὶ αὐτὴ*] Cod. Darm. *καὶ αὕτη* cum Marc. A.B. Mox Marc. A. *ὅτί*.

11. *οἷον ἡ*] Cod. Vat. in marg. *οἷον ἥ*. Ante has voces Ficinus expressit *δίδωσι ζωήν*, cujus lectionis in libris nullum vestigium.

12. *ἀποθανοῦσιν, ἐκ σήψεως*] Ita distinxi cum Fic. Ed. *ἀποθανοῦσιν ἐκ σήψεως, πολλῶν* Marc. C. *ἐκ τῆς ὄψεως*.

15. *ἐὰν ἴῃ*] Ita Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. Par. A. cum Fic. Ed. *ἐὰν εἴη*. Marc. A. *ἂν ἴῃ*.

inesse viribus illius conformes, et a singulis viribus actiones proprias emanare: tum vero animas, quæ hinc illuc abierunt, ad stellam accedere convenientem potissimum mori atque potentiæ, quibus in operando ac vivendo maxime usi sumus, talique Deo et dæmoni congruentem: ubi anima vel hoc ipso eodem utetur, vel quodam huic potentiæ præsidentem. Considerandum vero est, quidnam id melius sit. Ad animas extra sensibilem mundum profectas existimandum est naturam dæmonicam transcendisse, omneque generationis fatum, omnemque hujus mundi necessitatem, quamdiu in mundo intelligibili habitat: Præterea retraxisse secum essentiam quoque illam, quæ in ipsa est cupida generandi: quam si quis dixerit esse essentiam illam, quam Timæus inquit circa corpora partibilem fieri, commultiplicantem videlicet se ipsam, condividentemque corporibus, recte utique dicet. Dividitur autem non magnitudine quidem, idem namque in omnibus totum, rursusque unum, atque ex uno animali semper multa gignuntur: hae scilicet natura ita divisa quemadmodum et ex plantis: nam et hæc natura est circa corpora divisibilis, et quando manens in eodem continuat vitam, sicut in plantis. Ubi vero discedit, priusquam discedat, jam dedit vitam, sicut in truncatis arboribus, vel animalibus mortuis, ubi ex putrefactione ex uno multa nascuntur. Arbitrandum quoque est, conferre ad idem virtutem quoque ejusmodi influentem ab universo eademque hic existentem. Rursus autem, si revertatur huc anima, vel eundem, vel alium assumit dæmonem secundum vitam, quam actura sit. Ingreditur igitur primum una cum hoc dæmone quasi cymba id universum, deinde natura hujus,

287 C λαβοῦσα ἡ τοῦ ἀτράκτου λεγομένη φύσις κατέταξεν ὥσπερ ἐν νηῒ, εἴς τινα ἕδραν τύχης· περιαγούσης δὲ τῆς περιφορᾶς, ὥσπερ πνεύματος τὸν ἐπὶ τῆς νεὼς καθήμενον ἢ καὶ φερόμενον, πολλαὶ καὶ ποικίλαι γίγνονται καὶ θέαι, καὶ μεταθέσεις, καὶ συμπτώματα, καὶ ὥσπερ ἐν αὐτῇ τῇ νηῒ, ἢ παρὰ τοῦ σάλου τῆς νεὼς, ἢ παρ' αὐτοῦ κινηθέντος ὁρμῇ οἰκείᾳ ἣν ἂν σχοίη τῷ ἐπὶ νεὼς εἶναι παρὰ τὸν ἑαυ-
D τοῦ τρόπον. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἐν τοῖς αὐτοῖς πᾶς κινεῖται, ἢ βούλεται, ἢ ἐνεργεῖ. Γίγνεται οὖν διάφορα διαφόροις, ἢ ἐκ τῶν αὐτῶν, ἢ διαφόρων προσπεσόντων, ἢ τὰ αὐτὰ ἄλλοις, κἂν διάφορα τὰ προσπεσόντα· τοιοῦτον γὰρ ἡ εἱμαρμένη.

4. γίγνονται καὶ θέαι] Cod. Vat. omittit distinctionem. Ei obtemperavimus. Edit. γίνονται· καὶ θ. Mox. Marc. A. καὶ συμπτώματα, καὶ μεταθέσεις.

5. τοῦ σάλου] Abest τοῦ a Cod. Vat. Mox idem cum Darm. et Marcc. αὐτοῦ pro αὐτοῦ.

6. ἣν ἂν σχοίη τῷ] Ita Codd., exceptis Darm. Marc. C. et Med. B., cum Fic. et marg. Ed. nisi quod Vat. τῷ in marg. habet, in contextu τό. Ed. ἣν ἀνάσχοι ἢ τό.

ib. ἑαυτοῦ] Cod. Vat. αὐτοῦ, in m. ut Ed.

8. διάφορα] Cod. Vat. διάφορα; in m. ut Ed. nimirum διαφορά. Sed prius expressit etiam Fic. recte.

ib. διαφόρων] Codd. Ciz. Mon. A. et Vat. διαφόρως. Sed Vat. in m. ων.

qui a Platone fusus dicitur mundanus atque fatalis comprehendens animam velut in nave, certo quodam ordine collocat in quadam sede fortunæ. Circumducente vero mundana revolutione, quasi vento [animam] in nave sedentem, vel etiam deambulantem, multa variaque contingunt spectacula: item transmutationes et casus quemadmodum in ipsa navi, vel jactatione navis, vel ab ipso, qui movetur impetu proprio, quem quidem habet ex eo, quod in navi modo quodam suo se habet. Non enim similiter in eisdem quilibet agitatur, aut vult, aut agit. Fiunt ergo aut differentia differentibus, vel ab eisdem vel a differentibus incidentibus, aut eadem fiunt aliis, quamvis differentia sint quæ incidunt. Tale enim quiddam est agitque fatum.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBRUM QUINTUM ENNEADIS TERTIÆ,

## DE AMORE,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI,

Omnis potentia tum cognoscendi, tum generandi respuit turpe, nititur ad pulchrum: quoniam omnis ex prima pulchritudine proficiscitur atque movetur.

I. ARBITROR equidem, Magnanime Laurenti, te non longam de amore disputationem a Marsilio tuo nunc exacturum: tum quia multa de hoc in Symposio disputavimus, tum maxime quoniam tu plurima de amore divinitus invenisti, elegantibusque carminibus cecinisti. Ergo summa sequar fastigia rerum. Omnis potestas animæ sive rationalis sive naturalis ideo amore perpetuo nititur ad pulchrum attingendum atque generandum, quoniam potestas ejusmodi ab ipsa pulchritudine proficiscitur: ideoque in se ipsa retinet formam pulchritudinis insitam, perpetuumque ad ipsam velut ad finem amoris instinctum. Hanc utique causam quisquis ignorat, non potest amorum naturas et amantium passiones exprimere. Profecto divinus intellectus est forma prima, puraque prorsus et omniformis. Intellectus animalis est forma quidem secunda, sed similiter omniformis. Natura est forma tertia pariter omniformis, suisque ducta principiis eo spectat assidue, ut informitatem materiæ formis operiat mirabiliter et exornet. Si quid ergo deforme sub natura contingit, sic accidit præter intentionem ipsam Dei primam, atque naturæ: sicut quod deforme contingit in artificio, accidit præter omnem artis intentionem. Sicut ergo naturalis, sic et rationalis ubique potestas a prima pulchritudine ducens originem, turpe quidem respuit velut dissonum, pulchrum vero pro viribus adsciscit velut consonum, pulchram formam generare conatur, suamque in ipsa naturam perpetuo conservare. Sed potentia rationalis parturit in animo pulchritudinem: naturalis autem pulchritudinem in materia parit, et utraque pulchrum pro viribus in quo generet subjectum naturaliter optat, ita demum aptius pulchritudinem creatura.

*Duplex mundi anima. Duæ Veneres. Amores duo: qui non passiones, sed existentiæ quædam sunt.*

II. Cum videamus eatenus in nobis intelligentiam perfici, quatenus et actus intelligendi et intelligenda res a materia conditionibusque materiæ segregatur, conjectare licet primum ipsum simpliciter intellectum esse alienissimum a materia. Præterea et intellectualem animam inde proxime genitam, ideoque summopere intellectualem, non posse coire cum materia in communem unius compositi formam. Est enim hæc et intellectus quidam, et simpliciter anima: vita vero ex hac subinde nata velut anima quædam et natura simpliciter potest jam in unum cum materia congredi. Intellectualem itaque animam illam in mundo primam Venerem appellamus: vitam vero mundo illinc prorsus infusam Venerem appellato secundam: in utraque perpetuus viget amor circa divinæ mentis pulchritudinem incitatus, tum in prima ad pulchritudinem similem in se generandam, tum in secunda ad pulchritudinem in materia pro viribus exprimendam. Putat vero Plotinus ex mente Platonis intellectualem mundi animam dum intrinsecus agit circa Deum,

intelligendo illum atque volendo concipere in se ipsa non imaginarium quiddam, sed naturale aliquid et subsistens (ut arbitror) Christianæ trinitatis in hoc mysterium imitatus. Existimat autem, sicut lucere atque calere duo quædam sunt in igne, sed unum denique sunt in sole: sic cognoscere atque amare in potentia rationali quidem esse diversa, sed in substantia intellectuali actum unum existere: Cum vero actus ejusmodi in anima mundi sit intimus et circa intimum, efficacissimusque, hinc effici penes se ipsam prolem huic actui congruam: quæ quoniam ex intelligentia nascitur, sit intelligibile quiddam, quoniam ex amore procedit, sit aliquid amatorium, imo sit amor ipse subsistens ex actu quodam amandi productus. Nam cum illic idem sit existere prorsus et agere: nimirum sic intus agendo existentia quædam producitur intus: in qua quidem producta sit eadem quæ est, et producentis essentia, hoc ipso differens, quod in illo quidem propagans est, in hoc autem inde est propagata. Differt insuper relatione quadam: siquidem existentia hæc amatoria hoc ipsum, quod est, et amantis est et amati. Differt præterea, quod in existentia propagante ponitur potius ipsa visio pulchri, in existentia propagata voluptas ipsa potius circa pulchrum.

*Confirmatio superiorum.*

III. Si gravida mulier sæpe ob miram imaginationis affectusque vehementiam naturali quadam fœtum afficit qualitate, ob hoc ipsum, quia sit matri connexus: si rursum motio similis animi in proprio corpore subitas exprimit qualitates: quid mirum ex vehementia simili substantiale aliquid in ipsamet anima nasci? præsertim in ipsa intellectuali anima, ubi actio vehementiaque et affectio non adventitia est, non mobilis, sed naturalis penitus atque firma. Et ipse, qui videt gaudetque et appetit efficacissimus est, et objectum ejus est potentissimum, influitque potenter. Confirmantur hæc ex eo, quod, si ubique accidentalia rediguntur ad quædam substantialia proportione quadam congruentia sibi, necesse est et amores, qui passiones quædam adventitiæ sunt ad substantiales amores rite inferri. Post hæc notabis iterum duas mundum habere animas oportere, alteram quodammodo separatam, quæ corpori præsit velut artifex: alteram vero conjunctam, quæ illinc insit corpori, velut forma. Separatam quidem oportet adesse, tum quia talis quædam ex intellectu puro proxime micat, tum quia mixtus artifex non absolute imperat artificio. Oportet insuper animam mundo inesse conjunctam, tum quoniam anima prima fœcunda est ad hanc ex se generandam, tum quoniam oportet mundum esse compositum perfectissimum. Itaque necesse est habere formam suæ materiæ perfectissimam, id est, viventem atque sensualem. Non fit autem unum in mundo ex intellectuali anima proprie atque materia, (ut vult Plotinus) quoniam intelligentia per actionem affectumque in oppositum materiæ tendit, sicut neque fieri unum putat in nobis: siquidem nec in nobis intellectualis anima communicat cum corpore in passionibus corpori propriis, neque corpus cum anima tali in actionibus ad ejusmodi animam proprie pertinentibus. Licet tamen dicere intellectualem animam tum in mundo esse mundanam, tum in nobis humanam: atque ex ea simul et animali unum ideo confici, quoniam ex illius influxu simul atque materia fit unum animal sensuale, cui et illa semper inspirat vitam absque continuo illius spiritu perituram. Has utique geminas in mundo animas, iterum geminas Veneres esse memento, quas gemini similes comitentur amores. Memento quin etiam amorem in secunda hac mundi anima non tantum per vim genitalem generare totam in mundi materia pulchritudinem, sed etiam per efficacem imaginandi potentiam, tum divinam suspicere formam, tum ad eandem et mundum et quæ sunt in mundo pro viribus provocare.

*Duo amores cuilibet animæ naturaliter insiti quasi duo sunt dæmones.*

IV. Amores, qui tanquam novi quidam animorum motus a rebus, quæ extrinsecus efferuntur, quotidie incitantur in nobis, tanquam notos leviter attigit: diligentius vero prosequitur substantiales amores, id est, essentiales perpetuosque instinctus ad pulchrum animæ naturaliter insitos et assidue, quamvis nec eligas, nec advertas trahentes ad ipsum: quorum alter in ipsa cognoscendi, alter in generandi potentia naturaliter est insertus. Et quoniam velut præfectus ducit animam, et more providentiæ regit, appellatus est dæmon: quamvis præstantior amor appelletur et Deus. Dicitur autem hos anima generare, non quidem quotidie, sed ab initio, quando pro natura sua partim ab ævo sibi tradita, partim pro electione vitæ quandoque contracta instinctus ejusmodi concipit ad seculum regnaturos: quorum occulto quodam nutu quotidie plures in nobis suscitantur affectus atque conceptus: quos sane nec externa duntaxat spectacula, nec præsens affectio corporis, nec nova consultatio porrigit. Et profecto perpetuus quidam vitæ tenor plurimum directus ad unum: præsertim quantum spectat ad vitæ speciem scientiasque, et artes, naturalesque facultates unicuique proprias ab ejusmodi dæmone regitur, recto interim ab externo quodam sibi congruo dæmone. Congruunt et rationales animæ omnes per ejusmodi suos amores cum mundanæ amoribus animæ, quatenus et ipsæ sunt animæ mundanæ sorores: quæ simul amoresque sui ita dependent ab anima mundi et illius

amore, non quia inde sortiantur essentiam, sed quoniam admotionis illius exordia quasi concinendo motiones proprias ordiuntur, perque proprios fines ad finem denique moventur illius.

*De Dæmonibus.*

V. Oportere vero dæmones esse medios inter stellas et homines, in Theologia satis ostendimus, ut sphæra quælibet supra nos hac nostra præstantior longeque amplior rationales habitatores habebat suæ sphæræ conformes, sicut habet et nostra. Nam et ignea quædam animalia esse comprobat Apuleius hoc Aristotelis testimonio: In fornacibus ardentibus quædam animalia propria visa sunt volitare pennulis apta, quæ totum ævum suum diversantur in igne: cum eo exoriuntur, cum eo pariter extinguuntur. Profecto quod primum ab ipsa vivifica substantia, id est, anima vitam accipit, solus est ignis. Est enim ignis inter corpora proximus animæ, quoniam excellentissimus, efficacissimus, mobilissimus. Hinc efficitur, ut fovente calore singula vivant, non fovente non vivant. Secundo per ignem aër igni proximus vitam sortiri videtur, et pabulum esse caloris: per hæc duo subinde subtilis aqua vicinior aëri: per hanc similiter terra subtilis, per hæc quatuor invicem congregata, corpus ex quatuor non jam vaporibus, sed materiis crassioribus compositum atque solidum. Licet autem ubique, quod prius est atque simplicius, a sequente compositoque resolvere. Sunt igitur animalium rationalium quinque genera: Prima sunt, quorum corpora solus est ignis: ac si visibilis ignis stellæ sunt, quos antiqui Deos nominant: si invisibilis, dæmones Orpheus igneos vel cælestes appellat, qui in planetarum circulis stellarum vicem teneant sub planeta duce. Non enim decet ab innumeris animalibus, quæ sunt in firmamento, mox ad unicum infra descendere. Secunda, quorum corpora sunt ignis et aër optime mixtus: hos dæmones idem ætherios vel aërios nominat. Sunt et animalia tertia, in quibus ignis et aër cum subtili quadam aqua componitur, quos dæmones jam nominat aqueos, qui quandoque paulo densiores facti, aspici possint. Neque desunt quarta, quæ tribus jam dictis subtilem adhibeant terram, quasi quendam terræ vaporem. Hi ab Orpheo terreni dæmones appellantur: qui et aliquando paulo ulterius condensati etiam valeant attrectari. Hos etiam nuncupat subterraneos, quotiens videlicet subeunt terræ cavernas. Quinta sunt hominum, quasi infimorum dæmonum, corpora, in quibus præter dæmonicam illam ex quatuor subtilibus mixturam, qua dæmones sumus, quæ in nobis spiritus est, primoque vivit et sentit, mixtura solidiorum est adjuncta. Spiritum vero primo vivere atque sentire patet ex eo, quod retracto a membris spiritu, mox sensus et motus membra deserit, ideoque et vita. Cum vero, quod prius cognatiusque accipitur, firmius teneatur, probabile videtur, animas ejusmodi posteriora gradatim dimittere corpora, prioribus interim diutius reservatis: ut, quæ fuerunt in corpore solido, diutius postea sint in tenui, in quo pariter erant, et in quo potissimum sentiebant, quod et propter cognationem facile cedit animæ connectenti. Quo vero sublimius simpliciusque corpus est, eo tardius videtur ab anima deserendum, cæleste vero nunquam. In omni siquidem genere, quod primo fit particeps, semper est particeps. Et merito vita sempiterna ubi semel sempiternum corpus ipso suo esse naturaliter animavit, nunquam desinit animare. Solis igitur hominum animabus inferiorumque dæmonum datum est, corpora caduca mutare, quia composita sunt ex dissonis, et ideo solubilia, tum quoniam propter corpus ejusmodi et locum et ministerium a beatitudine distrahuntur. Nefas autem est animas rationales ad contemplationem absolutam naturaliter institutas diutius illa carere. Quando igitur ad finem perveniunt, in ætherio et cælesti corpore multa secula vivunt. Quod enim est ex intentione specierum, earumque principii potissimum, id quam plurimum est, et maxime diuturnum. Cælestes quidem dæmones et ætherios verisimile est et sempiternos esse, et perturbationis expertes propter naturæ simplicitatem puritatemque loci: aqueos autem terrenosque esse quidem longævos, non autem indissolubiles, habere et perturbationes animi ferme tales, quales et nos habemus. Vicinitas enim regionis atque naturæ morum affert similitudinem. E duobus primis nihil effluit unquam: quare nec opus est nutrimento, sed duntaxat cantibus et figuris luminibusque delectantur, coluntorque, et ita nobis conciliantur, illis præcipue temporibus, quibus ea sidera regnant, quæ et illi sequuntur. E duobus sequentibus cum effluat aliquid, instaurare necessarium est: sed in quibus nihil est terreum, satis odor facit conciliatque aromatum atque florum exhalatioque liquorum. Postremi dæmones odoribus et vaporibus indigent crassioribus, qui ex sanguine carnibusque mittuntur, maxime coctis, et a nobis assumptis. Quare si Porphyrio credis, dices hos induxisse nos ad animalia devoranda: ut ipsi penes nos atque e visceribus nostris haurirent sugerentque, sæpe concoctum sibique competens ab animalibus alimentum. Est autem eis insita quædam attrahendi sugendique facultas, qualis membris inest animalium radicibusque plantarum. Nos autem eos tali quodam nidore ad nos allicimus: unde, ut ait Porphyrius, homines ventri dediti vasa fiunt dæmonum immundorum. Quamvis enim dæmones, si quo indigent nutrimento, ut ait Iamblichus, id absque nostra opera sibi passim suppeditare possint: tamen

probabile est, posse quasdam illecebras ab homine illis offerri, et incontinentes dæmones incontinentibus hominibus commisceri. Superbi vero superbioribus dæmonibus agitantur. Nam primum esse in eis superbiam Porphyrius ait: adeo ut nihil vehementius optent, quam supremos a nobis Deos existimari, et pro illis maxime coli: atque princeps eorum potissimum id contendat, ut Deus primus omnium habeatur: incitare nos ad corporis hujus oblectamenta, quibus ipsi in nobis ferme similiter oblectentur: irritare ad contentiones et prælia, quibus et ipsi inter se aliquando conflictantur, et aërem conflictu conturbant, et assiduo gaudere mendacio: nos autem illis non posse resistere, nisi quatenus superiorum dæmonum inspirationi mentem diligenter exponimus: sobrii castique vivimus, ac Deo nos suppliciter commendamus: sola enim puritate, sanctimonia, pietate genus humanum a potenti malorum dæmonum incursu defendi. Hinc et Democritus orabat, ut bonos dæmones obvios haberet: utpote qui, ut Plutarchus ait, existimaret multos dæmones esse malos, omnes vero appellabat Idola in aëre grandia inter se emittentia voces, et longæva difficileque solubilia: Dæmones vero multos esse malos, qui et homines sub prætextu bonorum fallant, Iamblichus asserit: sed eos bonorum numinum præsentiam subito fugere, atque ita legitimum religiosum non posse decipere. Hæc ab Ægyptiis atque Chaldæis. Proinde Plotinus ait dæmonicas animas idcirco ad corpora procliviores existere, quoniam in eis materia quædam regnet intelligibilis. Hæc autem non solum est ipsa natura formabilis, hæc enim et superioribus inest, sed intima quædam essentiæ dispositio, in qua nec identitas alteritatem superat, neque status motum, neque natura communis particularem, neque agendi facultas potentiam patiendi, per quam sane dispositionem essentia talis tum corpori etiam caduco, tum animi perturbationi videtur accommodari. Ob hanc rationem, quod et Iamblichus asserit, dæmones providentiam non ut Dii communem habent, sed singuli ad actiones proprias atque provincias.

*De origine dæmonum.*

VI. Quid vero Plotinus in capite sexto dicit, dæmones ex ipsa totius anima generatos, atque Porphyrius in libro de Abstinentia dicit, dæmones ex tota anima pullulasse, ne intelligas substantias ipsas animarum, quæ sunt in dæmonibus, ex anima mundi creatas: imo vero animam hic totam accipe illam pateram, sive Deam, ideamque communem, ex qua Timæus præter mundi animam, seorsum sphærarum animas, iterumque animas dæmonum hominumve asserit esse productas. Nam et Proculus ait in Alcibiade, dæmones a Dea vivifica generatos, a qua generantur et animæ. Vult quoque Plotinus, et ab ipsa mundi, et a qualibet anima rationali suam quandam irrationalem animam emanare, quam nominat dæmonem. Ejusmodi vero dæmones et si suas sequuntur animas, tamen sub communi quodam influxu animæ mundanæ gignuntur ab eis: nam in illius providentia est præcipue, ut ipsius naturæ subserviant, totalesque naturæ ad dispositionem universi complendam. Omnino vero qualescunque sint dæmones, ideo pendere dicuntur ab anima mundi, quoniam eorum animas ipsa mundi anima, per vitales vires infusas materiæ velut escas corporibus alligat. Inter hæc intelligibiles Deos ponit, id est, ideas et intellectuales cælestium animas. Item sensibiles Deos, scilicet stellas: post eas dæmones, qui sunt invisibiles, sive in cælo sunt, sive sub cælo: quamvis ipsam dæmonis appellationem ad eos qui sub luna sunt, proprie transferant. Corpora dæmonum in superioribus quidem descripsimus, ratione quadam liberiore, per quam a plerisque Platonicorum haud longe discederemus. Possumus autem ratione forsitan magis physica dicere, corpora dæmonum sublunarium plurimum esse composita. Nam et elementa in globum unum undique commiscentur: erit igitur necessario ignis in eis. Per hunc enim vita motusque viget. Erit et aër ignis pabulum: nec solus cum solo, ne subito dissolvantur. Esto insuper aqua tenuis, nec sine terra subtili, alioquin minimam habebit sub igne stabilitatem, oportet sane spiritalia dæmonum corpora sicut et spiritus noster esse admodum temperata, ut sint illius vitæ nobilis susceptacula. Oportet igitur in eis tyrannicam ignis voracitatem ita domari, ut et trium numero et horum quidem quantitate majore unius tyranni rapacitas refrenetur. Non potest autem terra illic esse multa, nec etiam aqua plurima. Sit ergo quamplurimus aër, secundo loco humor aqueus tenuissimus, tertio ignis, sed admodum rarus, ne forte sit edax: quartum teneat subtilissima terra locum. Et quamvis dæmones omnes sint propemodum temperati, aliqui tamen temperatissimi sunt: in cæteris autem elementum hoc aut illud, paulo magis excellit. Erunt igitur complexiones eorum quinque ferme sicut et nostræ, temperata videlicet, et quatuor non adeo temperatæ: stellis quidem subditæ consimilibus, et præsidentes instinctu quopiam naturali hominibus complexionis ejusdem.

*De amore subsistente, et de intelligentia in nobis æterna.*

VII. In capite septimo, ubi dicit, ratio igitur et cætera: intellige pro ratione vim seminariam ab intellectu animali fluentem in animam, velut patrem in matrem, in qua gignit amorem tum ex copia sua, tum ex quadam animæ indigentia

mixtum. Item amorem ponit perpetuum, tum in intellectu animali ad pulchrum intelligibile contemplandum, tum in natura ad generabile pulchrum, et utrumque amorem esse aliquid arbitratur essentiale atque subsistens: quoniam ab anima per ipsam essentiam ejus existant. Amores autem, qui nuper excitare [Ed. pr. *excitari*] solent, cum non ab ipsa anima simpliciter sint velut agente, sed contingant in eam quasi patiente ab externis et corpore, non subsistentes dæmonesve appellat, sed passiones. Post hæc animadvertes intellectum ipsum omnium communem, atque intellectum uniuscujusque proprium inter se longe differre. Rursum potentiam cognoscendi, quæ non habet in essentia sua ipsum, quod cognoscendum est secundum illius essentiam, sed quandam ejus imaginem, esse fallacem: certam vero esse, quæ ipsum in se habet objectum: quod si non tanquam imaginarium habet potentia ejusmodi, ipsummet existit objectum. Cognitio igitur præfectissima, qualis est intellectus, est res ipsæ quæ dicuntur objecta: imperfectissima vero sicut sensus, nec est, quæ sentienda sunt, nec habet, sed ad illa se vertit. Cogitatio vero et si non est illa, quæ cogitat, habet tamen, id est, notiones eorum, sive ex se ipsa proprie, sive ab intellectu suo hauriat pro arbitrio. Si mundum contempleris intelligibilem, illic non solum universus intellectus est universum intelligibile, sed etiam in quavis idea intellectus certus est intelligibile certum. Præterea intellectus uniuscujusque animæ proprius est suum ipsum intelligibile. Differt tamen et in hoc ab ipso simpliciter communique intellectu: siquidem non est ipse universum simpliciter intelligibile: est enim ipsum suo quodam pacto. Habet igitur intellectus noster universalium rerum intelligentiam, similiumque amorem: quoniam ipsum universum intelligibile et habet pariter et existit. At quoniam hic existit hoc ipsum non tam simpliciter, quam suo quodam pacto, id est, non prorsus efficacissimo modo: ideo in speciali qualibet notione non omnino distincte comprehendit singula, quæ mens divina comprehendit. Oportet enim intellectum ad rationem se imaginationemque convertere, ut particularia distincte cognoscat. Quod autem præter intellectum communem sint et alii non solum discursione, sed statu perpetuo cognoscentes a primo distincti, ita confirmari videtur: Intellectus primus, cum sit multitudo prima, merito est in plures intellectus naturaliter propagabilis: est in eo diversitatis idea, est etiam identitatis idea, longeque potentior. Quoniam igitur sub diversitate in plures intellectus distribuitur discurrentes, merito et in plures sub identitate derivatur stabiliter cognoscentes. Sed in iis inde naturaliter propagatis ita ratio discurrens subnectitur intelligentiæ stabili, sicut in prima mente ipsa diversitas vel alteritas identitati subnectitur. Progredi vero in multitudinem infinitam intelligendo, id est intelligere singula, datur intelligentiæ nostræ rationis adjunctæ imaginationisque ministerio. Cætera, quæ de amore Diisque disputantur, in libro de Amore satis confirmavisse videmur.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ Ε.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ

### LIBER V.

### ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ,

### De Amore.

291 ΠΕΡΙ ἔρωτος, πότερα θεός τις ἢ δαίμων, ἢ πάθος τι τῆς ψυχῆς; ἢ ὁ μὲν θεός τις ἢ δαίμων, τὸ δέ τι καὶ πάθος, καὶ ποῖόν τι ἕκαστον, ἐπισκέψασθαι ἄξιον τάς τε τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπινοίας ἐπιόντας, καὶ ὅσαι ἐν φιλοσοφίᾳ ἐγένοντο περὶ τούτων· καὶ μάλιστα ὅσα ὁ
B θεῖος Πλάτων ὑπολαμβάνει, ὃς δὴ καὶ πολλὰ πολλαχῇ τῶν ἑαυτοῦ περὶ ἔρωτος ἔγραψεν· ὃς δὴ, οὐ μόνον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγιγνόμενόν τι πάθος εἴρηκεν εἶναι, ἀλλὰ καὶ δαίμονα φησὶν αὐτὸν, καὶ περὶ γενέσεως αὐτοῦ διεξῆλθεν, ὅπως καὶ ὅθεν ἐστὶ γεγενημένος. Περὶ

9. ἢ δαίμων] Ita Codd. Par. A. et Vat. Reliqui cum Ed. ἢ διαίμων.

11. ἐπισκεπτέον] Codd. omnes ἐπισκέψασθαι ἄξιον. Quod recepi. Illud habet Ed.

ib. ἀνθρώπων] Cod. Med. B. omittit hanc vocem.

ib. ἐπιόντας] Cod. Ciz. ἐπιόντων.

12. ὁ θεῖος Πλάτων ὑπολαμβάνει] Codd. omnes, exceptis Darm. Marc. C. et Mon. A., ὑπολ. ὁ θεῖος Πλάτων. Vocem ὅσα omittit Cod. Marc. C.

13. ὃς δὴ] Cod. Vat. in marg. ut marg. Ed. ἃ δή. Marc. C. οὗ δή.

I. *De amore illo qui passio quædam est, quid sit, unde sit, quot habeat species.*

OPERÆ PRECIUM est de amore considerare, utrum Deus quidam sit, vel dæmon, vel passio quædam animæ: an potius partim quidem Deus quidam sive dæmon, partim vero sit passio quædam. Præterea quale potissimum, quidve horum quodlibet sit dicendum. Percurrere quoque expedit cum aliorum hominum hac de re opiniones, præcipue philosophicas, tum vel maxime Platonis divini sententiam, qui multis in locis multa de amore conscripsit: neque solum passionem quandam animis influentem esse dixit, verum etiam dæmonem appellavit amorem, deque hujus generatione disseruit, quo pacto et unde sit genitus. Principio ferme nullus ignorat ama-

μὲν οὖν τοῦ πάθους οὐ τὸν ἔρωτα αἰτιώμεθα, ὅτι ἐγγίγνεται ἐν ψυ- 291
χαῖς ἐφιεμέναις καλῷ τινι συμπλακῆναι, καὶ ὡς ἡ ἔφεσις αὕτη, ἡ C
μὲν ἔστι παρὰ σωφρόνων αὐτῷ τῷ κάλλει οἰκειωθέντων· ἡ δὲ, καὶ
τελευτᾷν ἐθέλει εἰς αἰσχροῦ τινος πρᾶξιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. Ὅθεν
δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχει ἑκάτερος, τὸ ἐντεῦθεν ἐπισκοπεῖν διὰ φιλοσοφίας
προσήκει· ἀρχὴν δὲ εἴ τις θεῖτο τὴν αὐτοῦ κάλλους πρότερον ἐν ταῖς
ψυχαῖς ὄρεξιν, καὶ ἐπίγνωσιν, καὶ συγγένειαν, καὶ οἰκειότητος ἄλο-
γον σύνεσιν, τυγχάνοι ἂν οἶμαι τοῦ ἀληθοῦς τῆς αἰτίας. Τὸ μὲν γὰρ D
αἰσχρὸν ἐναντίον καὶ τῇ φύσει καὶ τῷ θεῷ. καὶ γὰρ ἡ φύσις, πρὸς
τὸ καλὸν βλέπουσα ποιεῖ· καὶ πρὸς τὸ ὡρισμένον βλέπει, ὅ ἐστιν ἐν
τῇ τοῦ ἀγαθοῦ συστοιχίᾳ· τὸ δὲ ἀόριστον, αἰσχρὸν, καὶ τῆς ἑτέρας
συστοιχίας· τῇ δὲ φύσει γένεσις, ἐκεῖθεν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ δῆλον
ὅτι τοῦ καλοῦ· ὅτῳ δέ τις ἄγεται καὶ ἔστι συγγενὴς, τούτου ὠκείω- E
ται καὶ πρὸς τὰς εἰκόνας· εἰ δέ τις ταύτην τὴν αἰτίαν ἀνέλοι, ὅπη
τὸ πάθος γίγνεται, καὶ δι' ἃς αἰτίας, οὐχ ἕξει λέγειν, οὐδ' ἐπ' αὐ-
τῶν τῶν διὰ μίξιν ἐρώτων. Καὶ γὰρ οὗτοι τίκτειν βούλονται ἐν τῷ
καλῷ· ἐπείπερ ἄτοπον βουλομένην τὴν φύσιν καλὰ ποιεῖν, ἐν αἰσχρῷ 292

2. συμπλακῆναι] Codd. Ciz. Mon. A. et Vat. συμπλασθῆναι; sed Vat. in m. ut Ed. Cod. Vind. ἐμπλακῆναι.

4. Ὅθεν δὲ] Cod. Mon. A. ὅθεν καί.

5. ἔχει ἑκάτερος] Ἔχει, quod abest ab Ed., addidimus ex Codd., exceptis Darm. et Marc. C., omnibus.

6. θεῖτο] Ita Codd. Darm. Marcc. Med. A.B. Vat. In Ed. est δεῖτο.

7. περίγνωσιν] Ita cum Ed. solus Cod. Vat. in marg. Reliqui omnes ἐπίγνωσιν. Et sic rescripsi.

8. σύνεσιν] Cod. Vat. σύνθεσιν. Idem τυγχάνει, sed in marg. οι.

10. ὡρισμένον] Ita Codd. Ciz. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. ὁρισμενον.

11. συστοιχίᾳ] Cod. Vat. h. l. et paulo inferius in syllaba penultima habet ει pro ι. De his formis sufficit nunc laudasse Porson. ad Eurip. Orest. 1070. Lobeck. ad Sophocl. Ajac. 682. et Elmsley. ad Œdip. Colon. 188. 748.

12. δηλονότι] Codd. Ciz. Med. A.B. δῆλον ὅτι.

13. ὅτῳ δὲ] Ita Codd. Ciz. Mon. A. Med. A.B. Marc. B.C. Vat.; sed Vat. in m. ut Ed. οὕτω δέ.

ib. ἄγεται] Cum marg. Ed. habent. ἄγαται Codd. Marcc. Med. A.B. Par. A. Vat. (in marg.) et Vind. A.

ib. ὠκείωται] Codd. Vat. et Marc. A. οἰκείωται; sed ille in m. ὠκείωται.

16. ἐν τῷ καλῷ] Abest τῷ a Codd. Mon. A. Marc. B. Med. B. Vat. (in m. add.) Vind. A. In Cod. Med. A. eadem vox punctis superscriptis notata est.

17. βουλομένην] Codd., exceptis Darm. Marc. A. et Vind. A., omnes βουλοίμην. Sed Marc. B. in marg. habet ut Ed.

toriam passionem influere animabus concupiscentibus pulchro se alicui commiscere, appetitumque ejusmodi partim esse penes temperatos, jam factos ipsius pulchri domesticos, partim vero in turpem quandam desinere actionem. At unde affectus uterque proveniat, deinceps philosophice contemplari debemus. Siquis igitur principium ejus ponat, antiquam ipsius pulchri insitam animabus appetitionem, notionem, cognationem, et quandam ne rationis actu cognationis perceptionem, is a veritate causæ (ut arbitror) minime aberrabit: nempe quod turpe est, id naturæ est Deoque contrarium. natura enim pulchrum spectans agit: spectat autem determinatum, quod quidem in boni ordine collocatur, indeterminatum vero turpe est ordinisque contrarii: sed origo naturæ inde dependet a bono atque pulchro. Quisquis autem aliquo delectatur quasi cognato, ad imagines quoque ejus quasi affines afficitur: at siquis hanc sustulerit causam, deinde qua ratione quasve ob causas passiones amatoriæ oriantur, explicare non poterit: neque etiam in amoribus veneream poscentibus mistionem. Nam et hi in pulchro quodam procreare percupiunt, quandoquidem dictu perabsurdum est, naturam pulchra volentem facere, velle in turpi aliquo generare. At enim illis, qui, ut hic generent, incitantur, sufficit, quod hic pulchrum est, assequi. Quod quidem in imaginibus adest atque corporibus: siquidem principale exemplar iis minime adest, quod quidem causa ipsis est pulchri etiam hujus amandi. Proinde penes illos, qui ab hoc pulchro in superni pulchri reminiscentiam revocantur, pulchrum hoc velut imago diligitur:

292 γεννᾷν βούλεσθαι. Ἀλλὰ τοῖς μὲν τῇδε γεννᾷν κινουμένοις, ἀρκεῖ
τὸ τῇδε καλὸν ἔχειν. Ὅπερ πάρεστιν ἐν εἰκόσι καὶ σώμασιν, ἐπεὶ
μὴ τὸ ἀρχέτυπον αὐτοῖς πάρεστιν, ὅ ἐστιν αἴτιον αὐτοῖς, τοῦ καὶ
τοῦδε ἐρᾷν. Καὶ εἰς ἀνάμνησιν μὲν ἐκείνου ἀπὸ τοῦδε ἐλθοῦσιν ἀγα-
B πᾶται τοῦτο ὡς εἰκών· μὴ ἀναμνησθεῖσι δὲ, ὑπ' ἀγνοίας τοῦ πάθους,
ἀληθὲς τοῦτο φαντάζεται, καὶ σώφροσι μὲν οὖσιν ἀναμάρτητος ἡ
πρὸς τὸ τῇδε καλὸν οἰκείωσις· ἡ δὲ πρὸς μίξιν ἔκπτωσις, ἁμαρτία.
Καὶ ὅτῳ μὲν καθαρὸς ὁ τοῦ καλοῦ ἔρως ἀγαπητὸν τὸ κάλλος μόνον,
εἴτε ἀναμνησθέντι, εἴτε καὶ μή. Ὅτῳ δὲ μέμικται καὶ ἄλλη τοῦ
ἀθάνατον εἶναι ὡς ἐν θνητῷ ἐπιθυμία, οὗτος ἐν τῷ ἀειγενεῖ καὶ ἀϊδίῳ
C τὸ καλὸν ζητεῖ, καὶ κατὰ φύσιν μὲν ἰὼν σπείρει καὶ γεννᾷ ἐν καλῷ·
σπείρων μὲν, εἰς τὸ ἀεὶ, ἐν καλῷ δὲ, διὰ συγγένειαν τοῦ καλοῦ.
Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀΐδιον συγγενὲς τῷ καλῷ· καὶ ἡ ἀΐδιος φύσις, τὸ
πρώτως τοιοῦτον, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς τοιαῦτα πάντα. Τὸ μὲν οὖν μὴ
γεννᾷν ἐθέλον, μᾶλλον αὐταρκέστερον τῷ καλῷ· τὸ δὲ ἐφιέμενον
ποιῆσαι, καλόν τε ἐθέλει ποιεῖν ὑπ' ἐνδείας, καὶ οὐκ αὔταρκες· καὶ
D εἴπερ τοιοῦτον ποιήσει, οἴεται εἰ ἐν καλῷ γενήσεται, οἵ δ' ἂν ἐν
παρανόμῳ, καὶ παρὰ τὴν φύσιν ἐθέλωσι γεννᾷν, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν
πορείας ποιησάμενοι τὰς ἀρχὰς, γενόμενοι παράφοροι, ἐκ ταύτης οἷον

1. Ἀλλὰ] Codd. Darm. Marcc. Mon. A. Par. A. Vat. Vind. A. ἀλλὰ γάρ.
2. γὰρ ἐστὶν] Sic Ed. cum marg. Ed. habent πάρεστιν Codd., exceptis Darm. Marc. B. et Par. A., omnes: eosque sequor.
4. τοῦδε] Abest δὲ a Codd. Mon A. et Vat. Sed Vat. eam voculam habet in marg.
9. μέμικται] Cod. Vind. A. ἀναμέμικται cum Marc. A. Idem Marc. A. mox pro οὗτος habet οὕτως.
10. ἀθάνατον] Cod. Med. A. ἀθανάτου, sed supra lin. ab al. m. ον.
ib. ἐν θνητῷ] ἐν omissum in Cod. Vat., in m. additum est.
13. ἀΐδιος φύσις] Cod. Vind. A. ἀϊδιότης φύσις.
16. καλόν τε ἐθέλει] Cod. Ciz. καλὸν τὸ ἐθέλειν.
17. τοιοῦτον ποιήσει] Codd. Darm. Marc. B. Med. A.B. ποιήσει τοιοῦτον.
ib. γενήσεται] Codd. Med. A.B. Marc. B. Par. A. (ex corr.) γεννήσεται.
18. παρὰ τὸν νόμον] Ita Ed. Codd. omnes, ut marg. Ed., ἐν παρανόμῳ, excepto Marc. C. Illos secuti sumus.
ib. τὴν φύσιν] Cod. Vind. A. omittit τήν.
19. τὰς ἀρχὰς] Cod. Vat. παρ' ἀρετάς; in m. τάς.

at penes illos, qui minime recordantur ob ignorantiam passionis, nostra hæc vera pulchritudo censetur: ac si temperati sint, inita cum hoc pulchro familiaritas vitio caret. Lapsus vero intemperantium in veneream mistionem est peccatum. Proinde, qui puro pulchri amore afficitur, sola pulchritudine est contentus, sive recordetur, sive non recordetur. Qui autem admistam insuper habet aliam quoque concupiscentiam immortalitatis in re ipsa mortali, pro viribus comparandæ hic in generatione perpetua perseverantiaque sempiterna pulchrum quæritat: ac dum secundum naturam progreditur, serit generatque in pulchro, serens quidem in sempiternum, in pulchro autem, propter quandam ipsius pulchri cognationem. Etenim ipsum quoque sempiternum est pulchro cognatum, naturaque sempiterna primum pulchrum est, et quæ ab ipsa fiunt, pulchra omnia fiunt. Quod igitur generationem non optat, sufficiens et contentus ipso pulchro magis esse videtur: quod autem appetit generare, pulchrum quidem nititur gignere ob indigentiam quandam: unde apparet nequaquam sibi ipsi sufficere: existimat autem in faciendo, tunc demum pulchrum aliquid se facturum, si in pulchro genuerit: at vero, qui præter legem, præterque naturam generare contendunt, a naturali quodam impetu cursum exordiuntur, sed naturalem transgressi viam per lubrica delabuntur, prolapsique jacent, ignorantes, quo amor ducebat eos, et quorsum

ὁδοῦ ὀλισθήσαντες, κεῖνται πεσόντες, οὔτε ἔρωτα γνόντες ἐφ᾽ ὃ ἦγεν 292
αὐτοὺς, οὔτε ἔφεσιν γεννήσεως, οὔτε χρῆσιν κάλλους εἰκόνος· οὔτε
ὅ, τι ἔστι κάλλος αὐτό. Ἀλλ᾽ οὖν, οἵ τε σωμάτων καλῶν καὶ διὰ E
μίξιν ἐρῶντες, ὅτι καλά ἐστιν ἐρῶσιν, εἴτε τὸν λεγόμενον μικτὸν
ἔρωτα, γυναικῶν μὲν, ἵνα καὶ τὸ ἀεὶ, μὴ τοιούτων δὲ σφαλλόμενοι·
οἱ δὲ ἀμείνους, σωφρονοῦσι μὲν ἄμφω· ἀλλ᾽ οἱ μὲν, καὶ τὸ τῇδε κάλ-
λος σέβουσιν ἀρκούμενοι· οἱ δὲ κἀκεῖνο, ὅσοι ἀνεμνήσθησαν καὶ οὐκ
ἀτιμάζουσιν οὐδὲ τοῦτο, ὡς ἂν καὶ ἀποτέλεσμά τι ὂν ἐκείνου καὶ
παίγνιον. Οὗτοι μὲν οὖν περὶ τὸ καλὸν, αἰσχροῦ ἄνευ· οἱ δὲ, καὶ
διὰ τὸ καλὸν, εἰς αἰσχρὸν πεσόντες. Καὶ γὰρ ἡ ἀγαθοῦ ἔφεσις ἔχει F
εἰς κακὸν τὴν ἔκπτωσιν πολλάκις· καὶ ταῦτα μὲν τῆς ψυχῆς τὰ πα-
θήματα.

Περὶ δὲ τοῦ, ὃν θεὸν τίθενται, οὐ μόνον οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, ἀλλὰ
καὶ θεολόγοι, καὶ Πλάτων πολλαχοῦ, Ἀφροδίτης Ἔρωτα λέγων, καὶ
ἔργον αὐτῷ εἶναι, καλῶν τε ἔφορον παίδων, καὶ κινητικὸν τῶν ψυ- G
χῶν πρὸς τὸ ἐκεῖ κάλλος, ἢ καὶ ἐπαύξειν τὴν ἤδη γενομένην πρὸς τὸ 293
ἐκεῖ ὁρμὴν, περὶ τούτου μάλιστα φιλοσοφητέον, καὶ δὴ καὶ ὅσα ἐν
Συμποσίῳ εἴρηται παραληπτέον, ἐν οἷς οὐκ Ἀφροδίτης γενεθλίοις,

2. οὔτε ὅ, τι] Ita nonnisi Codd. Par. A. et Marc. A. Reliqui cum Ed. οὔτε ὅτι.
3. αὐτό] Codd. omnes, excepto Marc. C., cum marg. Ed. αὐτό. Et recte. Sed Ed. αὐτός.
4. ἐρῶσιν, εἴτε] Cod. Ciz. ὁρῶσιν οἵ τε. Scribitur etiam οἵτε in Codd. Mon. A. Vat. Vind. A. Marcc.
6. ἄμεινον] Codd., excepto Darm., omnes cum marg. Ed. ἀμείνους. Quod restitui.
8. ἀποτέλεσμά τι] Ita Codd. Par. A. Vat. (ex corr.) et Vind. A. Reliqui cum Ed. ἀποτελέσματι.
ib. ἐκείνου] Abest a Cod. Vind. A. Mox Marc. A. inverso ordine ἄνευ αἰσχροῦ.
13. θεὸν] Abest a Cod. Marc. B.
14. πανταχοῦ] Ita Ed. Codd. omnes πολλαχοῦ, sed Vat. in m. ut Ed. Nos Codd. sequimur.
15. καλῶν τε] Cod. Med. A. (a pr. m.) καλόν τε et sic etiam Marc. B.
16. ἢ καὶ] Cod. Ciz. ἣ καί.
ib. ἐπαύξειν] Cod. Vat ἐπάξειν, in m. ut Ed.
17. φιλοσοφιστέον] Ita Ed. Sed Codd. omnes φιλοσοφητέον. Quod exhibemus.

generationis appetitio tendat. Item qua ratione imagine pulchri sit utendum, ignorantes denique ipsum pulchrum. Profecto qui pulchra corpora non commixtionis gratia diligunt, ob id ipsum quod pulchra sunt, amant. Rursus qui amorem sequuntur mistum, erga mulieres inquam, quo perpetuitas generatione servetur, neque ab hoc usquam aberrant, hi pulchritudinem perpetuitatemque simul exoptant, atque temperati sunt ambo, quamvis aliis præstantiores alii: et qui præstantiores, partim quidem pulchritudinem hanc nostram quasi eis sufficientem colunt, partim vero pulchritudinem quoque ipsam, qui scilicet recordantur, neque tamen pulchritudinem hanc aspernantur, utpote qui existiment hanc esse effectum quendam ludumque illius. Hi ergo absque turpitudine versantur in pulchro: alii vero per pulchrum in turpe labuntur: appetitus enim boni sæpe labitur et in malum: atque hæ quidem sunt animæ passiones.

II. *De duplici Venere: de amoribus geminis, qui velut aliquid subsistens generantur in Venere.*

Circa vero amorem illum in primis videtur philosophandum, quem Deum affirmant, non solum cæteri: verum etiam theologi, atque Plato frequenter amorem Veneris dicens, officiumque illi attribuens, ut dux pulchrorum sit puerorum, instigatorque animarum ad supernam pulchritudinem attingendam, aut saltem instinctum ad illam jam natum exaugeat. Huc adducenda sunt quæcunque in Platonis convivio pertractantur. Ubi scribitur in Veneris natalibus amorem ex indigentia copiaque progenitum. Videtur

293 ἐκ τῆς Πενίας καὶ τοῦ Πόρου. Ἔοικε δὲ ὁ λόγος καὶ περὶ τῆς Ἀφρο-
δίτης ἀπαιτήσειν τι εἰπεῖν, εἴτ' οὖν ἐξ ἐκείνης, εἴτε μετ' ἐκείνης,
γεγονέναι λέγεται ὁ Ἔρως. Πρῶτον οὖν, τίς ἡ Ἀφροδίτη· εἶτα πῶς,
B ἢ ἐξ αὐτῆς, ἢ σὺν αὐτῇ, ἢ τίνα τρόπον ἔχει τὸν αὐτὸν, τὸ ἐξ αὐτῆς
τε ἅμα καὶ σὺν αὐτῇ. λέγομεν δὴ τὴν Ἀφροδίτην εἶναι διττὴν, τὴν
μὲν, Οὐρανίαν, Οὐρανοῦ λέγοντες εἶναι· τὴν δὲ, ἐκ Διὸς καὶ Διώνης,
τὴν τῶν τῇδε ἐφαπτομένην ἔφορον γάμων· ἀμήτορα δὲ ἐκείνην, καὶ
ἐπέκεινα γάμων, ὅτι μηδὲ ἐν οὐρανῷ γάμοι. Τὴν δὲ οὐρανίαν λεγο-
C μένην, ἐκ Κρόνου, νοῦ ὄντος ἐκείνου, ἀνάγκη ψυχὴν θειοτάτην εἶναι,
εὐθὺς ἐξ αὐτοῦ ἀκήρατον ἀκηράτου μείνασαν ἄνω, ὡς μηδὲ εἰς τὰ
τῇδε ἐλθεῖν, μήτε ἐθελήσασαν, μήτε δυναμένην, ὅτι ἦν φύσεως, μὴ
κατὰ τὰ κάτω φῦσαν βαίνειν, χωριστὴν οὖσαν τινὰ ὑπόστασιν, καὶ
ἀμέτοχον ὕλης οὐσίαν. Ὅθεν αὐτὴν τούτῳ ἠνίττοντο, τῷ ἀμήτορα
D εἶναι, ἣν δὴ καὶ θεὸν ἂν τις δικαίως, οὐ δαίμονα εἴποι, ἄμικτον οὖ-
σαν, καὶ καθαρὰν ἐφ' ἑαυτῆς μένουσαν· τὸ γὰρ εὐθὺς ἐκ νοῦ πεφυ-
κὸς, καθαρὸν καὶ αὐτὸ, ἅτε ἰσχύον καθ' ἑαυτὸ, τῷ ἐγγύθεν ἅτε καὶ
τῆς ἐπιθυμίας οὔσης αὐτῇ, καὶ τῆς ἱδρύσεως πρὸς τὸ γεννῆσαν, ἱκα-
νὸν ὂν κατέχειν ἄνω· ὅθεν οὐδ' ἂν ἐκπέσοι ψυχὴ, νοῦ ἐξηρτημένη

1. Πόρου] Ita Codd., exceptis Darm. et Vind. A. omnes cum marg. Ed. In contextu fuit πόρνου, quod necessario ponendum fuit ex Platon. Symp. p. 203. Steph. p. 428. Bekk.
2. εἴτε μετ' ἐκείνης] Desunt hæc in Cod. Ciz.
3. ὁ Ἔρως] Abest articulus a Cod. Ciz.
4. σὺν αὐτῇ] Ita, pro αὐτῆς, Codd., exceptis Darm. Mon. A. Vind. A., omnes.
ib. ἢ τίνα—αὐτῇ] Desunt hæc in Codd. Mon. A. Ciz. Vat. Pergit Marc. A. λέγομεν δέ.
6. Διώνης] Ita Codd. Ciz. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. διόνης.
7. ἐφαπτομένων] Sic Ed. Sed Codd. Ciz. Marcc. Mon. A. et Vat. ἐφαπτομένην. et ita Fic. Quem sequor.
ib. ἔφορον] Cod. Vat. ἔροβον, sed in marg. ἔφορον.
9. ἐκείνου] Cod. Vat. ἐκείνους; in m. ου.
10. ἀκήρατον ἀκηράτου] Cod. Vind. A. ἀκήρατον ἀκήρατον ἀκηράτου.
ib. εἰς τὰ] Cod. Ciz. omittit εἰς.
12. φῦσαν] Cod. Vat. φύσαν.
13. αὐτὴν] Cod. Ciz. καὶ αὐτήν.
ib. τούτῳ] Cod. Vat. τοῦτο, in m. ut Ed.
ib. τῷ ἀμήτορα] Cod. Ciz. τό.
14. οὐ δαίμονα] Cod. Vind. A. εὐδαίμονα.
16. καθ' ἑαυτὸ] Codd., exceptis Darm. et Marc. C., omnes καθ' pro lectione Ed. μεθ'. Vat. habet ἑαυτῷ, sed in m. ό. Paullo inferius Marc. B.C. ἢ ὁ ἥλιος. Ed. ἢ ὕλιος.

præterea disputatio præsens de Venere nonnihil exigere. Utrum videlicet ex Venere, an potius una cum Venere amor natus esse dicatur: et primo quidem, quænam sit Venus, deinde quomodo se habeat, an ex ipsa, an simul cum ipsa, an potius quodammodo amorem habeat ex se ipsa simul, unaque cum ipsa progenitum. Dicimus itaque duplicem esse Venerem, alteram quidem cælestem cæli stirpem asseverantes: alteram vero ex Jove et Dione natam, humanorum conjugiorum ducem, hæc ipsa cominus attingentem: at illam sine matre, et ante conjugia, quoniam nuptiæ in cælo non fiant. Illam sane cælestem, quam ex Saturno, id est intellectu, genitam dicunt, necesse est, esse animam divinissimam, proxime ab ipso intellectu inviolabili inviolabilem natam, superneque permanentem, utpote quæ ad hæc mundana descendere neque velit, neque etiam valeat, propterea, quod ea prorsus natura prædita est, quæ ad inferiora non inclinatur: necesse, inquam, est, eam esse substantiam quandam separatam et essentiam materiæ nullo modo participem. Qua de causa subobscure dixerunt sine materia esse, ubi sine matre esse dixerunt. Quam quidem Deum potius, quam Dæmonem merito nominare debemus: quippe cum sincera puraque sit, et in se ipsa consistens. Quod enim ex mente proxime nascitur, ipsum quoque est purum, utpote quod validissimum est secundum se ipsum intellectus ipsius propinquitate, ingenitumque habeat appetitum ad se ipsum in genitore stabiliendum, genitore,

πολὺ μᾶλλον, ἢ ἥλιος ἂν ἔχοι ἐξ αὐτοῦ ὅσον αὐτὸν περιλάμπει φῶς 293
τὸ ἐξ αὐτοῦ, εἰς αὐτὸν συνηρτημένον· ἐφεπομένη δὴ τῷ Κρόνῳ, ἢ E
εἰ βούλει τῷ πατρὶ τοῦ Κρόνου Οὐρανῷ, ἐνήργησέ τε πρὸς αὐτὸν καὶ
ᾠκειώθη, καὶ ἐρασθεῖσα Ἔρωτα ἐγέννησε, καὶ μετὰ τούτου πρὸς αὐ-
τὸν βλέπει, καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτῆς ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν εἰργάσατο·
καὶ ἄμφω, ἐκεῖ βλέπει, καὶ ἡ γειναμένη, καὶ ὁ καλὸς Ἔρως ὁ γεγεν-
νημένος, ὑπόστασις, πρὸς ἄλλο καλὸν ἀεὶ τεταγμένη, καὶ τὸ εἶναι
ἐν τούτῳ ἔχουσα μεταξὺ, ὥσπερ ποθοῦντος καὶ ποθουμένου, ὀφθαλ- F
μὸς ὁ τοῦ ποθοῦντος, παρέχων μὲν τῷ ἐρῶντι δι' αὐτοῦ τὸ ὁρᾷν τὸ
ποθούμενον· προτρέχων δὲ αὐτὸς καὶ πρὶν ἐκείνῳ παρασχεῖν τὴν τοῦ
ὁρᾷν δι' ὀργάνου δύναμιν, αὐτός πιμπλάμενος τοῦ θεάματος. πρότε-
ρος μὲν, οὐ μὴν ὁμοίως ὁρῶν, τῷ ἐν τῷ στηρίζειν μὲν ἐκείνῳ τὸ
ὅραμα, αὐτὸν δὲ καρποῦσθαι τὴν θέαν τοῦ καλοῦ αὐτὸν παραθέ-
ουσαν.

Ὑπόστασιν δὲ εἶναι καὶ οὐσίαν ἐξ οὐσίας, ἐλάττω μὲν τῆς ποιη- G
σαμένης, οὖσαν δὲ ὅμως, ἀπιστεῖν οὐ προσήκει. Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ
ἐκείνη, οὐσία ἦν γενομένη, ἐξ ἐνεργείας, τῆς πρὸ αὐτῆς καὶ ζῶσα,
καὶ τῆς τῶν ὄντων οὐσίας, καὶ πρὸς ἐκεῖνο ὁρώσης, ὃ πρώτη ἦν 294

1. ἐξ αὐτοῦ] Codd. Ciz. Marcc. Vat. Vind. A. ἐξ ἑαυτοῦ.
2. εἰς αὐτὸν] Cod. Mon. A. εἰς αὐτό. Marc. A. εἰς αὐτόν.
4. ᾠκειώθη] Cod. Ciz. οἰκειώθη. Marc. A. ᾠκοιώθη.
6. γεγεννημένος] Ita Ed. Sed Codd. Marc. B. Med. A.B. γεγεννημένος, quos sequimur.
8. ἐν τούτῳ] Cod. Mon. A. ἐκ τούτου. Omissa hæc in Cod. Vat., in m. add.
9. δι' αὐτοῦ] Ita Codd. Vat. et Vind. A. Reliqui cum Ed. δ' αὐτοῦ.
ib. ὁρᾷν τὸ] Cod. Vat. ἐρᾷν, in m. ὁρᾷν. In Codd. Mon. A. et Marc. B. omissum est τό. Cod. Marc. C. τῷ ἔρωτι. pro τῷ ἐρῶντι.
11. δι' ὀργάνου] Ita Codd. Med. A.B. Vat. Vind. A. Reliqui cum Ed. δ' ὀργάνου.
ib. πρότερος] Omnes, excepto Marc. C., cum marg. Ed. πρότερος, ut legit Fic. Ed. πρότερον.
12. τῷ στηρίζειν] Codd. Mon. et Vat. omittunt τῷ. Sed Vat. in m. add. Idem habet ἐνστηρίζειν cum Marc. A.C. Horum prior habet τὸ pro τῷ, et mox αὐτὸς pro αὐτόν.
17. οὐσία ἦν] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. οὐσία μέν. Vat. in m. μὲν ἦ.
18. ἐκεῖνο] Cod. Mon. A. ἐκεῖνον.

inquam, potente ipsum sufficienter apud superos detinere: quo fit, ut nunquam anima illa decidat, quæ e vestigio pendet ex mente, idque munus habet multo magis, quam lumen soli circumfusum, perpetuo ex ipso prodeat et referatur in ipsum. Sequens igitur continuo Saturnum, ac si velis patrem etiam Saturni, Cælum, actum suum reflexit ad ipsum, seque illi conciliavit, et amorem amando progenuit, cumque hoc ipso amore suspicit ipsum, atque hujus animæ actus substantiam essentiamque producit. Tum vero utrumque illuc intuetur tum ipsa genitrix, tum genitus pulcher amor, substantia quidem ad aliud pulchrum semper intenta, habensque esse hoc ipso in medio scilicet inter desiderantem, atque desideratum. Et profecto desiderantis est oculus præbens quidem amanti, ut per ipsum cernat amatum, præcurrens autem ipse, et antequam illi præbeat facultatem videndi per instrumentum, ipse jam spectaculo, sive spectamine plenus: prior quidem, inquam, non tamen similiter contemplatus, ex eo, quod sistit quidem illi spectamen, ipse vero velut fructu vescitur visione pulchri ipsi mirifice circumfusa.

III. *Confirmatio superiorum.*

Esse vero substantiam essentiamque ab essentia emanantem minorem quidem generante, existentem vero simul, negare non licet. Etenim anima illa essentia est nata ex actu, qui super ipsam est, essentia, inquam, vivens, et ab ipsa entium essentia pendens, illudque suspiciens, quod prima essentia est, vehementerque suspiciens. Atqui et primum ipsius spectaculum,

294 οὐσία, καὶ σφόδρα ὁρώσης. Καὶ πρῶτον ἦν ὅραμα αὐτῇ τοῦτο, καὶ
ἑώρα ὡς πρὸς ἀγαθὸν αὐτῆς, καὶ ἔχαιρεν ὁρῶσα· καὶ τὸ ὅραμα τοι-
οῦτον ἦν, ὡς μὴ πάρεργον ποιεῖσθαι τὴν θέαν τὸ ὁρῶν ὡς τῇ οἷον
ἡδονῇ καὶ τάσει τῇ πρὸς αὐτὸ, καὶ σφοδρότητι τῆς θέας, γεννῆσαί
τι παρ᾽ αὐτῆς, ἄξιον αὐτῆς καὶ τοῦ ὁράματος, ἐξ οὖν τοῦ ἐνεργοῦντος
B συντόνως περὶ τὸ ὁρώμενον, καὶ ἐκ τοῦ οἷον ἀποῤῥέοντος ἀπὸ τοῦ
ὁρωμένου ὄμμα πληρωθὲν, οἷον μετ᾽ εἰδώλου ὅρασις, Ἔρως ἐγένετο·
τάχα που καὶ τῆς προσηγορίας ἐντεῦθεν μᾶλλον αὐτῷ γεγενημένης,
ὅτι ἐξ ὁράσεως τὴν ὑπόστασιν ἔχει· ἐπεὶ τό γε πάθος ἀπὸ τούτου
ἔχοι ἂν τὴν ἐπιθυμίαν, εἴπερ πρότερον οὐσία μὴ οὐσίας· καίτοι τό
γε πάθος ἐρᾷν λέγεται, καὶ εἴπερ ἔρως αὐτὸν ἔχει τοῦδε, ἁπλῶς δὲ
C οὐκ ἂν λέγοιτο ἔρως. Ὁ μὲν δὴ τῆς ἄνω ψυχῆς ἔρως, τοιοῦτος
ἂν εἴη· ὁρῶν καὶ αὐτὸς ἄνω, ἅτε ὀπαδὸς ὢν ἐκείνης, καὶ ἐξ ἐκείνης,
καὶ παρ᾽ ἐκείνης γεγενημένος, καὶ θεῶν ἀρκούμενος θέᾳ· χωριστὴν
δὲ ἐκείνην τὴν ψυχὴν λέγοντες τὴν πρώτως ἐλλάμπουσαν τῷ οὐρανῷ,
χωριστὸν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦτον θησόμεθα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οὐρα-
D νίαν τὴν ψυχὴν εἴπομεν· ἐπεὶ καὶ ἐν ἡμῖν λέγοντες τὸ ἐν ἡμῖν ἄρι-
στον εἶναι, χωριστὸν ὅμως τιθέμεθα αὐτὸ εἶναι· μόνον ἐκεῖ ἔστω, οὗ
ἡ ψυχὴ ἡ ἀκήρατος. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦδε τοῦ παντὸς ψυχὴν εἶναι

1. πρῶτον ἦν] Abest ἦν a Cod. Ciz. In seqq. Marc. C. τοῦτο ἦν.
3. ποιεῖσθαι τὴν θέαν] Codd. Darm. Marc. B. et Med. A. τὴν θέαν ποιεῖσθαι.
ib. τὸ ὁρᾷν] Cum marg. Ed. habent τὸ ὁρῶν Codd., excepto Mon. A., omnes. In Cod. Vind. A. videtur scriptum τί pro τό.
ib. ὡς τῇ] Cod. Mon. A. ὡς τὸ.
4. κράσει] Codd., præter Darm. et Vind. A., omnes cum marg. Ed. τάσει. Quod recepi.
6. περὶ τὸ] Cod. Vat. τὸ περὶ; in m. ut Ed.
9. πάθος ἀπὸ] Codd. Ciz. Mon. A. Vat. πάθος ἐρᾷν λέγεται. Sed Vat. in m. ut Ed.
10. ἔχοι] Cod. Vind. A. ἔχει.
ib. ἂν τὴν] Cod. Vat. αὐτήν; in m. ut Ed.
ib. καίτοι—λέγεται] Desunt hæc in Codd. Ciz. Mon. A. Vat. Sed Vat. in m. add.
13. ὀπαδός] Codd. Marc. ὁπαδός.
14. καὶ θεῶν] Codd. Ciz. et Vat. καὶ θεωρῶν. Sed Vat. in m. ut Ed.
ib. θέᾳ] Ita solus Cod. Par. A. Reliqui cum Ed. θέα.
ib. χωριστὴν] Cod. Ciz. χωρητήν.
15. ἐλλάμπουσαν] Ita Codd. Vat. et Marcc. Reliqui cum Ed. ἐλάμπουσαν.
17. ἄριστον] Bis scriptam hanc vocem exhibet Cod. Vat. Sed in m. est obelus.
19. Ἐπεὶ δὲ] Codd. Mon. A. Vat. et Vind. A. omittunt δέ. Sed Vat. in m. habet additum.

vel spectamen id ipsum est. Quod quidem tanquam suum bonum spectat gaudetque videns, atque ipsum visum tale est, ut, quod intuetur non negligenter intueatur, adeo ut ipsa velut voluptate intentioneque ad ipsum visionisque vehementia aliquid generetur ab ipsa tum ea, tum spectaculo dignum: quam ob rem tum ex eo, quod intentissime agit circa spectaculum, tum ex eo, quod quasi ab ipso spectaculo defluit, imbutus oculus velut visio quædam cum simulachro natus est amor: qui forte ob hoc dictus est eros, quoniam ab horaseos, id est visione, substantiam habet. Quando et amor, qui passio est, ab hoc habet instinctum: siquidem amor, qui essentia est antecedit amorem, qui non est essentia: atqui et passio eran, id est, amare dicitur, siquidem amor ipsam hujus habet, simpliciter autem amor non appellatur. Amor itaque supernæ animæ talis existit, suspiciens ipse quoque sublimia, tanquam animæ illius pedissequus, atque ex illa penesque illam genitus, Deorumque contemplatione contentus. Cum vero animam illam separatam esse dicamus: animam, inquam, primo cælum illuminantem, non injuria hunc etiam amorem separatum esse fatebimur. Et si animam ipsam maxime cælestem esse diximus: quemadmodum optimum nostrum esse in nobis asserimus, attamen separatum etiam affirmamus. Illic ergo tantum sit ille amor, ubi est inviolabilis anima. At quoniam oportuit animam etiam

ἔδει, ὑπέστη μετὰ ταύτης ἤδη καὶ ὁ ἄλλος ἔρως, ὄμμα καὶ ταύτης, 294 ἐξ ὀρέξεως καὶ αὐτῆς γεγενημένος· τοῦ δὲ κόσμου οὖσα ἡ Ἀφροδίτη αὐτὴ, καὶ οὐ μόνον ψυχὴ, οὐ δὲ ἁπλῶς ψυχὴ, καὶ τὸν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἔρωτα ἐγεννήσατο ἐφαπτόμενον ἤδη καὶ αὐτὸν γάμων· καὶ E καθ᾽ ὅσον ἐφάπτεται καὶ αὐτὸς τῆς ὀρέξεως τῆς ἄνω, κατὰ τοσοῦτον κινοῦντα καὶ τὰς τῶν νέων ψυχὰς, καὶ τὴν ψυχὴν, ᾗ συντέτακται, ἀναστρέφοντα καθ᾽ ὅσον καὶ αὐτὴ εἰς μνήμην ἐκείνων πέφυκεν ἰέναι. Πᾶσα γὰρ ἐφίεται τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἡ μεμιγμένη, καὶ ἡ τινὸς γενομένη· ἐπεὶ καὶ αὕτη ἐφεξῆς ἐκείνη, καὶ ἐξ ἐκείνης.

Ἆρ᾽ οὖν καὶ ἑκάστη ψυχὴ ἔχει ἔρωτα τοιοῦτον ἐν οὐσίᾳ καὶ ὑπο- F στάσει; ἢ διὰ τί ἡ μὲν ὅλη ἕξει, καὶ ἡ τοῦ παντὸς ὑποστᾶ τὸν ἔρωτα, ἡ δὲ ἑκάστου ἡμῶν, οὔ; πρὸς δὲ καὶ ἡ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἅπασι. Καὶ ἄρα ὁ Ἔρως οὗτός ἐστιν ὁ δαίμων, ὅν φασιν ἑκάστῳ συνέπεσθαι, ὁ αὐτοῦ ἑκάστου ἔρως. Οὗτος γὰρ ἂν εἴη καὶ ὁ ἐμποιῶν τὰς ἐπιθυμίας, κατὰ φύσιν ἑκάστης τῆς ψυχῆς ὀριγνωμένης, ἀνάλογον ἑκάστης πρὸς τὴν αὑτῆς φύσιν καὶ τὸν ἔρωτα γεννώσης, G εἴς τε ἀξίαν καὶ πρὸς οὐσίαν. Ἐχέτω δὴ ἡ μὲν ὅλη, ὅλον· αἱ δὲ ἐν μέρει, τὸν αὑτῆς ἑκάστη· καθ᾽ ὅσον δὲ ἑκάστη πρὸς τὴν ὅλην ἔχει,

2. γεγενημένος] Cod. Mon. A. γενομένη.
4. ἐγεννήσατο] Cod. Vind. A. ἐγίνητο.
10. ψυχὴ ἔχει] Cod. Mon. A. omittit ἔχει.
ib. οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει] Cod. Med. B. ὑποστάσει καὶ οὐσίᾳ.
11. ἡ μὲν] Cod. Vat. ἡμῖν, in m. ἡ μέν.
ib. ὑποστᾶ] Ita cum Ed. Marc. B.C. Darm. Med. A.B. et Vat. in marg. Reliqui ὑποστάντα. Quod sequitur τὸν omissum est in Cod. Mon. A. Vereor, ut sanus sit locus. Exspectes saltem ὑποστήσει.
13. ἄρα ὁ Ἔρως] Cod. Ciz. ἄρα ὁ δαίμων. Pergit Cod. Marc. C. οὗτος ἐστιν. In Codd. Marcc. est ἆρα et post ἑκαστου ἔρος signum interrogandi.
14. ἑκάστου] Codd. Ciz. et Mon. A. καὶ ἑκάστου. Idem habet Vat. sed cum obelo.
16. τὸν ἔρωτα] Codd. Mon. et Vat. τὸ ἔρωμα. Sed Vat. in m. ut Ed.
17. εἴτε] Codd. Ciz. Marc. A.B. Med. A.B. Vind. A. εἴς τι. Et ita rescripsi.
ib. δὲ ἐν] Codd. Darm. et Vat. δ᾽ ἐν cum Marcc.
18. τὸν αὐτῆς] Cod. Ciz. τοῦ αὐτῆς. Nos ex Marc. B. exhibemus αὑτῆς.

mundi hujus esse, ideo comitatur hanc jam alter amor, qui est et hujus oculus ex appetitu simul atque ipsa natus. Quum autem hujus mundi sit hæc Venus, neque solum anima, neque simpliciter anima, merito amorem rursus genuit hoc in mundo regnantem, qui jam una cum Venere conjugia nuptiasque attingit. Tum vero quatenus et ipse desiderium attingit supernum, eatenus juvenum sursum provocat animas, atque animam ipsam, cujus est collega, ad superna convertit, quantum et illa in eorum memoriam potest naturaliter provocari. Omnis namque anima bonum appetit, etiam quæ mista est alicujusque facta: quippe cum hæc anima deinceps illam sequatur, emanetque ab illa.

IV. *Duo amores cuilibet animæ naturaliter insiti, quasi duo sunt dæmones.*

Quæri potest, numquid anima quælibet amorem talem in essentia substantiaque possideat. Forte vero cum anima totius habeat amorem hunc et constituat, nihil prohibet, hominum animas habere similiter atque constituere, et insuper cæterorum omnium animalium animas. Forsan hic amor est dæmon, quem tradunt quemlibet comitari, scilicet essentialis uniuscujusque amor. Hic utique facile erit, qui cupiditates inserat naturales, quatenus quælibet anima naturaliter appetit, dum quælibet pro natura sua consentaneum sibi gignit amorem, quoad dignitatem, essentiamque pertinet. Universa igitur anima amorem habeat universum, particulares autem unaquæque suum: quatenus autem quælibet se habet ad universam, ab ea videlicet minime segregata, sed in ipsa comprehensa, adeo ut una sint omnes, eatenus et unusquisque amor ad universum se habet amorem: comitatur rursus

295 οὐκ ἀποτετμημένη, ἐμπεριεχομένη δὲ, ὡς εἶναι πάσας μίαν· καὶ ὁ A ἔρως ἕκαστος πρὸς τὸν πάντα ἂν ἔχοι· συνεῖναι δ' αὖ καὶ τὸν ἐν μέρει τῇ ἐν μέρει; καὶ τῇ ὅλῃ, τὸν μέγαν ἐκεῖνον· καὶ τὸν ἐν τῷ παντὶ, τῷ παντὶ πανταχοῦ αὐτοῦ· καὶ πολλοὺς αὖ τὸν ἕνα τοῦτον γίγνεσθαι καὶ εἶναι φαινόμενον πανταχοῦ, τοῦ παντὸς, οὗ ἂν θέλῃ σχηματιζόμενον μέρεσιν ἑαυτοῦ, καὶ φανταζόμενον εἰ θέλοι. Οἴεσθαι δὲ χρὴ καὶ Ἀφροδίτας ἐν τῷ ὅλῳ πολλὰς, δαίμονας ἐν αὐτῷ B γενομένας μετ' Ἔρωτος, ῥυείσας ἐξ Ἀφροδίτης τινὸς ὅλης, ἐν μέρει πολλὰς ἐκείνης ἐξηρτημένας, μετὰ ἰδίων Ἐρώτων· εἴπερ ψυχὴ μήτηρ Ἔρωτος, Ἀφροδίτη δὲ ψυχὴ, ἔρως δὲ ἐνέργεια ψυχῆς ἀγαθοῦ ὀριγνωμένης. Ἄγων τοίνυν ἑκάστην οὗτος ὁ Ἔρως πρὸς τὴν ἀγαθοῦ φύσιν, ὁ μὲν τῆς ἄνω θεὸς ἂν εἴη, ὃς ἀεὶ ψυχὴν ἐκείνῳ συνάπτει, δαίμων δ' ὁ τῆς μεμιγμένης.

C Ἀλλὰ τίς ἡ δαίμονος, καὶ ὅλως ἡ δαιμόνων φύσις, περὶ ἧς καὶ ἐν Συμποσίῳ λέγεται, ἥ τε τῶν ἄλλων, καὶ ἡ αὐτοῦ τοῦ Ἔρωτος, ὡς ἐκ Πενίας καὶ Πόρου Μήτιδός ἐστι γεγεννημένος ἐν τοῖς Ἀφροδίτης γενεθλίοις. Τὸ μὲν οὖν τὸν κόσμον ὑπονοεῖν λέγεσθαι τόνδε τῷ Πλάτωνι τὸν ἔρωτα, ἀλλὰ μὴ τοῦ κόσμου τὸν ἐν αὐτῷ ἐκφύντα ἔρωτα, πολλὰ τὰ ἐναντιούμενα τῇ δόξῃ ἔχει, τοῦ μὲν κόσμου, λεγο- D μένου εὐδαίμονος θεοῦ, καὶ αὐτάρκους εἶναι, τοῦ δὲ Ἔρωτος τούτου

1. ἀποτετμημένη] Cod. Ciz. ἀποτεταγμένη.
ib. πᾶσαι μίαν] Codd., exceptis Ciz. et Mon. A., omnes πάσας. Quod recepi. In Cod. Vind. A. pro μίαν est ὅμοιας, ubi Kopitarius in marg. adscripsit: an πᾶσαν ὅμοιαν? Et habet ὁμοίαν Cod. Marc. A. sed πάσας.
3. τῷ παντὶ] Abest repetitum τῷ παντὶ a Cod. Med. B
4. πολλὰ] Ita Ed. Sed Codd. omnes πολλούς: nullus facit cum Ed. Quare correxi.
5. θέλῃ] Codd. Darm. Med. A. θέλοι. Med. B. ἐθέλει.
12. συνάπτει] Cod. Vat. συντάττει, in m. ut Ed.
16. γεγενημένος] Codd. Ciz. et Med. B. γεγεννημένος. Quod recepi. Illud est in Ed.
ib. Ἀφροδίτης] Cod. Vat. Ἀφροδίταις.
17. μὲν οὖν] Cod. Ciz. omittit οὖν.
18. τὸν ἔρωτα] Codd. Ciz. Mon. A. et Vat. omittunt τόν.
19. τοῦ μὲν] Cod. Med. B. omittit μέν.

particularis amor particularem animam, et magnus ille amor animam universam, et qui in toto est, ubique viget totus pro universum: rursusque unus hic evadit in multos, et pro arbitrio apparet ubique: figuratus partibus suis, seque ipsum in imagine quadam si placet ostendens. Putandum vero est, Veneres quoque in mundo esse permultas quasi dæmones una cum amore nascentes, ex universa quadam Venere profluentes, quæ quidem sigillatim una cum amoribus propriis ab illa dependeant: siquidem anima est mater amoris, Venus autem est anima, amor vero est actus animæ bonum desiderantis. Cum igitur amor ejusmodi unamquamque ducat ad ipsam boni naturam, amor quidem sublimioris animæ Deus est, qui animam semper cum illo conjungit: amor autem animæ jam permixtæ dicendus est dæmon.

V. *Confutat eos, qui dicebant, amorem ipsum, qui a Platone appellatur magnus Dæmon, esse mundum.*

Cæterum quænam dæmonis et communiter dæmonum natura est? De qua in Convivio scribitur a Platone: natura, inquam, et aliorum dæmonum, et ipsius amoris, quemadmodum videlicet ex indigentia simul atque copia ex consilio nata in Veneris natalibus ortus est amor. Quisquis opinatur, mundum hunc a Platone esse amorem nominatum, non autem amorem esse aliquid mundi natumque in mundo, argumentis

ὁμολογουμένου τῷ ἀνδρὶ οὔτε θεοῦ, οὔτε αὐτάρκους, ἀεὶ δὲ ἐνδεοῦς 295
εἶναι. Εἶτα ἀνάγκη, εἴπερ ὁ κόσμος ἐστὶν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἡ
δὲ ψυχὴ τοῦ κόσμου, ἡ Ἀφροδίτη ἐστὶν αὐτῷ, μέρος τὸ κύριον τοῦ
Ἔρωτος, τὴν Ἀφροδίτην εἶναι· ἢ εἰ κόσμος ἡ ψυχή ἐστιν αὐτοῦ,
ὥσπερ καὶ ἄνθρωπος ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ, τὸν Ἔρωτα τὴν Ἀφροδίτην
εἶναι. Εἶτα διὰ τί οὗτος μὲν δαίμων ὢν, ὁ κόσμος ἔσται, οἱ δ᾽ ἄλ- E
λοι δαίμονες; δῆλον γὰρ ὅτι ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας εἰσὶν, οὐ καὶ αὐτοὶ
ἔσονται· καὶ ὁ κόσμος ἔσται σύστασις αὐτὸ τοῦτο ἐκ δαιμόνων. Ὁ
δὲ ἔφορος καλῶν παίδων λεχθεὶς εἶναι, πῶς ἂν ὁ κόσμος εἴη· Τὸ δὲ
ἄστρωτον, καὶ ἀνυπόδητον, καὶ ἄοικον, πῶς ἂν ἐφαρμόσειε, μὴ οὐ
γλίσχρως καὶ ἀπᾳδόντως.

Ἀλλὰ τί δὴ χρὴ λέγειν περὶ τοῦ Ἔρωτος καὶ τῆς λεγομένης γενέ- F
σεως αὐτοῦ; δῆλον δὴ, ὅτι δεῖ λαβεῖν τίς ἡ Πενία, καὶ τίς ὁ Πόρος,
καὶ πῶς ἁρμόσουσιν οὗτοι γονεῖς εἶναι αὐτῷ. Δῆλον δὲ, ὅτι δεῖ καὶ
τοῖς ἄλλοις δαίμοσι τούτους ἁρμόσαι, εἴπερ δεῖ φύσιν εἶναι καὶ οὐσίαν
μίαν, καθὸ δαίμονες, δαιμόνων, εἰ μὴ κοινὸν ὄνομα ἕξουσι μόνον.
Λάβωμεν τοίνυν, πῇ ποτε διορίζομεν θεοὺς δαιμόνων; καὶ εἰ πολ-
λάκις καὶ δαίμονας θεοὺς λέγομεν εἶναι, ἀλλ᾽ ὅταν γε τὸ μὲν ἕτερον, G

2. ὁ κόσμος] Abest a Cod. Ciz.
4. ἢ εἰ—εἶναι] Desunt hæc in Cod. Par. A.
ib. κόσμος] Cod. Mon. A. ὁ κόσμος.
ib. ἢ ψυχή] Cod. Vat. ἡ ψυχή, cum Codd. Marc. quod recepi.
ib. αὐτοῦ] Cum marg. Ed. habent αὐτῆς Codd., exceptis Par. A. et Vind. A., omnes.
7. οὐ καὶ] Cod. Vat. οὗ καὶ.
ib. αὐτοὶ] Ed. αὐτὸν; sed Codd. omnes recte αὐτοί, excepto Marc. C.
9. πῶς ἂν ὁ] Abest ἂν a Cod. Vind. A.
10. πῶς ἂν ἐφαρμ.] Cod. Med. A. πᾶς, superscripto ῶ ab al. m.
11. ἀπᾳδόντως] Cod. Med. B. ἐπᾳδόντως. Vat. ἀπᾳδόντος; in m. ως.
12. τί δὴ] Cod. Ciz. τί δέ.
ib. περὶ τοῦ] Cod. Mon. A. omittit τοῦ.
14. Δῆλον δὲ] Cod. Vind. A. δῆλον δή.
15. τούτοις] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Med. A. (a pr. m.) B. Vat. Vind. A. τούτους. Quod exhibeo.
ib. φύσιν] Cod. Vat. φησὶν, in m. φύσιν.
16. δαιμόνων] Cod. Mon. A. καὶ δαιμόνων.
17. πῇ ποτε] Cod. Med. B. μήποτε.

pluribus convincetur. Primo quidem Plato mundum appellat beatum Deum seque ipso sufficientem, amorem vero hunc neque Deum neque sufficientem dicit, sed semper egenum. Deinde necessarium est, siquidem mundus est ex anima corporeque compositus, anima vero mundi sua Venus est, principalem amoris partem esse Venerem. Aut si mundus est ipsa mundi anima, sicut et homo est hominis anima, necesse est amorem esse Venerem. Præterea curnam amor quidem existens dæmon est et mundus, cæteri vero dæmones, qui ex eadem essentia sunt, non sunt et ipsi mundus? atque mundus erit hæc ipsa ex dæmonibus constitutio. Item ubi amor dicitur pulchrorum dux puerorum, quonam modo id mundo conveniet? Denique amorem ait sine stramentis et tegmine, sine calceis, absque domicilio pervagari: quæ quidem mundo nullo modo possunt, nisi aride nimium inepteque, attribui.

VI. *De amoris origine, atque dæmonibus.*

Verum quidnam de amore, deque ipsius generatione dicendum est? Profecto exponendum est, quid sit amoris mater Penia, id est, indigentia: quidve pater Porus, id est, affluentia, et qua ratione parentes ejusmodi amori conveniant. Constat autem oportere parentes ejusmodi cæteris quoque dæmonibus convenire: siquidem oportet naturam essentiamque dæmonum omnium, qua ratione dæmones sunt, unam esse, nisi forte secundum nomen commune dicantur habere. Consideremus igitur, quomodo Deos a dæmonibus distinguamus: quamvis enim sæpe dæmones etiam Deos esse dicamus, in præsentia tamen sic

296 τὸ δὲ ἕτερον λέγωμεν αὐτῶν εἶναι γένος. Τὸ μὲν δὴ θεῶν ἀπαθὲς
λέγομεν, καὶ νομίζομεν γένος· δαίμοσι δὲ προστίθεμεν πάθη, ἀϊδίους
A λέγοντες ἐφεξῆς τοῖς θεοῖς, ἤδη πρὸς ἡμᾶς, μεταξὺ θεῶν τε καὶ τοῦ
ἡμετέρου γένους. Πῇ δὴ οὖν οὐκ ἔμειναν ἀπαθεῖς ὄντες οὗτοι πῇ δὲ
κατέβησαν τῇ φύσει, πρὸς τὸ χεῖρον, καὶ δὴ καὶ τοῦτο σκεπτέον.
Πότερα δαίμων ἐν τῷ νοητῷ οὐδὲ εἷς, καὶ αὖ ἐν τῷ κόσμῳ τῷδε δαί-
μονες μόνον, θεὸς δὲ ἐν τῷ νοητῷ ἀφορίζεται, ἢ εἰσὶ καὶ ἐνταῦθα
θεοὶ, καὶ ὁ κόσμος θεὸς, ὥσπερ σύνηθες λέγειν, τρίτος καὶ οἱ μέχρι
B σελήνης ἕκαστος θεός. Βέλτιον δὲ μηδένα ἐν τῷ νοητῷ δαίμονα
λέγειν, ἀλλὰ καὶ εἰ αὐτοδαίμων, θεὸν καὶ τοῦτον εἶναι· καὶ αὖ ἐν
τῷ αἰσθητῷ, τοὺς μέχρι σελήνης, θεοὺς τοὺς ὁρατοὺς, θεοὺς δευτέ-
ρους, μετ᾽ ἐκείνους, καὶ κατ᾽ ἐκείνους τοὺς νοητοὺς, ἐξηρτημένους
ἐκείνων, ὥσπερ αἴγλην, περὶ ἕκαστον ἄστρον· τοὺς δὲ δαίμονας, τί;
Ἆρά γε ψυχῆς ἐν κόσμῳ γενομένης τὸ ἀφ᾽ ἑκάστης ἴχνος; διὰ τί δὲ
C τῆς ἐν κόσμῳ; ὅτι ἡ καθαρὰ θεὸν γεννᾷ, καὶ θεὸν ἔφαμεν τὸν ταύ-
της ἔρωτα. Πρῶτον δὴ, διὰ τί οὐ πάντες οἱ δαίμονες ἔρωτες;
εἶτα, πῶς οὐ καθαροὶ καὶ οὗτοι ὕλης; ἢ ἔρωτες μὲν οἳ γεννῶνται

1. *τὸ δὲ ἕτερον*] Desunt hæc in Cod. Vind. A.

ib. *λέγωμεν*] Ita Codd., exceptis Mon. A. Med. B. Par. A., omnes. Ed. *λέγομεν*. Quod sequitur *αὐτῶν*, præcedit in Cod. Vat.

2. *ἀϊδίους*] Ita Codd. Med. A.B. Par. A. Vind. Reliqui cum Ed. *ἀϊδίως*.

4. *ἀπαθεῖς*] Cod. Darm. *ἀπαθεῖ*. Vocem *ὄντες* cum marg. Ed. omittunt omnes excepto Vind. A. Mox Marc. A. *δὴ* pro *δέ*.

6. *τῷδε*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. et marg. Vat. cum marg. Ed. *τούτῳ*.

8. *καὶ εἰ*] Codd. nostri omnes, ut marg. Ed., *καὶ οἱ*. Quod exhibemus.

9. *Βέλτιον δὲ*] Omissum est *δὲ* in Codd. Ciz. Mon. A. Vat. Sed Vat. in m. add.

10. *αὐτὸ δαίμων*] Codd. Par. A. Marcc. et Vat. *αὐτοδαίμων*. Sed Vat. in m. ut Ed.

12. *ἐκείνους, καὶ κατ᾽*] Cod. Ciz. *ἐκείνου καὶ μετ᾽*.

13. *δαίμονας τί;*] Est *ἴχνος* in Ed. post *τί*. Sed abest a Codd., exceptis Darm. et Marc. C., omnibus. Quamquam Vat. cum Marc. B. habet in marg. quare abjeci.

14. *Ἆρά γε*] Ita Codd. Darm. et Marcc. Reliqui cum Ed. *ἄρα γε*.

ib. *ἑκάστης ἴχνος*] Cum marg. Ed. habent *εἶδος* Codd. Med. A. (a pr. m.) Marc. C. Par. A. et Vat. in marg.

15. *τῆς ἐν κόσμῳ*] Cod. Vind. A. *τοῖς* pro *τῆς* cum Marc. A.

16. *διὰ τί*] Cod. Ciz. *καὶ διὰ τί*.

17. *ἢ ἔρωτες*] Cod. Vat. *ἢ ἔρωτος*, in m. *ες*.

ib. *μὲν οἳ*] Ita Cod. Par. A. Reliqui cum Ed. *μὲν οἱ*.

accipiamus, sicut quando dæmonum genus genusque Deorum tanquam aliud aliudque inter se discernimus. Deorum itaque genus esse passionis expers dicimus et putamus: dæmonibus autem passiones adjungimus, dicentes etiam sempiternos esse, sequenti post Deos gradu, jamque generi humano propinquos, medios inter Deorum hominumque genus. Consideratione igitur dignum est, qua ratione dæmones extra passionem non permanserint, sed ad deterius natura descenderint. Quærendum etiam est, an nullus in mundo intelligibili dæmon sit, ac rursus, num in hoc mundo dæmones tantum sint, Deus autem in mundo intelligibili solum. Forsan potius hîc quoque Dii sunt, et mundus (ut dici solet) Deus est tertius: et usque ad lunam unusquisque est Deus. Præstat sane nullum in mundo intelligibili dæmonem appellare, quin etiam si ibi ponatur ipse dæmon, esse Deum existimare, et qui in mundo sensibili sunt usque ad lunam Dii divisibiles Deos appellare secundos: post atque secundum Deos intelligibiles, sic dependentes ab illis, ut splendores a stellis. Dæmones autem quidnam esse dicemus? Forte quum anima infusa sit mundo, dæmonem cujusque animæ nuncupabimus uniuscujusque vestigium: dico autem animæ infusæ mundo, quoniam purior anima gignit Deum, ejusque amorem Deum esse jam diximus. At quærendum est, primo quidem curnam non omnes dæmones sint amores: deinde quo pacto hi quoque non sint a materia liberi. Forte dæmones quidem illi sunt amores,

296

ψυχῆς ἐφιεμένης τοῦ ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ, καὶ γεννῶσι πᾶσαι τοῦτον τὸν δαίμονα αἱ ἐν τῷδε· οἱ δὲ ἄλλοι δαίμονες, ἀπὸ ψυχῆς μὲν καὶ οὗτοι τῆς τοῦ παντὸς, δυνάμεσι δὲ ἑτέραις γεννώμενοι, κατὰ χρείαν τοῦ ὅλου συμπληροῦσαν καὶ συνδιοικοῦσαν τῷ παντὶ ἕκαστα. Ἔδει D γὰρ ἀρκεῖν τὴν ψυχὴν τοῦ παντὸς τῷ παντὶ, γεννήσασαν δυνάμεις δαιμόνων, καὶ προσφόρους τῷ ἑαυτῆς ὅλῳ. Ἀλλὰ πῶς καὶ τίνος ὕλης μετέχουσιν; οὐ γὰρ δὴ τῆς σωματικῆς, ἢ ζῶα αἰσθητὰ ἔσται. Καὶ γὰρ εἰ σώματα προσλαμβάνουσιν ἀέρινα ἢ πύρινα, ἀλλὰ δεῖ γε πρότερον διάφορον αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ἵνα καὶ μετάσχωσι σώματος· οὐ γὰρ εὐθὺς τὸ καθαρὸν πάντη, σώματι μίγνυται, καίτοι πολ- E λοῖς δοκεῖ ἡ οὐσία τοῦ δαίμονος, καθ᾽ ὅσον δαίμων, μετά τινος σώματος, ἢ ἀέρος ἢ πυρὸς εἶναι. Ἀλλὰ διὰ τί ἡ μὲν σώματι μίγνυται· ἡ δὲ οὔ, εἰ μή τις εἴη τῇ μιγνυμένῃ αἰτία. Τίς οὖν ἡ αἰτία; ὕλην δεῖ νοητὴν ὑποθέσθαι, ἵνα τὸ κοινωνῆσαν ἐκείνης ἥκῃ καὶ εἰς ταύτην τὴν τῶν σωμάτων δι᾽ αὐτῆς.

Διὸ καὶ ἐν τῇ γενέσει τοῦ Ἔρωτος, ὁ Πλάτων φησὶ τὸν Πόρον F τὴν μέθην ἔχειν τοῦ νέκταρος, οἴνου οὔπω ὄντος, ὡς πρὸ τοῦ αἰσθητοῦ τοῦ ἔρωτος γενομένου· καὶ τῆς Πενίας μετεχούσης φύσεως νοητοῦ, ἀλλ᾽ οὐκ εἰδώλου νοητοῦ, οὐδ᾽ ἐκεῖθεν ἐμφαντασθέντος, ἀλλ᾽

2. *αἱ ἐν τῷδε*] Cod. Vat. *καὶ ἐν τῷδε*, in m. *αἱ*.
3. *γεννώμενοι*] Codd. Ciz. et Vat. *γινόμενοι*; sed Vat. in m. ut Ed.
7. *οὐ γὰρ δὴ*] Ita Codd., excepto Darm., omnes. Ed. *οὐ δὴ γάρ*.
ib. *ἢ ζῶα*] Cod. Vat. *ἤ*; in m. ut Ed.
8. *εἰ σώματα*] Cod. Vat. *ἀσώματα*; in m. ut Ed. Vind. *εἰ σώματος*.
ib. *ἀέρινα*] Cod. Vind. A. *ἀέρια*.
9. *ἵνα καὶ*] Cod. Vat. *ἵνα*, in m. ut Ed.
10. *πάντη*] Cod. Ciz. *πάντα*.
ib. *σώματι*] Cod. Vat. *σῶμα μὲν*, pag. versa *σωματικὴ*, in marg. *σώματι*.
13. *ἡ δὲ οὔ,*] Ita Codd. Par. A. et Vat. Reliqui cum Ed. *ἡ δὲ, οὐ* sine dist.
14. *ἥκῃ*] Ita Codd. Ciz. Marc. Mon. A. Med. A.B. Vat. Ed. cum rell. *ἥκει*.
18. *τοῦ ἔρωτος*] Abest *τοῦ* a Cod. Vat.
19. *ἐμφαντασθέντος*] Cod. Med. A. *ἐκφαντ*. Supra lin. ab al. m. *ἐν*. Marc. B. *ἐνφαντασθέντος*.

qui gignuntur ex anima bonum pulchrumque desiderante: nempe omnes, quæ hoc in mundo sunt animæ, hunc gignunt amorem, reliqui vero dæmones ab anima quidem generantur et ipsi: ab ipsa, inquam, mundi totius anima, sed aliis quibusdam ejus viribus generantur ad usum videlicet universi, implentem dispensantemque singula toti. Oportebat enim ipsam totius animam sufficienter toti mundo præesse atque suppetere, generantem vires dæmonum ipsius toti congruas, atque conferentes. Verum quonam pacto et cujus materiæ dæmones participes sunt? Non enim corporeæ, alioquin animalia sensibilia forent. Nam et si corpora aëria igneave accipiunt, oportet tamen naturam ipsorum prius etiam differentem esse, ut particeps quoque corporis fiat. Quod enim omnino purum est, non repente corpori commiscetur, quamvis opinentur multi essentiam dæmonis, quatenus dæmon est, una cum quodam vel aërio vel igneo corpore esse. Verum curnam essentia quidem dæmonum commercium habet cum corpore, Deorum vero essentia nullum, nisi quædam sit causa in ea, quæ miscetur, conferens mistioni. Quænam igitur causa? Intelligibilem oportet materiam ponere, ut, quod illius est particeps, per illam in hanc quoque corporum materiam veniat.

VII. *De compositione amoris atque distinctione, et de intellectu.*

Plato igitur in amoris generatione Porum inquit fuisse nectare ebrium, quando nondum esset vinum, quasi amor ante mundum sensibilem sit progenitus, et Penia mater ejus participaverit naturam ipsam intelligibilem: non autem naturæ intelligibilis simulachrum inde velut ap-

296 ἐκεῖ γενομένης καὶ συμμιχθείσης, ὡς ἐξ εἴδους καὶ ἀοριστίας, ἣν
G ἔχουσα ἡ ψυχὴ πρὶν τυχεῖν τοῦ ἀγαθοῦ, μαντευομένη δέ τι εἶναι,
κατὰ ἀόριστον καὶ ἄπειρον φάντασμα, τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἔρωτος
297 τεκούσης. Λόγος οὖν γενόμενος ἐν οὐ λόγῳ, ἀορίστῳ δὲ ἐφέσει, καὶ
ὑποστάσει ἀμυδρᾷ, ἐποίησε τὸ γενόμενον οὐ τέλεον, οὐδὲ ἱκανόν,
ἐλλειπὲς δὲ, ἅτε ἐξ ἐφέσεως ἀορίστου, καὶ λόγου ἱκανοῦ γεγενημένον. καὶ ἔστι λόγος οὗτος οὐ καθαρὸς, ἅτε ἔχων ἐν αὑτῷ ἔφεσιν
ἀόριστον καὶ ἄλογον καὶ ἄπειρον· οὐ γάρ μήποτε πληρώσεται, ἕως
ἂν ἔχῃ ἐν αὑτῷ τὴν τοῦ ἀορίστου φύσιν. Ἐξήρτηται δὲ ψυχῆς, ὡς
B ἐξ ἐκείνης μὲν γενόμενος ὡς ἀρχῆς. Μίγμα δὲ ὢν ἐκ λόγου οὐ μείναντος ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ μιχθέντος ἀοριστίᾳ· οὐκ αὐτοῦ ἀνακραθέντος
ἐκείνῃ, ἀλλὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐκείνῃ. Καὶ ἔστιν ὁ ἔρως οἷον οἶστρος
ἄπορος τῇ ἑαυτοῦ φύσει, διὸ καὶ τυγχάνων ἄπορος πάλιν. Οὐ γὰρ
ἔχει πληροῦσθαι διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ μίγμα· μόνον γὰρ πληροῦται
C ἀληθῶς, ὅτι περ καὶ πεπλήρωται τῇ ἑαυτοῦ φύσει· ὁ δὲ διὰ τὴν συνοῦσαν ἔνδειαν ἐφίεται· κἂν παραχρῆμα πληρωθῇ, οὐ στέγει· ἐπεὶ
καὶ τὸ εὐμήχανον αὐτῷ, διὰ τὴν ἔνδειαν· τὸ δὲ ποριστικὸν, διὰ τὴν
τοῦ λόγου φύσιν. Δεῖ δὲ καὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον τοιοῦτον νομίζειν καὶ
ἐκ τοιούτων· καὶ γὰρ ἕκαστον, ἐφ᾽ ᾧ τέτακται, ποριστικὸν ἐκείνου,

1. ὡς ἐξ] Abest ὡς a Cod. Vat.
3. τοῦ ἔρωτος] Cod. Ciz. non habet τοῦ.
4. ἐν οὐ λόγῳ] Ficinus expressit: οὐκ ἐν λόγῳ. Libri nil variant.
ib. ὑφέσει] Ita Ed. Sed Codd., excepto Vind. A., omnes cum marg. Ed. ἐφέσει: quod recepi.
5. ἀμυδρᾷ] Codd. Par. A. Marcc. et Vat. ita ut rescripsi. Sed Ed. cum rell. ἀμυδρά.
6. ἐλλειπές] Cod. Med. A. ἐλλιπές cum Marc. B.
ib. γεγενημένον] Cod. Vat. γεγεννημένον. Pergunt Marcc. καὶ ἔστι, quod ex marg. Ed. recepi. In textu enim est οὐκ ἔστι.
7. ὁ καθαρός] Codd. omnes, ut marg. Ed., οὐ καθαρός, ut legit Fic. nosque exhibemus.
9. ἂν ἔχῃ] Cod. Ciz. ἂν ἔχοι.
ib. ἐν αὑτῷ] Cod. Vat. ἑαυτῷ, in m. ἐν αὑτῷ.
11. ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ] Cod. Vat. ἐν αὑτῷ, ἀλλά cum Marc. B.
ib. ἀνακραθέντος] Sic Codd. Marc. A.C. Med. A.B. Vat. cum Ed., sed omnes ex corr., cum marg. Ed. habent ἀνακριθέντος, quod exhibemus.
12. ἐκείνῃ—ἐκείνῃ] Ita Codd. Par. A. et Marc. A. Reliqui cum Ed. utrobique ἐκείνη.
19. ἐφ᾽ ᾧ] ᾧ addendum fuit ex Codd., præter Ciz. et Darm., omnibus. Ed. ἐφ᾽ τέτακται.

parens, sed illic interfuerit commistaque sit; velut ex specie et indefinitate quadam, quam quidem habens anima antequam consequatur bonum, vaticinans autem, aliquid esse bonum, secundum indefinitum interminatumque simulachrum seu visum, amoris substantiam peperit. Ratio igitur non in ratione, sed in appetitu indefinito et subsistentia debili jam facta, reddidit, quod inde genitum est, neque perfectum, neque sufficiens, imo indigum, utpote quod ex appetitu quodam indefinito et ratione sufficienti genitum est. Est autem ratio hæc nequaquam pura: quippe cum in se habeat appetitum interminatum, irrationalem, indefinitum: nunquam enim implebitur, quamdiu in se habebit rei indeterminatæ naturam. Dependet autem ab anima, cum ab illa velut principio prodeat. Mistura vero quædam est, ex ratione non quidem in se ipsa manente, sed infinitati permista: siquidem non ipsa ratio, sed quod micat ex ipsa, infinitati miscetur. Est itaque amor velut asilus quidam indigus suapte natura, ideoque etiam potitus iterum est egenus. Non enim naturam habet, quæ possit impleri: quippe cum mistura quædam sit, mistura vero talis propterea, quod non possidet, non impletur: solum enim re vera impletur, quod suapte natura jam est plenum. Quod autem ob insitam indigentiam concupiscit, etiam si subito impleatur minime retinet: quandoquidem ingeniosa amoris industria ab indigentia pro-

καὶ ἐφιέμενον ἐκείνου, καὶ συγγενὲς καὶ ταύτῃ τῷ ἔρωτι· καὶ οὐ 297
πλῆρες οὐδ' αὐτὸ, ἐφιέμενον δέ τινος τῶν ἐν μέρει ὡς ἀγαθῶν· D
ὅθεν καὶ τοὺς ἐνταῦθα ἀγαθοὺς, ὃν ἔχουσιν ἔρωτα τοῦ ἁπλῶς ἀγαθοῦ
καὶ τοῦ ὄντως ἔχειν, οὐκ ἐρωτά τινα ἔχοντας· τοὺς δὲ κατ' ἄλλους
δαίμονας τεταγμένους κατ' ἄλλον δὲ ἄλλον δαίμονα τετάχθαι, ὃν
ἁπλῶς εἶχον ἀργὸν ἀφέντας· ἐνεργοῦντας δὲ κατ' ἄλλον δαίμονα,
ὃν εἵλοντο κατὰ τὸ σύμφωνον μέρος τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτοῖς ψυχῆς·
οἱ δὲ κακῶν ἐφιέμενοι ταῖς κακαῖς ἐγγενομέναις ἐπιθυμίαις ἐπέδησαν E
πάντας τοὺς ἐν αὐτοῖς ἔρωτας, ὥσπερ καὶ λόγον τὸν ὀρθὸν, ὅς τις
σύμφυτος, κακαῖς ταῖς ἐπιγενομέναις δόξαις. Οἱ μὲν οὖν φύσει
ἔρωτες, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, καλοί· καὶ οἱ μὲν ἐλάττονος ψυχῆς,
ἐλάττους εἰς ἀξίαν καὶ δύναμιν· οἱ δὲ κρείττους, πάντες ἐν οὐσίᾳ· οἱ
δὲ παρὰ φύσιν, σφαλέντων πάθη ταῦτα, καὶ οὐδαμῇ οὐσία, οὐδὲ F
ὑποστάσεις οὐσιώδεις, οὐ παρὰ ψυχῆς ἔτι γεννώμενα, ἀλλὰ συνυφι-
στάμενα κακίᾳ ψυχῆς, ὅμοια γεννώσης ἐν διαθέσεσι καὶ ἕξεσιν ἤδη.
Καὶ γὰρ ὅλως κινδυνεύει τὰ μὲν ἀγαθὰ τὰ ἀληθῆ, κατὰ φύσιν ψυχῆς
ἐνεργούσης ἐν ὡρισμένοις, οὐσία εἶναι· τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἐξ αὐτῆς

4. ὄντως] Codd. Ciz. et Vat. ὄντος; sed Vat. in m. ως. Paullo superius Marc. A. ἁπλοῦ pro ἁπλῶς.

7. εἵλοντο] Ita, excepto Cod. Darm., omnes pro εἵλοντα, quod est in Ed. In seqq. in Cod. Vat. omissum μέρος, in m. additum est.

9. ἔρωτας] Cod. Vat. ἐρῶντας, in m. ut Ed.

ib. ὅς τις] Cod. Vat. ὅν τις, in m. ὅς.

10. ἐπιγενομέναις] Cod. Vat. ἐπιγινομέναις.

11. κατὰ τὴν φύσιν] Codd., excepto Darm., omnes καὶ κατὰ φύσιν: quod recepi.

ib. ἐλάττονος] Cod. Vat. ἐλάττους.

12. ἀδοξίαν] Codd. omnes cum marg. Ed. ἀξίαν (excepto Marc. C.) idque exhibemus.

ib. πάντες,] Cod. Ciz. πάντες;, πάντες.

13. σφαλέντων] Cod. Vat. σφαλλέντων. Vind. A. σφαλέντες.

14. γεννώμενα] Ita, præter Darm. Mon. A. Vind. A., omnes; nisi quod in Cod. Med. A. est γεννώμεναι. Ed. γενώμενα.

15. κακιᾳ] Ita Codd. Par. A. et Vat. Reliqui cum Ed. κακία.

ib. ἕξεσιν ἤδη] Cod. Vat. ἕξεστιν ἤδη, in m. ut marg. Ed. ἕξεσιν εἴδη; ut est in marg. Ed. Cod. Marc. B. in marg.: ἴσως εἴδη.

16. τὰ ἀληθῆ] Cod. Mon. A. τῇ ἀληθεῖ. Vat. τ' ἀληθῆ. Pergit Marc. A. πάντως pro ὄντως.

ficiscitur. Facultas comparandi sive suppeditandi ob ipsam rationis naturam inesse videtur: oportet etiam omne dæmonum genus tale quiddam ex talibusque constitui. Horum namque quodlibet ad quod ordinatum est, ejusdem comparandi, suppeditandi, appetendi naturam habet, atque hac ratione est amori cognatum, ipsumque non plenum, sed alicujus boni particularis avidum: quo efficitur, ut, et qui hic boni sunt, quem habent amorem, ipsius simpliciter veri boni habeant, neque quendam duntaxat amorem. Qui vero secundum alios dæmones ordinati sunt, secundum alium aliumve dæmonem disponantur, quem simpliciter habuerant, ociosum jam dimittentes: operantes autem secundum alium dæmonem, quem elegerunt secundum partem animæ cum illa concordem, quæ operatur in ipsis. Qui vero mala cupiunt pravis jam conceptis cupiditatibus, omnes in se amores impedisse atque ligasse videntur: quemadmodum rectam quoque rationem, si qua innata est, malis aliquando contractis opinionibus occupare consueverunt. Quam ob rem amores, qui natura insunt atque secundum naturam, boni sunt, et inferioris quidem animæ amores, dignitate potentiaque inferiores sunt, superioris autem, superiores: omnes denique in essentia collocati. Qui autem præter naturam accidunt, passiones quædam sunt aberrantium, neque essentia ullo modo, neque subsistentiæ ullæ essentiales: quippe cum non ab ipsa anima facti sint, sed vitium animæ comitentur, generantis videlicet similia quædam pro affectu habituque contracto. Probabile vero est, omnino vera quidem bona, quæ agit anima, quoties secundum naturam agit in rebus ratione determinatis, essentiam esse: alia vero animam ex se ipsa non agere, ideoque nec aliud quicquam esse, quam passiones. Sicut et intelligentiæ falsæ

277 G ἐνεργεῖν, οὐδὲν δ' ἄλλο ἢ πάθη εἶναι. Ὥσπερ ψευδῆ νοήματα, οὐκ ἔχοντα τὰς ὑπ' αὐτὰ οὐσίας, καθάπερ τὰ ἀληθῆ ὄντως, καὶ ἀΐδια καὶ
298 ὡρισμένα, ὁμοῦ τὸ νοεῖν καὶ τὸ νοητὸν καὶ τὸ εἶναι ἔχοντα οὐ μόνον ἐν τῷ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκάστῳ περὶ τὸ νοητὸν ὄντως καὶ νοῦν τὸν ἐν ἑκάστῳ εἴδει, καὶ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν τίθεσθαι καθαρῶς νόησιν, καὶ νοητὸν, καὶ μὴ ὁμοῦ, καὶ ἡμῶν τοῦτο καὶ ἁπλῶς, ὅθεν καὶ τῶν ἁπλῶν ἡμῖν ὁ ἔρως· καὶ γὰρ αἱ νοήσεις· καὶ εἴτινος τῶν ἐν μέρει, κατὰ συμβεβηκὸς, ὥσπερ εἰ τόδε τὸ τρίγωνον δύο ὀρθὰς θεωρεῖ, καθ-
B όσον ἁπλῶς τρίγωνον.

Ἀλλὰ τίς ὁ Ζεὺς οὗ τὸν κῆπον λέγει, εἰς ὃν εἰσῆλθεν ὁ Πόρος; καὶ τίς ὁ κῆπος οὗτος; ἡ μὲν γὰρ Ἀφροδίτη, ψυχὴ ἦν ἡμῖν· λόγος δὲ ἐλέγετο, τῶν πάντων ὁ Πόρος. Ταῦτα δὲ, τί δεῖ τίθεσθαι τὸν Δία καὶ τὸν κῆπον αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ ψυχὴν τίθεσθαι δεῖ τὸν Δία, τὴν Ἀφροδίτην τοῦτο θέντας. Δεῖ δὴ λαβεῖν καὶ ἐνταῦθα παρὰ
C Πλάτωνος τὸν Δία, ἐκ μὲν Φαίδρου, ἡγεμόνα μέγαν λέγοντος αὐτοῦ τοῦτον τὸν θεόν· ἐν ἄλλοις δὲ τρίτον οἶμαι, τοῦτον· σαφέστερον δὲ ἐν τῷ Φιλήβῳ, ἡνίκ' ἂν φῇ ἐν τῷ Διῒ εἶναι· βασιλικὴν μὲν ψυχὴν, βα-

3. καὶ τὸ εἶναι—περὶ τὸ νοητόν] Desunt hæc in Cod. Mon. A. Post περὶ Cod. Ciz. habet τὸν pro τό.
4. ὄντως] Cod. Vat. ὄντος; in m. ως.
5. εἴδει] Ita Codd., exceptis Ciz. et Darm., omnes. Ed. εἴδη.
ib. καὶ νοητόν] Abest καὶ a Cod. Med. B.
10. οὗτος; κῆπον λέγεις] Codd. omnes cum marg. Ed. οὗ τὸν κῆπον λέγει, exceptis Codd. Par. A. Marc. A.B. qui tantummodo in scriptione λέγει ab Ed. recedunt. Nos illud recepimus.
11. καὶ τίς—ὁ Πόρος] Desunt hæc in Cod. Vat. Sed in m. adduntur.
ib. ἡ μὲν γαρ—ὁ Πόρος] Desunt hæc in Cod. Mon. A.
12. δεῖ τίθεσθαι] Cod. Ciz. τίθεσθαι δεῖ.
13. τὸν κῆπον—τὸν Δία] Ed. bis τοῦ. Sed prius τὸν habent Codd. Ciz. Med. A. B. Marcc. Vat., posterius Codd. Mon. A. Med. A.B. Par. A. Marcc.
ib. τίθεσθαι δεῖ] Codd. Med. A B. Par. A. δεῖ τίθεσθαι.
15. αὐτοῦ] Cod. Vat. αὐτῷ, in m. οῦ.
17. ἡνίκ' ἂν] Cod. Ciz. ἡνίκα ἄν. Codd. reliqui, excepto Mon. A., ἡνίκ' ἄν. Ed. ἡνίκα, omisso ἄν.

se habent, non habentes sub se ipsis essentias, quales habent re vera intelligentiæ veræ, sempiternæ, determinatæ: habentes simul intelligere, intelligibileque et esse non solum in eo, quod simpliciter se habet, sed etiam in unoquoque circa ipsum re vera intelligibile, et intellectum in unaquaque specie: quin etiam in unoquoque nostrum constat pure inesse intelligentiam, atque intelligibile, nec simul quidem, et nostrum id atque simpliciter, unde amor nobis inest ad simplicia quoque et universalia tendens: quippe cum tales etiam intelligentiæ insint. Ac si cujusdam particularis adsit intelligentia, secundum accidens adesse videtur: quemadmodum de proprio hoc triangulo intelligit quis, rectos angulos duos habere, quatenus triangulum ipsum simpliciter habere duos rectos intelligit.

VIII. *De Jove, et hortis ejus, et Venere, et Poro, et Penia, et Amore.*

Cæterum quisnam hic est Jupiter? in cujus hortos Plato Porum dicit ingressum. Quive hi horti sunt? Venus quidem ut jam conveniemus, anima est: Porus autem omnium ratio. Reliquum est, quid Jovem, quidve Jovis hortos significare velit, aperiamus. Jovem profecto esse animam nullo modo dicendum, cum jam animam esse Venerem concesserimus: imo vero Jovem a Platone hic nominatum debemus accipere ex Phædro quidem magnum illum ducem, quem scilicet describit in Phædro, alibi vero, quem tertium ponit Deum: sed planius in Philebo, quando dicit, in Jove esse regiam quidem animam, regium insuper intellectum, Si ergo Jupiter magnus est intellectus et anima, atque in numero

298

σιλικὸν δὲ νοῦν. εἰ οὖν ὁ Ζεὺς νοῦς ἐστι μέγας καὶ ψυχὴ, καὶ ἐν τοῖς αἰτίοις τάττεται, κατὰ δὲ τὸ κρεῖττον δεῖ τάττειν διά τε τὰ ἄλλα, καὶ ὅτι αἴτιον, καὶ τὸ βασιλικὸν δὲ καὶ τὸ ἡγούμενον, ὁ μὲν D ἔσται, κατὰ τὸν νοῦν· ἡ δὲ Ἀφροδίτη αὐτοῦ οὖσα, καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ, κατὰ τὴν ψυχὴν τετάξεται, κατὰ τὸ καλὸν καὶ ἀγλαὸν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἄκακον καὶ ἁβρὸν, Ἀφροδίτη λεχθεῖσα. Καὶ γὰρ εἰ κατὰ μὲν τὸν νοῦν τοὺς ἄῤῥενας τάττομεν τῶν θεῶν, κατὰ δὲ τὰς ψυχὰς αὐτῶν τὰς θηλείας λέγομεν, ὡς νῷ ἑκάστῳ ψυχῆς συνούσης, εἴη ἂν E καὶ ταύτῃ ἡ ψυχὴ τοῦ Διὸς, ἡ Ἀφροδίτη, πάλιν μαρτυρούντων τούτῳ τῷ λόγῳ ἱερέων τε καὶ θεολόγων, οἳ εἰς ταὐτὸν Ἥραν καὶ Ἀφροδίτην ἄγουσι, καὶ τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρα ἐν οὐρανῷ, Ἥρας λέγουσιν.

Ὁ οὖν Πόρος λόγος ὢν τῶν ἐν τῷ νοητῷ καὶ νῷ, καὶ μᾶλλον κεχυμένος, καὶ οἷον ἁπλωθεὶς, περὶ ψυχὴν ἂν γένοιτο καὶ ἐν ψυχῇ. Τὸ γὰρ ἐν νῷ συνεσπειραμένον, καὶ οὐ παρὰ ἄλλου εἰς αὐτὸν, τούτῳ δὲ F μεθύοντι, ἐπακτὸν τὸ τῆς πληρώσεως. Τὸ δ' ἐκεῖ πληροῦν τοῦ νέκταρος τί ἂν εἴη, ἢ λόγος ἀπὸ κρείττονος ἀρχῆς πεσὼν εἰς ἐλάττονα. Ἐν οὖν τῇ ψυχῇ, ἀπὸ τοῦ νοῦ ὁ λόγος οὗτος, ὅτε ἡ Ἀφροδίτη λέγεται γεγονέναι εἰσρυεὶς εἰς τὸν κῆπον αὐτοῦ. Κῆπος δὲ πᾶς, ἀγλάϊσμα, καὶ πλούτου ἐγκαλλώπισμα. Ἀγλαΐζεται δὲ τῷ τοῦ Διὸς λόγῳ, καὶ G

1. νοῦς] Abest hæc vox a Cod. Vat. Sed in m. additur.
2. τάττειν] Cod. Med. A. ταύτην; sed supra lin ab al. m. ut Ed.
4. ἡ δὲ] Cod. Vat. ἤδη, in m. ἡ δέ. Ante hæc Marc. C. κατὰ νοῦν.
8. ἑκάστῳ] Marc. C. ἑκάστων.
9. Διὸς] Cod. Vat. διό; in m. διός.
10. τε καὶ] Abest τε a Codd. Ciz. Vat. et Vind. A. Marc. A.C.
ib. οἳ εἰς] Cod. Vat. οἱ εἰς; in m. οἵ.
ib. ταὐτὸν] Cod. Vat. αὐτόν.
11. λέγουσιν] Ita solus Cod. Vat. Reliqui cum Ed. λέγουσι.
12. κεχυμένος] Cod. Vat. κεχυμένως, in m. ος. Mox Marc. A. συνεσπαρμένον.
14. παρὰ ἄλλου] Cod. Vat. παρ' ἄλλου.
ib. αὐτὸν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A. Par. A. Vat. αὐτόν. Sed Vat. in m. ut Ed. ταὐτὸν. Nos illud prætulimus.
ib. τούτῳ δὲ] Cod. Med. A. δή; supra lin. ι ab al m. Mox. Marc. A. τίς ἄν.
15. ἐκεῖ] Cod. Mon. A. ἐκεῖνο.
17. τοῦ νοῦ] Sic Codd. Mon. A. et Vat. Sed νοῦ sine articulo reliqui cum Ed.

disponitur causarum, disponi vero secundum id, quod excellentius est, oportet, et ob alia multa, et quia causa est, causaque regia atque ducens: si, inquam, ita est, Jupiter quidem secundum intellectum erit. Venus autem, quæ ipsius est, et ex ipso, atque cum ipso, secundum animam collocabitur, scilicet secundum speciosum splendidumque, et secundum id, quod in anima est, sincerum, innocuum, delicatum: [ex quibus omnibus anima Venus cognominatur] ex habro quasi Abrodite dicta. Etenim si secundum intellectum quidem in Deorum numero masculos judicamus, secundum vero eorundem animas solemus fœminas nominare: quippe cum cuilibet intellectui cohæreat anima, merito hac insuper ratione anima Jovis erit Venus: præsertim cum huic ratione sacerdotum quoque theologorumque testimonia suffragentur. Hi nempe pro eodem accipiunt numine Venerem atque Junonem: ac stellam in cælo Veneris, stellam Junonis appellant.

IX. *Confirmatio superiorum.*

Porus igitur cum sit ratio quædam eorum, quæ in mundo intelligibili intellectuque sunt, ratio, inquam, jam latius explicata, nimirum circa animam fit, atque in anima. Quod enim in intellectu collectum est, neque ab alio manat in ipsum, id jam in Poro inde ebrio significat adventitiam plenitudinem: quod autem illic est, implens nectare Porum quidnam est? Profecto est ratio a superiori principio defluens ad inferius: quam ob rem ab intellectu in anima ratio hæc con-

299 τὰ καλλωπίσματα αὐτοῦ, τὰ παρὰ τοῦ νοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ψυχὴν ἐλ-
θόντα ἀγλαΐσματα. Ἢ τί ἂν εἴη ὁ κῆπος τοῦ Διὸς, ἢ τὰ ἀγάλματα
αὐτοῦ, καὶ τὰ ἀγλαΐσματα; τί δ' ἂν εἴη τὰ ἀγλαΐσματα αὐτοῦ καὶ
τὰ κοσμήματα, ἢ οἱ λόγοι οἱ παρ' αὐτοῦ ῥυέντες, ὁμοῦ δὲ οἱ λόγοι,
ὁ Πόρος, ἡ εὐπορία, καὶ ὁ πλοῦτος τῶν καλῶν, ἐν ἐκφάνσει ἤδη·
καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μεθύειν τῷ νέκταρι. τί γὰρ θεοῖς νέκταρ, ἢ ὃ τὸ
B θεῖον κομίζεται· κομίζεται δὲ τὸ ὑποβεβηκὸς νοῦ, λόγον· νοῦς δὲ,
ἑαυτὸν ἔχει ἐν κόρῳ, καὶ οὐ μεθύει ἔχων· οὐ γὰρ ἐπακτόν τι ἔχει· ὁ
δὲ λόγος νοῦ γέννημα· καὶ ὑπόστασις μετὰ νοῦν, καὶ οὐκέτι αὐτοῦ
ὢν, ἀλλ' ἐν ἄλλῳ, ἐν τῷ τοῦ Διὸς κήπῳ λέγεται κεῖσθαι, τό τε κεί-
μενος, ὅτε ἡ Ἀφροδίτη ἐν τοῖς οὖσιν ὑποστῆναι λέγεται. Δεῖ δὲ
τοὺς μύθους, εἴπερ τοῦτο ἔσονται, καὶ μερίζειν χρόνοις ἃ λέγουσι,
C καὶ διαιρεῖν ἀπ' ἀλλήλων πολλὰ τῶν ὄντων, ὁμοῦ μὲν ὄντα, τάξει δὲ
ἢ δυνάμεσι διεστῶτα, ὅπου καὶ οἱ λόγοι καὶ γενέσεις τῶν ἀγεννήτων
ποιοῦσι, καὶ τὰ ὁμοῦ ὄντα, καὶ αὐτοὶ διαιροῦσι· καὶ διδάξαντες ὡς
δύνανται, τῷ νοήσαντι ἤδη συγχωροῦσι συναιρεῖν. Ἡ δὲ συναίρεσις,
ψυχὴ νῷ συνοῦσα, καὶ παρὰ νοῦ ὑποστᾶσα, καὶ αὖ λόγων πληρω-
θεῖσα, καὶ καλὴ καλοῖς κοσμηθεῖσα, καὶ εὐπορίας πληρωθεῖσα, ὡς

1. τὰ παρὰ] Abest τὰ a Codd. Mon. A. et Vat.; sed Vat. in m. add.
3. καὶ τὰ—αὐτοῦ] Desunt hæc in Cod. Ciz.
6. ἐστι τὸ] Cod. Vat. ἐστὶν αὐτό; in m. ut Ed.
7. ὑποβεβηκὸς] Cod. Vat. ὑπερβεβηκός, in m. ut Ed.
8. ἐν κόρῳ] Cod. Ciz. omittit ἐν.
9. λόγος] Ed. λόγον; sed Codd., excepto marg. Vat., omnes λόγον.
ib. μετα νοῦν] Ed. νοῦ. Sed Codd., excepto Vind. A., omnes cum marg. Ed. νοῦν. Quod exhibemus. Quod sequitur καὶ est in Codd., præter Mon. A. et Vind. A., omnibus. In Ed. est a
14. ἢ δυνάμεσι] Cod. Vind. A. καὶ (corr. in ἢ) δυνάμει. Posterius etiam Cod. Marc. A.
ib. ἀγεννήτων] Codd. Med. B. Marc. C. ἀγενήτων.
16. δύνανται] Cod. Vat. δύναται.
17. ψυχὴ] Ita Codd. Ciz. Marcc. Med. A.B. Vat. Reliqui cum Ed. ψυχῇ. Marc. C. in seqq. παρὰ νῷ.
ib. λόγων] Codd. omnes cum marg. Ed. λόγων. Sed Vat. in m. ῳ, ut Ed.

cipitur, quando Venus nata dicitur, ac dum concipitur in Jovis hortos fluere judicatur. Hortus vero omnis est splendor et copiæ decus. Refulgent vero Jovis horti ratione, ornamentaque Jovis sunt splendores ab ipsius intellectu in animam emicantes. Quid enim aliud Jovis horti significare possunt, quam imagines splendoresque ipsius? Quid rursus splendores ornamentaque Jovis sunt, nisi rationes ab ipso fluentes: simul autem rationes dicuntur Porus, id est, affluentia felix, thesaurusque divitiarum pulcherrimarum jam palam et perspicue refulgentium. Jam vero id ipsum est ebrium nectare fieri. Quid enim aliud apud Deos est nectar, quam quod Deus aliquis haurit: quod autem menti subest, mentis haurit rationem. Mens autem ipsa jam satura conquiescit: cumque jam possideat, merito ebria non evadit: quippe cum nihil habeat peregrinum · ratio vero proles est mentis post mentem subsidens, nec amplius sui ĩpsius existens, sed in alio jacens, in horto Jovis (ut fertur) et tunc quidem, quando Veneris natalia celebrantur, id est, nascente Venere. Oportet autem fabulas, si modo futuræ sint fabulæ, [nec procul a vero], temporibus, quæ narrant dividere, multaque a se invicem segregare, quæ simul quidem sint tempore: ordine vero et potentia discrepent: quandoquidem et rationes atque sermones inducere generationes ingenitorum consueverunt: et quæ simul existunt discernere: atque postquam pro viribus docuerunt, intellecturis connectere, quæ diviserant, jam concedere solent. Connexio vero summaque nostra in præsentia est ejusmodi: Anima cum mente simul existens et ab ipsa mente subsistens: rursus rationibus hinc imbuta, ipsaque pulchra pulchris admodum exornata, affluentia-

εἶναι ἐν αὐτῇ ὁρᾷν πολλὰ ἀγλαΐσματα, καὶ τῶν καλῶν ἁπάντων 299 D εἰκόνας, Ἀφροδίτη μέν ἐστι τὸ πᾶν. Οἱ δὲ ἐν αὐτῇ λόγοι πάντες, εὐπορία καὶ Πόρος, ἀπὸ τῶν ἄνω ῥυέντες τοῦ ἐκεῖ νέκταρος· τὰ δὲ ἐν αὐτῇ ἀγλαΐσματα, ὡς ἂν ἐν ζωῇ κείμενα, κῆπος. Διὸς λέγεται, καὶ εὕδειν ἐκεῖ ὁ Πόρος, οἷς ἐπληρώθη βεβαρημένος· ζωῆς δὲ φανείσης, καὶ οὔσης ἀεὶ ἐν τοῖς οὖσιν, ἑστιᾶσθαι οἱ θεοὶ λέγονται, ὡς ἂν ἐν τοι- E αύτῃ μακαριότητι ὄντες. Ἀεὶ δὲ οὕτως ὑπέστη ὅδε, ἐξ ἀνάγκης, ἐκ τῆς ψυχῆς ἐφέσεως πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ τὸ ἀγαθόν· καὶ ἦν ἀεὶ, ἐξ οὗπερ καὶ ψυχὴ, ἔρως. Ἔστι δ' οὗτος μικτόν τι χρῆμα· μετέχον μὲν ἐνδείας, ᾗ πληροῦσθαι θέλει, οὐκ ἄμοιρον δὲ εὐπορίας, ᾗ οὗ ἔχει τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖ· οὐ γὰρ δὴ τὸ πάμπαν ἄμοιρον τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ ἀγαθὸν ἄν ποτε ζητήσειεν· ἐκ Πόρου οὖν καὶ Πενίας λέγεται F εἶναι, ᾗ ἡ ἔλλειψις καὶ ἡ ἔφεσις, καὶ τῶν λόγων ἡ μνήμη, ὁμοῦ συνελθόντα ἐν ψυχῇ, ἐγέννησε τὴν ἐνέργειαν τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἔρωτα τοῦτον ὄντα. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτῷ Πενία, ὅτι ἀεὶ ἡ ἔφεσις ἐνδεοῦς· ὕλη δὲ ἡ πενία, ὅτι καὶ ἡ ὕλη ἐνδεὴς τὰ πάντα· καὶ τὸ ἀόριστον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμίας (οὐ γὰρ μορφή τις, οὐδὲ λόγος G ἐν τῷ ἐφιεμένῳ τούτου) ὑλικώτερον τὸ ἐφιέμενον, καθ' ὅσον ἐφίεται

1. ἐν αὐτῇ] Cod. Ciz. omittit ἐν.
3. εὐπορία] Codd. Ciz. et Vat. ἀπορία. Sed Vat. in m. εὐ.
ib. ῥυέντες] Cod. Ciz. ῥυέντες. Paucis interjectis Cod. Vat. bis ὥσ' ἂν pro ὡς ἄν.
5. βεβαρημένος] Codd. Ciz. Vat. βεβαρυμένος.
6. ὡς ἂν ἐν] Cod. Vind. A. ὡς ἂν ἐν τῇ.
8. ἐφέσεως] Ita Codd. omnes, præter Darm., cum marg. Ed. ἐφέσεως; idque recepi cum Ed. exhibeat ὑφέσεως.
ib. ἀγαθὸν] Codd. Mon. A. et Vat. τὸ ἀγαθόν. Vat. a pr. m. τόν.
9. μικτόν] Cod. Vat. μιχθόν. An voluit μιχθέν?
10. ᾗ πληροῦσθαι θέλει] Codd. Par. A. Marc. B.C. ἢ. Marc. A. ῇ. Vind. A. ἔθελει et mox ἄμοιρος, pro ἄμοιρον, cum Marc. A.
ib. εὐπορίας] Cod. Vat. εὐπορείας. Sequitur in eod. ἧς pro ᾗ, sed posterius est in marg. Cod. Ciz. habet ᾗ.
11. πάμπαν] Ita scripsi ex Codd. Par. A. et Vat. Reliqui cum Ed. πάνπαν.
ib. τοῦ ἀγαθοῦ] Cod. Vind. A. omittit τοῦ.
15. ὅτι ἂν] Codd., præter Darm. Par. A., omnes ὅτι ἀεί: et sic rescripsi.
17. οὐ γὰρ] Codd. Darm. et Med. A. οὐδὲ γάρ. Sed Med. A. punctis notatam habet syllabam δέ.
18. ἐφιεμένῳ τούτου· ὑλικώτερον] Cod. Vat. distinguit ante, non post τούτου. Nos parentheseos signo perspicuitati consuluimus.

que luxurians, adeo ut in ea jam splendores varios liceat contueri pulchrorumque omnium simulachra: id, inquam, totum Venus ipsa censetur. Rationes autem omnes in ea appellantur Porus, id est, affluentia felix, a superno nectare profluens: at vero splendores in ea quatenus in ipsa vita micant, Jovis horti dicuntur. Ubi et Porus jacere traditur, his jam gravatus, quibus fertur imbutus. Cum vero vita in ordine rerum micat, imo vero semper ea micante Dii convivio discumbere judicantur: utpote qui ejusmodi quadam felicitate fruantur. Amor autem necessario ita semper extitit, quamdiu et anima, ex appetitu animæ ad præstantius bonumque profectus. Est autem res quædam mista, particeps quidem indigentiæ, quatenus affectat impleri, neque tamen expers copiæ, quatenus residuum ejus, quod habet, exposcit. Si enim expers boni foret omnino, nunquam bonum appeteret: quam ob rem ex affluentia simul atque penuria narratur exortus. Quin etiam defectus appetitusque simul atque memoria rationum conspirantes in anima, actum erga bonum, qui amor dicitur, genuerunt. Mater autem ejus est penuria, quoniam appetitio semper est indigentis. Materia vero est ipsa penuria, quoniam materia omnium est egena. Quin etiam indeterminata natura appetitionis vergentis ad bonum declarat id ipsum, quod appetit, quatenus appetit magis vicem habere materiæ: neque enim forma, neque ratio adhuc in eo, quod bonum appetit, qua ratione appetit, esse videtur. Quantum tamen ad se ip-

299 ποιεῖ· τὸ δὲ πρὸς αὐτὸ εἶδός ἐστι μόνον ἐν αὐτῷ μένον· καὶ δέξασθαι
A δὲ ἐφιέμενον, ὕλην τῷ ἐπιόντι τὸ δεξόμενον παρασκευάζει. Οὕτω
τοι ὁ ἔρως ὑλικός τις ἐστὶ, καὶ δαίμων οὗτός ἐστιν ἐκ ψυχῆς καθ᾽
ὅσον ἐλλείπει τῷ ἀγαθῷ, ἐφίεται δὲ γεγενημένος.

1. ποιεῖν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. A. Med. B. Vat. ποιεῖ recte. Sed Vat. in m. εῖν.
ib. καὶ—ἐφιέμενον] Desunt hæc in Cod. Vind. A. In Cod. Marc. A. desunt verba μόνον ἐν αὐτῷ.
2. δεξάμενον] Sic Ed. Sed Codd., exceptis Marc. C. Mon. A. et Vat., omnes δεξόμενον. recte; quare correxi.
3. ὑλικός τις] Cod. Vat. ὑλικὸν omisso τις, quod abest etiam a Cod. Mon. A.

sum spectat, species tantum est, permanens in se ipsa, simulque affectans accipere, naturam suam, bonum adhuc accepturam, comparat ad occurrens bonum jam quasi materiam. Amor denique sic est materiæ particeps, talisque dæmon ex anima, quatenus bono quidem quodammodo caret, sed appetit procreatus.

# MARSILII FICINI

IN

## LIB. VI. ENNEADIS TERTIÆ,

## QUOD INCORPOREA NON PATIANTUR,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

SUMMA libri hujus est, asserere rem incorpoream pati non posse. Rem quidem incorpoream appellat, quæ vel nullam in sua ratione quantitatem includit, quamvis eam extrinsecus accipere valeat: hæc autem materia est. Vel quantitatem prorsus excludit: hæc autem est mens et anima. Præterea passionem esse vult mutationem, quæ substantiam perdere valeat, sive divisione contingat: qualis accidit quantitati rebusque necessariam habentibus quantitatem: sive contingat alteratione, qualis accidit contrariis inter se qualitatibus, atque insuper formis, quas necessario qualitates ejusmodi comitantur. Igitur tam materia prima, quam anima res est incorporea, neque quantitatem, neque qualitatem ejusmodi propriam sibi vindicans, ideoque a passione sejungitur: ac multo magis anima, quam materia. Anima enim non solum formas non admittit perniciosas, verum etiam nec novas aliquando qualescunque sint, formas videtur accipere. Multa igitur in sequentibus de immutabili animæ rationalis essentia, deque partibus ejus, nonnulla insuper de essentia prima, plurima de illius opposito, id est, de prima materia disputantur, quatenus id denique confirmetur, rem incorpoream esse passionis expertem.

*Anima neque patitur, neque formas qualitatesve suscipit. Item de duplici imaginatione.*

In prima igitur libri parte, quæ capita quinque continet, ostendit, animam non esse passioni subjectam: in secunda deinceps ostendet simile aliquid de materia. Quantum vero ad primam spectat, animadvertes nullam incidere a corporibus impulsionem vel qualitatem in potentia animæ cognoscentem. Sive enim inciderit modo quodam naturali, et, ut ita dicam, materiali, confundetur cognitio et discretio protinus: et judicium, sive imaginali quadam conditione saltem id eveniet, ut corpora forment animam, quod dictu nefas: nam ad animam tanquam superiorem spectat formare corpora, non inde formari. Omnino vero omnis cognitio et affectus animæ etiam ad corporalia vergens, est actio quædam animæ circa talia, neque interim patitur inde. Neque enim convenit cum corporibus in materia, qualis communio solet aliquam passionis vicissitudinem in agente committere. Quid igitur est sentire? Est quidem in anima hoc ipsum scilicet adhibere se ipsam, et expedire vim suam circa illa, ad quæ habet essentiam consentaneam et naturaliter aptam: recordari quoque similiter, est expeditissime hoc ipsum efficere. Nulla igitur potentia cognoscendi per novas formatur imagines, sed intellectus quidem actu semper est illa ipsa, quæ cognoscit: ratio vero et phantasia ex eo statu, in quo sunt secundum potentiam illa, quæ ab ipsis excogitanda sunt, actu quandoque fiunt illa quæ secundum actum in intellectu sunt semper. Sensus exterior percipit sentienda, non accipit. Vegetativa nutrit, movetque, neque nutritur interea vel movetur. Hæc omnia confirmat Por-

phyrius, ostendens, quando *anima* dicitur *pati*, hanc ipsam passionem non esse alterationem ullam in natura vel aliqua qualitate, sed accommodationem quandam et affectionem animæ ad rem hanc, aut illam, esseque id aliquam actionem animæ circa externa, sed angustam, quando scilicet suæ potentiæ affectusque amplitudinem ipsamet contrahit ad augustum. Concluditque Porphyrius, omnes animæ qui dicuntur motus, non esse proprie motus in anima, sed in corpore: et in anima quidem esse actiones, in corpore vero eosdem fieri passiones. Addit, actus vegetationis et sensus atque memoriæ non imaginales esse, sed ita quodammodo naturales, ut calefacere, calere, illuminare, lucere; eadem Plotinus existimat. Notabis interea virtutem communiter in anima duplicem: alteram quidem velut privatam, scilicet alicui partium animæ propriam: hæc autem est, ut quælibet rite suum officium peragat: alteram vero quasi publicam, scilicet, ut cunctæ partes invicem rite concinant, a mente regatur ratio, huic irrationales subinde vires obtemperent, inter quas concupiscentia subsit audaciæ. Neutra virtus est velut qualitas animæ impressa sicut subjecto, similiter neque vitium, sed est potius velut motus et actus, horumque vacatio. Si qua vero in nobis est qualitas, vel aliunde impressa per modum naturæ imaginisve, vel actionibus acquisita, ejusmodi quidem non est in anima, sed in corpore potius, sic proprie, aut sic affecto, in quo et formationes passionesque fiunt, dum anima vegetat, sentit, afficitur, atque judicat. Nulla denique in anima mutatio fit nisi progressio a potentia quædam in actum: atque hæc quidem non ab alio motore, sed ab ipsamet anima: neque rursum in actum, qui adveniat quasi qualitas, sed qui prodeat velut actio. Si qua vero pars animæ passiva dicitur, non subjectum aliquid passionibus corporalibus intelligitur, sed principium passionum. Animadvertes iterum duplicem in nobis imaginationem: primam quidem in anima rationali discursionis et judicii compotem, similem quodammodo rationi: secundam vero ab hac impressam in anima seu vita in nobis ratione carente, quæ sane imaginatio non tam discursione utitur, quam fertur instinctu quamvis intimo: sed circa corporis passiones, quæ tanquam communis sensus principium est sensuum reliquorum. Ponit quandoque Plotinus per translationem quandam imaginationem in parte etiam vegetali, quæ neque sit discursio per formas, sicut prima, neque intuitus formæ, ut secunda: sed formæ intus vigentis expressio in se ipsa, perque hanc impressio in materiam, ubi naturalis actio est tanquam imaginatio quædam substantialis agens, nequaquam imaginando. Hic quoque notabis, a facultate animæ vegetali facultatem concupiscendi irascendique pullulare: quemadmodum ab intellectu naturaliter ratio profluit, et subinde imaginatio prima, a qua profluit et secunda.

*Quod in vera essentia continetur vita et intellectus: Item de uno, quod est super essentiam, et de uno, quod est infra eam.*

In capite sexto notabis, ens verum esse illud, quod omnino est ens, id est, cui non deest aliquid ad perfectionem essentiæ necessarium: essentia vero perfecta actum intimum et perennem sui ipsius includit, id est, vitam, atque hunc quidem exigit maxime intimum. Talis autem est, si intelligentia fuerit: hæc enim est vitæ reflexio in essentiam. Ex prima ergo essentia, velut ex radice, pullulat in se ipsam vita simul et intellectus: sed germen ejusmodi eatenus ex ea nascitur, quatenus fœcunditatem habet ex ipso bono, communem dico, ceu vitis ex sole. Ut autem fœcunditas hæc ad vitam proprie intellectumque distinguatur, ex ipsamet essentia provenit, ceu ex vite factum est, ut virtus solis determinetur ad uvam. Munera igitur vivendi, intelligendique et similia, ex ipso quidem bono, velut principio communissimo atque fine, ex ipsa vero essentia prima profluunt, velut ex radice propria, et quadam potestate formali. Proinde verum ens veramque essentiam Plotinus hic non solum accipit ens ipsum, omnium caput entium, sed etiam omnem formam habentem esse suum, atque existere in essentia propria, ideoque a materia separabilem, in qua propterea nulla est potentia et proclivitas ad non esse, nulla miscetur aliena natura: nihil deest ad suam existentiam necessarium, potentia speciei redacta est semper in actum: in qua rursum una cum essentia pariter vita et intellectus includitur. Ejusmodi sunt intellectus omnes et intellectuales animæ, in genere veri entis connumerata. Nam formæ sensibiles inseparabiles a materia, entia non vera dicuntur ob contrarias earum, quas hic diximus, rationes. Cum vero materia longius admodum a prima rerum forma distet, quam formæ sensibiles, atque hæ non vere entia nuncupentur, nimirum ipsa vere non ens appellari a Plotino et Porphyrio consuevit: quoniam formale in se ipsa nihil includit, sed prorsus excludit. Esse vero formæ munus est: si quidem essentia prima idem est, quod et prima forma naturaliter omniformis. Huc adducenda sunt, quæ de ipso uno in Parmenide tum negantur, tum iterum affirmantur: et quæ in Sophiste de ente similiter atque non ente. Unum ergo tribus præcipue modis accipies: aut quod cum ente videtur æquari: aut quod ente superius est, aut quod est inferius. De uno quidem, quod enti æquale est, præcipue

de ipso ente primo, omnes rerum species proprietatesque pariter affirmantur. Est enim fons entium omnium et exemplar. De hoc ergo dici solet, est idem et alterum stabile, mobile, æquale, inæquale, magnum, parvum atque similia. Sunt enim hic ideales omnium rationes. De uno autem supremo hæc similiter negantur omnia: est enim illic non horum forma, sed causa. De uno tandem infimo, id est, materia, omnia hæc æque negantur: nihil enim habet in se ipsa formale.

*Quod naturalia non sint entia vera, et quod materia dicatur non ens, et instar speculi videatur habere formas, quas non habet veras.*

Inter hæc ubi ait, naturalia non tam esse re vera, quam esse videri, introducit Epicuream quandam objectionem, qua contenditur, res, quæ corpulentæ sunt, solas veram essentiam possidere, idque e duobus patere præcipue, tum, quia soliditate sua dividenti resistunt, tum, quia vehementer objecta percutiunt. Respondetur ad primum, corpora ejusmodi dura dum videntur resistere, diutius percutienti sunt exposita, ictumque expectant, propterea quod ineptissima sint ad fugam, ac propter eandem ad motum ineptitudinem inefficacemque naturam, postquam divisa sunt in partes, in priorem formam redire non possunt: corpora vero subtiliora ubi cedere percutienti videntur, propter mirabilem efficaciam subterfugiunt celerrime passionem, atque ob eandem similiter efficaciam subito redeunt in se ipsa. Denique quum motus in rebus sit actio quædam, vitæque plurimum interioris indicium, et ubique sit vitæ vestigium, et, quæ minime corpulenta sunt, promptissima sint ad motum, consequens est, quatenus ad incorpoream naturam res accedunt, eatenus ad vitam motionis et efficaciæ compotem, ideoque ad essentiam accedere veram, corpulenta vero ab essentia cadere: qua in parte respondetur similiter ad secundum, scilicet corpulenta, quando in aliquid incidunt, lædere gravius, non quia firmiora sint, sed quoniam sint prorsus infirma, adeo ut se sustinere non valeant, ideoque ipsa sui ruina casuque proxima quæque lædant. Nam et qui ad equitatum ineptissimi sunt, hi equos premunt potissimum atque defatigant: et languentia corpora gestantibus onerosissima esse solent. Post hæc, memento materiam quidem esse inanem essentiæ primæ umbram, formas vero materiales esse varias imagines idearum, quæ in prima continentur essentia, nullam habentes cum illis similitudinem in natura, quamvis in effectu repræsentandi similitudinem aliquam videantur habere. Atque ideo materiam instar speculi, dum vel solas imagines accipit, vel forte nec istas quidem accipit, sed videtur accipere, re vera nihil pati, præsertim quoniam materia in aliud, cum ipsa sit ultimum, resolvi non potest, ideoque nec pati. Huic sane nulla formarum contraria est, cum omnibus æque naturaliter sit exposita. A nulla igitur pati potest: quandoquidem nec quæ in materia fiunt quælibet a quibuslibet, sed a contrariis patiuntur. Item materia ex præsentia formæ nullam sibi propriam qualitatem contrahit, vel virtutem, et idcirco non patitur: alioquin jamdiu facta esset familiariter multiformis, ideoque non foret amplius subjectum communissimum, ab omnibus æque formabile. Jam vero si in qualibet alteratione ipsam subjecti substantiam permanere oportet, qualitatibus interim permutatis, multo magis in transmutatione mundana necesse est materiam permanere. Denique quum substantiale aliquid in nihilum resolvi ipsa naturæ bonitas minime patiatur, substantiæ vero simplices nequeant in aliud quandoque resolvi: merito neque formæ simplices in se subsistentes, neque materia simplex perire aliquando pative possunt. Materia utique quum sit malum, id est, maxime distans ab ipso bono, non sic appetit bonum, ut naturale aliquid inde sibi vindicet, sed ut quandam imaginariam inde vestem induat, atque fallat: et quo magis in sua informitate permanet, eo magis est mala, sive malum: neque calefit materia, sed compositum: ipsa vero calorem sustinet, mox depositura calorem quasi vestem, minime permutata natura. Rursum quando dividitur aliquid, quantitas, et quod hanc sequitur, dividitur, non materia, quæ quantitatem natura præcedit. Atqui quemadmodum in processione colorum, postremum, id est, nigredo, nihil habet primi, id est, albedinis: sic materia ultimum in ipso entium descensu, nihil vel intra se possidet simile primo, vel in facie suscipit aliquid de natura primi, sed imitamina quædam duntaxat inania. Atque propter extremam ad primum diversitatem, nullum ex imaginum illius præsentia saporem entis sibi familiariter vindicat vel odorem, ut ad quaslibet formas in posterum adventuras, quantumcumque repugnent prioribus, ipsa sit ad capiendum æque parata. Maxime vero inter hæc id observabis, quod ait, naturalia, si cum divinis comparentur, non majorem habere substantiam, quam imagines corporum in speculis apparentes. Nec aliter hæc a divinis perpetuo dependere, quam imagines ab objectis. Huc Solomonis illud tendit: Omnia vanitas. Huc illud Pauli: Videmus nunc per speculum in ænigmate. Sed quoniam nunc et corpora videmus, et speculum: a quibus, in quo imagines omnino dependent, ideo ipsam in se imaginum deprehendimus vanitatem, alioquin nisi videremus illa, hanc redarguere non possemus: sed quæ imagines sunt, esse res veras arbitrare-

mur: sicut et nunc, quæ naturalia nominantur, veras esse substantias opinamur, quoniam neque divina, neque materiam aspicere possumus, a quibus in quam ceu simulachra ab objectis in speculum prosiliunt atque resiliunt. Profecto vel sicut putant physici imagines rerum ipsæ sunt in speculis, vel sicut perspectivi tradunt nullæ in speculis sunt imagines, sed radii rerum in speculum incidunt, atque inde si iidem reflectantur ad oculum. Quod accidit, ubi ad pares angulos reflectuntur, tunc res ipsæ per ejusmodi suos radios oculis ita redduntur, ut tamen sensus ibi fallatur, putans alibi se res videre, quam videat, quomodocunque vero res se habeat, qualis est comparatio speculi ad res visibiles atque visum, talem esse Plotinus vult atque Porphyrius materiæ ad res divinas, et sensum: quam sane materiam velut ipsi enti prorsus oppositam, existimant radios actusque primi entis et mentis, non quidem intus admittere, sed ceu densum quoddam et propter diversitatem entibus invium repercutere protinus actus eorum, atque hac ipsa quasi reverberatione apparere sensibus quasi sensibilia, quæ in se ipsis intelligibilia sunt, adeo, ut putemus in materia nos inspicere, quæ in primo ente intellectuque sunt, atque inde movent animum, ut cognoscat: denique quoniam ipsa entia vel ideæ, dum in materiam agunt, neque de natura sua quicquam amittunt, neque de statu moventur, neque in proportione vel affectu conveniunt cum materia: ideo, quod dari videtur inde, velut inane debilissimumque, materiali semper hac indiget sede. Atque interim materia hæc, quia nec verum aliquid accipit unquam, neque qualecunque videtur accipere, ob naturalem falsitatem vere accipit, ideo impletur nunquam, sed semper affectans transmutationi perpetuæ præbet occasionem.

*Quantum anima materiam superemineat, et quomodo certa quantitas materiæ sequatur modum cujuslibet speciei in materiam venientis.*

Quando lignum hoc esse dicitur extra lignum illud, sejuncta sunt duo hæc inter se non multum, quoniam per terminos externos tantum, specie vero conjuncta sunt invicem. Magis ergo ignis est extra aquam: non solum enim exterioribus terminis, sed qualitatibus contrariis sejunguntur: quoniam vero et genere conveniunt, et materia possunt quandoque misceri: at anima toto genere a materia separatur, ideoque quamvis materiam penetret, longius tamen est extra materiam. Ideoque formas, quas anima mundi ab intellectu divino nacta nititur per seminariam virtutem in materiam ubique traducere, materia secum conciliare non potest, neque miscere sibi, quamvis illæ invicem misceantur. Tum vero materia sicut suapte natura formarum est omnium expers, ita etiam quantitatis: hæc enim est forma quædam: et quoniam quantitas est postrema formarum, idcirco certa quædam quantitas et figura rebus secundum speciei formæque præcipue modum a mente et anima destinatur. In formalibus igitur rationibus specierum in mente et anima existentibus, inclusa est atque definita certa quantitas et figura, quæ unamquamque speciem comitatur. In ratione quidem hominis formali vel equi decreta est hominis quantitas aut equi. Expeditur autem quantitas hæc in effectum ob efficaciam rationis ubique formalis, motumque ejus quendam in actione, atque propter processionem formæ naturalis emanantis ab ea. Hac igitur efficacia, motione, processione super materiæ faciem producitur in molem ipsa materia, tantam videlicet, quantam exigit ipsa forma, tum mundana mundo, tum humana homini, tum leonina leoni. Et sicut una cum qualibet specie propria venit quantitas in materiam, sic et abit una cum specie, et ad novæ deinceps speciei adventum nova fit quantitas, sicut et qualitas propria speciei: producitur autem quantitas in materia secundum distantiam ex quantitate virtutis agentis motuque formali. Materia quidem ob suam debilitatem nequit ejusmodi devitare motum, vel absque tali quadam distractione suscipere formas. Anima vero, quoniam et ipsa forma quædam est, speciesque subsistens, ideo cunctas rerum species in eodem quasi centro complectitur. Formas enim illas forma hæc accipit modo formæ: formarum vero modus est, ut tum unaquæque velut simplex in quolibet sui collecta sit tota, tum cunctæ in qualibet facillime concludantur. Hinc rursus efficitur, ut ratio nostra possit formas tum absque multitudine numerali in ipsa speciei unitate comprehendere, tum a quantitatis dimensione secernere. At materia cum extensione quadam semper accipit formas, quoniam ad motum formæ super eam divinitus procedentis, ubique pertrahitur, natura ejus interim libenter pertractioni cedente, paratque cuilibet ubique moli: quoniam propriam sibi nullam possidet molem. Ac dum in dimensionem per totum extenditur mundi spatium, non dividitur in materias plures, sed unica restat atque continua, tum quia non est obnoxia passioni, tum quia non in vita, sed libens potestatem sequitur extendentem, et ab una extenditur ratione ad unam universi formam. Hæc utique quasi mundi mater est, ac minus etiam est, quam mater. Pater autem est Mercurius ille antiquus, quem esse volunt tum seminariam mundi rationem in ipsa animæ mundanæ natura, tum etiam rationem omnium idealem in mente divina. Et re vera idealis ipsa ra-

tio pater est universi: seminalis autem ratio mater, quatenus commercium habet aliquod cum materia, desuperque repletur. Materia vero matrix et locus est potius generationis atque susceptaculum. Tu vero memento in planeta Mercurio esse tum donum contemplationis a mente divina, tum actionis a natura mundi, atque hinc ab eo dari ingenium vel contemplationibus, vel actionibus, et artibus aptum, vel quandoque strenuum ad utrumque. Si Saturnum trino sextilive adspexerit, vel ejus domicilium occupaverit, favet contemplationi potissimum: si Martem adspexerit, adspirat potius actioni: si Jovem, utrique feliciter afflat officio: si Venerem intuetur, suavitatem ingenii eloquiique simul ornatumque designat.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ ϛ.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ

### LIBER VI.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ᾿ΑΠΑΘΕΙΑΣ ΤΩΝ ᾿ΑΣΩΜΑΤΩΝ,

### De impassibilitate incorporeorum.

303 ΤΑΣ αἰσθήσεις οὐ πάθη λέγοντες εἶναι, ἐνεργείας δὲ περὶ παθή-
ματα καὶ κρίσεις· τῶν μὲν παθῶν περὶ ἄλλο γιγνομένων, οἷον τὸ
σῶμα φέρε τὸ τοιόνδε, τῆς κρίσεως περὶ τὴν ψυχήν· οὐ τῆς κρίσεως
B πάθους οὔσης, ἄλλην γὰρ αὖ ἔδει κρίσιν γίγνεσθαι, καὶ ἐπαναβαί-
νειν ἀεὶ εἰς ἄπειρον εἴχομεν οὐδὲν ἧττον καὶ ἐνταῦθα ἀπορίαν, εἰ ᾗ

7. 'ΑΠΑΘΕΙΑΣ] Codd. Darm. Marc. B. in marg. Med. A. Par. A. ἀναισθησίας. Med. A. et Marc. B. articulum τῆς præponunt. Sed hic cum Darm. in marg. habet γρ. ἀπαθείας. Quod sequitur τῶν abest a Cod. Vind. A. Περὶ τῆς τῶν ἀσωμάτων ἀπαθείας Porphyr. de Vita Plotin. cap. v. Περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν σωμάτων ibid. cap. xxiv. in edit. : sed in melioribus libris mss. π. τ. ἀ. τῶν ἀσωμάτων, et ita scripsi. Edit. Plotini : περὶ ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων.

9. λέγοντες] Ita rescripsi, jubentibus Codd., præter Ciz. et Darm., omnibus. Ed. λέγοντας.

ib. περὶ παθήματα] Ed. περιπαθήματα. Codd. Marc. B. Darm. Med. A. Par. A. περὶ τὰ παθήματα. Ut nos scripsimus, exhibent Codd. Med. B. et Vat., quibus accedunt ii, qui cum Ed. facere videntur.

10. παθῶν] Cod. Vat. ἀγαθῶν; in m. παθῶν.

11. φέρε τὸ] Cod. Ciz. φέρεται.

ib. τοιόνδε] Cod. Vat. τοιοῦδε in m. τοιόνδε. Sequitur in Codd., exceptis Darm. et Med. B., omnibus τῆσδε pro τῆς. Marc. C. τῆς κρίσεως περὶ τὴν ψυχήν· οὐ τῆς κρίσεως περὶ τὴν ψυχήν· οὐ τῆς κρίσεως πάθους.

12. ἄλλην γὰρ αὖ ἔδει] Codd. Ciz. Marc. A.C. Med. B. Vind. A. ἔδει γὰρ αὖ ἄλλην. Vat. ἔδει γὰρ ἄλλην; in marg. add. οὖν superscripto αὖ.

13. εἴχομεν] Cod. Vind. A. ἔχομεν cum Marc. A.

ib. εἰ ᾗ κρίσις] Codd. Darm. Med. A. Marc. A.B. et Vat. εἰ ἡ κρίσις, ᾗ κρίσις, ut legit Fic. et rescribendum videtur. Codd. Ciz. et Par. A. εἰ ἡ κρίσις. Codd. Med. B. et Vind. εἰ ἡ κρίσις, ἡ κρίσις. Cod. Vat. in marg. εἰ ἡ κρίσις, εἰ ᾗ κρίσις.

I. *Anima sentiendo et vivificando passiones corporis ipsa non patitur.*

Si sensus dicamus non esse passiones, sed actiones, judiciaque circa passiones, quæ quidem passiones circa aliud quiddam fiant, velut forsan circa corpus tale, judicium vero fit in anima : neque ipsum passio sit, alioquin oporteat aliud quoque judicium esse, atque per infinitum progredi : si, inquam, ita dicamus, nihilominus et hic dubitare continget, utrum judicium ipsum, qua ra-

κρίσις οὐδὲν ἔχει τοῦ κρινομένου· ἢ εἰ τύπον ἔχοι, πέπονθεν. Ἦν δ' 303 ὅμως λέγειν καὶ περὶ τῶν καλουμένων τυπώσεων, ὡς ὁ τρόπος ὅλως ἕτερος, ἢ ὡς ὑπείληπται· ὁποῖος καὶ ἐπὶ τῶν νοήσεων, ἐνεργειῶν καὶ τούτων οὐσῶν, γιγνώσκειν ἄνευ τοῦ παθεῖν τι δυναμένων· καὶ ὅλως ὁ λόγος ἡμῖν καὶ τὸ βούλημα, μὴ ὑπολαβεῖν τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσι C τὴν ψυχὴν τοιαύταις, ὁποῖαι αἱ θερμάνσεις καὶ ψύξεις σωμάτων. Καὶ τὸ παθητικὸν δὲ λεγόμενον αὐτῆς ἔδει ἰδεῖν καὶ ἐπισκέψασθαι πότερα καὶ τοῦτο ἄτρεπτον δώσομεν, ἢ τούτῳ μόνῳ τὸ πάσχειν συγχωρήσομεν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον, περὶ δὲ τῶν προτέρων τὰς ἀπορίας ἐπισκεπτέον. Πῶς γὰρ ἄτρεπτον καὶ τὸ πρὸ τοῦ παθητικοῦ καὶ D τὸ πρὸ αἰσθήσεως, καὶ ὅλως ψυχῆς ὁτιοῦν κακίας περὶ αὐτὴν ἐγγιγνομένης, καὶ δοξῶν ψευδῶν καὶ ἀγνοίας· οἰκειώσεις δὲ καὶ ἀλλοτριώσεις ἡδομένης καὶ λυπουμένης, ὀργιζομένης, φθονούσης, ζηλούσης, ἐπιθυμούσης, ὅλως οὐδαμῇ ἡσυχίαν ἀγούσης, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ τῶν προσπιπτόντων κινουμένης καὶ μεταβαλλούσης. Ἀλλ' εἰ μὲν σῶμά E ἐστιν ἡ ψυχὴ καὶ μέγεθος ἔχει, οὐ ῥᾴδιον, μᾶλλον δὲ ὅλως ἀδύνατον, ἀπαθῆ αὐτὴν καὶ ἄτρεπτον δεικνύναι ἐν ὁτῳοῦν τῶν λεγομένων γίγνεσθαι περὶ αὐτήν. Εἰ δὲ ἐστὶν οὐσία ἀμεγέθης, καὶ δεῖ καὶ τὸ ἄφθαρτον αὐτῇ παρεῖναι, εὐλαβητέον αὐτῇ πάθη διδόναι τοιαῦτα, 304

1. τύπον ἔχοι] Codd. Ciz. et Vat. τυχὸν ἔχει. Sed Vat. in m. ut Ed. Est etiam ἔχει in Cod. Med. B.

2. λαλουμένων] Cum marg. Ed. habent καλουμένων Codd. Ciz. Marc. A.B. Med. A. (in marg.) B. Vat. Vind. A., quod præstare videtur. Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. λεγομένων.

4. ὅλως] Cod. Ciz. ὅλος. Sequens ὁ λόγος, omittitur in Cod. Med. B.

8. μόνῳ τὸ] Cod. Vat. μόνῳ τῷ.

ib. συγχωρήσομεν] Cod. Vind. A. οὐ συγχωρήσομεν.

11. ἐγγιγνομένης] Ita cum marg. Ed. Codd. omnes. Ed. ἐγενομένης. Proxime legerim ἀγνοίας.

12. δὲ καὶ] Abest καὶ a Cod. Vat.; in m. add. Idem factum in verbo ὀργιζομένης.

14. ἐφ' ἑκάστῳ] Abest ἐφ' a Cod. Marc. C.

16. ὁποῖον] In Ed. ὁποῖον οὐ ῥᾴδ'. Sed nullus ex nostris libris ὁποῖον agnoscit.

17. ἐν ὁτῳοῦν] Omissum ἐν in Cod. Vat. in m. add.

18. δὲ ἐστὶν] Cod. Vat. δὲ ἔστιν cum Marc. A.C.

ib. καὶ δεῖ] Abest καὶ a Cod. Vat.

tione judicium est, nihil habeat illius in se, de quo judicatur, an formam ejus quandam, quam si habeat, jam passum fuisse videbitur. Licet tamen dicere de his, quæ formationes sensuum vel ipsius intelligentiæ nuncupantur, longe aliter fieri, quam a plerisque existimetur: quod præcipue in intelligentiis ipsis apparet, quæ quidem ipsæ quoque sunt actiones, potentes aliquid absque passione cognoscere. Omnino vero nostra tum ratio tum voluntas optat, ne anima talibus conversionibus mutationibusque subdatur, quales sunt calefactiones frigefactionesque corporum. Oportet quin etiam de parte animæ quæ passiva dicitur, diligenter considerare, utrum hanc quoque immutabilem fateamur, an soli huic passionem aliquam concedamus: sed de hoc in sequentibus. Nunc vero priorum dubitationes discutiamus. Ambigitur sane, quonam pacto immutabile possit esse etiam, quod est ante passivum atque sensum, et omnino quodcunque sit animæ, quandoquidem pravitas in ea fiat, et falsa sæpe opinio ignorantiaque contingat. Rursus conformitas et difformitas dum gaudet, mœret, irascitur, invidet, æmulatur, affectat: quiescit, nusquam quolibet incidente, movetur et permutatur. Verum si anima corpus est, habetque magnitudinem, difficile est, imo etiam impossibile, eam impassibilem immutabilemque ostendere in quovis eorum, quæ circa ipsam dicuntur accidere. Sin autem est essentia magnitudinis expers, oportetque dotem illi incorruptibilem non deesse, cavendum est tales illi concedere passiones, ne forsan inscii eam esse corruptibilem concedamus. Tum vero sive numerus sive ra-

304 μὴ καὶ λάθωμεν αὐτὴν φθαρτὴν εἶναι διδόντες. Καὶ δὴ, εἴτε ἀριθμὸς,
εἴτε λόγος, ὥς φαμεν ἡ οὐσία αὐτῆς, πῶς ἂν πάθος ἐγγένοιτο, ἐν
ἀριθμῷ ἢ λόγῳ; ἀλλὰ μᾶλλον λόγους ἀλόγους, καὶ ἀπαθῆ πάθη δεῖ
ἐπιγίγνεσθαι αὐτῇ οἴεσθαι, καὶ ταῦτα τὰ ἀπὸ τῶν σωμάτων μετ-
B ενηνεγμένα· ἀντικειμένως ληπτέον ἕκαστα, καὶ κατ' ἀναλογίαν μετ-
ενηνεγμένα, καὶ ἔχουσαν οὐκ ἔχειν, καὶ πάσχουσαν οὐ πάσχειν· καὶ
ὅς τις ὁ τρόπος τῶν τοιούτων ἐπισκεπτέον.

Πρῶτον δὲ περὶ κακίας καὶ ἀρετῆς λεκτέον, τί γίγνεται τότε, ὅταν
κακία λέγηται παρεῖναι· καὶ γὰρ ἀφαιρεῖν δεῖν φαμεν, ὡς ὄντος τινὸς
C ἐν αὐτῇ κακοῦ, καὶ ἐνθεῖναι ἀρετὴν καὶ κοσμῆσαι, καὶ κάλλος ἐμποι-
ῆσαι, ἀντὶ αἴσχους τοῦ πρόσθεν. Ἆρ' οὖν λέγοντες ἀρετὴν ἁρμονίαν
εἶναι, ἀναρμοστίαν δὲ τὴν κακίαν λέγοιμεν ἂν, δόξαν δοκοῦσαν τοῖς
παλαιοῖς; καίτοι πρὸς τὸ ζητούμενον οὐ μικρὸν ὁ λόγος ἀνύσειεν.
Εἰ γὰρ συναρμοσθέντα μὲν κατὰ φύσιν τὰ μέρη τῆς ψυχῆς πρὸς ἄλ-
D ληλα, ἀρετή ἐστι· μὴ συναρμοσθέντα δὲ, κακία· ἐπακτὸν οὐδὲν ἂν,
οὐδ' ἑτέρωθεν γίγνοιτο, ἀλλ' ἕκαστον ἥκοι ἂν, οἷον ἐστὶ πρὸς τὴν
ἁρμογήν· καὶ οὐκ ἂν ἥκοι ἐν τῇ ἀναρμοστίᾳ τοιοῦτον ὂν, οἷον καὶ

1. *μὴ καὶ*] Cod. Vat. *καὶ μή*. Mox ab eod. abest *φθαρτήν*. Marc. A. non habet *πάθη*. Marc. C. habet *δεῖ* pro *δή*. In proximis Marc. A. omittit *αὐτῆς*.

3. *ἀλόγοις*] Ita Ed. Sed Codd. omnes cum marg. Ed. *ἀλόγους*, excepto Marc. C., Quare correxi. Idem Cod. mox exhibet *ἀπαθεῖ*.

4. *μετενηνεγμένα*] Cod. Vind. A. *μετενημένα*. Quæ sequuntur usque ad repetitam hanc vocem post *ἀναλογίαν* desunt in Codd. Ciz. et Vat., sed sequuntur post v. *ἔχουσαν* (quæ scribitur *ἔχουσα*) in Cod. Ciz. et post v. *ἔχειν* in Cod. Vat., in quo pro *καὶ πάσχουσαν* est *οὐ πάσχουσαν*; sed *καὶ* in marg.

9. *κακία*] Cod. Darm. *κακίαν*. Marc. A. omittit *λεκτέον*. Marc. C. habet *τότε. καὶ ὅταν*.

ib. *παρεῖναι*] Cod. Vat. *παρῆναι*. Idem mox *ἔφαμεν* pro *φαμεν*.

ib. *τινος ὄντος*] Sic Ed. Sed Codd. Darm. Med. A.B. Par. A. Marc. C. ut marg. Ed. *ὄντος τινὸς*, quod recepi.

10. *ἐνθεῖναι*] Cod. Vat. *ὦ ἐνθεῖναι* (sic).

ib. *ἀρετὴν*] Cod. Vind. A. omittit hanc vocem.

12. *ἀναρμοστίαν*] Ita, excepto Darm., Codd. omnes; nisi quod in Ciz. scribitur *ἀναρμωστίαν*. Ed. *ἀναρμοσίαν*.

13. *καίτοι*] Codd. Med. A.B. Vind. A. *καίτι*.

ib. *ἀνύσειεν*] Ita Codd. omnes; sed Ed. *ἀνήσειεν*.

15. *οὐδὲν ἂν, οὐδ'*] Ed. *οὐ δ' ἂν, οὐ δ'*. Sed *οὐδὲν* habent Codd., excepto Darm., omnes; et pro *οὐδ'* est *οὐδὲ* in Codd. Darm. Marcc. Par. A. Vat. Vind. A.

16. *ἐστὶ πρὸς*] Codd. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. Vat. *ἐστὶν εἰς*.

tio (ut solemus dicere) ejus essentia est, quonam pacto passio ulla numero vel rationi continget? sed potius rationes irrationales et impassibiles passiones in ea fieri est putandum, atque hæc a corporibus in eam translata, per oppositionem accipienda sunt singula, et secundum analogicam proportionem quasi traducta, adeo ut anima habens hæc non habeat, et patiens non patiatur, et quis talium modus sit, cogitandum.

II. *Quid virtus, quid pravitas, et quod non sint velut qualitates in anima, sed ut actus.*

Principio de virtute vitioque dicendum, quidnam fiat, quando vitium inesse animæ dicitur: etenim sæpe solemus dicere, oportere a vitioso auferre nonnihil, quasi aliquid sit in ipso mali: item adhibere virtutem atque ornare, et honestatem pro turpitudine præcedenti adducere. Numquid igitur si dicamus virtutem esse consonantiam quandam, vitium vero dissonantiam, opinionem antiquis consonam in medium adducemus? ac præterea ad id, quod quærimus, admodum conducemus. Si enim virtus est hoc ipsum, scilicet partes animæ esse secundum naturam inter se concordes, vitium vero, esse discordes: nihil utique adventitium, nihil aliunde nobis adveniet, sed pars quælibet qualis in se est, concentum ingredietur: neque ingredietur in dissonantiam sic se habens, quemadmodum tripudiatores saltantes, et invicem concinentes: et si non iidem sint, et solus quis canens cæteris non canentibus, et quolibet secundum se cantante. Non enim oportet concinere solum, verum etiam quemlibet, quantum ad se pertinet, musica propria rite cantare,

χορευταὶ χορεύοντες καὶ συνᾴδοντες ἀλλήλοις· εἰ καὶ μὴ οἱ αὐτοὶ 304 εἰσὶ, καὶ μόνος τις ᾄδων, τῶν ἄλλων μὴ ᾀδόντων, καὶ ἑκάστου καθ' ἑαυτὸν ᾄδοντος. Οὐ γὰρ μόνον δεῖ συνᾴδειν, ἀλλὰ καὶ ἕκαστον καλῶς τὸ αὐτοῦ ᾄδοντα οἰκείᾳ μουσικῇ, ὥστε κἀκεῖ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἁρμονίαν E εἶναι ἑκάστου μέρους τὸ αὑτῷ προσῆκον ποιοῦντος. Δεῖ δὴ πρὸ τῆς ἁρμονίας αὐτῆς, ἄλλην ἑκάστου εἶναι ἀρετὴν καὶ κακίαν δὲ ἑκάστου, πρὸ τῆς πρὸς ἄλληλα ἀναρμοστίας. Τίνος οὖν παρόντος ἕκαστον μέρος κακόν; ἢ κακίας· καὶ ἀγαθὸν αὖ; ἢ ἀρετῆς. Τῷ μὲν οὖν λογιστικῷ, τάχ' ἄν τις λέγων ἄνοιαν εἶναι τὴν κακίαν, καὶ ἄνοιαν, τὴν κατὰ ἀπόφασιν, οὐ παρουσίαν τινὸς ἂν λέγοι. Ἀλλ' ὅταν F καὶ ψευδεῖς δόξαι ἐνῶσιν, ὃ δὴ μάλιστα τὴν κακίαν ποιεῖ, πῶς οὐκ ἐγγίγνεσθαι φήσει, καὶ ἀλλοῖον ταύτῃ τοῦτο τὸ μόριον γίγνεσθαι. Τὸ δὲ θυμοειδὲς, οὐκ ἄλλως μὲν ἔχει δειλαῖνον· ἀνδρεῖον δὲ ὂν, ἄλλως. Τὸ δὲ ἐπιθυμοῦν, ἀκόλαστον μὲν ὂν, οὐκ ἄλλως· σωφρονοῦν δὲ ἄλλως ἢ πέπονθεν· ἢ ὅταν μὲν ἐν ἀρετῇ ἕκαστον ᾖ ἐνεργεῖν κατὰ G τὴν οὐσίαν ἥν ἐστιν ἕκαστον ἐπαΐειν λόγου φήσομεν· καὶ τὸ μὲν λογιζόμενον, παρὰ τοῦ νοῦ· τὰ δ' ἄλλα, παρὰ τούτου· ἢ τὸ ἐπαΐειν

1. οὐ συνᾴδοντες] Ita Ed. Sed cum marg. Ed. omittunt οὐ Codd. Darm. Marcc. Med. A.B. Par. A. Fortasse corrigendum καὶ ὁμοῦ συνᾴδοντες.

ib. εἰ καὶ μη] Abest καὶ a Codd. Ciz. et Vat.

5. τὸ αὐτῷ] Cod. Vat. τὸ αὐτό cum Marc. C. Sed Marc. A. τὸ αὐτῷ.

ib. δὴ πρὸ] Cod. Ciz. δὲ πρός.

6. ταύτης] Cum marg. Ed. habent αὐτῆς Codd. Darm. Marc. B. et Par. A.

ib. καὶ κακιαν] Abest καὶ a Cod. Vat. In seqq. Marc. C. ἀγαθοῦ pro ἀγαθόν.

9. λογιστικῷ] Codd. Ciz. et Vind. A. λογικῷ. Marc. A. τῷ λογιστικῷ. Proxime suspicor ἄγνοιαν—ἄγνοιαν.

11. δόξαι ἐνῶσιν] Cod. Ciz. δόξαιεν ὦσιν. Vat. δόξας ἐνῶσιν.

12. καὶ ἀλλοῖον—γίγνεσθαι] Ita Codd. omnes, ut marg. Ed. καὶ ἀλλ' εἶον τὰ ὕψη ταύτῃ κ. τ. λ. Ed. Fortasse in τὰ ὕψη latet τῆς ψυχῆς. Abest τὰ ὕψη a Codd. Marc. A.B.

13. δειλαῖνον] Cod. Ciz. δειλαῖον.

14. Τὸ δὲ] Cod. Vat. τό δ'.

15. ἢ πέπονθεν] Cod. Par. A. ᾗ πέπονθεν. Verba τὸ δὲ ἐπιθ.—ἢ πέπονθεν desunt in Cod. Marc. A. qui pergit καὶ ὅταν.

ib. ᾖ ἐνεργεῖν] Codd. Marcc. Par. A. Vat. Vind. A. ἢ ἐνεργεῖν, quod recepi.

16. ἐπαΐειν] Cum marg. Ed. habent ἐπαίον Codd. Vind. Marc. C.A. et Darm. In Ciz. est ἐπάϊον (idem pro λόγου habet λόγον): in Cod. Med. A. ἐπαΐειν superscripto ο ab al. m.; in Cod. Marc. B. vice versa. in Cod. Vat. ἐπαιον. Cod. Vind. A. in seqq. item habet ἐπαίον pro ἐπαΐειν.

ib. καὶ το μὲν] Cod. Vat. μὴ, sed in m. μέν.

adeo ut et illic in anima consonantia sit, quando pars quælibet, quod sibi est consentaneum, peragit. Oportet sane ante consonantiam ipsam aliam uniuscujusque partis virtutem esse, vel aliam pravitatem ante mutuam dissonantiam. Quonam igitur præsente quælibet pars est mala? Forsan pravitate præsente. Quo rursus bona? præsente virtute. In parte quidem rationali si quis inscitiam esse pravitatem ejus confiteatur, inscitiam, inquam, per negationem scientiæ, nullius ob hoc præsentiam afferet. At quando falsæ quoque opiniones insunt, quæ quidem potissimum faciunt pravitatem, quidnam prohibebit, aliquid illic intus fieri? atque ita ipsam animæ partem fuisse jam in qualitatem aliquam permutatam. Præterea irascendi natura nonne aliter affecta est, quando meticulosa est, aliter autem quando est fortis? Item vis concupiscendi, quando intemperata est, aliter est disposita, quam quando est temperata. Forte vero, ubi quodlibet virtute præditum judicatur, agit tunc secundum eam essentiam, qua quod est existit: idque esse dicimus rationi obtemperare: et facultas quidem rationalis ab intellectu regitur, reliquæ vero a ratione. Forte etiam rationi obtemperare est quasi videre, dum videlicet, quod obtemperat videtque, non figuratur quidem, sed intuetur, actuque existit, quando videt. Sicut visus, et potentia et actu existens, una eademque essentia est, actus autem non est alteratio, sed simul ad id se adhibet ad quod essentiam habet accommodatam atque cernit, et procul a passione cognoscit. Quin etiam ratiocinandi facultas ita se habet ad intellectum atque videt, et potentia intelligendi

305 λόγου ὥσπερ ὁρᾷν ἐστιν, οὐ σχηματιζόμενον, ἀλλ' ὁρῶν· καὶ ἐνερ-
A γείᾳ ὄν, ὅτε ὁρᾷ. Ὥσπερ γὰρ ἡ ὄψις καὶ δυνάμει οὖσα καὶ ἐνεργείᾳ,
ἡ αὐτὴ τῇ οὐσίᾳ, ἡ δὲ ἐνέργειά ἐστιν οὐκ ἀλλοίωσις, ἀλλ' ἅμα προσ-
ῆλθε πρὸς ὃ ἔχει τὴν οὐσίαν, καὶ ἔστιν εἰδυῖα, καὶ ἔγνω ἀπαθῶς,
καὶ τὸ λογιζόμενον οὕτω πρὸς τὸν νοῦν ἔχει, καὶ ὁρᾷ, καὶ ἡ δύναμις
τοῦ νοεῖν τοῦτο, οὐ σφραγῖδος ἔνδον γενομένης· ἀλλ' ἔχει ὃ εἶδε, καὶ
αὖ οὐκ ἔχει. Ἔχει μὲν, τῷ γιγνώσκειν· οὐκ ἔχει δὲ τῷ μὴ ἀποκεῖ-
B σθαί τι ἐκ τοῦ ὁράματος, ὥσπερ ἐν κηρῷ μορφήν. Μεμνῆσθαι δὲ
δεῖ, ὅτι καὶ τὰς μνήμας οὐκ ἐναποκειμένων τινῶν ἐλέγετο εἶναι,
ἀλλὰ τῆς ψυχῆς οὕτω τὴν δύναμιν ἐγειράσης, ὥστε καὶ ὃ μὴ ἔχει
ἔχειν. Τί οὖν, οὐκ ἄλλη ἦν πρὶν οὕτω μνημονεύειν; καὶ ὕστερον ἢ
ὅτε μνημονεύει εἰ βούλει ἄλλην· οὐκοῦν ἀλλοιωθεῖσά γε, πλὴν εἰ μή
C τις τὸ ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἐλθεῖν, ἀλλοίωσιν λέγοιτο. Ἀλλ'
ἔστιν οὐδὲν προσγενόμενον, ἀλλ' ὅπερ ἦν πεφυκυῖα, τοῦτο ποιοῦσα.
Ὅλως γὰρ αἱ ἐνέργειαι τῶν ἀΰλων οὐ συναλλοιουμένων γίγνονται, ἢ
φθαρεῖεν ἄν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον μενόντων. Τὸ δὲ πάσχειν τὸ ἐνερ-
γοῦν, τοῦτο τῶν μεθ' ὕλης· εἰ δὲ ἄϋλον ὂν πείσεται, οὐκ ἔχει ᾧ

1. ὁρῶν] Cod. Ciz. supra lit. ω ab al. m. habet ο.
ib. ἐνεργείᾳ] Ita solus Cod. Vat. Reliqui cum Ed. ἐνεργεία.
3. τῇ οὐσίᾳ] Abest τῇ a Codd. Par. A. Marc. C. idem post ἐνεργείᾳ addit ἐστιν.
4. πρὸς ὃ] Omissum πρὸς in Cod. Ciz. in marg. additum est.
6. τοῦ νοεῖν τοῦτο] Cod. Ciz. τι νοεῖν τοῦτο superscripto ab al. m. τοιοῦτο. Cod. Vind. A. αὐτοῦ νοεῖν τοῦτο.
ib. γενομένης] Codd. Med. A. et Par. A. uterque a pr. m. γινομένης et supra lin. ε.
ib. εἶδε] Codd. Darm. Med. A. Par. A. Vat. Vind. A. οἶδε. Med. B. ἴδε.
7. ἀποκεῖσθαι] Cod. Vind. A. ὑποκεῖσθαι. In seqq. Marc. habent ἐναποκειμένων, quod exhibemus pro eo, quod in Ed. est ἐν ἀποκειμ.
11. ἢ ὅτε μνημονεύει] Abest ἢ a Codd. Ciz. Marc. Med. A.B. Par. A. Vat. Tria hæc verba desunt in Cod. Vind. A. Pro seq. εἰ Codd., exceptis Ciz. et Darm., omnes habent ἤ, excepto Marc. C. in quo est μνημονεύει βουλὴν ἄλλην οὔκουν.
12. ἀλλοιωθεῖσά γε] Cod. Vat. ἀλλοιωθεῖσάν γε.
13. ἐλθεῖν] Cod. Vind. A. προελθεῖν.
ib. λέγοιτο] Codd. Ciz. Marc. C. Med. B. Vat. λέγοι. Marc. A. λέγει.
14. ὅπερ] Cum marg. Ed. habent ἥπερ Codd. Ciz. (a pr. m.) Vat. Marc. B. et Vind. A. In Codd. Med. A.B. Marc. A. et Par. A. est ἥπερ.
15. αἱ ἐνέργειαι] Abest αἱ a Cod. Ciz.
ib. ἀΰλων] Cod. Vind. A. ἄλλων cum Marc. A.
17. τῶν μεθ'] Cod. Ciz. τὸ μεθ'.

tale quiddam est, non quod intus impressiones velut a sigillo suscipiat, sed habet quod videt, rursusque non habet. Habet enim ex eo, quod cognoscit, non habet autem propterea, quod nihil a spectaculo illatum illic imprimitur, ut forma fieri solet in cera. Meminisse vero oportet, memoriam quoque non esse quandam formarum impressarum custodiam, sed facultatem quandam animæ ita se ipsam excitantis, ut et quod non habet, habeat. Quid ergo? nonne alia erat, antequam ita recordaretur, et alia rursus, quando jam recordatur? Si tibi placet aliam dicere, ne tamen dicas alteratam, nisi forte quis alterationem nominet quandam ex potentia in actum progressionem: attamen nihil est ibi adjunctum, sed, quod naturaliter facere potest, id efficit. Omnino vero rerum immaterialium actiones non ita fiunt, ut vires ipsæ, quæ agunt, interim alterentur, alioquin et interirent, sed potius efficiant permanendo. Quod autem agens patiatur agendo, rerum, quæ cum materia sunt, conditio esse solet: sin autem, quod immateriale est, patiatur, non habet, quo maneat, quemadmodum in aspectu, visione quidem agente, oculus est qui patitur. Opiniones autem quasi visiones quædam sunt. At irascendi natura quonam modo timida? et quo pacto fortis? Forte timida quidem est propterea, quod vel non aspicit rationem, vel rationem aspicit jam malam, vel instrumentorum vitio velut defectu, vel labefactatione armorum corporeorum, vel agere prohibetur, vel non incitatur. Fortis autem est si contra fiat: in quibus nulla alteratio est, nulla est passio: rursus vis ipsa concupiscendi, quotiens agit sola, affert intem-

305

μένει, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ὄψεως, τῆς ὁράσεως ἐνεργούσης, τὸ πάσχον ὁ ὀφθαλμός ἐστιν· αἱ δὲ δόξαι ὥσπερ ὁράματα. Τὸ δὲ θυμοειδὲς πῶς D δειλόν; πῶς δὲ καὶ ἀνδρεῖον; ἢ δειλὸν μὲν τὸ ἢ μὴ ὁρᾷν πρὸς τὸν λόγον· ἢ πρὸς φαῦλον ὄντα τὸν λόγον ὁρᾷν, ἢ ὀργάνων ἐλλείψει, οἷον ἀπορίᾳ ἢ σαθρότητι ὅπλων σωματικῶν· ἢ ἐνεργεῖν κωλυόμενον, ἢ μὴ κινηθὲν οἷον ἐρεθισθέν· ἀνδρεῖον δὲ, εἰ τὰ ἐναντία, ἐν οἷς οὐδεμία ἀλλοίωσις οὐδὲ πάθος· τὸ δὲ ἐπιθυμοῦν, ἐνεργοῦν μὲν μόνον, τὴν λεγομένην ἀκολασίαν παρέχεσθαι. Πάντα γὰρ μόνον πράττει, E καὶ οὐ πάρεστι τὰ ἄλλα, οἷς ἂν ᾖ ἐν μέρει τὸ κρατεῖν παροῦσι καὶ δεικνύναι αὐτῷ· τὸ δ' ὁρῶν ἦν ἂν ἄλλο πράττων οὐ πάντα, ἀλλά που καὶ σχολάζον, τῷ ὁρᾷν ὡς οἷόντε τὰ ἄλλα. Τάχα δὲ τὸ πολὺ καὶ σώματος καχεξία ἡ τούτου λεγομένη κακία· ἀρετὴ δὲ, τἀναντία, ὥς τ' οὐδεμία ἐφ' ἑκάτερα προσθήκη τῇ ψυχῇ. F

Τὰς δ' οἰκειώσεις καὶ ἀλλοτριώσεις, πῶς; καὶ λῦπαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ ἡδοναὶ, ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, πῶς οὐ τροπαὶ καὶ πάθη ἐνόντα καὶ κινούμενα; Δεῖ δὴ καὶ περὶ τούτων ᾧδε διαλαβεῖν, ὅτι γὰρ ἐγγίγνονται ἀλλοιώσεις καὶ σφοδραὶ τούτων αἰσθήσεις, μὴ οὐ λέγειν ἐναντία λέγοντός ἐστι τοῖς ἐναργέσιν· ἀλλὰ χρὴ συγχωροῦντας ζητεῖν, ὅ, τι ἐστὶ τὸ τρεπόμενον. Κινδυνεύομεν γὰρ περὶ ψυχὴν ταῦτα G

1. ὥσπερ] Cod. Vat. ὅπερ.
ib. ὁ ὀφθαλμὸς] Abest ὁ a Cod. Vind. A.
2. ὁράματα] Cod. Med. A. ὁράματι (sic). Mox Marc. C. δῆλον pro δειλόν.
3. μὲν τὸ ἢ] Codd. Marc. A.B. Med. A. (ex corr. ab al. m.) B. Par. A. Vat. τῷ pro τό.
4. ἢ ὀργάνων—σωματικῶν] Cod. Vind. A. omittit hæc omnia cum Marc. A.
7. τὸ ἐπιθυμοῦν] Codd., excepto Darm., omnes τὸ δὲ quod recepi. Cod. Vind. A. ἐπιθυμητικόν.
ib. μόνον] Præter Marc. C. Med. A.B. Codd. omnes cum marg. Ed. μόνον. Sed Ed. μόνα.
9. οὐ πάρεστι] Codd. Ciz. et Vat. οὗ pro οὐ.
10. τὸ δ' ὁρῶν] Sic Codd. omnes cum marg. Ed. Ciz. supra lin. ο. Sed Ed. ὁρᾷν.
ib. πράττων] Codd. Ciz. (ex corr. ab al. m.) Marc. Par. A. Vat. πράττον.
11. σχολάζειν] Codd. omnes σχολάζον cum marg. Ed., nisi quod in Vat. scriptum est σχολάζων.
ib. τῷ ὁρᾷν] Cod. Ciz. a pr. m. τό.
13. καθ' ἑκάτερα] Codd. omnes cum marg. Ed. ἐφ' ἑκάτερα.
19. τρεπόμενον] Cod. Vat. προεπόμενον, et sic item pagina versa.
ib. κινδυνεύομεν] Codd. Med. A.B., uterque a pr. m., κινδυνεύει μέν. Sed ab al. m. supra lin. ut Ed.
ib. ταῦτα] In Cod. Vat. bis scribitur.

perantiam. Omnia enim interdum agit sola, neque tunc adsunt reliqua, quibus licet quandoque præsentibus vicissim exsuperare, ipsique mandare. Ipsum vero, quod in videndo versatur, interim aliud agit: neque enim agit omnia, sed vacat alicubi, propterea, quod alia quædam, quoad potest, contueatur. Forsan vero plurimum mala corporis habitudo hujus est pravitas, virtus autem habitudo contraria: quapropter nulla utrimque animæ facta est adjunctio.

III. *Anima non est subjectum corporalium passionum, sed principium.*

Quærebatur autem, quomodo conformitates, difformitates, dolores, iræ, voluptates, concupiscentiæ, metus non sint permutationes passionesque interiora moventes. Oportet sane de his quoque ita distinguere: negare quidem, alterationes, earumque vehementes sensus nobis accidere, est omnibus manifesta negare: oportet igitur id concedentes, quidnam sit, quod transmutatur, inquirere. Profecto si talia quædam de anima concedamus, videbimur simile quiddam admittere: perinde ac si animam esse rubeam vel pallidam concesserimus, minime advertentes, propter animam quidem ejusmodi passiones accidere, sed circa aliud quiddam, quod compositum sit, versari. Jam vero ipsa verecundia in anima in quadam turpitudinis opinione consistit: quoniam vero ipsa corpus continet, quod quidem, ne

306 λέγοντες, ὅμοιόν τι ὑπολαμβάνειν, ὡς εἰ τὴν ψυχὴν λέγομεν ἐρυθριᾷν, ἢ αὖ ἐν ὠχριάσει γίγνεσθαι, μὴ λογιζόμενοι, ὡς διὰ ψυχὴν μὲν
A ταῦτα τὰ πάθη, περὶ δὲ τὴν ἄλλην σύστασίν ἐστι γιγνόμενα· ἀλλ' ἡ μὲν αἰσχύνη ἐν ψυχῇ δόξης αἰσχροῦ γενομένης, τὸ δὲ σῶμα, ἐκείνης τοῦτο οἷον σχούσης, ἵνα μὴ τοῖς νοήμασι πλανώμεθα, ὑπὸ τῇ ψυχῇ ὂν, καὶ οὐ ταὐτὸν ἀψύχῳ, ἐτράπη κατὰ τὸ αἷμα, εὐκίνητον ὄν· τά τε τοῦ λεγομένου φόβου, ἐν μὲν τῇ ψυχῇ ἡ ἀρχή· τὸ δ' ὠχρὸν, ἀναχωρήσαντος τοῦ αἵματος εἴσω· καὶ τῆς ἡδονῆς δὲ, τὸ τῆς
B διαχύσεως τοῦτο καὶ εἰς αἴσθησιν ἧκον περὶ τὸ σῶμα· τὸ δὲ περὶ τὴν ψυχὴν, οὐκ ἔτι πάθος· καὶ τὸ τῆς λύπης ὡσαύτως, ἐπεὶ καὶ τὸ τῆς ἐπιθυμίας, ἐπὶ μὲν τῆς ψυχῆς τῆς ἀρχῆς οὔσης τοῦ ἐπιθυμεῖν, λανθάνον ἐστίν· ἐκεῖθεν δὲ τὸ προελθὸν ἡ αἴσθησις, ἔγνω. Καὶ γὰρ ὅταν λέγωμεν κινεῖσθαι αὐτὴν ἐν ἐπιθυμίαις, ἐν λογισμοῖς, ἐν δόξαις·
C οὐ σαλευομένην αὐτὴν λέγομεν ταῦτα ποιεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς γίγνεσθαι τὰς κινήσεις, ἐπεὶ καὶ τὸ ζῆν κίνησιν λέγοντες, οὐκ ἀλλοιοῦμεν· ἑκάστου δὲ μορίου ἡ ἐνέργεια ἡ κατὰ φύσιν, ζωὴ οὐκ ἐξιστᾶσα. Κεφάλαιον δὲ ἱκανὸν, εἰ τὰς ἐνεργείας καὶ τὰς ζωὰς, καὶ τὰς ὀρέξεις, οὐκ ἀλλοιώσεις συγχωρούμεν καὶ μνήμας, οὐ τύπους ἐναποσφραγιζομέ-

2. ἐν ὠχριάσει] Cod. Vat. ἐνωχριάσει. Marc. C. ἐν ὀχριάσει.
4. αἰσχύνη] Cod. Vat. αἰσχύνη ἡ. In Cod. Vind. A. sequitur ἐν τῇ.
5. σχούσης] Cod. Vat. ἐχούσης. Vocem τοῦτο omittit Marc. A.
ib. νοήμασι] Codd. Darm. Marc. A. Med. A. Par. A. ὀνόμασι. Sed in omnibus correctum est νοήμασι.
ib. ὑπὸ τῇ] Cum marg. Ed. habent ἐπὶ τῇ Codd. Darm. Med. A. Par. A. Marc. B.
6. καὶ οὐ] Omissa hæc in Cod. Vat. in m. adduntur.
7. τῇ ψυχῇ ἡ] In Cod. Vind. A. deest τῇ itemque in Marc. A.C.
8. τῆς ἡδονῆς] Cod. Med. B. τὸ τῆς ἡδονῆς.
9. τοῦτο καὶ] Cod. Vat. τοῦτον καί. Pergit Marc. C. καὶ ἡ αἴσθησις.
10. τὸ τῆς—τὸ τῆς] Utrumque τὸ abest a Cod. Ciz. Loco prioris Cod. Vind. A. exhibet τι per rasuram.
12. τὸ προελθὸν] Codd. Vat. et Vind. A. omittunt τό. Marc. C. habet προσελθόν.
13. κινεῖσθαι] Præter Codd. Darm. Marc. C. et Med. B., omnes habent κινεῖσθαι. Sed Ed. ἐγκινεῖσθαι.
14. αὐτῆς] Codd. Darm. Marc. B.C. Par. A. Vat. αὐτῆς.
15. ἀλλοιοῦμεν] Cod. Ciz. ἀλλοιοῦσιν μέν. Med. A. ἄλλοι οὖ μεν et super οι ab al. m. est ου. Par. A. Marc. A. et Vat. ἀλλοίου μέν.
16. ἐξιστᾶσα] Cod. Ciz. ἐξιστῶσα.
18. ἐναποσφραγιζομένους] Ita solus Cod. Vat. Reliqui cum Ed. ἐν ἀποσφραγιζομένους.

in verbis erremus, dicendum est esse in ipsa anima continente: neque idem esse cum inanimato corpore, hoc inquam, ex ipsa animæ verecundia in sanguine permutatur, præsertim si facile mobile fuerit. Præterea timoris principium est in anima, pallor autem in corpore, dum sanguis ad interiora relabitur: item in voluptate sensibilis ipsa manifestaque diffusio atque dilatatio fit in corpore. Quod vero tunc fit in anima, non est passio: similiter etiam de mœrore dicendum, quando quidem et in affectu concupiscendi principium quidem appetendi in anima existens, velut initio latet: quod autem inde procedit, sensus ipse jam percipit. Jam vero quando dicimus, animam libidinibus et discursionibus rationis opinionibusque moveri, nequaquam intelligimus eam in his jactari, sed ex ipsa fieri motiones: quando quidem et vivere motum esse dicentes non intelligimus, alterationem esse, nempe uniuscujusque partis actio naturalis vita est a se ipsa minime distans. Summa denique horum sufficiens erit ejusmodi: si neque actiones, vitas, appetitus esse alterationes aliquas admiserimus, neque memorias esse formulas quasdam impressas animo, neque phantasias esse configurationes velut in cera descriptas concesserimus: consequens erit absque controversia confiteri, animam in omnibus, quæ actiones motionesque nominantur, eodem modo se ipso subjecto essentiaque habere: tum virtutem et pravitatem non sic in anima fieri, ut vel album et nigrum, vel calidum et frigidum circa corpus: sed eo, quo diximus, modo animam ad

306

νους, οὐδὲ τὰς φαντασίας ὡς ἐν κηρῷ τυπώσεις συγχωρητέον πανταχοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λεγομένοις πάθεσι, καὶ κινήσεσι τὴν ψυχὴν ὡσαύ- D τως ἔχειν τῷ ὑποκειμένῳ καὶ τῇ οὐσίᾳ· καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν, μὴ ὡς τὸ μέλαν καὶ τὸ λευκὸν περὶ τὸ σῶμα γίγνεσθαι, ἢ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν· ἀλλ' ὃν εἴρηται τρόπον ἐπ' ἄμφω, περὶ πάνθ' ὅλως τὰ ἐναντία γίγνεσθαι.

Περὶ δὲ τοῦ λεγομένου παθητικοῦ τῆς ψυχῆς, ἐπισκεπτέον. ἤδη E μὲν οὖν εἴρηται τρόπον τινὰ, καὶ περὶ τούτου, ἐν οἷς περὶ τῶν παθῶν ἁπάντων ἐλέγετο, τῶν περὶ τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ ἐπιθυμοῦν γιγνομένων, ὅπως ἕκαστα· οὐ μὴν, ἀλλ' ἔτι λεκτέον περὶ αὐτοῦ. Πρῶτον λαβόντας, ὅ, τι ποτὲ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς λέγεται εἶναι. Λέγεται δὴ πάντως, περὶ ὃ τὰ πάθη δοκεῖ συνίστασθαι· ταῦτα δὲ ἐστὶν, οἷς F ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη. Τῶν δὲ παθῶν τὰ μὲν ἐπὶ δόξαις συνίσταται, ὡς ὅταν δοξάσας τις μέλλειν τελευτᾷν, ἴσχει φόβον ἢ οἰηθεὶς ἀγαθὸν αὐτῷ τι ἔσεσθαι ἥσθῃ· τῆς μὲν δόξης ἐν ἄλλῳ, τοῦ δὲ πάθους κινηθέντος ἐν ἄλλῳ. Τὰ δὲ ἐστιν ὡς ἡγησάμενα αὐτὰ ἀπροαιρέτως· ἐμποιεῖν ἐν τῷ πεφυκότι δοξάζειν τὴν δόξαν, ἡ μὲν δὴ δόξα ὅτι ἄτρεπτον ἐᾷ ἐπὶ τὸ δοξάζειν, εἴρηται. Ὁ δὲ ἐκτὸς τῆς δόξης G φόβος ἐλθὼν ἄνωθεν αὖ ἀπὸ τῆς δόξης, οἷον σύνεσίν τινα παρασχὼν

4. περὶ τὸ] Cod. Vat. omittit τὸ cum Codd. Marc. A.C. Cod. Ciz. non habet τὸ ante λευκόν.

5. περὶ πάνθ'] Cod. Med. A. παρὰ πάνθ' cum Marc. B.

8. μὲν οὖν] οὖν non habet Marc. A.

ib. περὶ τῶν] Cod. Vat. καὶ περὶ τῶν.

11. λαμβάνοντας] Codd. omnes cum marg. Ed. λαβόντας. Marc. A. omittit proximum τὸ, et in seqq. pro δὴ habet δέ.

12. ταῦτα δὲ] Cod. Vat. δ' pro δὲ cum Marcc.

14. ἴσχει] Cod. Med. B. ἴσχῃ, cum Marc. A.C.

16. αὐτὰ] Cod. Vat. αὐτῷ. Idem paulo superius ἔστιν pro ἐστίν.

17. μὲν δὴ] Abest δὴ a Codd. Med. A. et Par. A. Marc. B.

18. ἐᾷ ἐπὶ] Cod. Par. A. omittit ἐᾷ, Cod. Vat. ἐπὶ cum Marc. A.C.

ib. δοξάζειν] Ita Codd. Ciz. (a pr. m.) Marc. A.B. Med. A.B. Vat. Sed Ed. cum rell. δοξάζον.

ib. δὲ ἐκτὸς τῆς] Codd. Med. A. Par. A. Marc. B. δ' ἐκτὸς τῆς. Vat. Marc. A. ὁ ἐκ τῆς. Nullus cum marg. Ed. ἐντὸς, excepto Marc. C. Sed Ed. cum rell. δὲ ἐκ τῆς.

19. ἄνωθεν] Codd. Ciz. et Vat. ἄνω.

ib. σύνεσίν τινα] Cod. Vat. σύνεστίν τινα.

utrumque per omnia simpliciter opposita se habere.

IV. *Confirmatio superiorum, atque de duplici phantasia.*

Considerandum vero de parte animæ, quæ passiva dici solet: tametsi de hac quoque nonnihil est dictum, ubi de passionibus omnibus, quæ vel in ipsa irascendi vel concupiscendi natura nascuntur, qua ratione fierent, pertractavimus: verumtamen aliquid insuper de hoc ipso dicendum. Primo quidem definiendo, quidnam hoc ipsum sit, quod passivum in anima nominatur. Dicitur itaque id patibile, circa quod passiones versari videntur: hæ vero sunt, quas voluptas dolorve sequitur. Passionum vero aliæ quidem ex opinionibus oriuntur: ceu quum quis opinatus, se jam moriturum, metuit, aut, bonum sibi mox affuturum, gaudet: ubi certe opinio quidem est in alio, perturbatio vero incitatur in alio. Aliæ autem passiones quodammodo tales sunt, ut improviso exorientes, in eo, quod naturaliter opinari potest, gignant opinionem: opinionem quidem permittere, opinantem interim immobilem permanere jam diximus. Inopinatus autem metus accedens, si repetatur altius, ab opinione rursus trahit exordium, velut perceptionem quandam præbens parti animæ metuenti. Quid enim facit hic ipse metus? perturbationem aiunt concitationemque in existimatione expectationeque mali. Phantasiam profecto esse constat in anima, tum primam, quam appellamus opinio-

307 τῷ λεγομένῳ τῆς ψυχῆς φοβεῖσθαι. Τί ποτε ποιεῖ τοῦτο τὸ φοβεῖ-
A σθαι; ταραχὴν, καὶ ἔκπληξιν φασὶν ἐπὶ προσδοκωμένῳ κακῷ. Ὅτι μὲν οὖν ἡ φαντασία ἐν ψυχῇ, ἥ τε πρώτη, ἣν δὴ καλοῦμεν δόξαν, ἥ τε ἀπὸ ταύτης οὐκέτι δόξα, ἀλλὰ περὶ τὸ κάτω ἀμυδρὰ, οἷον δόξα καὶ ἀνεπίκριτος φαντασία, οἵα τῇ λεγομένῃ φύσει ἐνυπάρχει ἐνέργεια, καθ' ἃ ποιεῖ ἕκαστον, ὥς φασὶν, ἀφαντάστως, δῆλον ἂν τῷ γένοιτο.
B Τὸ δ' ἀπὸ τούτων ἤδη, αἰσθητὴ ἡ ταραχὴ περὶ τὸ σῶμα γιγνομένη· ὅ, τε τρόμος καὶ ὁ σεισμὸς τοῦ σώματος, καὶ τὸ ὠχρὸν, καὶ ἡ ἀδυναμία τοῦ λέγειν. Οὐ γὰρ δὴ ἐν τῷ ψυχικῷ μέρει ταῦτα· ἢ σωματικὸν φήσομεν αὐτὸ εἶναι αὐτό τε, εἴπερ ἦν παθόντα ταῦτα, οὐδ' ἂν ἔτι εἰς τὸ σῶμα ταῦτα ἀφίκετο, τοῦ πέμποντος οὐκέτι ἐνεργοῦντος τὸ πέμπειν, διὰ τὸ κατέχεσθαι τῷ πάθει καὶ ἐξίστασθαι ἑαυτοῦ.
C Ἀλλ' ἔστι μὲν οὖν τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς μέρος τὸ παθητικὸν οὐ σῶμα μὲν, εἶδος δέ τι· ἐν ὕλῃ μέντοι καὶ τὸ ἐπιθυμοῦν, καὶ τό γε θρεπτικόν τε καὶ αὐξητικὸν, καὶ γεννητικὸν, ὅ ἐστι ῥίζα καὶ ἀρχὴ τοῦ ἐπιθυμοῦντος, καὶ παθητικοῦ εἴδους. Εἴδει δὲ οὐδενὶ δεῖ παρεῖναι ταραχὴν, ἢ ὅλως πάθος, ἀλλ' ἑστηκέναι μὲν αὐτὸ, τὴν δὲ ὕλην αὐτοῦ ἐν τῷ πάθει γίγνεσθαι, ὅταν γίγνηται. ἐκείνου τῇ παρουσίᾳ τοῦ κινοῦν-
D τος. Οὐ γὰρ δὴ τὸ φυτικὸν, ὅταν φύῃ, φύεται· οὐδ' ὅταν αὔξῃ,

2. καὶ ἔκπληξιν—προσδοκωμένῳ] Codd. omnes cum marg. Ed. faciunt, excepto Marc. C. qui solummodo in prava scriptione προσδοκομένῳ non convenit cum Ed. ubi est: καὶ ἔμπληξιν κακῶν ἐπὶ προσδοκ. φασίν.

3. ἥ τε πρώτη] Desunt hæc in Cod. Vat. In Cod. Ciz. est πρώτην.

4. οὐκέτι] Cod. Vat. in marg. οὐκ ἔστι.

ib. ἀμυδρὰ] Cod. Vat. ἀμυδρᾷ sine dist. Marc. C. habet τὰ κάτω.

5. ἐνυπάρχει] Ita Codd. Par. A. et Vat. Reliqui cum Ed. ἐν ὑπάρχει.

6. ἕκαστον] Codd. Ciz. et Vat. ἕκαστα cum Marc. A.C.

ib. ἂν τῷ] Cod. Vat. αὐτῷ, in marg. ∴ ∴ . Cf. Annot. Marc. A.B. ἄν τῳ.

10. αὐτό τε] Fort. αὐτὸ εἶναι, ὅτε—quandoquidem.

11. σῶμα ταῦτα] ταῦτα non habet Marc. A.

12. τῷ παθόντι] Ita Ed. Sed Codd. omnes, ut marg. Ed., τῷ πάθει: quod rescripsi.

13. μὲν οὖν] Codd. Marc. A.B. Med. A.B. et Vat. omittunt οὖν. Marc. C. habet ἀλλ' ἔτι μὲν οὖν τὸ τῆς.

14. καὶ τό, τε] Codd., præter Par. A., omnes τό γε, quod restitui.

18. τοῦ κινοῦντος] Abest τοῦ a Codd. Marc. A.C. Ciz. et Vat.

19. φυσικόν] Ita cum Ed. solus Cod. Vat. Reliqui, ut marg. Ed., φυτικόν, quod recepi.

ib. αὔξει] Cod. Vat. αὔξῃ cum Marc. quod restitui.

nem, tum eam, quæ ab hac nascitur: neque ulterius est opinio, sed circa id, quod est inferius, quasi opinio quædam exilis et obscura, et indiscreta quædam imaginatio, qualis inest naturæ, velut actio quædam, quatenus unumquodque facit, ut dici solet, absque officio phantasiæ. Sensibilem vero perturbationem inde sequentem patet in corpore fieri, ceu tremorem, concussionem, pallorem, vocis impedimentum. Non enim in parte animæ ulla talia fiunt, alioquin corpoream nominabimus: nam si qua pars animæ talia pateretur, non etiam in corpus talia pervenirent: quippe quum id ipsum, cujus officium est hæc mittere, non amplius peragat missionem, propterea quod a passionibus jam oppressum sit, et ab se ipso distractum. Proinde patibilis pars hæc animæ non corpus quidem est, sed species aliqua, in materia tamen: tum concupiscendi facultas, tum vis nutriendi, augendi, generandi, quæ quidem concupiscibilis patibilisque speciei radix est atque principium. Nulli vero speciei perturbatio vel passio debet accidere, sed permanere quidem ipsa: materia vero ejus passionem subire quotiens moventis illius præsentia passio surrepit. Non enim, quod vegetale est, quando vegetat, vegetatur: neque, quando auget, augetur: neque omnino, quum movet, movetur ea motione qua movet, sed vel nullo modo, vel alia quadam ratione motionis vel actionis moveri dicitur. Oportet itaque ipsam speciei naturam

αὔξεται· οὐδ᾽ ὅλως ὅταν κινῇ, κινεῖται ἐκείνην τὴν κίνησιν ἣν κινεῖ· 307
ἀλλ᾽ ἤ, οὐδ᾽ ὅλως, ἣ ἄλλος τρόπος κινήσεως, ἣ ἐνεργείας. Αὐτὴν
μὲν οὖν δεῖ τὴν τοῦ εἴδους φύσιν ἐνέργειαν εἶναι, καὶ τῇ παρουσίᾳ
ποιεῖν, οἷον εἰ ἡ ἁρμονία ἐξ αὑτῆς τὰς χορδὰς ἐκίνει. Ἔσται τοίνυν
τὸ παθητικὸν πάθους μὲν αἴτιον, ἢ παρ᾽ αὐτοῦ γενομένου τοῦ κινή- E
ματος, ἐκ τῆς φαντασίας τῆς αἰσθητικῆς, ἢ καὶ ἄνευ φαντασίας.
Ἐπισκεπτέον δὲ τοῦτο, εἰ τῆς δόξης ἄνωθεν ἀρξάσης, αὐτὸ δὲ μένον
ἐν ἁρμονίας εἴδει· τὰ δὲ αἴτια τοῦ κινῆσαι, ἀνάλογον τῷ μουσικῷ,
τὰ δὲ πληγέντα διὰ πάθους, πρὸς τὰς χορδὰς ἂν τὸν λόγον ἔχοι. καὶ
γὰρ κἀκεῖ, οὐχ ἡ ἁρμονία πέπονθεν, ἀλλ᾽ ἡ χορδή· οὐ μὴν ἐκινήθη
ἂν ἡ χορδὴ, εἰ καὶ ὁ μουσικὸς ἐβούλετο, μὴ τῆς ἁρμονίας τοῦτο F
λεγούσης.

Τί οὖν χρὴ ζητεῖν ἀπαθῆ τὴν ψυχὴν ἐκ φιλοσοφίας ποιεῖν, μηδὲ
τὴν ἀρχὴν πάσχουσαν; ἢ ἐπειδὴ καὶ τὸ εἰς αὐτὴν ἐπὶ τοῦ λεγομένου
παθητικοῦ, οἷον φάντασμα, τὸ ἐφεξῆς πάθημα ποιεῖ, τὴν ταραχὴν,
καὶ συνέζευκται τῇ ταραχῇ ἡ τοῦ προσδοκωμένου κακοῦ εἰκὼν, πάθος
τὸ τοιοῦτο λεγόμενον, ἠξίου ὁ λόγος ὅλως ἀφαιρεῖν, καὶ μὴ ἐᾷν ἐγ- G
γίγνεσθαι, ὡς γιγνομένου μὲν οὔπω τῆς ψυχῆς ἐχούσης εὖ· μὴ
γιγνομένου δὲ, ἀπαθοῦς ἰσχούσης, τοῦ αἰτίου τοῦ πάθους τοῦ περὶ

1. ἐκείνην] Cod. Med. B. ἐκείνη.
4. οἷον εἰ ἡ] Abest εἰ a Codd. Ciz. et Vat. ἡ a Cod. Marc. A. Ex eodem rescripsi αὑτῆς pro αὐτῆς.
ib. ἐκίνει] Cod. Ciz. ἐκείνη.
6. ἢ καὶ ἄνευ] Abest καὶ a Cod. Vat.
7. μένον] Ita, exceptis Darm. Marc. B. C., Codd. omnes. In Ed. est μόνον. Quod sequitur ἐν omissum est in Cod. Vat.
9. διὰ πάθους] Marcc. διὰ πάθος.
10. οὐ μὴν] Codd. omnes cum marg. Ed. οὐ μή. οὐ μὴν ἐκινήθη ἂν ἡ χορδὴ μουσικῶς, εἰ καὶ—. Porphyr. in Sententt. Vid. Annotat.
13. τὴν ψυχὴν ζητεῖν ἀπαθῆ] Codd. omnes ζητεῖν, ἀπαθῆ τὴν ψυχήν. Illud Ed. Ego Codices sequor.
15. ποιεῖ] Abest a Cod. Marc. A.; in Marc. C. est ποιεῖν.
17. τῷ τοιούτῳ λεγομένῳ] Ita Ed. Sed Codd. Ciz. Marc. A.B. Med. A.B. Par. A. cum marg. Ed. τὸ τοιοῦτον λεγόμενον. Ita etiam Cod. Vat. sed ν in v. τοιοῦτον pagina versa erasum, et pagina recta scriptum est τὸ τοιοῦτο. Quod exhibeo.
ib. ἐγγίγνεσθαι] Cod. Vat. ἐγγίσθαι. Mox Marc. C. omittit ἰσχούσης.

esse actum, et præsentia facere, ceu si harmonia chordas se ipsa moveret. Erit igitur, quod patibile in anima nuncupatur, passionis quidem causa, sive ab ipso fiat motio passionis, ex sensuali videlicet phantasia, sive etiam seorsum a phantasia. Considerandum id præterea, numquid, opinione desuper ordiente, ipsum quidem in harmoniæ specie maneat, causæ vero movendi musico comparentur, deinde quæ per passionem impulsa sunt chordas referant: nam et ibi non harmonia quidem patitur, sed chorda, neque rite chorda movetur, vel si musicus velit, nisi id harmonia dictaverit.

V. *Purgare animum non est qualitatem aliquam auferre, sed affectum actumque dirigere.*

Quidnam igitur contendendum nobis est, animam philosophiæ studio reddere passionis expertem? siquidem nec ab initio quidem patitur. Forte quoniam ab eo, quod patibile dicitur, velut imaginatio quædam in eam incidens, quæ deinceps sequitur, passionem perturbationemque infert, ipsique perturbationi conjugatur opinabilis imago mali. Ejusmodi passionem ratio philosophica præcipit extirpare, neque permittere ullo modo alicubi pullulare, quasi, ubicunque nascatur, anima nondum prospere valeat, ubi vero non germinet, sana sit: quippe quum imaginatio, quæ passionis causa est, nondum inciderit: velut siquis molesta somniorum visa excutere cupiens, animam revocet ad vigiliam: aut si passiones accidisse dicat ab his, quæ extrinsecus sentiuntur, passiones eas animæ esse dicens. Sed quænam animæ purgatio erit, quum nullo modo inquinata

308 αὐτὴν ὁράματος οὐκ ἔτι ἐγγιγνομένου· οἷον εἴ τις τὰς ὀνειράτων
A φαντασίας ἀναιρεῖν ἐθέλων, ἐν ἐγρηγόρσει τὴν ψυχὴν τὴν φανταζομένην ποιοῖ· ἢ εἰ τὰ πάθη λέγοι πεποιηκέναι, τὰ ἔξωθεν οἷον ὁράματα, παθήματα λέγων τῆς ψυχῆς εἶναι. Ἀλλὰ τίς ἡ κάθαρσις ἂν τῆς ψυχῆς εἴη μηδαμῇ μεμολυσμένης; ἢ τί τὸ χωρίζον αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σώματος; ἢ ἡμῖν κάθαρσις ἂν εἴη, καταλιπεῖν μόνην, καὶ μὴ
B μετ' ἄλλων, ἢ μὴ πρὸς ἄλλο βλέπουσαν, μὴ δ' αὖ δόξας ἀλλοτρίας ἔχουσαν, ὅς τις ὁ τρόπος τῶν δοξῶν ἢ τῶν παθῶν, ὡς εἴρηται, μήτε ὁρᾷν τὰ εἴδωλα, μήτε ἐξ αὐτῶν ἐργάζεσθαι πάθη. Εἰ δὲ ἐπὶ θάτερα τὰ ἄνω ἀπὸ τῶν κάτω, πῶς οὐ κάθαρσις καὶ χωρισμός γε πρὸς μὲν τῆς ψυχῆς, τῆς μηκέτι ἐν σώματι γιγνομένης, ὡς ἐκείνου εἶναι, καὶ
C τὸ ὥσπερ φῶς μὴ ἐν θολερῷ· καίτοι ἀπαθὲς ὅμως ὃ καὶ ἐν θολερῷ· τοῦ δὲ παθητικοῦ ἡ μὲν κάθαρσις, ἡ ἔγερσις ἐκ τῶν ἀτόπων εἰδώλων, καὶ μὴ ὅρασις· τὸ δὲ χωρίζεσθαι, τῇ μὴ πολλῇ νεύσει, καὶ τῇ περὶ τὰ κάτω μὴ φαντασίᾳ. Εἴη δ' ἂν καὶ τὸ χωρίζειν αὐτὸ, τὸ ἐκεῖνα ἀφαιρεῖν, ὧν τοῦτο χωρίζεται· ὅταν μὴ ἐπὶ πνεύματος θολεροῦ ἐκ γαστριμαργίας καὶ πλήθους οὐ καθαρὸν ᾖ σαρκῶν· ἀλλ' ἰσχνὸν τὸ ἐν
D ᾧ, ὡς ἐπ' αὐτοῦ ὀχεῖσθαι ἡσυχῇ.

1. εἴ τις τὰς] Codd., exceptis Darm. et Vat., omnes εἴ τις τὰς τῶν.
2. ἐν ἐγρηγόρσει] Cod. Ciz. ἐν ἐγρηγόρσι. Cod. Vat. ἐνεγρηγόρσει.
3. ποιοῖ] Sic Codd. Ciz. et Vat. cum Marc. A.C. Posterior in seqq. omittit εἰ. Ed. ποιεῖ cum rell.
ib. τὰ πάθη] τὰ in Cod. Vat. omissum in marg. add.
ib. λέγοι] Codd. Ciz. Marc. B. Med. A.B. (a pr. m.) λέγει.
5. μηδαμῇ] Cod. Vat. μηδαμοῦ.
ib. μεμολυσμένης] Cod. Ciz. μεμολυμένης.
ib. χωρίζον] Codd., præter Darm. et Marc. C., omnes χωρίζειν.
6. ἢ ἡμῖν] Codd. Marc. B.C. Ciz. et Par. A. ἢ ἡ μὲν, Vat. ἢ εἰ μὲν cum Marc. A.
9. Εἰ δὲ ἐπὶ] Codd. Marc. A.C. Med. B. ἡ δὲ ἐπὶ; Vat. η (sic) δὲ ἐπί.
10. ἀπὸ τῶν] Cod. Ciz. ἐπὶ τῶν.
ib. πρὸς μὲν] Abest μὲν a Codd., excepto Darm., omnibus. In Vat. post πρὸς est dist. m. Med. A. a pr. m. habet πρό. Hoc etiam Marc. B. Mox Marc. C. σώμασι.
11. καὶ τὸ] Ed. καὶ ταῦτα. Sed cum marg. Ed. habent καὶ τὸ Codd. omnes, excepto Marc. C.
12. καίτοι—θολερῷ] Desunt hæc in Codd. Ciz. et Vat. Reliqui cum marg. Ed. pro ὅλως habent ὅμως: quod recepi.
13. ἡ ἔγερσις] Marc. A. ἢ ἔγερσις.
14. νεύσει] Cod. Vat. ἐρέσει.
15. ἐκεῖνα] Marc. C. ἐκείνου.
17. καθαρῶν] Cum marg. Ed. habent καθαρὸν Codd. Darm. Med. A. Par. A. Marc. B.
ib. ἀλλ' ἰσχνὸν] Codd. Ciz. Marc. A. et Med. B. ἀλλ' ἢ ἰσχνόν. Codd. Med. A. Par. A. Vat. Marc. B.C. ἀλλ' ἢ ἰσχνόν. Post hæc Marc. C. ἐπ' αὐτῷ.

sit anima? Aut quidnam erit, eam a corpore separare? Forsan purgatio quidem erit, animam relinquere solam, neque permittere, ut una cum aliis commercium habeat, aut respiciat aliud, aut rursus opiniones habeat alienas, quæcunque sit opinionum (ut dictum est) passionumque conditio, aut simulachra inspicere, vel ex ipsis parere passiones. Si autem ad superiora ab inferioribus convertatur, quidnam prohibet, hanc esse purgationem, atque etiam separationem animæ quandam, anima videlicet nondum adeo corpori mancipata ut facta sit corporis, quæ quidem quasi lumen est turbido non immersum, quamvis etiam impatibile sit, quod turbido est infusum. Ejus autem, quod patibile dicitur, purgatio quidem est suscitatio quædam ab intuitu absurdorum passim simulachrorum: separatio vero est, haudquaquam præcipitari, vel imaginationem ad infima detorquere. Est iterum separare ipsum, illa e medio tollere, quibus sublatis quodammodo id segregatur, quando videlicet non permittitur jacere in spiritu ob voraginem turbulento, ne forte sit carnibus suffocatum, sed id, in quo est, rite extenuatur, ne ipsi forte recalcitret.

Τὴν μὲν δὲ οὐσίαν τὴν νοητὴν, τὴν κατὰ τὸ εἶδος ἅπασαν τεταγ- 308
μένην, ὡς ἀπαθῆ δεῖ εἶναι δοκεῖν, εἴρηται. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ ὕλη ἕν τι
τῶν ἀσωμάτων, εἰ καὶ ἄλλον τρόπον, ἐπισκεπτέον καὶ περὶ ταύτης
τίνα τρόπον ἔχει· πότερον παθητικὴ, ὡς λέγεται, καὶ κατὰ πάντα
τρεπτὴ, ἢ καὶ ταύτην δεῖ ἀπαθῆ εἶναι οἴεσθαι, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς E
ἀπαθείας. Πρῶτον δὲ ληπτέον ἐπὶ τοῦτο στελλομένοις, καὶ περὶ τῆς
φύσεως αὐτῆς λέγουσιν, ὁποία τις, ὡς ἡ τοῦ ὄντος φύσις, καὶ ἡ οὐ-
σία, καὶ τὸ εἶναι, οὐ ταύτην ἔχει, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν. Ἔστι
γὰρ τὸ ὂν, ὃ καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἄν τις εἴποι ὂν, ὄντως ὄν. Τοῦτο δέ
ἐστιν, ὃ πάντη ἐστὶν ὄν· τοῦτο δὲ, ὃ μηδὲν ἀποστατεῖ τοῦ εἶναι· F
τελέως δὲ ὂν, οὐδενὸς δεῖται, ἵνα σώζηται καὶ ᾖ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλ-
λοις αἴτιον τοῖς δοκοῦσιν εἶναι, τοῦ δοκεῖν εἶναι. Εἰ δὴ ταῦτα ὀρθῶς
λέγεται, ἀνάγκη αὐτὸ ἐν ζωῇ, καὶ ἐν τελείᾳ ζωῇ εἶναι· ἢ ἐλλεῖπον οὐ
μᾶλλον ὂν, ἢ μὴ ὂν ἔσται. Τοῦτο δὲ νοῦς καὶ πάντη φρόνησις, καὶ G
ὡρισμένον ἄρα καὶ πεπερασμένον, καὶ τῇ δυνάμει οὐδὲν ὅτι μὴ, οὐ
δὲ τοσήδε· ἐπιλείποι γὰρ ἄν. Διὸ καὶ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ ὡσαύτως, καὶ
τὸ ἄδεκτον, παντός· καὶ οὐδὲν εἰς αὐτό· εἰ γάρ τι δέχοιτο, παρ'
αὐτὸ ἄν τι δέχοιτο. Τοῦτο δὲ μὴ ὂν, δεῖ δ' αὐτὸ πάντη ὂν εἶναι· 309

1. δὲ οὐσίαν] Codd. Marcc. Ciz. Par. A. Vat. δὴ οὐσίαν. Ciz. post οὐσίαν addit καί.
ib. κατὰ τὸ εἶδος] Cod. Ciz. κατ' εἶδος.
3. ἐπισκεπτέον] Codd., excepto Darm., omnes σκεπτέον.
4. παθητικὴ] Codd. omnes, præter Darm., παθητή. Marc. A.C. πότερον.
5. ταύτην] Codd. Med. A. Par. A. ταύτη.
8. οὐ ταύτην] Codd. Ciz. Marcc. et Vat. οὐ ταύτη.
9. καὶ κατὰ] Codd. Ciz. Marcc. et Vat. καὶ κατ'.
10. ὃ μηδὲν] Codd. Ciz. Marc. A.B. et Par. A. ᾧ μηδεν. Vat. ὁ μηδέν.
11. σώζηται] Codd. Ciz. Marc. A.C. Med. A. (ex corr.) B. σώζοιτο. Cod. Vat. σώζη τό.
12. Εἰ δὴ] Codd. Med. A. Marc. B. Par. A. εἰ δέ.
13. εἰ ἐλλεῖπον] Sic Ed. Sed Codd. Darm. Marcc. Med. A.B. Vat. ἢ pro εἰ: quod recepi.
14. ἢ μὴ ὂν] Desunt hæc in Codd. Marc. B. Med. A. ut in marg. Ed.
16. τοσήδε] Codd. Ciz. et Vat. τοσῆδε.
ib. ἐπιλείποι] Cod. Ciz. ἐπιλείπει.
17. πάντως] Sic Ed. Sed Codd. omnes, præter Darm. et Marc. C., cum marg. Ed. παντός: et ita correxi.
conservat naturam, utens hoc magno veluti vestimento, quo quidem induta est, quando concurrebat cum ipso, dum videlicet currens illud ducebat ipsam. Quod sane si quando exuerit, permanet rursus eadem, quæ et ante penes se ipsam erat, scilicet tanta, quantam species præsens reddit eam. Proinde anima entium species habens, cum ipsa quoque sit species, simul possidet omnes. Quum etiam species quælibet tota simul secum ipsa sit, quin etiam sensibilium species quasi reflexas in ipsam accedentesque videns, non sustinet una cum multitudine capere, sed mole ab his subtracta discernit. Non enim potest aliud, quam quod est, fieri. Materia vero quum nullam habeat excutiendi potentiam, nullam enim habet actionem: quumque sit umbra, perpeti sustinet quodcunque vult, causa in eam aliquid effectura, quin etiam quod ex ratione, quæ ibi est, procedit, jam vestigium habet ejus, quod est faciendum. Quasi enim in phantasia vel apparentia quadam imaginaria, ratio mota, vel motio a ratione dependens, partitio est: alioquin si unum idemque esset omnino, nullus ibi fieret motus, sed permaneret: atqui materia nequit species simul omnes, ut anima, intus accipere, alioquin una quædam esset earum. Cum vero hanc oporteat omnia capere, neque tamen individue capere, necessarium est, eam, locum omnibus existentem, per omnia progredi, omnibusque occurrere, et universo passim intervallo sufficere, quoniam ipsa nullo spatio cohibetur, sed exposita est futuro. Quonam igitur pacto fieri potest, ut ingrediens aliquid, non prohibeat alia? Quæ simul concurrere nequeunt, forsan

ληπται διαστήματι αὕτη; ἀλλ' ἦν ἐκκειμένη τῷ μέλλοντι. Πῶς οὖν 321 οὐκ εἰσελθὸν ἕν τι ἐκώλυσε τὰ ἄλλα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἦν ἐπ' ἀλλήλοις εἶναι, ἢ οὐκ ἦν οὐδὲν πρῶτον· εἰ δ' ἄρα, τὸ τοῦ παντὸς εἶδος, ὥστε C πάντα μὲν ἅμα, ἐν μέρει δὲ ἕκαστον. Ζώου γὰρ ὕλη μερισθεῖσα σὺν τῷ τοῦ ζώου μερισμῷ· εἰ δὲ μή, οὐκ ἂν ἐγένετό τι παρὰ τὸν λόγον.

Τὰ μὲν δὴ εἰσελθόντα εἰς τὴν ὕλην, ὥσπερ μητέρα, ἀδικεῖ οὐδὲν, οὐδ' αὖ ὠφελεῖ. Οὐδέ γε αἱ πληγαὶ αἱ τούτων πρὸς αὐτὴν, πρὸς ἄλληλα δὲ, ὅτι αἱ δυνάμεις πρὸς τὰ ἐναντία οὐ πρὸς τὰ ὑποκείμενα, D εἰ μήτις συνειλημμένα θεωρεῖ τοῖς ἐπεισιοῦσι. Θερμὸν γὰρ ἔπαυσε τὸ ψυχρὸν, καὶ μέλαν τὸ λευκόν· ἢ συγκραθέντα ἄλλην ποιότητα ἐξ αὐτῶν ἐποίησε. Τὰ παθόντα οὖν τὰ κραθέντα· τὸ δὲ παθεῖν αὐτοῖς, τὸ μὴ εἶναι ὅπερ ἦσαν. Καὶ ἐν τοῖς ἐμψύχοις δὲ αἱ μὲν πείσεις περὶ τὰ σώματα, κατὰ τὰς ποιότητας καὶ τὰς δυνάμεις τὰς ἐνυπαρχούσας τῆς ἀλλοιώσεως γιγνομένης· λυομένων δὲ τῶν συστάσεων, ἢ συνιου- E σῶν, ἢ μετατιθεμένων παρὰ τὴν κατὰ φύσιν σύστασιν, τὰ μὲν πάθη ἐν τοῖς σώμασι, ταῖς δὲ ψυχαῖς αἱ γνώσεις συνημμέναις τῶν σφοδροτέρων· εἰ δὲ μὴ, οὐ γιγνώσκουσιν· ἡ δὲ ὕλη μένει. Οὐδὲν γὰρ ἀπελ-

1. διαστήματι] Cod. Vat. διὰ στόματι. Pro αὕτη vid. leg. αὐτή.

ib. ἐκκειμένη] Cod. Ciz. ἐγκειμένη ut Marc. C. qui pro αὕτη habet αὐτή.

2. οἷόν τε ἦν] Cod. Ciz. omittit ἦν.

ib. ἐπ' ἄλλοις] Codd. Ciz. Marc. A.C. Par. A. Vat. ἐπ' ἀλλήλοις. Reliqui ut marg. Edit. ἀπ' ἀλλήλοις, quod nihili est.

4. ἐν μέρει] Codd. Ciz. et Darm. cum Ed. μέρη. Reliqui recte μέρει.

7. ἀδικεῖ] Ita Codd. omnes. Ed. ἀδικεῖν.

8. ὠφελεῖ] Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. ἀφελεῖ.

10. συνειλημμένα] Cod. Darm. συνηλημμένα.

ib. θεωρεῖ] Codd. Ciz. Marc. A. Med. A. (a pr. m.) B. θεωρεῖ. Marc. C. θεωροῖ.

ib. ἐπεισιοῦσι] Ita Codd. Vat. Marc. A. C. In Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Med. A.B. est ἐπιοῦσι. Par. A. cum Ed. ἐπισιοῦσι.

13. πείσεις] Ita Codd. excepto Marc. C. (qui habet πίστεις) omnes. Ed. πίσεις.

15. ἢ συνιουσῶν] Desunt hæc in Cod. Med. B.

16. μετατιθεμένων] Ita Codd. Ciz. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. μετὰ τιθεμένων.

non erat unum aliquid primum: quod et si erat, id ipsa erat species universi: quapropter cuncta quidem simul, in parte vero quodlibet. Viventis enim materia distributa est simul cum viventis ipsius partitione: sin minus, nihil utique præter rationem fuisset effectum.

XIX. *Quomodo materia ex qualitate formarum non fiat qualis, ideoque nec patiatur. Et quomodo in conceptione formarum minus etiam quam fœmina valeat.*

Quæ igitur materiam intrant, quasi matrem nihil penitus eam lædunt, sed neque utilitatem aliquam afferunt. Non enim impulsus horum ad eam attinent, sed potius invicem: quoniam et potentiæ sunt ad contraria, non ad subjecta: nisi quis forsan subjecta una cum his, quæ sunt in eis collecta, consideret. Calidum enim sedat frigidum, et nigrum offuscat album: vel si commiscentur, aliam quandam ex ipsis conficiunt qualitatem. Patiuntur ergo, quæ commiscentur. Pati vero penes illa est, non amplius esse, quod erant. Tum vero in animalibus passiones quidem circa corpora sunt, dum secundum qualitates insitasque vires alteratio provenit. Cum vero constitutiones ipsæ solvuntur, aut congrediuntur, sive transponuntur præter naturalem constitutionem, passiones quidem sunt in corporibus, in animabus autem cognitiones sunt vehementiores passiones percipientibus: sin minus, non cognoscunt, materia vero permanet. Nam et abeunte frigore et veniente calore nihil patitur. Non enim

321 θόντος μὲν πέπονθε τοῦ ψυχροῦ, τοῦ δὲ θερμοῦ ἐπελθόντος. Οὐ γὰρ
F ἦν οὔτε φίλον αὐτῇ, οὔτε ἀλλότριον ὁποτερονοῦν· ὥστε οἰκειότερον
αὐτῇ ἡ ὑποδοχὴ καὶ τιθήνη· ἡ δὲ μήτηρ, οἷον εἴρηται· οὐδὲν γὰρ
αὕτη γεννᾷ. Ἀλλ᾽ ἐοίκασι μητέρα αὐτὴν λέγειν, ὅσοι καὶ τὴν μη-
τέρα τάξιν ὕλης πρὸς τὰ γεννώμενα ἀξιοῦσιν ἔχειν, ὡς ὑποδεχομένης
μόνον, οὐδὲν δὲ εἰς τὰ γεννώμενα διδούσης· ἐπεὶ καὶ ὅσον σῶμα τοῦ
γινομένου, ἐκ τῆς τροφῆς. Εἰ δὲ δίδωσιν ἡ μήτηρ τι τῷ γεννωμένῳ
οὐ καθ᾽ ὅσον ὕλη, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ εἶδος. Μόνον γὰρ τὸ εἶδος γόνιμον,
ἡ δὲ ἑτέρα φύσις ἄγονος. Ὅθεν οἶμαι καὶ οἱ πάλαι σοφοὶ μυστικῶς
καὶ ἐν τελεταῖς αἰνιττόμενοι. Ἑρμῆν μὲν ποιοῦσι τὸν ἀρχαῖον, τὸ
322 τῆς γενέσεως ὄργανον ἀεὶ ἔχοντα, πρὸς ἐργασίαν, τὸν γεννῶντα τὰ
ἐν αἰσθήσει δηλοῦντες εἶναι τὸν νοητὸν λόγον· τὸ δὲ ἄγονον τῆς ὕλης
μενούσης τὸ αὐτὸ ἀεὶ διὰ τῶν περὶ αὐτὴν ἀγόνων δηλοῦντες. Μητέρα
γὰρ πάντων ποιήσαντες ἣν δὴ οὕτως ἐπιφημίζουσι τὴν κατὰ τὸ ὑπο-
κείμενον ἀρχὴν λαβόντες. καὶ ὄνομα τοῦτο θέμενοι, ἵνα δηλοῖεν ὃ
βούλονται, τὸ πρὸς τὴν μητέρα οὐχ ὅμοιον πάντη ἐνδείκνυσθαι θέλ-
B οντες, τοῖς ὅστις ὁ τρόπος βουλομένοις ἀκριβέστερον λαβεῖν, καὶ μὴ

1. μὲν πέπονθεν—ἐπελθόντος] Desunt hæc in Cod. Vat. a Cod. Ciz. abest μὲν et scribitur cum Codd. Med. A.B. Marc. A.B. ἐπελθόντος. Ed. ἀπελθόντος.
2. ὁποτερονοῦν] Cod. Vat. ὁπότερον οὖν.
3. ἡ ὑποδοχὴ] ἡ in Vat. omissum, in m. additum est.
ib. οὐδὲν γὰρ] Ita Codd. Ciz. Med. A. B. Vat. Reliqui cum Ed. οὐδὲ γάρ.
4. αὐτὴν—μητέρα] Desunt hæc in Cod. Ciz.
5. γεννώμενα] Codd. Med. A.B. Marcc. Par. A. γεννώμενα. Ed. γενόμενα.
6. μόνον] Cod. Vat. μένου. Mox Codd., excepto Darm., omnes ἐπεὶ pro ἐπὶ, quod est in Ed.
ib. ὅσον σῶμα τοῦ γιγνομένου] Codd. omnes cum marg. Ed. ὅσον σῶμα τοῦ γινομένου. Marc. C. solus ὅσων σωμάτων γινομένου. Ed. ὅσων σωματων γινομένων.
8. Μόνον] Cod. Ciz. μόνιμον.
9. δὲ ἑτέρα] Cod. Vat. δ᾽ ἑτέρα cum Marcc.
11. ὄργανον ἀεὶ] Cod. Vat. ἀεὶ ὄργανον.
ib. δὲ ἐν] Codd. Ciz. Marc. A.C. et Vat. τὰ ἐν.
12. δηλοῦντες] Codd. omnes cum marg. Ed. δηλοῦντες, ut legit Fic. (excepto Marc. C.) Ed. διδόντες.
15. δηλοῖεν ὃ] Codd. omnes præter Marc. C., cum marg. Ed. δηλοῖεν ὅ. Ed. δηλοῖ ἐν ᾧ.

ipsi horum quicquam vel amicum est proprie vel inimicum. Quam ob rem nomen ejus maxime proprium est susceptaculum atque nutrix. At vero quanam ratione mater etiam est appellata? Nihil enim hæc generat. Videntur autem matrem illi hanc appellare, quicunque matrem quoque erga genitos habere vicem materiæ arbitrantur, quasi suscipiat tantum, nihil vero tribuat genitis, quandoquidem et quantum corporis est in nato, habetur ex nutrimento: si quid autem mater tribuit genito, non qua ratione materia est, sed qua species dare censetur. Sola enim species est fœcunda, natura vero altera sterilis. Hinc prisci, ut arbitror, sapientes in sacris mysteriis id subobscure significantes, antiquum Mercurium introducunt instrumentum generationis ad operis effectum semper habentem, generantem vero in sensu declarantes esse intelligibilem rationem: sterilitatem vero materiæ semper idem manentis, ostendentes [per illa, quæ circa ipsam sterilia disponuntur] per steriles qui circa illam versantur. Introducunt enim matrem omnium, quam utique sic prædicant, accipientes videlicet principium secundum subjectum, imponentesque nomen ejusmodi, ut, quod volunt, planius indicent, scilicet materiam non esse matris omnino persimilem, idque penes illos, qui absolutius, quis modus sit in his, intelligere student, neque duntaxat rerum superficie sunt contenti. His, inquam, id procul quidem, pro viribus tam n demonstraverunt, sterilem esse materiam, neque omnino fœminam esse, sed ea ratione fœminam,

ἐπιπολῆς ζητοῦσι. Πόῤῥωθεν μὲν, ὅμως δὲ ὡς ἐδύναντο ἐνεδείξαντο, 322 ὡς ἄγονός τε, καὶ οὐδὲ πάντη θῆλυς· ἀλλὰ τοσοῦτον μὲν θῆλυς, ὅσον ὑποδέξασθαι, ὅσον δὲ γεννᾷν οὐκέτι, τῷ τὸ πρὸς αὐτὴν κεχωρηκὸς μήτε θῆλυ εἶναι, μήτε γεννᾷν δύνασθαι, ἀποτετμημένον δὲ πάσης τῆς τοῦ γεννᾷν δυνάμεως, ἣ μόνῳ ὑπάρχει τῷ μένοντι ἄῤῥενι.

1. ἐπιπολῆς] Codd. Ciz. Marc. C. ἐπιπολλῆς. Vat. ἐπὶ πολλοῖς Marc. A. ἐπὶ πολλῆς (sic.)
ib. ἐδύναντο] Marc. C. δύναντο. Verba ἀλλὰ—θῆλυς desunt in Marc. A., verba ἀλλὰ—ὑποδεξ. in Marc. C.
3. πρὸς αὐτὴν κεχωρηκὸς] Codd. Ciz. et Vat. Marc. A.B. verba πρὸς αὐτὴν postponunt. Cæterum κεχωρηκὸς scripsi ex Codd. Med. A.B. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. habent κεχωρικός.
5. δυνάμεως, ἣ] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) Par. A. δύσεως. Quod sequitur ἣ dederunt Codd. Par. A. Marc. A.B. Reliqui cum Ed. ἥ.

qua proprie suscipit. Quantum tum vero spectat ad generandum nullo modo: quia, quod hucusque pervenit, neque fœmina sit, neque gignere valeat: verum sit omni gignendi potentia separatum: quæ quidem potestas ei tantum qui permanet masculus inest.

# MARSILII FICINI

IN

## LIBRUM SEPTIMUM ENNEADIS TERTIÆ,

## DE ÆTERNITATE ET TEMPORE,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

### Quid æternitas, et ubi sit. Quid sempiternitas. Quid perpetuitas. Quomodo se habeat æternitas ad tempus.

ÆTERNITATEM Platonici primum ponunt in prima mente: deinde in mentibus aliis, tertio in corporibus quatenus in eis stabile aliquid reservatur. Similiter tempus primum in anima prima, deinde in cæteris animabus tertio in corporibus, quatenus in his reperitur et motus. Quæritur, quidnam in mente prima primoque ente sit æternitas. Certe ibi sunt quinque entis genera vel elementa, scilicet essentia, motus, status, identitas, et diversitas. Sunt et rerum species, quæ nominantur ideæ, humanitas atque similia. Genera quidem entis de se invicem minime prædicantur, ipse namque status neque motus est, neque est mobilis. Identitas neque diversitas est, neque diversa: hæc enim opposita sunt. Essentia quoque ipsa in primo sui signo nullum habere videtur oppositorum. Ideæ quin etiam de se invicem non prædicantur. Nam idea leonis nec est idea hominis, nec humana. Æternitas autem ita de omnibus, quæ ibi sunt, prædicantur, ut quodlibet eorum sit æternum. Æternitas itaque neque aliquod genus entis est ibi, nec idea quædam. Est enim cunctis commune donum, cætera vero illic inter se distinguuntur vel secundum proprietates incommunicabiles, atque (ut ita dixerim) singulares, sicut inter se ideæ, vel oppositione quadam, ut motus et status, identitas et diversitas. Æternitas sane, et si cunctis est commune donum, adeo ut etiam ipsi motui, et ipsi diversitati, et multitudini illic existentibus competat, hæc enim omnia sunt æterna: tamen secundum ipsum statum, ipsam identitatem, ipsam unitatem præcipue designatur, a quibus illic et cætera possidentur. Neque putandum est. æternitatem esse proprie ipsum statum. In formali enim ratione æternitatis tria præcipue continentur, status scilicet et sempiternitas, quasi dicas ipsum semper. Et identitas sive unitas, sive (ut ita dixerim) indistantia. Ipse vero status non necessario hæc in sua ratione comprehendit. Non comprehendit ipsum semper. Possumus enim cogitare, stare quidem aliquid, sed non semper. Non complectitur necessario unitatem sive unum. Potest enim in multitudine permanere. Item motus opponitur statui, non autem opponitur sempiternitati. Quid enim prohibet, quod movetur, moveri semper? Atqui sempiternitas ipsa et si non sola sit tota æternitatis ratio, est tamen in illius ratione potissimum. Cum itaque motus statui potissimum opponatur, non tamen adversetur sempiternitati, quæ est in æternitate potissimum: nimirum non est idem penitus æternitas atque status, qui a cæteris illic quodammodo discretus est. Æternitas vero cunctis est æque communis. Est enim æternitas vigor quidam ipsius essentialis intellectualisque vitæ, semper quidem ipse vigens æque, simulque sua omnia possidens, nec amittens sui aliquid, nec novum aliquando munus acquirens. Vigorem ejusmodi, quæcunque ibi sunt, æque sibi vindicare videntur. Interea meminisse debes sempiternitatem simpliciter esse quasi genus aliquod perseverantiam seu vitam significans, principio fineque carentem, sub qua duæ sunt species, quarum prima est ævum, scilicet æternitas, quæ est vita vel perseverantia infinita, permanens simul tota. Se-

cunda perpetuitas sive ipsum tempus, scilicet perseverantia infinita per partes successione progrediens. Unde ut ait Proculus, utrumque mensura quædam est: tempus temporalium atque mobilium, æternitas æternorum. Sed tempus crebra repetitione, et quasi numerando metitur: æternitas autem semel adhibita et coaptata mensurat. Propria æternitatis ratio appellatioque non tam essentia vel intelligentia est, quam vita. Est ergo vita: sed quanta? Infinita profecto: ut a parte qualibet temporis differat. Rursum qualis? Certe tota simul, ut a toto tempore differat. Est igitur ævum vita infinita tota simul, et, ut brevius complectamur, vita jam infinita: tempus autem vita procedens per infinitum. Ipsum quidem æternitatis esse præsens omnino fixum est velut centrum, ideoque sufficit unum. Cum enim nunquam prætereat, non est opus aliquo succedente. Quod vero præsens in tempore dicitur, cum subito transeat, præsente alio indiget successore, ne tota temporis natura perdatur, quæ ex infinitis sibi invicem succedentibus momentis paulatim coacervatur, ideoque, si qua ejus essentia est, ea ex esse miscetur atque non esse, dum præsens inter præteritum futurumque, quæ non sunt, intervenit, et, utcunque potest, æmulatur ipsum ævi præsens per aliquod jugiter sui præsens, adhibens se ipsum ad stabilem ævi præsentiam, neque tamen stabilitur: ideoque, quam non potest consequi permanendo, saltem succedendo consequitur: ut per plura momenta infinite procedens se pro viribus ad infinitatem ævi fixam simplicemque adæquet, dum unum permanens (ut ita dicam) ævi momentum velut centrum innumerabilia momenta temporis velut puncta quædam in circumferentia perpetuo percurrentia e conspectu pariter sibi præsentia contuetur, atque complectitur. Distant quidem inter se extra centrum lineæ atque puncta, in centro colliguntur in unum. Similiter et momenta temporis, et temporalium rerum progressiones inter se quidem distant, sed in æternitate temporis temporaliumque principio ita rediguntur in unum, ut una sit præsentia omnium, et vita eadem, unusque conspectus. Inter hæc, ubi Plotinus de toto perfecto loquitur, memento omne totumve, quod in arte reperitur atque natura, esse communem quandam formam post partes singulas ibi sequentem, et ex partibus resultantem. Non est igitur ejusmodi totum per se totum, sed per partes, et per illud quod partes invicem congregavit: nec igitur est primo totum. Primo itaque totum est, quod est forma et substantia quædam simplex in se ipsa generans, si quas habitura sit partes. Et quia generat eas, ideo quodammodo præcedit eas, et quo signo antecedit partes, est penitus individua. Jam vero, quoniam individua est, ideo dum partibus se inserit singulis, inserit ubique se totam: atque hoc ipsum est absolute totum, quod reservatur in quolibet sui totum. Talis utique divina mens est ad ideas: talis universa natura vitalis ad semina rerum: talis æternitas mentisque primæ vita ad omnem sui præsentiam, manens semper in uno atque ad unum. In uno quidem sui ipsius esse actuque præsenti: item ad unum, quod super essentiam est bonum amando, et agendo se conferens. Manens, inquam, quoniam quicquid expedit habere, jam habet: manens item per infinitum, neque tamen ipsa illic infinitudo est quantitas aliqua præter vitam. Cum enim ipsa entis primi vita, quæ primus intimusque est actus illius, quantitatem quamlibet antecedat: si qua ponatur in ea durationis et perseverantiæ quantitas, nihil propterea intelligas additum individuæ illius vitæ præsentis simplicitati.

*De conformitate intellectus ad æternitatem. Item, quid non sit tempus, scilicet quod non sit duratio in corporali motu, vel mensura similis: aut numerus, aut consecutio comesque corporei motus.*

Ubi Plotinus post disputationem de æternitate profundam descendit ad tempus, considerabis, qua ratione probet mentis æternitatem, propterea quod æterna tangat intelligendo: siquidem intelligere est quodammodo tangere. Cum enim sensus omnes tactu quodam rem percipiant sentiendam, multo magis supremæ vires animæ ratio intelligentiaque cognoscendo tangunt: præsertim quia res penetrant earum intima discernendo, quod non efficit sensus. Atqui et objecta earum efficacius veniunt ad tangendum: imo nec venire necesse est, quæ nusquam absunt. Cognatio igitur intellectus ad propria et æterna ejus objecta major est, quam cognatio sensus ad sentienda, cognatio, inquam, intelligentiæ mutua: quatenus enim tangit, tangitur atque vicissim. Sicut igitur sensus est, agitque in tempore, sic intellectus in ævo. Ratio vero tanquam media est in utroque: nam et æterna tangit et temporalia. Medium quidem ejusmodi esse potest. Nam et cælum est in utroque, per substantiam in ævo, per motum actionemque in tempore. Debet quin etiam universo ejusmodi medium non deesse, ut inter res supernas, quæ tam actione, quam essentia sunt æternæ, atque inferiores: quæ utrimque sunt temporales, sint rationales animæ, per essentiam quidem in ævo, per actionem vero motumque in tempore. Proinde notabis id admodum placere Platonicis, animam rationalem eatenus se ipsam accommodare foris tum his, tum illis gradibus universi, tum æternis, tum temporalibus, tum etiam mediis: quatenus in eosdem intus se ipsam expedit gradus sibi quodammodo naturali-

ter insitos, quemadmodum et corpus nostrum variis se ipsum modis loco cuilibet aptat, prout variis se ipsum figuris modisque componit. Tempus est aut ipse motus, aut aliquid proprium motionis, scilicet vel intimum motionis spatium, vel mensura ejus, vel comes. Tempus non esse motum patet ex eo, quod motus omnis peragitur tempore: quasi aliud quiddam sit tempus, in quo motus agitur, aliud ipse motus. Præterea, si corpus, quod nunc movetur, paulo post moveri desinat, deinde moveatur iterum, interceptus quidem erit motus, tempus vero non intermissum. Sicut enim cogitamus quam diu motum fuerit, sic et quam diu quieverit: atque eadem perpetuitate temporis tum vices motionum, tum media quies agi mensurarique poterunt, ac si desinat moveri corpus ab alio, mobile adhuc superfore tempus saltem in motore per se mobili possumus cogitare, quasi naturam temporis supra motum corporis quærere debeamus. Item in motu velocissimo plurimum est de motu ipsiusque natura, sed de tempore minimum: in motu tardissimo fit vicissim, quippe cum aliud sit tempus atque motus: denique propria quidem temporis sunt brevitas atque longitudo: propria vero motus intentio atque remissio, quæ declarantur celeritate quadam et tarditate proventus. Quorum vero propria inter se differunt, discrepant ipsa similiter. Probabilius est igitur, tempus esse aliquid ad motum proprie pertinens, quam ipsum proprie motum. Dices forsan esse spatium, non quidem loci: quod est extra motum, sed durationis atque perseverantiæ, quæ est intima motui: quasi proprium intervallum et ductus tractusque et progressio motus. Ad hæc objici duo possunt. Primum quidem totidem esse ejusmodi intervalla motibus intima, quot sunt et motus: Tempus autem unum esse debere mensuram quasi communem, cujus usu quodam motus omnes quantumcunque inter se diversos metiri aliter aliterque possimus. Secundum vero durationem ejusmodi non aliud videri, quam motum, ipsam scilicet motionis continuitatem, qua sublata non erit motus, si factus subito fuerit. Et profecto hæc est summa proprietas vel natura motus: sicut dimensio extensa per locum, aut est ipsum corpus, aut corpori maxime propria. Atqui ipsa duratio motibus intima non est ubique, sed in hoc motu servatur atque illo. Tempus autem esse cogitamus ubique, atque durationem et perseverantiam quamlibet motionis tempore metiri solemus. Unde videtur tempus esse intervallum aliquod mensurale, et præter intervallum proprium motionis, nec tamen ad locale pertinens intervallum. Proinde quæremus de externo ejusmodi intervallo sive ductu, quidnam sit naturaliter in se ipso, ante hunc mensurationis effectum. Prius enim in se hoc ipsum, quod est, debet existere, quam aliquid metiatur. Quæremus item, numquid metiatur quietem, et quo pacto. Eatenus enim quiescit aliquid, quatenus movetur et aliud. Tria quædam proposita sunt de tempore ab his, qui dicunt tempus esse aliquid motionis. Primum quidem esse spatium durationemque motus, de quo satis est dictum: Secundum vero esse mensuram quandam durationis ejusmodi: Tertium esse aliquid comitans sive consequens. Sed redeamus nunc ad mensuram, ad quam paulatim modo descendimus, compulimusque respondere, quidnam sit in se, antequam metiatur, et utrum externa mensura sit, vel intima, et quæcunque sit, quomodo metiatur motum similiter et quietem. Addimus insuper, quomodo mensura numeralis esse dicatur, quasi sit ex unitatibus congregata. Probabilius autem est, tempus ob ipsam ejus continuitatem simpliciter mensuram quandam appellare, quam numerum. atqui si mensura quædam est, ergo est quantitas quædam, qualiscunque sit, sive quantum quiddam motum dimetiens, quatenus cum motu concurrit. Hic ergo quæretur, qua conditione cum motu concurrat, et cur potius metiatur motum, quam mensuretur a motu. Solemus enim tantum tempus ex tanta motione metiri, atque deprehendere tempus ex actione non minus, quam e converso. Summatim iterum dubitatur, an tempus sit motus ipse quadam magnitudine mensuratus, an potius magnitudo quædam motum metiens, an tertium quiddam, quod magnitudine utatur ad motum dimetiendum, et omnino de hac ipsa magnitudine mensurali poterit dubitari. Tanta enim est in se, sicut et motus est tantus. Numquid igitur, sicut motus per eam censetur tantus, ita et ipsa per superius aliquid existit tanta? Denique quidnam sit prius, quam metiatur, (ut diximus) investigare licebit. Similes quædam dubitationes exoriuntur, si tertia de motu opinio admittatur, dicens tempus esse aliquid, quod comitatur motum. Cogimur autem ponere, tempus ipsum esse aliquid: etiamsi nullus animus electione utens metiatur tempore motum. Generat enim anima mundi tempus naturali quodam suo intimoque motu, nulla ad hoc utens electione.

*Æternitas est in mente divina, tempus in anima mundi, quo agitur mensuraturque mundi motus.*

In mente quidem divina non est tempus proprie, sed idea quædam temporis velut exemplar conceptum illic ad quandam ævi similitudinem, imitantem quidem ævum, sed interim diversitate degenerantem: tempus autem proprie est in anima mundi, in ipsa ejus vegetali natura, et imaginatione rursum quodammodo naturali, assidue comitante naturam. In hac, inquam, gemina

facultate animæ actio ad generanda et imaginanda mundana, ob debilitatem non simul tota peragitur, sed gradatim modo alia oritur, modo alia ordinata quidem, sed dissimilis, atque nunc ad hæc vertitur: nunc ad illa secundum prius posteriusve procedens. Processio quidem deinceps secundum gradus ejusmodi, motus est: continuitas autem et longitudo processionis est tempus. Jam vero, si qua ratione longitudo corporis ab ipso corpore differt, eadem differt et tempus a motu. Longitudo, inquam, motionis a motione. atqui et hæc ipsa longitudo ita se ad æternitatem habet, sicut linea se habet ad punctum: præsertim si fingere liceat, ex quodam puncti motu procedere lineam, punctumque produci. Putat vero Plotinus, sicut ex virtute cujuslibet animæ suo quandoque semini insita pullulat corpus proprium: sic ex naturali animæ mundanæ potentia, intus afflante materiam, corpus pullulare mundanum, idque in anima velut quodam mundi loco contineri regique, et moveri ad ipsum animæ motum, moverique temporaliter, certisque temporum intervallis ad tempus ipsum motionis, quæ fit in anima, et ad certa illius temporis intervalla: siquidem anima illa per intimum sui motum creavit in se ipsa tempus, et una cum hoc motu simul et tempore produxit mundum in tempore mobilem. Unus vero est mundi locus, anima mundi: unum et ubique tempus: siquidem et anima hæc motum exercet ubique vitalem, sed regitur interea motus quidem mundanus ab ipso animæ suæ motu: hic autem ab intellectu proprio et æterno: ille tandem ab intellectu divino primaque ipsius æternitate.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ Ζ.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ

### LIBER VII.

## ΠΕΡΙ ΑΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΧΡΟΝΟΥ,

De æternitate et tempore.

### Procemium ad æternitatem et ad tempus.

325 ΤΟΝ *αἰῶνα καὶ τὸν χρόνον ἕτερον λέγοντες ἑκάτερον εἶναι, καὶ τὸν μὲν περὶ τὴν ἀΐδιον εἶναι φύσιν, τὸν δὲ χρόνον περὶ τὸ γιγνόμενον· καὶ τόδε τὸ πᾶν αὐτόθεν μὲν, καὶ ὥσπερ ταῖς τῆς ἐννοίας ἀθροωτέ-*
B *ραις ἐπιβολαῖς, ἐναργές τι παρ' αὐτοῖς περὶ αὐτῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν πάθος νομίζομεν, λέγοντές τε ἀεὶ καὶ παρ' ἅπαντα ὀνομάζοντες. Πειρώμενοι μὴν εἰς ἐπίστασιν αὐτῶν ἰέναι, καὶ οἷον ἐγγὺς*

10. ΤΟΝ αἰῶνα] Cod. Marc. E. hunc librum incipit a verbis capitis primi primis Τίνα οὖν, omisso, quod in reliquis est, procemio.
11. περὶ τὸ] Cod. Ciz. περὶ τόν.
12. τῆς ἐννοίας] Cod. Ciz. omittit τῆς. In seqq. Cod. Marc. C. habet ἐπιβολαῖς.
13. παρ' αὐτοῖς] Fort. παρ' αὐτῶν, ab ipsis profectum.
14. παρὰ πάντα] Ita Ed. Sed Codd. omnes præter Marc. C. ut marg. Ed. παρ' ἅπαντα.
ib. ὀνομάζοντες] Ita Codd. omnes. Ed. ὀνομάζομεν.

QUUM æternitatem et tempus diversa inter se esse dicamus, et illam quidem circa naturam sempiternam esse, hoc autem circa id, quod fit: idque universum versari existimamus nos quasi sponte, ex naturalique ingenio, et subito quodam intelligentiæ intuitu manifestum quendam circa hæc habere instinctum nostris animis penitus insitum, eadem videlicet de his semper dicentes, passimque nominantes. At vero, quando conamur propius ad hæc accedere, et absolutius explicare, in dubitationes incidimus, atque priscorum de his sententias alius (aliter) alias, forsan vero et aliter easdem accipientes: in his denique immoramur, satis nobis factum existimantes, si interrogati referre antiquorum sententiam valeamus, atque ita hæc ulterius investigare desini-

προσελθεῖν, πάλιν αὖ ταῖς γνώμαις ἀποροῦντες, τὰς τῶν παλαιῶν 325 ἀποφάσεις περὶ αὐτῶν ἄλλως ἄλλας, τάχα δὲ καὶ ἄλλως τὰς αὐτὰς λαβόντες, ἐπὶ τούτων ἀναπαυσάμενοι, καὶ αὔταρκες νομίσαντες, εἰ ἔχοιμεν ἐρωτηθέντες τὸ δοκοῦν ἐκείνοις λέγειν, ἀγαπήσαντες, ἀπαλλαττόμεθα C τοῦ ζητεῖν ἔτι περὶ αὐτῶν. Εὑρηκέναι μὲν οὖν τινὰς τῶν ἀρχαίων καὶ μακαρίων φιλοσόφων τὸ ἀληθὲς, δεῖ νομίζειν. Τίνες δὲ οἱ τυχόντες μάλιστα, καὶ πῶς ἂν καὶ ἡμῖν σύνεσις περὶ τούτων γένοιτο, ἐπισκέψασθαι προσήκει. Καὶ πρότερον περὶ τοῦ αἰῶνος ζητεῖν, τί ποτε νομίζουσιν εἶναι αὐτὸν, οἱ ἕτερον τοῦ χρόνου τιθέντες εἶναι· γνωσθέντος γὰρ τοῦ κατὰ τὸ παράδειγμα ἑστῶτος, καὶ τὸ τῆς εἰκόνος D αὐτοῦ, ὃν δὴ χρόνον λέγουσιν εἶναι, τάχα ἂν σαφὲς γένοιτο. Εἰ δέ τις πρὸ τοῦ τὸν αἰῶνα θεάσασθαι, τὸν χρόνον, ὅς ἐστι, φαντασθείη, γένοιτ᾽ ἂν καὶ τοῦτο ἐντεῦθεν ἐκεῖ κατὰ ἀνάμνησιν ἐλθόντι, ᾧ ἄρα ὡμοίωτο ὁ χρόνος θεάσασθαι, εἴπερ ὁμοιότητα οὗτος πρὸς ἐκεῖνον ἔχοι.

Τίνα οὖν ποτε χρὴ φάναι τὸν αἰῶνα εἶναι; ἆραγε τὴν νοητὴν αὐτὴν E οὐσίαν, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τὸν χρόνον τὸν σύμπαντα οὐρανὸν καὶ κόσμον εἶναι; καὶ γὰρ αὖ καὶ ταύτην τὴν δόξαν ἔσχον τινὲς φασὶ περὶ τοῦ χρόνου. ἐπεὶ γὰρ σεμνότατόν τι τὸν αἰῶνα εἶναι φανταζόμεθα

1. προσελθεῖν] Cod. Ciz. προελθεῖν.
ib. αὖ ταῖς] Cod. Vat. αὐταῖς.
ib. ἀποροῦντες] Cod. Med. B. ἀποῤῥοῦντες.
2. ἄλλος] Sic Ed.: sed Cod. Mon. C. ἄλλως, et ita etiam Cod. Marc. A.
3. ἐναπαυσάμενοι] Ed. ἀναπαυσόμενοι. Sed Aoristum exhibent Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Vat.
6. Τινες δε] Codd. Marc. A.B. Mon. C. Vat. τίνες δ᾽.
7. σύνεσις] Cod. Ciz. σύνθεσις.
9. εἶναι αὐτὸν] Cod. Vat. ἕτερον εἶναι αὐτόν.
ib. οἱ ἕτερον] Cod. Darm. δι᾽ ἕτερον.
ib. τοῦ χρόνου] Codd. Ciz. et Vat. τὸν χρόνον.
10. τὸ τῆς] Codd. Med. A. (a pr. m.) B. τοῦ τῆς.
11. τάχα ἂν] Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B.C. Mon. A. Vat. τάχ᾽ ἄν.
12. τοῦ τὸν] Cod. Vat. τοῦτον.
ib. φαντασθείη] Ed. φαντασθεῖ. Sed veram scriptionem exhibent Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat.
13. τοῦτο] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. τούτῳ. Med. B. τούτων.
16. νοητὴν] Cod. Darm. omittit hanc vocem.
17. εἴ τις] Codd. Med. A. (a pr. m.) et Darm. εἶπον. Cod. Par. A. εἶναι.
19. σεμνότατον] Omnes cum marg. Ed. σεμνότατον: ita etiam paulo inferius, ubi Cod. Par. A. pro δὲ τὸ habet καί. Ed. σεμνότητα utrobique.

mus. Profecto putandum est, quosdam antiquorum feliciumque philosophorum veritatem adinvenisse. Operæ pretium vero est deinceps inquirere, quinam potissimum veritatem assecuti fuerint, et qua ratione præcipue nos quoque eadem cognoscamus. Prius autem de æternitate quærendum, quidnam ipsam esse censeant, qui diversam a tempore judicant. Cognito namque illo, quod loco exemplaris habetur, forte planius illius imago, quod tempus nominant, cognoscetur. Si quis autem, antequam contempletur æternitatem, quid sit tempus, imaginetur: accidet et hoc forsan huic per reminiscentiam quandam hinc illuc progredienti, cui tempus assimilatur agnoscere, siquidem hoc ad æternitatem similitudinem habeat.

I. *Quidnam sit æternitas. quod sit in prima essentia, et sit aliquid ejus, nec tamen sit proprie status.*

Quidnam igitur æternitatem esse dicendum? Num forte intelligibilem ipsam essentiam: quemadmodum si quis tempus esse dicat cælum totum atque mundum? Id namque de tempore fertur nonnullos existimasse. Cum enim quiddam maxime venerandum æternitatem esse imaginemur atque intelligamus: maxime vero venerandam esse naturam intelligibilem judicemus, neque utrum horum venerabilius sit, discernere valea-

326 καὶ νοοῦμεν, σεμνότατον δὲ τὸ τῆς νοητῆς φύσεως, καὶ οὐκ ἔστιν εἰ-
πεῖν ὅ, τι σεμνότερον ὁποτερονοῦν τοῦδε ἐπέκεινα, οὐδὲ τοῦτο κατη-
γορητέον, εἰς ταὐτὸν ἄν τις οὕτω συνάγοι· καὶ γὰρ αὖ ὅ, τε κόσμος
ὁ νοητὸς, ὅ, τε αἰὼν, περιεκτικὰ ἄμφω καὶ τῶν αὐτῶν· ἀλλ' ὅταν τὰ
ἕτερα ἐν θατέρῳ λέγωμεν, ἐν τῷ αἰῶνι κεῖσθαι· καὶ ὅταν τὸ αἰώνιον
κατηγορῶμεν αὐτῶν· ἡ μὲν γὰρ φησὶ τοῦ παραδείγματος φύσις ἐτύ-
B γχανεν οὖσα αἰώνιος, ἄλλο τὸν αἰῶνα πάλιν αὖ λέγομεν, εἶναι μέν-
τοι περὶ ἐκείνην, ἢ ἐν ἐκείνῃ, ἢ παρεῖναι ἐκείνῃ φαμέν· τὸ δὲ σεμνὸν
ἑκάτερον εἶναι ταυτότητα οὐ δηλοῖ· ἴσως γὰρ ἂν καὶ τῷ ἑτέρῳ αὐτῶν
παρὰ τοῦ ἑτέρου, τὸ σεμνὸν γίγνοιτο· ἥ τε περιοχὴ τῷ μὲν ὡς μερῶν
ἔσται, τῷ δὲ αἰῶνι, ὁμοῦ τὸ ὅλον οὐχ ὡς μέρος· ἀλλ' ὅτι πάντα τὰ
τοιαῦτα, οἷα αἰώνια κατ' αὐτὸν, ἀλλ' ἆρα κατὰ τὴν στάσιν φατέον
C τὴν ἐκεῖ, τὸν αἰῶνα εἶναι, ὥσπερ ἐνταῦθα τὸν χρόνον, κατὰ τὴν
κίνησιν φασίν; Ἀλλ' εἰκότως ἄν τις τὸν αἰῶνα ζητήσειε, πότερόν
ταὐτὸν τῇ στάσει λέγοντες, ἢ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τῇ στάσει τῇ περὶ
τὴν οὐσίαν· εἰ μὲν γὰρ τῇ στάσει ταὐτὸν, πρῶτον μὲν οὐκ ἐροῦμεν

1. *εἰπεῖν*] Delevimus post hoc verbum *οὐκ*, jubentibus Codd. Ciz. Mon. C. Med. A.B. Vat. Marcc.

2. *ὅτι σεμνότερον*] Codd. Mon. C. Marc. A. *ὅ, τι* pro *ὅτι*: quod corrigendum fuit.

ib. *ὁποτερονοῦν*] Cod. Ciz. *ὁποτεροοῦν* (sic). Vat. *ὁποτερουοῦν*.

ib. *τοῦδε*] Codd. Mon. C. et Vat. A. *τοῦδ'* et sic etiam Marcc. Leg. vid. *τούτου δέ*. Mox Marc. A. cum marg. Ed. *εἰς αὐτὸν* pro *εἰς ταὐτόν*.

3. *ὅ, τε κόσμος—τῶν αὐτῶν*] Ad h. l. Koppius ad marg. Collationis Cod. Mon. C. hæc adscripsit: "Verba hæc in Cod. linea subducta sunt insignita, et ad marginem paulo superius picta est hæcce nota *Ϛαί*, quæ sive *σημεῖον* vel derivatum quoddam vocabulum, sive *ζήτει* valeat, sæpius apparet in quoque fere folio a priore possessore Schegkio, qui et plura loca lineis passim subductis notavit et hic illic vocabulum aliquod adpinxit margini, quod semper indicabo." Illud *Ϛαι* videtur potius esse *σημείωσαι*, i. e. *nota, observa*. Cf. Montefalconii Palæograph. Gr. p. 373.

4. *περιεκτικὰ*] Ita Cod. Par. A. In Cod. Vat. est *περιεκτὰ*, in Ed. et reliquis *περὶ ἐκτικά*.

6. *ἡ μὲν γὰρ*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. ut marg. Ed. et Fic. *εἰ μὲν γάρ*. Marc. E. *ἡ μὲν γὰρ δή*.

7. *ἄλλο τὸν*] Codd. Mon. C. Marc. A B.E. Med. A.B. Vat. *ἄλλο*. Par. A. *ἄλλον*. Marc. C. *ἀλλ' ὁ τόν*. Ed. *ἄλλα τόν*.

ib. *εἶναι μέντοι—φαμέν*] Desunt hæc in Codd. Ciz. et Vat.

9. *δηλοῖ*] Cod. Mon. C. *δη^λ* (sic).

10. *ἥ τε περιοχὴ*] Cod. Vat. *ἢ τε περιοχὴ*, et sic etiam Marcc. Itaque correxi.

12. *κατ' αὐτὸν*] Cod. Med. A. a pr. m. *κατ' αὐτὴν*, quod supra lin. correctum est.

ib. *ἀλλ' ἆρα*] Codd. Marc. A.B.E. Mon. C. Par. A. Vat. cum marg. Ed. *ἀλλ' ἆρα*. Ed. *ἀλλ' ἄρα*. Ad h. l. in Cod. Mon. C. Schegkius ad marg. scripsit *τὸν χρόνον* s. *αἰώνιον*.

13. *τὸν χρόνον*] Ita Ed. Sed Reinesius ad marg. Cod. Ciz. adscripsit: *legendum αἰῶνα*. Quem sequimur. Et ita exhibet Cod. Med. B., et ita Fic. Aliter lectioni mederi voluit Schegk. Vid. proxime præcedentia.

14. *φασίν*] Abest hæc vox a Cod. Ciz.

ib. *πότερον ταὐτὸν*] Ita Codd. Marc. B. Ciz. Med. A.B. In Marc. A.C. Codd. Mon. C. et Vat. est *πότερα ταὐτὸν*; in Ed. *πότερόν τ' αὐτόν*. Marc. E. *πότερον* sine *ταὐτόν*.

mus: et quod his superius est, ejusmodi appellationibus describi non debeat, jure quis forsan naturam intelligibilem æternitatemque pro eodem accipiet. Rursus et mundus intelligibilis et æternitas in se ipsis eadem complectuntur. At vero, quando altera in altero dicimus, et intelligibilia in æternitate locamus: et quando intelligibile quodlibet enunciamus æternum, quemadmodum in Timæo, ubi scribitur: [si] exemplaris natura æterna est, in his inquam, æternitatem aliud quiddam esse, quam naturam intelligibilem affirmamus: esse tamen circa illam, vel in illa, vel illi adesse fatemur. Quod autem utrumque judicatum est venerandum, non necessario eadem inter se esse demonstrat. Forte enim horum alterum, quod sit venerandum, habet ab altero: quod rursus additum est ab utroque eadem contineri, exponendum est, naturam quidem intelligibilem continere sua quælibet, sicut partes: æternitatem vero complecti simul totum, non sicut partem, sed quoniam ejusmodi omnia per ipsam dicuntur æterna. Sed numquid secundum statum illic existentem judicare debemus æternitatem, quemadmodum et hic tempus secundum motum excogitare consueverunt? Sed merito quis in primis de æternitate perquiret, utrum idem esse cum statu dicamus: neque forte simpliciter, sed cum statu, qui circa essentiam esse

αἰώνιον τὴν στάσιν, ὥσπερ οὐδὲ τὸν αἰῶνα αἰώνιον· τὸ γὰρ αἰώνιον 326
τὸ μετέχον αἰῶνος· ἔπειτα ἡ κίνησις πῶς αἰώνιον; οὕτω γὰρ ἂν καὶ
στάσιμον εἴη· εἶτα πῶς ἔχει ἡ τῆς στάσεως ἔννοια ἐν αὐτῇ τὸ ἀεί; D
λέγω δὲ οὐ τὸ ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ οἷον νοοῦμεν, ὅταν τὸ ἀΐδιον λέγωμεν·
εἰ δὲ τῇ τῆς οὐσίας στάσει, ἔξω πάλιν αὖ τὰ ἄλλα γένη τοῦ αἰῶνος
ποιήσομεν· εἶτα τὸν αἰῶνα οὐ μόνον ἐν στάσει δεῖ νοεῖν, ἀλλὰ καὶ
ἐν ἑνί· εἶτα καὶ ἀδιάστατον, ἵνα μὴ ταὐτὸν ᾖ χρόνῳ· ἡ δὲ στάσις οὔτε
τὴν τοῦ ἑνὸς, οὔτε τὴν τοῦ ἀδιαστάτου ἔχει ἔννοιαν ἐν αὑτῇ, ᾗ στά- E
σις· εἶτα τοῦ μὲν αἰῶνος κατηγοροῦμεν τὸ μένειν ἐν ἑνί· μετέχοι ἂν
οὖν στάσεως, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὸ στάσις εἴη.

Τί ἂν οὖν εἴη τοῦτο, καθ᾽ ὃ τὸν κόσμον πάντα τὸν ἐκεῖ αἰώνιον
λέγομεν καὶ ἀΐδιον εἶναι; καὶ τί ἡ ἀϊδιότης; εἴτε ταὐτὸν, καὶ εἴτε ἡ
αὐτὴ τῷ αἰῶνι, εἴτε κατ᾽ αὐτὴν ὁ αἰών. Ἆρα γὰρ καθ᾽ ἕν τι δεῖ, F
ἀλλὰ ἐκ πολλῶν συνηθροισμένην τινὰ νόησιν ἢ καὶ φύσιν, εἴτ᾽ ἐπα-
κολουθοῦσαν τοῖς ἐκεῖ, εἴτε συνοῦσαν, εἴτ᾽ ἐνορωμένην. Πάντα δὲ
ταῦτα ἐκείνην μὲν μίαν οὖσαν, πολλὰ δὲ δυναμένην καὶ πολλὰ οὖ-

2. μετέχον αἰῶνος] Marc. E. αἰῶνος μετέχον.
4. λέγω δὲ] Codd. Ciz. et Vat. λέγομεν δέ.
ib. οὐ τὸ ἐν] Ed. τῷ. Sed τὸ exhibent Codd. Ciz. Med. A.B. Vat. Marcc.
ib. ἀλλὰ οἷον] Cod. Vat. ἀλλ᾽ οἷον.
6. ποιήσομεν] Ita Codd., exceptis Darm. et Marc. C., omnes. Ed. ποιήσωμεν.
7. χρόνῳ] Marc. E. τῷ χρόνῳ.
8. τὴν τοῦ ἑνὸς] Codd. Ciz. Med. A.B. Marc. B.C. Par. A. τὴν τοῦ ἕν. Nullus cum marg. Ed. τὴν τοῦ ἕν, quod operarum vitium est. Marc. E. τῇ τοῦ ἕν.
ib. ἡ στάσις] Codd. Ciz. et Mon. Marc. A.C. ᾗ στάσις. Vat. ἣ στάσις. Illud exhibeo.
9. μετέχοι] Cod. Vat. μετέχει. In præcedd. Codd. Marc. A.C.E. τοῦ μένειν.
10. αὐτὸ στάσις] Marc. A.B. αὐτοστάσις. Marc. C. αὐτόστασις.
11. πάντα τὸν ἐκεῖ] Cod. Ciz. τὸν ἐκεῖ πάντα.
ib. αἰώνιον λέγομεν] Inverso ordine hæc verba exhibet Ed. Sed sic Codd. Marc. A.B.E. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Vat. Iidem cum Ciz. exhibent λέγομεν. Ed. λέγωμεν.
12. καὶ εἴτε] Abest εἴτε a Codd., excepto Darm., omnibus.
13. ὁ αἰών] Articulum, qui aberat, addidimus ex Codd., præter Ciz. Marc. C. et Par. A. omnibus.
ib. δεῖ, ἀλλὰ] Cod. Vat. δεῖν. ἀλλά.
14. ἐπακολουθοῦσαν] Ita, præter Codd. Darm. et Par. A., omnes. In Ed. est ἀπακολουθοῦσαν.
15. ἐνορωμένην] Cod. Med. B. ἐννουμένην (sic).
16. μὲν μίαν] Codd. Marc. B.C.E. Med. A.B. Vat. μίαν μέν. Mon. C. item, sed μίαν supra lin.

censetur. Si enim cum statu idem est, primo quidem statum non dicemus æternum, sicut neque æternam æternitatem. Æternum enim est, quod æternitatis est particeps. Deinde quonam pacto motus erit æternus? sic enim foret et stabilis. Præterea status ipsius notio quomodo ipsum semper in se habebit? Dico autem non ipsum semper in tempore, sed quale potius intelligimus, quando dicimus sempiternum. Sin autem in ipso essentiæ statu continetur ipsum semper, sane reliqua rursus entis genera ab æternitate jam segregabimus. Accedit ad hæc, quod æternitatem non in statu solum oportet, sed in uno etiam intelligere: quin etiam indistantiæ munus æternitati servandum, ne forte idem omnino sit cum tempore. Status autem, qua ratione status est, neque unius neque indistantis in se intelligentiam continet. Proinde de æternitate prædicamus in uno manere. Participat ergo statum, nec ipse status erit.

II. *Æternitas est in prima essentia per modum vitæ et status et identitatis, ac re vera est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio.*

Quid ergo potissimum id ipsum erit, per quod totum [divinum] mundum esse dicimus æternum atque sempiternum? Quidve sempiternitas est? sive idem ipsa quoque cum æternitate est, sive secundum ipsam extat æternitas. Forsan secundum unum aliquid æternitatem excogitare debemus, unum inquam e multis collectum, vel intelligentiam unam vel naturam, sive quæ illic sunt consequentem, sive simul existentem, sive intus inspectam. Cuncta hæc, inquam, in illam redacta, unam quidem existentem, quæ etiam multa sit, multaque possit. Profecto, qui potentiam

326 σαν, καὶ ὅγε τὴν πολλὴν δύναμιν εἰσαθρήσας, κατὰ μὲν τοδὶ, τὸ
οἷον ὑποκείμενον λέγει οὐσίαν, εἶτα κίνησιν τοῦτο, καθ' ὃ ζωὴν ὁρᾷ,
G εἶτα στάσιν τὸ πάντη ὡσαύτως. Θάτερον δὲ καὶ ταὐτὸν, ᾗ ταῦτα
327 ὁμοῦ ἕν. Οὕτω δὴ καὶ συνθεὶς πάλιν αὖ εἰς ἓν ὁμοῦ εἶναι ζωὴν μό-
νην ἐν τούτοις τὴν ἑτερότητα συστείλας, καὶ τῆς ἐνεργείας τὸ ἄπαυ-
στον, καὶ τὸ ταὐτὸν, καὶ οὐδέποτε ἄλλο, καὶ οὐκ ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο
νόησιν ἢ ζωὴν, ἀλλὰ τὸ ὡσαύτως. Καὶ ἀεὶ ἀδιαστάτως πάντα
ταῦτα ἰδὼν, αἰῶνα εἶδεν, ἰδὼν ζωὴν μένουσαν ἐν τῷ αὐτῷ, ἀεὶ
παρὸν τὸ πᾶν ἔχουσαν, ἀλλ' οὐ νῦν μὲν τόδε, αὖθις δ' ἕτερον, ἀλλ'
B ἅμα τὰ πάντα· καὶ οὐ νῦν μὲν ἕτερα, αὖθις δ' ἕτερα, ἀλλὰ τέλος
ἀμερές. Οἷον ἐν σημείῳ ὁμοῦ πάντων ὄντων, καὶ οὔποτε εἰς ῥύσιν
προϊόντων, ἀλλὰ μένοντος ἐν τῷ αὐτῷ, ἐν αὑτῷ καὶ οὐ μὴ μεταβάλ-
λοντος· ὄντος δὲ ἐν τῷ παρόντι ἀεὶ, ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ παρῆλθεν, οὐδ'
αὖ γενήσεται, ἀλλὰ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, τοῦτο καὶ ἀεὶ ὄντος, ὥστε εἶναι
C τὸν αἰῶνα οὐ τὸ ὑποκείμενον, ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὑποκειμένου οἷον
ἐκλάμπον, κατ' αὐτὴν ἣν ἐπαγγέλλεται περὶ τοῦ μὴ μέλλοντος,

1. εἰσαθρήσας] Codd. Ciz. Marc. A. et Mon. C. εἰσαθροίσας.
ib. τὸ οἷον—οὐσίαν] Codd. omnes ut marg. Ed. τὸ οἷον ὑποκείμενον λέγει οὐσίαν. Ed. τὸ οἷον συναθροίσας ὑποκ. λ. οὐσ.
3. εἶτα στάσιν] Ad marg. Cod. Ciz. hæc adscripta sunt ad h. l.: "forte ex interpretatione Marsilii addendum καθ' ὃ et supplendum videtur ὁρᾷ."
4. Οὕτω δεῖ] Ita Ed. Sed Codd. Marc. A.B.E. Mon. C. Med. B. Vat. οὕτω δή: quare sic rescripsi.
6. οὐδέποτε ἄλλο] Cod. Darm. ἄλλη̊ (sic) Par. A. ἄλλοι.
7. πάντα ταῦτα] Codd. Ciz. Darm. Marcc. Med. A.B. Vat. ταῦτα πάντα.
8. ἐν τῷ αὐτῷ] Cod. Vat. omittit τῷ.
9. δ' ἕτερον] Cod. Ciz. δὲ δεύτερον.
ib. ἀλλ' ἅμα—δ' ἕτερα] Desunt hæc in Cod. Ciz.
10. ἅμα τὰ πάντα] Codd. Mon. C. Med. A.B. Marc. A.B.E. Par. A. Vat. ἅμα τὰ πάντα. Ed. omittit τά.
11. ὄντων] Cod. Ciz. τῶν ὄντων.
ib. ῥύσιν] Codd. omnes ut marg. Ed. ῥύσιν, excepto Marc. E. Ed. ῥεῦσιν.
12. ἐν αὐτῷ.] Cod. Med. B. ἐν αὐτῷ, quod rescripsi. Desunt hæc verba in Marc. E.
13. δὲ ἐν τῷ] Codd. Mon. C. et Vat. δ' ἐν τῷ cum Marcc.
ib. παρόντι ἀεὶ] Cod. Vat. πρός τι ἄν; in m. ut Ed.
14. τοῦθ' ὅπερ—ὥστε] Codd. Ciz. Marcc. Mon. C. et Vat. habent τοῦτο. Codd. Ciz. et Vat. pergunt ὅπέρ ἐστι τοῦτο οὐδὲν αὐτοῦ παρῆλθεν ὥστε. Cum marg. Ed. habent ὄντος pro ὄντως Codd. Darm. Mon. C. Par. A. Marc. A.B.E. Quare correxi.
16. κατ' αὐτὴν] Cod. Med. A. κατὰ τὴν. Codd. Ciz. Mon. C. Med. B. Vat. κατὰ τὴν τοῦ. Cod. Par. A. κατὰ τὸν τοῦ. Schegkius in Cod. Mon. C. ad marg. scripsit: *Ille qui EST, me misit:* αἰὼν ἔλλαμψις τοῦ ἀεὶ ὄντος.

multiplicem contuetur, secundum hoc aliquid quidem, quod subjecti vicem habet, essentiam nominat, quatenus vero vitam inspicit, nominat motum: deinde et statum, quatenus eodem prorsus modo se habet. Alterum vero et idem, qua ratione hæc multa sunt simul unum. Sic utique componens rursus in unum, in unam, inquam, vitam solam, contrahensque in ipsis alteritatem, et contuens interminabilem actionis identitatem, neque unquam aliud, neque ex alio in aliud, intelligentiam aut vitam pertranseuntem, sed eodem modo se semper habentem, et procul a distantia consistentem. Cuncta hæc, inquam, contemplans contemplatur æternitatem, videns certe vitam manentem in eodem, totum præsens semper habentem, neque nunc quidem hoc aliquid; postea vero aliud, sed omnia simul: neque nunc quidem altera, posterius altera, sed individuum finem. Ubi sicut in puncto simul omnia sunt, nondum in fluxum progredientia, sed ibi in eodem, id est, in se ipso, manente, nec aliquando permutato, sed in præsenti semper consistente: quoniam nihil ex eo præteriit, nihil rursus in eo futurum; sed hoc ipsum, quod est, semper existit: adeo ut æternitas sit non subjectum, sed quod ex ipso subjecto velut effulget secundum ipsam identitatem, quam de possessione non quidem futura, sed jam præsente sibi ipsi vindicat, promittens videlicet ita se habere, neque unquam aliter habiturum. Quid enim in posterum huic, quod nunc non sit, contingat? Neque rursus futurum aliquando, quod non est in præsentia. Neque enim est aliquid, a quo in præsens quandoque perveniat. Illud enim non aliud quic-

ἀλλὰ ἤδη ὄντος ταυτότητα, ὡς ἄρα οὕτω καὶ οὐκ ἄλλως. Τί γὰρ 327 ἂν καὶ ὕστερον αὐτῷ γένοιτο, ὃ μὴ νῦν ἐστι ; μηδ' αὖ ὕστερον ἐσόμενον, ὅ μὴ ἔστιν ἤδη. Οὔτε γάρ ἐστιν ἀφ' οὗ εἰς τὸ νῦν ἥξει. Ἐκεῖνο γὰρ ἦν οὐκ ἄλλο, ἀλλὰ τοῦτο, οὔτε μέλλοντος ἔσεσθαι, ὃ μὴ νῦν ἔχει ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τὸ ἦν ἕξει περὶ αὐτό. Τὶ γὰρ ἐστὶν D ὃ ἦν αὐτῷ, καὶ παρελήλυθεν ; οὔτε τὸ ἔσται, τί γὰρ ἔσται αὐτῷ ; Λείπεται δὴ, ἐν τῷ εἶναι τοῦτο ὅπερ ἔστιν εἶναι. Ὃ οὖν μήτε ἦν, μήτε ἔσται, ἀλλ' ἔστι μόνον, τοῦτο ἑστὼς ἔχον τὸ εἶναι, τῷ μὴ μεταβάλλειν εἰς τὸ ἔσται, μηδ' αὖ μεταβεβληκέναι ἐστὶν ὁ αἰών. Γίγνεται τοίνυν ἡ περὶ τὸ ὂν ἐν τῷ εἶναι ζωὴ ὁμοῦ πᾶσα, καὶ πλήρης ἀδιάστατος πανταχῆ. Τοῦτο ὃ δὴ ζητοῦμεν, αἰών. E

Οὐκ ἔξωθεν δὲ δεῖ συμβεβηκέναι νομίζειν τοῦτον ἐκείνῃ τῇ φύσει, ἀλλ' ἐν ἐκείνῃ καὶ ἐξ ἐκείνης, καὶ σὺν ἐκείνῃ. Ἐνορᾶται γὰρ ἐνοῦσα παρ' αὐτῆς, ὅτι καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα λέγομεν ἐκεῖ εἶναι ἐνυπάρχοντα ὁρῶντες λέγομεν ἐκ τῆς οὐσίας ἅπαντα, καὶ σὺν τῇ οὐσίᾳ. Τὰ γὰρ πρώτως ὄντα, συνόντα δεῖ τοῖς πρώτοις καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἶναι· ἐπεὶ καὶ τὸ καλὸν ἐν αὐτοῖς καὶ ἐξ αὐτῶν καὶ ἡ ἀλή- F θεια ἐν αὐτοῖς. Καὶ τὰ μὲν, ὥσπερ ἐν μέρει τοῦ παντὸς ὄντος, τὰ δὲ ἐν παντὶ, ὥσπερ καὶ τὸ ἀληθὲς τοῦτο πᾶν, οὐκ ἐκ τῶν μερῶν

1. ἀλλὰ ἤδη] Cod. Darm. ἀλλ' ἤδη cum Marc. B.E.
2. ὕστερον] In Cod. Mon. C. supra scriptum est a manu, ut videtur, Schegkii : πρότερον.
ib. ἐσόμενον] Codd. Marc. A.C.E. Mon. C. Med. A. (a pr. m.) B. Vat. ἐσομένου.
3. τὸ νῦν] Cod. Vat. τὸν νοῦν. Pro ἕξει correxi ἥξει ex Codd. Marcc.
5. οὔτε τὸ—παρελήλυθεν] Desunt hæc in Codd. Mon. C. Marc. A.
6. ὃ ἦν αὐτῷ] Cod. Vat. ὃ ἦν αὐτό.
7. μήτε ἦν] Cod. Vat. μήτε ἔστιν.
8. ἑστως] Codd. Ciz. Marc. C. ἑστός. Vat. ἔστ' ὡς.
ib. τῷ μὴ] Codd. Mon. Marc. A.C., τὸ μή.
9. ὁ αἰών] Cod. Ciz. omittit ὁ.
11. Τοῦτο δὴ ὃ] Codd. Mon. C. Med. A.B. Vat. τοῦτο ὃ δή. Ut rescripsi. Cod. Ciz. omittit δή.
12. δὲ δεῖ] Codd. Ciz. Marc. B.E. Med. A.B. Vat. dederunt δεῖ, quod abest ab Ed. In Codd. Marc. A.C. Mon. C. est δὲ δὴ, ibique Schegkius margini adscripsit : *οὐκ ἔξωθεν ζῇ ut tempori.*
13. ἐν ἐκείνῃ καὶ ἐξ] Desunt hæc in Cod. Ciz. ; ἐν abest a Codd. reliquis omnibus, excepto Marc. C. Fortasse scribendum ἀλλ' εἶναι ἐκείνην.
14. ὅτι καὶ] Cod. Vat. ὅτι omittit.
18. ἐν μέρει] Ita Codd. Mon. C. Med. A.B. Vat. Reliqui cum Ed. ἐν μέρη.
ib. τὰ δὲ ἐν] Cod. Vat. τὰ δ' ἐν cum Marcc.
19. ἀληθὲς] Codd. Marc. A.B.E. Med. A.B. Vat. ἀληθῶς.

quam, sed hoc ipsum esset, quod quidem non est futurum, quod nunc ex necessitate non habeat, neque circa se ipsum habet, quod dicitur ipsum *erat*. Quid enim est, quod erat ipsi atque præteriit? Neque rursus accidit, quod dicitur *erit*. Quid enim erit in ipso? Relinquitur igitur in ipso esse, hoc ipsum, quod est esse. Quod igitur neque erat, neque erit, sed est duntaxat : id stabiliter habens esse, propterea, quod neque permutatur in futurum, neque est a præterito permutatum, est æternitas. Est itaque ipsa circa ens in ipso esse vita simul tota et plena, et ubique prorsus indistans æternitas ipsa quam quærimus.

III. *Æternitas in essentia prima, non accidens, sed ut essentialis proprietas ejus : et illa essentia est vere totum ipsum atque omne. Item quo differat esse æternorum et esse temporalium.*

Neque profecto putandum est, æternitatem extrinsecus illi naturæ contingere, sed esse illam, atque ex illa, simulque cum illa. Inspicitur enim ex ipsa penitus insita : quoniam et reliqua omnia, quæcunque dicimus illic esse, inspicientes velut intima, dicimus ab essentia et simul cum essentia omnia esse : nam, quæ primo sunt, coexsistere oportet primis, et primis inesse, quoniam et pulchrum in ipsis est, atque ex ipsis : similiterque in eis est veritas. Et partim quidem totum ip-

327 ἠθροισμένον, ἀλλὰ τὰ μέρη γεννῆσαν αὐτὸ, ἵνα καὶ ταύτῃ ὡς ἀλη-
θῶς πᾶν ᾖ. Καὶ ἡ ἀλήθεια δὲ οὐ συμφωνία πρὸς ἄλλο ἐκεῖ, ἀλλ'
G αὐτοῦ ἑκάστου, οὗπερ ἀλήθεια. Δεῖ δὴ τὸ πᾶν τοῦτο τὸ ἀληθινὸν,
εἴπερ ἔσται πᾶν ὄντως, μὴ μόνον εἶναι πᾶν ᾗ ἐστι τὰ πάντα, ἀλλὰ
καὶ τὸ πᾶν ἔχειν οὕτως, ὡς μηδὲν ἐλλείπειν· εἰ τοῦτο, οὐ δ' ἔσται
τι αὐτῷ· εἰ γὰρ ἔσται, ἐλλεῖπον ἦν τοῦτο, Οὐκ ἄρα ἦν πᾶν· παρὰ
328 φύσιν δὲ, τί ἂν αὐτῷ γένοιτο πάσχει γὰρ οὐδέν. Εἰ οὖν μηδὲν
αὐτῷ γένοιτο, οὐδὲ μέλλει, οὐδὲ ἔσται, οὐδὲ ἐγένετο· τοῖς μὲν οὖν
γεννητοῖς εἰ ἀφέλοις τὸ ἔσται, ἅτε ἐπικτωμένοις ἀεὶ, εὐθὺς ὑπάρχει
μὴ εἶναι· τοῖς δὲ μὴ τοιούτοις εἰ προσθείης τὸ ἔσται, ὑπάρχει τὸ
ἐῤῥειν ἐκ τῆς τοῦ εἶναι ἕδρας. Δῆλον γὰρ, ὅτι ἦν αὐτοῖς τὸ εἶναι
οὐ σύμφυτον, εἰ γίγνοιτο ἐν τῷ μέλλειν, καὶ γενέσθαι, καὶ ἔσεσθαι
B εἰς ὕστερον. Κινδυνεύει γὰρ τοῖς μὲν γεννητοῖς ἡ οὐσία εἶναι, τὸ
ἐκ τοῦ ἐξ ἀρχῆς εἶναι τῆς γενέσεως, μέχρι περ ἂν εἰς ἔσχατον ἥκοι τοῦ
χρόνου, ἐν ᾧ μηκέτι ἐστί· τοῦτο δὴ τὸ ἔστιν εἶναι, καὶ εἴτις τοῦτο
παρέλοιτο, ἠλαττῶσθαι ὁ βίος· ὥστε καὶ τὸ εἶναι, καὶ τῷ παντὶ δεῖ,
εἰς ὅπερ οὕτως ἔσται. Διὸ καὶ σπεύδει πρὸς τὸ μέλλον εἶναι, καὶ
στῆναι οὐ θέλει ἕλκον τὸ εἶναι αὐτῷ ἐν τῷ τι ἄλλο καὶ ἄλλο ποιεῖν,

2. οὐ συμφωνία] Codd. Ciz. et Vat. οὐκ ἐν συμφωνίᾳ.
ib. ἀλλ' αὐτοῦ] Cod. Vat. ἀλλ' ἂν τοῦ. Marc. C. in seqq. ἡ ἀλήθεια.
3. τοῦτο τὸ] Abest τὸ a Codd. Med. B. Marc. E.
4. τὰ πάντα] Cod. Ciz. omittit τά.
5. οὕτως ὥστε μηδενί] Cod. Vat. ὄντως. Idem (cum Marc. A.C.E. Ciz. Mon. C. Med. B.) omittit τε et exhibet μηδέν: et sic correxi.
ib. τοῦτο] Codd. Ciz. Darm. Marc. A. B. Mon. C. τούτῳ, ut marg. Edit. Marc. E. τούτων.
7. μηδὲν] Marc. E. οὐδέν.
8. οὐδὲ ἐγένετο] Cod. Vat. οὐδ' ἐγένετο cum Marc. A.B.E.
9. γεννητοῖς] Codd. Med. B. Marc. A. E. γενητοῖς. Et ita iidem cum Cod. Ciz. paulo inferius.
ib. ἀφέλοις] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. ἀφέλῃς. Par. A. ἀφέλεις. Mox Marc. E. τὸ ἀεί.
11. ἔῤῥειν] Cod. Vat. ἔργειν. Sed supra lin. ρ.
ib. γὰρ, ὅτι] Abest ὅτι a Codd. Darm. et Med. A. Marc. B. Pro ἐν τῷ leg. vid. ἐκ τοῦ.
13. εἰς ὕστερον] Codd. Mon. C. Marc. A.E. ἐσύστερον. Verba καὶ ἔσεσθαι desunt in Marc. C.
14. ἥκοι] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. B. ἥκῃ. Vat. ἥκει.
15. μηκέτι] Cod. Vat. μηκέτ' cum Marc. A.B.E. Mox leg. vid. τοῦτο δὴ τὸ ἔστιν ἐστὶν εἶναι.
16. ἠλαττῶσθαι] Cod. Mon. C. ἠλλαττῶσθαι. Par. A. ἐλαττ. Vat. ἠλαττ.

sum est velut in parte, partim vero velut partes in toto, tanquam id re vera sit omne non ex partibus congregatum, sed ipsum partes generans, ut et hac ratione re vera sit omne. Veritas quinetiam illic vigens, non est consonantia quædam erga aliud, sed ipsius cujusque est proprie, cujus est et veritas. Oportet sane id omne verum, si modo vere sit omne, non solum esse omne, quatenus est omnia: verum etiam ipsum omne sic habere, ut nihil sibi desit. Quod si ita sit, neque erit ei quicquam: si enim erit, hac ex parte prius deficiebat. Non igitur antehac erat omne. Præter naturam vero huic accidere nihil potest. nihil enim patitur. Si ergo nihil ipsi fiat, certe neque futurum est aliquid, neque erit, neque fiebat, aut est factum. A rebus quidem [generabilibus] generalibus si abstuleris ipsum erit, quum in perpetua acquisitione versentur, subito non esse contingit. Rebus autem, quæ non sunt tales, si ipsum erit adjunxeris, accidit e sede ipsius esse labi. Manifestum enim ex hoc fuerit, ipsum esse non esse illis innatum, si fiat ex eo, quod futurum sit, et factum fuerit, et sit in posterum faciendum. Videtur enim in rebus generalibus [generabilibus] id potissimum essentia esse, scilicet tractus quidam ab ipso esse ex generationis initio, quousque ad temporis extrema perveniat, quando non sit ulterius, idque ipsum, quod dicitur, est in eis existere, ac si quis quicquam ex hoc ductu circumcidat, vita comminui: quapropter et esse diminui, et universo quidem esse ejusmodi oportet, quousque sic erit. Quam

καὶ κινεῖσθαι κύκλῳ, ἐφέσει τινὶ οὐσίας. Ὥστε εἶναι ἡμῖν εὑρημέ- 328 C νον, καὶ τὸ αἴτιον τῆς κινήσεως τῆς οὕτω σπευδούσης ἐπὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τῷ μέλλοντι. Τοῖς δὲ πρώτοις καὶ μακαρίοις οὐδὲ ἔφεσίς ἐστι τοῦ μέλλοντος, ἤδη γάρ εἰσι τὸ ὅλον, καὶ ὅπερ αὐτοῖς οἷον ὀφείλεται ζῆν, ἔχουσι πᾶν, ὥστε οὐδὲν ζητοῦσι, διότι τὸ μέλλον αὐτοῖς οὐδέν ἐστιν· οὐδ' ἄρα ἐκεῖνο ἐν ᾧ τὸ μέλλον. Ἡ οὖν τοῦ ὄντος παντελὴς οὐσία, καὶ ὅλη, οὐχ ἡ ἐν τοῖς μέρεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν τῷ μηδ' ἂν D ἔτι ἐλλείψειν, καὶ τῷ μηδὲν ἂν μὴ ὄν, αὐτῇ προσγενέσθαι. Οὐ γὰρ μόνα τὰ ὄντα πάντα δεῖ παρεῖναι τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ, ἀλλὰ καὶ μηδὲν τοῦ ποτὲ μὴ ὄντος. Αὕτη ἡ διάθεσις αὐτοῦ καὶ φύσις, εἴη ἄν, αἰών· αἰὼν γάρ, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ὄντος.

Τοῦτο δὲ ὅταν τινι προσβαλὼν τῇ ψυχῇ, ἔχω λέγειν περὶ αὐτοῦ· E μᾶλλον δὲ ὁρᾷν αὐτὸ τοιοῦτον, οἷον μηδὲν περὶ αὐτὸ ὅλως γεγονέναι· εἰ γὰρ τοῦτο, οὐκ ἀεὶ ὄν, ἢ οὐκ ἀεί τι ὅλον ὄν. Ἆρα οὖν ἤδη ἀΐδιον, εἰ μή, καὶ ἐνυπάρχει αὐτῷ τοιαύτη φύσις ὡς πίστιν ἔχειν περὶ αὐτοῦ, ὡς οὕτω καὶ μὴ ἄλλως ἔτι· ὡς εἰ πάλιν προσβάλλοις εὑρεῖν

1. τινι οὐσίας] Marc. E. τινὸς οὐσίας.
2. οὕτω σπευδούσης] Solus Cod. Vat. οὕτω. Reliqui cum Ed. οὕτως. Ita ex eodem post initium cap. IV. pro οὕτως καὶ scripsi οὕτω καὶ. Mox Marc. E. ἐπὶ τό, quod recepi. Ed. ἐπὶ τῷ.
3. οὐδὲ] Codd. Ciz. et Vat. οὐδέν.
5. ὥστε οὐδὲν—ἐν ᾧ τὸ μέλλον] Desunt hæc in Marc. E.
6. οὐδ' ἄρα] Cod. Ciz. οὐδ' ἄρα.
ib. Ἡ οὖν—μόνον] Omissa sunt hæc in Codd. Ciz. et Vat.
7. οὐχὶ ἐν] Ita Ed. Sed Codd. Med. A B. Par. A. Marc. A.B.E. οὐχ ἡ ἐν, quos sequor. Mox Marc. C. ἀλλὰ καὶ ἐν.
8. τῷ μηδὲν] Codd. Ciz. Marc. A.E. Mon. C. Par. A. Vat. τὸ μηδέν. Marc. E. omittit proximum πάντα, et post ἀλλά vocem καί. Fort. leg. καὶ ἐν τῷ μηδέν.
10. Αὕτη ἡ] Cod. Vat. αὐτὴ ἡ.
ib. αὐτοῦ καὶ φύσις] Codd. Med. A.B. καὶ αὐτοῦ φύσις.
12. Τοῦτο δὲ—καὶ ἀεὶ ὄν] Decem hæ lineæ desunt in Marc. E. In Marc. C. est προσλαβὼν pro προσβαλών.
ib. περὶ αὐτοῦ] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m) Par. A. Marc. B. ut marg. Ed. περὶ αὐτῆς.
13. ὅλως] Cod. Vat. ἄλλως.
14. εἰ γὰρ ἄγει] Cod. Ciz. οὐ pro εἰ. Idem cum reliquis fere omnibus ut marg. Ed. omittit ἄγει. Marc. C. habet ἄγει γὰρ τοῦτο. Nos ἄγει delevimus.
ib. ἀεὶ ὄν] Cod. Mon. C. ἂν ὄν.
ib. Ἆρα οὖν] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. ἆρ' οὖν.
15. ἐνυπάρχει] Codd. Med. A.B. Par. A. ἐνυπάρχοι.
16. προσβάλλοις] Codd. Marc. B.C. Med. A.B. Par. A. προσβάλοις.

ob rem ad ipsum esse futurum natura festinat, neque vult quiescere: quippe cum esse sibi hauriat, dum aliud quiddam atque aliud agit, moveturque in orbem quodam essentiæ desiderio. Itaque esse nobis in his sic est inventum. Inventa et causa motionis ad semper esse, futuri adminiculo properantis. Primis autem rebus atque beatis neque desiderium inest futuri: jam enim totum sunt, et quicquid habere vitæ debent, jam totum possident, ideo nihil quærunt, quoniam his nihil est futurum: neque igitur illud eis accidit, in quo est futurum. Ipsa igitur absoluta entis essentia et tota, quæ et non discerpatur in partes, sed in partibus suis tota sit, et in nullo deficiat, nihilque sibi desit, et cui nihil omnino, quod non ens dicatur, possit accidere. Non enim solum entia omnia oportet omni totique adesse, sed etiam nihil aliquando non entis accidere. Hæc inquam proprietas ipsiusque natura æternitas est, id est ævum. Ævum enim ab eo, quod est semper, est dictum.

IV. *Æterna quadam potentia ipsam contemplamur æternitatem, quæ est infinita quædam vita simul tota.*

Id ita potissimum se habere cognoscitur, quando quis mentem ad aliquid adhibens, potest de ipso dicere: imo vero cernere ipsum tale, ut nihil prorsus circa id factum aliquando fuerit: alioquin non semper ens existeret, vel non semper aliquid ens totum. Numquid jam sempiternum est? nisi natura quoque insit ejusmodi, ut de eo procul dubio credi possit, ita nec aliter ulterius se habere adeo, ut, si rursum id respexeris, sis tale similiter inventurus. Quid vero, si quis nunquam ab ejus contemplatione destiterit, sed assidue perseveraverit naturam admiratus, possitque indefessa quadam natura perseverare, for-

328
F τοιοῦτον. Τί οὖν εἰ μηδὲ ἀφίσταιτό τις αὐτοῦ τῆς θέας, ἀλλὰ συνὼν
εἴη, τῆς φύσεως ἀγασθεὶς, καὶ δυνατὸς τοῦτο πράττειν ἀτρύτῳ φύ-
σει, ἢ δραμὼν καὶ αὐτὸς, εἰς αἰῶνα ἔσται, καὶ οὐκ ἀποκλίνων οὐδαμῇ,
ἵν' ᾖ ὅμοιος καὶ αἰώνιος, τῷ ἐν αὐτῷ αἰωνίῳ τὸν αἰῶνα καὶ τὸ αἰώνιον
θεώμενος. Εἰ οὖν τὸ οὕτως ἔχον αἰώνιον καὶ ἀεὶ ὂν, τὸ μὴ ἀποκλί-
νον εἰς ἑτέραν φύσιν κατὰ μηδὲν, ζωὴν ἔχον, ἣν ἔχει πᾶσαν ἤδη,
G οὐ προσλαβὸν, οὐδὲ προσλαμβάνον, ἢ προσληψόμενον, εἴη ἂν ἀΐδιον
μὲν τὸ οὕτως ἔχον· ἀϊδιότης δὲ ἡ τοιαύτη κατάστασις τοῦ ὑποκειμέ-
329 νου, ἐξ αὐτοῦ οὖσα καὶ ἐν αὐτῷ· αἰὼν δὲ, τὸ ὑποκείμενον μετὰ τῆς
τοιαύτης καταστάσεως ἐμφαινομένης. Ὅθεν σεμνὸν ὁ αἰὼν, καὶ
ταὐτὸν τῷ θεῷ, ἡ ἔννοια λέγει. Λέγει δὲ ταὐτὸν τῷ θεῷ, καὶ καλῶς
ἂν λέγοιτο ὁ αἰὼν θεὸς, ἐμφαίνων καὶ προφαίνων ἑαυτὸν, οἷός ἐστι
τὸ εἶναι ὡς ἀτρεμὲς καὶ ταὐτὸν, καὶ οὕτω καὶ τὸ βεβαίως ἐν ζωῇ.
B Εἰ δ' ἐκ πολλῶν λέγομεν αὐτὸν, οὐ δεῖ θαυμάζειν, Πολλὰ γὰρ ἕκα-
στον τῶν ἐκεῖ διὰ δύναμιν ἄπειρον, ἐπεὶ καὶ τὸ ἄπειρον, τῷ μὴ ἂν
ἐπιλείπειν, Καὶ τοῦτο κυρίως, ὅτι μηδὲν αὐτοῦ ἀναλίσκει. Καὶ
εἴ τις οὕτως τὸν αἰῶνα λέγοι, ζωὴν ἄπειρον ἤδη τῷ πᾶσαν εἶναι, καὶ
μηδὲν ἀναλίσκειν αὐτῆς, τῷ μὴ παρεληλυθέναι, μηδ' αὖ μέλλειν,

1. τοιοῦτον] Codd. omnes ut marg. Ed. τοιοῦτον. Ed. τοῦτο.
3. ἔσται] Cod. Med. A. ut marg. Ed. sed ex corr. ἔστη, cum Marc. B.
4. τὸ αἰώνιον] Cod. Vat. τὸν αἰώνιον. Pro αἰωνίῳ Marc. C. αἰῶνι.
5. ἀποκλίνον] Cod. Vat. ἀποκλίνων. Marc. E. ἀποκλῖνον.
8. ἡ τοιαύτη] Abest ἡ a Cod. Marc. E. Idem omittit τοῦ ὑποκ.—ἐν αὐτῷ.
10. σεμνὸν] Codd. Ciz. καὶ σεμνόν. Cod. Marc. E. omittit omnia quæ sunt inter ἐμφαινομένης et Εἰ δ' ἐκ.
11. ἡ ἔννοια—τῷ θεῷ] Desunt hæc in Cod. Par. A. In Cod. Darm. est ἡ ἕνια, in Cod. Med. A. εἰ ἕνια, in Marc. B. (in marg.) ἡ ἔννοια.
ib. δὲ ταὐτὸν τῷ] Codd. Vat. Marc. C. τοῦτο. In marg. Cod. Ciz. adscriptum est: ταὐτὸ forte leg. Correxi ταὐτόν. Ed. τούτῳ.
ib. καλῶς ἂν] Cod. Vat. καλῶς αὖ. Mox Marc. A. προσφαίνων. Marc. C. omittit ἑαυτόν.
12. ὁ αἰὼν] Cod. Ciz. omittit ὁ.
13. ἀτρεμὲς] Cod. Vat. ἀτρεκές.
ib. καὶ οὕτω] Codd. Par. A. et Vat. καὶ οὕτως.
14. Εἰ δ' ἐκ] Cod. Vat. εἰ δὲ ἐκ.
15. τῷ μὴ] Cum marg. Ed. habent τό. Codd. Ciz. Marc. A.B.E. Mon. C. Par. A. Vat.
ib. ἂν ἐπιλείπειν] Ita Codd. Darm. Marc. B.C.E. Par. A. Vat. Cod. Ciz. habet ἂν ἐπιβλέπειν. Ed. ἀνεπιλείπειν. Marc A. ἂν ἐλλείπειν.
17. οὕτως τὸν] Codd. Ciz. et Vat. οὕτω cum Marc. A. In Marc. C. est οὗτος.
ib. λέγοι] Cod. Med. A. λέγει et sic Marc. E.
ib. καὶ μηδὲν—ἤδη γάρ] Desunt hæc in Codd. Mon. C. Marc. A.
18. τῷ μὴ] Cod. Vat. τῷ omisso μή. Marc. B.E. τῷ μή. Ed. τό.

san confugiens ipse in æternitatem ibidem sistit pedem, nusquam omnino declinans ut similis æternusque sit, dum eo, quod in ipso est æternum, æternitatem æternumque contemplatur. Si igitur, quod ita se habet, est æternum, et semper ens, quod quidem in naturam alteram minime labitur, vitam, quam habet totam jam possidens, neque accepit quicquam, neque accipit, neque est accepturum: quod ita, inquam, se habet, est procul dubio sempiternum. Sempiternitas autem est talis quædam subjecti constitutio, ex eo et in eo simul existens: ævum vero, id est æternitas, subjectum una cum ejusmodi constitutione ibi micante. Quam ob rem venerandum aliquid est ævum æternitasque, idemque cum Deo, siquidem id insita dictat intelligentia. Dictat autem idem esse huic Deo, quem entis et vitæ nomine nuncupamus. Atqui recte dici potest ævum sive æternitas esse Deus, fulgens proferensque in lucem se ipsum, qualis potissimum est secundum esse: esse, inquam, incommutabile penitus atque idem, et ita firmiter in vita consistens. Neque vero mirari quisquam debet, quod ipsum dicamus ex multis. Quodlibet enim eorum, quæ illic sunt, multa dicitur ob potentiam infinitam, quando et infinitum ibi dicitur, quia nullo modo deficiat. Et hoc quidem præcipue, quoniam e suo nihil amittat; ac si quis æternitatem ita de-

ἤδη γὰρ οὐκ ἂν εἴη πᾶσα· ἐγγὺς ἂν εἴη τοῦ ὁρίζεσθαι. Τὸ γὰρ ἑξῆς 329 C
τῷ πᾶσαν εἶναι, καὶ μηδὲν ἀναλίσκειν, ἐξήγησις ἂν εἴη τοῦ ἄπειρον
ἤδη εἶναι.

Ἐπειδὴ δὲ ἡ τοιαύτη φύσις οὕτω παγκάλη καὶ ἀΐδιος περὶ τὸ ἕν,
καὶ ἀπ' ἐκείνου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο, οὐδὲν ἐκβαίνουσα ἀπ' αὐτοῦ. μένουσα
δὲ ἀεὶ περὶ ἐκεῖνο καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ ζῶσα κατ' ἐκεῖνο, εἴρηταί τε ὡς
ἐγὼ οἶμαι τοῦτο, τῷ Πλάτωνι καλῶς καὶ βαθείᾳ τῇ γνώμῃ, καὶ οὐκ D
ἄλλως. Τοῦτο δὴ τὸ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνί· ἵνα μὴ μόνον ᾖ αὐτὸς
αὐτὸν εἰς ἓν πρὸς ἑαυτὸν ἄγων, ἀλλ' ᾖ περὶ τὸ ἓν τοῦ ὄντος ζωὴ
ὡσαύτως. Τοῦτο, ὃ δὴ ζητοῦμεν, καὶ τὸ οὕτω μένον, αἰὼν εἶναι.
Τὸ γὰρ τοῦτο καὶ οὕτω μένον, καὶ αὐτὸ τὸ μένον ὅ ἐστιν ἐνέργεια
ζωῆς μενούσης παρ' αὑτῆς πρὸς ἐκεῖνο, καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ οὔτε τὸ
εἶναι, οὔτε τὸ ζῆν ψευδομένη, ἔχοι ἂν τὸ αἰὼν εἶναι. Τὸ γὰρ ἀλη- E
θῶς εἶναί ἐστι τὸ οὐδέποτε μὴ εἶναι, οὐδ' ἄλλως εἶναι· τοῦτο δὲ
ὡσαύτως εἶναι, τοῦτο δὲ ἀδιαφόρως εἶναι. Οὐκ ἔχει οὖν ὁτιοῦν, τὸ
ἄλλο καὶ ἄλλο, οὐδ' ἄρα διαστήσεις, οὐδ' ἐξελίξεις, οὐδὲ προ-

1. οὐκ ἂν] Cod. Mon. C. καὶ οὐκ ἄν.
ib. ὁρίζεσθαι] Cod. Vat. γνωρίζεσθαι.
4. Ἐπειδὴ] Cod. Par. A. ἐπεὶ δέ.
ib. τὸ ἕν,] Codd. Mon. C. Marc. A.C. E. Med. B. Vat. τὸ ἕν, καὶ. In Ed. deest καί.
5. ἀπ' αὐτοῦ] Codd., exceptis Marc. C. Med. A.B., omnes, ut marg. Ed. ἀπ' αὐτοῦ. Ed. αὐτῆς.
6. ἐν ἐκείνῳ] Cod. Vat. a pr. m. σὺν ἐκείνῳ.
ib. καὶ μετ' ἐκεῖνο] Ita Ed. Sed Codd. fere omnes, exceptis Med. A.B., cum marg. Ed. κατ' ἐκεῖνο. Marc. C. ζῶσα καὶ κατ' ἐκεῖνο. Marc. E. in seqq. omittit τοῦτο.
ib. εἴρηται] Cod. Vat. εἰρήσεται.
7. βαθείᾳ] Ita solus Cod. Vat. In Cod. Par. A. est βαθεία. Reliqui cum Ed. βαθεῖα.
ib. οὐ καλῶς] Ita Ed. Sed Codd. Marc. A.B.E. Mon. C. Med. A.B. Vat. οὐκ ἄλλως. Ita legit Fic. et recte.
8. Τοῦτο δὴ] Cod. Ciz. τοῦτο δέ.
ib. τὸ μὲν ὄντος] Ita Ed. Sed Codd. omnes, exceptis Marc. C. (ubi est τὸ μὲν ὄντως) Med. A.B., cum marg. Ed. τὸ μένοντος, quod recepi.
ib. αὐτὸς αὐτὸν] Codd. Mon. C. Marc. A.C. αὐτὸς ἑαυτόν. Marc. E. αὐτός αὐτήν.
9. ἑαυτὸν] Cod. Mon. C. αὐτόν cum Marc. A.
ib. ἀλλ' ᾖ] Codd. Darm. Marc. et Par. A. ut marg. Ed. ἀλλ' ἤ. Codd. Ciz. et Vat. ἀλλ' ἤ. Mox Marc. C. περὶ ἕν.
10. Τοῦτο, ὃ δὴ] Codd. Marc. B.E. Med. A. τοῦτο δὴ ὅ.
ib. αἰὼν εἶναι] Cod. Ciz. αἰῶνα εἶναι.
15. εἶναι, τοῦτο δὲ] Codd., præter Darm. et Med. A., fere omnes εἶναι, τοῦ δέ. Marc. E. τοῦτο δέ. Quod recepi. Ed. τὸ δὲ.
ib. ὁτιοῦν] Ita Codd. Par. A. et Vat. Reliqui cum Ed. ὁποιοῦν.
16. ἐξελίξεις] Cod. Vat. ἐλελίξεις.
ib. οὐδὲ πράξεις] Cum marg. Ed. habent οὐδὲ προσέξει; Codd. Marc. B. Darm. Med. A. a pr. m. Par. A. In Codd. Ciz. Marc. A.E. Med. B. et Vat. est προσάξεις; in Codd. Mon. C. et Med. A. (ex corr.) προσάξεις. Illud recepi.

scripserit, scilicet vitam jam infinitam, ex eo, quod sit universa: nihilque amittat, cum nihil vel præterierit, vel sit futurum, alioquin jam tota non esset: is profecto proxime ad definitionem ejus accedet. Quod enim deinceps subditur [scilicet] huic totam esse, nihilque amittere, expositio quædam est ejus, quod dicebatur, scilicet vita jam infinita.

V. *Æternitas est actus primæ mentis in uno, et circa unum, simul totus: atque est ipsum esse præsens tantum, sive ipsum re vera ens, in quo quod ipsum semper dicitur, necessario continetur.*

Quoniam vero natura talis omni pulchritudine pollens, atque sempiterna circa ipsum unum extat, ab illo et ad illud, nullo modo ab ipso digrediens, sed manens circa illud semper, atque in illo, secundumque illud vivens, idcirco dictum est a Platone non temere, sed præclare admodum profundaque sententia, scilicet æternitas manet in uno: ut videlicet non solum ipse eam in unum, quod in ipsa est, redigat, sed etiam ipsa entis vita circa ipsum unum similiter se reducat. Hoc itaque est, quod quærimus, quodve ita permanet, est æternitas. Id namque ipsum et ita manens, et hoc ipsum permanens, quod quidem est actus vitæ manentis ex se ipsa, ad illud, atque in illo, neque in essendo, neque in vivendo mentitur, absque controversia est æternitas: nam vere esse est nunquam non esse, neque aliter esse. Id autem eodem modo esse, hoc vero sine diversitate esse: aliud igitur aliudve non habet. Neque

329 ἄξεις, οὐδὲ παρατενεῖς, οὐδ' ἄρα οὐδὲ πρότερον αὐτοῦ, οὐδέ τι
ὕστερον λαβεῖν ἔχεις. Εἰ οὖν μήτε πρότερον μήτε ὕστερον, μήτε
F ὕστερον περὶ αὐτὸ, τὸ δ' ἔστιν ἀληθέστατα τῶν περὶ αὐτὸ καὶ αὐτό·
καὶ οὕτως δὲ, ὅτι ἐστίν ὡς οὐσία ἢ τὸ ζῆν. Πάλιν αὖ ἥκει ἡμῖν
τοῦτο ὃ δὴ λέγομεν ὁ αἰών. Ὅταν δὲ τὸ ἀεὶ λέγωμεν, καὶ τὸ οὐ ποτὲ
μὲν ὂν, ποτὲ δὲ μὴ ὂν, ἡμῖν ἕνεκα τῆς σαφηνείας δεῖ νομίζειν λέγε-
σθαι· ἐπεὶ τό γε ἀεὶ τάχ' ἂν οὐ κυρίως λέγοιτο, ἀλλὰ ληφθὲν εἰς δή-
G λωσιν τοῦ ἀφθάρτου πλανῷ ἂν τὴν ψυχὴν, εἰς ἔκβασιν τοῦ πλείο-
νος· καὶ ἔτι ὡς μὴ ἐπιλείψοντός ποτε, τόδε ἴσως βέλτιον ἦν μόνον τὸ
ὂν λέγειν. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ ὂν ἀρκοῦν ὄνομα τῇ οὐσίᾳ, ἐπειδὴ καὶ
330 τὴν γένεσιν οὐσίαν ἐνόμιζον, ἐδεήθησαν, πρὸς τὸ μαθεῖν, καὶ προσ-
θήκης τοῦ ἀεί. Οὐ γὰρ ἄλλο μέν ἐστιν ὂν, ἄλλο δὲ τὸ ἀεὶ ὄν·
ὥσπερ οὐδ' ἄλλο μὲν φιλόσοφος, ἄλλο δὲ ὁ ἀληθινός· ἀλλ' ὅτι τὸ
ὑποδυόμενον ἦν φιλοσοφίαν, ἡ προσθήκη τοῦ ἀληθινοῦ ἐγένετο· οὕτω
καὶ τῷ ὄντι, τὸ ἀεὶ, καὶ τὸ ὂν, τῷ ἀεί· ὥστε λέγεσθαι ἀεὶ ὂν, διὸ
ληπτέον τὸ ἀεὶ, οἷον ἀληθῶς ὂν λέγεσθαι. Καὶ συναιρετέον τὸ ἀεὶ

1. οὐδ' ἔτι] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. et Vat. οὐδέ τι.
2. μήτε ὕστερον] Desunt hæc in Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A.B.E. Par. A. Vat. In Marc. C. est οὔτε ὕστερον.
3. ἀληθέστατα] Codd. Ciz. Marc. A. E. Mon. C. Vat. ἀληθέστατον. Marc. C. —τος.
4. οὕτως δὲ] Codd. Ciz. Marc. A.E. Mon. C. Vat. οὕτω δέ.
ib. τὸ ζῆν] Codd. Mon. C. Marc. A.E. Par. A. τῷ ζῆν.
6. οὕτω μὲν ὂν] Ita Ed. Sed cum marg. Ed. habent οὐ ποτὲ μὲν ὂν Codd. omnes, præter Cod. Vat., in quo est οὐποτὲ μὲν ὂν οὐποτὲ δὲ μὴ ὄν.
ib. ἡμῶν ἕνεκα] Ita Ed. Sed Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. ἡμῖν ἕνεκα. Neutrum expressit Ficin. et fortasse ortum ex prægresso μὴ ὄν;
ib. σαφηνείας] Ita Codd., excepto Ciz., omnes. Ed. συναφείας.
7. ληφθὲν] Codd. Vat. et Ciz. ληφθείς.
8. πλανῷ] Ita Cod. Mon. A. Reliqui cum Ed. πλανῶ, nisi quod Ciz. habet πλανώη.
9. ἴσως] In Cod. Mon. C. videtur scriptum ἴσος.
ib. τὸ ὂν] Codd. Darm. Mon. C. (ut videtur) Par. A. Vat. τὸ ὤν.
10. Ἀλλ' ὥσπερ] Codd. Mon. C. Vat. ἀλλὰ ὥσπερ. Verba Ἀλλ' ὥσπερ—ἡ τοιαυτη φύσις (decem lineæ) desunt in Marc. E. In Marc. C. deest ὄνομα.
13. ἀλλ' ὅτι—ἦν] Sic Codd. omnes cum marg. Ed. ἀλλ' ὅτι τὸ ὑποδυόμενον ἦν, excepto Marc. E. qui cum Ed. habet ἄλλο δὲ—ἐστί.
15. καὶ τὸ ὂν—τὸ ἀεὶ] Desunt hæc in Cod. Par. A. In Codd. rell., præter Darm., scribitur καὶ τῷ ὢν τὸ ἀεί. Darm. καὶ τῷ ὢν τῷ ἀεί.
ib. ἀεὶ ὂν] Codd. Ciz. Marc. A.B. Mon. A. Vat. ἀεὶ ὤν.
16. ἀληθῶς ὂν] Codd. Ciz. Mon. A. Par. A. Marc. A.B. Vat. ἀληθῶς ὤν.

tu igitur in vera ejus contemplatione distantiam finges, neque extrinsecus explicabis, neque [adjunges] produces, neque protendes: neque igitur vel prius, vel posterius in eo quicquam accipies. Quod si neque prius, neque posterius penes ipsum fingi potest, sed ipsum quod dicitur est, verissimum est omnium, quæ de illo dicuntur, imo est id ipsum, atque ita est, ut essentia sit et vita. In his inquam nobis succurrit rursum, quod dicimus ævum. Quando vero dicimus ipsum semper: item ipsum non aliquando quidem ens, aliquando vero non ens, putandum est, id declarationis gratia dici: quoniam ipsum semper forte non præcipue dicitur, sed assumptum ad ostendendum incorruptibile, animum potest reddere vagabundum per quendam in plura exitum et proventum: item significat rem nunquam deficientem. Forsan vero præstabat id tantum ens dicere. Verum quemadmodum ens nomen est essentiæ ipsi sufficiens, attamen, quia generationem quoque esse multi putarunt essentiam, opus fuit disciplinæ gratia ipsum semper adjungere. Non enim aliud quiddam est ens, aliud vero semper ens: sicut neque aliud est philosophus, aliud vero philosophus verus. Veruntamen, quia nonnulli philosophiam simulant, adjunctum est philosophus verus. Sic et enti ipsum semper, et ipsi semper adjungitur ens, adeo ut dicatur aion, id est semper ens: unde dicitur æon, id est ævum: quapropter sic accipiendum est ipsum semper cum ente, ut vere ens nobis significet. Profecto colligendum est ipsum semper ad indis-

330 εἰς ἀδιάστατον δύναμιν, τὴν οὐδὲν δεομένην οὐδενὸς, μεθ' ὃ ἤδη ἔχει· ἔχει δὲ τὸ πᾶν. Πᾶν οὖν καὶ ὂν καὶ κατὰ πᾶν οὐκ ἐνδεὲς, B καὶ οὐ ταύτῃ μὲν πλῆρες, ἄλλῃ δὲ ἐλλεῖπον ἡ τοιαύτη φύσις. Τὸ γὰρ ἐν χρόνῳ κἂν τέλειον ᾖ ὡς δοκεῖ, οἷον σῶμά τι ἱκανὸν, ψυχῇ τέλειον, δεόμενον καὶ τοῦ ἔπειτα, ἐλλεῖπον τῷ χρόνῳ, οὗ δεῖται. ὥστε σὺν ἐκείνῳ εἰ παρείη αὐτῷ, καὶ συνθέοι, ὂν ἀτελὲς, ταύτῃ ὂν ὁμωνύμως ἂν τέλειον λέγοιτο. ὅτῳ δὲ ὑπάρχει μηδὲ τοῦ ἔπειτα δεῖ- C σθαι, μήτε εἰς χρόνον ἄλλον μεμετρημένον, μήτε τὸν ἄπειρον, καὶ ἀπείρως ἐσόμενον, ἀλλ' ὅπερ δεῖ εἶναι, τοῦτο ἔχει, τοῦτό ἐστιν, οὗ ἡ ἔννοια ἐπορέγεται, ᾧ τὸ εἶναι, οὐκ ἐκ τοῦ τοσοῦδε, ἀλλὰ πρὸ τοῦ τοσοῦδε. Ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ, μηδὲ τοσῷδε ὄντι, πάντῃ μηδενὸς ἐφάπτεσθαι τοσοῦδε, ἵνα μὴ ἡ ζωὴ αὐτοῦ μερισθεῖσα τὸ καθαρῶς D ἀμερὲς αὐτοῦ ἀνέλῃ, ἀλλ' ᾖ καὶ τῇ ζωῇ ἀμερὲς, καὶ τῇ οὐσίᾳ. Τὸ δ' ἀγαθὸς ἦν, ἀναφέρει εἰς ἔννοιαν τοῦ παντὸς, σημαίνων τῷ ἐπέκεινα παντὶ, τὸ μὴ ἀπὸ χρόνου τινός. Ὥστε μηδὲ τὸν κόσμον ἀρχήν τινα χρονικὴν εἰληφέναι, τῆς αἰτίας τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸ πρότερον παρεχούσης. Ἀλλ' ὅμως δηλώσεως χάριν τοῦτο εἰπὼν μέμφεται

1. οὐδενός] Cod. Med. A. omittit hoc vocabulum, itemque Marc. B.
4. τέλειον ᾖ] Abest ᾖ a Cod. Med. B.
ib. σώματι] Codd. Med. A. (ex corr.) Marc. A.B. Vat. σῶμά τι, et ita Fic. quem sequor.
6. ὥστε σὺν] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. cum marg. Ed. ὥστε σὺν. Sed Ed. ἅτε σὺν.
7. λέγοιτο] Codd. Darm. et Med. A. (a pr. m.) γίνοιτο. Marc. ἂν ὂν λέγοιτο καὶ τέλειον.
ib. οὐ τῷδε ὑπάρχειν] Sic Ed. Sed Codd. Darm. Marc. A.B.E. Mon. A. Med. A.B. cum marg. Ed. ὅτῳ δὲ ὑπάρχει. Codd. Ciz. Vat. οὕτω δὲ ὑπάρχει. Par. A. ὅτῳ δὲ ὑπάρχειν. Nos potiores sequimur.
9. τοῦτο ἔχει] Codd. Med. B. Vat. τοῦτο ἔχῃ.
10. ᾧ τὸ εἶναι] Sic Codd. omnes cum marg. Ed. ᾧ τὸ εἶναι. Sed Ed. ὡς τὸ ε.
ib. τοῦ τοσοῦδε] Cod. Darm. τοῦτο σοῦδε. Marc. C. omittit ἀλλὰ—τοσοῦδε.
ib. πρὸ τοῦ] Cod. Mon. C. πρὸς τοῦ.
13. ἀμερές] In Cod. Mon. C. videtur scriptum ἀκερές. In eodem mox pro ἀνέλῃ est ἀνέλης: in Marc. E. ἀνελῇ.
ib. ἀλλ' ᾖ] Codd. Par. A. et Vat. ἀλλ' ἤ.
ib. Τὸ δ' ἀγαθός] Cod. Med. B. τὸ δέ γε ἀγαθός. Ad marg. Cod. Ciz. scriptum est: *Verba sunt Timæi de opifice, cui tempus præteritum attribuit* Inde ab his verbis usque ad p. 335. C. lin. 8. desunt omnia in Cod. Marc. E., qui in eadem linea pergit λέγοι δ' ἂν κ. τ. λ.
17. πᾶν ἐχούσης] Sic Ed. Sed Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. ut marg. Ed. παρεχούσης.

tantem potentiam demonstrandam, quæ præter id, quod habet, nullius indigeat, habet autem omne. Omne igitur est et ens, atque per omne nullius indigum. Ejusmodi vero natura non est hac quidem ex parte plena, alia vero vacua. Quod enim in tempore est, quamvis perfectum videatur velut corpus aliquod sufficiens animæ, per animam est perfectum, indigetque alicujus quandoque futuri, utpote cui tempus illud, quo indiget, desit. Quapropter simul cum illo si quando præsens immineat, atque concurrat, imperfectum existens, hac utique ratione ens æquivoce perfectum esse dicetur. Quod vero tale est, ut neque futuro egeat, neque redigatur in tempus aliud mensuratum, neque infinitum et infinite futurum: sed quicquid expedit esse jam habet, id profecto est, quod intelligentia nostra desiderat: cui quidem esse non advenit ex aliquo tanto, sed ei adest etiam ante quodlibet tantum. Decet enim ipsum quum neque tantum aliquod sit, omnino nihil tantum aut tantum attingere, ne vita ejus jam divisa naturam ipsius penitus indivisibilem perdat, sed sit tum per vitam, tum per essentiam individuum. Quod autem dicitur in Timæo, mundi artifex bonus erat, refert ad intelligentiam universi; significans in eo, quod ponit aliquid super universum, non intelligendum hoc ex quodam tempore. Quam ob rem neque mundum initium aliquod temporale esse sortitum: quippe cum ipsa, quæ essendi huic est causa, id quod dicitur, prius adhibeat. Veruntamen postquam id declarationis gratia dix-

330 E ὕστερον καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι, ὡς οὐδ' αὐτοῦ ὀρθῶς πάντη λεγομέ-
νου ἐπὶ τῶν τὸν λεγόμενον καὶ νοούμενον αἰῶνα εἰληχότων.

Ταῦτα οὖν λέγομεν, ἆρά γε μαρτυροῦντες ἑτέροις, καὶ ὡς περὶ
ἀλλοτρίων τοὺς λόγους ποιούμεθα; καὶ πῶς; τίς γὰρ ἂν σύνεσις
γένοιτο μὴ ἐφαπτομένοις; πῶς δ' ἂν ἐφαψαίμεθα τοῖς ἀλλοτρίοις;
Δεῖ ἄρα καὶ ἡμῖν μετεῖναι τοῦ αἰῶνος. Ἀλλ' ἐν χρόνῳ οὖσι, πῶς;
F ἀλλὰ πῶς ἐν χρόνῳ, καὶ πῶς ἐν αἰῶνι ἐστὶν εἶναι γνωσθείη ἄν, εὑ-
ρεθέντος πρότερον τοῦ χρόνου· καὶ τοίνυν καταβατέον ἡμῖν ἐξ αἰῶνος
ἐπὶ τὴν ζήτησιν τοῦ χρόνου, καὶ τὸν χρόνον· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἦν ἡ πο-
ρεία πρὸς τὸ ἄνω· νῦν δὲ λέγομεν ἤδη, οὐ πάντη καταβάντες, ἀλλ'
οὕτως ὥσπερ κατέβη χρόνος. Εἰ μὲν περὶ χρόνου εἰρημένον μηδὲν
G ἦν τοῖς παλαιοῖς καὶ μακαρίοις ἀνδράσιν, ἐχρῆν τῷ αἰῶνι ἐξ ἀρχῆς
331 I συνείραντας τὸ ἐφεξῆς λέγειν τὰ δοκοῦντα περὶ αὐτοῦ, πειρωμένους
τῇ ἐννοίᾳ αὐτοῦ, ἣν κεκτήμεθα, ἐφαρμόζειν τὴν λεγομένην ὑφ' ἡμῶν
δόξαν· νῦν δὲ ἀναγκαῖον πρότερον λαβεῖν τὰ μάλιστα ἀξίως λόγου
εἰρημένα, σκοποῦντας, εἴ τινι αὐτῶν συμφώνως ὁ παρ' ἡμῶν ἕξει
λόγος. Τριχῇ δ' ἴσως διαιρετέον τοὺς λεγομένους περὶ αὐτοῦ λόγους
τὴν πρώτην. Ἢ γὰρ κίνησις ἡ λεγομένη ἢ τὸ κινούμενον λέγοι ἄν,

1. *αὐτοῦ*] Cod. Ciz. *αὖ τοῦ*.
6. *Ἀλλ' ἐν*] Codd. Marc. A.B.C. Mon. A. Vat. *ἀλλὰ ἐν*. Med. B. *ἀλλὰ καὶ ἐν*.
7. *εὑρεθέντος πρότερον*] Marc. A. *πρότερον εὑρεθέντος*.
9. *γὰρ ἦν ἡ*] Cod. Vat. *γὰρ ἢ ἡ*.
10. *λέγομεν*] Codd. Marc. A.B.C. Mon. C. Med. A. *λέγωμεν*.
ib. *οὐ πάνυ*] Codd. Darm. Marc. B. Med. A. Par. A. ut marg. Ed. *οὐ πάνυ*. Sed Ed. *οὐ πάντη*.
11. *εἰρημένον*] Cod. Vat. *εἰρημένου*; sed supra lin. *ον*.
13. *συνείραντας*] Cod. Vat. *συνείβαντας*. Supra lin. est *ρ*, sed rursus deletum. Marc. C. *συνείροντας*.
14. *ὑφ ἡμῶν*] Cod. Vat. *ἐφ' ἡμῶν*; supra lin. *ὑφ'*.
15. *δὲ ἀναγκαῖον*] Cod. Vat. *δ' ἀναγκαῖον* cum Marc. A.B.C.
16. *σκοποῦντας*] Ita Codd. Mon. C. Med. A.B. Vat. Reliqui cum Ed. *σκοποῦντες*.
ib. *ὁ παρ'*] Cod. Vat. *ὃ παρ'*.
16. *ἡμῶν ἕξει λόγος*] Cod. Mon. C. Marc. A. *ἡμῖν*. Med. A. Marc. B. *λόγος ἕξει*.
18. *Ἢ γάρ*] Cod. Vat. *ἡ γάρ* cum Marc. C.

erat, dictionem hanc, id est ipsum erat, redarguit in sequentibus, quasi id in rebus æternis non recte dicatur.

VI. *Anima per suum quiddam æternum tangit æternitatem, et per temporale tempus. Item quot sint opiniones de tempore.*

Quæ hactenus dicimus, numquid alienis testificamur, et tanquam de alienis verba facimus? At enim quomodo id fieri posset? Nam quæ intelligentia in nobis fieri potest, nisi tangamus? Et quonam pacto alienis intelligendo possemus attingere? Oportet itaque nos ævi, id est, æternitatis, participes esse. Sed quonam pacto, quum simus in tempore? Jam vero qua conditione potissimum in tempore, et qua in æternitate liceat esse, notum erit planius, quum jam, quid sit tempus, fuerit adinventum. Profecto descendendum nobis est ab ævo ad indagationem temporis atque tempus: ibi quidem erat ad superna progressio: nunc vero loquimur jam descendentes, neque tamen nimium, sed ita, quemadmodum descendit et tempus. Principio, si nihil omnino de tempore ab antiquis beatisque viris dictum esset, oporteret nos ab initio, quod sequitur deinceps connectentes ævo, dicere, quæ de hoc videantur, studentes ipsius notioni jam partæ opinionem nostram accommodare. Nunc vero necessarium est in primis accipere, quæ majori cum ratione dicta sunt, considerantes, si cui illorum nostra sententia consonet. Ante omnia forsan sententias aliorum de tempore debemus in tria membra distinguere. Tempus enim aut ipse motus est, aut id quod movetur, aut aliquid motionis. Dicere autem tempus esse statum, vel ipsum stabile, vel aliquid stationis, procul admo-

ἢ κινήσεώς τι τὸν χρόνον. Τὸ γὰρ στάσιν, ἢ τὸ ἑστηκὸς, ἢ στά- 331 B
σεώς τι λέγειν παντάπασι πόῤῥω τῆς ἐννοίας ἂν εἴη τοῦ χρόνου, οὐ-
δαμῇ τοῦ αὐτοῦ ὄντος. Τῶν δὲ κίνησιν λεγόντων, οἱ μὲν, πᾶσαν
κίνησιν ἂν λέγοιεν· οἱ δὲ, τὴν τοῦ παντός. Οἱ δὲ τὸ κινούμενον λέ-
γοντες, τὴν τοῦ παντὸς ἂν σφαῖραν λέγοιεν· οἱ δὲ, κινήσεώς τι, ἢ
διάστημα κινήσεως, οἱ δὲ, μέτρον, οἱ δ' ὅλως παρακολουθοῦν αὐτῇ, C
καὶ ἢ πάσης, ἢ τῆς τεταγμένης.

Κίνησιν μὲν οὐχ οἷόν τε, οὔτε τὰς συμπάσας λαμβάνοντι κινή-
σεις, καὶ οἷον μίαν ἐκ πασῶν ποιοῦντι, οὔτε τὴν τεταγμένην· ἐν
χρόνῳ γὰρ ἡ κίνησις ἑκατέρα ἡ λεγομένη. Εἰ δέ τις μὴ ἐν χρόνῳ,
πολὺ μᾶλλον ἂν ἀπείη τοῦ χρόνος εἶναι, ὡς ἄλλου ὄντος τοῦ, ἐν ᾧ
ἡ κίνησις, ἄλλου τῆς κινήσεως αὐτῆς οὔσης, καὶ ἄλλων λεγομένων D
καὶ λεχθέντων ἂν, ἀρκεῖ τοῦτο· καὶ ὅτι κίνησις μὲν ἂν καὶ παύσαιτο
καὶ διαλείποι, χρόνος δὲ οὔ. Εἰ δὲ τὴν τοῦ παντὸς κίνησιν μὴ δια-
λείπειν τις λέγοι, ἀλλὰ καὶ αὕτη, εἴπερ τὴν περιφορὰν λέγοι ἐν
χρόνῳ τινὶ, καὶ αὕτη περιφέροιτ' ἂν εἰς τὸ αὐτό· οὐκ ἐν ᾧ τὸ ἥμισυ
ἤνυσται, καὶ ὁ μὲν ἂν εἴη ἥμισυς, ὁ δὲ διπλάσιος, κινήσεως τοῦ E
παντὸς οὔσης ἑκατέρας, τῆς τε εἰς τὸ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ τῆς

3. τοῦ αὐτοῦ] Cod. Mon. Marc. A.C. τοῦ αὐτῇ. Marc. C. τὸ αὐτοῖ.
ib. δὲ κίνησιν] Cod. Marc. C. Med. A. (a pr. m.) δὲ κινήσεων.
ib. πᾶσαν κίνησιν ἂν] Codd. Marc. B. Med. A. Par. A. κίνησιν ἂν πᾶσαν.
8. μὲν οὐχ] Marc. A. μὲν οὖν οὐχ.
ib. λαμβάνοντι] Codd., excepto Darm., omnes λαμβάνοντι. Ed. λαβόντι.
11. ἀπείη[ Cod. Med. B. ἀπήει.
ib. ἄλλου] Ita Codd. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Par. A. Ficin. ἄλλου. Vidit etiam Taylor. Ed. ἀλλ' οὐ.
13. ἀρκεῖ] Codd. Darm. Marc. B.C. et Med. A. ἀρκῇ. Mon. C. Marc. A. ἀρ-κοῖ.
14. διαλείποι] Codd. Marc. A. Ciz. et Mon. C. διαλίποι. Mox Ciz. διαλίπειν (sic).
15. λέγοι—λέγοι] Codd. Marc. B. Med. A. λέγει—λέγει.
16. περιφέροιτ'] Codd. Darm. Marcc. Mon. C. Vat. περιφέροιτο.
18. ἑκατέρας] Codd. Ciz. et Vat. ἑτέ-ρας.
ib. τε εἰς τὸ] Codd. Marc. B. Med. A. omittunt τό.
ib. ἀπὸ τοῦ] Cod. Med. B. a pr. m. ἐπὶ τοῦ.
ib. καὶ τῆς] Abest τῆς a Codd. Mon. C. Marc. A.

dum foret ab ipsa temporis notione: quippe quum identitatem minime patiatur, ideoque cum statu atque stabili congruere nequeat. Eorum vero, qui tempus esse motum opinantur, alii quidem motum omnem esse dicent, alii vero universi motum. Qui autem ipsum mobile esse tempus affirmant, sphæram totius adducent in medium. Proinde, qui tempus aiunt esse aliquid motionis, partim intervallum, sive spatium, sive durationem motus: partim mensuram, partim aliquid motum comitans, sive motum omnem, sive potius ordinatum.

VII. *Tempus neque est motus, neque duratio corporei motus.*

Tempus quidem esse motum est impossibile: neque si cunctos simul motus accipias, ex cunctis quasi unum efficiens, neque si motum duntaxat ordinatum: nam motus uterque fit in tempore. Siquis vero motus dicatur non in tempore fieri, multo longius ab hoc insuper aberit, ut sit tempus, quasi aliud quidem sit, in quo motus agitur, aliud vero sit ipse motus. Quum vero sint et alia quæ dicantur, dictaque sint, id sufficit atque sufficiet, quod videlicet motus desinere potest atque intermitti, tempus vero nequaquam. Siquis autem universi motum dixerit non intermitti, attamen et hic motus si modo circuitum ille dicat, in quodam fit tempore, atque in idem quandoque revertitur: non in eo quidem spatio, quo dimidium ejus impletur: et hic quidem motus est dimidius, ille vero duplus, dum videlicet uterque motus est universi, tum qui ab eodem redit in idem, tum qui duntaxat pervenit ad di-

331 εἰς τὸ ἥμισυ ἡκούσης. Καὶ τὸ ὀξυτάτην δὲ καὶ ταχίστην λέγειν τὴν
τῆς ἐξωτάτης σφαίρας κίνησιν, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ· ὥστε ἕτερον ἡ
κίνησις αὐτῆς, καὶ ὁ χρόνος. Ταχίστη γὰρ πασῶν δηλονότι τῷ
ἐλάττονι χρόνῳ τὸ μεῖζον καὶ τὸ μέγιστον διάστημα ἀνύειν· τὰ δ'
F ἄλλα βραδύτερα τῷ ἐν πλείονι ἄν, καὶ μέρος αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν μηδ'
ἡ κίνησις τῆς σφαίρας ὁ χρόνος, σχολῇ γε ἂν ἡ σφαῖρα αὐτὴ, ἣ ἐκ
τοῦ κινεῖσθαι ὑπενοήθη χρόνος εἶναι. Ἆρ' οὖν κινήσεώς τι; εἰ μὲν
διάστημα, πρῶτον μὲν οὐ πάσης κινήσεως τὸ αὐτὸ, οὐδὲ τῆς ὁμοει-
δοῦς. Θᾶττον γὰρ καὶ βραδύτερον ἡ κίνησις, καὶ ἡ ἐν τόπῳ. Καὶ
εἶεν ἂν ἄμφω μετρούμεναι αἱ διαστάσεις ἑνὶ ἑτέρῳ, ὃ δὴ ὀρθότερον
G ἄν τις εἴποι χρόνον. Ποτέρας δὴ αὐτῶν τὸ διάστημα χρόνος, μᾶλ-
λον δὲ τίνος αὐτῶν, ἀπείρων οὐσῶν. Εἰ δὲ τῆς τεταγμένης, οὐ
πάσης μὲν, οὐδὲ τῆς τοιαύτης· πολλαὶ γὰρ αὗται, ὥστε καὶ πολλοὶ
332 χρόνοι ἅμα ἔσονται. Εἰ δὲ τῆς τοῦ παντὸς διάστημα, εἰ μὲν τὸ ἐν
αὐτῇ τῇ κινήσει διάστημα, τί ἂν ἄλλο, ἢ ἡ κίνησις ἂν εἴη; τοσήδε
μέντοι, τὸ δὲ τοσόνδε τοῦτο, ἤτοι τῷ τόπῳ, ὅτι τοσόσδε, ὃν διεξ-
ῆλθε, μετρηθήσεται, καὶ τὸ διάστημα τοῦτο ἔσται· τοῦτο δὲ, οὐ
B χρόνος, ἀλλὰ τόπος, ἢ αὐτὴ ἡ κίνησις τῇ συνεχείᾳ αὐτῆς, καὶ τῷ

1. ἡκούσης] Cod. Med. B. οὐκ οὔσης. Mox Marc. A. ὀξυτάτην δή.
2. ἐξωτάτης] Codd. Darm. Med. A. Par. A. Marc. B. cum marg. Ed. ἔξω ταύτης.
5. βραδύτερα] Codd. Darm. Marcc. Mon. C. Par. A. Vat. ut marg. Ed. βρα-δύτερα. Sed Ed. βραδυτέρα.
ib. μηδ' ἡ] Codd. Marcc. Mon. C. Vat. μηδὲ ἡ.
6. σχολῇ] Cod. Par. A. σχολή. Sequitur in Codd. Ciz. Darm. Marc. A.B. Vat. γ' ἄν.
10. ὀρθότερον] Cod. Par. A. ὀρθώτερον.
11. εἴποι] Cod. Mon. C. εἴπῃ, supra lin. ab ead. m. οι.
12. τινος] Cum marg. Ed. habent τίνος Codd., exceptis Marc. C. Med. A.B., omnes. Ed. τινός.
14 ἐν αὐτῇ] Cod. Med. A. a pr. m. αὐτοῦ.
15. ἂν εἴη] Desunt hæc in Cod. Med. B.
16. ὃν διεξῆλθε] Ita Codd. Ciz. Marc. A.B. Mon. C. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. ὄν.
18. συνεχείᾳ] Marc. A. συντυχίᾳ.
ib. καὶ τῷ μὴ] Codd. Mon. C. Vat. Marc. A. καὶ τὸ μή.

midium. Præterea quod dici solet, motum extimæ sphæræ vehementissimum celerrimumque esse, idem quoque confirmat, videlicet aliud esse sphæræ motum, aliud vero tempus. Velocissimus enim omnium est, qui breviori tempore majus maximumque spatium peragit: alii tardiores, qui scilicet tempore longiori partem ejusdem spatii consequuntur. Si ergo tempus non est motio sphæræ, neque etiam erit ipsa sphæra: quae quidem propterea quod movetur, existimata est esse tempus. Sed numquid tempus est aliquid motionis? Profecto si motionis intervallum esse dicatur, primo quidem objiciemus, non idem esse motionis cujuslibet intervallum, neque etiam, si motus sint uniformes. Velocius enim et tardius motus etiam, qui fit in loco, peragitur. Et fieri quidem potest, ut utraque intervalla uno quodam tertio mensurentur, quod rectius admodum quis dixerit esse tempus. Utrius autem horum motuum intervallum erit tempus? Imo vero cujusnam eorum, quum infiniti sint? Si vero ordinati motus spatium tempus esse putetur, certe neque omnis quidem ejusmodi motionis: hæ namque multæ sunt, quo efficietur, ut simul etiam multa sint tempora. Sin autem universi motus spatium, si quidem spatium, quod inest motui, quidnam aliud, quam ipse motus erit? Tantus tamen: tantum vero istud, vel loco mensurabitur, quoniam scilicet tantus est locus, quem percurrit, et spatium quidem id erit: hoc autem non tempus, sed locus erit: vel spatium sive intervallum dicetur ipse motus habere ob ejus continuitatem, atque ex eo, quod non repente desierit, sed perpetuo prorogetur. At

332 μὴ εὐθὺς πεπαῦσθαι, ἀλλ' ἐπιλαμβάνειν ἀεὶ, τὸ διάστημα ἕξει. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ πολὺ τῆς κινήσεως ἂν εἴη· καὶ εἰ μὲν εἰς αὐτήν τις βλέπων, ἀποφανεῖται πολλήν· ὥσπερ ἂν εἴ τις πολὺ τὸ θερμὸν λέγοι, οὐδὲ ἐνταῦθα χρόνος φανεῖται, οὐδὲ προσπίπτει, ἀλλὰ κίνησις πάλιν, καὶ πάλιν, ὥσπερ ὕδωρ ῥέον πάλιν καὶ πάλιν. Καὶ τὸ C ἐπ' αὐτοῦ διάστημα θεωρούμενον. Καὶ τὸ μὲν πάλιν καὶ πάλιν ἔσται ἀριθμὸς, ὥσπερ δυὰς, ἢ τριάς· τὸ δὲ διάστημα τοῦ ὄγκου. Οὕτως οὖν καὶ πλῆθος κινήσεως ὡς δεκὰς, ἢ ὡς τὸ ἐπιφαινόμενον τῷ οἷον ὄγκῳ τῆς κινήσεως διάστημα, ὃ οὐκ ἔχει ἔννοιαν χρόνου, ἀλλ' ἔσται τὸ τοσόνδε τοῦτο γενόμενον ἐν χρόνῳ· ἢ ὁ χρόνος οὐκ ἔσται πανταχοῦ, ἀλλ' ἐν ὑποκειμένῳ τῇ κινήσει· συμβαίνει τε πάλιν D αὖ κίνησιν τὸν χρόνον λέγειν· οὐ γὰρ ἔξω αὐτῆς τὸ διάστημα, ἀλλὰ κίνησις οὐκ ἀθρόα. Τὸ δὲ, μὴ ἀθρόα, εἰ τὸ ἀθρόον ἐν χρόνῳ, τὸ μὴ ἀθρόον τίνι διοίσει τοῦ ἀθρόως, ἢ τῷ ἐν χρόνῳ· ὥστε ἡ διεστῶσα κίνησις καὶ τὸ διάστημα αὐτῆς οὐκ αὐτὸ χρόνος, ἀλλ' ἐν χρόνῳ. Εἰ δὲ τὸ διάστημα τῆς κινήσεως λέγοι τις χρόνον, οὐ τὸ αὐτῆς τῆς κινήσεως, ἀλλὰ παρ' ὃ αὐτὴ ἡ κίνησις τὴν παράτασιν ἔχει, οἷον E

1. ἕξει] Cod. Vat. ἥξει. Supra lin. ἕξει. Abest τὸ ante πολὺ in Marc. C.

4. οὐδὲ ἐνταῦθα] Cod. Vat. οὐδ' ἐνταῦθα cum Marc.

ib. φανεῖται] Codd. omnes ut marg. Ed. φανεῖται, excepto Marc. C. qui cum Ed. habet φανείη.

ib. προσπίπτει] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. (supra lin.) B. Med. B. (ex corr. ab ead. m.) Vat. προσπίπτοι.

5. ὥσπερ] Codd. Med. A.B. ὡσπερεὶ, Par. A. ὡς περὶ.

ib. καὶ πάλιν] Desunt hæc in Cod. Darm.

6. ἐπ' αὐτοῦ] Codd. Med. A. Par. A. Darm. Marc. B. ut marg. Ed. ἐπ' αὐτοῦ. Ed. ἐπ' αὐτῷ.

8. ὡς δεκάς] Cum marg. Ed. Codd. fere omnes, excepto Mon. C., ὡς δεκάς. Mon. C. ὡς δὲ καί. Marc. C. κινήσεως οὐ δεκάς. In eodem abest proximum οἷον. Ed. habet ἢ οὐ δεκάς.

10. τὸ τοσόνδε] Ita Codd. Med. B. et Vat. In Codd. Med. A. Marc. B. est τοσόνδε omisso τό. Reliqui cum Ed. τὸ ποσόνδε.

12. ἔξω αὐτῆς] Cod. Med. A. a pr. m. ἔξω αὐτοῦ.

13. οὐκ ἀθρόα] Codd. Ciz. et Vat. οὐ;ς ἀθρόα. Et sic postea.

ib. εἰ τὸ] Codd. Mon. C. Marc. A.C. Med. A. (a pr. m.) B. Par. Vat. εἰς τό.

14. ἢ τῷ ἐν] Cod. Mon. C. ἢ τὸ ἐν cum Marc. A.

15. Εἰ δὲ τὸ] Cod. Vat. εἰ δὲ καὶ τὸ.

16. λέγοι] Cod. Ciz. λέγει.

17. ἔχει,] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. B. (ex corr.) ἔχοι. Marc. C. παράστασιν—οἷον σὺν παρὰ θεοῦ ἐκείνῳ.

vero id nihil aliud erit quam multitudo, sive amplitudo aliqua motionis: ac si quis ipsam intuitus motionem, multam esse pronunciet, ceu si quis calorem esse dixerit multum, neque hic quidem tempus apparet, neque nobis occurrit, sed motio iterum atque iterum instar aquæ iterum iterumque fluentis. Et intervallum quidem in ea perspectum repetitaque rursus effluxio, erit numerus sicut duitas atque trinitas: spatium vero sive intervallum pertinebit ad molem. Sic itaque et multitudo motionis erit, ut denarius, vel tanquam inspectum velut in mole motionis spatium: quod quidem non habet temporis notionem, sed erit ejusmodi tantum in tempore factum: alioquin tempus non erit ubique, sed in motu solum quasi subjecto, accidetque rursus tempus dicere motionem. Non enim extra motionem est spatium, sive duratio motionis, sed est motio ipsa non simul tota vel momento peracta. Quando vero dicitur facta non subito, si aliquid factum subito fieri dicatur in tempore, quæremus, quonam differat non subito factum ab eo, quod subito atque momento. Num forte differat ex eo, quod agatur in tempore: quam ob rem et durans motus, et ipsius duratio sive intervallum non est ipsum tempus, sed impletur in tempore. Si quis autem motionis intervallum esse tempus affirmet, non quidem ipsius proprium motionis, imo secundum quod ipsa extensionem habet, quasi cum illo concurrens, nondum tamen, quid hoc sit, est explanatum. Constat enim id esse tempus, in quo factus est motus.

332 συμπαραθέουσα ἐκείνῳ· τί δὲ τοῦτο ἔστιν, οὐκ εἴρηται. Δῆλον γὰρ
ὅτι τοῦτο ἔστιν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ γέγονεν ἡ κίνησις. Τοῦτο δ' οὖν ὃ
ἐξ ἀρχῆς ἐζήτει ὁ λόγος, τί ὢν ἐστιν ὁ χρόνος· ἐπεὶ ὅμοιόν τε γίνε-
ται καὶ αὐτὸ, οἷον εἴ τις ἐρωτηθεὶς τί ἐστι χρόνος, λέγοι κινήσεως
διάστημα ἐν χρόνῳ. Τί οὖν ἐστι τοῦτο τὸ διάστημα, ὃ δὴ χρόνον
F καλεῖ ὁ τῆς κινήσεως τοῦ οἰκείου διαστήματος ἔξω τιθέμενος. Καὶ
γὰρ αὖ καὶ ἐν αὐτῇ ὁ τιθέμενος τῇ κινήσει τὸ διάστημα, τὴν τῆς
ἠρεμίας διάστασιν ποῖ θήσεται ἄπορος ἔσται. Ὅσον γὰρ κινεῖταί
τι, τοσοῦτον ἂν σταίη καὶ ἄλλο. Καὶ εἴποις ἂν τὸν χρόνον ἑκατέ-
ρου τὸν αὐτὸν εἶναι, ὡς ἄλλον δηλονότι ἀμφοῖν ὄντα. Τί οὖν ἐστι
καὶ τίνα φύσιν ἔχει τοῦτο τὸ διάστημα; ἐπείπερ τοπικὸν, οὐχ οἷόν
G τε, ἐπεὶ καὶ τοῦτό γε ἔξωθέν ἐστιν.

Ἀριθμὸς δὲ κινήσεως ἢ μέτρον, βέλτιον γὰρ οὕτω συνεχούσης,
333 πῶς σκεπτέον. Πρῶτον μὲν οὖν καὶ ἐνταῦθα, τὸ πάσης ὁμοίως ἀπο-
ρητέον ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ διαστήματος τῆς κινήσεως, εἴτις τῆς πά-
σης εἶναι ἐλέγετο. Πῶς γὰρ ἄν τις ἀριθμήσειε τὴν ἄτακτον καὶ
ἀνώμαλον, ἢ τίς ἀριθμὸς, ἢ μέτρον, ἢ κατὰ τί τὸ μέτρον; εἰ δὲ τῷ
αὐτῷ ἑκατέραν καὶ ὅλως πᾶσαν ταχεῖαν βραδεῖαν, ἔσται ὁ ἀριθμὸς

1. τοῦτο ἔστιν] Cod. Vat. τοῦτ' ἔστιν, et sic Marc. C.B.
2. οὖν ὃ ἐξ] Codd. Mon. C. Marcc. Med. A.B. Vat. ἦν ὁ ἐξ. Legendum vel οὖν ἦν, vel ἦν. Si ὁ legas, servari poterit ἦν.
3. ἐστιν ὁ] Codd. Ciz. Mon. C. Med. B. Vat. ἐστι sine ὁ.
ib. ὅμοιόν τε—αὐτό] Codd. Marc. B. Darm. Med. A. Par. A. ut marg. Ed. ὅμοιόν τε—αὐτό. Codd. Med. B. Vat. habent nonnisi τε pro τι. Marc. C. γε pro τε. Ed. τι ταυτὸν.
4. λέγοι] Codd. Med. A. Marc. B. Par. A. λέγει.
6. καλεῖ ὁ τῆς] Ita Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. et ita Fic. In Codd. Mon. C. et Vat. est καλεῖς τῆς; in Codd. Med. B. Marc. A.C. καλεῖ τῆς; in Ed. καλεῖς, ὁ τῆς.
7. ὁ τιθέμενος] Codd. Vat. Marc. A.B. ὁ τιθέμενος. et ita Fic. Ed. ὅτι θέμενος.
8. ἠρεμίας] Marc. C. ἐρημίας.
12. τοῦτό γε] Cod. Vat. omittit γε.
13. ἢ μέτρον] Cod. Ciz. ἢ τί μέτρον. Marc. C. ἡμέτερον.
14. μὲν οὖν] Abest a Cod. Med. B. vox οὖν.
ib. ἀπορητέον] Codd. Med. B. Marc. A. Vat. ἀποῤῥητέον. Mox Mon. C. ἤ τις pro εἴτις.
16. ἐλέγετο] Codd. Darm. et Med. A. (ex corr.) Marc. B. cum marg. Ed. λέγοι.
17. ἢ κατὰ τί] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Vat. ἤ τί κατὰ τί. Sequens τὸ abest a Codd. Marc. B. Med. A.
18. ἑκατέραν] Codd. omnes ut marg. Ed. ἑκατέραν. Ed. ἑτέραν. In seq. Marc. C. οἷον ὂν εἰ.

Hoc autem erat, quod ab initio quærebamus, quidnam existens sit tempus: quoniam et hoc perinde se habet, ac si quis interrogatus, quid est tempus, respondeat, intervallum motionis in tempore. Quid igitur est hoc intervallum? Quod ille appellat tempus, qui hoc extra proprium motionis intervallum ponit. Etenim rursus et qui in ipso motu temporale collocat intervallum, hic, quietis spatium ubinam collocet, dubitabit. Quatenus enim movebitur aliquid, eatenus quiescit et aliud: atque dices utriusque tempus idem fore, quamvis aliter alterum spectet et alterum. Quidnam igitur est, quamve naturam habet hoc intervallum? Locale quidem esse nequit, quandoquidem et hoc extrinsecus adest.

VIII. *Tempus non est mensura corporei motus insita motui, nec ut mensura continua, nec ut numerus.*

Considerandum est deinceps, qua ratione tempus esse queat numerus motionis, sive mensura: quod quidem forte probabilius esset ob ipsam continuitatem dicere. Principio hic quoque similiter ambigetur atque de intervallo, utrum videlicet omnis similiter motus numerum vel mensuram tempus dicere debeamus. Quo enim pacto numerabit quispiam inordinatum inæqualemque motum, aut quisnam numerus sive mensura: aut secundum quid potissimum sit mensura: sin autem eodem numerabit, metieturve utrumque motum omnino quemlibet, sive velocem seu tardum, erit quidem numerus et mensura, ceu si denarius

καὶ τὸ μέτρον τοιοῦτον, οἷον εἰ δεκὰς εἴη, μετροῦσα καὶ ἵππους καὶ 333 βοῦς, ἢ εἰ τὸ αὐτὸ μέτρον καὶ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν εἴη. Εἰ δὴ τοιοῦτον B μέτρον, τίνων μέν ἐστιν ὁ χρόνος, εἴρηται, ὅτι κινήσεων αὐτὸς δὲ ὅ ἐστιν, οὔπω εἴρηται. Εἰ δὲ ὥσπερ δεκάδος ληφθείσης καὶ ἄνευ ἵππων ἔστι νοεῖν τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὸ μέτρον μέτρον ἐστὶ, φύσιν ἔχον τινὰ, κἂν μή πω μετρῇ· οὕτω δεῖ ἔχειν καὶ τὸν χρόνον μέτρον ὄντα, εἰ μὲν τοιοῦτόν ἐστιν ἐφ' ἑαυτοῦ οἷον ἀριθμὸς, τί ἂν τοῦδε τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ κατὰ τὴν δεκάδα, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν διαφέροι μοναδικοῦ; Εἰ C δὲ συνεχὲς μέτρον ἐστὶ, ποσόν τι ὂν, μέτρον ἔσται, οἷον τὸ πηχυαῖον μέγεθος. Μέγεθος τοίνυν ἔσται, οἷον γραμμὴ συνθέουσα δηλονότι κινήσει. Ἀλλ' αὕτη συνθέουσα πῶς μετρήσει τὸ ᾧ συνθεῖ; τί γὰρ μᾶλλον ὁποτερονοῦν, θάτερον, καὶ βέλτιον τίθεσθαι καὶ πιθανώτερον, οὐκ ἐπὶ πάσης, ἀλλ' ᾗ συνθεῖ. Τοῦτο δὲ συνεχὲς δεῖ εἶναι, ᾗ ἐφέξει D ἡ συνθέουσα· ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν δεῖ τὸ μετροῦν λαμβάνειν, οὐδὲ χωρὶς, ἀλλὰ ὁμοῦ κίνησιν μεμετρημένην. Καὶ τί τὸ μετροῦν ἔσται; ἢ μεμετρημένη μὲν ἡ κίνησις ἔσται, μεμετρηκὸς δὲ ἔσται μέγεθος; καὶ ποῖον αὐτῶν ὁ χρόνος ἔσται; ἡ κίνησις ἡ μεμετρημένη, ἢ τὸ μέγεθος τὸ μετρῆσαν; ἢ γὰρ ἡ κίνησις ἔσται ἡ μεμετρημένη ὑπὸ τοῦ μεγέθους ὁ χρόνος, ἢ τὸ μέγεθος τὸ μετρῆσαν, ἢ τὸ τῷ μεγέθει χρησά- E

2. τὸ αὐτὸ] Cod. Vat. τῷ αὐτῷ.
ib. ὑγρῶν—ξηρῶν] Cod. Vat. ὑγρὸν—ξηρόν.
3. μέτρον—εἴρηται] Cod. Vat. hæc omittit. Idem mox ὅτι καὶ κινήσεως.
6. μετρῇ] Cod. Vat. μετρεῖ.
ib. οὕτω] Cod. Med. A. a pr. m. οὕτως.
ib. δεῖ ἔχειν] Codd. Ciz. Darm. Marc. B. Med. B. (a pr. m.) Vat. ut marg. Ed. δή. Cod. Med. B. ἔχει.
7. ἐστιν ἐφ'] Cod. Vat. ἐστιν ἀφ'. Marc. C. τοιοῦτό ἐστιν ἐφ' αὑτοῦ.
8. ὁτουοῦν] Codd. Ciz. Marc. A.C. Mon. C. Med. A. (ab al. m.) Med. B. Vat. ὅτουοῦν. Ed. ὁτιοῦν.
ib. διαφέροι] Codd. Par. A. Vat. διαφέρει.
11. Ἀλλ' αὕτη] Marc. C. ἀλλ' αὐτή, ut legit Fic. Marc. A. συνωθεῖ pro συνθεῖ.
13. δεῖ εἶναι] Codd. Marc. A. Mon. C. δὴ εἶναι.
14. δεῖ τὸ μετροῦν] Cod. Marc. A. Mon. C. τὸ μετροῦν δεῖ. Marc. C. μέτρον.
16. δὲ ἔσται] Cod. Vat. δ' ἔσται, cum Marcc. Pro ποῖον vid. leg. πότερον.
18. ἢ γὰρ—μετρῆσαν] Desunt hæc in Codd. Marc. A. Ciz. Mon. C. Vat.
19. ἢ τὸ μέγεθος] Cod. Par. A. omittit τό.

et equos et boves pariter metiatur, aut si qua humidorum et siccorum eadem sit mensura. Si itaque mensura talis est tempus, jam quidem, quorum sit tempus, est dictum, scilicet motionum. Ipsum vero quid sit, nondum est explicatum. Quod si quemadmodum denarius etiam absque equis acceptus intelligi potest tanquam numerus, atque etiam mensura in se est mensura naturam habens propriam, etiam si nondum metiatur, sic se habere oportet et tempus, cum sit mensura: si, inquam, tale tempus est in se ipso qualis et numerus, quonam ab hoc numero differet, qualis est denarius vel alius quilibet ex unitatibus congregatus? Sin autem mensura quædam continua est, certe quantum aliquid existens, mensura erit velut cubitalis aliqua magnitudo: Erit itaque magnitudo, velut linea quædam cum motione concurrens. At enim ipsa concurrens quonam pacto id, quocum una concurrit, metietur? Curnam potius alterutrum quam alterutrum metiatur? Probabilius autem poneretur non in motu quolibet, sed in eo, quocum concurrit. Id autem continuum oportet esse, quatenus et concurrens motus tenorem continuabit: neque extrinsecus, quod metitur, ponere decet, neque seorsum, sed simul mensuratum motum. Proinde quidnam id erit, quod metitur? Numquid motus quidem mensuratus erit, magnitudo vero mensurans? Et utrum horum tempus erit? Num mensuratus motus, an potius metiens magnitudo? Profecto tempus erit vel motus magnitudine mensuratus, vel magni-

333 μενον, ὥσπερ τῷ πήχει πρὸς τὸ μετρῆσαι ὅση ἡ κίνησις. Ἀλλ' ἐπὶ
μὲν πάντων τούτων ὑποθέσθαι ὅπερ εἴπομεν, πιθανώτερον εἶναι, τὴν
ὁμαλὴν κίνησιν· ἄνευ γὰρ ὁμαλότητος καὶ προσέτι μιᾶς καὶ τῆς τοῦ
ὅλου, ἀπορώτερον τὸ τοῦ λόγου τῷ θεμένῳ ὁπωσοῦν μέτρον γίγνεται.
F Εἰ δὲ δὴ μεμετρημένη κίνησις ὁ χρόνος, καὶ ὑπὸ τοῦ ποσοῦ μεμετρη-
μένη, ὥσπερ τὴν κίνησιν εἰ ἔδει μεμετρῆσθαι, οὐχ ὑπ' αὐτῆς ἔδει
μεμετρῆσθαι, ἀλλ' ἑτέρῳ, οὕτως ἀνάγκη εἴπερ μέτρον ἕξει ἄλλο ἢ
κίνησις παρ' αὐτὴν, καὶ διὰ τοῦτο ἐδεήθημεν τοῦ συνεχοῦς μέτρου εἰς
μέτρησιν αὐτῆς, τὸν αὐτὸν τρόπον δεῖ καὶ τῷ μεγέθει αὐτῷ μέτρου
ἵν' ᾖ ἡ κίνησις, τοσοῦδε γεγενημένου τοῦ καθ' ὃ μετρεῖται, ὅση μετ-
G ρηθῇ. Καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ μεγέθους ἔσται τῇ κινήσει παρομαρτοῦντος
ἐκεῖνος ὁ χρόνος, ἀλλ' οὐ τὸ μέγεθος τὸ συνθέον τῇ κινήσει. Οὗτος
334 δὲ τίς ἂν εἴη, ἢ ὁ μοναδικὸς, ὃς ὅπως μετρήσει, ἀπορεῖν ἀνάγκη·
ἐπεὶ κἄν τις ἐξεύρῃ ὅπως, οὐ χρόνον εὑρήσει μετροῦντα, ἀλλὰ τὸν
τοσόνδε χρόνον. Τοῦτο δὲ οὐ ταὐτὸν χρόνῳ· ἕτερον γὰρ εἰπεῖν χρό-
νον, ἕτερον δὲ τοσόνδε χρόνον. Πρὸ γὰρ τοῦ τοσόνδε, δεῖ ὅ τί ποτ'
ἐστὶν εἰπεῖν ἐκεῖνο, ὃ τοσόνδ' ἐστίν. Ἀλλ' ὁ ἀριθμὸς ὁ μετρήσας
B τὴν κίνησιν ἔξωθεν τῆς κινήσεως, ὁ χρόνος· οἷον ἡ δεκὰς ἐπὶ τῶν

1. τῷ πήχει] Cod. Vat. τῷ πήχει cum Marc. Ed. cum rell. τό.
ib. τὸ μετρῆσαι] Codd. Ciz Marc. A.C. Mon. C. Vat. τὸ μετρῆσαι. Ed. cum rell. τῷ.
4. ἀπορώτερον] Cod. Ciz. ἀποῤῥώτερον.
6. οὐχ ὑπ'] Codd. Marc. A.B. Mon. C. οὐχὶ ὑπ'. Verba οὐχ—μεμετρ. desunt in Marc. C.
7. ἄλλο ἤ] Codd. Ciz. et Vat. καὶ ἄλλο ἤ.
8. αὐτὴν] Cod. Vat. αὐτήν.
ib. εἰς μέτρησιν] Abest εἰς a Cod. Ciz.
10. ὅση] Cod. Par. A. ὅσῃ.
11. παρομαρτοῦντος] Codd. Mon. C. Marc. A. τοῦ παρομαρτοῦντος.
12. συνθέον] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) σύνθετον.
ib. Οὗτος] Ita pro οὕτω Codd., exceptis Darm. Marc. C. et Mon. C., omnes. Mox Marc. C. ὡς ὅπως.
13. ἀπορεῖν ἀνάγκη] Ita Codd. Marc. A.B. Mon. C. Med. A.B. Vat. Sed Ed. ἀνάγκη ἀπορεῖν.
14. ἐξεύρῃ] Cod. Vat. ἐξεύροι cum Marc. A.
15. Τοῦτο δὲ—χρόνον] Absunt hæc a Codd. Mon. C. Marc. A. Ab eod. Mon. abest γὰρ post πρό.
16. ὅ τί ποτ'] Cod. Vat. ὅτι τί ποτ' Marc. C. ὅποτ' ἐστίν.
17. εἰπεῖν ἐκεῖνο] Codd. Med. A. Marc. B. Par. A. ἐκεῖνο εἰπεῖν.
ib. τοσονδ'] Cod. Vat. τοσόνδε, cum Marec.

tudo mensurans, vel quiddam tertium magnitudine utens, velut cubitali mensura ad metiendum, quantus sit motus. At in his omnibus, quod probabilius esse diximus, supponendum est, æqualem scilicet esse motum, absque æqualitate, atque etiam unitate motus etiam ipsius universi, magis profecto, [quam motus] ea vacillat opinio, quæ tempus quomodocunque mensuram esse putat. Si autem tempus sit motio mensurata, a quanto scilicet mensurata, quemadmodum si oportuit mensurari motum, non a se ipso oportuit mensuram assumere, sed ab alio quodam accipere: ita opus est, si quam motus præter se ipsum mensuram aliam habeat, atque ob hoc indiguimus mensura continua ad ipsum dimetiendum: ita, inquam, magnitudini quoque ipsi mensura opus erit, ut motus esse possit, quantus fuerit mensuratus: postquam videlicet illud, secundum quod mensuratur, tantum fuerit aut tantum. Atque ita tempus erit numerus ille magnitudinis comitantis motum, non autem magnitudo ipsa simul cum motu currens. Qualis autem hic numerus sit, numquid ex unitatibus constitutus, et quomodo metiatur, necessario dubitandum: quandoquidem, si quis etiam inveniat quomodo, non tempus inveniet metiens, sed tempus proprie tantum: id autem nequaquam idem est atque ipsum tempus. Aliud namque est tempus dicere, aliud tempus tantum enunciare: nam antequam tantum sit, definiendum est, quid hoc ipsum sit, quod est, et tantum. Sed numquid numerus motum extrinsecus metiens erit tempus? Non sic acceptus, ut denarius una cum equis, sed potius ut denarius in equis. Quis igitur hic nume-

334 ἵππων, οὐ μετὰ τῶν ἵππων λαμβανομένη. Τίς οὖν οὗτος ὁ ἀριθμὸς, οὐκ εἴρηται, ὃς πρὸ τοῦ μετρεῖν ἐστὶν, ὅπερ ἐστὶν, ὥσπερ ἡ δεκὰς, ἢ οὗτος, ὃς κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον τῆς κινήσεως, παραθέων ἐμέτρησεν. Ἀλλ' οὗτος ὁ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, οὔπω δῆλος ὅστις ἐστίν· ἀλλ' οὖν κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μετρῶν, εἴτε σημείῳ, εἴθ' ὁτῳοῦν ἄλλῳ, πάντως κατὰ χρόνον μετρήσει· Ἔσται οὖν ὁ χρόνος οὗτος ὁ μετρῶν τὴν κίνησιν τῷ προτέρῳ καὶ ὑστέρῳ C ἐχόμενος τοῦ χρόνου καὶ ἐφαπτόμενος, ἵνα μετρῇ. Ἢ γὰρ τὸ τοπικὸν πρότερον καὶ ὕστερον, οἷον ἡ ἀρχὴ τοῦ σταδίου, λαμβάνει, ἢ ἀνάγκη τὸ χρονικὸν λαμβάνειν. Ἔστι γὰρ ὅλως τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, τὸ μὲν χρόνος, ὁ εἰς τὸ νῦν λήγων· τὸ δὲ ὕστερον, ὃς ἀπὸ τοῦ νῦν ἄρχεται· ἄλλο τοίνυν ἀριθμοῦ τοῦ κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον μετροῦντος τὴν κίνησιν, οὐ μόνον ἡντιναοῦν, ἀλλὰ καὶ τὴν D τεταγμένην ὁ χρόνος. Ἔπειτα διατί ἀριθμοῦ μὲν προσγεγενημένου, εἴτε καὶ κατὰ τὸ μεμετρημένον, εἴτε καὶ κατὰ τὸ μετροῦν· (ἔστι γὰρ ἂν τὸν αὐτὸν καὶ μετροῦντα καὶ μεμετρημένον εἶναι·) ἀλλ' οὖν διατί ἀριθμοῦ μὲν γενομένου χρόνος ἔσται· κινήσεως δὲ οὔσης καὶ τοῦ προτέρου πάντως ὑπάρχοντος περὶ αὐτὴν, καὶ τοῦ ὑστέρου, οὐκ ἔσται

1. *λαμβανομένη*] Codd. Darm. et Med. A. (a pr. m.) *λαμβάνεται*. Par. A. *λαμβανομένη*. Quem sequor. Ed. *λαμβανόμενος*.
ib. *ὁ ἀριθμος*] Codd. Ciz. et Vat. *ὁ ἀριθμὸς ὁ μετρήσας*.
3. *τὸ πρότερον*] Abest *τὸ* a Codd. Ciz. et Vat. et ita lin. seq.
ib. *τῆς κινήσεως—καὶ ὕστερον*] Cod. Mon. C. hæc omittit cum Marc. A.
4. *δῆλος*] Cod. Vat. *δῆλον*.
6. *εἴθ' ὁτῳοῦν*] Cod. Par. A. *εἴθ'*. Idem cum reliquis omnibus exhibet, quod rescripsimus *ὁτῳοῦν*. Ed. *ὁτιοῦν*.
7. *οὖν ὁ χρόνος*] Cod. Ciz. omittit *ὁ*.
8. *τὸ τοπικὸν*] Codd., exceptis Darm. Marc. A. et Mon. C., omnes *τὸ τοπικόν*. Ed. *τὸ* omittit.
11. *λήγων*] Cod. Vat. *λέγων*.
12. *ἀλλο τοίνυν*] Ita Codd. Darm. Marc. B. Med. A. (a sec. m.) ut marg. Ed. *ἄλλο τοίνυν*. Est etiam *ἄλλο* in Cod. Ciz. sed in marg. ab al. m. et *τοίνυν* in reliquis omnibus. Marc. A. *ἀλλὰ τοίνυν*. In Ed. est *ἀλλὰ τοῦ νῦν*.
13. *ἡντιναοῦν*] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Med. B. Vat. *ἡντινοῦν*.
15. *καὶ κατὰ—καὶ κατὰ*] Utrumque *καὶ* abest a Codd. omnibus.
16. *ἂν τὸν*] Cod. Ciz. *ταὐτόν*.
18. *πάντως*] Cod. Ciz. *πάντος*. Inde a *καὶ τοῦ προτέρου* nihil amplius ex hac et sequente Enneade reperitur in Cod. C. qui intermissis tribus cum dimidio foliis vacuis pergit in Libro VIII. Enn. V.
ib. *ὑπάρχοντος*] Codd. Marc. A. Mon. C. *ὑπερέχοντος*.

rus sit, non est dictum, qui et antequam metiatur, est id ipsum, quod est, quemadmodum ipse denarius. Numquid hic est, qui secundum prius et posterius motionis discurrendo metitur? at hic secundum prius atque posterius metiens, nondum, qualis sit, nobis apparuit: Veruntamen quod secundum prius posteriusque metitur, sive signo quodam velut puncto, sive quovis alio metiatur, omnino secundum tempus dimetietur. Erit ergo tempus id motum metiens per prius atque posterius, connexum tempori tempusque attingens, quo metiri queat. Aut enim prius posteriusve secundum locum quis accipit, sicut in principio stadii [atque sequentibus]: aut certe non locale prius atque posterius, sed temporale accipiendum. Est enim omnino id ipsum, quod prius dicitur, tempus desinens in id, quod præsens: quod vero posterius, tempus similiter exordiens a præsenti. Tempus igitur aliud est, quam numerus per prius posteriusve dimetiens motionem, non solum quamlibet, verum etiam ordinatam. Præterea curnam, numero quidem adhibito sive secundum mensuratum, sive secundum metiens (potest enim idem forte et metiens et mensuratum esse) at cur, inquam, adhibito numero, tempus erit? Motu vero jam vigente, atque priori prorsus posteriorique circa motum proveniente, nondum erit tempus: perinde ac si quis dixerit magnitudinem, quanta est, non esse, nisi quis quanta sit magnitudo deprehenderit. Item cum tempus sit dicaturque infinitum, quanam conditione erit numerus circa ipsum, nisi

334 E χρόνος· ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι τὸ μέγεθος μὴ εἶναι ὅσον ἐστὶν, εἰ μή
τις τὸ ὅσον ἔστι τοῦτο λάβοι. Ἀπείρου δὲ τοῦ χρόνου ὄντος καὶ
λεγομένου, πῶς ἂν περὶ αὐτὸν ἀριθμὸς εἴη, εἰ μή τις ἀπολαβὼν μέ-
ρος τι αὐτοῦ μετροῖ, ἐν ᾧ συμβαίνει εἶναι καὶ πρὶν μετρηθῆναι. Δι-
ατί δὲ οὐκ ἔσται, πρὶν καὶ ψυχὴν τὴν μετροῦσαν εἶναι; εἰ μή τις
τὴν γένεσιν αὐτοῦ παρὰ ψυχῆς λέγοι γίγνεσθαι, ἐπεὶ διάγε τὸ με-
F τρεῖν οὐδαμῶς ἀναγκαῖον εἶναι. Ὑπάρχει γὰρ ὅσον ἐστὶ, κἂν μή τις
μετρῇ. Τὸ δὲ τῷ μεγέθει χρησάμενον πρὸς τὸ μετρῆσαν τὴν ψυχὴν
ἄν τις λέγοι, τοῦτο δὲ τί ἂν εἴη πρὸς ἔννοιαν χρόνου;

Τὸ δὲ παρακολούθημα λέγειν τῆς κινήσεως τί ποτε τοῦτο ἔστιν,
οὐκ ἔστι διδάσκοντος, οὐδὲ εἰρηκέναι, πρὶν εἰπεῖν τί ἐστι τὸ παρα-
G κολουθοῦν· ἐκεῖνο γὰρ ἂν ἴσως εἴη χρόνος. Ἐπισκεπτέον δὲ τὸ παρα-
κολούθημα τοῦτο, εἴτε ὕστερον, εἴτε ἅμα, εἴτε πρότερον, εἴ περ τι
ἔστι τοιοῦτον παρακολούθημα. Ὅπως γὰρ ἂν λέγηται, ἐν χρόνῳ
λέγεται· εἰ τοῦτο, ἔσται ὁ χρόνος παρακολούθημα κινήσεως ἐν χρόνῳ.
335 Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ τί μή ἐστι ζητοῦμεν, ἀλλὰ τί ἐστιν, εἴρηταί τε πολλὰ
πολλοῖς τοῖς πρὸ ἡμῶν, καθ' ἑκάστην θέσιν ἃ εἴ τις διεξίοι, ἱστορίαν
μᾶλλον ἂν ποιοῖτο, ὅσον τε ἐξ ἐπιδρομῆς, εἴρηταί τι περὶ αὐτῶν·
ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὸν λέγοντα μέτρον κινήσεως τοῦ παντὸς, ἐκ τῶν

2. Ἀπείρου] ἄπειρον correctum in ἀπείρου est in Cod. Vat.
3. μέρος τι] Cod. Mon. C. μέτρον τι.
7. Ὑπάρχει] Cod. Vat. ὑπάρχοι.
8. μετρῆσαν] Ita Cod. Ciz. a pr. m. Sed in marg. ab al. m. σαι.
10. λέγειν] Ita Codd. Marc. A. Ciz. Mon. C. Med. A. (a sec. m.) B. Vat. Sed Ed. λέγεται.
ib. τοῦτο ἔστιν] Codd. Ciz. Marc. A. Mon. C. Med. B. Vat. interponunt τό.
12. εἴη χρόνος] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. B. Par. A. Vat. εἴη ὁ χρόνος.
16. εἴρηταί τε] Cod. Ciz. omittit τε.
17. πρὸ ἡμῶν] Ita Codd., exceptis Ciz. et Darm., omnes. Ed. ὑμῶν.
ib. ἃ εἴ τις] Cod. Mon. C. ἀεί τις.
19. ἔστι δὲ] Cod. Vat. ἔσται δέ.

forte quispiam partem aliquam temporis seligens metiatur: in quo quidem contingit esse, etiam antequam mensuretur. Quid autem prohibet esse tempus antequam sit anima metiens? nisi forte quis generationem ejus dixerit ab anima proficisci. Per ipsam tamen mensurationem nullo modo necessarium est ipsum ab anima fieri. Existit enim, quantum est, etiam si nullus dimetiatur. Ad id vero, quod dicebatur tempus forsitan esse, quod magnitudine utitur pro mensura: si quis adducat, id esse animam, objiciemus, id nihil ad notionem temporis pertinere.

IX. *Tempus non est aliquid consequens ad motum corporis. Item procœmium ad tractandum, quid sit tempus.*

Dicere autem, tempus esse quandam motionis consecutionem, non est, quid hoc ipsum sit, docere, neque etiam dicere licet, priusquam, quid est, quod consequitur, explicetur. illud enim tempus forsan esse posset. Considerandum vero est de hac ipsa consecutione sive prius fiat, sive posterius, seu simul: si modo talis quædam est consecutio. Quomodocunque enim dicatur, in tempore dicitur: ideoque si id tempus sit, tempus dicetur consecutio motionis in tempore. At quoniam nequaquam, quid non sit, imo vero, quid sit tempus, investigamus, dictaque de hoc multa sunt ante nos a multis: unde si quis singulas opiniones discurrat, historiam sit potius narraturus: et quatenus percurrendo licet, nonnihil de his est dictum: ac licet et dicentem tempus esse motionis universi mensuram ex dictis refellere, et alia insuper ad discussionem adducere, quæ modo de motus mensura dicebantur. Præter enim inæqualitatem, cætera omnia licet

ἤδη εἰρημένων ἀντιλέγειν, τά τε ἄλλα, ὅσα νῦν περὶ μέτρου κινήσεως 335
εἴρηται. Χωρὶς γὰρ τῆς ἀνωμαλίας, πάντα τὰ ἄλλα ἃ καὶ πρὸς αὐ- B
τοὺς ἁρμόσει, εἴη ἂν ἀκόλουθον εἰπεῖν, τί ποτε δεῖ νομίζειν τὸν χρό-
νον εἶναι.

Δεῖ δὴ ἀναγαγεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς πάλιν εἰς ἐκείνην τὴν διάθεσιν, ἣν
ἐπὶ τοῦ αἰῶνος ἐλέγομεν εἶναι· τὴν ἀτρεμῆ ἐκείνην, καὶ ὁμοῦ πᾶσαν,
καὶ ἄπειρον ἤδη ζωὴν, καὶ ἀκλινῆ πάντῃ καὶ ἐν ἑνὶ, καὶ πρὸς ἓν
ἑστῶσαν. (Χρόνος δὲ οὔπω ἦν, ἢ ἐκείνοις γε οὐκ ἦν·) γεννησόμενον C
δὲ χρόνον, λόγῳ καὶ φύσει τοῦ ὑστέρου. Τούτων δὴ οὖν ἡσυχίαν
ἀγόντων ἐν αὐτοῖς, ὅπως δὴ πρῶτον ἐξέπεσε χρόνος, τὰς μὲν Μού-
σας οὔπω τότε οὔσας, οὐκ ἄν τις ἴσως καλοῖ εἰπεῖν τοῦτο, ἀλλ᾽ ἴσως
ὃ, εἴπερ ἦσαν καὶ αἱ Μοῦσαι τότε· αὐτὸν δ᾽ ἄν τις τάχα τὸν γενό-
μενον χρόνον, ὅπως ἐστὶν ἐκφανεὶς καὶ γενόμενος. Λέγοι δ᾽ ἂν περὶ
αὐτοῦ, ὧδέ πως· ὡς πρότερον πρὶν τὸ πρότερον δὴ τοῦτο γεννῆσαι D
καὶ τοῦ ὑστέρου δεηθῆναι, σὺν αὐτῷ ἐν τῷ ὄντι ἀνεπαύετο χρόνος
οὐκ ὢν, ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνῳ καὶ αὐτὸς ἡσυχίαν ἦγε. Φύσεως δὲ πολυ-
πράγμονος καὶ ἄρχειν αὑτῆς βουλομένης, καὶ εἶναι αὑτῆς, καὶ τὸ
πλέον τοῦ παρόντος ζητεῖν ἑλομένης, ἐκινήθη μὲν αὐτὴ, ἐκινήθη δὲ

1. περὶ μέτρου] Cod. Vat. περὶ τοῦ μέτρου.
2. πρὸς αὐτοὺς] Cod. Med. B. πρὸς αὐτῆς.
5. Δεῖ δὴ] Cod. Ciz. δεῖ δέ.
7. καὶ ἐν ἑνὶ] Cod. Mon. C. omittit ἐν cum Marc. A.
8. γεννησόμενον δὲ] Cod. Vat. γενήσομεν δέ. Mon. C. γεννησόμενον, ab al. m. γεννήσομεν, omisso δέ. Marc. A. γεννήσομεν δέ.
10. ἐν αὐτοῖς] Cod. Mon. C. ἐν ἑαυτοῖς. Marc. A. habet: ἐν ἑαυτοῖς, ὅπ. δὴ πρ. ἐν ἑαυτῇ ἐξέπ. χρ. τὰς μὲν οὖν Μούσας.
11. ἴσως ὃ, εἴπερ] Cod. Vat. ἵνα ὅπερ. Est etiam ὅπερ in Cod. Ciz.; in Codd. Mon. C. Med. A. (qui supra lin. ab al. m. habet ὃ) B. Par. A. Marc. A. est ἴσως εἴπερ.
13. ἐκφανεὶς] Cod. Mon. C. ἐκφανὴς cum Marc. A.
ib. Λέγοι δ᾽ ἂν] Cod. Ciz. λέγοι ἄν. Marc. E. περὶ ἑαυτοῦ ὧδέ πως. ὁ χρόνος ὡς πρότερον. πρὶν δὴ τὸ πρότερον τοῦτο γ. καὶ τοῦ ὕστερον δ.
14. γεννῆσαι] Cod. Vat. γενῆσαι. Fort. γενέσθαι.
15. σὺν αὐτῷ] Cod. Med. B. καὶ σὺν αὐτῷ.
16. ἦγε] Codd. Med. B. Vat. ἦγεν.
17. ἄρχειν αὑτῆς] Cod. Vat. αὑτῆς ἄρχειν. Nos bis ex Marc. A. scripsimus αὑτῆς.

adducere, quæ et ad ipsos congrue afferentur: eum, inquam, res ita se habeat, reliquum jam est, quid tempus sit planius explicare.

X. *Quid sit tempus, scilicet perseverantia quædam in motibus animæ mundi ad æternitatis imitationem.*

Operæ pretium est, revocare nos iterum ad naturam illam, quam in ævo esse in superioribus dicebamus: naturam, inquam, immutabilem simulque totam, et vitam jam infinitam, prorsus indeclinabilem, et in uno ad unumque consistentem. Tempus autem nondum erat, aut saltem non erat in illis, secuturum vero ratione quadam posterioris atque natura. Supernis itaque quietem in se ipsis agentibus, quomodo principio tempus exciderit, si quis intelligere cupiat, haud forsan ad hoc explicandum Musas, quæ forte nondum erant, opportune vocabit. Fortassis etiam opportune: si quidem tunc etiam erant Musæ. Et quomodocunque sit, tempus ipsum jam factum quis forsan inveniat, quatenus factum est atque jam manifestum. Dicat autem de hoc ipso hunc in modum: Priusquam ipsum prius oriretur, posteriorique indigeret, simul cum ipso in ipso ente conquiescebat tempus nondum existens, sed in illo ipsum quoque quietem agebat. Natura vero quædam in multas pronior actiones, et sui juris esse sibiquemet imperare percupiens, atque eo, quod præsens est, plus aliquid habere semper eligens, jam et ipsa quidem agitata est, et simul effluxit tempus deinceps semper atque in posterum, neque per idem, sed in alterum rursusque alterum. Nosque ex hoc motu longitudinem quandam processionis effectam excogi-

335 καὶ αὐτὸς, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἀεὶ καὶ τὸ ὕστερον καὶ οὐ ταὐτὸν, ἀλλ'
E ἕτερον, εἶθ' ἕτερον κινούμενοι μῆκός τι τῆς πορείας ποιησάμενοι, αἰ-
ῶνος εἰκόνα τὸν χρόνον εἰργασάμεθα. Ἐπεὶ γὰρ ψυχῆς ἦν τις δύνα-
μις οὐχ ἥσυχος, τὸ δ' ἐκεῖ ὁρώμενον, ἀεὶ μεταφέρειν εἰς ἄλλο βουλο-
μένης, τὸ μὲν ἀθρόον αὐτῇ πᾶν παρεῖναι οὐκ ἤθελεν· ὥσπερ δ' ἐκ
σπέρματος ἡσύχου ἐξελίττων αὑτὸν ὁ λόγος, διέξοδον εἰς πολὺ ὡς
F οἴεται ποιεῖ, ἀφανίζων τὸ πολὺ τῷ μερισμῷ, καὶ ἀνθ' ἑνὸς ἐν αὑτῷ
οὐκ ἐν αὑτῷ τὸ ἓν δαπανῶν, εἰς μῆκος ἀσθενέστερον πρόεισιν· οὕτω
δὴ καὶ αὐτὴ κόσμον ποιοῦσα αἰσθητὸν, μιμήσει ἐκείνου κινούμενον
κίνησιν οὐ τὴν ἐκεῖ, ὁμοίαν δὲ τῇ ἐκεῖ, καὶ ἐθέλουσαν εἰκόνα ἐκείνης
εἶναι, πρῶτον μὲν ἑαυτὴν ἐχρόνωσεν, ἀντὶ τοῦ αἰῶνος τοῦτον ποιή-
σασα. Ἔπειτα δὲ, καὶ τῷ γενομένῳ ἔδωκε δουλεύειν χρόνῳ, ἐν
G χρόνῳ αὐτὸν πάντα ποιήσασα εἶναι, τὰς τούτου διεξόδους ἁπάσας
336 ἐν αὐτῷ περιλαβοῦσα. Ἐν ἐκείνῃ γὰρ κινούμενος, οὐ γάρ τις αὐτοῦ
τοῦδε τοῦ παντὸς τόπος, ἢ ψυχὴ, καὶ ἐν τῷ ἐκείνης αὖ ἐκινεῖτο
χρόνῳ. Τὴν γὰρ ἐνέργειαν αὐτῆς παρεχομένη ἄλλην μετ' ἄλλην,
εἶθ' ἑτέραν πάλιν ἐφεξῆς, ἐγέννα τε μετὰ τῆς ἐνεργείας τὸ ἐφεξῆς,
καὶ συμπροῄει μετὰ διανοίας ἑτέρας μετ' ἐκείνην, τὸ μὴ πρότερον ὂν,
B ὅτι οὐδ' ἡ διάνοια ἐνεργηθεῖσα ἦν, οὐδ' ἡ νῦν ζωὴ ὁμοία τῇ πρὸ αὐ-

1. ἀεί καὶ] Codd. Ciz. Med. B. Vat. καὶ ἀεὶ καί. Pergit Marc. E. εἰς τὸ ὕστ.

3. εἰργασάμεθα] Codd., exceptis Darm. et Par. A., omnes εἰργάσμεθα: sed Med. B. ex corr. ab al. m. Marc. tamen B. εἰργασσάμεθα (sic).

5. ἀθρόον] Cod. Vat. ἀθρόον.

ib. παρεῖναι] Cod. Vat. παρῆναι.

6. αὑτὸν ὁ] Codd. Ciz. et Vat. αὐτὸ ὁ. Ed. αὐτὸν ὁ, cum rell.

7. ἀφανίζων] Literam primam Schegkius in Cod. Mon. C. linea transversa notavit et ad marg. scripsit ἐμφανίζων i. e. patefaciens, manifestans.

8. πρόεισιν] Codd. Ciz. Par. A. Vat. Marc. A.E. πρόσεισιν. Med. A. πρό εισιν (sic).

12. Ἔπειτα—ποιήσασα] Desunt hæc in Codd. Ciz. et Vat.

ib. ἐν χρόνῳ]—ἐκινεῖτο χρόνῳ] Desunt hæc in Cod. Marc. E.

15. ἢ ψυχὴ] Codd. Vat. et Marc. A. ἡ ψυχή.

16. αὐτῆς] Codd. Darm. et Med. A. (a pr. m.) αὐτοῦ.

ib. ἄλλην μετ'] Cod. Mon. C. ἄλλην (sic) μετ'.

17. ἑτέραν] Cod. Vat. ἑτέρας.

ib. ἐγέννα] Cod. Mon. C. ἐγένα, quod correxit Schegkius addens ν.

19. οὐδ' ἡ διάνοια] Cod. Par. A. οὐ δεῖ διανοία. Marc. B. οὐ δὴ δ.

ib. ἡ ὁμοία] Abest ἡ a Codd., præter Ciz. et Darm., omnibus. Quare abjecimus. In seqq. pro τὸ ἄλλη scripsi τῷ ἄλλῃ, ut legit Fic.

tantes, tempus jam fingimus æternitatis imaginem. Cum enim esset potentia quædam animæ inquieta, volens videlicet, quod illic inspectum est, transferre semper in aliud, non sustinuit totum sibi collectum simul adesse: sed quemadmodum ratio seminalis explicans se ipsam ex quodam quieto semine, discursionem in plurimum, ut putat, agit: disperdens interea ipsum, quod dicitur plurimum, partitione quadam, et pro uno, quod in se existit, expendens consumensque unum in se ipso non manens, in debiliorem progreditur longitudinem: sic et ipsa, quam dicebamus, animæ natura, mundum fabricata sensibilem superioris illius imitatione, agitatum motu, non qui ibi sit, sed similis potius motui, qui sit ibi, motu inquam affectante imaginem illius referre, primo quidem se ipsam reddidit temporalem, pro ævo id jam reportans: deinde operi quoque facto dedit, ut tempori jam serviret: quippe cum totum hoc esse in tempore compulisset, discursiones videlicet hujus omnes in ipso complexa. In illa enim agitatum, neque enim est alter universi locus, quam anima: nimirum et in ejus tempore est agitatum. Actionem namque suam adhibens aliam post aliam deincepsque iterum aliam, genuit una cum actione ipsum deinceps consequens, simulque procedit cum cogitatione alia post illam, quod non erat ante, quandoquidem neque cogitatio talis quicquam fuerat operata. Jam vero vita præsens non est omnino similis præce-

336 τῆς. Ἅμα οὖν ζωὴ ἄλλη, καὶ τῷ ἄλλη χρόνον εἶχεν ἄλλον. Διάστασις οὖν ζωῆς χρόνον εἶχε, καὶ τὸ πρόσω ἀεὶ τῆς ζωῆς χρόνον ἔχει ἀεί, καὶ ἡ παρελθοῦσα ζωὴ χρόνον ἔχει παρεληλυθότα. Εἰ οὖν χρόνον τις λέγοι ψυχῆς ἐν κινήσει μεταβατικῇ ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλον βίον ζωὴν εἶναι, ἆρ' ἂν δοκοῖ τι λέγειν; εἰ γὰρ αἰών ἐστι ζωὴ ἐν στάσει καὶ τῷ αὐτῷ, καὶ ὡσαύτως καὶ ἄπειρος ἤδη, εἰκόνα δὲ δεῖ τοῦ αἰῶνος C τὸν χρόνον εἶναι, ὥσπερ καὶ τόδε τὸ πᾶν ἔχει πρὸς ἐκεῖνο· ἀντὶ μὲν ζωῆς τῆς ἐκεῖ, ἄλλην δεῖ ζωὴν τὴν τῆσδε τῆς δυνάμεως τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ὁμώνυμον λέγειν εἶναι, καὶ ἀντὶ κινήσεως νοερᾶς, ψυχῆς τινος μέρους κίνησιν, ἀντὶ δὲ ταυτότητος καὶ τοῦ ὡσαύτως καὶ μένοντος, τὸ μὴ μένον ἐν τῷ αὐτῷ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο ἐνεργοῦν· ἀντὶ δὲ ἀδιαστάτου καὶ ἑνός, εἴδωλον τοῦ ἑνός, τὸ ἐν συνεχείᾳ ἕν· ἀντὶ δὲ ἀπείρου D ἤδη, καὶ ὅλου, τὸ εἰς ἄπειρον πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἀεί· ἀντὶ δὲ ἀθρόου ὅλου τὸ κατὰ μέρος ἐσόμενον καὶ ἀεὶ ἐσόμενον ὅλον. Οὕτω γὰρ μιμήσεται τὸ ἤδη ὅλον καὶ ἀθρόον καὶ ἄπειρον ἤδη, εἰ ἐθελήσει ἀεὶ προσκτώμενον εἶναι ἐν τῷ εἶναι· καὶ γὰρ τὸ εἶναι οὕτω τὸ ἐκείνου μιμήσεται. Δεῖ δὲ οὐκ ἔξωθεν τῆς ψυχῆς λαμβάνειν τὸν χρόνον, ὥσπερ οὐδὲ τὸν αἰῶνα ἐκεῖ ἔξω τοῦ ὄντος, οὐδ' αὖ παρακολούθημα, οὐδ' E

2. τὸ πρόσω] Abest τὸ a Codd. Ciz. et Vat.

3. οὖν χρόνον] Cod. Vat. οὖν χρόνος.

4. βίον χρόνον εἶναι] Ita Ed. Sed Codd. Ciz. Med. B. Vat. χρόνον ζωὴν εἶναι. Simplic. βίον ζωὴν εἶναι. Cf. Annot.

5. εἰ γὰρ] Cod. Med. B. εἰ μὲν γάρ.

ib. ἐστι ζωὴ] Ita Codd. Mon. C. Med. A.B. Vat. Marc. A.E. Reliqui cum Ed., ζωήν. Simplic. ζωῆς. Mox omittit idem εἶναι post χρόνον et ponit post πρὸς ἐκεῖνο.

9. λέγειν εἶναι] Cod. Ciz. εἶναι λέγειν et ita Simplic.

10. ταυτότητος] Codd. Ciz. Mon. C. Med. B. Marc. A.E. Vat. ταυτότητος et ita Simpl. Quod recepi. Sed Ed. αὐτότητος.

12. τὸ ἐν συνεχείᾳ ἕν] Simpl. τ. ἐ. σ. ὄν. Mox idem omittit ἤδη post ἀπείρου.

ib. ἀπείρου] Marc. E. τοῦ ἀπείρου.

13. ἀθροου ὅλου] Cod. Vat. ἀθρόου ὅλου. Et sic constanter.

14. ὑπόμενον καὶ ἀεὶ εἴμενον] Ita Ed. Sed Codd. omnes cum Simplic. ἐσόμενον καὶ ἀεὶ ἐσόμενον, nisi quod tria ultima verba plane absunt a Codd. Med. B. Marc. B. Certe lectio Ed. ὑπόμενον (sic)—εἴμενον nihili est.

15. ἤδη ὅλως] Codd. omnes ἤδη ὅλον. et ita Simpl.

ib. ἐθελήσει] Ita Simpl. et Codd. omnes. Ed. ἐθελήση (sic). Inde a verbis καὶ γὰρ reliqua desunt in Cod. Marc. E. usque ad finem libri.

17. ὥσπερ οὐδὲ] Codd. Marc. A. Mon. C. omittunt οὐδέ.

18. οὐδ' αὖ] Cod. Vat. οὐδ' ἄν. Simpl. mox: ἀλλ' ἐν ὁρώμενα. Male.

denti: simul ergo alia vita, et quatenus alia, aliud quoque nacta est tempus. Distantia itaque vitæ atque protractio tempus sortita est, perpetuaque prorogatio vitæ sempiternum habet et tempus, et vita præterita tempus habet præteritum. Si quis ergo dicat, tempus esse [actum] vitam animæ in transitorio quodam motu ex alia vita in aliam perpetuo procedentem, forsan non nihil afferre videbitur. Si enim ævum est vita in statu et in eodem similique habitu permanens, jamque infinita, atque oportet tempus esse æternitatis imaginem, quemadmodum et hic mundus est mundi illius imago, certe loco vitæ, quæ illic viget, alteram oportet vitam hic asserere in quadam animæ mundanæ potentia, tanquam illius æquivocam, et pro intellectuali motu, alicujus partis animæ motum. Item pro identitate habituque simili atque manente, vicissim quod non permanet in eodem, sed aliud semper aliudque exsequitur: Rursus pro indistanti proprietate atque uno unius jam simulachrum in quadam successione continua unum possidens: Præterea vice illius, quod infinitum est jamque totum, quod in infinitum, secundum quod deinceps sequitur, perpetuo sese propagat: Denique pro eo, quod simul est totum, vicissim quod per partes est futurum, semperque futurum totum. Sic enim imitabitur illud, quod totum jam existit, collectumque simul, jamque immensum, si videlicet velit, esse suum in continua essendi consecutione sortiri: ita namque esse illius potissimum imitabitur. Oportet autem nequaquam extra animam tempus

336 ὕστερον, ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖ, ἀλλ' ἐνορώμενον, καὶ ἐνόντα, καὶ συνόντα,
ὥσπερ κἀκεῖ ὁ αἰών.
Νοῆσαι δὲ δεῖ καὶ ἐντεῦθεν, ὡς ἡ φύσις αὕτη χρόνος τὸ τοιούτου
μῆκος βίου, ἐν μεταβολαῖς προϊὸν ὁμαλαῖς τε καὶ ὁμοίαις, ἀψοφητὶ
F προϊούσαις, συνεχὲς τὸ τῆς ἐνεργείας ἔχον. Εἰ δὴ πάλιν τῷ λόγῳ
ἀναστρέψαι ποιήσαιμεν τὴν δύναμιν ταύτην, καὶ παύσαιμεν τοῦδε
τοῦ βίου, ὃν νῦν ἔχει ἄπαυστον ὄντα, καὶ οὔποτε λήξοντα, ὅτι ψυχῆς
τινος ἀεὶ οὔσης ἐστὶν ἐνέργεια, οὐ πρὸς αὑτὴν, οὐδ' ἐν αὑτῇ, ἀλλ' ἐν
ποιήσει καὶ γενέσει· εἰ οὖν ὑποθοίμεθα μηκέτι ἐνεργοῦσαν, ἀλλὰ
παυσαμένην ταύτην τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἐπιστραφὲν καὶ τοῦτο τὸ μέ-
G ρος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἐκεῖ, καὶ τὸν αἰῶνα, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ μένον, τί
ἂν ἔτι μετὰ αἰῶνα εἴη; τί δ' ἂν ἄλλο καὶ ἄλλο, πάντων ἐν ἑνὶ μει-
337 νάντων; τί δ' ἂν ἔτι πρότερον, τί δ' ἂν ὕστερον, ἢ μᾶλλον; ποῦ δ'
ἂν ἔτι ψυχὴ ἐπιβάλλοι εἰς ἄλλο, ἢ ἐν ᾧ ἐστι; μᾶλλον δὲ οὐδὲ τούτῳ.
Ἀφεστήκει γὰρ ἂν πρότερον, ἵνα ἐπιβάλῃ, ἐπεὶ, οὐδ' ἂν ἡ σφαῖρα
αὐτὴ εἴη, ἣ οὐ πρότερον ὑπάρχει, ἢ χρόνος· ἐν χρόνῳ γὰρ καὶ αὕτη
καὶ ἔστι καὶ κινεῖται. Κἂν στῇ ἐκείνης ἐνεργούσης, ὅση ἡ στάσις
αὐτῆς μετρήσομεν, ἕως ἐκείνη τοῦ αἰῶνος [ἡ στάσις] ἐστὶν ἔξω. Εἰ
B οὖν ἀποστάσης ἐκείνης καὶ ἑνωθείσης ἀνῄρηται χρόνος, δηλονότι ἡ

3. τὸ τοιούτου] Cod. Ciz. τὸ τοιοῦτον. Vat. τὸ τοιοῦτο.
4. μῆκος] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) μήκους.
5. Εἰ δὴ] Cod. Vat. ἤδη.
11. πρὸς τὸ ἐκεῖ] Cod. Vat. πρὸς τὸν ἐκεῖ. Verba καὶ ἐν ἡσυχίᾳ absunt a Marc. A.
ib. μένον] Cod. Med. B. μένει, supra lin. ab ead. m. μένοι.
12. εἴη] Ita Codd. Mon. C. Marc. A.B. Med. A.B. Vat. Reliqui cum Ed. εἴει.
ib. καὶ ἄλλο] Desunt hæc in Cod. Ciz.
14. οὐδὲ τούτῳ] Cod. Ciz. οὐ τούτῳ.
15. Ἀφεστήκει] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. B. ἀφεστήκοι.
ib. ἐπιβάλῃ] Codd. Ciz. Mon. C. Vat. ἐπιβάλλῃ et sic etiam Marc. A.
16. εἴη, ἣ οὐ] Ita Codd. Par. A. Marc. B. Reliqui cum Ed. ἡ.
ib. πρότερον ὑπάρχει, ἢ χρόνος] Cod. Ciz. πρότως ὑπάρχει χρόνος. Marc. A. Vat. πρώτως ὑπάρχει χρόνος. Mon. C. πρότως ὑπάρχει ἢ χρόνος. Med. A.B. Par. A. ut Ed.; sed omisso ἤ, quod in Med. A. supra lin. additum est.
17. καὶ ἔστι] Cod. Mon. C. omittit καὶ cum Marc. A.
18. τοῦ αἰῶνος ἡ στάσις] Absunt hæc a Codd. Ciz. Mon. C. Med. B. Vat. Marc. A.
19. ἀποστάσης] Cod. Par. A. ἀπόστασις.

accipere, quemadmodum neque ævum ibi extra ipsum, quod ens appellatur: neque rursus consecutionem esse, neque posterius quicquam: quemadmodum neque ibi, sed intus inspectum aliquid quod et insit, simulque sit, sicut illic et ævum.

XI. *Confirmatio superiorum.*

Considerandum est ex his, quæ dicta sunt, tempus esse naturam ejusmodi, scilicet longitudinem talis vitæ in mutationibus procedentem, æqualibus et similibus clam leniterque progredientibus: longitudinem, inquam, continuitatem actionis habentem. Quod si rursus fingeremus vim ejusmodi quodammodo retrahi, cessareque ab hac vita, quam nunc agit interminabilem nunquamque cessaturam, propterea quod sempiternæ cujusdam animæ actio est, non ad se ipsam, non in se ipsa, sed in effectione generationeque versatam: si fingamus, inquam, eam non amplius operantem, sed actionem ejusmodi desinentem, partemque hanc insuper animæ ad superna, et ævum stabileque conversam, quidnam erit ulterius præter ævum? Quid amplius aliud atque aliud, omnibus in uno manentibus? Quid ultra prius aliquid, vel posterius, aut longius? Qua rursus conditione anima ulterius se ad aliud conferet? Nisi forsan in id, in quo est. Imo vero neque in hoc ipsum: alioquin discessisse prius oportuit, ut in id se conferre valeret: quandoquidem neque ipsa sphæra esset, quæ non prius, quam tempus, existit: nam hæc quoque in tempore est, atque movetur: Atque etiam, sistet

ταύτης ἀρχὴ πρὸς ταῦτα κινήσεως καὶ οὗτος ὁ βίος τὸν χρόνον γεννᾷ. 337 Διὸ καὶ εἴρηται, ἅμα τῷδε τῷ παντὶ γεγονέναι, ὅτι ψυχὴ αὐτὸν μετὰ τοῦδε τοῦ παντὸς ἐγέννησεν. Ἐν γὰρ τῇ τοιαύτῃ ἐνεργείᾳ καὶ τόδε γεγένηται τὸ πᾶν· καὶ ἡ μὲν χρόνος, ὁ δὲ ἐν χρόνῳ. Εἰ δέ τις λέγοι, χρόνους λέγεσθαι αὐτῷ καὶ τὰς τῶν ἄστρων φορὰς, ἀναμνησθήτω, C ὅτι ταῦτα φησὶ γεγονέναι πρὸς δήλωσιν καὶ διορισμὸν χρόνου, καὶ τὸ ἡμέτερον ἐναργές. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν τὸν χρόνον αὐτὸν τῇ ψυχῇ ὁρίσαι, οὐδὲ μετρεῖν παρ' αὐτοῖς ἕκαστον αὐτοῦ μέρος, ἀοράτου ὄντος καὶ οὐ ληπτοῦ, καὶ μάλιστα ἀριθμεῖν οὐκ εἰδόσιν, ἡμέραν καὶ νύκτα ποιεῖ, δι' ὧν ἦν δύο τῇ ἑτερότητι λαβεῖν, ἀφ' οὗ ἔννοια φησὶν ἀριθμοῦ. Εἶθ' ὅσον τὸ ἀπ' ἀνατολῆς εἰς τὸ πάλιν λαμβάνουσιν, ἦν ὅσον D χρόνου διάστημα, ὁμαλοῦ ὄντος τοῦ τῆς κινήσεως εἴδους, ὅτῳ ἐπερειδόμεθα ἔχειν, καὶ οἷον μέτρῳ χρώμεθα τῷ τοιούτῳ, μέτρῳ δὲ, τοῦ χρόνου. Οὐ γὰρ ὁ χρόνος αὐτὸς μέτρον· πῶς γὰρ ἂν καὶ μετροῖ, καὶ τί ἂν λέγοι μετρῶν τοσοῦτον εἶναι, ὅσον ἐγὼ τοσόνδε; τίς οὖν ὁ ἐγὼ, ἢ καθ' ὃν ἡ μέτρησις; οὐκοῦν ὢν ἵνα μετρῇ, καὶ μὴ μέτρον; Ἡ οὖν E κίνησις ἡ τοῦ παντὸς μετρουμένη κατὰ χρόνον ἔσται, καὶ ὁ χρόνος οὐ μέτρον ἔσται κινήσεως, κατὰ τὸ τί ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ὢν, ἄλλο τι πρότερον παρέξει δήλωσιν, τοῦ ὁπόση ἡ κίνησις. Καὶ ἡ

4. γεγένηται] Ita, exceptis Darm. et Mon. C., Codd. omnes. Ed. γέννηται.
5. χρόνους] Schegkius ad marg. Cod. Mon. C. χρόνος ἐνέργεια ψυχῆς.
6. καὶ τὸ ἡμέτερον ἐναργές] Codd. Ciz. Darm. Med. A. (a pr. m.) Marc. A. Par. A. Vat. καὶ τὸ ἵνα ᾖ μέτρον ἐναργές. Sed Vat. in marg. habet ∴, Ciz. supra lin. ἐνεργές. Med. A. supra lin. ab ead. m. ut Ed. Par. A. in marg. ἡμέτερον. Fort. καὶ τὸ ἵνα ᾖ ἡμέτερον μέτρον ἐναργές.
8. παρ' αὐτοῖς] Codd. Ciz. (ex corr. ab al. m.) et Med. B. παρ' αὐτῆς. Marc. B. παρ' αὐτοῖς. Quod placet.
10. δι' ὧν ἦν δύο] Codd. Mon. C. Marc. A. Vat. δι' ὧν δύο ἦν. Ciz. διὸ δυο.
12. ὁμαλοῦ ὄντος] Cod. Darm. omittit ὄντος.
ib. ἐπερειδόμεθα] Codd. Par. A. et Vat. ἐπερειδώμεθα.
15. λέγοι μετρῶν] Fort. leg. λέγοι ὁ μετρῶν.
ib. ὁ ἐγὼ] Cod. Par. A. ὅ ἐγώ.
19. ἄλλο τι] Cod. Vat. ἀλλ' ὅτι (sic).

operante illa, quantus sit status ejus, metiemur, quoad ille æternitatis [status] [illa (sphæra) extra æternitatem] exterior perseverat. Si igitur desistente hinc illa prorsusque unita, tempus e vestigio tollitur, constat hujus initium motionis ad hæc, atque hanc vitam tempus efficere. Quam ob rem dictum est in Timæo, tempus simul cum hoc universo factum: quoniam anima tempus una cum hoc universo progenuit. Nam in ejusmodi actione hoc quoque universum est genitum: et hæc quidem tempus est, hoc autem in tempore. Si quis autem dixerit, dici etiam tempora a Platone motus astrorum, meminisse debet, Platonem dixisse, hæc esse facta ad ostensionem distinctionemque temporis, atque ut mensura nobis sit manifestior. Cum enim non liceret animæ tempus ipsum determinare, vel metiri penes se partes singulas temporis invisibilis atque incomprehensibilis, præcipue apud homines numerandi prorsus ignaros, diem effecit et noctem, per quæ liceret duo quædam ex hac diversitate percipere: unde cogitationem numeri dicit exortam. Deinde percipientes, quantum ab ortu rursus ad ortum peragitur, habere potuimus quantum temporis spatium æquali existente specie motionis: quatenus ad hoc ipsum velut innixi intuitum figimus, et quasi mensura utimur tali quodam, mensura, inquam, temporis. Non enim tempus ipsum mensura est. Quo enim modo metiretur, et quidnam diceret metiens? An de aliquo diceret hoc tantum est, quantum ego sum? Quisnam igitur est, qui dicitur, vel dicit ego? An secundum quem fit mensuratio? Nonne igitur in se existit aliquid, ut metiri queat, neque tamen mensura? Motus igitur universi mensuratus secundum tempus erit: ac tempus non erit mensura motus se-

337 κίνησις δὲ ληφθεῖσα ἡ μία ἐν τοσῷδε χρόνῳ, πολλάκις ἀριθμουμένη,
εἰς ἔννοιαν ἄξει τοῦ ὁπόσος παρελήλυθεν. Ὥστε τὴν κίνησιν καὶ
F τὴν περιφορὰν εἴ τις λέγοι τρόπον τινὰ μετρεῖν τὸν χρόνον ὅσον οἷόν
τε, ὡς δηλοῦσαν ἐν τῷ αὐτῆς τοσῷδε, τὸ τοσόνδε τοῦ χρόνου, οὐκ
ὂν λαβεῖν οὐδὲ συνεῖναι ἄλλως, οὐκ ἄτοπος τῆς δηλώσεως. Τὸ οὖν
μετρούμενον ὑπὸ τῆς περιφορᾶς, τοῦτο δέ ἐστι τὸ δηλούμενον, ὁ χρό-
νος ἔσται, οὐ γεννηθεὶς ὑπὸ τῆς περιφορᾶς, ἀλλὰ δηλωθείς· καὶ οὕτω
τὸ μέτρον τῆς κινήσεως, τὸ μετρηθὲν ὑπὸ κινήσεως ὡρισμένης, καὶ
G μετρούμενον ὑπὸ ταύτης, ἄλλο ὂν αὐτῆς. Ἐπεὶ καὶ εἰ μετροῦν ἄλλο
ἦν, καὶ εἰ μετρούμενον ἕτερον, μετρούμενον δὲ καὶ συμβεβηκός· καὶ
οὕτως ἂν ἐλέγετο ὡς εἰ τὸ μετρούμενον ὑπὸ πήχεως λέγοι τις τὸ μέ-
338 γεθος εἶναι, ὅτι ποτ' ἐστὶν ἐκεῖνο μὴ λέγων, μέγεθος ὁριζόμενος.
Καὶ οἷον εἴ τις τὴν κίνησιν αὐτὴν οὐ δυνάμενος τῷ ἀόριστον εἶναι
δηλῶσαι, λέγοι, τὸ μετρούμενον ὑπὸ τόπου. Λαβὼν γὰρ τόπον τις,
ὃν ἐπεξῆλθεν ἡ κίνησις, τοσαύτην ἂν εἶπεν εἶναι, ὅσος ὁ τόπος.

Χρόνον οὖν ἡ περιφορὰ δηλοῖ, ἐν ᾧ αὕτη. Δεῖ δὲ αὐτὸν τὸν χρό-
νον μηκέτι τὸ ἐν ᾧ ἔχειν, ἀλλὰ πρῶτον αὐτὸν εἶναι ὅς ἐστιν, ἐν ᾧ
B τὰ ἄλλα κινεῖται, καὶ ἕστηκεν ὁμαλῶς καὶ τεταγμένως, καὶ παρὰ
μέν τινος τεταγμένου ἐμφαίνεσθαι καὶ προφαίνεσθαι εἰς ἔννοιαν, οὐ

2. ἄξει] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. A. (ex corr.) Vat. ἄξει. Med. B. ἕξει. Med. A. a pr. m. ut Ed. ἀνάξει.
4. τοσόνδε] Cod. Ciz. τοσοῦδε.
8. καὶ μετρ. ὑπὸ ταύτης] Desunt hæc in Codd. Ciz. et Vat.
9. Ἐπεὶ οὖν] Ita Ed. Sed Codd., exceptis Darm. Marc. B. et Med. A., omnes omittunt οὖν. Quare delevi.
ib. μετροῦν ἄλλο ἦν] Hæc verba in Cod. Vat. punctis subscriptis notata sunt.
10. μετρούμενον δὲ] Cod. Med. B. μετροῦ δέ. Par. A. μετρούμενον ὡς δέ.
11. οὕτως ἂν] Cod. Vat. οὕτως ὡς.
ib. λέγοι τις] Cod. Ciz. λέγει τις.
13. τῷ ἀόριστον] Codd. Ciz. Par. A. Vat. τὸ ἀόριστον.
14. δηλῶσαι] Cod. Med. B. δηλώσεις.
ib. ὑπὸ τόπου] Ita Codd. omnes. Ed. ὑπότου.
15. ὃν ἐπεξῆλθεν] Codd. Ciz. Mon. C. ὃν δ' ἐπεξῆλθεν. Codd. Med. B. Par. A. Marc. A. ὃν ἐπεξῆλθεν. Quod recepi. Cod. Darm. ὃν ὑπεξῆλθεν. Med. A. eodem modo sed supra lin. additum est δι (sic). Cod. Vat. ὃν ἐπεξῆλθεν. Ed. ὃν δ' ὑπεξῆλθεν.
19. προφαίνεσθαι] Codd. Mon. C. Marc. A. προσφαίνεσθαι. Fort. ἐκφαίνεσθαι καὶ προφ. Nam etiam Proclus in Theol. Platon. p. 149. infra jungit προφαίνειν et ἐκφαίνειν citans Plotinum.

cundum id, quod est, sed per accidens, videlicet existens aliud quiddam prius, quanta sit motio patefaciet. Tum vero motus unus acceptus in tanto tempore sæpe numeratus, in notitiam adducet, quantum temporis præterierit. Quapropter, si quis dixerit, motum revolutionemque metiri quodammodo tempus, quantum potest, tanquam in suo quanto quantum temporis ostendentem: quippe cum neque accipi aliter, neque intelligi valeat, is profecto a decenti declaratione non aberrabit. Quod igitur a circuitu mensuratur, id est, declaratur, tempus erit, non genitum quidem ab ipso circuitu, sed demonstratum. Atque ita mensura motus esse videtur, quod mensuratum est a motu determinato, mensuratumque ab ipso tanquam ab eo diversum: quandoquidem si et mensurans aliud esset, et aliud utique mensuratum, mensuratum vero per accidens: atque ita dictum fuisset perinde, ac si quis dixerit, quod mensuratur a cubito, magnitudinem esse, non dicens tamen, quid ipsum sit definiens magnitudinem. Rursus velut si quis, cum nequeat ipsum motum ob naturam ejus indeterminatam planius explicare, dicat motum esse, quod mensuratur a loco. Accipiens enim quis locum, quem motio pertransivit, tantam esse motionem dicet, quantus et locus.

XII. *Tempus non est revolutio, sed declaratur ab ea. Item mundus, ejusque motus agitur ab ipso animæ mundanæ motu.*

Tempus igitur ipsum revolutio patefacit, in

338

μέντοι γίγνεσθαι, εἴ τε ἑστῶτος, εἴτε κινουμένου, μᾶλλον μέντοι κινουμένου· μᾶλλον γὰρ κινεῖ εἰς γνώρισιν καὶ μετάβασιν ἐπὶ τὸν χρόνον ἡ κίνησις, ἤπερ ἡ στάσις, καὶ γνωριμώτερον τὸ ὁπόσον κεκίνηταί τι, ἢ ὅσον ἕστηκε. Διὸ καὶ κινήσεως ἠνέχθησαν εἰς τὸ εἰπεῖν C
μέτρον, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν κινήσει μετρούμενον, εἶτα προσθεῖναι τι ὂν κινήσει μετρεῖται, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς γενόμενον περί τι αὐτοῦ εἰπεῖν, καὶ ταῦτα ἐνηλλαγμένως. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνοι οὐκ ἐνηλλαγμένως, ἡμεῖς δὲ οὐ συνίεμεν, ἀλλὰ σαφῶς λεγόντων μέτρον κατὰ τὸ μετρούμενον, οὐκ ἐτυγχάνομεν τῆς ἐκείνων γνώμης. Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ συνιέναι ἡμᾶς, ὅτι τί ὂν, εἴτε μετροῦν, εἴτε μετρούμενον, οὐκ ἐκ- D
δηλοῦσι διὰ τῶν συγγραμμάτων, ὡς εἰδόσι καὶ ἠκροαμένοις αὐτῶν γράφοντες. Ὁ μέντοι Πλάτων οὔτε μετροῦν εἴρηκεν, οὔτε μετρούμενον ὑπό τινος τὴν οὐσίαν αὐτοῦ εἶναι, ἀλλὰ εἰς δήλωσιν αὐτοῦ τὴν περιφορὰν ἐλάχιστόν τι εἰλῆφθαι, πρὸς ἐλάχιστον αὐτοῦ μέρος· ὡς ἐντεῦθεν γιγνώσκειν δύνασθαι, οἷον καὶ ὅσον ὁ χρόνος τὴν μέντοι οὐσίαν αὐτοῦ δηλῶσαι θέλων, ἅμα οὐρανῷ φησι γεγονέναι, καὶ πα- E
ράδειγμα αἰῶνος, καὶ εἰκόνα κινητὴν, ὅτι μὴ μένει μηδ' ὁ χρόνος, τῆς ζωῆς οὐ μενούσης, ᾗ συνθεῖ καὶ συντρέχει· ἅμα οὐρανῷ δὲ, ὅτι ζωὴ ἡ τοιαύτη καὶ τὸν οὐρανὸν ποιεῖ, καὶ μία ζωὴ οὐρανὸν καὶ χρό-

2. γνώρισιν καὶ μετάβασιν] Cod. Med. B. μετάβασιν καὶ γνώρισιν.
6. μετρῆται] Codd., excepto Darm., omnes μετρεῖται et ita Simplic. Idem: τὶ ὤν.
ib. γενόμενον] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. B. Vat. γινόμενον.
ib. περί τι] Cod. Med. B. omittit τι.
7. καὶ ταῦτα] Cod. Ciz. καὶ τά.
9. ἐτυγχάνομεν] Codd. Mon. C. Med. B. Marc. A. Vat. ἐτυγχάνομεν. Quod exhibemus. Ed. ἐντυγχάνομεν.
10. ἐκδηλοῦσι] Codd. Ciz. Mon. C. Med. A. (a pr. m.) B. Marc. A. Vat. ἐκδηλοῦν.
11. ἠκροαμένοις] Cod. Vat. ἠκροωμένοις.
14. εἰλῆφθαι] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) Par. A. εἰληφέναι.
16. οὐσίαν αὐτοῦ] Cod. Darm. omittit αὐτοῦ.
ib. οὐρανῷ φησι] Cod. Vat. οὖν τῷ φησί.
17. μηδ' ὁ χρόνος] Cod. Vat. μηδὲ χρόνος.

quo videlicet revolutio ipsa peragitur. Oportet autem tempus ipsum non amplius solum id habere, ut in eo aliquid transigatur, sed etiam atque prius id ipsum, quod est, existere, in quo moventur cætera, et quiescunt æqualiter atque ordinate, et a quodam ordinato in notitiam emicare, neque tamen inde fieri, sive quiescente illo, sive etiam agitato, magis attamen agitato: si quidem motus ad notitiam consecutionemque temporis magis, quam quies, conferre videtur, planiusque patere potest, quantum aliquid motum fuerit, quam quantum steterit. Quam ob rem eo adducti sunt, ut dicerent, tempus esse mensuram motus, pro eo, quod forsan dicere velint, motu mensuratum. Proinde adjungendum, quid in se existens motu mensuretur, neque solum dicendum, quod accidens ei conveniat, et id quidem permutato dicendi modo: at forsan illi non permutata ratione dictum ab eis accipi voluerunt: nos autem non intelligimus, sed manifeste dicentibus illis mensuram secundum mensuratum, eorum sensum minime consecuti sumus. Causa vero, ob quam minime intelleximus, hæc ipsa est: quoniam scriptis suis, quidnam in se ipso sit tempus, sive mensurans, sive mensuratum denominetur, nequaquam explicant: ac si plane cognoscentibus auditoribusque suis hæc illi scripserint. Plato autem neque mensurans aliquid, neque mensuratum ab aliquo, essentiam temporis esse dixit, sed ad ipsum patefaciendum mundi revolutionem minimum quiddam esse sortitam, ad minimam quandam temporis portionem: adeo ut hinc cognosci possit, quale sit tempus et quantum. Volens tamen ejus essentiam indicare, una cum cælo natum inquit, esseque ad ævum imaginem mobilem exemplaris æterni: quoniam non

338 νον ἐργάζεται. Ἐπιστραφείσης οὖν ζωῆς ταύτης εἰς ἕν, εἰ δύναιτο,
ὁμοῦ καὶ χρόνος πέπαυται ἐν τῇ ζωῇ ὢν ταύτῃ, καὶ οὐρανὸς, τὴν
F ζωὴν ταύτην οὐχ ἔχων. Εἰ δέ τις τῆσδε μὲν τῆς ζωῆς καὶ τῆς κινή-
σεως τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον λαμβάνων χρόνον λέγοι, εἶναι γάρ
τι τοῦτο, τῆς δ' ἀληθεστέρας κινήσεως τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον
ἐχούσης μὴ λέγοι τι εἶναι, ἀτοπώτατος ἂν εἴη, κινήσει μὲν ἀψύχῳ
διδοὺς ἔχειν τὸ πρότερον καὶ ὕστερον καὶ χρόνον παρ' αὐτὴν, κινήσει
δὲ, καθ' ἣν καὶ αὕτη ὑφέστηκε κατὰ μίμησιν, μὴ διδοὺς τοῦτο, παρ'
G ἧς καὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον πρώτως ὑπέστη, αὐτουργοῦ οὔσης
κινήσεως, καὶ ὥσπερ τὰς ἐνεργείας αὐτῆς ἑκάστας γεννώσης, οὕτως
339 καὶ τὸ ἐφεξῆς, καὶ ἅμα τῇ γεννήσει, καὶ τὴν μετάβασιν αὐτῶν. Διὰ
τί οὖν ταύτην μὲν τὴν κίνησιν τὴν τοῦ παντὸς ἀνάγομεν εἰς περιο-
χὴν ἐκείνης, καὶ ἐν χρόνῳ φαμὲν, οὐχὶ δέ γε καὶ τὴν τῆς ψυχῆς
κίνησιν τὴν ἐν αὐτῇ ἐν διεξόδῳ οὖσαν ἀϊδίῳ, ἢ ὅτι τὸ πρὸ αὐτῆς
ἐστιν αἰὼν, οὐ συμπαραθέων, οὐδὲ συμπαρατείνων αὐτῇ. Πρώτη
οὖν αὐτὴ εἰς χρόνον, καὶ χρόνον ἐγέννησε, καὶ σὺν τῇ ἐνεργείᾳ αὐτῆς
B ἔχει. Πῶς οὖν πανταχοῦ; ὅτι κἀκείνη οὐδενὸς ἀφέστηκε τοῦ κόσ-

1. εἰς ἕν, εἰ] Cod. Vat. εἰς ἕνα. In seqq. τὴν ζωὴν omittit Cod. Marc. A.
3. τῆσδε μὲν] Desunt hæc in Cod. Par. A.
ib. τῆς ζωῆς καὶ] Omittuntur hæc in Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. B. Vat. Ad h. l. Schegkius in marg. Cod. Mon. C. αὐτουργὸς κίνησις.
4. τὸ ὕστερον] Cod. Ciz. omittit τό.
6. λέγοι τι] Cod. Ciz. λέγοντι. Med. A. Marc. A. λέγῃ τι. Med. B. Par. A. λέγει τι. Mox Marc. A. καὶ τὸ ὕστερον.
7. παρ' αὐτὴν] Codd. Darm. Med. A. (a pr. m.) Par. A. παρ' αὐτῆς. Rell. cum Ed. παρ' αὐτήν.
8. ὑφέστηκε] Ita Codd. Ciz. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. ὑφ' ἕστηκε. Pro αὕτη Vat. αὐτή.
ib. παρ' ἧς] Cod. Med. B. παρ' ῇ.
9. πρώτως] Cod. Vat. πρῶτον.
10. ἑκάστας] Cod. Ciz. ἕκαστα.
ib. οὕτως καὶ] Codd. Vat. Marc. A. et Ciz. οὕτω καί.
11. γεννήσει, καὶ τὴν] Cod. Ciz. γενέσει τὴν, Vat. γενήσει (sic) τήν.
12. εἰς περιοχὴν] Cod. Vat. ἐς περιοχήν.
13. ἐν χρόνῳ] Cod. Vat. ἐνὶ χρόνῳ.
14. πρὸ αὐτῆς] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Med. A. (ex corr.) B. Vat. πρὸ ταύτης.
15. αὐτῇ] Cod. Par. A. αὐτῆς cum Marc. B.
ib. Πρώτη οὖν αὐτὴ] Desunt hæc in Cod. Vat. In Mon. C. et Marc. A. est αὕτη.
16. αὐτῆς ἔχει] Cod. Med. B. αὐτῆς ἔχει.

permaneat tempus, vita videlicet non manente, cum qua concurrit atque convolvitur. Natum vero una cum cælo dicitur: quoniam ejusmodi vita cælum facit, unaque vita cælum operatur et tempus. Quare, si posset ejusmodi vita in unum omnino converti, protinus cessaret et tempus, quod hac in vita versatur, cessaret et cælum ea vita privatum. Si quis autem vitæ inferioris et motionis hujus, ipsum prius posteriusve accipiens, hoc ipsum esse tempus affirmet, asserens hoc aliquid esse, motus autem verioris naturam prius posteriusque habentis neget aliquid esse, admodum ridiculus erit: quippe cum motui cuidam inanimato concedat prius atque posterius, ac præterea penes se tempus habere, motui autem per quem et hic imitatione quadam nascitur minime id concedat: a quo tamen ipsum prius atque posterius primo manavit, cum sit motus efficax per se ipsum: et quemadmodum actiones suas generat singulas, sic et continuam producat successionem, simulque cum genitura transitum quoque efficiat actionum. Curnam igitur motum quidem hunc universi reducimus in illius ambitum, et in tempore versari fatemur? Non tamen et motum animæ in se vigentem, perpetuaque discursione progredientem: forsan quia, quod super hunc motum extat, æternitas est, neque concurrens cum motione, neque simul extendens aut extensa. Primus igitur ille motus respicit tempus et generat, simulque cum sua possidet actione. Quo igitur modo tempus est ubique? Quoniam videlicet anima vitaque illa motusque vitalis a nulla usquam mundi parte abest: quemadmodum et talis in nobis vita partem nostri de-

*μου μέρους, ὥσπερ οὐδ᾽ ἡ ἐν ἡμῖν οὐδενὸς ἡμῖν μέρους. Εἰ δέ τις ἐν* 339
*οὐχ ὑποστάσει ἢ ἐν οὐχ ὑπάρξει τὸν χρόνον λέγοι, δηλονότι ψεύ-*
*δεσθαι, καὶ τὸ θεὸν αὐτὸν, ὅταν λέγῃ ἦν καὶ ἔσται· οὕτω γὰρ ἔσται*
*καὶ ἦν, ὡς τὸ ἐν ᾧ λέγει αὐτὸν ἔσεσθαι. Ἀλλὰ πρὸς τοὺς τοιού-*
*τους, ἄλλος τρόπος λόγων. Ἐκεῖνο δὲ ἐνθυμεῖσθαι δεῖ πρὸς ἅπασι* C
*τοῖς εἰρημένοις, ὡς ὅταν τις τὸν κινούμενον ἄνθρωπον λαμβάνῃ, ὅσον*
*προσελήλυθε, καὶ τὴν κίνησιν λαμβάνει ὅση, καὶ ὅταν τὴν κίνησιν,*
*οἷον τὴν διὰ σκελῶν, ὁρᾷ, τῷ, καὶ τὸ πρὸ τῆς κινήσεως ταύτης ἐν*
*αὐτῷ κίνημα, ὅτι τοσοῦτον ἦν, εἴ γε ἐπὶ τοσοῦτον συνεῖχε τὴν κίνη-*
*σιν τοῦ σώματος. Τὸ μὲν δὴ σῶμα τὸ κινούμενον τὸν τοσόνδε χρό-*
*νον ἀνάξει ἐπὶ τὴν κίνησιν τὴν τοσήνδε (αὕτη γὰρ αἰτία) καὶ τὸν* D
*χρόνον ταύτης, ταύτην δὲ ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς κίνησιν, ἥ τις τὰ ἴσα*
*διειστήκει. Τὴν οὖν κίνησιν τῆς ψυχῆς, εἰς τί; εἰς ὃ γὰρ ἐθελή-*
*σει, ἀδιάστατον ἤδη. Τοῦτο τοίνυν τὸ πρώτως, καὶ τὸ ἐν ᾧ τὰ*
*ἄλλα· αὐτὸ δὲ, οὐκέτι ἐν ᾧ· οὐ γὰρ ἕξει, τοῦτο τοίνυν τὸ πρώτως.*
*Καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦ παντὸς ὡσαύτως. Ἆρ᾽ οὖν καὶ ἐν ἡμῖν ὁ* E
*χρόνος; ἢ ἐν ψυχῇ τῇ τοιαύτῃ πάσῃ, καὶ ὁμοειδῶς ἐν πᾶσι, καὶ αἱ*
*πᾶσαι μία. Διὸ οὐ διασπασθήσεται ὁ χρόνος, ἐπεὶ οὐδ᾽ ὁ αἰὼν, ὁ*
*κατ᾽ ἄλλο ἐν τοῖς ὁμοειδέσι πᾶσιν.*

1. *οὐδ᾽ ἡ ἐν*] Cod. Mon. A. *οὐδὲ ἐν* cum Marc. A.
ib. *ἡμῖν μέρους*] Omissa hæc in Cod. Vat. in marg. addita sunt. Cod. Par. A. habet *μέρος*.
3. *τὸ θεὸν*] Codd. Ciz. Med. B. Vat. *τὸν θεόν*.
ib. *λέγῃ ἦν*] Cod. Par. A. *λέγει ἦν*.
4. *ὡς τὸ ἐν*] Cod. Mon. C. *ὡς ἂν τῷ ἐν*. Marc. A. *ὡς ἐν τῷ ἐν ᾧ*.
5. *λόγων*] Codd. Mon. C. Marc. A. Vat. *λέγων*.
8. *ὁρᾷ, τῷ, καὶ*] Cod. Vat. *ὁρᾷ τὸ καὶ*, Fort. *τούτῳ καί*. Ante hæc Marc. A. *δια τῶν σκελῶν*.
11. *ἀνάξει*] Cod. Vat. *ἀνάξεις*.
14. *Τοῦτο τοινυν*] Abest *τοίνυν* a Cod. Ciz.
17. *ἐν πάσῃ*] Ita Ed. Sed Codd. Marc. A. Mon. C. *ἐν πᾶσι*, et ita Simplicius. Quare correxi. Idem: *ἆρα οὖν καὶ ἐν ἡμῖν ὁ χρόνος*: quod recepi. In Ed. *ὁ* deest.
18. *οὐ διασπασθήσεται*] Cod. Mon. C. *οὐ σπασθήσεται*. Marc. A. *οὐδὲ σπασθήσεται*.
19. *ἄλλο ἐν*] Codd. Ciz. et Vat. *ἄλλον ἐν*.
ib. *πᾶσιν.*] Ita Codd. Marcc. Med. A. B. Vat. et Simplic. Reliqui cum Ed. *πᾶσι*.

serit nullam. Si quis autem objiciat, tempus in quadam non substantia, sive non existentia versari, mentiri enim circa ipsum esse, quemadmodum de Deo dicitur, mentiri nos circa ipsum erat et erit: sic enim erat et erit, ut illud in quo quis dicat ipsum fore, quidnam dicemus? Verum ad hæc alia quædam ratio disputandi requiritur. Hoc autem animadvertendum est in præsentia ad ea, quæ dicta sunt, quod quando quis circa hominem, qui movetur, considerat quantum processit, quantus quoque sit motus agnoscit, et quando motum velut per crura progressum judicat, simul motionem ipsam ante hunc progressum in homine cogitat, videlicet fuisse tantam: si quidem in tantum usque corporis progressionem regendo continuavit. Corpus quidem motum tanto tempore rediget in motum proprie tantum. (Hæc enim causa est,) et in hujus tempus, hunc vero motum in ipsum animæ motum, qui secundum æqualia produxerat intervallum. Ipsum itaque motum animæ in quid potissimum referemus? Certe in quodcunque referre volueris, in aliquid desines prorsus indistans. Hoc igitur hic existit primo, ipsumque est in quo cætera continentur: ipsum vero non amplius in alio. Non enim habere potest, quo comprehendatur. Hoc igitur primo regnat. In anima quoque totius similiter se res habet. Num igitur et in nobis est tempus? Forsan in omni anima tali, et uniformiter est in omni, et omnes quodammodo sunt una. Quapropter non dispergetur tempus: quandoquidem neque æternitas, quæ secundum aliud in uniformibus cunctis existit.

# MARSILII FICINI

IN

## LIB. VIII. ENNEAD. TERTIÆ,

## DE NATURA, ET CONTEMPLATIONE, ET UNO,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI,

Naturalia fiunt a vita quadam agente per rationes quasi contemplativas, sibi infusas ab intellectu divino.

PHILOSOPHI quondam nonnulli simpliciter naturales putabant naturalia omnia a qualitate quadam elementali motuque generari, ac talia provenire vel talia pro virtute qualitatis, quæ in agente vigeret, et pro efficacia motus inde in materiam desinentis, nec his præesse rationem ullam modo intimæ artis agentem. Plotinus autem corporales qualitates et motus duci vult ab incorporea forma non subjecta motibus, sed præsidente, quam vocat naturam universalem atque primam. Formam dico substantialem atque vitalem, quæ nec ulla sit corporum qualitas, ut possit omnes pariter procreare, nec solo impetu motus agat, ut disponere possit omnia moderamine certo: sed agat sua quadam ratione formali, et naturali quadam arte: perinde ac si artificiosa ratio, quæ est accidens in artifice, sit aliquid per se subsistens, quamvis intra materiam: atque ita suapte natura agat artificiose, ut artifex artificiose agit electione: imo sic naturali arte agat artificiose, sicut ignis naturali calore naturaliter calefacit. Huic ergo vivæ naturalique rationi parent qualitates et motus, ut instrumenta: tametsi absque motu corporeo corporeum edit motum, et sine qualitate ignis generat ignem, ac sine manifesto semine passim viventia generat: utpote quæ essentiales in se habeat et vivas omnium rationes: quod satis in theologia nostra probamus, et ita in præsentia breviter confirmamus. Super nutritionem et augmentum, quæ sunt generationes quædam, est ipsa simpliciter generatio, quæ et in his omnibus reservatur. Cum igitur hæ generationes quædam, vitarum quarundam vel quorundam viventium opera sint, nimirum ipsa simpliciter et prima communisque generatio est opus simpliciter vitæ, vitæque communis totum regentis mundum. Atque cum in mole mundi non sint certa ubique semina corporalium manifesta, profecto in ipsa totius vita sunt semina, et propriæ rationes seminum rerumque sensibus apparentium. Natura enim, quæ sine electione facit, insita forma facit, et certas ubique formas certis necessario formis, id est, rationibus seminalibus: quibus sane tanquam principiis atque regulis motus omnes, qui per se indeterminati sunt, certo quodam tenore definiat, et qualitates, quæ toto impetu agunt, quicquid agunt, et cohibitæ sunt naturaliter in angustum, librata quadam moderatione ducat ad opus: et id quidem multiforme, uniformi tamen ordine. Nec aliter certum ubique finem spectet, in his, quæ ipsa non vident finem, quam ars soleat et consilium. Ars hæc vivens atque naturalis omnes in se secundum actum naturales continet formas, non aliter, quam ars humana possideat artificia. Materia enim, quæ in potentia formabili semper ad omnes, non aliter ad actum perducitur omnium, quam per vitam materiæ quidem præsidentem, sed cognatam in se omnes actu comprehendentem. Natura quidem hæc artifex omnium, neque materia

quadam tali vel tali, neque ipsa simpliciter materia ad suam indiget existentiam. Ipsa enim materiam quotidie talem reddit, atque talem, materiamque expedito movet imperio. Jam vero nec qualitate hac vel illa materiæ indiget ad suam simpliciter actionem. Potest enim qualitates absque qualitatibus generare: quippe cum ipsa sit commune principium ad omnes pariter generandas. Ac si generat passim viva sine seminibus manifestis, magis potest qualitates elementales per semina sua tantum sine elementorum talium ministerio procreare. Quod si utitur materia qualitatibus certis affecta, non quidem necessitate ejusmodi qualitatibus utitur, sed per accidens. Quod sane confirmatur ab illis, qui in generatione resolutionem fieri usque ad primam materiam arbitrantur. Proindè memento, naturam ejusmodi esse verum generationis ubique principium. Forma namque materialis, quia formarum est ultima, formale nihil proprie generat. Quod enim in aliquo genere postremum est, nihil gignit in eo. Est ergo materialis forma non tam generationis principium, quam affectio quædam materiæ inducta desuper ab occulto principio speciem generante. Quod autem nihil generet, confirmatur ex eo, quia generatio ad vitam pertinet: hæc autem vita caret: vita vero carere constat ex eo, quoniam oportet essentiam ulterius proficisci, quam vitam: nec tamen usque ad materiam procedit essentia: siquidem neque forma. In qualitatem igitur essentia desinit, et id quidem intrinsecus desinit, ergo vita in naturam similiter super materiæ qualitatem. Natura quidem hæc incorporea est: quod enim corporeum est, si movet quicquam, interea et movetur, movetur, inquam, etiam in substantia. Primum vero movens est, quod substantia permanet, ut perpetuum continuare queat in motu tenorem. Si tamen est motor intimus familiarisque velut forma quædam, qualis est ipsa natura, oportet, dum movet, etiam quodam pacto moveri per modum quendam potius sui alium atque alium, non per essentiam aliquando declinantem. Denique sicut in quolibet animato non qualitas elementalis, sed vitalis quædam ratio principium est eorum, quæ in corpore fiunt, et super et contra qualitatum ejusmodi modum: sic in universo vivente, id est, mundo, non elementalis qualitas aut motus, tam pulchra, tam diversa, sed ratio quædam viva dispensat, quam Plotinus ait in se ipsa per essentiam permanere, quamvis in affectionem actu aliam vicissim ex affectione mutetur. Neque a materia dependere pariter, et ab anima, sicut et corporea qualitas: sed ab anima tantum, velut perennem actum animæ vergentem erga materiam. Ideo qualitatem Plotinus corpoream appellat accidens, quoniam utrimque dependeat: vitam vero ab anima communicatam corpori, non accidens corporis, neque rursum animæ accidens, sed essentialem actum animæ, quasi medium inter verum accidens veramque substantiam. quæ usque ad intellectualem progreditur animam: si quidem virtutem aliquam habet, qua se ipsam quodammodo sustineat et conservet, et in se ipsa proficiat: quo quidem munere omnes intellectuales essentiæ per se et ex se subsistere dici solent. Sed ut ad naturam redeamus, id est, vitam ab anima dependentem, in hac sunt rationes omnes formarum naturalium productrices, ipsaque in ea ratio quælibet non notio quædam est, ex argumento vel indagine quandoque concepta: sed essentialis proprietas atque actus essentiæ non differens ab esse tali quodam atque tali. Est igitur in natura seminalis quædam ratio ejus, quod inde gignitur: quæ quamvis sit actus essentialis naturæ ipsius, ipsumque suum esse tale: tamen translatione quadam nominatur intuitus non acquisitus aliquando, sed naturaliter illic affixus: non quærens aliquid, sed ab initio possidens: neque animadvertens in se aliquid, sed quasi stupidus, qualis in attonitis esse solet: ac forte talis quidam sensus, qualem nonnulli plantis attribuebant. Nam et hæc est communis universi planta per suum quendam quietum substantialemque sensum sua vita fruens, naturaliaque concipiens: atque hunc sine strepitu sensum, id est, sine distractione sui ad aliud Orpheus naturæ tribuit in hymno naturæ. In natura quidem intueri nihil aliud est, quam esse tale, et tale quiddam facere. Et quoniam quasi quodam intuitu et spectamine facit: ideo, quod gignitur in materia, spectaculum dici potest: atque ita insuper spectamen appellari naturæ, ut solemus in puero dicere: signum hoc huic ingenitum est quædam concupiscentia et imaginatio matris. Omnino vero neque in intellectu neque in natura est ulla cognitio, vel notio, vel intuitus sic ab esse differens, sicut differre solet intuitus, qui consideratio dicitur, qualis est in illis, qui rem ipsam quam spectant, non possident naturaliter. Intellectus autem, et natura quæ a substantia intellectuali dependet, naturaliter possident, imo sunt illa ipsa quæ intuentur et faciunt intuendo: quem quidem essentialem efficacemque intuitum, appellat seminariam rationem. Primam quidem rationem ponit in ipso simpliciter intellectu: secundam in anima intellectuali, quam primam nominat animam: tertiam in natura, quam secundam animam nominat: quartam in materia, id est, materialem formam. Formæ quidem rerum primæ in ipso sunt intellectu, suntque ibi contemplationes vel contemplamina quædam. Dicimus autem contemplamina vel spectamina notiones omnium, sive conceptus ibidem

resultantes interea, dum intellectus se ipsum contemplatur et spectat. Secundæ vero formæ ab intellectu contemplante in animam intellectualem naturaliter exprimuntur: suntque hic etiam contemplamenta quædam. Tertiæ imprimuntur hinc in naturam. Quæ cum examussim ex contemplationibus exprimantur, sunt et ipsæ contemplationes quædam, ne totiens dixerim contemplamina. Quartæ tandem ex ipsis contemplativis naturæ conceptibus concipiuntur in materia mundi. Et quoniam prædictas contemplationes sequuntur ordine quodam, et imitantur ad unguem, contemplationes quædam nominari possunt. Artificia sane ad visum spectantia dici solent intelligentiæ quædam ingeniaque artificis: multo magis soni musici: magis insuper cantus: quoniam cogitationem expressiorem affectumque vivum secum ferunt: maxime verba sive prolata sive scripta. Formæ igitur naturales in primis id habent, ut et appellentur, et sint intelligentiæ quædam conceptusque expressi ipsius intellectualis naturæ, sive naturalis intelligentiæ. Natura enim ipsa rerum artifex est potestas quædam viva intellectualis animæ, figurans materiam, non alienam, ut ars, sed suam: neque sicut ars extrinsecus, sed intrinsecus: neque electione tali, sed essentia tali ac sine instrumento, atque semper. Jam vero in hoc natura differt a geometra pulverem figurante: quoniam hæc et intus, et sine instrumento electioneque facit: perinde sicut geometra dum vehementer, et affectu quodam figuras imaginatur, spiritum ejus intimum imaginatione movet, atque figurat. Fingit vero Plotinus quatuor hæc, intellectum, animam intellectualem, naturam, materiam, esse quasi vitra quatuor subinde disposita: ipsasque primi intellectus intelligentias inde velut a sole radios per animam, naturam, materiam pertransire, quasi continua quadam conformitate: ut quodammodo dici possint iidem radii, eædemque intelligentiæ in sequentibus et postremis, qui et in præcedentibus esse, sed deinceps gradatim a priori dignitate deficientes. Cum vero contemplatio intellectus primi, atque deinceps contemplatio quædam in anima, et natura naturalium sit principium, nimirum et finis omnium est contemplatio, quam et intellectualia perpetuo possident, et in ejusmodi fine feliciter conquiescunt, quam et rationalia quærunt, ut in ea quandoque quiescant, quam et sensualia per actum continuum sentiendi pro viribus imitantur, quam et quæ generant omnia, tum in ordine motus, tum in pulchra genituræ forma referre conantur. Denique divinæ providentiæ contemplatio ad exactissimam dirigit omnia pulchritudinem, dum in tota dispositione rerum non minus, imo plus ornamento, quam necessitati consulitur. Ex quo quidem ornamento mirabili mentes excitat ad ipsam divinæ mentis artem inveniendam, et ejusdem pulchritudinem contemplandam.

*De fine intellectualis naturæ: et quod in cognitione vera idem est cognoscens et cognitum. Et de gradibus vitæ et intelligentiæ, et quod intellectus primus est omnia, et perfecte totum.*

In capite libri quinto sextoque notabis vitæ intellectualis finem esse non simpliciter, et quomodolibet habere bonum, sed bonum habitum intelligere: nam et hoc ipsum ibi est habere, scilicet intelligere. Hæc enim est actio intellectualis naturæ propria, et præcipua ratio possidendi. Item bonum nobis non sensibile quidem, sed intelligibile esse summum: quoniam hoc solum nobis est intimum, maximeque quietum, idemque est tandem cum ipsa cognoscendi potentia. Præterea memento, potentiam cognoscendi in ipso cognitionis actu unum quodammodo fieri cum objecto. Et quo magis fit unum, eo perfectiorem esse cognitionem, atque vicissim: et ubi perfectissima est, imo ubicunque vera, ibi unum idemque esse re ipsa cognoscentem potentiam atque cognitum. Intellectus igitur et intellectualis omnis essentia, sicut est omnia semper actu, ita et actu cuncta semper intelligit. Rationalis vero natura animæ omnia quidem est, sed non semper in actu omnia. Et quatenus actu se confert in aliquam intra se latentium rationem, catenus fit ipsa ratio, perque hanc intelligit, quæ in hujus virtute comprehenduntur, et intelligendo fit illa. Summatim re vera cognoscere aliquid non est aliud, quam hoc ipsum esse vel fieri. Denique cum divinus artifex ipsa contemplatione sui faciat omnia, et facta provocet ad se ipsum pro viribus imitandum, nimirum omnia contemplativum vel contemplabile aliquid appetunt, atque moliuntur, sive intelligendo, sive sentiendo, seu etiam agendo, atque generando. Præterea in cap. 7. cognosces iterum omnem potentiam intellectualem esse idem cum re intellecta, et in ea intelligere ab esse non discrepare, quia in genere cognitionis est summa: potentiam vero rationalem fieri cum re cognita idem, sed intuitum sensus exterioris atque naturæ vergere ad externum: Item primam formam ob summam ejus ad motum efficaciam esse primam vitam, et ob efficaciam esse intimam, suique ipsius compotem esse intelligentiam primam. Sicut ergo per omnes rerum gradus procedit forma a prima forma per essentiam facta, sic et vitam intelligentiamque procedere, ut forma quælibet dici queat vita et intelligentia quædam. Denique intellectum primum, sicut uniformis est, propterea quod sit in eo genere primus: sic et omniformem fieri, propterea quod contemplando se ipsum propter fœcunditatem intelligentiæ sub variis sese formis

concipiat: veruntamen in qualibet forma intra se concepta communem totius agnosci formam: ideoque esse totum quiddam perfecta ratione totum, quia totum conservetur in singulis: idque habere, quoniam sit unitissimum, ex eo quod unitati divinæ sit proximum, a qua tamen degenerat. Quoniam in eo rationes rerum formales discrepant inter se ratione formali, perque gradus derivantur a superiori quodammodo ad inferius, et a meliori similiter ad deterius: conclude, in quolibet genere, quod est primo, totum esse perfecte: et ideo in qualibet sui parte totum: sic ens ipsum, sic ipsa vita, sic intellectus. Quod vero sic est totum, non ita componitur ex suis, velut quod ex partibus essentiam mutuatur: sed ipsa sui essentia esse dat partibus. Atqui ejusmodi totum, quod se propagat in sua, quodve in singulis conservatur, totum dicitur infinitum. Nam infinite quicquid in eo acceperis, consequuntur et reliqua.

*Intellectus etiam primus est necessario multiplex, et est omnia: igitur ante ipsum est principium omnium, quod non est omnia, sed super omnia.*

Hæc in octavo capite consideranda videntur. Ratio namque intellectus hæc ipsa est, quod moveatur et illuminetur atque formetur: intelligibilis autem ipsius proprietates oppositæ sunt. Item in ipsa intellectus ratione non necessario includitur, ut sit ipsum intelligibile: nulla enim necessitas prohibet esse aliquem intellectum, etiam si intelligatur a nullo, vicissim nec ad rationem intelligibilis necessario pertinet, quod intellectus existat. Intellectualis namque potentia in ambitu objecti sui comprehendit materialia simul et spiritalia, atque inter hæc continet, quæ intelligunt, et quæ non intelligunt. Intellectus igitur atque intelligibile distinguuntur inter se quadam ratione formali, ejusmodi vero distinctio distinctioni, quæ secundum rem appellatur, proxima est. Hæc ipsa vero secundum rem distinctio postrema est: illa itaque forma prima, in qua intellectus cum intelligibili copulatur, non est unitas simplicissima: non est igitur primum universi principium, quod simpliciter unum est atque simplicissimum: quemadmodum, quicquid est in aliquo genere primum, in eodem est necessario simplex. Esse vero intellectum quadam necessitate multiplicem, ideoque non primum, sic etiam confirmatur: Si intellectus est summa cognitio, habet secum intelligibile conjugatum, scilicet re ipsa idem, quamvis non ratione idem: Item ipsum quod primo et secundum se intelligibile est, hoc habet et consequenter, ut sit etiam intellectus. Tale enim intelligibile est forma separata subsistens, ideoque in se reflexa reportat intelligentiam. Res vero materialis si appellatur intelligibile, talis evadit, quatenus transformatur in aliud, vel per aliud intelligitur consequenter. Cum igitur intellectus atque intelligibile se invicem comitentur, adeo ut, quod est alterutrum, sit et alterum: atque hæc [differant?] differunt ratione formali, necessario intellectus primus est multiplex, neque summum universi principium. Dubitatur deinceps hunc in modum: principium ipsum quatenus est extra genus intelligentiæ, videtur esse sibimet ignotum: et quatenus super intelligibile genus extat, cognosci nullo modo potest. Respondetur ad hæc: ipsum præstantiore quadam ratione, quam cognoscendo, se ipso frui: atque animam eo frui excellentiore forsan cognitione, quam intellectuali, vel potius eminentiore quodam pacto, quam cognoscendo. Non enim intellectus simpliciterque cognitio in nobis est summum, sed unitas boniformis, per quam prima fruimur unitate simul et bonitate: sicut et per luminosum sensum sensibili fruimur luminoso. Sicut ergo, qui studet vehementer imaginari, a motu cessat et sensu: et qui penitus intelligere, imaginationem sedat: ita, qui optat attingere, quod super naturam intellectualem intelligibilemque existit, omne prorsus intelligibile pertransire debet, et intellectum proprium posthabere, silentiumque intelligentiæ prorsus imponere, redactus videlicet in aliquid sui primum, per quod fruatur universi primo. Conclude aliud atque aliud aliter atque aliter se ipso frui. Corpus quidem animalis frui se ipso per sensum, rationem vero non per sensum, sed per melius aliquid semet ipsa frui: intellectum quoque non per aliquem rationis discursum, sed per aliquid eminentius sui ipsius fieri compotem: similiter unum ipsum atque bonum per aliquid intelligentia cognitioneque sublimius se ipso frui. Proinde si ab imperfectis ad perfecta gradatim est ascendendum, certe super imaginationem, quæ per aliqua rerum genera tantum, et longo insuper tempore discurrere solet, ponenda est ratio per omnia discurrens, ac tempore ad hoc indigens breviore, et ubi est perfectissima, quam brevissimo. Super hanc intellectus omnia semper sine tempore consecutus, qui si perfecte habet in se videtque omnia, non habet illa confusa, sed distincta sinceraque, non intuetur obscura, sed clara discernit atque distincta. Super hunc igitur hac necessitate multiplicem primum est universi principium, quod neque est duntaxat unum aliquid omnium: alioqui non haberet ad omnia potestatem, nec omnium principium esse posset: neque etiam est ita omnia tantum, ut non sit unum atque simplex: hoc enim primum est. Ubique vero prius est unitas multitudine, et composito simplex: neque rursum est et unum pariter atque omnia. Si enim hoc ab aliquo

concedatur, ita distinguimus: aut est cuncta summatim, aut potius singulatim: si summatim, id est, quod ibi sit una quædam forma cum multitudine: aut hæc una forma est ante multitudinem, atque ita hæc ipsa duntaxat principium est, neque opus est, ad hoc ut sit principium, ei multitudinem adhibere: aut una hæc forma est cum multitudine simul: atque ita non est principium omnium, quandoquidem ante omnia non existit: aut forma hæc una post omnia ponitur, quo nihil dictu videtur absurdius. Sin autem accipiatur alterum illud disjunctionis membrum, scilicet quod principium illud omnium sit ita omnia, ut de unoquoque oculis demonstrato discurrendo per singula, sit verum dicere, hoc est principium, sequetur, ut quodlibet sit principium. Cum vero principium sit necessario unicum, unica res erit in universo: vel vicissim principia totidem, quot res esse ponuntur.

*Ipsum bonum est super essentiam, vitam, intellectum, neque intellectu potest attingi.*

Cum in gradibus viventium videamus, consummatissimum vitæ gradum esse tandem vitam intellectualem, conjicere possumus, primam in toto rerum ordine simpliciter vitam esse ipsum simpliciter intellectum. Sive igitur ut vitam consideras, est motio quædam ad terminum, ideoque ad aliud, ut ad bonum: sive ut intellectum accipis, est motus aliquis ad verum, ut ad bonum: utroque igitur pacto est dependens aliquid, neque contentum est essentia sua, cujus vita et intellectus existit, sed quærit aliquid essentia melius, id est, ipsum bonum, quod neque vita secundum formam, neque intellectu indiget, quo annitatur ad bonum: quandoquidem est ipsum bonum, cui nec ulla opus est actione: si quidem omnis actio est ad bonum, circa quod versatur. Quod quidem cum super intellectum et intelligibile prorsus existat, nomina vero ex intellectus conceptione imponi soleant, nullum proprium habet nomen. Appellatur autem bonum, quoniam inde omnia efficiuntur, et facta perficiuntur. Appellatur et unum, quoniam interea supereminet omnibus, neque movetur, dum hæc inde procedunt, alioquin nihil alicubi permaneret: neque dividitur in partes, alioquin cessaret unum ipsum: quo sublato mox omnia perderentur: neque omnino multiplicatur in formas, alioquin admistionem vel adjunctionem patiens, non esset amplius vera unitas et immensa simplicitas. Si per arbores, per animalia, per animam, per mentem processeris, invenies, quod in unoquoque horum simplicissimum est maximeque unum, esse omnium potentissimum, reliquorumque principium. Similiter universum ad unitatem rediges potentissimam, de qua nihil ulterius prædicabis, cum primum concepisti unitatem ipsam vel bonitatem: alioquin si quid præterea prædicaveris, compones, et minues componendo, reddesque indigum, et posterius. Noli ergo huic intellectionem addere. Alia enim est ratio intelligentiæ, alia boni. Non enim æque utrumque cuilibet convenit. Intelligentia igitur adjuncta bono congeriem conficit, neque igitur illic adhibebis ideas, quæ concipiuntur intelligentia, differuntque inter se absolute ratione formali, præsertim contrariarum rerum oppositarumque ideæ, quod patet ex ordine universi inde secundum essentiam formamque geniti. Quæ enim in hoc opificio re ipsa differunt et subjecto, hæc in opifice omnium intellectu absolute formalique differunt ratione: alioquin hic ordo formarum vel inordinato quodam casu consisteret, vel ex materia prorsus informi procederet. Distinctiones vero formales et absolutas adhibere primo Platonici vetant, prohibent etiam post unitatem vel bonitatem adhibere vitam aut essentiam, quorum nixus non quiescit in se, sed contendit ad bonum. Jubent primum illud super essentiam atque esse ponere, sicut materiam, quæ ex opposito ultimum est, sub essentia et esse judicant collocandam: ideoque sicut in attingenda materia descendendum est sub omnibus intelligentiæ conceptibus, qui formales sunt: sic ad attingendum illud super omnes ejusmodi conceptus est ascendendum: neque mobili vel multiplici vel formali intelligentiæ actu attingi posse putandum, quod super motum multitudinemque et formam mirabiliter extat.

*Ipsum bonum est pater, cujus filius est intellectus, semper a patre plenus, hujus autem intellectus est imago mundus.*

Quemadmodum aliud est visus, aliud vero lumen, ad quod capiendum est oculus institutus, etiam si quis oculus fingatur ab æterno lumine plenus: sic aliud est intellectus, aliud vero verum ipsum atque bonum, ad quod naturaliter intellectus annititur: differtque ab illo, etiam intellectus ipse, qui propter propinquitatem boni semper bono plenissime fruitur. Ipsi itaque bono sicut et lumini nihil opus est visu. Jam vero, si quis posset totius mundi visibilis ornatum totum uno simul intuitu contueri, supra modum admiraretur, ac velut ex imagine quadam facilius mundum intelligibilem opificem hujus suspicaretur, sed admodum pulchriorem. Rursum si quis conspiciat illum, in quo nihil informe, nihil deforme, nihil immoderatum, vel vitæ vel intellectus expers, in quo totus splendor et in splendore purissimo totus ordo naturæ, facilius conjectaret, quis pater ejus, et qua ratione tantum talemque genuerit filium: intellectum quidem purum, et omnium plenitudinem pater penes se generans ab æterno, intellectu plenitudineque superior.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ Η.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ

### LIBER VIII.

## ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ ΚΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ἙΝΟΣ,

De natura, et contemplatione, et uno.

ΠΑΙΖΟΝΤΕΣ δὴ τὴν πρώτην πρὶν ἐπιχειρεῖν σπουδάζειν, εἰ λε- 343
γοιμεν, πάντα θεωρίας ἐφίεσθαι, καὶ εἰς τέλος τοῦτο βλέπειν, οὐ μόνον ἔλλογα, ἀλλὰ καὶ ἄλογα ζῶα, καὶ τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς φύσιν, καὶ τὴν ταῦτα γεννῶσαν γῆν, καὶ πάντα τυγχάνειν καθ᾽ ὅσον οἷόν τε B
αὐτοῖς, κατὰ φύσιν ἔχοντα, ἄλλα δὲ ἄλλως, καὶ θεωρεῖν καὶ τυγχάνειν, καὶ τὰ μὲν ἀληθῶς, τὰ δὲ μίμησιν καὶ εἰκόνα τούτου λαμβάνοντα· ἆρ᾽ ἄν τις ἀνάσχοιτο τὸ παράδοξον τοῦ λόγου, ἢ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ γιγνομένου κίνδυνος οὐδεὶς ἐν τῷ παίζειν τὰ αὑτῶν γενήσεται;

9. ΠΑΙΖΟΝΤΕΣ δὴ] Cod. Vat. δὶς pro δή.

10. εἰς τέλος τοῦτο βλέπειν] De constructione vid. Iensium ad Lucian. Dial. Mort. XI. 4.

11. ἀλλὰ καὶ] Cod. Med. A. ἀλλὰ καὶ τά.

ib. τοῖς φυτοῖς] Abest τοῖς a Codd. Med. A.B. Par. A.

12. οἷόν τε αὐτοῖς] Marc. A. οἷόν τε αὐτῆς.

16. γιγνομένου] Codd. Marc. A. Med. A. (a pr. m.) Vat. γινομένου. Αὑτῶν intellige ἡμᾶν αὐτῶν. De constructione παίζειν τὰ αὑτῶν. vid. Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. §. 20.

*Proœmium de contemplatione.*

SI, antequam agamus serio, quasi per jocum dicamus, omnia contemplationem appetere, et ad finem ejusmodi vergere, non rationalia tantum animalia, sed etiam ratione carentia: quin etiam naturam plantarum, et terram denique hæc omnia generantem: item contemplationem omnia consequi, quatenus naturalis cujusque habitus capere potest: alia vero aliter contemplari et consequi, et alia quidem re vera, alia vero per imitationem imaginemque attingere: si, inquam, ita dixerimus, numquid novum hoc præter opinionem adductum quisquam a nobis accipiet? Forsan cum tale quiddam inter nos et ad nos agatur, pericu-

343 ἆρ' οὖν καὶ ἡμεῖς παίζοντες ἐν τῷ παρόντι θεωροῦμεν, ἢ καὶ ἡμεῖς,
καὶ πάντες ὅσοι παίζουσι, τὸ τοιοῦτο ποιοῦσι, καὶ τούτου γε παίζου-
C σιν ἐφιέμενοι; καὶ κινδυνεύει εἴτε τις παῖς εἴτε ἀνὴρ παίζει ἢ σπου-
δάζει, θεωρίας ἕνεκεν ὁ μὲν σπουδάζειν, ὁ δὲ παίζειν, καὶ πρᾶξις
πᾶσα, εἰς θεωρίαν τὴν σπουδὴν ἔχειν, ἡ μὲν ἀναγκαία, καὶ ἐπιπλέον
τὴν θεωρίαν ἕλκουσα πρὸς τὸ ἔξω, ἡ δὲ ἑκουσίως λεγομένη ἐπ' ἔλατ-
τον μὲν, ὅμως δὲ καὶ αὐτὴ ἐφέσει θεωρίας γιγνομένη. Ἀλλὰ ταῦτα
D μὲν ὕστερον· νῦν δὲ λέγωμεν περί τε γῆς αὐτῆς, καὶ δένδρων, καὶ
ὅλως φυτῶν, τίς αὐτῶν ἡ θεωρία, καὶ πῶς τὰ παρ' αὐτῆς ποιούμενα
καὶ γεννώμενα, ἐπὶ τὴν τῆς θεωρίας ἀνάξωμεν ἐνέργειαν, καὶ πῶς ἡ
344 φύσις, ἣν ἀφάνταστόν φασι καὶ ἄλογον εἶναι, θεωρίαν τε ἐν αὐτῇ
ἔχει, καὶ ἃ ποιεῖ, διὰ θεωρίαν ποιεῖ, ἣν οὐκ ἔχει, καὶ πῶς.

Ὅτι μὲν οὖν οὔτε χεῖρες ἐνταῦθα, οὔτε πόδες, οὔτε τι ὄργανον ἐπακ-
τὸν ἢ σύμφυτον· ὕλης δὲ δεῖ ἐφ' ἧς ποιήσει, καὶ ἣν ἐν εἴδει ποιεῖ, παντί
που δῆλον. Δεῖ δὲ καὶ τὸ μοχλεύειν ἀφελεῖν ἐκ τῆς φυσικῆς ποιή-
B σεως. Ποῖος γὰρ ὠθισμὸς, ἢ τίς μοχλεία, χρώματα ποικίλα καὶ παν-
τοδαπὰ, καὶ σχήματα ποιεῖ; ἐπεὶ οὐδὲ οἱ κηροπλάσται, ἢ κοροπλά-
σται, εἰς οὓς δὴ καὶ βλέποντες ᾠήθησαν, τὴν τῆς φύσεως δημιουρ-

2. ὅσοι παίζουσι] Cod. Vat. ὅσον παίζουσιν ἢ τοῦτό γε παίζουσιν omissis mediis.
ib. τὸ τοιοῦτο] Codd. Med. A.B. Marc. A.B. Par. A. τοῦτο.
ib. καὶ τούτου γε] Codd. Ciz. Med. A. (a pr. m. ut videtur; nunc enim a m. rec. correctum est ut in Ed.) B. Par. A. ἢ τοῦτό γε.
3. ἐφιέμενοι] Cod. Vat. ὁμοιούμενοι.
ib. ἢ σπουδάζει] Cod. Med. A. καὶ, supra lin. ab al. m. ἤ. Marc. B. ἢ καὶ σπουδ. Vat. σπουδάζειν.
4. σπουδάζειν—παίζειν] Codd. Ciz. Med. B. Marc. A. Par. A. Vat. παίζειν—σπουδάζειν.
5. σπουδὴν ἔχειν] Cod. Med. B. σπουδὴν ἔχει.
ib. ἀναγκαία] Ita Marc. A. et Par. A. Reliqui cum Ed. ἀναγκαῖα.
6. ἑκουσίως] Cod. Vat. ἑκούσιος cum Marc. A.
7. καὶ αὐτὴ] Cod. Vat. καὶ αὕτη et ita etiam Marc. A.
8. λέγωμεν] Ita Codd., excepto Vat., omnes. Ed. λέγομεν. Nobiscum facit Fic.
ib. γῆς αὐτῆς] Cod. Vat. τῆς αὐτῆς.
ib. καὶ ὅλως] Cod. Vat. καὶ ὅλων.
10. ἀνάξωμεν] Codd. Ciz. Marc. A. et Vat. ἀνάξομεν.
12. οὐκ ἔχει] Cod. Vat. omittit οὐκ.
15. ἐκ τῆς] Cod. Ciz. αὐτῆς.
17. κοροπλάσται] Codd. Marc. A. Med. A. (ex corr. supra lin.) B. κοροπλάθαι. Vat. κηροπλάται.

lum nullum subibimus, dum in re nostra ludemus. Numquid et nos jocantes ludentesve in præsentia contemplamur? An forte et nos, et omnes quicunque jocantur et ludunt, hoc agunt, hujusque appetitione jocantur? videturque sive puer aliquis, sive vir laudat, aut serio studeat, contemplationis gratia hic quidem studere, ille vero ludere atque jocari, tum quælibet actio ad contemplationem intendere studium: et necessaria quidem actio longius speculationem ad externa protrahere: actio vero liberior brevius quidem educere, simul autem ipsa quoque speculationis desiderio fieri. Sed hæc quidem opportunius in sequentibus: nunc vero de terra, et arboribus, et omnino de plantis consideremus, quænam horum speculatio sit, et quo pacto, quæ inde fiunt atque gignuntur, in speculationis actionem redigere valeamus: denique qua ratione natura, quam imaginationis rationisque expertem dicunt, contemplationem habeat in se ipsa: et quæ facit per contemplationem, quam ipsa non habet, efficiat, et quo pacto perficiat.

I. *Natura in se manens per rationes seminales format materiam sine electione et instrumento.*

Quod igitur hic neque manus sint, neque pedes, neque aliquod instrumentum, vel adventitium, vel cognatum: materia vero opus sit, in qua faciat quamve ponat in specie ferme unicuique constat. Neque vero putandum est, naturam sic suum opus efficere, velut impellendo atque premendo. Qualis enim impulsio sive pressura va-

γίαν τοιαύτην εἶναι, χρώματα δύνανται ποιεῖν, μὴ χρώματα ἀλλαχόθεν ἐπάγοντες, οἷς ποιοῦσιν. Ἀλλὰ γὰρ ἐχρῆν συννοοῦντας, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν τὰς τέχνας τὰς τοιαύτας μετιόντων δεῖ τι ἐν αὐτοῖς μένειν, καθ᾽ ὃ μένον διὰ χειρῶν ποιήσουσιν, ἃ αὐτῶν ἔργα, ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἀνελθεῖν τῆς φύσεως καὶ αὐτοὺς, καὶ συνεῖναι ὡς μένειν δεῖ καὶ ἐνταῦθα τὴν δύναμιν, τὴν οὐ διὰ χειρῶν ποιοῦσαν, καὶ πᾶσαν μένειν· οὐ γὰρ δὴ δεῖται τῶν μὲν ὡς μενόντων, τῶν δὲ ὡς κινουμένων. Ἡ γὰρ ὕλη τὸ κινούμενον· αὐτῆς δὲ οὐδὲν κινούμενον· ἢ ἐκεῖνο οὐκ ἔσται τὸ κινοῦν πρώτως, οὐδὲ ἡ φύσις τοῦτο, ἀλλὰ τὸ ἀκίνητον τὸ ἐν τῷ ὅλῳ. Ὁ μὲν δὴ λόγος, φαίη ἄν τις, ἀκίνητος, αὕτη δὲ, ἄλλη παρὰ τὸν λόγον, καὶ κινουμένη. Ἀλλ᾽ εἰ μὲν πᾶσαν φήσουσι, καὶ ὁ λόγος· εἰ δέ τι αὐτῆς ἀκίνητον, τοῦτο καὶ ὁ λόγος. Καὶ γὰρ εἶδος αὐτὴν δεῖ εἶναι, καὶ οὐκ ἐξ ὕλης καὶ εἴδους. Τί γὰρ δεῖ αὐτῇ ὕλης θερμῆς ἢ ψυχρᾶς; ἡ γὰρ ὑποκειμένη καὶ δημιουργουμένη ὕλη ἥκει τοῦτο φέρουσα, ἢ γίγνεται τοιαύτη, ἢ μὴ ποιότητα ἔχουσα λογωθεῖσα. Οὐ γὰρ πῦρ δεῖ προσελθεῖν, ἵνα πῦρ ἡ ὕλη γένηται, ἀλλὰ λόγον· ὃ καὶ σημεῖον οὐ μικρὸν τοῦ ἐν τοῖς ζώοις καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς τοὺς λόγους εἶναι τοὺς ποιοῦντας, καὶ τὴν φύσιν εἶναι λόγον, ὃς ποιεῖ λόγον ἄλλον γέννημα αὐτοῦ, δόντα μέν τι τῷ ὑποκειμένῳ,

344 C D E

3. δεῖ τι] Codd. Ciz. et Vat. ὅτι δεῖ. Codd. Marc. A. Med. A. (a pr. m.) B. Par. A. ὅτι δεῖ τι.

4. ἃ αὐτῶν] Cod. Par. A. omittit ἃ; in Cod. Vat. est ἂν αὐτῶν.

6. τὴν οὐ διὰ] Abest οὐ a Codd. Ciz. et Vat.

13. Τί γὰρ δεῖ] Ita Codd. Marc. Med. A. B. Par. A. Vat. Reliqui cum Ed. τί.

15. γίγνεται] Cod. Vat. τίνεται (sic).

16. λογωθεῖσα] Codd. Par. A. et Vat. (hic a pr. m.) λόγῳ θεῖσα.

ib. ἡ ὕλη] Codd. Ciz. et Vat. omittunt ἡ. Ciz. pergit γένηται.

19. μέν τι τῷ] Codd. Med. B. Marc. A. et Vat. μέντοι τῷ.

rios omniformesque colores et figuras efficere potest: quando quidem neque ceræ fictores formatoresque similes, quos puparios nominant, quosve intuens aliquid putaverunt naturæ ipsius opificium esse persimile, facere colores possunt, nisi hos aliunde operibus suis adhibeant. Operæ pretium erat considerare, quemadmodum in artium ejusmodi tractatoribus oportet intus aliquid permanere, secundum quod permanens per manus opera fabricent: similiter esse tale aliquid in natura, quod quidem sit potestas quædam permanens et absque manuum ministerio fabricans: permanens inquam tota: non enim indiget aliis quidem velut manentibus, aliis autem quasi motis. Materia namque est id, quod ibi movetur, in ipsa vero potestate movetur nihil: alioquin, quod movebitur, non erit primo movens, neque id erit ipsa natura, sed ipsum, quod in toto consistit, immobile. Objiciet aliquis, rationem quidem immobilem permanere, naturam vero esse a ratione diversam, atque moveri. At si totam dicant, similiter erit et ratio: sin autem aliquid ejus immobile, hoc ipsum et ratio erit. Etenim speciem oportet hanc esse, non autem ex materia specieque componi. Quid enim huic opus sit calida frigidave materia? si quidem subjecta fabricationi materia id secum affert: sive sit ejusmodi, vel potius etiam prius, quam induat qualitatem, tangitur ratione. Non enim accedere oportet ignem, ut materia fiat ignis, sed rationem. quod quidem perspicuum est argumentum in animalibus atque plantis, seminales rationes esse omnium effectrices, naturamque existere rationem, quæ velut ipsius prolem alteram generat rationem, dum videlicet subjecto quidem tradit aliquid, permanet tamen interim in se ipsa. Ratio igitur, secundum formam visibilem extrinsecus edita, ultima jam est, vitaque carens:

344 μένοντα δ' αὐτόν. Ὁ μὲν οὖν λόγος, ὁ κατὰ τὴν μορφὴν τὴν ὁρω-
μένην, ἔσχατος ἤδη καὶ νεκρὸς, καὶ οὐκέτι ποιεῖν δύναται ἄλλον.
F Ὁ δὲ ζωὴν ἔχων, ὁ τοῦ ποιήσαντος τὴν μορφὴν ἀδελφὸς ὢν, καὶ
αὐτὸς τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχων, ποιεῖ ἐν τῷ γενομένῳ.

Πῶς οὖν ποιῶν, καὶ οὗτος ποιῶν, θεωρίας τινὸς ἂν ἐφάπτοιτο; ἢ
εἰ μένων ποιεῖ καὶ ἐν αὐτῷ μένων καὶ ἔστι λόγος, εἴη ἂν αὐτὸς θεω-
ρία. Ἡ μὲν γὰρ πρᾶξις γένοιτ' ἂν κατὰ λόγον, ἑτέρα οὖσα δηλον-
G ότι τοῦ λόγου· ὁ μέντοι λόγος καὶ αὐτὸς ὁ συνὼν τῇ πράξει καὶ
ἐπιστατῶν, οὐκ ἂν εἴη πρᾶξις. Εἰ οὖν μὴ πρᾶξις, ἀλλὰ λόγος, θεω-
ρία, καὶ ἐπὶ παντὸς λόγου ὁ μὲν ἔσχατος, ἐκ θεωρίας, καὶ θεωρία
345 οὕτως, ὡς τεθεωρημένος. Ὁ δὲ πρὸ τούτου πᾶς, ὁ μὲν ἄλλος ἄλ-
λως, ὁ μὴ ὡς φύσις ἀλλὰ ψυχὴ, ὁ δ' ἐν τῇ φύσει καὶ ἡ φύσις.
Ἆρά γε καὶ αὐτὸς ἐκ θεωρίας; πάντως μὲν ἐκ θεωρίας· ἀλλ' εἰ καὶ
αὐτὸς τεθεωρηκὼς αὑτὸν ἤ πως. Ἔστι μὲν γὰρ ἀποτέλεσμα θεω-
ρίας, καὶ θεωρήσαντός τινος. Πῶς δὲ αὐτὴ ἔχει θεωρίαν; τὴν μὲν
δὲ ἐκ λόγου οὐκ ἔχει· λέγω δ' ἐκ λόγου τὸ σκοπεῖσθαι περὶ τῶν ἐν
B αὐτῇ. Διὰ τί οὖν ζωή τις οὖσα καὶ λόγος καὶ δύναμις ποιοῦσα;
ἆρ' ὅτι τὸ σκοπεῖσθαί ἐστι τὸ μήπω ἔχειν; εἰ δὲ ἔχει, καὶ διὰ

4. γενομένῳ] Codd. Ciz. Marc. A. γεινωμένῳ. Vat. γεννομένῳ (sic).
5. καὶ οὗτος] Codd. Ciz. Marc. A. et Vat. καὶ οὕτω. Par. A. καὶ οὕτως. Pro ἢ εἰ μένων Fic. legit ἡ εἰ μένων.
6. ἔστι λόγος] Cod. Med. B. ἔστιν, εἴη, omisso λόγος.
7. λόγον, ἑτέρα] Cod. Vat. λόγον ἕτερον.
9. Εἰ οὖν μὴ] Cod. Ciz. εἰ μὲν οὖν.
11. ὡς τεθεωρημένος] Cod. Vat. ὥστε θεωρημένος.
ib. πρὸ τούτου] Cod. Ciz. πρὸς τούτου.
ib. ἄλλος ἄλλως] Cod. Vat. ἄλλος ἄλλος seq. dist. maj.
14. τεθεωρηκώς] Cod. Ciz. θεωρηκώς. Pro αὐτὸν correxi αὑτόν cum Ficino.
ib. Ἔστι μὲν] Cod. Ciz. omittit μέν.
15. θεωρήσαντός τινος] Codd. Med. A. et Par. A. θεωρίας ἄν τινος. Sed uterque in marg. ut Ed.
ib. μὲν δὲ ἐκ] Codd. Darm. Marcc. Med. A.B. Vat. μὲν δὴ ἐκ. Sed Vat. in marg. habet signum ∵.
16. λέγω δ' ἐκ] Cod. Par. A. λόγῳ (sic) δ' ἐκ. Et eodem modo sequitur post ἐκ in Cod. Vat. λόγῳ pro λόγου.
18. μήπω] Ita Codd. Ciz. Med. A. (ex corr.) B. Vat. Marcc. In Ed. est μή πως. Sequitur ἔχει in Cod. Vat. cum dist. maj.

ideoque nec potest aliam ulterius facere rationem. At ratio vitam habens penes formæ factorem, et quasi soror, atque ipsa eandem potentiam possidens, rationem gignit in effectu postremam.

II. *Rationes seminales in natura sunt quasi contemplationes quædam impressæ desuper ab intellectuali contemplatione, et ideo, quæ natura fiunt, et contemplatione fiunt, et contemplationes quædam sunt.*

Quonam igitur modo facit? et faciens quomodo contemplationem aliquam, et quam attingit? Profecto si manens agit, et in se manens, atque est ratio, est utique contemplatio. Actio namque fieri secundum rationem solet, diversa videlicet existens a ratione: ratio vero, assistens et præsidens actioni, non est actio. Si igitur non actio est, sed ratio, nimirum est contemplatio quædam. Jam vero in universa ratione postrema quidem ratio ex contemplatione procedit, atque ita contemplatio dicitur, quasi per contemplationem ipsam concepta atque percepta. Ratio vero omnis hac superior alia quidem se aliter habet. Et altera non est tanquam natura, sed velut anima: altera vero in natura est, atque est ipsa natura. Sed numquid hæc etiam ex contemplatione contingit? Ex contemplatione omnino: sed si ipsa quoque se ipsam quodammodo contemplata sit. Est enim contemplationis effectus, et contemplati cujusdam. Quomodo autem ipsa speculationem habet? Speculationem quidem ex ratione proficiscentem non habet: dico autem profectam ex ratione: ipsam videlicet de his quæ in se sunt considerationem.

τοῦτο ὅτι ἔχει, καὶ ποιεῖ. Τὸ οὖν εἶναι αὐτῇ, ὅ ἐστι, τοῦτο ἐστὶ 345 τὸ ποιεῖν αὐτῇ, καὶ ὅσον ἔστι, τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν. Ἔστι δὲ θεωρία, καὶ θεώρημα· λόγος γάρ. Τῷ οὖν εἶναι θεωρία καὶ θεώρημα καὶ λόγος τούτῳ καὶ ποιεῖ, ᾗ ταῦτα ἐστίν· ἡ ποίησις ἄρα θεωρία ἡμῖν ἀναπέφανται· ἔστι γὰρ ἀποτέλεσμα θεωρίας, μενούσης C θεωρίας, οὐκ ἄλλο τι πραξάσης, ἀλλὰ τῷ εἶναι θεωρία ποιησάσης.

Καὶ εἴ τις δὲ αὐτὴν ἔροιτο τίνος ἕνεκα ποιεῖ, εἰ τοῦ ἐρωτῶντος ἐθέλοι ἐπαΐειν καὶ λέγειν, εἴποι ἄν· ἐχρῆν μὲν μὴ ἐρωτᾷν, ἀλλὰ συνιέναι καὶ αὐτὸν σιωπῇ, ὥσπερ ἐγὼ σιωπῶ, καὶ οὐκ εἴθισμαι λέγειν. Τί οὖν συνιέναι; ὅτι τὸ γενόμενόν ἐστι θέαμα ἐμὸν, σιώπησις, D καὶ φύσει γενόμενον θεώρημα, καί μοι γενομένῃ ἐκ θεωρίας τῆς ὧδὶ τὴν φύσιν ἔχειν φιλοθεάμονα ὑπάρχει, καὶ τὸ θεωροῦν μου, θεώρημα ποιεῖ, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι θεωροῦντες γράφουσιν· ἀλλ' ἐμοῦ μὴ γραφούσης, θεωρούσης δὲ, ὑφίστανται αἱ τῶν σωμάτων γραμμαὶ, ὥσπερ ἐκπίπτουσαι· καί μοι τὸ τῆς μητρὸς καὶ τῶν γειναμένων ὑπάρχει E πάθος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι εἰσὶν ἐκ θεωρίας, καὶ ἡ γένεσις ἡ ἐμή· ἐκεί-

1. ὅτι ἔχει, καὶ] Cod. Vat. ἔτι καὶ, in marg add. ἔχει.
ib. Τὸ οὖν εἶναι] Addidi οὖν ex Codd., præter Par. A., omnibus.
3. Τῷ οὖν εἶναι] Codd. Med. A. (a pr. m.) et Vat. τὸ οὖν εἶναι.
4. τούτῳ καὶ] Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. τοῦτο καί.
6. τῷ εἶναι] Codd. Ciz. Par. A. Vat. τὸ εἶναι.
ib. θεωρία] Cod. Med. B. θεωρίας.
7. ἐρωτῶντος] Ita Cod. Med. A., et legit Fic. Non procul abeunt Med. B. Par. A. Vat. ἐρῶντος. Ed. ἔρωτος. Marc. A. ἐρόντος.
8. ἐθέλοι] Cod. Par. A. ἐθέλει cum Marc. A.
10. σιώπησις] Videtur legendum σιωπησάσης: quod infra c. 4. dicitur ἀψοφητί. Conf. Enn. V. 8. 11. Orph. Hymn. IX.
7. Plat. Tim. p. 37. b. ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς. Sequentia: καὶ φύσει γενόμενον θεώρημα, glossam redolent.
12. ὑπάρχει] Codd. Par. A. Marc. A. Vat. ὑπάρχειν.
13. γράφουσιν] Cod. Vat. γράφουσι.
14. θεωρούσης δὲ] Marc. A. omittit hæc.
15. γειναμένων] Codd. Med. A. (a pr. m.) Par. A. γινομένων.

Sed curnam sua nequaquam considerat, cum sit vita quædam et ratio potentiaque efficiens? An forte, quia considerare est nondum habere? Hæc autem si habet, nimirum ex eo, quod habet et efficit. Ipsum igitur esse ipsi, quod est, id certe est eidem et facere: et quantumcunque est, id ipsum est et faciens. Est autem contemplatio quædam, et (ut ita dixerim) contemplamen: ratio enim est. Quatenus igitur contemplatio est atque contemplamen et ratio, eatenus facit, qua videlicet ratione hæc existit. Effectio igitur contemplatio quædam esse jam nobis apparuit: nempe est contemplationis effectus, speculatione manente, neque aliud aliterve agente, sed propterea, quod ipsa contemplatio sit, faciente.

III. *Plenitudo rationum seminalium in natura est quasi sensus quidam, quo natura et se ipsa fruitur, et spectat res generandas, quæ sunt quædam spectamina ipsius naturæ dependentis a speculatione superna.*

Si quis autem hanc interroget, cujusnam gratia faciat, si modo interrogantem audire velit et dicere, respondebit: Non oportebat interrogare me, sed te decebat silentio intelligere, quemadmodum et ego sileo, nec eloqui consuevi. Quid ergo te oportuit intelligere? hoc, inquam, in primis, quod gignitur meum spectamen esse, interea me tacente, naturaque genitum contemplamen, meque ex contemplatione quadam ejusmodi natam non injuria naturam habere spectaculi cupidam: proinde id, quod in me vicem contemplantis habet, ita contemplamen efficere, sicut et geometræ speculando describunt: veruntamen non scribente me, sed speculante, hinc lineas corporum velut excidentes interim emanare. Profecto matris meæ genitorumque in me servatur affectio: illi namque ex contemplatione ducunt originem. Generatio quoque mea a speculatione deducitur. Etenim dum illi nihil agunt, sed rationes sunt majores, ac se speculantur, ego genita sum. Quorsum hæc? naturam scilicet esse animam prioris animæ genituram validius viventis, quie-

345 νων οὐδὲν πραξάντων, ἀλλ' ὄντων μειζόνων λόγων καὶ θεωρούντων
αὑτοὺς, ἐγὼ γεγένημαι. Τί οὖν ταῦτα βούλεται; ὡς μὲν ἡ λεγομένη
φύσις ψυχὴ οὖσα γέννημα ψυχῆς προτέρας δυνατώτερον ζώσης, ἡσυ-
F χῇ ἐν ἑαυτῇ θεωρίαν ἔχουσα, οὐ πρὸς τὸ ἄνω, οὐδ' αὖ ἔτι πρὸς τὸ
κάτω, στᾶσα δὲ ἐν ᾧ ἐστιν ἐν τῇ αὑτῆς στάσει, καὶ οἷον συναισθή-
σει, τῇ συνέσει ταύτῃ καὶ συναισθήσει τὸ μετ' αὐτὴν εἶδεν ὡς οἷόν
τε αὐτῇ, καὶ οὐκέτι ἐζήτησεν, ἀλλὰ θεώρημα ἀποτελέσασα ἀγλαὸν
καὶ χάριεν. Καὶ εἴ τε τις βούλεται σύνεσίν τινα ἢ αἴσθησιν αὐτῇ
διδόναι, οὐχ οἵαν λέγομεν ἐπὶ τῶν ἄλλων, τὴν αἴσθησιν ἢ τὴν σύνε-
G σιν, ἀλλ' οἷον εἴ τις τὴν τοῦ ὕπνου τοῦ ἐγρηγορότος προσεικάσειε.
Θεωροῦσα γὰρ θεώρημα αὑτῆς ἀναπαύεται, γενόμενον αὐτῇ ἐκ τοῦ
346 ἐν αὐτῇ, καὶ σὺν αὐτῇ μένειν, καὶ θεώρημα εἶναι, καὶ θεωρία ἄψο-
φος, ἀμυδροτέρα δέ. Ἑτέρα γὰρ αὐτῆς εἰς θέαν ἐναργεστέρα· ἡ δὲ
εἴδωλον θεωρίας ἄλλης. Ταύτῃ δὴ καὶ τὸ γεννηθὲν ὑπ' αὐτῆς ἀσθε-
νὲς παντάπασιν, ὅτι ἀσθενοῦσα θεωρία ἀσθενὲς θεώρημα ποιεῖ, ἐπεὶ
καὶ ἄνθρωποι ὅταν ἀσθενήσωσιν εἰς τὸ θεωρεῖν, σκιὰν θεωρίας καὶ
B λόγου, τὴν πρᾶξιν ποιοῦνται. Ὅτι γὰρ μὴ ἱκανὸν αὐτοῖς τὸ τῆς θεω-
ρίας, ὑπ' ἀσθενείας ψυχῆς λαβεῖν οὐ δυνάμενοι τὸ θέαμα ἱκανῶς,
καὶ διὰ τοῦτο οὐ πληρούμενοι, ἐφιέμενοι δὲ αὐτὸ ἰδεῖν, εἰς πρᾶξιν

2. αὐτοὺς, ἐγὼ] Codd. Marc. A. Med. A.B. αὑτοὺς, ἐγὼ, ut correxi.

ib. γεγένημαι] Codd. Darm. et Med. A. γεγέννημαι.

ib. ὡς μὲν ἡ] Cod. Ciz. omittit μὲν. Mon. C. Med. B. Vat. Marc. A. habent ὡς ἡ μέν.

3. ζώσης] Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. ζωῆς.

4. ἑαυτῇ] Cod. Med. B. αὑτῇ.

5. ἐν ᾧ ἐστιν] In marg. Cod. Mon. C. est ad h. l. φύσις ψυχὴ quasi φυσέχη secundum Platonem.

ib. τῇ αὑτῆς] Codd. Med. A.B. Marc. A. τῇ αὐτῆς, ut rescripsi.

6. εἶδεν] Codd. Par. A. Vat. οἶδεν, ut legit Fic.

9. ἢ τὴν] Codd. Vat. Marc. A. καὶ τήν.

10. ὕπνου τοῦ] Cod. Mon. C. omittit τοῦ.

ib. προσεικάσειε] Codd. Med. B. Vat.

12. ἐν αὐτῇ, καὶ σὺν αὐτῇ] Sic correxi ex Marcc. cum Ed. habeat bis αὑτῇ.

ib. ἄψοφος] Cod. Ciz. ἡ ἄψοφος.

13. θέαν] Marc. A. θεωρίαν.

14. Ταύτῃ δὴ] Cod. Ciz. δὲ pro δή. Ad seqq. cf. Æнn. V. 9. 10.

17. ἱκανὸν αὐτοῖς] Cod. Vat. ἱκανὸν αὐτῆς.

tam speculationem in se habentem, neque ad superiora, neque etiam ad inferiora vergentem. Hæc utique stans in eo, in quo est, videlicet in sui ipsius statu et quasi consensu, per hanc cognitionem consensumque, quod post ipsam est, quoad ejus natura fert, novit, neque perquirit ulterius, sed contemplamen jam splendidum gratiosumque perfecit. Ac si quis cognitionem quandam aut sensum ei tribuere velit, non qualem in cæteris dicimus sensum vel cognitionem attribuere debet: sed perinde ac si quis somniantis cognitionem cum cognitione conferat vigilantis. Spectamen namque suum contemplans conquiescit: spectamen, inquam, in ea factum, ex eo, quod in se ipsa secumque ipsa permaneat, sitque spectamen ipsum quietaque perspectio, obscurior tamen atque debilior. Altera enim hac est efficacior ad intuitum: hæc autem imago est contemplationis alterius. Hac itaque ratione, quod ab ipsa genitum est, provenit debilissimum, quoniam debilitata perspectio spectamen debile parit: quando quidem et homines cum debiliores fiunt ad contemplandum speculationis et rationis umbram, id est actionem aggredi solent. Cum enim ad contemplandum facultas minime suppetat, neque ob debilitatem animæ spectaculum sufficienter percipere valeant, ideoque nec impleantur, cupiant tamen ipsum cernere, confugiunt ad agendum: ut ibi saltem videant, quod discernere mente non poterant. Quotiens itaque faciunt, et ipsi videre id volunt, et speculari atque sentire, et alios secum etiam contueri: quando

φέρονται, ἵνα ἴδωσιν, ὃ μὴ νῷ ἐδύναντο. Ὅταν γοῦν ποιῶσι, καὶ 346 αὐτοὶ ὁρᾷν βούλονται αὐτὸ, καὶ θεωρεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους ὅταν ἡ πρόθεσις αὐτοῖς ὡς οἷόν τε πρᾶξις ᾖ· πανταχοῦ δὴ ἀνευρήσομεν τὴν ποίησιν καὶ τὴν πρᾶξιν, ἢ ἀσθένειαν θεωρίας, ἢ C παρακολούθημα. Ἀσθένειαν μὲν, εἰ μηδέν τις ἔχοι μετὰ τὸ πραχθέν· παρακολούθημα δὲ, εἰ ἔχοι ἄλλο πρὸ τούτου κρεῖττον τοῦ ποιηθέντος θεωρεῖν. Τίς γὰρ θεωρεῖν τὸ ἀληθινὸν δυνάμενος προηγουμένως, ἔρχεται ἐπὶ τὸ εἴδωλον τοῦ ἀληθινοῦ; Μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ νωθέστεροι τῶν παίδων, οἳ πρὸς τὰς μαθήσεις καὶ θεωρίας ἀδυνάτως ἔχοντες ἐπὶ D τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐργασίας καταφέρονται.

Ἀλλὰ περὶ μὲν φύσεως εἰπόντες, ὃν τρόπον θεωρία ἡ γένεσις ἐπὶ τὴν ψυχὴν τὴν πρὸ ταύτης ἐλθόντες λέγομεν, ὡς ἡ ταύτης θεωρία καὶ τὸ φιλομαθὲς καὶ τὸ ζητητικὸν, καὶ ἡ ἐξ ὧν ἐγνώκει ὠδὶς, καὶ τὸ πλῆρες πεποίηκεν αὐτὴν θεώρημα πᾶν γενομένην, ἄλλο θεώρημα ποι- E ῆσαι. Οἷον ἡ τέχνη ποιεῖ, ὅταν ἑκάστη πλήρης ᾖ, ἄλλην οἷαν μικρὰν τέχνην ποιεῖ ἐν παιδίῳ, ἴνδαλμα ἔχοντι ἁπάντων· ἄλλως μέντοι ταῦτα, ὥσπερ ἀμυδρὰ καὶ οὐ δυνάμενα βοηθεῖν ἑαυτοῖς, θεάματα καὶ θεωρήματα τὸ πρῶτον. Τὸ λογιστικὸν οὖν αὐτῆς ἄνω, πρὸς τὸ ἄνω ἀεὶ πληρούμενον καὶ ἐλλαμπόμενον, μένει ἐκεῖ, τὸ δὲ τῇ τοῦ F

1. φέρονται] Cod. Par. A. φέρωνται. Vat. φαίνονται.
4. ἀνευρήσομεν] Ita Codd. Marc. B. Paris. A. et Vat. a quibus non multum abeunt Mon. C. Marc. A. exhibentes ἀνευρήσομεν. Ed. ἀνευρυνήσομεν.
7. Τίς γαρ] Codd. Marc. A. Ciz. Med. A. (a pr. m.) B. Par. A. Vat. τι γαρ.
8. οἱ νωθέστεροι τῶν] Cod. Vat. οἱ νωθέστεροι, absque τῶν.
11. περὶ μὲν] Cod. Vat. omittit μέν.
12. λέγομεν] Codd. Ciz. et Vat. λέγωμεν. Mox Ciz. pro ἡ habet τῇ.
18. οὖν αὐτῆς] Cod. Vat. οὖν αὐτοῖς.

proposita eis est actio, quoad fieri potest, ut ipsi putant: profecto inveniemus ubique effectionem actionemque esse vel debilitatem contemplationis, vel consequentiam. Debilitatem quidem, ubi præter id, quod est actum, nihil habeas: consequentiam vero, si aliud super id melius effecto opere habeas, quod speculeris. Quis enim, cum verum ipsum contueri possit præcipuo quodam studio, ad imaginem veri se conferat? Testantur hoc hebetissimi quique puerorum, qui, cum ad discendum speculandumque ineptissimi sint, in artes actionesque delabuntur.

IV. *Intellectualis anima mundi plena semper ex divinorum contemplatione, inde gravida parit naturam similiter fœcundam rationibus quasi speculativis, et tali speculatione generat omnia.*

Cum vero jam de natura dixerimus, quo pacto generatio est contemplatio quædam, deinceps ad animam hac superiorem pergamus ita dicentes: Nempe hujus contemplatio ingeniumque discendi cupidum, quærendique studiosum, ac præterea stimulus quidam ex his, quæ cognovit parturiens jam plenaque fœcunditas effecit, ut ipsa, per totum contemplamen effecta, alterum contemplamen efficeret. Quemadmodum ars quoque facit, quando jam plena est, procreans videlicet alteram quasi artem parvam in puero addiscente, imaginem omnium acquirente, aliter tamen hæc habente velut obscura debiliaque, et spectamina quædam ab initio non valentia sibi ipsis patrocinari. Rationalis itaque pars ejus illa superna penes superna impleta semper atque illustrata ibi permanet: pars vero altera participat ejus, quæ in prima participatione participavit: procedit enim vita semper ex vita. Nam actus per omnia currit, et nusquam abest: progressa tamen concedit priorem sui partem, ubi quodammodo de-

346 μεταλαβόντος πρώτῃ μεταλήψει μεταλαμβάνον. Πρόεισι γὰρ ἀεὶ
ζωὴ ἐκ ζωῆς. Ἐνέργεια γὰρ πανταχοῦ φθάνει, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτου
ἀποστατεῖ. Προϊοῦσα μέντοι ἐᾷ τὸ πρότερον τὸ ἑαυτῆς πρόσθεν
μέρος, οὗ καταλέλοιπε μένειν. Ἀπολιποῦσα γὰρ τὸ πρόσθεν οὐκέτι
ἔσται πανταχοῦ, ἀλλ' ἐν ᾧ τελευτᾷ μόνον· οὐκ ἴσον δὲ τὸ προϊὸν τῷ
G μείναντι. Εἰ οὖν πανταχοῦ δεῖ γίγνεσθαι, καὶ μὴ εἶναι, ὅπου μὴ,
τὴν ἐνέργειαν τὴν αὐτὴν, ἀεί τε τὸ πρότερον ἕτερον τοῦ ὑστέρου,
ἥκει δὲ ἡ ἐνέργεια ἐκ τῆς θεωρίας ἢ πράξεως· πρᾶξις δὲ, οὔπω ἦν·
347 οὐ γὰρ οἷόν τε πρὸ θεωρίας, ἀνάγκη ἀσθενεστέραν μὲν, ἑτέραν ἑτέ-
ρας εἶναι, πᾶσαν δὲ θεωρίαν· ὥστε τὴν κατὰ τὴν θεωρίαν πρᾶξιν
δοκοῦσαν εἶναι τὴν ἀσθενεστάτην θεωρίαν εἶναι. Ὁμογενὲς γὰρ ἀεὶ
δεῖ τὸ γεννώμενον εἶναι, ἀσθενέστερον μὲν, τῷ ἐξίτηλον καταβαῖνον
γίγνεσθαι. Ἀψοφητὶ μὲν δὴ πάντα, ὅτι μηδὲν ἐμφανοῦς καὶ τῆς
ἔξωθεν θεωρίας ἢ πράξεως δεῖται. Καὶ ψυχὴ δὲ ἡ θεωροῦσα, καὶ τὸ
B οὕτως θεωρῆσαν, ἅτε ἐξωτέρω καὶ οὐχ ὡσαύτως τῷ πρὸ αὐτῆς, τὸ
μετ' αὐτὴν ποιεῖ, καὶ θεωρία τὴν θεωρίαν ποιεῖ. Καὶ γὰρ οὐκ ἔχει
πέρας ἡ θεωρία, οὐδὲ τὸ θεώρημα. Διὰ τοῦτο δὲ, ἢ καὶ διὰ τοῦτο
πανταχοῦ. Ποῦ γὰρ οὐχί; ἐπεὶ καὶ ἐν πάσῃ ψυχῇ τὸ αὐτό. Οὐ
γὰρ περιγέγραπται μεγέθει· οὐ μὴν ὡσαύτως ἐν πᾶσιν, ὥστε οὐδὲ

1. πρώτῃ μεταλήψει] Cod. Vat. πρώτῃ μεγαλήψει.
ib. ἀεὶ ζωὴ] Cod. Vat. ἂν ζωή.
5. ἀλλ' ἐν ᾧ] Ita legit Fic. et ita exhibent Codd. Mon. C. Marc. A. Med. B. Vat. Reliqui cum Ed. ἀλλ' ἐν νῷ.
ib. ἴσον δὲ τὸ] Cod. Ciz. ἴσον τὸ. Vat., ut nos scripsimus, ἴσον δὲ τό. Ed. ἶσον. Certe alibi est ap. Plot. ἴσος, non ἶσος.
7. ἕτερον τοῦ ὑστέρου] Addidimus ἕτερον ex Codd., excepto Darm., omnibus. Idque legit Fic.
8. τῆς θεωρίας] Abest τῆς a Codd., præter Darm. et Mon. C., omnibus.
ἔφεσις, καὶ ἐφιέμενος ἀεὶ, καὶ ἀεὶ τυγχάνων· ἐκεῖ δὲ οὔτε ἐφιέμενος·
τίνος γάρ; οὔτε τυγχάνων· οὐδὲ γὰρ ἐφίετο. Οὐ τοίνυν οὐδὲ νοῦς·
ἔφεσις γὰρ καὶ ἐν τούτῳ, καὶ σύννευσις πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ. Τοῦ
G δὴ νοῦ καλοῦ ὄντος καὶ πάντων καλλίστου, ἐν φωτὶ καθαρῷ καὶ αὐγῇ
καθαρᾷ κειμένου, καὶ τὴν τῶν ὄντων περιλαβόντος φύσιν, οὗ καὶ ὁ
καλὸς οὗτος κόσμος σκιὰ καὶ εἰκὼν, καὶ ἐν πάσῃ ἀγλαΐᾳ κειμένου,
353 ὅτι μηδὲν ἀνόητον, μηδὲ σκοτεινὸν, μηδ᾽ ἄμετρον ἐν αὐτῷ ζῶντος
ζωὴν μακαρίαν. Θάμβος μὲν ἂν ἔχοι τὸν ἰδόντα καὶ τοῦτον, καὶ ὡς
χρὴ εἰς αὐτὸν εἰσδύντα, καὶ αὐτοῦ γενόμενον ἕνα. Ὡς δὴ ὁ ἀνα-
βλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ τῶν ἄστρων φέγγος ἰδὼν, τὸν ποιή-
σαντα ἐνθυμεῖται καὶ ζητεῖ· οὕτω χρὴ καὶ τὸν νοητὸν κόσμον, ὃς
B ἐθεάσατο καὶ ἐνεῖδε καὶ ἐθαύμασε, τὸν κἀκείνου ποιητὴν, τίς ἆρα ὁ
τοιοῦτον ὑποστήσας ζητεῖν, ἢ ποῦ, ἢ πῶς ὁ τοιοῦτον παῖδα γεννήσας
νοῦν, κόρον καλὸν, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ γενόμενον κόρον. Πάντως τοι

2. τοιοῦτον τὸ] Cod. Vat. τὸν pro τό.

3. ἐπ᾽ αὐτῷ] Cod. Mon. C. Marc. A. ἐπ᾽ αὐτῷ. Quod recepi. Fort. etiam scribendum ἴχνος αὐτοῦ.

4. ἐνορῶντι] Codd. Ciz. Mon. C. Marc. A. Vat. ὁρῶντι. In seqq. Marc. C.E. ἡ ἔφεσις τοῦ ἀγαθοῦ καὶ, cum Vill.

5. τυγχάνων· ἐκεῖ—τυγχάνων] Quæ sunt inde ab ἐκεῖ usque ad repetitum τυγχάνων, addenda fuerunt ex Codd., præter Darm. et Med. A., omnibus. Desunt enim in Ed. Sed expressit ea Fic. Villois. Marc. C.E. habent: ἐκεῖνο δὲ οὔτε ἐφιέμενον. τίνος γὰρ, οὔτε τυγχάνον.

7. σύννευσις] Ita Codd. Darm. Marc. C.E. Mon. C. Med. A. Par. A. Reliqui cum Ed. σύνεσις. Sed Marc. A. σύνευσις. In Marc. C.E. est γὰρ ἐν τούτῳ, ὡς εἴρηται, συνν.

10. ἀγλαΐᾳ] Ita Cod. Vat. Reliqui cum Ed. ἀγλαίᾳ.

12. καὶ τοῦτον] Abest καὶ a Cod. Vat.

13. χρὴ εἰς] Abest εἰς a Codd. Ciz. et Vat.

16. ἐνεῖδε] Cod. Par. A. ἐνίδε.

ib. κἀκείνου] Marc. C.E. ἐκείνου, quod placet. Et habet Vill.

perficiturque a bono: dum videlicet species, quæ est in mente, procedit a bono, atque efficit boniformem. Quale vero inspicitur in mente ipsius boni vestigium, tale quoque exemplar decet excogitare, existimantes scilicet veritatem ejus per impressum in mente vestigium. Hoc itaque vestigium impressum est intellectui, per quod videret, et possideret. Quapropter in intellectu quidem est appetitio, est semper appetens, est semper et consequens: ipsum vero bonum neque desiderat quicquam. Quid enim desideret? Neque consequitur aliquid: nunquam enim desideravit. Neque igitur est intellectus: in hoc enim est appetitio, et quædam ad ipsius speciem applicatio. Intellectus sane pulcher est, omniumque pulcherrimus in lumine puro splendoreque simili constitutus, entiumque naturam in se comprehendens: cujus quidem noster hic mundus pulcher umbra est et imago: ille vero superior mundus in omni claritate positus est, ubi nihil intellectu vacans, nihil tenebrosum, nihil immoderatum, sed in se ipso beatam agit vitam. Quem si quis aspexerit, protinus obstupescet: præsertim, si quatenus oportet illi se ipsum insinuet, jurisque illius evadat. Nempe quemadmodum, qui cælum diligentius suspicit, stellarumque splendorem impensius contuetur, protinus auctorem mundi cogitat, atque perquirit: sic oportet et eum, qui mundum intelligibilem intuetur, cernit, admiratur, effectorem ejus diligenter inquirere: quisnam ille sit, qui talem mundum intelligibilem genuit: vel ubi, vel quomodo talem genuit filium, intellectum, puerum purum atque formosum, filium, inquam, a patre plenum. Jam vero pater ille summus, neque intellectus est, neque filius aut puer, sed intel-

οὔτε νοῦς ἐκεῖνος, οὔτε κόρος, ἀλλὰ καὶ πρὸ νοῦ καὶ κόρου· μετὰ γὰρ 353
αὐτὸν, νοῦς, καὶ κόρος, δεηθέντα καὶ κεκορέσθαι, καὶ νενοηκέναι, ἃ πλησίον μέν ἐστι τοῦ ἀνενδεοῦς, καὶ τοῦ νοεῖν οὐδὲν δεομένου· πλήρωσιν δὲ ἀληθινὴν καὶ νόησιν ἔχει, ὅτι πρώτως ἔχει. Τὸ δὲ πρὸ αὐ- C
τῶν οὔτε δεῖται, οὔτε ἔχει, ἢ οὐκ ἂν τὸ ἀγαθὸν ἦν.

1. ἀλλὰ καὶ πρὸ] Marc. C.E. non habent καί. Iidem omittunt μετὰ—νενοηκέναι, et pergunt οἳ πλησίον ὄντες τοῦ ἀνενδεοῦς, πλήρωσιν δὲ ἀλ. κ. ν. ἔχουσιν ὅτι πρώτως ἔχουσι. Et sic Villois.
2. καὶ κεκορέσθαι] Abest καὶ a Codd. Marc. A. Ciz. et Vat. Pro δεηθέντα conjicias legendum esse δεηθέντι.
3. δεομένου] Cod. Ciz. δυναμένου.
4. πρὸ αὐτῶν] Cod. Ciz. πρὸς αὐτῶν.

lectu pueroque superior: nam post ipsum intellectus et puer, alimonia et intelligentia indigens: qui et proximus est ei, quod nulla re indiget, neque intelligentia eget. Plenitudinem vero et intelligentiam veram filius habet, quoniam habet primo. Quod vero superius est, neque indiget, neque habet: alioquin ipsum non esset bonum.

# MARSILII FICINI

IN

# LIB. IX. ENNEADIS TERTIÆ,

## DE OCTO CONSIDERATIONIBUS,

# ARGUMENTUM.

### SUMMA TOTIUS LIBRI.

### Propositio prima, quod mundi auctor sit intellectus primus, ipsius boni filius.

NOVEM præcipue in hoc libro considerationes apparent. Prima est de auctore mundi: ubi, si quis viam Iamblichi Proculique sequatur, exponet Timæi dictum illud de opifice mundi, scilicet quot ideas intellectus intelligit in ipso vivente, totidem species cogitavit mundi opifex in mundo disponere. Exponet id, inquam, ita: Tres scilicet saltem esse divinas substantias inter principium primum, id est, ipsum bonum atque mundum. Quarum prima secundum formam suam essentia sit boni particeps, ac insuper vitæ intellectusque causa. Secunda vero, secundum formam sit vita, particeps quidem essentiæ: intellectus autem formalis causa. Tertia denique per formam sit intellectus, vitæ quidem particeps, et causa mundi. Primum nominabit Cælium, secundum vero Saturnum, tertium denique Jovem: tantoque superiorem Saturno Cælium, et Jove Saturnum existimabit, quanto superior priorque essentia est, quam vita, et vita, quam intellectus. Esse vero essentiam superiorem vita, quatenus amplius se diffundit, et vitam, propter similem amplitudinem esse mentem superiorem. Dicet itaque intellectum formalem, Jovemque esse proximum mundi fabrum, intellectuales ideas mundanarum rerum in se habentem: quas quidem ideas acceperit ab intellectu vitali, scilicet a Saturno, in quo ideæ sint intellectuales, et intelligibiles æque, quas Saturnus habeat ab intellectu essentialis [Ed. pr. essentiali], scilicet ab ipso Cælio, in quo intelligibiles duntaxat sint ideæ. Sic igitur Timæum interpretabitur: Providentia Jovis excogitavit tot in mundo species fabricare, quot animadvertit Saturnium intellectum ideas contemplari, in ipso vivente, id est, in Cælio: qui essentia sit causa vitæ. Apud Plotinum vero non tres substantiæ, sed una tantum substantia est illa, quæ nominatur essentia vitaque prima et intellectus primus. Vita enim prima nihil aliud est, quam intimus perpetuusque vigor et actus essentiæ formæque primæ efficacissimæ omnium ad agendum. Primus quoque intellectus est reflexio quædam in se ipsam vitæ primæ potissimum secum ipsa constantis. Illam ergo substantiam Plotinus appellat intelligibile primum, quatenus viva est atque fœcunda, potestque in se ipsa concipere intellectum, conceptumque movere, penitusque formare. Appellat item hanc substantiam intellectum, quantum spectat ad vitalem ejus actionem a se exortam in se reflexam. Appellat rursum cogitativum aliquid quodammodo: quoniam statuit, quæ vidit intus, distribuere foras. Proinde putat in ordine rerum exoriri motum ante divisionem, Deoque [Ed. pr.

ideoque] intellectum prorsus immobilem, motu inquam fluente, non posse in plures intellectus imparticipabiles propagari: genus autem animæ suapte natura mobilis in animas plures multiplicari. Et quoniam genus hoc est intelligentiæ particeps: ideo in hoc intellectum in plures intellectus participabiles propagari, quatenus genus animæ in plures animæ species propagatur. Existimat quoque intellectum mundi opificem animam generare, tum ipsam mundi animam, tum reliquas communes sphærarum stellarumque animas, tum denique particulares animas, dæmonum videlicet atque hominum. Et quoniam ad genus animæ tanquam mobile atque multiplicabile distributio præcipue pertinet, ideirco vult intellectum illum ædificatorem mundi, per ipsam mundi animam primo creatam, perque communes animas collegas ejus distributiones per gradus suos mundanorum animalium peregisse.

*Propositio secunda: Quomodo anima potest colligere se in proprium intellectum, et per hunc intellectu formari divino. Sunt et in hoc capitulo tres aliæ propositiones: duæ de anima, et una de Deo.*

Hactenus consideratio prima, quæ intellectum mundi opificem declaravit. Secunda vero consideratio tractat quomodo anima in universum hunc intellectum transferre se possit, videlicet, si anima, quemadmodum multiplices sensus colligit in unum imaginationis sensum, sic imaginationes inter se longe diversas in unam colligat communem regulam rationis: deinde varios rationis nostræ discursus ad stabilem redigat intelligentiæ normam: intellectu pro viribus tota formetur suo, per quem universo formabitur intellectu totius opifice mundi. Potest autem id in gradibus vitæ fieri, quandoquidem fit idem in ipsis scientiæ gradibus. Propositionibus mille constat geometria, et a priori posterior necessitate deducitur, ideoque sequentes antecedentibus comprehenduntur, omnesque continentur in prima. Anima quidem nostra per facultatem rationalem ex potentia transferens se in actum, atque vicissim, si totam geometriam habet, potest quidem habere propositiones omnes ejus potentia quadam atque habitu, dum aliquam earum habet in actu. Intellectus interea etiam noster in qualibet considerata secundum actum, considerat per eundem actum, et possidet omnes. Studendum est igitur, ut rationalis nostra facultas pro viribus intellectui se conformet. Quo in statu notiones omnes sequentes eodem actu, quo et primam, contueatur in prima. In tertia consideratione Plotinus existimat, mundi animam, quia semel atque potentissime animalem vitæ formam in se complexa sit totam, et inde totum corpus, locumque penitus occupaverit, non posse vel in se mutare vitæ formam, vel extra se corpora permutare: similiterque se habere putat sphærarum et stellarum omniumque cælestium animas, quoniam universalem ab initio firmiter sortitæ sint providentiam. Animas vero particulares, particularem nactas providentiæ modum, quales sunt dæmonum plurimum atque hominum, vicissitudine quadam explere quodammodo perpetuam illam providentiam supernorum: et quatenus in se ipsis de hac vitæ forma mutantur in aliam, eatenus corpora sedesque mutare: unde videntur ad corpus locumque accedere, mutatione videlicet prius in se facta. At mundi corpus accedere videtur ad ipsam mundi animam. Illa enim in habitu suo firmiter permanente, corpus hoc ab initio sic affectum inde vivificatur, sicut ætheris perspicua regio, semper illuminatur a Sole. Dicuntur autem et particulares animæ descendere quandoque ab anima, scilicet mundi: quoniam ab universali providentia formaque vitæ, quam simul cum mundi anima quandoque possident, labuntur in propriam: non enim firmiter possederunt. In quarta consideratione animam nostram in tres dividit formas, scilicet intellectualem, et rationalem, et ratione carentem: putatque animam quandoque totam ad intellectualem sui transferri formam, atque tunc habitare cum intellectu divino, quandoque illinc in se descendere, id est, in formam rationalem hujus animæ propriam: quandoque vero hinc in formam ratione deteriorem: unde simulachrum sui promit, vitam videlicet communicatam corpori: cui quidem vitæ subest, et ultimum omnium simulachrum, id est, materia, quam anima per vegetalem sui potentiam, prima propinquitate sua format corporea qualitate, certaque figura: deinde mox per hanc affectionem quasi escam allicitur naturaliter ad vivificandum corpus hoc, certo jam modo dispositum. In quinta consideratione ita notabis: Sicut in circulo datur punctum in se ipso, quod est centrum, et punctum in toto ambitu et qualibet ejus parte, procedens ab eo, quod in se ipso est, imo quasi ipsum vel propagatio ejus. Item sicut est unitas in quolibet numero ejusque parte fluens ab unitate quadam extra numerum in se simpliciter cogitata: sic in tota rerum essentia est unitas quædam essentiæ fundamentum, et cujuslibet conservatio, procedens ab unitate divina, super essentiam in se manente atque ita implente omnia, quatenus præsentia ubique sua ex se procreat unitatem quandam in qualibet re creanda super essentialem cujuslibet essentiæ productricem, atque servatricem. Jam vero quia unitas hæc est præstantior, quam essentia, conjicimus hanc ubicunque est, præsentia unitatis divinæ fieri atque conservari.

*De intellectu etiam nostro, quomodo est semper in actu.*

Sexta consideratio est de anima simul atque mente, hunc in modum: Natura oculi diaphana, id est, tralucida, fit potissimum a natura solari, et idcirco lumen naturaliter appetit, facileque impletur lumine solis: similiter diaphana in cælo natura proficiscitur a cælesti quodam lumine, secundum ordinem universi antecedente diaphanum, emananteque ab intellectuali lumine. Et confestim, dum emanat, diaphanum producente, productumque implente, unde cælum fit quasi oculus cælestis animæ, hoc diaphano simul atque lumine cuncta providentis: eodem pacto divina mens suo lumine rationalem generat animam, quasi materiam sub illo diaphanam, impletque illam perpetuo lumine: quo anima semper tum se ipsam intelligit a mente illuminatam, tum mentem semper illuminantem. Id autem agit perpetuo intellectus noster, animæ caput: rationalis vero facultas ad hunc quoque se habet, quasi visus ad lumen, non quidem semper, sed aliquando rationaliter intellectum. Quando igitur homo per rationem quodammodo se ipsum intelligit, si modo perfecte intelligit, agnoscit interea, se intelligentem esse: ergo et intellectualem, qua sic intelligat se habere naturam. Hæc ipsa (ut ita dixerim) intellectualitas, est intelligentia quædam, non tam in motu posita manifesto, quam in statu nobis occulto. Quin etiam per rationalem intelligentiam contemplator intelligit in se ipso ante intellectualitatem esse vitam atque essentiam, ad quas intellectualitas ipsa posterius accedit, ut actus: actus, inquam, ex quadam essentiæ vitæque fœcunditate progenitus. Unde necesse est hanc ipsam essentiam atque vitam esse in se eminentiorem quandam intelligentiam. Probat quidem Plotinus hic, animam ex intelligentia sui nova habere, prius æternam sui ipsius intelligentiam, quæ sit essentia vitaque fœcunda, ideoque habere in se intelligibilia, firma, actu ibi perpetuo intellecta, cujus intelligentiæ imago quædam sit discursio rationis, quando pervenit ad summum, unde et intelligentia nominatur. Nos idem sic aliter confirmamus: Tria sunt in ordine rerum ad cognitionem nostram pervenientia: singulare quiddam, id est, hic homo, et species communicata singulis, id est, homo: item idea hominis super singula. Quoniam vero tria hæc essentiali quodam ordine a priori in posterius disposita differunt, vires quoque propriæ cognoscentes hæc similiter inter se differunt: singulare quidem imaginatio judicat, speciem vero communem singulis ratio colligit et discernit, ideam autem intellectus agnoscit. Quoniam vero idea longius differt a specie, extra quam existit, quam species ab individuo, in quo servatur, ideo intellectus a ratione longius, quam ratio ab imaginatione, distat. Veruntamen intellectus inest animæ: alioquin non posset animus augurari, ideas esse per rationem, nisi ratio id ageret per insitam nobis ab intellectu virtutem. Et quia ratio singula resolvit ad universale, et corpus ad incorporeum sine imaginationis nostræ subsidio, imo ea invita, quæ retrahit ad oppositum: ideo intellectus absque motu argumentoque rationis semper intuetur ideas; semper, inquam. Nam si non pervenit ad illas imaginatione argumentationeque nova, aut nunquam pervenit, aut semper habet. Merito, cum anima sit media inter æternitatem atque tempus (essentia enim ejus fixa est, et antecellit motum ab ea dependentem) consentaneum est, ut ejus essentiæ fixæ, eo ipso signo, quo præcedit motum, vis actioque insit prorsus immobilis, et stabiliter intuens: quippe cum hic intuitus ab essentia et virtute stabili ad ideam omnino stabilem vergens, utrimque stabilitatem sibi vendicet. Sicut ergo in anima ex eo, quod sub æternitate est, convenit imaginatio mobilis, sic ex eo, quod super tempus, competit intellectus immobiliter agens. Actus quidem intellectus omnino immobilis est: actus autem imaginationis omnino mobilis: actus denique rationis est mixtus: neque posset anima esse congruum universi medium, nisi tria hæc in se possideret.

*Quomodo Deus est super motum, et statum, et cognitionem. Item de eo, quod in actu est, et quod in potentia.*

Septima consideratio probat in primo omnium principio nullum esse motum, nedum fluentem, sed nec etiam metaphoricum, qui est actus tendens ad aliud. Non enim tendit in aliud, quod est primum penitus atque ultimum. Probat, nec ibi esse statum, scilicet quietem, ad quam tendit motus, oppositam motioni. Omnino vero nec quiescit in alio, quod non movetur ad aliud, neque proprie quiescit in se, quod est ipsa simplicitas. In ea enim ejusmodi distinctio nulla cadit, per quam distingui solet quiescens, tum a quiete, tum etiam a sede, in qua quiescit. Jam vero motus a statu vim habet, dum a stabilitate motivæ virtutis suum servat tenorem, status autem ab unitate. Stare enim nihil est aliud, quam unitatem propriam conservare. Unitas igitur ipsa et motum antecedit, et statum. Antecedit igitur et actum intelligentiæ, qui motus quidam est a potentia intelligendi ad verum intelligibile tanquam bonum. In omni ergo intelligente, etiam si se ipsum intelligat, distinctio talis consideratur, in primo autem nulla est absoluta distinctio. Denique alia quidem ratio est existentiæ, alia prorsus intelligentiæ: Non enim quicquid existit, intelligit. Primo quidem principio existentia con-

cedetur: si addatur intelligentia, tum compositio fiet, tum constabit, existentiam ipsam sibimet ad perfectionem minime suffecisse: quandoquidem intelligentia indiguerit, per quam tenderet ad profectum. In octava consideratione notabis conditionem actus formalis potentiæque formabilis inter se opponi: adeo ut potentia hæc accipiat actum, actus vero, qua ratione actus est, potentiam non recipiat. Ubi ergo actus est solus, ut in primo, sempiterna res est: quoniam nulla ibi ad aliam formam potentia latet. Item ubi potentia tota formabilis translata est in naturam formæ, adeo ut forma illic nullo modo ad naturam potentiæ retrahatur, res etiam est sempiterna: præsertim quia potentia illic totum habet actum quantumcunque potest, cupitque habere: quales sunt intellectuales essentiæ, ignisque cælestis. Ignis autem sub cælo inter inferiora perfectius est, quatenus maxime est in actu: quod apparet ex efficacia formæ, et ex motu perpetuo, et quoniam non tolerat mistionem. Quoniam vero materiam habet sub actu, nec eo contentam, non est semper. Nona consideratione memineris, ipsam intelligentiam non esse bonum ipsum simpliciter, primum atque ultimum, alioquin esset simpliciter expetenda: nunc autem conditione quadam eligitur. Eligis enim cognoscere, si modo cognoscas bene feliciterque, et quod tibi tanquam bonum sit profuturum. Item ipsum bonum non habere sui ipsius agnitionem: tum quia aliud hæc est, aliud ipsum bonum: tum quia, si ante agnitionem sibi sufficit, non est addenda: sin minus, non erat ipsum bonum. Quo autem pacto Deus neque cæcus sit, neque ignorans: etiam si ei cognitio non addatur: super quam Dionysius quoque Areopagita eum collocat, in quinta sextave Enneade opportunius explicabimus.

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ Γ.

### ΛΟΓΟΣ Θ.

# PLOTINI

## ENNEAD. TERTIÆ

### LIBER IX.

### ΕΠΙΣΚΕΨΕΙΣ ΔΙΑΦΟΡΟΙ.

De diversis considerationibus ad auctorem mundi, et ad ipsum bonum pertinentibus.

356 ΝΟΥΣ, φησιν, ὁρᾷ ἐνούσας ἰδέας, ἐν τῷ ὅ ἐστι ζῶον. Εἶτα διε-
νοήθη φησὶν ὁ δημιουργὸς, ἃ ὁ νοῦς ὁρᾷ ἐν τῷ ὅ ἐστι ζῶον, καὶ τόδε
τὸ πᾶν ἔχειν. Οὐκοῦν φησιν ἤδη εἶναι τὰ εἴδη πρὸ τοῦ νοῦ, ὄντα
B δὲ αὐτὰ νοεῖν τὸν νοῦν. Πρῶτον οὖν ἐκεῖνο, λέγω δὲ τὸ ζῶον, ζητη-
τέον εἰ μὴ νοῦς, ἀλλ' ἕτερον νοῦ. Τὸ γὰρ θεωροῦν νοῦς· τὸ τοίνυν
ζῶον αὐτὸ οὐ νοῦς, ἀλλὰ νοητὸν αὐτὸ φήσομεν, καὶ τὸν νοῦν ἔξω
φήσομεν αὐτοῦ ἃ ὁρᾷ ἔχειν. Εἴδωλα ἄρα, καὶ οὐ τἀληθῆ ἔχει, εἰ
ἐκεῖ τἀληθῆ. Ἐκεῖ γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειάν φησιν εἶναι ἐν τῷ ὄντι, οὗ
αὐτὸ ἕκαστον· ἢ κἂν ἕτερον ἑκάτερον, οὐ χωρὶς ἀλλήλων, ἀλλ' ἢ
C μόνον τῷ ἕτερα. Ἔπειτα οὐδὲν κωλύει, ὅσον ἐπὶ τῷ λεγομένῳ ἓν

13. λέγω δὲ] Marc. A. λεγέτω δέ.
14. θεωροῦν] Codd. Ciz. Med. B. Marc. A. θεώμενον. Par. A. Vat. θεωρούμενον. Med. A. θεωροῦν, sed ex corr.
16. Εἴδωλα] Marc. A. addit γάρ.
19. κωλύει] Inter hanc vocem et ὅσον sequuntur in Codd. Ciz. et Vat. verba καὶ νοῦν εἶναι.
ib. ἓν εἶναι] Cod. Par. A. ἐνεῖναι.

I. *Mundi faber est intellectus primus ideas in se ipso contemplans considerationem unam continet.*

MENS (ut scribitur in Timæo) ideas in eo, quod vivens est, insitas contuetur. Hinc mundi artifex cogitavisse dicitur in hoc mundo includere, quæ mens in eo, quod vivens sive animal est, contemplatur. Nunquid igitur inquit, jam species esse super mentem, easque jam existentes mentem inspicere? Principio igitur ipsum, quod vivens vel animal dicitur, quærendum est, num

εἶναι ἄμφω, διαιρούμενα δὲ τῇ νοήσει· εἴπερ μόνον ὡς ὄν, τὸ μὲν 356
νοητὸν, τὸ δὲ νοοῦν. Ὃ γὰρ καθορᾷ, οὐ φησὶν ἐν ἑτέρῳ πάντως,
ἀλλ' ἐν αὐτῷ, τῷ ἐν αὐτῷ τὸ νοητὸν ἔχειν. Ἢ τὸ μὲν νοητὸν οὐδὲν
κωλύει καὶ νοῦν εἶναι ἐν στάσει καὶ ἑνότητι καὶ ἡσυχίᾳ· τὴν δὲ τοῦ
νοῦ φύσιν, τοῦ ὁρῶντος ἐκεῖνον τὸν νοῦν τὸν ἐν αὐτῷ, ἐνέργειάν τινα
ἀπ' ἐκείνου, ἣ ὁρᾷ ἐκεῖνον· ὁρῶντα δὲ ἐκεῖνον, οἷον ἐκεῖνον εἶναι νοῦν D
ἐκείνου, ὅτι νοεῖ ἐκεῖνον· νοοῦντα δὲ ἐκεῖνον, καὶ αὐτὸν νοῦν καὶ νοη-
τὸν ἄλλως εἶναι, τῷ μεμιμῆσθαι. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ διανοηθὲν, ἃ
ἐκεῖ ὁρᾷ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ποιῆσαι ζώων γένη τέσσαρα. δοκεῖ γε
μὴν τὸ διανοούμενον ἐπικεκρυμμένως, ἕτερον ἐκείνων τῶν δύο ποιεῖν·
ἄλλοις δὲ δόξει τὰ τρία ἓν εἶναι· τὸ ζῶον αὐτὸ ὅ ἐστιν, ὁ νοῦς, τὸ
διανοούμενον. Ἢ, ὥσπερ ἐν πολλοῖς προτείνων ἄλλως, ὁ δὲ ἄλλως E
νοεῖ τρία εἶναι· καὶ τὰ μὲν δύο εἴρηται, τὸ δὲ τρίτον, τί; Ὃ διενοήθη 357
τὰ ὁρώμενα ὑπὸ τοῦ νοῦ ἐν τῷ ζώῳ κείμενα αὐτὸ ἐργάσασθαι καὶ
ποιῆσαι καὶ μερίσαι. Ἦ δυνατὸν τρόπον μὲν ἄλλον τὸν νοῦν εἶναι
τὸν μερίσαντα, τρόπον δὲ ἕτερον τὸν μερίσαντα μὴ τὸν νοῦν εἶναι;
ᾗ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ τὰ μερισθέντα, αὐτὸν εἶναι τὸν μερίσαντα· ᾗ

2. τὸ δὲ νοοῦν] Sic Marc. A. Rell. cum Ed. νοῦν.
3. τὸ νοητὸν] Cod. Vat. τῷ νοεῖν. Marc. A. ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὸ νοητὸν ἔχειν. Quod verum videtur: et legit Fic. Marc. B. ἀλλ' ἐν αὐτῷ, τῷ ἐν αὐτῷ τ. ν. ε.
4. στάσει] Cod. Vat. στάσεσι.
5. ὁρῶντος] Ita Codd. Par. A. Marcc. et Vat. Sed Ed. cum rell. ὁρόντος.
ib. τὸν ἐν αὐτῷ] Codd. Med. A.B. Marcc. ἐν αὐτῷ, ut correxi. Ed. αὐτῷ.
7. νοοῦντα δὲ ἐκεῖνον] Desunt hæc in Codd. Med. B. Marc. A.
8. μεμιμῆσθαι] Codd. Par. A. et Vat. μεμιμεῖσθαι. Fic. videtur legisse μιμεῖσθαι.
ib. οὖν ἐστι] Cod. Ciz. omittit ἐστι.
ib. διανοηθὲν] Cod. Vat. διὰ νοηθέν.
9. τῷδε] Ita Codd. Par. A. et Marcc. Reliqui cum Ed. τῷ δέ.
10. ἕτερον] Cum marg. Ed. Codd. Ciz. Darm. Marc. A. Par. A. Vat. habent ἕτερον, ut legit Fic. Ed. ἑτέρων.
12. ἄλλως, ὁ δὲ] Cod. Vat. ἄλλους ὁ δέ.
13. νοεῖ] Cod. Vat. a pr. m. νοεῖν.
15. ποιῆσαι καὶ μερίσαι] Cod. Vat. μερίσαι καὶ ποιῆσαι.
ib. τρόπον μὲν] Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. πρῶτον μέν.
16. τρόπον δὲ ἕτερον τὸν] Desunt hæc in Cod. Par. A.

forte non sit intellectus, sed ab intellectu diversum. Quod enim contemplatur, est intellectus. Ipsum igitur vivens, non intellectus quidem; sed intelligibile potius nominabimus, dicemusque intellectum extra se habere, quæ cernit. Quocirca simulachra quædam, non res veras habebit, si modo vera illic existunt. Illic enim et veritatem esse ait, in ipso scilicet ente, ubi ipsum unumquodque regnat. Forsan vero quamvis alterum sit utrumque, non tamen inter se segregata sunt, sed solum quatenus aliud hoc est, quam illud. Deinde nihil prohibet, quantum pertinet ad id, quod dicitur, ambo unum existere, solum vero per intelligentiam inter se divisa: si quidem solum ipsum se habet ut ens, idque partim quidem intelligibile, partim etiam et intelligens. Ubi enim dicitur intellectus intuetur ideas, non significat omnino in alio contueri, sed in se ipso intelligibile possidere. An forte nihil prohibet ipsum intelligibile esse etiam intellectum, sed in statu, unitate, quiete: naturam vero intellectus inspicientis, intellectum illum in se ipso manentem esse actum quendam ab illo manantem, qui suspicit illum? Et dum eum suspicit quasi illum evadere, intellectumque illius existere, quatenus intelligit ipsum: ac dum illum intelligit, ipsum quoque intellectum et intelligibile aliter esse, propterea quod imitatur? Hoc igitur est, quod excogitat, quæ ibi cernit, in hoc mundo facere animalium genera quatuor. Videtur tamen ibi Plato ipsum excogitantem modo quodam occulto tanquam diversum a duobus illis inducere: aliis vero videbitur, tria hæc unum existere, ipsum quod est vivens, et intellectus, et qui excogitat. An forte sicut in multis, ille proponit aliter, hic vero aliter intelligit esse tria? Jam vero duo dicta sunt: at tertium quidnam est? Quod deliberavit inspecta ab intellectu spectacula in ipso

357 δ' αὐτὸς ἀμέριστος μένει, τὰ δ' ἀπ' αὐτοῦ ἐστὶ τὰ μερισθέντα, ταῦτα
B δέ ἐστι ψυχαὶ, ψυχὴν εἶναι τὴν μερίσασαν εἰς πολλὰς ψυχάς. Διὸ
καὶ φησὶ, τοῦ τρίτου εἶναι τὸν μερισμὸν, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ, ὅτι δι-
ενοήθη· ὃ, οὐ νοῦ ἔργον ἡ διάνοια, ἀλλὰ ψυχῆς μεριστὴν ἐνέργειαν
ἐχούσης ἐν μεριστῇ φύσει.

Οἷον γὰρ μιᾶς ἐπιστήμης τῆς ὅλης ὁ μερισμὸς, εἰς τὰ θεωρήματα
C τὰ καθ' ἕκαστα οὐ σκεδασθείσης, οὐδὲ κατακερματισθείσης, ἔχει δὲ
ἕκαστον δυνάμει τὸ ὅλον, οὗ τὸ αὐτὸ ἀρχὴ καὶ τέλος· καὶ οὕτω χρὴ
παρασκευάζειν αὐτὸν, ὡς τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν αὐτῷ καὶ τέλη εἶναι καὶ
ὅλα, καὶ πάντα εἰς τὸ τῆς φύσεως ἄριστον. Ὁ γενόμενος ἔστιν
ἐκεῖ. Τούτῳ γὰρ τῷ ἀρίστῳ αὐτοῦ ὅταν ἔχῃ, ἅψεται ἐκείνου. Ἣ
πᾶσα ψυχὴ οὐδαμοῦ ἐγένετο, οὐδὲ ἦλθεν· οὐ γὰρ ἦν ὅπου, ἀλλὰ τὸ
D σῶμα γειτονῆσαν μετέλαβεν αὐτῆς, διὸ οὐκ ἐν τῷ σώματι, οὐδ' ὁ
Πλάτων φησί που, ἀλλὰ τὸ σῶμα εἰς αὐτήν. Αἱ δ' ἄλλαι ἔχουσιν
ὅθεν· ἀπὸ γὰρ ψυχῆς· καὶ εἰς ὃ καὶ κατελθεῖν, καὶ μετελθεῖν· ὅθεν
καὶ ἀνελθεῖν, ἡ δ' ἀεὶ ἄνω ἐν ᾧ πέφυκεν εἶναι ψυχή. Τὸ δὲ ἐφεξῆς
τὸ πᾶν· οἷον τὸ πλησίον, ἢ τὸ ὑφ' ἡλίῳ. Φωτίζεται μὲν οὖν ἡ μερικὴ

1. τὰ δ' ἀπ'] Cod. Vat. τῷ δ' ἀπ'.
2. δέ ἐστι] Cod. Vat. δ' ἐστι.
ib. πολλὰς ψυχάς] Marc. A. ψυχὰς πολλάς.
3. τὸν μερισμὸν] Cod. Vat. τὸ μερισμόν.
ib. διενοήθη· ὃ, οὐ νοῦ] Cod. Vat. διενοήθη οὐ νοῦ, ὃ νοῦ. Fort. ὃ διενοήθη, ὅτι οὐ νοῦ ἔργον.
4. μεριστὴν] Cod. Vat. μερισθήν.
7. σκεδασθείσης] Cod. Vat. σκεδασθήσης οὐδὲ κατακερματισθήσης.
8. τὸ ὅλον] Cod. Vat. τὸν ὅλον.
9. τὰς ἐν αὐτῷ] Marc. A. omittit τάς.
ib. καὶ ὅλα] Desunt hæc in Cod. Par. A.
11. ἀρίστῳ] Ita Codd. Med. A.B. Par. A. Vat. Marcc. Sed Ed. cum rell. ἀορίστῳ.
12. οὐ γὰρ] Codd. Darm. Marcc. Med. A.B. Vat. οὐδὲ γάρ.
13. γειτονῆσαν] Cod Darm. γειτονεῖσαν.
16. πέφυκεν] Cod. Vat. πεφύκαμεν.
ib. ψυχή. Τὸ δὲ] Cod. Vat. ψυχῇ τόδε.
17. τὸ ὑφ' ἡλίῳ] Cod. Vat. τῷ ὑφ' ἡλίῳ.

vivente posita, operari, facere, distribuere. An forte possibile est, modo quidem alio intellectum esse distributorem, alio vero modo distributorem non esse mentem? Qua enim ratione ab ipsa mente procedunt, quæ dividuntur, ipsam dividentem esse: qua vero ipsa permanet indivisa, quæ vero ab ea sunt, dividuntur, ipsæ scilicet animæ, animam esse in animas plures distributricem. Quam ob rem tertii cujusdam inquit esse partitionem, atque in tertio, cui assignatum est cogitationis officium: non autem est mentis officium cogitatio, sed munus animæ partibilem actionem habentis in natura partibili.

II. *Tres continet considerationes de anima, quomodo ascendat ad Deum, et quomodo descendat ad corpus.*

Proinde sicut tota quædam una scientia in propositiones sive notiones singulas distribuitur, neque tamen secatur, vel in segregatas distrahitur portiones, sed habet unumquodque in potentia totum, ubi idem est principium atque finis: sic profecto comparare se ipsum oportet, ut principia sibi insita et fines sint et tota: atque omnia denique in ipsum naturæ optimum redigantur. Quando enim unusquisque hoc ipsum evasit, jam illic habitat: nempe hoc ipso sui optimo, quando ei se jam insinuavit, protinus attingit et illud. Universa quidem anima nusquam facta est, neque progressa: neque enim erat, quo progredi posset: sed proximum ei corpus effectum, participavit eam: ideoque anima non est in corpore: neque id Plato usquam dixit: sed corpus in anima est advectum. Cæteræ vero animæ habent unde veniant: ab anima enim ipsa veniunt. Habent præterea, ad quod et descendant, atque pertranseant: habent et unde regrediantur. Anima vero totius superiorem semper habitat regionem, ubi quidem esse ipsius animæ fert natura. Quod vero subest universum, ita subjecta

πρὸς τὸ πρὸ αὐτῆς φερομένη· ὄντι γὰρ ἐντυγχάνει· εἰς δὲ τὸ μετ' 357
αὐτὴν, εἰς τὸ μὴ ὄν· τοῦτο δὲ ποιεῖ, ὅταν πρὸς αὐτήν. Πρὸς αὐτὴν E
γὰρ βουλομένη, τὸ μετ' αὐτὴν ποιεῖ εἴδωλον αὐτῆς, τὸ μὴ ὂν, οἷον
κενεμβατοῦσα, καὶ ἀοριστοτέρα γιγνομένη. Καὶ τούτου τὸ εἴδωλον
τὸ ἀόριστον, πάντη σκοτεινόν· ἄλογον γὰρ, καὶ ἀνόητον πάντη, καὶ
πολὺ τοῦ ὄντος ἀποστατοῦν. Εἰς δὲ τὸ μεταξύ ἐστιν ἐν τῷ οἰκείῳ,
πάλιν δὲ ἰδοῦσα, οἷον δευτέρᾳ προσβολῇ, τὸ εἴδωλον ἐμόρφωσε, καὶ F
ἡσθεῖσα ἔρχεται εἰς αὐτό.

Πῶς οὖν ἐξ ἑνὸς πλῆθος; ὅτι πανταχοῦ. Οὐ γάρ ἐστιν ὅπου οὔ.
Πάντα οὖν πληροῖ· πολλὰ οὖν μᾶλλον δὲ πάντα ἤδη. Αὐτὸ μὲν
γὰρ εἰ μόνον πανταχοῦ, αὐτὸ ἂν ἦν τὰ πάντα· ἐπεὶ δὲ καὶ οὐδαμοῦ,
γίγνεται μὲν τὰ πάντα δι' αὐτὸν, ὅτι πανταχοῦ ἐκεῖνος· ἕτερα δὲ
αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς οὐδαμοῦ. Διὰ τί οὖν αὐτὸς οὐ μόνον πανταχοῦ, G
ἀλλ' αὖ πρὸς τούτῳ καὶ οὐδαμοῦ; ὅτι δεῖ πρὸ πάντων ἓν εἶναι. 358
Πληροῦν οὖν δεῖ αὐτὸν, καὶ ποιεῖν πάντα, οὐκ εἶναι τὰ πάντα, ἃ
ποιεῖ. Τὴν ψυχὴν αὐτὴν δεῖ ὥσπερ ὄψιν εἶναι, ὁρατὸν δὲ αὐτῇ τὸν
νοῦν εἶναι, ἀόριστον, πρὶν ἰδεῖν, πεφυκυῖαν δὲ νοεῖν· ὕλην οὖν πρὸς

1. φερομένη] Cod. Med. B. φαινομένη.
2. Πρὸς αὐτὴν] Codd. Med. B. Marcc. πρὸς αὐτήν; ita correxi. Ed. αὐτήν.
4. κενεμβατοῦσα] Cod. Darm. κενεμβα-τοῦσα.
5. ἀόριστον] Codd. Ciz. et Par. A. ἄριστον.
7. δευτέρᾳ προσβολῇ] Cod. Par. A. δευτέρα προσβολή. Marc. A. προβολῇ.
9. ὅπου οὔ.] Codd. Ciz. Marc. A. ὅπου οὔ. Med. A. supra lin. ὅπου οὔ. Med. B. ὅπου ὄν. Vat. ὅπου οὐ.
10. πάντα ἤδη] Codd. Marc. A. Par. A. ἤδη πάντα. Vat. πάντα ἤδη. Ed. π. εἴδη.
11. οὐδαμοῦ] Codd. Vat. Marc. A. οὐδαμοῦ τὰ πάντα γίνεται μέν.
12. δὲ αὐτοῦ] Cod. Ciz. δὲ αὐτός.
13. οὖν αὐτὸς οὐ] Codd. Ciz. Med. B. Par. A. Vat. Marc. A. οὖν οὐκ αὐτός.
14. ἀλλ' αὖ] Codd. Ciz. Marc. A. Med. B. Par. A. Vat. καὶ αὖ. Fort. ἀλλὰ καὶ αὖ.
15. δεῖ αὐτὸν] Cod. Par. A. δὴ αὐτόν.
16. δὲ αὐτῇ] Marc. A. δὲ αὐτῇ.
17. ὕλην οὖν πρὸς] Codd. Ciz. Par. A. Vat. Marc. A. ὕλην οὖν πρός. Ed. omittit οὖν.

propinquitate vivificatur, sicut perspicuum corpus soli subjectum illuminatur. Illustratur quidem particularis anima cum ad superius confugit: enti enim ipsi illic occurrit: quando vero labitur ad inferius, in non ens delabitur: id vero agit, quando descendit in semet ipsam. Affectans enim se ipsam ex alto in se recipere, quod post ipsam sequitur jam facit, suum, videlicet simulachrum, quod et non ens appellamus. Quasi enim delabitur per inane et indeterminata illic evadit: atque simulachri hujus simulachrum indefinitum est, penitusque obscurum. Est enim rationalis omnis intellectualisque naturæ penitus expers, et ab ipso ente longissime distans. Interea vero quasi per media domesticam habitat sedem: at rursus inferiora prospiciens quasi secundo quodam oculorum jactu simulachrum format, et hoc opificio delectata intrat in ipsum.

III. *Quinque habet considerationes de Deo, quomodo est super omnia et in omnibus: et de intellectu semper in actu, et quod Deus est super intellectum.*

Quo igitur modo ex uno multitudo progreditur? quoniam ipsum unum est ubique. Neque enim alicubi tantum est, neque ubi non sit, locus est ullus. Implet igitur omnia. Jam igitur multa: potius autem jam omnia [speciesque omnes]. Si enim ipsum esset ubique tantum, ipsum esset omnia: at quoniam etiam nusquam est, fiunt quidem per ipsum omnia, quoniam est ubique: diversa vero ab ipso, quoniam est et nusquam. Curnam igitur ipsum non solum est ubique, sed præterea nusquam? nempe quia oportet super omnia unum esse. Quam ob rem necesse est ipsum implere et facere cuncta, neque tamen omnia hæc esse, quæ facit. Tum vero animam ipsam oportet quasi visum esse, huic au-

358 νοῦν νοοῦντες, αὐτοὺς βλέπομεν δηλονότι νοοῦσαν φύσιν, ἢ ψευδοί-
μεθα ἂν τὸ νοεῖν. Εἰ οὖν νοοῦμεν, καὶ ἑαυτοὺς νοοῦμεν, νοερὰν
B οὖσαν φύσιν νοοῦμεν. Πρὸ ἄρα τῆς νοήσεως ταύτης, ἄλλη ἐστὶ
νόησις, οἷον ἥσυχος· καὶ οὐσίας δὴ ἡ νόησις, καὶ ζωῆς νόησις, ὥστε
πρὸ ταύτης τῆς ζωῆς καὶ οὐσίας, ἄλλη οὐσία καὶ ζωή. Ταῦτα ἄρα
εἶδεν, ὅσα ἐνέργειαι. Εἰ δὲ νόες αἱ ἐνέργειαι αἱ κατὰ τὸ νοεῖν οὕτως
ἑαυτούς, τὸ νοητὸν ἡμεῖς οἱ ὄντως. Ἡ δὲ νόησις ἡ αὐτῶν τὴν εἰκόνα
φέρει. Τὸ μὲν πρῶτον δύναμίς ἐστι κινήσεως καὶ στάσεως, ὥστε
C ἐπέκεινα τούτων· τὸ δὲ δεύτερον ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται περὶ ἐκεῖνο·
καὶ νοῦς δὲ περὶ τὸ δεύτερον· ἄλλο γὰρ ὄν, πρὸς ἄλλο ἔχει τὴν νόη-
σιν, τὸ δὲ νόησιν οὐκ ἔχει. Διπλοῦν δὲ τὸ νοοῦν, καὶ αὐτὸ νοεῖ,
καὶ ἐλλειπές, ὅτι ἐν τῷ νοεῖν ἔχει τὸ εὖ, οὐκ ἐν τῇ ὑποστάσει· τὸ
ἐνεργείᾳ παντὶ τῷ ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν, [ὃ] ἐστι ταὐτὸν ἀεί,
D ἕως ἂν ᾖ ὥστε καὶ τὸ τέλειον, καὶ τοῖς σώμασιν ὑπάρχει, οἷον τῷ
πυρί· ἀλλ' οὐ δύναται ἀεὶ εἶναι, ὅτι μεθ' ὕλης· ὃ δ' ἂν ἀσύνθετον ὂν
ἐνεργείᾳ ᾖ, ἀεί ἐστιν. Ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ ἐνεργείᾳ ὂν δυνάμει κατ'

1. αὐτοὺς] Codd. Med. A.B. αὐτούς: rell. cum Ed. αὑτούς.

2. Εἰ οὖν] Abest οὖν a Cod. Med. B.

4. οἷον ἥσυχος] Abest οἷον a Cod. Par. A.

ib. δὴ ἡ] Codd. Med. A. (a pr. m.) Par. A. Marc. A. Vat. δή ἡ. Desunt hæ voces in Cod. Med. B. Ed. δὲ ἡ.

6. εἶδεν, ὅσα] Cod. Vat. οἶδε νοῆσαι. Cod. Med. B. ἴδεν, ὅσα. Ciz. Marc. A. εἶδεν, ὅσαι. Mox pro εἰ δὲ νόες. Marc. A. εἰ δὲ νοῖ.

7. οἱ ὄντως] Marg. Edit. οἱ ὄντες.

10. ἄλλο γὰρ ὄν] Hinc excipit Dissertat. Villoison. Anecd. T. II. p. 239. in Codd. Marc. C.E. ἄλλο γὰρ ὢν ὁ νοῦς, πρὸς ἄλλο (E. πρὸς ἄλλα.)

ib. νόησιν] Codd. Ciz. Med. B. Par. A. Vat. Marc. A. ἐννόησιν. Marc. C.E. cum Vill. τὸ δὲ ἓν νόησιν οὐκ ἔχει. διπλοῦν γάρ τό, τε νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον. (E. καὶ νοούμενον.) καὶ ἑλλ.

11. τὸ νοοῦν] Codd. Ciz. Par. A. Vat. τὸν νοῦν.

ib. αὐτὸ νοεῖ] Codd. Ciz. et Med. B. (a pr. m.) αὐτὸν νοεῖ. Med. B. ex corr. αὐτὸν νοῇ. Codd. Med. A. (a pr. m.) et Par. A. αὐτὸ νοεῖ. Marc. B. αὐτὸ νοῇ. Marc. A. αὐτὸν νοεῖ. Ed. αὐτὸ νοῇ.

12. ἐλλειπὲς] Codd. Darm. Med. A. ἐλλιπές. Verba τῷ ἐνεργ.—στάσις absunt a Codd. Marc. C.E. quare omisit etiam Vill.

ib. τῷ νοεῖν] Cod. Vat. τῷ νοεῖ.

ib. τὸ ἐνεργείᾳ] Cod. Vat. τὸ ἐνεργείᾳ: quem sequimur. Ed. τῷ ἐ.

13. ταὐτὸν] Cod. Med. B. ταὐτό.

15. ὂν ἐνέργεια] Cod. Vat. omittit ὄν. Scripsi ἐνεργείᾳ, bis, ex Codd. Marcc.

16. ᾖ, ἀεί] Cod. Vat. ἢ ἀεί.

ib. τὸ αὐτὸ] Cod. Med. B. omittit τό.

tem visibile esse mentem: visum, inquam, indeterminatum antequam videat: natum vero ad [videndum atque] intelligendum, talemque esse, ut ad mentem materia sit. Quando intelligimus nos ipsos, inspicimus naturam intelligentem: alioquin circa intelligentiam mentiremur. Si ergo intelligimus, ipsique nos intelligimus, profecto naturam existentem intellectualem intelligimus. Quam ob rem ante hanc intelligentiam altera intelligentia est quasi quieta: nempe et essentiæ intellectio est, et intellectio vitæ: idcirco ante hanc altera quædam est essentia videlicet atque vita. Hæc itaque noverunt quotcunque sunt actus. Quod si intellectus ipsi sunt actus, sic in intelligendo se consistentes, ipsi veri nos intus intelligibile possidemus. Intellectio vero nostrum fert imaginem. Primum omnium principium, potestas est motionis et status: ideoque super hæc existit. Quod vero secundum est, quiescit circa ipsum, atque movetur. Ad secundum autem pertinet intellectus. Aliud namque existens, ad aliud intelligentiam dirigit: illud vero non habet intelligentiam. Quod enim est intelligens, duplex jam est, seque ipsum intelligit: ob idque etiam est egenum, quoniam non in substantia, sed in actu intelligendi proprium habet bonum. Cum eo, quod in actu est, congruit illud, quod ex potentia prodit in actum: quod quidem idem est semper, quamdiu est. Quapropter similiter est et perfectum: atque ejusmodi quiddam corporibus quoque convenit, velut igni, non potest tamen semper esse, quoniam cum materia est: quod autem actus est, neque est compositum, semper est. Potest au-

ἄλλο εἶναι· ἀλλ' οὐ θεοὶ τὸ πρῶτον ἐπέκεινα ὄντες· ὁ δὲ νοῦς τὰ 358
ὄντα, καὶ ἔστι κίνησις ἐνταῦθα, καὶ στάσις. Περὶ οὐδὲν γὰρ αὐτὸ
τὸ πρῶτον, τὰ δὲ ἄλλα περὶ αὐτὸ ἀναπαυόμενα ἕστηκε, καὶ κινεῖ-
ται· ἡ γὰρ κίνησις, ἔφεσις· τὸ δὲ οὐδενὸς ἐφίεται. Τίνος γὰρ τό E
γε ἀκρότατον; οὐ νοεῖ οὖν οὐδὲ ἑαυτό; ἢ ᾗ ἔχει ἑαυτὸ καὶ νοεῖν
ὅλως λέγεται· ἢ τῷ ἔχειν ἑαυτὸ οὐ νοεῖν λέγεται, ἀλλὰ τῷ πρὸς τὸ
πρῶτον βλέπειν. Ἔστι δὲ πρώτη ἐνέργεια καὶ αὐτὴ ἡ νόησις. Εἰ
οὖν αὕτη πρώτη, οὐδεμίαν δεῖ προτέραν. Τὸ οὖν παρέχον ταύτην
ἐπέκεινα ταύτης· ὥστε δευτέρα ἡ νόησις μετ' ἐκεῖνο· οὐδὲ γὰρ τὸ
πρώτως σεμνὸν ἡ νόησις· οὔκουν οὐδὲ πᾶσα, ἀλλ' ἡ τοῦ ἀγαθοῦ· F
ἐπέκεινα ἄρα νοήσεως τἀγαθόν. Ἀλλ' οὐ παρακολουθήσει αὐτῷ.
Τί οὖν ἡ παρακολούθησις αὐτῷ, ἀγαθοῦ ὄντος ἢ οὔ; εἰ μὲν γὰρ
ὄντος, ἤδη ἐστὶ πρὸ τῆς παρακολουθήσεως τἀγαθόν· εἰ δ' ἡ πα-
ρακολούθησις ποιεῖ, οὐκ ἂν εἴη πρὸ ταύτης τὸ ἀγαθόν· ὥστε
οὐδ' αὐτὴ ἔσται, μὴ οὖσα ἀγαθοῦ. Τί οὖν, οὐδὲ ζῇ; ἢ ζῆν μὲν 359
οὐ λεκτέον, εἴπερ ζωὴν δίδωσι· τὸ δὲ παρακολουθοῦν ἑαυτῷ, καὶ
τὸ νοοῦν αὐτὸ, δεύτερον· παρακολουθεῖ γὰρ, ἵνα τῇ ἐνεργείᾳ ταύτῃ
συνῇ αὐτῷ. Δεῖ οὖν εἰ καταμανθάνει αὐτὸ, ἀκαταμάθητον τετυχη-

1. ὁ δὲ νοῦς] Cod. Vat. οὐδὲ νοῦς.
3. τὰ δὲ ἄλλα] Codd., excepto Ciz., omnes, et Vill. τὰ ἄλλα δέ. Codd. Marc. C.E. omittunt cum Vill. ἀναπαυόμενα.
5. νοεῖ οὖν] Cod. Med. B. omittit οὖν. οὐ νοεῖ—ἀγαθοῦ abest a Marc. C.E.
ib. ᾗ ἔχει] Cod. Par. A. omittit ᾗ. Vill. omittit γε ante ἀκρότατον, tum desunt verba οὐ νοεῖ οὖν—ἡ τοῦ ἀγαθοῦ.
6. τῷ ἔχειν] Cod. Vat. τὸ ἔχειν.
ib. ἀλλὰ τῷ] Cod. Vat. ἀλλὰ τό.
8. αὕτη πρώτη] Cod. Vat. αὐτὴ πρώτη. Ex eodem rescripsi οὐδεμίαν, cum in rell. et Ed. sit οὐδὲ μίαν.
11. παρακολουθήσει αὐτῷ] Codd. Marc. Med. A.B. αὐτῷ, Vat. αὐτὸ pro αὐτῷ. Illud recepi.
13. εἰ δ' ἡ] Cod. Vat. εἰ δή.
15. αὐτὴ ἔσται] Vill. αὐτὸ ἔσται, et mox ἀγαθή.
16. εἴπερ ζωὴν] Codd. Med. B. Par. A. Vat. interponunt δέ.
ib. ἑαυτῷ] Cod. Vat. ἑαυτό.
18. συνῇ αὐτῷ] Cod. Vat. συνῇ αὐτό. Correxi αὐτῷ.

tem, quod actu est, idem quoque secundum aliud quiddam in potentia esse: sed neque Dii in sublimi [ad entia incumbentes,] primum ipsum sunt: mens autem entia est, ubi est et motus et status. Jam vero ipsum primum circa aliquid aliud non versatur, sed cætera circa ipsum conquiescentia permanent, et moventur. Motus enim appetitio est, illud autem nihil appetit. Quid enim appetat, quod est summum? An igitur neque se ipsum quidem intelliget? Forsan qua ratione se ipsum habet, omnino etiam dicitur intelligere. Forte etiam potius, non ob id, quod se ipsum, quid habeat, dicitur intelligere, sed ob id, quod suspiciat primum. Est autem hæc actio prima et ipsa intelligentia. Si igitur hæc prima est, nullam oportet esse priorem. Quod igitur hanc præbet, super hanc existit: post illud igitur intelligentia sequitur. Non enim est ipsum primo venerandum intelligentia. Neque igitur intelligentia quælibet veneranda, sed duntaxat intellectio boni: itaque super intelligentiam est ipsum bonum. An igitur nec etiam se ipsum animadvertet? Quid ergo? Est ne bonum, antequam se ipsum animadvertat? An nondum est bonum? Si enim bonum est, jam est ante animadversionem ipsum bonum: si autem animadversio facit bonum, non est ante hanc ipsum bonum: quapropter nec ipsa erit, cum non sit boni. Quid ergo? An neque etiam vivit? Forte non est dicendum vivere, si quidem ipsum præbet vitam. Quod autem se ipsum animadvertit atque intelligit, secundum obtinet gradum: Animadvertit enim ut tali quodam actu sibi ipsi cohæreat. Oportet igitur, si apprehendit se ipsum, contigisse quodammodo, ut se nequaquam apprehenderet, et ut suapte natura imperfectum sit, sed

359 κέναι εἶναι αὑτοῦ, καὶ τῇ αὑτοῦ φύσει ἐλλειπὲς εἶναι, τῇ δὲ νοήσει τελειοῦσθαι. Τὸ ἄρα κατανοεῖν ἐξαιρετέον· ἡ γὰρ προσθήκη ἀφαί-
B ρεσιν καὶ ἔλλειψιν ποιεῖ.

1. εἶναι αὑτοῦ] Cod. Ciz. omittit εἶναι. Codd. Med. A.B. exhibent αὐτοῦ. In Cod. Med. B. etiam tertium abhinc vocabulum scribitur αὐτοῦ. Utrumque correxi. Ed. enim habet αὐτοῦ.

ib. ἐλλειπὲς] Codd. Darm. et Med. A. ἐλλιπές.

2. τελειοῦσθαι] Ita Codd. omnes. Sed Ed. τελειοῦσαι.

3. ποιεῖ] In Codd. Darm. Med. A.B. Par. A. et Vat. jam sine intervallo et in eadem linea sequitur Enneadis quartæ liber primus totus, quasi pars ultimi libri Enneadis tertiæ; ut secundus Enneadis quartæ inscriptus sit: Πλωτίνου Ἐννεάδος τετάρτης (in Cod. Vat. est Γ)· περὶ οὐσίας ψυχῆς. Α΄. Τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν. Deinde vero idem liber, qui ut particula Enn. III. 9. huic adjunctus est, in iisdem Codd. iterum scriptus reperitur, ut Enneadis quartæ liber secundus; ita, ut librorum numerus nihilo minus sit justus novenarius. In Cod. Ciz. primus quidem quartæ Enneadis liber non adjunctus est ultimo tertiæ libro; sed secundus Enn. IV. loco primi, et primus Enn. IV. liber loco secundi positus reperitur. In Marcianis quoque Codicibus, quem primum librum Enn. IV. facit editio, eum bis exhibent Codices A.B.: adjungit enim uterque priori libro eadem linea, eundemque secundum librum Enn. IV. facit.

intelligendo perficiatur. Tollenda igitur ab ipso bono sui ipsius apprehensio: adjunctio namque omnis ablationem inducit atque defectum.

BINDING SECT. AUG 31 1965

B 693 A3L3 1835 v.1

Plotinus
Plotini opera omnia

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY